Estante
tab 5ª
nº 2

✠
BIBLIOTECA
DEL REAL MONASTERIO
DE HUERTA.
Núm. 319.

Rº 379.

IVLII CÆSARIS

BVLENGERI

LODVNENSIS,

DOCTORIS THEOLOGI,

ET IN ACADEMIA

Pisana Professoris,

De Imperatore & Imperio Romano

LIBRI XII.

Quorum tres priores de Insignibus Imperij, Purpura, Diademate, Corona, Igne, Fortuna aurea, Imaginibus, Insulis, &c.

Nouem verò posteriores, De Dignitatibus & Officijs vtriusque Imperij, occidentis & orientis, seruato Imperatorum, à quibus officia quæque instituta sunt, ordine, tractant.

Adiectæ sunt pro cumulo, De officiis regni Galliæ, tum magnæ Ecclesiæ Constantinopoleos, Appendices duæ, non illaudabiles.



BIBLIOTECA PROVINCIAL
SORIA

LVGDVNI,

Apud Hæredes Gulielmi Rouillij.

M. DC. XVIII.

CVM LICENTIA ET PRIVILEGIO.

Ro 379.

SERENISSIMO

COSMO MEDICES II.

MAGNO HETRVRIÆ DVCI IIII.

INSCRIBO *tibi, Princeps Maxime, Romanum Imperatorem, & eius diadema, purpuram, fasces, auream fortunam, aliaq; imperij insignia ex celeberrimi nominis tui fastigio, velut ex sanctissimi templi tholo voti reus, suspendo, dicóque. Faciunt heroïcæ tuæ, ac prope diuinæ Virtutes, cum ardentissimo studio erga literas coniunctæ, vt non solum ij tibi debeant, qui tuæ Præsentiæ iucundissima luce fruuntur, & tuæ Serenitatis opibus suffulti literarum otia colunt; verum & ij qui longè positi celebritate nominis tui, ac ingentis animi fama commoti non visum suspiciunt, absentem incredibili amore prosequuntur. Huc accedit quòd magno Hetruriæ Duci insignia Romani Imperij propriè debentur, cum ex Hetruria iam olim purpurea toga auro intexta, Magistratuum prætexta, fasces, secures, lictores, sceptrum eburneum, corona aurea, fascia candida, quod diadema vocant, Reges inaugurandi ritus, aliaq; regni decora & ornamenta Romam influxerint. Iam verò Maiores tui non ita pridem Constantinopoli à Machomete secundo capta ac oppressa primi ac principes reperti sunt, qui disiectas Imperij reliquias colligerent, Palæologos, Lascares, Chrysoloras, Gazas, Trapezontios, Phranzes, Marullos, alioſq; innumeros profugos amico sinu exciperent, eiectis ac naufragis portum aperirent, egentes opibus, ac consilio solarentur. Ipsas etiam Musas domicilio suo pulsas, ipsum Apollinem derelictis Aganippes vndis extorrem ac vagum, ipsas literas exilio damnatas, veterumq; commentarios omni eruditione refertos, ex ipsis belli faucibus, & incendij flamma ereptos in tuto collocarunt, & nouis nec minus amicis sedibus consecrarunt. Ex eo tempore auorum tuorum incensum in literas studium non refrixit, imo maiora in dies incrementa cepit. Libri ex totius Græciæ ruina conquisiti, egregia veterum monumenta maximo sumptu collecta, viri eruditi ex omnib. Europæ partibus acciti, opibus ornati, copijs amplissimis adiuti & recreati sunt. Magni illi Victorij, Politiani, Ficini, Hermolai, aliiq; innumeri qui literis in tenebris iacentibus lucem alluxerunt, & propè depositis ac morientibus animam vitamq; reddiderunt, Maiorum tuorum liberalitati ac munificentiæ acceptum ferunt,*

quod afflictas disciplinas erigere, errantes in sua sede sistere saluas & sospites potuerunt. Et ne longiùs abeam ὁ μακαρίτης Parens tuus quam rationem non inijt, cui sumptui laboriq; pepercit, vt Theologos, Philosophos, Mathematicos, Jurisperitos. Medicos, viroſq; literis elegantibus expolitos, ac cæteris artibus homine ingenuo dignis excultos, Florentiam, Pisámque, illam Hetruriæ, hanc nobilis Academiæ caput arcesseret? Multa alia me inuitant, & pene cogunt, vt Imperatorem meũ tibi nuncupem, imprimis nobilitas tua, & regij sanguinis splendor qui gentis ac nominis tui tot iam Romanos Pontifices, tot illustrissimos Cardinales, tot magnos Hetruriæ ac inuictos Belli Duces, aut videris, aut audieris, tot è tua stirpe Dominas Serenissimas, quæ Christianissimis Galliæ Regibus nupserint, è quibus hodieq; Maria Medices, Henrici quarti magni felicis Galliarum Regis vxor, & Ludouici XIII. etiamnũ impuberis mater iactati domesticis fluctibus, regni gubernacula sapientissimè ac constantissimè moderatur. Tum verò parens tua Serenissima, è regum Franciæ & Lotharingiæ ducum genere prognata, quæ pudicitiæ, pietatis, mansuetudinis laude, principibus nostri sæculi fœminis exemplo, regiæ genti suæ ornamento, veteribus heroïnis quas infra se merito & virtute habet, pudori esse potest. Maximè autem me mouent heroïcæ tuæ virtutes, & astra Medicea quæ salutares ignes te principe primũ, felicitatis tuæ, ac multiplicis aduersus barbaros victoriæ augurio accenderunt. Auguramur enim fore vt bellicam tuam gloriam, & nauales victorias vltra Libyam, Mauritaniam, & ipsas adeo Herculis colũnas proferas, & in Europa atq; Asia grassantem tyrannũ bellica virtute ac felicitate cõpescas. Quod vt virtute Dei aggredi ac perficere quamprimùm incipias, tum parentis tui viri fortissimi exempla te hortantur, tum verò principum Romanorum gloria, quorum insignia iam olim ab Hetruscis profecta, hodieq; in tuo nomine ac principatu plaraq;, non leuiter impressa, sed ad posteri temporis memoriam altissimè defixa manent, stimuloſq; tibi ad virtutem acres subijciunt, vt quæ illi nomine tenus in imperio vsurparunt, ea tu re ipsa victorijs per remotissimas & immanissimas gentes propagãdis, Pius, Felix, Victor, Opt. Max. Triumphator propriè ac peculiariter tibi adsciscas. Suscipe igitur, Dux Serenissime ac inuictissime, qua alacritate ex turbulentissimis negotiorum vndis ad hæc humaniora studia veluti in portum deferri soles, hæc antiquitatis monumẽta, vigilijs meis ac lucubrationibus concinnata, primum specimen seruitij quod tibi voueo & dico, eaq; pro tua singulari animi mansuetudine sub tuo nomine vulgari patere, vt genium & vitam quam à se non habent, à te consequantur. Hoc si à tua benignitate, vt sperare libet, impetro, magnum mihi calcar ad literas addet, & post istas deuotionis meæ primitias vberiores fructus si Deus dederit, & anni tulerint, Serenitas tua forte expectabit.

Celsitudinis tuæ.

Addictissimus seruus.

IVLIVS CÆSAR BVLENGERVS.

AD

Extraict du Priuilege du Roy.

LOVYS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre. A nos amez & feaux Conſeillers les Gens tenans nos Cours de Parlement, Baillifs, Seneſchaux, Preuoſts ou leurs Lieutenants, & autres Iuſticiers & Officiers, & à chacun d'eux, ainſi qu'il appartiendra, Salut. Les Heritiers de feu Guillaume Rouille, viuant, marchand Libraire, demeurant à Lyon, nous ont fait remonſtrer qu'ils ont recouuert vn Liure intitulé *Iulij Cæſaris Bulengeri Lodunenſis, Doctoris Theologi, & in Academia Piſana Profeſſoris, de Imperatore & Imperio Romano*, lequel ils deſireroient mettre en lumiere s'ils auoient ſur ce nos lettres, à ce requiſes & neceſſaires. A ces cauſes deſirant bien & fauorablement traitter leſdits Supplians, & qu'ils ne ſoient fruſtrez des fruicts de leur labeur; leur auons permis & octroyé, permettons & octroyons de grace ſpeciale par ces Preſentes imprimer en tel marge & caractere que bon leur ſemblera ledit Liure, iceluy mettre & expoſer en vente, & diſtribuer durant le temps de neuf ans; deffandant à tous Imprimeurs & autres perſonnes, de quelque qualité qu'elles ſoient, d'imprimer ou faire imprimer, ny mettre en vente durant ledit temps ledit Liure, ſans le conſentement & permiſſion deſdits Supplians, ou de celuy ayant charge d'eux ſur peine de confiſcation d'iceux, d'amende arbitraire, & de tous deſpens, dommages & intereſts enuers eux: *A la charge d'en mettre deux exemplaires en noſtre Bibliotheque publique, à preſent gardée au Conuent des Cordeliers de noſtre ville de Paris* auant que l'expoſer en vente, ſuiuant noſtre reglement, à peine d'eſtre deſcheu du preſent Priuilege. Si vous mandons que du contenu en ces preſentes vous faſſiez, ſouffriez & laiſſiez iouyr leſdits Supplians plainement & paiſiblement, & à ce faire ſouffrir & obeyr tous ceux qu'il appartiendra: en mettant au commencement ou à la fin dudit Liure ces Preſentes, ou vn brief extraict d'icelles, Voulons qu'elles ſoient tenues pour deuëment ſignifiees, & qu'à la collation foy ſoit adiouſtee comme au preſent original. Car tel eſt noſtre plaiſir. Donné à Paris le vingtneufuieſme iour de Nouembre, l'an de grace mil ſix cents dixhuict. Et de noſtre regne le neufuieſme.

Par le Roy en ſon Conſeil.

RENOVARD.

APPRO

APPROBATIO.

IOANNES CLAVDIVS DE VILLE in ſacra Theologia Magiſter & diuini verbi Prædicator, in S. Pauli huiuſce ciuitatis Canonicus, & in hac Lugdunenſi diœceſi à Domino Dionyſio Simone de Marquemont Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Librorum Cenſor deſignatus : Fidem facimus nos Iulij Cæſaris Bulengeri Lodunenſis, Doctoris Theologi, & in Academia Piſana Profeſſoris. *De Imperatore & Imperio Romano libros XII. euoluiſſe, nihilque contra orthodoxam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ fidem non modo comperiſſe, ſed elaboratum opus, atque multijuga lectione illuſtre viſum nobis. Lugduni apud S. Paulum IIII. Id. Auguſt. M. DC. XVIII.*

DE VILLE.

Conſenſus Aduocati Regis.

VIsa atteſtatione ſupradicti Doctoris Theologi, quantum ſpectat pro Rege, non impedio quin hic liber imprimatur per Hæredes Gulielmi Rouillij, cum defenſionibus, ne quis alius Bibliopola vel Typographus huius Vrbis & Præfecturæ ſpatio ſex annorum illum imprimat, ſeu imprimi curet.

DV FRESNE.

Permiſſio Locumtenentis Generalis.

IMPRESSIO dicti libri conceditur Hæredibus Gulielmi Rouillij, cum defenſionibus requiſitis. Datum Lugduni X. Auguſt. M. DC. XVIII.

SEVE.

INDEX CAPITVM LIBRI PRIMI.

CAP. I. DE nomine Imperatoris. p. 1.
II. De origine Titulorum ac Nominum Imperatoris Romani. 4
III. De Titulis ac Nominibus Imperatorum. 7
IV. De nomine Cæsaris. 8
V. De nomine Diui. 10
VI. De origine creationis apud Rom. 11
VII. De origine consecrationis apud Græcos. 12
VIII. De Templis, Aris, Flaminibus, & Sacerdotibus Iulij & Augusti. 13
IX. De Templis ac Sacerdotibus aliorum Imperatorum. 15
X. De ritu consecrationis. 17
XI. De adoratione Imperatorum. 19
XII. De nominibus Augusti & Antonini. 22
XIII. De Pontificis dignitate. 24
XIV. De Tribunitia potestate. 26
XV. De iure relationis. 27
XVI. De proconsulari Imperio. 28
XVII. De patris patriæ appellatione. 29
XVIII. De Consulatu Imperatorum & Consulibus. 30
XIX. De sellis Consulum. 43
XX. De Consulum fastis. 47
XXI. De Censura Imperatorum & Censoribus. 51
XXII. De Dictatura Imperatorum. 52
XXIII. De titulo Flauij. ibid.
XXIV. De titulo Felicis. 53
XXV. De titulo Sereni. ibid.
XXVI. De titulo Tranquilli & Mansueti. ibid.
XXVII. De titulo Pij. 54
XXVIII. De titulo Optimi. 55
XXIX. De titulo Celsitudinis. ibid.
XXX. De titulo Maximi ibid.
XXXI. De titulo Germanici. ibid.
XXXII. De titulo Domini. 56
XXXIII. De Imperatorum maiestate. 60
XXXIV. De titulo Triumphatoris. 63
XXXV. De Votis. 66

INDEX CAPITVM LIBRI SECVNDI.

CAP. I. DE creatione Imperatorum. 71
II. De ritu creationis. 80
III. De diademate & corona. 85
IV. De veste Imperatorum. 93
V. De vestiarij Scrinio. 101
VI. De ministerianis S. Vestis. 102
VII. De calceis Imperatorum. 103
VIII. De purpura in qua nati filij Imperatorum. 106
IX. De nobilissimo. 108
X. De sigillo purpureo & aureo Imperatorum. ibid.
XI. De largitione Imperatorum. 111
XII. De imaginibus Imperatorum. 117
XIII. De statuis & imaginibus Imperatorum euersis. 124
XIV. De iuramento in verba Imperat. 126
XV. De moneta Imperatoris. 132
XVI. De ense & pugione Imperatoris. 132
XVII. De comitatu, aula, castris, expedito palatio. 136
XVIII. De Palatinis. 144
XIX. De Scholasticis. ibid.
XX. De obsequio. 145
XXI. De amicis & assessoribus. 145
XXII. De admissionibus ad Imperat. 148
XXIII. De Cancellarijs & Velarijs. ibid.
XXIV. De Curopalate. 150
XXV. De Eunuchis. 151

De

XXVI. *De Igne qui Imperatoribus præit.* 153
XXVII. *De Strenis Imperatorum.* 154
XXVIII. *De Fortuna aurea.* 157
XXIX. *De Throno ac Solio Regio.* 158
XXX. *De Cubiculo, Tabernaculo, & Cubili Imperatoris.* 161
XXXI. *De Acclamationibus & plausu.* 163
XXXII. *De Conuiuijs lautis & opiparis virorum principum.* 165
XXXIII. *De Imperatorum mensis, ferculis, & ministris.* 170
XXXIV. *De Triclinio & mensis.* 182
XXXV. *De Pædagogijs.* 187
XXXVI. *De Castrensibus & Cæsarianis.* 188
XXXVII. *De Inuitatoribus.* *ibid.*
XXXVIII. *De Argento, Escario & Potorio Imp.* 189
XXXIX. *De Præguſtatore.* *ibid.*
XL. *De Conuiuio Scytharum Regis.* 189
XLI. *De Persarum conuiuijs.* 191

INDEX CAPITVM LIBRI TERTII.

CAP. I. DE *Decennijs & vicennijs.* 198.
II. *De Natalibus Imperatorum & Impery.* 200
III. *De Natali Romæ.* 205
IV. *De Augustalibus.* 206
V. *De Regibus ab Imperatore Romano institutis.* 206
VI. *De Funere Imperatorum.* 209
VII. *De Honoribus qui mortuis Imperatoribus decreti.* 220
VIII. *De Imperatoribus Romam aduentantibus.* 223
IX. *De Consistorio, Auditorio, Secretario.* 229
X. *De Silentiarijs.* 232
XI. *De Consilio Imper. iudicantis.* 233
XII. *De Edictis, rescriptis, adnotatione, Epistolis Imperatoris.* 235
XIII. *De Codicillis ad cædem.* 243
XIV. *De Insulis & fascibus.* 244
XV. *De Osculo Imperatoris.* 246
XVI. *De Orationibus Imperatorum.* 248
XVII. *De Nuptijs Imperatorum.* 249
XVIII. *De Nato Imperat. filio.* 258
XIX. *De Filiorum Imp. institutione.* 262
XX. *De Equo regio Imperat.* 265
XXI. *De Stratoribus.* 268
XXII. *De Carruca aurea Imperat.* 269
XXIII. *De Villa Imperat.* 270

IVLII CÆSARIS BVLENGERI DE IMPERATORE ROMANO,

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

De nomine Imperatoris.



A IMPERATOR propriè dicitur qui exercitui præest, & suis auspiciis bellum gerit, Græci στρατηγὸν, ἡγεμόνα, στραταρχὴν, στρατηλάτην vocant, Homerus κοσμήτορα λαῶν, ὄρχαμον ἀνδρῶν, ποιμένα λαῶν, ἀγὸν, ἡγήτορα, πρόμον. Eusebius libr. 8. Historiæ, στρατοπεδάρχην pro duce exercitus ponit, cap. 3. Latini veteres Prætorem, à quo Prætoria cohors. Ita Liuius libr. 35. Antiochum Syriæ regem, qui exercitui aduersus Romanos præerat, Imperatorem ab Ætolis dictum esse commemorat. Deinde Romano more Imperatores dici cæperunt, qui iusta acie hostes fudissent. Demum, qui vt reges apud alias gentes, ita & Reip. apud Romanos summo iure præessent, quiq; cæteris magistratibus legem dicerent, B exercitibus imperarent, reges instituerent, aut iis jus regni eriperent. Manassi αὐτάναξ, αὐταρχος, μόναρχος, μονοκράτωρ. Idem αὐσονοκράτορα vocat, quem Dio αὐτοκράτορα, recentiores βασιλέα, μέγιστον αὐσονάνακτα μυριονικηφόρον. Item τῶν ῥωμαίων ἀρχηγὸς καὶ κράτωρ, αὐτοκράτωρ, σκηπτοκράτωρ, σκηπτοκρατηρία, αὐσονάρχης. Primus omnium Iulius Cæsar perpetuus Imperator dictus, sibi cæterorum magistratuum jus & auctoritatem adrogauit. Nam & Dictator, & Tribunus plebis perpetuus, & morum magister renuntiatus est. Augustus Cæsar idem jus Senatusconsulto tenuit, sed ad decem annos, quibus exactis imperium renouari sibi auctoritate Senatus voluit. Dictatoris nomen deprecatus est Tiberius Augusti testamento in familiam Iuliam, & nomen Augusti assumptus, à Senatu imperium accepit. Primus Claudius à militibus Imperator renuntiatus est, penès quos deinde Imperatores creandi potestas fuit, si legitimus imperij hæres desideraretur. Quanquam & hîc C subinde variatum, cùm milites interdum à Senatu Imperatorem postularint, interdum ipsi seditione militari crearint. Quæ ne nullo auctore dicta putes, è veteri memoria testes laudabo. Dio lib. 43. τό τε τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα οὐ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔτι μόνον, ὥσπερ ἄλλοί τε καὶ ἐκεῖνος πολλάκις ἐκ τῶν πολεμίων ἐπεκλήθησαν, (malim, ἐκ τῶν πολέμων) οὐδὲ ὡς οἱ τινὰ αὐτοτελῆ ἡγεμονίαν, ἢ καὶ ἄλλην τινὰ ἐξουσίαν λαβόντες ὀνομάζοντο, ἀλλὰ καθάπαξ τοῦτο δὴ τὸ καὶ νῦν τοῖς τὸ κράτος ἔχουσι διδόμενον ἐκείνῳ τότε πρώτῳ καὶ πρῶτον ὥσπερ τι κύριον προσέθεσαν. Id est, *Et nomen Imperatoris non modò vt olim & alij, & Iulius ipse plerumque victis hostibus salutatus est, neque vt qui absolutum aliquod imperium, & plenam potestatem consequuti nominabantur, sed semel illi primo omnium Imperatoris nomen, quod hodieq; & alijs datur, qui summum imperium habent, quasi*

Imperator quis dicatur.

Quis primũ Imperator appellatus.

proprium addiderunt. Vbi mihi nota tres Imperatoris ſignificatus, de quibus ſupra egimus. A
Poſtremum Suetonius in Iulio cap.76. prænomen appellat: Inſuper, inquit, & prænomen
Imperatoris. In veteribus inſcriptionibus Imperatoris nomen, cùm ſingulare illud ac ſum-
mum imperium ſignificat, præponitur; cùm victoria partum eſt, ſubiungitur, hoc modo,
Imperator Cæſar Auguſtus: & contra, Iulius Blæſus Imperator. Dio l. 52. de Auguſto.
τὸν δ' αὐτοκράτορα ἐπικλησιν ἐπέθετο. λέγω δ' οὐ τὸ ἐπὶ τῇ νίκαις κεῖσθαι τὸ δεύτερον ἀλλ' ὃ
καὶ πρότερον καὶ πολλάκις μᾶλλον ἢ πρότερον, πολλάκις δὲ καὶ ὕστερον ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων ἔλαβεν, ὥστε
καὶ ἐν εἴκοσιν ὄνομα αὐτοκράτορα σχεῖν, ἀλλὰ τὸ τὸ κράτος σημαίνουσαν. *Sumpſit*, inquit, *no-
men Imperatoris. Dico autem non id nomen quod olim ob victorias datum, quod ipſe ſæpe & prius, &
poſtea ex rebus geſtis accepit, vt in viginti victorijs id nomen adeptus ſit, ſed aliud quod ſummum im-*
Veſpaſiani dictum: Imperatorem ſtatem mori debere. *perium ſignificat.* Hoc ſignificatu apud Sueton. Veſpaſianus dixit Imperatorem ſtantem mo-
ri debere. Hadrianus apud Spartianum, ſummum Principem mori debere, non debilem. B
Claudius prænomine Imperatoris abſtinuit, ait Sueton.cap.11. Spartian.in Ælio Vero, In
hac ſtatione quam temperas. Idem in Commodo, In his artifex quæ ſtationis Imperato-
riæ non erant. Ita Capitolin.in Vero, ſtationem regiam, ſtationem Cæſarum dixit. De iis
qui parta victoria Imperatores dicti. Tacitus libr.1. Annal. Nomen Imperatoris ſemel &
vicies partum. Vetus inſcriptio, Imperator Cæſar D.Iulij fil. Auguſtus, Pontifex Max. Con-
ſul 14. Imperator viceſimum, Tribunitiæ poteſtatis triceſimum 8. P.Patriæ. Hoc ſignifi-
catu apud Cæſarem lib. 2. Ciuil. vox Imperatoris ponitur. Et lib. 3. Pompeius mille qua-
dringentos 60. milites ceciderat, Imperator appellatus eſt. Sed neque litteris, neque faſci-
bus inſignia laureæ adhibuit. Sub Hadriano nemo re bene geſta Imperator à militibus ſa-
lutari potuit, niſi decem millibus hoſtium cæſis, vt indicat Appianus lib.2. Ciuil. μυρίας
πρὸς ὅρον εἶναι τῇ ἐπὶ τῇ δόξῃ μίᾳ. *Definitum*, inquit, *huic acclamationi numerum eſſe, vt decem millia* C
cecidiſſent. Stante verò Republica ἐπὶ πᾶσι τοῖς μεγίστοις ἔργοις, vt idem loquitur, *in omni
præclaro facinore* appellatio Imperatoris tribuebatur. Quare & Ciceroni Proconſuli in Aſia
cæſis aliquot prædonibus ea data eſt, Plutarcho narrante, ἥψατο δὲ καὶ πολέμου, λῃστὰς τοὺς περὶ
τὸν Ἀμανὸν οἰκοῦντων τραχήλου, ἐφ' ᾧ καὶ αὐτοκράτωρ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀνηγορεύθη. *Attigit & bellum
fugatis aliquot prædonibus qui circum Amanum montem incolebant.* Craſſus tamen ὤφλεν αἰσχύνην,
ait Plutarch. *ignominiæ notam ſibi inuſſit*, qui capta Zenodotia vrbe Imperatorem ſalutari ſe
voluit. Claudius præter morem victis Britãnis ſæpius Imperator ſalutatus eſt, cùm ex ma-
iorum inſtituto, ſemel tantùm ex eodem bello Imperatorem vniuerſi exercitus conclama-
tione appellari moris eſſet. Dio lib. 57. αὐτοκράτωρ πολλάκις ἐπωνομάσθη οὐδὲν δὲ πάτριον. ὃ
γὰρ ἔστιν ἐν ἑνὶ πολέμῳ ἢ ἅπαξ ἐπ' αὐτῷ πολέμῳ τὸν ἐπίκλησιν ταύτην λαβεῖν (lego ὃ γὰρ
ἔξεστιν ἑνὶ.) *Nemini licet hoc nomen niſi ſemel ex eodem bello ſumere.* Idem lib. 42. οἷς γὰρ D
πόλεμον ἄξιόν τι ταύτης κατορθωθῇ, ἔστι γὰρ καὶ ἐκείνῳ τὸν ἀπὸ τρόπου λαμβάνουσι. *Illi qui rem
in bello bene geſſerint, hanc appellationem ab antiquo ſumunt.* Illi, inquam, quorum auſpiciis res
geſta. Quare omnino pauci ſub Imperatoribus hoc nomen conſequuti, quia non ſuis, ſed
principis auſpiciis rem gerebant. Tacit.lib.2. Annal. Miles in loco prælij Tiberium Impe-
ratorem ſalutauit, cùm à Germanico res geſta eſſet. In trophæi inſcriptione aſcriptum,
exercitum Tiberij Imperatoris ea monimenta conſecrauiſſe, de quo dici potuit, quod Ho-
ratius de Auguſto:

Te copias, te conſilium, & tuos
Præbente diuos.

Blæſo Tiberius nomen Imperatoris non inuidit. Idem tamen Tiberius Iulio Blęſo nomen Imperatoris non inuidit, vt Tacit.lib.3. Annal. E
Velleius lib.2. Iulius Blæſus Proconſul in Africa ornamenta triumphalia cum appellatione
Imperatoris meruit. Vt plurimum igitur Auguſti Imperatores dicti, licèt Romæ morarentur, victoria parta, quòd eorum auſpiciis bene res geſta eſſet. Eumenius in Panegyr. Con-
ſtant. Fronto cùm belli in Britannia confecti laudem Antonino principi daret, quamuis il-
le in ipſo vrbis palatio reſidens gerendi eius mandaſſet auſpicium, veluti longæ nauis gu-
bernaculis præſidentem, totius velificationis & curſus gloriam meruiſſe teſtatus eſt. Huc
reſpexit Claudianus in Panegyrico Honorij quartum conſulis,

victoria velox.

Auſpiciis effecta tuis, pugnatis vterque,
Tu fatis, genitorque manu.

Sidonius carm.5.

felix te reſpicit iſte

A *Euentus belli, certatum est iure magistri,*
Augusti fato.

Eumenius Paneg. Quàm delicata fuerit illorum principum in administranda Rep. cum laude felicitas, quibus Romæ degentibus triumphi, & cognomina deuictarum à ducibus suis gentium prouenichant. Fuere tamen Imperatores qui res per se gererent, manum cum hoste conserrent, in exercitu, in acie starent, Trajanus, Hadrianus, Aurelianus, Claudius, Probus, aliiq; plures, de quibus in Panegyr. Theod. Gaudent profectò diuina perpetuo motu, & iugi agitatione se vegetat æternitas, & quicquid homines vocamus laborem, vestra natura est. Vt indefessa vertigo cælum rotat, vt maria æstibus inquieta sunt, vt stare sol nescit, ita tu Imperator, continuatis negotiis, & in se quodam orbe redeuntibus semper exercitus es. *Diuina perpetuo motu gaudent.*

B Quoties autem duo vel plures in imperio essent Imperatores & Cæsares, vnus semper ex iis primo & potiori loco habitus est, vt in consulibus vnus semper fuit qui primo loco renuntiaretur. Eusebius lib. 1. cap. 1. de vita Constantini τεσσάρων γάρ τοι τῶν ῥωμαίων αὐτοκρατορικῆς κοινωνούντων ἀρχῆς, βασιλεὺς ὁ πρωτεύων τὸ πρῶτον τῆς ἀρχῆς ἐπέχων βαθμόν. *Cùm enim quatuor id temporis Imperatoriæ maiestatis participes essent, Diocletianus Imp. qui primum in imperio gradum obtinebat.* Cùm autem Diocletianus & Maximianus Herculius imperio se abdicassent, *solus Constantinus primus Augustus renuntiabatur*, μόνος κωνσταντῖνος πρῶτος αὖγυστος ὁ σεβαστὸς ἀνηγορεύετο. Eadem de re Socrates, Maximinus, inquit, Galerius πρῶτον ἑαυτὸν τῆ τιμαῖς ἀναγορεύων, *primum dignitate* & loco ante Constantinum & Licinium se *renuntians.* Eusebius lib. 1. cap. 1, de vita Constant. Constantius τῷ μὲν κατ' ἀρχὰς τῷ τῶν αὐτοκρατόρων διαδήματι λαμπρυνόμενος, ὁ τέταρτον ἀπειληφὼς τὸν πρῶτον. μὴ ὢν τῶν ἐν

C τέταρτος δοκιμῶν τῆ ἀνωτάτω πρὸς ῥωμαίοις ἀποσειῶν τιμῆ, πρῶτος σεβαστὸς τεσσάρων τῶν ὕστερον ἀναδηχθέντων χρηματίσας. *Et quidem ille per initia Imperatorum Cæsarum diademate insignitus, & inter Cæsares primas tenens. Vbi autem in hoc gradu probatus est, eo qui apud Romanos summus est ornatus honore, primus Augustus dictus est, ante quatuor qui postea renuntiati sunt.* Quatuor illi fuere Galerius, Licinius, Maxentius, Constantinus. Hîc mihi nota Cæsares vocari αὐτοκράτορας, non σεβαστούς, eósque diademate Cæsaribus proprio insignitos. Libr. 8. Histor. eccles. vocat Diocletianum πρωτοστάτην αὐτοκράτορα σὺν τῷ μετ' αὐτὸν δευτερείοις τετιμημένῳ, *primum Imperatorum cum Maximiano, qui secundas tenebat.* Imperator à Latinis interdum vocatur. Rector. Sidonius carm. 5.

Cum rector moderandus erat.

Spartianus in Hadriano regium morem dixit. Ergo conuersis regio more militibus, id est,

D ad mores Imperatoris. Tacitus lib. 1. Domum rex Matricem vocat. Sueton. de Caligula, nec multum abfuit, quin statim diadema sumeret, speciemq; principatus in regni formam conuerteret. Spartianus seruos regios, stationem, sedile, ornamenta regia, Vopiscus regale imperium. Lampridius in Alexandro Augustam reginam dixit. Synesius de regno, ὑμᾶς ἀξιῶμεν καὶ καλοῦμεν βασιλέας, *Vos reges vocamus*: ὑμεῖς δὲ συγχωροῦντες τὸν ὄγκον τῆς προσηγορίας ἀναδυομένοις ἐοίκατε, *Vos concedentes fastigium appellationis refugere videmini*, neque in edictis, ac epistolis vestris hoc nomen vsurpatis, sed Imperatorum nomine contenti estis, quod *ductorem exercitus significat.* ὄνομα στρατηγίας δηλοῖ. Procopius 1. Gott. ait Theodoricum non βασιλέα sed regem se dixisse: καὶ βασιλέως μὲν τῶν ῥωμαίων ἔτε, χρημάτων δ' ὀνομάτων ἐπιβάτησε ἠξίωσεν, ἀλλὰ ῥῆξ καλεῖσθαι διεῖπε. Barbari enim suos principes reges vocant, ait ille. Libet hîc mihi quædam ascribere de Regis & βασιλέως appellationibus, ex epistola Ludouici

E Romanorum Imp. qui Caroli magni pronepos Lothario successit in regnum Italiæ. Hunc Cedrenus & Ioannes Curopalates Dolichium pro Lodoico vocant. Constantinus Porphyr. lib. 2. de Themat. ῥῆγα φραγγίας, non βασιλέα dicit, quanquam Romæ à Sergio Papa coronatus erat anno salutis 844. & Imperator, & Augustus salutatus, & iterum coronatus ab Hadriano Papa anno 871. & vt legitimus Lotharij fratris demortui successor declaratus Rex Francorum Epistolæ verbat sunt: *In nomine Domini N.I.C. Dei aterni, Ludouicus diuina ordinante prouidentia Imperator Augustus Rom. Dilectissimo, spiritualiq; fratri nostro Basilio gloriosissimo, ac piissimo æquè Imperatori nouæ Romæ.* Ex cap. 2. *Quia de Imperatorio nomine multa nobis scripsisti, cogimur & nos quoque ad scripta tua quædam rescribere, &c. Frustra eausandum ducit tua prudentia, alios præter se βασιλεῖς appellandos, nisi fortè radendos ducat totius codices mundi, in quibus ferè cunctarum gentium principes à priscis temporibus & deinceps βασιλεῖς inueniuntur scripti*, cap. 9. *Illud ridere libuit quod de Imperatorio nomine dixisti, neque paternum esse, neque genti conuenire. Quomodo enim paternum non est, quod in auo nostro paternum fuit? Quomodo autem genti non conuenit,*

cùm sciamus ex Hispanorum, Isaurorum, & Cazarorum gente Imperatores Rom. effectos? cap. 10. *Præterea mirari se dilecta fraternitas tua significat, quòd non Francorum, sed Romanorum Imperator appellemur. Sed scire te conuenit, quia nisi Romanorum Imperator essemus, vtique nec Francorum. A Romanis enim hoc nomen & dignitatem assumpsimus, apud quos profectò primò tantæ culmen sublimitatis, & appellationis affulsit, quorúmque gentem & vrbem diuinitus gubernandam, & matrem omnium ecclesiarum Dei defendendam atque sublimandam suscepimus, ex qua & regnandi priùs, & postmodum, imperandi auctoritatem prosapia nostra seminarium sumsit.* cap. 15. ostendit vocem Latinam regis Græcè aliter verti non posse, quàm βασιλέα.

CAPVT II.

De origine titulorum ac Nominum Imperatoris Romani.

Discrimen inter cognomina principum.

PRIVS quàm de titulis, & nominibus Imp. agam admonebo discrimen esse inter cognomina principum quæ à Senatu, aut populo deferebantur, & inter epitheta & cognomenta quæ honoris aut probri causa illis tribuebantur. Traiano cognomen Optimi, Antonino Pij fuit, Epithetum Iulio Cæsari viri fortis, Augusto felicis, Caligulæ insani, M. Antonino Philosophi. Nouella Iustiniani 108. ὁ φιλόσοφος ἐν βασιλεῦσι μάρκος, *Philosophus inter reges Marcus.* Omnes autem prope honorum tituli quos sibi Romani Imper. adrogarunt, à Iulio Cæsare profecti sunt, cui populus Romanus victo Pompeio potestatem dederat, vt de Pompeianis suo arbitratu statueret, ac belli pacisque arbiter esset, prætextu eorum quæ in Africa mouebantur, quamuis neque ad Senatum neque ad populum de iis retulisset, ait Dio lib. 42. ἐς πολέμων ἐς εἰρήνης κύριον, καὶ μηδὲν μήτε τῷ δήμῳ, μήτε τῇ βουλῇ περὶ αὐτῶν κοινωνήσεται. Hoc etiam accepit, vt quinque continuis annis consul esset, vt Dictator in annum. τήν τε ἐξουσίαν τῶν δημάρχων διὰ βίου προσέθετο, *Tribunitiam potestatem perpetuam sibi sumpsit.* Inter tribunos assidebat, & omnia quæ fuerant eorum muneris, ipse obibat, quod aliàs nemini datum. Itaque omnibus comitiis, præter ea quæ plebis sunt, præerat, καί περ αὐτὸς βουληθεὶς πάσας ἱερωσύνας ἔχειν, ὥσπερ ἐψήφιστο, *Quamuis ipse vt decretum erat, omnia sacerdotia habere statuerat.* Imperatoris ei nomen quasi proprium additum, & eò adulationis ventum est, vt filiis eius ac nepotibus idem nomen decerneretur. Ædes præterea publicæ decretæ, vtque dies quibus vicisset festi essent, illisque res diuina fieret, ac ne quis militare imperium cum Cæsare habere, aut rei confectæ partem sibi vindicare auderet. Omnes magistratus etiam plebeios eius potestati permiserunt, decreueruntque vt solus milites haberet, solus publicas pecunias curaret. Statuam eburneam, ac post thensam in circensibus pompis, cum Deorum simulacris vehi iusserunt, aliámque imaginem cum inscriptione Dei inuicti in fano Quirini posuerunt, aliámque iterum in Capitolio, iuxta reges qui quondam Romæ regnauerant. Idem lib. 43. Ei datum est vt perpetuò vteretur veste triumphali, etiam intra vrbem, vt semper sella curuli sederet, exceptis ludis, quibus ei sessio in tribunitio subsellio inter tribunos, vt eius lictores semper laureati essent, τοῖς ῥαβδούχοις δαφνηφοροῦσι ἀεὶ χρῆσθαι, *vt fasces laureatos gererent*, non vt malè interpres, *vt coronas laureas ipsi gestarent.* Nomen patris patriæ attributum, ipsius imagine signati nummi, sacra publicè natali eius facta, in omnibus vrbibus, & omnibus Romæ templis ei statuæ positæ. Mensem in quem natalis eius competebat, Iulium; tribum vnam sorte lectam, Iuliam appellarunt. Quinetiam decretum, vt solus censor & perpetuus esset, vt qui eum vel facto vel verbo violasset, ἱερόσυλός τε, καὶ ἐν τῷ ἄγει ἐνέχηται, *sacrilegio ac piaculo is se obligaret*, vt si filius Cæsari nasceretur, is Pontifex Max. esset. Additum vt sella aurata vteretur, (alij auream fuisse volunt.) Additum item ex equitibus & Senatoribus satellitium, vt quotannis vota pro eius salute conciperentur, vt per eius fortunam iurarent, vt omnia quæ ageret, rata essent, vt quinquennales ei ludi quasi Heroi fierent. Tertium collegium sacerdotum, qui Lupercalia celebrarent, institutum, iíque Iulij vocati. Dies vnus ei consecratus, quo ludi gladiatorij Romæ, & in Italia eduntur. In Theatra & Circum, sellam eius auream, coronámque gemmis & auro insignem, qui honor aliàs Diis tribui solet, inferri populus voluit, iussit. Denique Iouis ipsi cognomentum impositum, templum Clementiæ dicatum, eíque sacerdotio Antonius quasi flamen Dialis præfectus. Dioni astipulatur Suetonius lib. 1. c. 76. Non enim honores modò nimios recepit, vt continuum consulatum, perpetuam dictaturam, præfecturámque morum, insuper prænomen imperatoris, cognomen patris patriæ, statuam inter

Patris patriæ nomen cui attributum.

Sella aurea.

Quinquennales ludi Cæsari facti.

reges,

A reges, ſuggeſtum in Orcheſtra, ſed & ampliora etiam humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt, ſedem auream in Curia, & pro tribunali, thenſam & ferculum Circenſi pompa, templa, aras, ſimulacra iuxta Deos, Puluinar, Flaminem, Lupercos, appellationem menſis è ſuo nomine. Dio, πυκτὼ, καὶ μόνον διὰ βίου ἔτη, *Cenſorem ſolum & perpetuum eſſe.* Eadem narrantur à Zonara tomo 2. Florus lib.4.c.2. Cæſari, inquit, circa templa imagines, in theatro diſtincta radiis corona, ſuggeſtus in curia, faſtigium in domo, quod templis Deorum proprium dicitur, ἀέτωμα, & ἀετὸς. Ariſtophanes in auibus, ὥσπερ ἐν ἱεροῖς οἰκήσετε. τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας ἐρέψαμεν πρὸς ἀετὸν. *Quaſi in templis habitabitis. Veſtras enim domos tholo coronauimus ad aquilam, ſeu faſtigium.* Appianus libr. 2. Ciuil. Cæſari, inquit, omnes ſupra hominem honores immodicè congeſti ſunt, ſacrificia, certamina, donaria in omnibus templis, & locis publicis, per ſingulas tribus, & per omnes nationes, pérque regna ſociorum, *Cæſaris honores.*

B θυσιῶν τε πέρι, καὶ ἀγώνων, καὶ ἀναθημάτων ἐν πᾶσι ἱεροῖς, καὶ δημοσίοις χωρίοις. Effigies quoque eius vario habitu proponebantur, nonnullæ querna corona quaſi ſeruatoris patriæ, &c. Decretum vt negotia tractaret in ſellis eburneis, & aureis, ἐπὶ θρόνων ἐλεφαντίνων τε καὶ χρυσέων χρηματίζειν, &c. Vt inter ſacrificandum triumphali veſte vteretur, καὶ τὸ σῶμα ἱερὸς, καὶ ἄσυλος εἴη, vt ſacroſanctus & inuiolabilis eſſet, vt publicè anniuerſariis ac ſolemnibus ſacris dies celebrarentur, quibus hoſtes viciſſet, vt ſingulis luſtris ſacerdotes ac Veſtales pro eius ſalute vota facerent, magiſtratus qui inirent, in eius acta iurarent, ὁμνύειν μηδενὶ ἧττον ὑπὲρ καίσαρος εἰσομένων αὐτοκράτορα. Templa etiam ei multa tanquam Deo ex Senatuſc. decreta ſunt, & vnum ipſi, Clementiæque commune, in quo ſimulacra eorum iungerent dextras. Cohortes etiam Prætorias, quas ad corporis cuſtodiam per bella adhibuerat, amouit à ſui cuſtodia, contentus ſolis apparitoribus publicis.

C Plutarchus monarchiam Cæſari à populo attributam ait, καὶ τῶν ἐμφυλίων πολέμων, καὶ κακῶν ἀπαυστολὴν ἡγούμενοι τὴν μοναρχίαν, δικτάτορα μὲν αὐτὸν διὰ βίου ἀπέδειξαν. τοῦτο δὲ ἦν ὁμολογουμένη μὲν τυραννὶς, τῷ ἀϋπόδυτον δὲ μοναρχίας τὸ ἀκατάπαυστον προσλαβούσης, *quòd per eum ſup. Monarchiam à bellis ciuilibus & miſeriis reſpiraturos ſe eſſe putarent, eúmque Dictatorem perpetuum creatum. Hoc autem erat manifeſta tyrannis, cùm monarchia reddendis rationibus non obnoxia indeſinens ac perpetua decerneretur.* Manaſſes in Politicis: *Monarchia cur Cæſari à populo Romano attributa.*

μετὰ καίσαρ ὅσις τὴν ὑπατείαν
εἰς βασιλείαν ἤμειψε, καὶ καταδυναστείαν
εἰ δήποτε κατήπειξε, πραγμάτων ἀστασίᾳ,
καὶ τὸ πολύτροπον αὐτῶν, καὶ τύχης δυσκληείᾳ.
συνερχομένης δ' βελῆς, ἀλλὰ καὶ ἧττον ὑπάτων
D δικτάτωρ εἷς ἐγίνετο πάνταρχος αὐτοκράτωρ,
τὴν δ' ἀϋπόδυτον δέχεται ἡ λέξις ἑρμηνεύσει,
καὶ τὴν αὐτοκρατορικὴν πάντων οἰκονομίαν.
τῆς ζάλης τ' πραγμάτων ἧς καταστορεννυμένης
τὸ κράτος ἀπεπίδετο δ' αὐτοκρατορίας.

Hi duo poſtremi verſus falſi. Conſules gubernarunt vſque ad C. Cæſarem, qui conſulatum in regnum mutauit, & dominationem, ſi vnquam olim, incitauit ob incertum ac volubilem ſtatum rerum, & fortunæ difficultatem (lego διὰ τὸ πολύτροπον αὐτῶν, καὶ τύχης δυσκληείαν) coacto ſenatu & conſulibus vnus Dictator fuit, omnes magiſtratus complexus abſolutæ poteſtatis (lego vno verbo καταδυναστείαν:) vox iſta ſignificat magiſtratum reddendis rationibus non obnoxium, & pleniſſimam omnium adminiſtrationem: tempe- *Conſulatum Romanum à Cæſare in regnũ mutatum.*

E ſtate autem negotiorum ſopita, poteſtatem Imperatoris depoſuit. falſum hoc eſt.

γαίῳ ἧς ἡνίκα δικτάτωρ, αὐτοκράτωρ,
καὶ καταστοπωσάμενος μυείας ἐθναρχίας,
καὶ τ' ῥωμαίων τὴν ἀρχὴν ἀχεὶς αὐτῶν γαδείρων
καὶ μέχρι ἧς πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα πλατώνας, &c.
καὶ καταγωνισάμενος ἧς πάντων κυριεύσας,
τὸ κράτος ἐπιζώννυται δ' αὐτοκρατορίας.

Caius autem cùm fuiſſet Dictator abſolutæ poteſtatis, & imperator, ſubactis innumeris prouinciis, & Romanorum imperium vſque ad Gades protuliſſet, & vſque ad ſolis ortum, &c. Mox victis inimicis ſuis omnibus Imperatoris poteſtate ſuccingitur. Turbat poſtea Manaſſes, & Caio tribuit quæ ſunt Auguſti. Hæc Iulio Cæſari à Senatu populóque Romano decreta ſunt, quibus nemini vnquam maiora decreta. Nam & ipſe Iuppiter dictus, & templis, & aris, ſacerdotibus, ludis, certaminibus cultus, & Dictator, Cenſor, Impera-

tor, Pater Patriæ, Tribunus plebis perpetuus renuntiatus est. Augustus certè non regno, A
neque dictatura, sed principis nomine Remp. constituit, vt Tacit. lib. 1. Annal. Lepidi
atque Antonij arma in Augustum cessere, qui cuncta bellis ciuilibus fessa nomine prin-
cipis sub imperium accepit. Ouid. lib. 1. Fastor. de Romulo,

Tu Domini nomen, Principis ille tenet.

Plinius Panegyr. Traianus sedem obtinet principis, ne sit Domino locus. Dio & Zonaras
Augusti præconia. τὸ θρόνειον & γερουσίας vocant. Quis olim princeps Senatus fuerit, docet Gellius lib. 4. c. 10.
quem adito. Vnde principium, & principatum de potestate ac imperio Cæsarum dixere.
Sueton. c. 31. Augusti principium clade Variana, Tiberij ruina spectaculorum memora-
bile factum. Apud eundem dictum est Titi, principatum fato dari. Vnde & principes ab-
solutè apud Plinium & alios, Imperatores dicti. Augustus item tribunitiam potestatem B
perpetuam recepit, vt Sueton. c. 27. in qua semel atque iterum per singula lustra collegam
sibi cooptauit. Recepit & morum, legúmque regimen æquè perpetuum, quo iure, quan-
quam sine censuræ honore, censum tamen populi ter egit, primum ac tertium cum colle-
ga, medium solus. c. 52. Argenteas statuas olim sibi positas conflauit omnes. Dictaturam
magna vi offerente populo, genu nixus, deiecta ab humeris toga, deprecatus est. Domini
appellationem vt malè dictum & opprobrium semper exhorruit. Equites Romani nata-
lem eius sponte atque biduo semper celebrarunt. Omnes ordines in lacum Curtij quo-
tannis ex voto pro salute stipem iaciebant. Item Kal. Ianuariis strenam in Capitolio etiam
absenti. Reuertentem ex prouincia non solùm faustis ominibus, sed & modulatis carmi-
nibus prosequebantur. Obseruatum etiam est, ne quoties introiret vrbem, supplicium de
quoquam sumeretur. Patris Patriæ cognomen vniuersi repentino maximóque consensu C
detulerunt ei. Quædam Italiæ ciuitates diem, quo primùm ad se veniisset, initium anni fe-
cerunt. Prouinciarum pleræque super templa & aras, ludos quoque quinquennales penè
oppidatim constituerunt. Reges amici atque socij, & singuli in suo quisque regno Cæsa-
reas vrbes condiderunt. Cùm autem Rempub. in integrum restituere, ac saluam & sospi-
tem sistere in sua sede vellet, coactus est à S. P. Q. Romano, vt solus Rempub. gereret, ait
Dio. lib. 53. Qui quo longius à potestatis regiæ suspicione ciues abduceret, imperium in
decennium suscepit. Quam ob causam posteriores quoque Imperatores, decennio quo-
que diem festum pro imperij renouatione agunt. Decretum autem est honori Augusti,
vt ante ipsius domum in Palatio lauri ponerentur, & super eas coronæ quernæ, quod per-
petuus hostium victor, ac ciuium seruator esset. Adhæc Augusti nomen à Senatu P. Q. R.
ei additum, cùm ipse Romulus dici expeteret. Hoc pacto, ait Dio ibidem, omne Senatus D
ac populi imperium ad Augustum translatum est, vt fieri non possit, cùm ad vnum sum-
ma imperij referatur, quin sub regno Romani sint. Imperatores enim consules sæpe fiunt,
& quoties extra pomœrium sunt, proconsules dicuntur, vt horum nominum vi exercitus
scribere, pecunias conficere, bella suscipere, pacem ferire, peregrinis atque vrbanis rebus
summo iure præesse, intra pomœrium & extra equites Senatoréque necare possint. Cen-
soriam ac tribunitiam potestatem habent, omnia sacerdotia, religiones ac sacrificia, legi-
bus soluti sunt, Patres Patriæ vocantur. Hæc Dio. Quæ omnia cùm in vnum hominem
conuenerint, tanta sunt, vt nihil maius in rebus humanis esse possit. Plinius Panegyr. Videa-
ris licet quod est amplissimum consecutus inter homines, felicius tamen erat illud quod re-
Octauius viuus consecratus & Augustus appellatus. liquisti. Sub bono principe priuatus esse desiisti. Appianus lib. 1. Ciuil. Octauius Antonio vi-
cto, Ægypto in prouinciæ formam redacta, viuus consecratus, & Augustus à populo Rom. E
appellatus, maiorem etiam quàm Caius pater potestatem in patriam, gentésque omnes
subditas sibi vsurpauit, ne in speciem quidem exspectatis populi suffragiis, confirmata de-
mum longo tempore potentia, fortunatus per omnia, reuerendúsque, stirpem parem tan-
to imperio post se reliquit: & sic tandem pro seditionibus concordia subiit, ad vnum im-
perio relato. Victor l. de Cæs. Anno vrbis septingentesimo secundo etiam mos Romæ vni
prorsus parendi. Namque Octauianus patre Octauio, atque adoptione auunculi Cæsaris,
ac mox procerum consulto ob victoriam placidè exercitam Augusti cognomento dictus,
illectis per dona militibus, atque annonæ curandæ specie vulgo, ceteros haud difficulter
subegit. Ita locum hunc legendum puto. Idem Augustum arbitratur primum Romani
imperij auctorem, nos Iulium. Huícque (Augusto, inquit,) vti Deo Romæ, prouinciís-
que in omnibus per vrbes celeberrimas viuo, mortuóque templa, sacerdotes, & colle-
gia sacrauere.

Post

A Post Augustum Tiberius principis nomine Remp. rexit. Dio. ψηφισθὲν γὰρ αὐτῷ αὐτοκράτορι ὄνομα μὴ τ' ἄλλων ὀνομάτων οὐκ ἐδέξατο, καὶ τὸν κλῆρον τῆς αὐγούστου λαβὼν, τὴν ἐπικλησιν αὐτοῦ τοῦτον οὐκ ἐδέξατο. *Tiberius*, inquit, *Imperatoris nomen, quod ei à Senatu decretum erat, cum alijs nominibus non recepit, & hæreditatem Augusti nactus, Augusti appellationem non admisit,* & militum prætoriorum excubiis septus orabat Senatum, vt eas secum sumeret. Idem vt πρόεδρος δικαστῶν, *præses iudicum* ibat ad magistratuum iudicia vocatus ab iis, & non vocatus, eosq; in sua sella sedere patiebatur. Dicebat autem se dominum esse seruorum, Imperatorem militum, πρόκειτον, principem reliquorum. Patris Patriæ nomen omnino repudiauit, neque vt per suam fortunam iuraretur permisit, neque si quis deferretur, quasi per fortunam principis peieraſſet, causam admisit, neque sibi templa poni, ὅτε τεμένισμα αὐτῷ ἐπεμνήσθη, ὅτ' εἰκόνα ἐξὸν αὐτῷ ἐδενὶ σῆσαι, vel imaginem passus est. Postea tamen sub
B eodem & ἀσεβείας, maiestatis crimen introductum, & imagines ei positæ. Tandem etiam imaginibus eius, & Seiani sacrificatum.

Tiberius principis nomine remp. Romanam rexit.

CAPVT III.

De Titulis & Nominibus Imperatorum.

C TITVLI Imperatorum à Iulio, & Augusto fluxere, quos ex veteribus inscriptionibus recognoscas licet. Imperator Cæsar D.Iul.fil.Augustus, Pontifex Max.Consul decimum quartum, Imperator 20. Tribunitiæ potestatis 38.Pater Patriæ. Plinius Panegyr. Imperator, titulis, imaginibus & signis. Eusebius lib. 4. Histor. eccles. Imperator Cæsar Marcus Aurel. Anton. Augustus Armen.Pontifex Max. Tribunitiæ potestatis quintum & decimum, Consul tertium. lib. 2. de vita Constantini. νικητὴς κωνσταντῖνος, μέγις σεβαστὸς. lib.8. eccles. hist. αὐτοκράτωρ καῖσαρ πόπλι λικίνιος γαλιλῶος εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, σεβαστός. lib.8. αὐτοκρ. καῖσ. γαλλιηνὸς μαξιμῖνος ἀνίκητος σεβαστὸς, ἀρχιερεὺς μέγιστος, θριαμβικὸς μέγιστος, γερμανικὸς μέγιστος, δὶς καρπῶν μέγιστος, ἑξάκις ἀρμβρίων μέγιστος, μήδων μέγιστος, ἀδελφῶν μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ὀγδοον, αὐτοκράτωρ ἐννεακαιδέκατον, ὕπατος τὸ ὄγδοον, πατὴρ πατρίδος, ἀνθύπατος, ὁ αὐτοκράτωρ καῖσαρ φλάυιος ἀλλέριος κωνσταντῖνος, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἀνίκητος, σέβαστος, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας αὐτοκράτωρ τὸ πέμπτον, ὕπατος, πατὴρ πατρίδος, ἀνθύπατος. Theodoret. lib. 4. c.8. Hist. euang. αὐτοκράτορες μέγιστοι, ἀεισέβαστοι, νικηταὶ, αὔγουστοι,
D ἀλεντινιανὸς, ὁ ἄλης, ὁ γεπαιδός. Euagrius lib. 3. c. 4. Imperator Cæsar Basiliscus, Pius, Victor, τροπαιοῦχος, *triumphator*, Maximus, ἀεισέβαστος, Augustus, & Marcus ὁ ἐπιφανέστατος *nobilissimus* Cæsar. lib.5. c.4. ἐν ὀνόματι τοῦ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, αὐτοκρ. καῖσ. Φλάβιος ὑαλεντῖνος, πιστὸς ἐν χριστῷ, ἥμερος, μεγ. ἀνρχέτης ἀλαμαννικὸς, γοτθικὸς, γερμανικὸς, αὐτικὸς, φεραικικὸς, ἐρελικὸς, γιπεδικὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἔνδοξος, νικητὴς, τροπαιοῦχος, ἀφσέβαστος, αὔγουστος, l.2.c.9. σύγκειται δὲ τὰ ἐγκύκλια τάδε τοῖς ῥήμασι. αὐτοκρ. καῖσ. λέων εὐσεβὴς, νικητὴς, τροπαιοῦχος, μέγιστος, ἀφσέβαστος, αὔγουστος, ἀναπολίῳ ἐπισκόπῳ. *Litteræ Encyclicæ quæ plures eodem argumento ad multos mittebantur scriptæ, sunt his verbis. Imper. Cæs. Leo, Pius, Victor, triumphator, Maximus, semper Sebastus, Augustus, Anatolio episcopo*, lib.3.cap.5. τοῖς κυρίοις φαύστοις εὐσεβεστάτοις καὶ φιλοχρίστοις δεσπόταις ἡμῶν βασιλίσκῳ, καὶ μάρκῳ αἰωνίοις, νικηταῖς, αὐγούστοις. *Per omnia maximè pijs, & Christum amantibus Dominis nostris Basilisco & Marco æternis, victoribus, Augustis scribunt*
E *Episcopi.* In Edicto Constantini Imper. apud Adonem, Hincmarum, & Iuonem. Imper. Cæs.Flauius Constantinus, fidelis, mansuetus, Maximus, beneficus, Gotthicus, Sarmaticus, Britannicus, Hunnicus, Pius, Felix, Victor, ac triumphator semper Augustus. Iustinianus Anticum se vocat ab Antis populis, de quibus Procopius lib.1.Gotth. σκλαβηνοὶ καὶ αὖ οἱ ὑπὲρ ποταμὸν ἴστρον ἐκ μακρᾶς τῆς ἐκείνη ὄχθης ἱδρυνται. *Sclaui & Antæ supra fluuium Istrum siti sunt, non longè à ripa.* De iisdem vide librum 2. Procop. pag. 276. 277. His titulis Franci Reges offensi fuere, vt scribit Agathias lib. 1. Theudibertus Francorum Rex οὐκ ἠνέσχετο ἀνεκτὸν εἶναι, ὅτι δὴ βασιλεὺς ἰουστινιανὸς ἐν τοῖς ἀναγράμμασι τοῖς βασιλείοις φραγγικός τε καὶ ἀλαμανικὸς, καὶ γιπεδικός τε καὶ λογγοβαρδικὸς ἀνακηρύττοιτο, ὡς δὴ αὐτῶν ἐθνῶν ἁπάντων δεδουλωμένων, *Non tolerandum putabat, quòd Rex Iustinianus in Edictis Regijs Francicus, Alamanicus, Gipedicus, Longobardicus diceretur, quasi eas gentes subiugasset.*

Imperatorũ tituli à Iulio & Augusto fluxi.

Imperatores olim Domini appellabantur.

Imperatores item Domini dicti & legibus soluti, quod ante eos ciuium Rom. nemini datum, vt Dio. Vet. Inscriptio est, Impp. Cæsari M. Aurel. Antonino Pio felici Aug. Parthi-

co Max.German.Max. Pont. Max. Tribunit. Pot. XVIII. Cos. III. Imp. III. P.P.Proc. A
Equites, in his actarius Leg. VII. Gem. Ant. P. felici deuoti numini Majestatiq; eius. Alia inscriptio, Magno Inuicto Imp. Cæs. C. Val. Aurel. Diocletiano Pio felici Inuicto Aug. Pont. Max. Tribun. potest. Cos. III. P.P. pro D. N. corpus coriariorum Magnariorum Saliariorum deuoti numini Majestatiq; eius. Alia, Imperatori. Cæs. L. Domitio Aureliano Pio felici Inuicto Aug. Pontifici Maximo Gothico Max. Germanico Max. Tribunitiæ potest. v. Cos. Designato tertium, Patri Patriæ proconf. restitutori orbis, inuictissimo & victoriosissimo Principi, Orfitus v. clarif. Præfectus vrbis deuotus numini Maiestatique eius. In orthographia Manutij V. inscriptio est, Imp. Cæsar Diui F. Vespasianus Augustus Pontif. Max. Tribunit. Potest. X. Imperator XVII. P.P. Censor Cos. VIII. Vide veteres inscriptiones, & orthographiam Aldi Manutij. Nicephorus lib. 6. c. 23. Imperator Cæs. Galienus, Inuictus, August. Pontif. Max. Sarmaticus Max. Thebaicus Max. Tribunit. potest. vicesimum, Con- B
sul. 8. Imp. vndevicesimum, pater pat. Proconsul. Euseb. l. 9. Eccles. Hist. Imp. Cæs. Caius Valer. Maxim. Germanicus, Sarmat. Pius felix, inuictus August. εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἀνίκητος, σεβαστός. In Cod. Iustiniani, ἐν ὀνομάτι τοῦ δεσπότου, καὶ θεοῦ ἡμῶν, αὐτοκράτωρ καῖσ. φλάβιος ἰουστινιανὸς, ἀλεμαννικὸς, γοτθικὸς, φραγκικὸς, γερμανικὸς, ἀντικὸς, ἀλανικὸς, οὐανδαλικὸς, ἀφρικανικὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἔνδοξος, νικητὴς, τροπαιοῦχος, ἀεὶ σεβαστὸς, αὔγουστος, τῇ μεγάλῃ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ. Anticum vocat, quia Antas Istri fluminis accolas in Romanas Prouincias erumpentes, Iustinianus per Cheldibium ducem coërcuerat, & non ita multo post duce Germano, sororis suæ filio, ad internecionem ferè ceciderat, vt Procopius. Apud Iustinum apolog. 2. αὐτοκράτωρ καῖσαρ Μαρ. Αυρ. Αντων. &c. Quanquam autem nomen Imperatoris cùm regium imperium significat, vt prænomen præponi solet, interdum tamen eodem significatu postponitur. In veteri lapide, Aulus Vitellius L. filius Imperator, Consul perpetuus. In Cod. C
Iustiniani, Iustinianus sacratissimus princeps, perpetuus Augustus. Quid autem caussæ fuerit, cur hos sibi titulos principes adrogarent, indicat Dio in Augusto. Imperatores, inquit, his omnibus fulciuntur, ὅπως μηδὲν ἄνευ δόσεώς τινος ἔχειν δοκῶσι, vt nihil non habere videantur concessu populi.

CAPVT IIII.

De Nomine Cæsaris.

TITVLOS Imperatorum quos supra ascripsi vectigiis sequar, & à veteri inscriptione exordiar. Imperator Cæsar D. Iul. filius. De Cæsaris appellatione Manasses in Politicis: D

ἄλλοι δὲ πάλιν λέγουσι τῆς κεφαλῆς τὴν κόμην
ῥωμαίους λέγειν καίσαριν. καῖσαρ οὖν ἐπεκλήθη
γάϊος, ὡς εὐπλόκαμος, ἢ μᾶλλον ὡς δασύθριξ.
ἕτεροι δὲ ῥωμαϊκὰς γράφοντες ἱστορίας,
φασὶν ὡς τούτου προσγενὴς τοῦ καίσαρος γαΐου
τρισαριστεὺς ἀναφανεὶς, ὅτε καρχηδονίοις
ῥωμαῖοι συνεπλέκοντο, καὶ δόρατι καιρίως
βαλὼν τὸν ἀντιγωνιστὴν, καὶ κατατραυματίσας
ἐλέφαντος ὀχούμενον ἄνωθεν εὐρυστέρνου, E
αὐτῷ πρὸς γῆν κατήγαγεν ἐλέφαντι, κἀντεῦθεν
ἔσχεν ἀρχὴν τὴν καίσαρος λαμπρὰν προσονυμίαν.
καίσαρες γὰρ ἐλέφαντες τοῖς φοίνιξι καλοῦνται.

Cæsar à cæsarie dictus. Alij rursus dicunt Romanos comam capitis vocare cæsariem. Caius igitur Cæsar dictus est, vt cincinnatus, aut potius villosus, & capillatus. Alij historici vnum aliquem ex eius maioribus (lego πρόγονος aut προγονεὺς) fortiter rem gessisse bello Punico, qui hasta letali vulnere hostem percussum, elephanto cui latum pectus insidentem (lege ὀχούμενον) deiecerit ad terram, ipsúmque elephantem confoderit, & deinde orta est illustris Cæsaris appellatio. *à cæso elephante.* Malim, ἡ καίσαρος λαμπρὰ προσονυμία. Cæsares enim elephantes Phœnicibus dicti. Cæsarem Spartianus dictum autumat, vel quod cum magnis crinibus sit vtero parentis effusus, vel quod oculis cæsiis, vel à cæso elephante, quia Cæsar Mauris dicitur elephas. *à cæso matris vtero.* Seruius Cæsar, inquit, vel quod cæso matris ventre natus est, vel quod auus eius in Africa

manu

A manu propria occidit elephantem, qui Cæsar dicitur Pœnorum lingua. Nonnulli Syris cæsir scutum esse volunt, vnde fortassis ab erepto scuto Syro cuidam hosti, Cæsar appellatus sit. Augustus, cùm à Iulio Cæsare adoptatus in gentem eius assumptus esset, Cæsar & ipse appellatus est. Augusti testamentum illatum per virgines Vestæ, Tiberium & Liuiam hæredes habuit, vt Tacit. lib. 1. Annal. ab Augusto Tiberius Cæsaris nomen accepit, à Tiberio cæteri imperatores. De Claudio Suetonius; Primus Cæsarum militis fidem præmio pigneratus Claudius. Idem lib. 2. cap. 43. Circa Tiberim cauato solo, in quo nunc Cæsarum nemus est. *à scuto cæsir Syris dicto.*

Cæsarum progenies in Nerone defecit, ait Sueton. cap. 1. in Galba, qui tamen vt occisum Neronem, cunctosq; in verba sua iurasse cognouit, deposita Legati, suscepit Cæsaris appellationem, cap. 11. & cap. 12. Germanorum cohortem à Cæsaribus olim ad custodiam
B corporis institutam. Lamprid. de Commodo, qui iam Imperator nominatus inter Cæsares. Capitolinus in Albino Cæsarianam familiam vocat. Sub Ælio Vero primum nouum genus honoris in Rempub. inductum, vt essent Cæsares veluti candidati imperij, & designati Imperatoris hæredes, cùm antè imperatoribus hoc nomen esset proprium. Spartianus in Ælio Vero. Illorum etiam qui vel Cæsarum nomine appellati sunt, nec Principes, nec Augusti fuerunt; Præcipuè de Ælio Vero dicendum est, qui primus tantum Cæsaris nomen accepit, adoptione Hadriani familiæ Principum adscriptus, &c. Nihil habet in sua vita memorabile, nisi quod tantum Cæsar est appellatus, non testamento, vt antea solebat, neque eo modo quo Trajanus est adoptatus, sed eo propriè genere, quo nostris temporibus à vestra clementia Maximianus atque Constantius Cæsares dicti sunt, quasi quidam Principum filij, & designati Augustæ maiestatis hæredes. Victor de Cæsarib. Diocletianus
C fratris filium, cui ex patre Dalmatio nomen fuit, Cęsarem appellari iussit. Idem à Spartiano discedit in Trajano, & Hadrianū primum Cæsarem fuisse dictum monet. Verùm & ipsum Trajanum Nerua cùm arrogauit, καίσαρα ἐπεγώνησεν, Cæsarem renuntiauit, vt Xiphilinus: id est, vt interpretor, Imperij consortem. Plin. Panegyr. Trajanum Cæsarem appellauit Nerua. *Cæsarū progenies in Nerone defecit.*

Sed longè ante Hadrianum, & Ælium Verum, filij imperatorum, licèt nondum imperij consortes, Cæsares dicti. Tacitus lib. 1. Annal. Drusum Tiberij filium in Germaniam à patre missum Cæsarem vocat. Milites, inquit, viso Cæsare trepidare. Titus & Domitianus, Vespasiani filij, Cęsares à Senatu designati sunt, non imperatores, sed imperij candidati. Xiphilinus, αὐτοκράτορ ἑκατασιανὲς, ἢ καίσαρες, ὅτε πὶτος, ἢ ὁ δομιτιανὸς ἀπεδείχθησαν. Ante Vespasianum Galba Pisonem ἀπέδειξε καίσαρα, renuntiauit Cæsarem, id est imperij succes-
D sorem. Maximianum atque Constantium Aurelius Victor creatos Cæsares in affinitatem ait. Maximianum postea Diocletianus Imperatorem iubet, id est creat. Apud Capitolinum M. Antoninus Cæsaris appellatione donatur à Pio. Seuerus Augustus Bassianum filium Cæsarem dixit, vt Spartian. Carus Imp. filios suos Cæsares nuncupat, ait Vopiscus. Apud Lampridium Alexander Cæsar aduersus Halagabalum Augustum à militibus defenditur. Apud Capitolinum, Commodus ad Albinum scribit, vt ad milites prodeat, & sibi Cæsareum nomen adsumat. Cyriades Antiochia capta, & Cæsarea, Cæsarianum nomen accepit, auctore Trebellio. Philippus filium τῇ τοῦ καίσαρος ἀξίᾳ τιμήσας, *Cæsaris dignitate cùm ornasset*, ait Zozimus. Copronymus duos filios Cæsares creauit, vt Diacon. lib. 22. Primus omnium Valentinianus Valentem & Gratianum Augustos, non Cæsares fecit. Marcus tamen Philosophus iam olim adsciuerat Verum socium imperij, vt Ammianus lib. 27
E Cedrinus, ῥωμαῖοι δὲ σεβῆρε τὸν ἐλησαντος, τὸν χάϊννιον καίσαρα ἀνηγόρευσεν. Romani Seuero, quem Galerius Cæsarem fecerat, mortuo, Chainnium Cæsarem renuntiarunt. Lampridius Commodum puerum nominatum esse ait inter Cæsares, quarto Iduum Octobrium. Augustus ἐν τῇ διαθήκῃς, testamento filios Germanici nominauit Cæsares, ait Zonaras. Iustinus Tiberium Comitem excubitorum Cæsarem fecit, & eum constituit tam in Hippodromiis, quàm in ædibus insignibus, vt Diaconus lib. 17. Manasses in Politic. Iustinus, inquit, Tiberium

πορφύραν τοῦ καίσαρος καλακόσμῳ στεφάνῳ.

Constantinus Iuliano dedit τὸν τοῦ καίσαρος στέφος, eodem auctore. Theodorus anagnostes de Zenone ecloga 1. ὁ ποιεῖ καίσαρα μάρκον τὸν ἴδιον υἱὸν, ὁ αὔγυσαν ζωνωνίδα τὴν γαμετὴν αὐτοῦ. Amplius tribuit Zeno Zenonidi vxori, quàm filio suo Marco, quia Marcum Cæsarem, Zenonida Augustam fecit. Constantinopolitanus Imperator Cæsarem Romanum creabat, vt Sidon. carm. 2. *Filij imperatorū olim Cæsares appellabātur.*

Salue

Salue sceptrorum columen, regina orientis,
Orbis Roma tui, rerum mihi principe missō,
Imperij genitrix. A

Fœminæ Cæsarissæ factæ.

Fœminæ Cæsarissæ factæ, Diacon. lib. 17. Tiberius filiam suam Charito, & Mauricium Cæsares creauit Nicetas lib. 1. pag. 1. πιηθεῖσα καισάρεισα. Ipsi imperatores non modò ante Trajani ætatem, verùm & postea Cæsares dicti Lamprid. Alex. Seuero. Alexander Auguste, Dij te seruent, Cæsar noster, Auguste noster, Imperator noster, Dij te seruent. Ex his apparet à Iulio Cæsare Imperatores Cæsares primùm appellatos, deinde cum ab Augusto dici cæperunt Augusti, qui in spem imperij alebantur, Cæsares vocati sunt. Eutropius lib. 10. Constantinus τρεῖς ἔχων ὑφ' ἑαυτῷ καίσαρας τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας, ὅσπερ οὐδέπω πρότερον ἢ τῶν ῥωμαικῶν ἔχει πραγμάτων κατάστασις. *Tres habens sub se filios Cæsares, quod nunquam antea in Repub. Romana auditum.* In Panegyr. Nazarij, Crispus Constantini filius nobilissimus Cæsar dicitur. Ibidem, Decennia Cæsarum nobilissimorum vocantur. Ammianus lib. 14. cum Gallus venisset Antiochiam, præstructis palatij ianuis, contempto Cæsare, quem videri decuerat. Eusebius lib. 1. c. 1. de vita Constant. filij eius, inquit, καισάρων μὲν ἔπι πρότερον μετεῖχον τιμῆς, νυνὶ δὲ ὅλον αὐτὸν ἐνδυσάμενοι θεοσεβείας ἀρετῇ, αὐτοκράτορες αὔγουστοι σεβαστοὶ, βασιλεῖς τοῖς ἔκ πατρὸς ἐμπρέποντες καλλωπίσμασι ἀνεδείχθησαν. *Cæsarum honore insignes erant prius, nunc autem cùm totum patrem induerint virtute ac pietate in Deum, Imperatores Augusti, Sebasti, reges ornamentis patris effulgentes renuntiati sunt.* Cùm autem ab Imperatore Cæsares crearentur, quasi in familiam adoptantis transirent, nomen eius sibi sumebant. Ita Mauricius à Tiberio Cæsar effectus, Mauricius Tiberius dictus est, Traianus Nerua, Gallus Constantius. Socrates lib. 2. Histor. Constantius Gallum καίσαρα καθίσησας, τό τε οἰκεῖον θεὶς αὐτῷ ὄνομα. *Cæsarem cùm fecisset, & nomen ei suum posuisset*: eodem libro c. 33. γάλλος ὁ ἐν κωνσταντίῳ. B C

CAPVT V.

De Nomine Diui.

Cæsar Diui Iulij filius appellatur.

VETVS inscriptio est, Imperator Cæsar D. Iulij filius. Hic locus postulat vt de tota ratione consecrationis, & diuinitatis Imperatorum explinemus. Isidorus in glossis, Diuus Imperator dicitur, qui post mortem D comen Dei accepit. Seruius ad lib. 5. Æncid. Dij perpetui, Diui ex hominibus facti. Iustinus tamen θεὸς vocat, quos Romani Diuos, Apolog. 2. ἐν τῷ παρ' ὑμῖν ἀποθνησκόντων αὐτοκρατόρων εἰκόνας ἐπὶ τούτῳ τῷ σχήματι ἀναπίδετε, ἐν θεὸς ἀπὸ γεγραμμάτων ἐπονομάζετε. *Et imperatorum mortuorum imagines hoc habitu ponitis, & Deos in scriptis vocatis.* Tertul. Si non de mendacio eiusmodi adulatio hominem Deum appellando, timeat saltem de infausto. Maledictum est ante apotheosin Deum Cæsarem nuncupare. Deum posuit pro Diuo, vt & Cyrillus lib. 12. c. 20. Romani imperatoribus suis etiam Dei nomen donabant, & aras eis constituebant. Iulianus Cæsar. πολλὰ εἶπεν ὁ σιληνὸς, ἐν θεῶν ὄντως σωτήρων, ἔργα δέοντα συνεφόρησεν ἆρά γε ὁ κωμῳδιάσης. &c. ἢ γὰρ οὐκ ἔπλασθες ἡμῖν, εἶπεν, ὥσπερ ἐκεῖνοι τὰς νύμφας, ὦ σεβαστὲ, θεὰς, ὧν ἕνα καὶ πρῶτον τοῦτον κατασκεύασμα. *Multa, inquit Silenus, Deorum reuera seruatorum simulacra decora congesit iste pupparum fictor. An non finxisti nobis, vt illi nymphas, Auguste, Deos, quorum vnum & primum hunc Cæsarem.* Lactant. lib. 1. c. 15. Apud Romanos Deus Iulius, quia hoc scelerato homini placuit Antonio. Deus Quirinus, quia hoc pastoribus visum est. Caracalla de Geta fratre dicebat apud Spartianum, Sit Diuus, modò non viuus. *Romani imperatoribus suis Dei nomen dabãt.* E

Proconsulibus in prouincijs aræ olim & tẽpla ponebantur.

Sed vt de ritu consecrationis, & Imperatorum diuinitate ordine & via ingrediamur, templa & aras iam olim positas esse proconsulibus in prouinciis indicat Suetonius lib. 2. Templa, inquit, quamuis sciret etiam proconsulibus decerni solere, nulla tamen in prouincia recepit, nisi communi suo, Romæque nomine. Epigramma Græcum de Pompeio,

τῷ ναοῖς βείδοντι, ὅσοι πανὶς ὄφι κόμῳ.

Ei qui templis locuples, quanta est pulueris inopia, quo mortuus tegatur. Dio. lib. 51. Augustus τεμένη τῇ τε ῥώμῃ καὶ τῷ πατρὶ τῷ καίσαρι, ἃ μὲν αὐτὸν ἰούλιον ὀνομάσας, ἐν τ' ἐφέσῳ καὶ νικαίᾳ ἐφῆκεν. *Permisit vt templa Ephesi & Niceæ ponerentur Romæ & patri suo Cæsari, quem*

Herodim

A *Heroëm Iulium appellarat.* (Hæ enim tum vrbes Asiæ, & Bithyniæ clarissimæ habebantur) vtq; ab incolis Romanis colerentur. Extraneis autem hominibus, quos Græcos ipse appellabat, concessit vt sibi ipsi quoque templa facerent, Asiani quidem Pergami, Bithyni verò Nicomediæ. Id ab hoc initio tractum reliquis deinceps Imperatoribus, & à Græcis factum est, & ab aliis gentibus quæ populo Rom. parent. Nam Romæ quidem & in Italia nemo vnquam alicuius pretij homo id facere ausus est. Quare Suetonius Augustum in vrbe pertinacissimè hoc honore abstinuisse scribit. Primo omnium Iulio Romæ (secundum Romulum) templum ædificatum est. Appianus, Populus, inquit, Iulij Cæsaris corpus in medio foro cremauit, & νεὼν ἐπῳκοδόμησαν τῇ πυρᾷ, & θύσι ὡς θεῷ: *Et inædificarunt pyræ eius templum, & vt Deo sacrificant.* Cicero 2. Philip. Iulio puluinar fastigium, simulacrum, flamines. Aram fieri Iulio Cæsari primus permisit Augustus, vt Dio lib. 51. Qui ta- *Templũ Iulio Romæ ædificatum.*

B men à seipso discedere videtur, cùm libro 43. dixerit, templum Clementiæ Iulio positum, & ei sacerdotio Antonium Flaminem præpositum, ipsumque adeò Iulium Iouem appellatum. Suetonius lib. 1. cap. 76. Iulius, inquit, decerni sibi passus est templa, aras, simulacra iuxta Deos, puluinar, flaminem, lupercos. Idem cap. 85. Postea solidam columnam propè 20. pedum lapidis Numidici in foro statuit (Antonius) scripsitque, Parenti patriæ. Apud eandem longo tempore sacrificare, vota suscipere, quasdam controuersias interposito per Cæsarem iureiurando distrahere. In Deorum numerum relatus est, non modò ore decernentium, sed & persuasione vulgi. Simulacro eius in vertice stella additur, quia stella crinita per septem continuos dies fulsit. Ara Iulio posita cùm euersa esset, veterani ab Antonio vocati de ea reponenda egere, ait Cicero lib. 11. epist. ad famil. Vnde apparet allucinari Eutropium, qui lib. 7. scribit Augustum primum omnium Deum appellatum, καὶ

C θεὸν ἀπάντων ἐλάβε τὸν τοῦ θεοῦ προσηγορίαν. Ante Iulium Gracchos consecratos Plutarchus monet.

CAPVT VI.

De origine Consecrationis apud Romanos.

D CONSECRARE, & vt est in veteribus glossis, diuinare, Græci dicunt, ἀποθεῶσαι, ἀγιεύειν, ἀνιερῶσαι, ἐναγίζειν, consecrari, ἀνιερῶσις, ἐναγίζεσις, ἀγιεύεσις, τυγχάνειν τιμῆς ἡρωϊκῶν, ἰσοθέων, ἰσολυμπίων, vt loquitur Philo Iudæus legatione ad Caium, ἐνθρόνιζεσις Herodianus, ἀθανατίζεσις Dio, θεοποιΐα. Honores consequi Heroicos, Diis Olympiis pares, in numerum Deorum referri. Superstites ἀποθεωθέντες. Lactantio c. 20. lib. 5. dicuntur, Capitolino sacrati. Marco, inquit, Philosopho templum constitutum, & omnia quæ de sacratis decreuit antiquitas. Primus omnium Romæ Romulus, deinde Gracchi, tum Iulius, Augustus, Claudius, & alij plerique imperatores consecrati sunt, idque auctoritate Senatus, penes quem eius rei fuit arbitrium. Eusebius lib. 2. Histor. Euangelicæ, παλαιὸς νόμος κεκρατηκὼς μὴ ἄλλως τινὰ θεὸν ῥωμαίοις θεοποιεῖσθαι, μὴ ἐκ ψήφου καὶ δόγματος συγκλήτου. *Cùm lex vetus obtineret neminem Romæ consecrari, nisi calculo & decreto Senatus.* Idem ait solos Iudæos Caligulæ statuas, aras, templa dicare detrectasse, cùm ceteræ gentes Romanis subditæ id vltro facerent, *Consecrare quid sit apud Græcos.*

E cap. 5. πάντων γοῦν ὅσοι τῆ ῥωμαίων ἀρχῆ ὑποτελεῖς εἶεν, βωμοὺς πρὸ γαίῃ καὶ ναοὺς ἱδρυμένων, ἔτι τε ἄλλα ἐν πᾶσιν αὐτὸν ὥσπερ τοὺς θεοὺς ἐκλογίζων, μόνον τοὺς δι' ἄδοξον ἠγεῖσθαι ἀνδριᾶσι τιμῶν, ὅρκιον αὐτοῦ τὸ ὄνομα ποιεῖσθαι. Turpe sibi duxerunt Caio vel simulacra ponere, vel per eius nomen ac genium iurare. Arnobius lib. 1. Tyrannos & reges vestros appellatis Indigetes, atque Diuos, puluinaribus, templis, atque alio mactatis cultu ludorum, & celebritate natalium. Romulum Quirinum Martium dicitis, & sacerdotibus, & puluinaribus honoratis, & in ædibus adoratis amplissimis, & post hæc omnia cælum ascendisse iuratis. Liuia Numerio cuidam Attico Senatori & Prætorio decies H S. dono dedit, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἐχαρίσατο, quòd iurauerat se vidisse Augustum in cælum ascendentem, vt olim Proculus Romulum. Nolæ domus, in qua obiit, in templum mutata est, narrante Dione lib. 56. Sacrariũ Iulię genti, effigieſq; D. Aug. apud Bouillas dicantur, ait Tacit. lib. 2. Annal. addito ludicro Circensi. lib. 15. Ludicrum Circense vt Iulię genti apud Bouillas, ita Claudiæ, Domitiæq; apud Antium ederetur. Liuia Romanarum eminentissima, quã postea

coniugem

coniugem Augusti vidimus, quã transgressi ad Deos sacerdotem, & filiam, ait Patercul. l. 2. A
Agrippinæ decretum à Senatu flaminium Claudiale, teste Tacit. lib. 13. Arnob. lib. 4. Deos esse, & hos rati puluinaribus, & templis honorastis. Pli. Pan. Neruam lachrymis primum vt filiũ decuit, mox tẽplis honestasti, non imitatus illos qui hoc idem, sed alia mente fecerunt. Dicauit cælo Tiberius Augustum, sed vt maiestatis numen induceret, Claudium Nero, sed vt irrideret, Vespasianum Titus, Domitianus Titum, sed ille vt Dei filius, hic vt frater videretur. Symmachus l. 4. e. 5. Diui recepti cælo, imperatores mortui. l. 10. e. 55. e. 47. relatus in cælum, e. 27. cæli particeps. Tertul. l. de spectacul. Tot ac tantos reges qui in cælum recepti nuntiabantur.

CAP. VII. B

De origine Consecrationis apud Græcos.

Lampsacæ heroici honores.

PLVTARCHVS in mulierum præclaris factis, Lampsacæ primùm heroicos honores habitos esse ait, tum ei vt deæ sacrificatum, τὴν λαμψάκην ἔθαψαν ἐν τῇ πόλει μεγαλοπρεπῶς, καὶ τὴν πόλιν ἀπ' αὐτῆς λάμψακον προσηγόρευσαν. καὶ τῇ λαμψάκῃ πρότερον ἡροϊκὰς τιμὰς ἀποδιδόντες, ὕστερον ὡς θεῷ θύειν ἐψηφίσαντο. *Lampsacam sepelierunt in vrbe, quod heroibus datum, magnificè, & vrbem ab ea Lampsacum appellarunt, & cùm priùs Lampsacæ heroicos honores habuissent, postea vt Diuæ sacrificare decreuerunt.*

Mulieres inter Deas relatæ.

Verùm & longè ante Lampsacæ ætatem Helena inter Deas relata, Cassandra, Parthenope, Leda consecratæ, plures aliæ apud Pausaniam & Athenagoram diuinis honoribus affectæ. Seruius quædam sacra esse ait, quibus animæ vertantur in Deos, qui appellantur animales, quòd de animis fiant, de quibus Labeo libros scripserit. Lycophron in Cassandra: C

οὗ σῆμα δομήσαντες ἔγχωροι κόρης
λοιβαῖσι, καὶ θυσθλοῖσι παρθενόπην βοῶν
ἔτεια κυδανοῦσιν, οἰωνὸν θεάν.

Vbi templum indigenæ extruentes puellæ, libaminibus Partenopen, & sacrificijs boum quotannis honorabunt, volucrem Deam. Sed & Ino Matuta Romæ, Io Inachi filia Isis, Ægyptiis, ad immortalitatem consecratæ. Isacius Tzetzes ad Lycophronem: κασσάνδρας ἱερόν ἐστιν ἐν ἰταλίᾳ, ὅπερ ἱδρύσαντο οἱ προέχοντες τῶν δαυνίων ἐς τιμὴν αὐτῆς. *Fanum est Cassandræ in Italia, quod ei posuerunt principes Daunij.* Euripides in Alcesti, D

αὐτά ποτε προύθανεν ἀνδρὸς,
νῦν δ' ἔστι μάκαιρα δαίμων,
χαῖρ' ὦ πότνια, εὖ δὲ δοίης.

Ipsa quondam pro viro mortua est, nunc beata Dea: Salue ô veneranda, & bona impertias. Fœminas diximus consecratas, de viris Lycophron in Cassandra,

Viri consecrati, & inter Deos relati.

ἐν δ' αὖ μακέλλοις σηκὸν ἔγχωροι μέγαν
ὑπὲρ τάφων δείμαντες, αἰανῆ θεὸν
λοιβαῖσι κυδανοῦσι, καὶ θύσθλοις βοῶν.

Macellis denique templum indigenæ ingens super sepulcrum exstruentes, æternum Deum libationibus honorabunt, & boum sacrificijs. Ad quæ verba Isacius, μάκελλα πόλις ἰταλίας, ὅπου τάφος, καὶ ἱερὸν πολυκτήτου ἀγιστευομένου παρὰ τῶν ἐγχωρίων, καὶ θυσίας βοῶν δεχομένου, ὥσπερ εἰ θεὸς αἰώνιος ὑπῆρχεν. *Macella vrbs Italiæ, vbi tumulus & fanum Philoctetæ consecrati ab indigenis, & sacrificia boum consequuti, non secus ac si Deus immortalis esset.* Idem, E

ἐμὸς δ' ἀκοίτης, δμωΐδος νύμφης ἄναξ,
ζεὺς σπαρτιάταις αἰμύλοις κληθήσεται,
τιμὰς μεγίστας οἰβάλου τέκνοις λαχών.

Meus autem maritus, captiuæ dominus sponsæ, Iuppiter à Spartanis argutis (legerem libentiùs αἰμύλιος, Iuppiter blandus & benignus) *vocabitur, summos ab Oebali nepotibus nactus honores.* Asiatici certè, Græci, Syri, benemeritos sacrificiis & aris mactabant. Nam & Græci Chalcidenses donaria sua pretiosissima ac pulcherrima Tito Flaminio consecrarunt, quorum inscriptiones huiusmodi hodiéque visuntur. Populus Tito & Herculi gymnasium. Populus Tito & Apollini Delphinium. Hodiéque sacerdos Tito suffragiis populi creatus, καὶ

θύσαντες

A θύσαντες αὐτῷ τῶν σπονδῶν γενομένων, *& cùm ei sacrificant inter libandum,* Pæana canunt, ait Plutarchus in Tito. De Græcis & Asiaticis Polybius lib. 5. τοὺς εὐεργέτας θυσίαις τε καὶ βωμοῖς ἐτίμων. Apud Curtium Cleo Persas non solùm piè, sed etiam prudenter reges suos inter Deos colere ait. Maiestatem enim imperij salutis esse tutelam. Ægyptij reges suos mortuos in Deos reposuerunt, solum Xerxen viuum adhuc Deum appellarunt, vt Diodor. Sicul.lib.2.

CAPVT VIII.

De Templis, aris, Flaminibus, & sacerdotibus Iulij & Augusti.

B

IVLIANVS in Cæsaribus Augustum κοροπλάστην, ac Deorum fictorem vocat, quia Iulium patrem primum ex Imperatoribus Deum finxit, πρῶτον θεὸν ἔπλαττε. Quò pertinet illud Statij, *Augustus Deorũ fictor appellatur.*

Primus iter nostris ostendit in æthera Diuis.

Manilius,

Iam facit ipse Deos, mittitque ad sidera numen
Maius, & Augusto crescit sub principe cælum.

Sueton.l.1.c.8. Decreta Cæsari domus cum fastigio. Scribunt quidam trecentos ex dedititiis electos vtriusque ordinis, ad aram Diuo Iulio exstructam Augusti iussu Idibus Mar-
C tiis hostiarum more mactatos. Idem l.2.c.5. Vetus inscriptio, καισαρεία σεβαστὰ νεωκόρος, ἰούλιος θεός. Altera κνωσιέων δὶς νεωκόρος, *Cnossensium bis sacerdos:* quia geminum Cnosi templum, alterum Iulio, alterum Augusto. Dio lib.47. ἀπηγόρευσαν δὲ μηδένα ἐς τὸ ἡρῷον αὐτοῦ καταφυγόντα ἐπ' ἀδείᾳ μήτ' ἀνδροληψεῖσθαι, μήτε συλᾶσθαι. *Edixere Triumuiri, ne qui securitatis caussa in templum D.Iulij confugisset, inde eijci, vel abripi posset.* Augustus tamen Antonium iuuenem simulacro D.Iulij, ad quod post multas preces confugerat, abreptum interemit. Augustus ipse viuus Deus appellatus. Propertius,

Bella Deus Cæsar dites meditatur ad Indos.

Ei sacra quot mensibus facta. Virgil.

———*quotannis*
Bis senos cui nostra dies altaria fumant.

D Ouidius,

Et lachrymas vidimus ire Deo.

Aræ ei positæ. Horatius,

Jurandásque tuum per nomen ponimus aras.

Augusto mortuo templum in Palatio à Senatu decretum. Dio, καὶ αὐτῷ ἔν τε τῇ ῥώμῃ ἡρῷον ψηφισθὲν μὲν ὑπὸ τῆς γερουσίας, οἰκοδομηθέν τε ὑπὸ τῆς λιουίας, καὶ ὑπὸ τοῦ τιβερίου ἐποιήθη, καὶ ἄλλοθι πολλαχόθι. *Augusto Romæ templum decretum à Senatu, à Liuia exstructum, à Tiberio perfectum, & alibi multis locis.* Plinius lib. 2. In Palatij templo quod fecerat D. Augusto coniux Augusta. Seneca de Consolat.ad Polyb.vocat eas domos, in quas non nisi per templa aditur. Ouid.lib.de Ponto. *Tẽplũ Augusto mortuo decretũ.*

E *Quale tamen potui de cælite, Brute, recenti*
Vestra procul positus carmen in ora dedi.

Item libr.4.

Nec pietas ignota mea est, videt hospita tellus
In nostra sacrum Cæsaris esse domo.
Stant pariter natúsque pius, coniúxque sacerdos,
Numina iam facto non leuiora Deo.

Prudent.in Symmachum,

Posteritas mense atque adytis, & flamine, & aris
Augustum coluit, vitulo placauit, & agna
Strata ad puluinar iacuit.

Capitolin. Marco Philosopho non obfuit gladiator filius, vxor infamis, Deus vsque etiam A
nunc habetur, vt vobis ipsis, sacratissime Imperator Diocletiane, & semper visum est, & videtur, qui eum inter Numina vestra non vt cæteros, sed specialiter veneramini. Tacit. lib. 1. Annal. Nihil deorum honoribus relictum, cùm se templis & effigie numinum per flamines & sacerdotes coli vellet. Cæterùm sepultura more perfecta templum & celestes religiones decernuntur. Item, Patres ad effigiem Augusti manus tendere. Vet. inscriptio, Lucretio Lucij filio flaminica perpetua domus augustæ. Dio lib. 56. τότε τε ὑ ἀθανατίζοντες αὐτὸν, & θιασώτας οἱ, & ἱέρεια τὴν λιβίαν ἀπέδειξαν: *Tunc autem eum immortalem facientes, & sodales, & flamines, templa & flaminicam Liuiam constituerunt.* Suetonius scribit Augustum vrbem Nicopolim apud Actium condidisse: Erat ibi apex honorum omnium Augusti sacerdotium: sacerdos enim Augustalis dabat nomen anno.

Instrumenta publica & priuata Imperatoris nomen inscriptũ habentia.

In scribendis publicis aut priuatis instrumentis nomen eius ad notandum diem & an- B
num adscribebatur. Arrianus lib. 1. Dissert. Epict. cap. 19. σήμερόν τις ὑπὲρ ἱερωσύνης ἐλάλη μοι ἔ ἀνῃόησε. λέγω αὐτῷ, ἄνθρωπε, ἄφες τὸ τοιοῦτον, δαπανήσῃς πολλὰ εἰς ὄφελος, ἀλλὰ σύμφωνά, φησι, γράφοντες γράψουσι τὸ ἐμὸν ὄνομα. *Hodie quidam*, inquit, *de sacerdotio Augusti mecum loquebatur. Dixi ei abstineto isto ambitu, magnos sumptus frustra facies. Respondit ille, at ij qui contractus scribunt, nomen meum ascribent, &c.* Ita & lib. 1. Machab. & ὅπως γράφοντι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτῶν πᾶσιν συγγραφαὶ ἐν τῇ χώρᾳ, *vt omnes contractus in ea regione nomine eius ascripto tempus notent.* Loquitur de Simone Pontifice. Lugduni ara fuit ad quam 60. populi Galliæ conueniebant, vt Augusto haberent honorem. Strabo lib. 4. τό τε ἱερὸν τὸ ἀναδειχθὲν ὑπὸ πάντων κοινῇ τῶν γαλατῶν καίσαρι τῷ σεβάσῳ πρὸ ταύτης ἵδρυτο τῆς πόλεως ἐπὶ τῇ συμβολῇ τῶν ποταμῶν. ἔστι ὁ βωμὸς ἀξιόλογος ἐπιγραφὴν ἔχων τῶν ἐθνῶν ἐ τὸν ἀριθμόν. *Et templum ab omnibus communi sententia Gallis decretum Cæsari Augusto ante hanc vrbem positum est ad concursum fluuiorum.* C
Est autem ara memoratu digna, cum inscriptione populorum numero 60. Plin. Panegyr. Sed licèt illum ariș, puluinaribus, flamine colas.

Sacrarium Augusto Romæ positum.

Romæ quoque sacrarium fuit Augusto positum aliquanto postquam excessit, regione palatij, vbi natus est ad capita bubula. Sueton. l. 2. cap. 5. Idem annus quo diem obiit nouas cerimonias accepit, addito sodalium Augustalium sacerdotio. Tacit. l. 2. Annal. Cùm in campo Martio corpus eius crematum est, faces Augustales subdidere, quod sacerdotium vt Romulus Tatio regi, ita Tiberius Iuliæ genti sacrauit, ait idem lib. 2. Histor. In vet. inscription. sodales Augustales, Flauij, Hadrianales, Antonini, Æliani sæpe commemorantur. Alia vet. inscriptio, Neroni Cæsari Germanici filio, Tiberij Augusti nepoti, D. Augusti pronepoti, Flamini Augustali, sodali Augustali Q. Q. Nouanius, Q. L. Sæuius. Imo & per omnes domos cultores Augusti in modum collegiorum habebantur, ait D
Tacit. lib. 1. Annal, Romæ pars ea domus, & solum quod primum nascens D. Augustus attigerat, Senatus decreto consecratum est, cùm C. Lectorius adulterij reus allegaret se eius soli esse possessorem, ac velut ædituum, petereteque donari adulterij pœnam quasi proprio suo, ac peculiari Deo, vt Sueton. lib. 2. cap. 5. Cùm palmam enatam in ara quæ ei posita erat, Augusto nuntiassent, respondit, apparet quàm frequenter sacrificetis, ait Plinius. Ancyræ quoque Augusto diuini honores exhibiti apud Iosephum origin. lib. 16. cap. 10. vbi legendum ἐν ἀγκύρᾳ. Herodes deducto ad mare Cæsare Augusto, in regnum reuersus pulcherrimum ei templum in terra Zenodori ex albo lapide posuit. è regione portus aduersum fauces templum Cæsaris in colle positum pulchritudine & magnitudine

Colossus Cæsaris.

ne conspicuum, quo Cæsaris colossus Olympici Iouis statuæ assimilis, & magnitudine par. τῷ σώματι ἀπηκρὺς ναὸς καίσαρι ἐπὶ γηλόφῳ καλῷ & μεγέθει διάφορος, &c. inquit ibi- E
dem Ioseph. Quia cùm Imperatoribus statuas facerent, Dei alicuius nobile signum exemplum sumebant. Strabo Sacerdotes & ædituos Augusti νεωκόρους vocat. Tacit. lib. 4. Per idem tempus Hispania vlterior missis ad Senatum legatis orauit, vt exemplo Asiæ delubrum Tiberio, matriq; eius exstrueret. Cùm D. Augustus sibi atque vrbi Romæ templum apud Pergamum fisti non prohibuisset, per omnes prouincias effigie numinum sacrari. Obiecta Cyzicenis incuria cerimoniarum D. Augusti, quod fanum eius honori cœptum non perfecerant. Tacit. l. 4. Annal. D. Augustus sibi atque vrbi Romæ templum apud Pergamum posuerat. Sed & σεβάσιον fuit Cæsareæ in Iudæa, & Alexandriæ, vbi clypei Cæsari sacri, cum titulo sine imagine sculpta, vt Philo in legat. ad Caium, ὡς ἄνευ ἀνάζωγράφητε μίμημα, vt non absre Lucanus l. 7. cecinerit,

Bella pares superis facient ciuilia Diuos,
Fulminibus manes, radijsq; ornabit & astris,

A *Inque Deum templis iurabit Roma per vmbras.*

Augusto *vniuersus orbis diuinos honores decreuerat, & templa, & porticus, & vestibula.* Philo libr. de legat. πᾶσα ἡ οἰκουμένη τὰς ἰσολυμπίους αὐτῷ τιμὰς ἐψηφίσατο, καὶ ναοὺς, προπύλαια, προτεμενίσματα, στοάς. Nusquam enim eiusmodi est templum, cuiusmodi quod Sebastium dicitur inscensori Cæsari sacrum è regione portus opportuni, maximum, editissimum, splendidissimum, ac maximè conspicuum, ἐπιβατηρίου καίσαρος ναὼς, qui secundaret eorum nauigationem, qui naues inscenderent. Tiberius simulacra, & Heroa Augusti partim per se, partim per pontifices consecrabat, ait Dio. τὰ ἀγάλματα καθιέρου.

Orbis vniuersus Augusto diuinos honores decreuit.

B

CAPVT IX.

De templis ac sacerdotibus aliorum Imperatorum.

TEMPLA, & flamines Iulio, & Augusto non modò mortuis, verùm etiam viuis posita esse ostendimus, de cæteris imperatoribus inquiramus. Tiberius templa, statuas, flamines, sacerdotes decerni sibi prohibuit, ait Sueton. lib. 2. cap. 1. lib. 3. cap. 26. Erat tamen apud Aspendios asylum Tiberij, statuæque sanctiores illis in locis, ac venerabiliores, quàm Iouis Olympij simulacrum. Caligula templum numini suo proprium, & sacerdotes, & excogitatissimas hostias instituit. In templo simulacrum stabat aureum, amiciebaturque quotidie veste quali ipse vteretur. Magisteria sacerdotij ditissimus quisque, & ambitione, & licitatione maxima vicibus comparabant. Hostiæ erant Phœnicopteri, ait Sueton. cap. 22. libr. 4. Victor. epit. Histor. Augustæ cap. 9. Caligula incedebat habitu deorum suorum, Iouem ob incestum, choro bacchantium liberum se asseruit, vt est in Veronensi codice. In Britannis templum D. Claudio constitutum, quasi ara æternæ dominationis aspiciebatur, dilectiq; sacerdotes specie religionis omnes fortunas effundebant. Vnde & iocus Senecæ in ludo Claudij parum est quod templum in Britannia habet, quod hunc barbari orant, & vt Deum colunt. Vetus Poëta de Claudio,

Tiberij modestia.

Caligulæ tẽplum.

D. Claudij templum.

Oceanusque tuas vltra se respicit aras.

D Tacitus legendus lib. 4. Annal. Domitianus viuus Deus dictus, ipse genti Flauiæ templa Romæ posuit. Martial. lib. 5. e. 3.

Domitianus viuus Deus dictus.

Sors mea quàm fratris melior, cui tam propè fas est,
Cernere tam longè quem colit ille Deum.

Eusebius libro 9. Histor. euang. præfectus præt. scribit ad alios magistratus, ἡ θεότης τῶν δεσποτῶν ἡμῶν τῶν δυνατοτάτων αὐτοκρατόρων, ἀλλότριον εἶναι τῆς προθέσεως τῆς θειοτάτης τῆς ἰδίας δοκιμάζουσα, ἐλέλευσε διὰ τῆς ἐμῆς καθοσιώσεως τῇ σῇ ἀγχινοίᾳ διαχαράξαι. *Diuinitas dominorum nostrorum potentissimorum Imper. alienum esse à suo diuinissimo instituto probans, iussit per meam deuotionem scribere ad tuam prudentiam.* Diaconus lib. 8. Domitianus se primus dominum ac Deum appellauit. Statius de Domitiano lib. 1. Syl. vlt.

Dum nostri Iouis hi feruntur imbres.

E Martial. l. 7. e. 4.

Redde Deum votis poscentibus.

Idem e. 39. l. 7. de Claudio Nerone,

Pectore non humili passus vtrumque Deum.

Philostratus l. 7. de vita Apollonij narrat quendam in carcerem coniectum, quia Tarenti præfectus sacrificans publicis precibus non addiderat, Domitianum Palladis filium esse, οὗ ἦρχε θύων οὐ προσέτηκε τῆς δημοσίαις εὐχαῖς, ὅτι δομιτιανὸς ἀθηνᾶς εἴη παῖς. De eod. Mart. l. 9. e. 40.

Prima Palatino lux est hæc orta tonanti.

Epigramm. 4.

Addita quod Latio Flauia templa polo.

Suetonius Domitiano c. 5. excitauit Flauiæ templum gentis. Martial. lib. 10. e. 51.

Dum videt Augusti Flauia templa poli. A

Neruæ & Traiani modestia. Nerua & Trajanus se Deos dici vetuerunt. Martial.l.10.ep.7.

Frustra blanditiæ venitis ad me,
Dicturus dominum deúmque non sum,
Jam non est locus hac in vrbe vobis.

Vespasiani & Hadriani superbia. Vespasianus & Hadrianus sibi templa magnifica & superba posuerunt, vt Theodor.lib.de curand.affect. Græcorum. Velitris ostendebatur ara Octauio consecrata duci. Hadrianus tamen non esset appellatus Diuus, nisi Antoninus rogasset. Templum denique ei pro sepulcro apud Puteolos constituit, & quinquennale certamen, & flamines, & sodales ait Spartianus. Ipsi etiam imperatorum catamiti Dij facti. Prudentius libro 1. in Symmachum, B

Quid loquar Antinoum cælesti sede locatum.
Et medio recubantem cum Ioue fulcro.

De M.Antonino Philosopho, priusquam funus eius conderetur,quod nunquam antea factum fuerat,neque postea, Senatus populusq; non diuisis locis,sed in vna sede propitium deum dixit,vt Capitolin.Romæ Seuerus nomen Pertinacis omnibus precibus,votis,& iuramentis addi iussit, Διὶ τε τῷ Ὑψίστῳ ἁπάσας, & Διὶ τοῖς ὄρεσι ἅπασι προσέταξε ἐπιλέγεσθαι, vt Dio & Herodianus.Seuerus ipse Iuppiter dictus est. Oppianus,

ἀυσονίδ ζηνὸς γλυκερὸν θάλος αὐτωνῖνε,
ὃν μεγάλη μεγάλῳ φυτίσαρ δόμνα σεβήρῳ.

Ausonij Iouis dulce germen Antonine, quem magna Domna magnò Ioui peperit. Paneg. Theodos. Imperator, inquit, est, qui à gentibus adoratur, cui toto orbe terrarum priuata vel publica vota redduntur, à quo petit nauigaturus serenum, peregrinaturus reditum, pugnaturus auspicium. Symmachus lib. 10. Imperatores mortuos diuos appellat, Græci Deos. Lucian. in longæuis : Ἀπολλόδωρος ὁ ὁ περγαμηνὸς ῥήτωρ, θεὸς καίσαρος σεβαστοῦ διδάσκαλος. *Apollodorus Pergamenus Rhetor, Diui Cæsaris Augusti præceptor.* Minutius Felix in Octauio, Et Diui cæteri reges qui consecrantur, non ad fidem numinis, sed ad honorem emeritæ potestatis. Inuitis his denique hoc nomen adscribitur, optant in homine perseuerare,fieri se deos metuunt,& si iam senes nolunt. C

Antoninus Pius Diuus appellatus. Capitolinus scribit Antoninum Pium à Senatu Diuum appellatum esse. Sozomenus lib. 4. cap. 17. παρόντος κωνσαντίου τοῦ αἰωνίου μεγάλου αὐγούστου. Præsente Constantio æterno magno Augusto. Athanasius dixit, *ridiculum esse Imperatorem Constantium æternum nominare, & detrectare filium Dei immortalem dicere.* γέλοιον εἶναι βασιλέα αἰώνιον τὸν κωνσάντιον ὀνομάζειν, D. ἀίδιον δὲ λέγειν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ παραιτεῖσθαι. Ibidem diuinitatem Imperatoris Christiani, episcopi & ipsi Christiani appellant, οἵ τινες τὸν σὸν ἀναδείξουσι θεότητα : *Qui tuam diuinitatem docebunt.* Constantinus Magnus appellationes Deo proprias repudiauit. Iuuencus sub finem cuang.

Constantini magni modestia.

Indulgens terræ regnator apertæ.
Constantinus adest, cui gratia digna merenti
Qui solus regum sacri sibi nominis horret
Imponi pondus, vt iustis dignior actis
Æternam capiat diuina in sæcula vitam.

Prudentius in Apotheosi, E

iam purpura supplex
Sternitur Æneadæ rectoris ad atria Christi,
Vexillúmque crucis summus dominator adorat.

Diuinitatis tituli Imperatoribus adscripti. Post Constantinum tamen Imperatoribus diuinitatis tituli adscripti. Nazarius, Eumenius, Pacatus, Mamertinus in Panegyr. Imperatorem sacratissimum semper appellant. Martiani sodales D.Marci sacra curabant, ait Capitol.in Pertin. Marcus Antoninus Verum mortuum Diuum appellauit. Parum sanè fuit quod M. Philosopho honores diuinos omnis ætas, omnis sexus, omnis conditio, ac dignitas dedit, nisi quod etiam sacrilegus iudicatus est,qui eius imaginem in sua domo non habuit,vt Capitolinus.Diuinos honores decretos Pisoni ostendit Trebel. Pollio Diuum sibi, non filium adoptasse dixit Hadrianus, cùm de vita Veri desperaret, auctore Spartiano. Rufus Festus in breuiario,

Diualem

A Diualem Constantinum vocat, Iulius Frontinus diuinos imperatores. In vet. gloss. Diuino Deum facio, Diuinor Deus fio. Carolus Magnus l. 1. contra Synodum Græcam de adorand. imag. cap. 3. Sceptra imperialia retinentes post mortem in Deos credebantur transferri, & Diui vocabantur. In Digestis sæpe Diui fratres, Diui imperatores nominantur.

Imò omnia quæ ad Imperatores pertinebant, diuina & sacra dicta. Diuina domus, sacræ literæ, sacræ largitiones. Statius lib. 1. Syl. latus omne diuinæ domus semper promereri pro mea mediocritate connitor. Vet. inscriptio, pro salute Antonini Goldiani Imperatoris felicis, totiúsque domus diuinæ, tauropolium fecit ordo decurionum. Diuinum verticem de capite Imperatoris dixit Mamertinus in Panegyrico. Sellæ, inquit, curules, fulgur, & illa lux diuinum verticem claro orbe complectens, vestrorum sunt ornamenta B meritorum. Phædrus lib. 5. superbiens vidit honorem diuinæ domus. Cassiodorus lib. 5. e. 9. venerabilem domum. lib. 10. ep. 55. æternabilem domum. Symmachus l. 5. e. 95. Diuinum Principem. Acta concil. Chalced. diuinissimum. Symmachus l. 4. e. 12. Honorius diuinæ stirpis Augustus. Diuinus affatus, diuinus sermo, diuina officia. C. de diuin. offic. Symmach. l. 10. e. 48. l. 7. e. 82. l. 2. e. 30. l. 10. e. 51. e. 53. Auditorium sacrum, iudicium sacrum, sacram sedem. P. Diaconus, libro de not. litter. Sacrum scrinium, sacrum consistorium. S. cognitionem, S. sanctionem. Eumenius orator, sacras aures. Act. 2. conc. Chalced. sacratissimas aures. Firmicus lib. de errore prophan. religion. sanctas aures. Nouel. 12. diuinas aures. Sidon. lib. 1. sacros apices. Claudian. de laudib. Serenæ, sacra præsepia. Sacrum stabulum l. 1. C. Theod. de auro & tribut. Augustinus lib. de Donatis. post collat. cap. 31. Illi portant multorum Imperatorum sacras, nos sola portamus euangelia. Hormisdas Papa in C Indiculo, Imperatorem rogate, destinatis sacris innotescat.

Quæ ad Imperatores pertinebant diuina & sacra olim dicebantur.

Imò & cælestia vocantur quæ sunt Imperatorum. Symmachus lib. 10. e. 37. cælestem orationem, cælestia iussa, cælestia statuta, cæleste iudicium, cæleste præceptum. In act. collation. Chartaginensi scripta cælestia majestatis vestræ. Cælestia constituta ibidem die 1. cap. 21. Cælestis sanctio ibidem. Cælitus gradum impetrare ab imperatore l. 2. C. de castrens. Consuetudinem cælitus deputatam l. penultim. C. Theodos. de palatin. sacrat. largit. Eodem pertinet, perennitas, æternitas Imperatorum. Symmach. lib. 10. e. 19. 26. 33. 34. Prosper. prædict. 7. medij temp. Æterna, inquit, quæ temporalis est, vtique est nomen blasphemiæ, cùm mortales licèt reges in ea dicantur Diui, eisque supplices dicant, numini vestro, altaribus vestris, perennitati vestræ. Sidonius libro 1. e. 5. Cui filia perennis. Symmachus libro 1. e. 89. Principes æterni. libro 9. e. D 80. Iulianus æternus. Imperatores dicunt suam æternitatem adorari, l. 4. C. Theodos. de fabricens. Plin. lib. 10. e. 63. e. 87. Ammianus l. 15. in actis concil. Arelat. 1. Epistola Præf. Præt.

Cælestia quæ Imperatorũ sunt vocantur.

Item & perennia, seu æterna.

CAPVT X.

De Ritu Consecrationis.

E LACTANTIVS lib. 1. cap. 15. & 21. Moris fuisse scribit vt consecratis nomina mutarentur, ne quis eos homines fuisse putaret. Ita Romulus Quirinus, Leda Nemesis, Circe Marica, Ino Matuta, Melicerta Portumnus, Io Isis, Castor & Pollux Dioscuri vocati. Id caussæ fuit, cur Harpocrates Sigalion digito κατασιγάζοντι ad os admoto in templis Ægyptiorum apponeretur, vt Isis & Osiris homines fuisse silerentur. Romæ in Consecratione imperatorum contra obtinuit, vt iisdem nominibus quibus prius fuerant, consecrarentur.

Nomina consecratis Imperatoribus mutata.

Ritus autem consecrationis, & ἀποθεώσεως qui fuerit, ostendit Dio lib. 56. in funere Augusti. Postquam, inquit, corpus in campum Martium elatum in rogum missum est, Pontifices, deinde equites, tum legionarij, reliquiq; milites rogum circumiere, maximè prætoriæ cohortes & vrbanæ excubiæ, οἵ τε ἐκ τοῦ τέλους, καὶ οἱ ἄλλοι, καὶ τὸ φρουρικὸν, omnia præmia quæ virtutis ergo ab ipso acceperant, super corpus iniecerunt. Postea centuriones iussu Senatus rogo faces subiecerunt. Corpore cremato aquila è rogo emissa euolauit, quasi animam Augusti in cælum ferens. Tacitus libro 3. Præpositam thoro effigiem, me-

Augusti funus.

ditata, ad memoriam virtutis carmina,& laudationes, & lachrymas. Xiphilin. in Augusto, A erat lectus ex ebore & auro factus,ornatus stragulis purpureis,atque auro intextis. Statua cerea vestitu triumphali ferebatur ex palatio à magistratibus designatis in annum sequentem ex curia altera aurea, tertia curru triumphali vehebatur,subsequebantur statuæ maiorum ipsius, atque propinquorum, vno Iulio excepto, quod esset inter heroës relatus. Sequebantur & statuæ ciuium Romanorum illustrium, ducto à Romulo exordio,ipsa etiam Pompeij Magni statua lata, aderant & prouinciæ pictæ, & nationes ab eo victæ. Magnificentia consecrationis tractu temporis in maius aucta est, & in funere imperatoris mortui prælata imago cerea, quæ graphicè vultum eius exprimeret,& natiuis coloribus proximè adumbraret. Ea supra lectum eburneum in regiæ vestibulo proposita, vt indicat Herodianus lib.4. Mos, inquit, Romanis est consecrare imperatores, qui filiis superstitibus excedunt. ἐνδεικνύειν τοὺς ὑπὸ ἀμαθέσι παισὶ τελευτήσαντας, ἵνα τε γειραγωγῷ χρῶ- B μενοι καλῶσι. Ceream imaginem defuncto quam simillimam in regiæ vestibulo proponunt supra eburneum lectum sublimem, vestibus auro intextis stratum. In campo Martio suggestus è lignis quadrangulus lateribus æquis assurgit in tabernaculi formam, cui subiicitur alius eadem forma, sed contractior. Tertius deinde & quartus, sic vt inferior superiori semper sit contractior. Lecto in secundum tabernaculum sublato aromata omnis generis affundunt. Tum circa ædificium illud adequitant vniuersi equestris ordinis certa lege ac recursu, motuque ac numero Pyrrichio in orbem decurrentes. Currus item circumaguntur insessi purpuratis rectoribus, qui ducum omnium Romanorum, virorúmque illustrium personas ferant. Mox imperij hæres facem tabernaculo admouet. Tum cæteri omnes ignem subiiciunt, cunctáque ilico fomitibus aridis, odoramentisque referta igni valido corripiuntur. Mox ab extremo minimoque tabernaculo C tanquam è fastigio quodam simul cum subiecto igni ascensura in ætherem aquila dimittitur, quæ in cælum creditur ipsam principum animam deferre, ex eo Imperator inter Deos colitur. Xiphilinus in Seuero, suggestum in campo Martio triangularem fuisse ait instar turris, ebore, auto, & statuis ornatum, in cuius fastigio currus inauratus, quo Pertinax olim vehebatur, lectum rogo impositum coniectis prius eis quæ parentandi caussa allata fuerant. Confecere, inquit, milites, equites, ac pedites circum rogum cursus militares, & vrbanos, πολεμικὰς δ' ἅμα, καὶ πολιτικὰς, non πομπικὰς, quibus peractis consules rogum incenderunt. Dio in Seuero in funere Pert. vxores Senatorum in Porticibus, Senatores sub dio sedebant, omnes lugubri veste. primò transierunt statuæ omnium veterum Romanorum illustrium, tum chori puerorum & virorum, qui lugubre de Pertinace carmen cantabant. deinde statuæ æneæ gentium omnium quæ populo Roman. D parebant. tum lictores, scribæ, præcones sequebantur.

Funus Imperatorum duplex, Triumphale ac Censoriũ.

Funus Imperatorum Triumphale ac Censorium fuisse videtur. Triumphale, quia Pertinacis currus, quo vehi olim solitus, in summo rogi tabulato positus fuit, vt indicat Xiphilinus, quò pertinent verba Dionis, qui in funere Augusti imaginem eius ἐφ' ἅρματος πομπικοῦ, in curru solemni in pompis vectam fuisse scribit. Apud Diaconum lib. 8. Traiani cineres in vrna aurea Romam relati, humatique in Traiani foro sub eius columna, cuius altitudo 140. pedum est, & imago, sicut triumphantes solent, in vrbem inuecta Senatu præeunte, & exercitu, quod ad triumphale funus videtur referendum. Legendus Capitolinus in Ælio Vero, Macrino, & Pertinace.

Censorium funus.

De Censorio funere Tacit. lib. 12. Decretum Claudio Censorium funus, & mox consecratio, quia funus Censorium magnificentissimũ & nobilissimum, cùm Censura omnium E dignitatum apex haberetur. Et quidem illud indictiuum & publicum, quanquam non omnia publica & indictiua funera fuere censoria. Pertinaci funus imaginarium, & Censorium ductum est, ait Capitol. funus Censorium. Flauio Sabino ductum. Lucillio Longo, quanquam nouo homini, Censorium funus, effigiem apud forum Augusti publica pecunia decreuere, vt Tacitus. ἐὰν μὲν ὕπατος, ἢ στρατηγὸς ἢ ἱερονὰς ᾖ πορφύρας, ἐὰν δὲ τιμητὴς πορφυρᾶς, ἐὰν δὲ καὶ τεθριαμβευκὼς διαχρύσους, ait Polybius lib. 6. id est, *Si consul, aut prætor fuit, vestes purpura prætextæ adhibentur in eius funere, si Censor purpureæ, si triumphalis auro intextæ.*

Mos producendi aliquẽ qui Cæsarẽ in cælũ ascẽdentẽ iuratus diceret.

Moris autem fuit vt funere ducto vnus aliquis produceretur qui iuratus diceret, se ex rogo Cæsarem in cælum ascendentem vidisse. Iustinus Apolog. 2. τὸν ἀποθνήσκοντας παρ' ὑμῖν αὐτοκράτορας ἀεὶ ἀπαθανατίζεσθαι ἀξιοῦτε, καὶ ὁμνύοντά τινα παράγετε ἑωρακέναι ἐκ τῆς πυρᾶς ἀνερχόμενον εἰς τὸν οὐρανὸν τὸν καταλαμβάνοντα κάτοπτρα. *Cùm Imperatores mortuos dignos esse putetis, qui immortalitate à vobis donentur, producitis aliquem qui iuret se vidisse ex rogo Cæsarem*

A *rem crematum in cælum euntem.* Liuia Numerio cuidam Attico Senatori decies H S. dono dedit, quòd iurauerat se vidisse Augustum in cælum euntem, vt olim Romulum Proculus, ait Dio lib. 56. Quod & in Drusilla vsurpatum ostendit Seneca in ludo Claudij. Tamen si necesse fuerit auctorem producere, quærite ab eo qui Drusillam euntem in cælum vidit. Idem Claudium vidisse se dicet iter facientem non passibus æquis. Caligula cùm Drusillam consecrasset, nunquam, ne pro concione quidem populi, aut apud milites, nisi per numen Drusillæ deierauit, ait Suetonius. Deum honor, ait Tacitus lib. 15. principi non ante habetur, quam agere inter homines desierit, vnde & Nero boletos, in quo cibi genere venenum Claudius acceperat, quasi Deorum cibum prouerbio Græco collaudare solitus, quia is boleto Deus effectus, vt Sueton. in Nerone c. 33. Post consecrationem imagines Imperatorum cum fulmine, radiata corona, cum astro in vertice fin-

Imperatorũ imagines quomodo olim pingerentur.

B xêre. Lucan. lib. 7.

Fulminibus manes, radiisque ornauit & astris.

Plinius lib. 3. c. 8. Imperatores cum fulmine picti. Apelles pinxit Alexandrum fulmen tenentem in templo Ephesiæ Dianæ. Plinius Panegyr. radiatum caput, & media inter Deos sedes auro staret. Martial. 9. c. 21.

& tibi Cæsar
Pro iaculo, & parma fulmen & Ægis erit.

Seruius ad lib. 8. Æn. Ægis propriè est munimentum pectoris æreum, habens in medio Gorgonis caput, quod munimentum si in pectore numinis fuerit, ægis vocatur; si in pectore hominis, sicut in antiquis imperatorum statuis videmus, lorica dicitur. Epigramma

C Græcum de Iulio.

αἰγίδα μὲν βλυσυρῶπιν ἐπώμαδον ἦεν ἀείρων,
δεξιτερῇ δὲ κεραυνὸν ἀγάλλετο χειρὶ κομίζων,
οἷα ζεὺς νέος ἄλλος.

Aegidem retorridis oculis trucem ex humero gerebat, dextra fulmen quasi nouus Iuppiter. Amplius in imperatorum statuis Gorgonis caput in pectore, vt in statuis Mineruæ, quod eorum prudentia vulgus lapideum reddat, vt scribit Isidorus lib. 8. origin. videtur id sumptum ex Octauij somnio, qui nocte videre sibi visus est filium mortali specie ampliorem, cum fulmine, sceptro, exuuiisque Iouis Opt. Max. ac radiata corona super laureatum currum bis senis equis candore eximio trahentibus, ait Sueton.

D

CAPVT XI.

De adoratione Imperatorum.



CVM Imperatores Dij, Diui, æterni, perennes dicerentur, minus mirum est eos adorari solitos, maximè cùm in Medis & Persis, quibus superiores fuere, iam inde à Sardanapalo & Deioce, regibus quasi Diis adorationis cultum exhibitum esse scirent. Sardanapalus certè *semel anno se spectandum præbebat, cum è superiori loco veluti Deus subditis manum porrigeret, vel manicam potius adorandam.* Tzetzes Chil. 1. ἅπαξ τοῦ ἔτους

E ἄνωθεν οἷα θεὸς τοῖς πᾶσι ἀφ' ὑψήλου προέτεινε τοῦ πύργου τὴν χειρίδα, ἣν προσεκύνουν βασιλεῖς καὶ μεγιστᾶνες πάντες.

Romani ad ætatem vsque Diocletiani salutati sunt vel proprio, vel Imperatoris nomine, non adorati, cùm diceretur, salue Imperator, salue Cæsar, salue Alexander, vt indicat Lampridius in Alexandro. Salutabatur nomine, aue Alexander, si quis caput flexisset, eiiciebatur vt adulator. Salutatus consessum obtulit omnibus Senatoribus. Zoticus Heliogabalo apud Dionem, κύριε αὐτοκράτωρ χαῖρε, *Domine*, inquit, *Imperator salue.* Tiberius τοὺς βουλευτὰς ἀθρόως ἀσπάζεσθαι αὐτὸν ἐκέλευσε, ἵνα μὴ ὠστίζωνται: *iussit vt Senatores confertim & in turba se salutarent, ne se mutuò impellerent.* Diocletianus se primus omnium post Caligulam & Domitianum, Dominum palam dici passus est, & adorari appellarique vti Deum, vt Aurel. Victor lib. de Cæsa. Cassiodorus in Chronico, Fausto, & Gallo Consulibus, primus Diocletianus adorari se iussit vt Deum, & gemmas vestibus calceamentisque conseruit, cùm ante eum omnes imperatores in modum iudicum salutarẽtur. Hoc idem testatur

Romani ante Diocletianum non adorabantur.

Iornandes libro de regn. ac temporum succeſſ. Zonaras de Diocletiano, οὐκ ἔτι προσαγορεύεσθαι ὑπὸ τῆς γερουσίας ὡς πρόσθεν ἀνέχετο, ἀλλὰ προσκυνεῖσθαι. *Non iam vt nuper ſalutari à Senatu ſuſtinebat, ſed adorari.* Ammianus non id tribuit Diocletiano, ſed Conſtantio lib. 15. Et per admiſſionum magiſtrum, qui mos eſt honoratior, accito eodem, (Vrſicino) ingreſſo conſiſtorium offertur purpura. Atque ita ante principis pedes ſupplicem ſtatuerunt externorum regum ritu, cùm ſemper antea ad ſimilitudinem iudicum ſalutatos eſſe principes legerimus. A

Heliogabalus adoratur. Ante Diocletianum & Conſtantinum Heliogabalus adorari cœpit, auctore Lampridio. Alexander, inquit, adorari ſe vetuit, cùm iam cœpiſſet Heliogabalus adorari regum more Perſarum. Verùm & ante Heliogabalum Caligula ſe paſſus eſt adorari. Sueton. Vitellius, inquit, vir miri in adulando ingenij C. Cæſarem adorare inſtituit, cùm reuerſus ex Syria non aliter adire auſus eſſet quàm capite velato, circumuerténíque ſe, deinde procumbens. B

Caligula.

Nero. P. Diaconus primum Domitianum adorari ſe voluiſſe ſcribit, quem ſupra oſtendimus Deum & dominum vulgò appellatum. Corbulo certè coëgit Tiridatem adorare Neronis imagines. Dio de legat. καὶ βῆμα ὑψηλὸν ἠγέρθη, καὶ ἐπ' αὐτοῦ εἰκόνες τοῦ νέρωνος ἐστάθησαν, καὶ πειθάτης προσῆλθεν αὐταῖς καὶ προσεκύνησε, θύσας τε. *Suggeſtus*, inquit, *altus excitatus eſt, & in eo imagines Neronis poſitæ, & Tiridates acceſſit ad eas, & adorauit, cúmque ſacrificaſſet.* Statius ep. lib. 4. Syl. Decimum ſeptimum, inquit, Germanici noſtri conſulatum adoraui. Iuuenius Celſus apud Dionem, adorauit Domitianum, καὶν τούτῳ προσκυνήσας αὐτῷ, δεσπότην τε καὶ θεὸν πολλάκις ὀνομάσας, *inter hæc*, inquit, *cùm Domitianum adoraſſet, & Deum ſæpius appellaſſet.* Zonaras tomo 3. pag. 54. προσκύνησιν, id eſt *adorationem*, ait Imperatori exhibitam. Ordines ciuitatum admiſſi ad imperatorem ad pedes eius ſternebantur, antequam verba facerent. Eumenius Panegyr. Conſtant. volui enim, ſacratiſſime Imperator, cùm in illo aditu palatij tui ſtratum ante pedes tuos ordinem indulgentiæ tuæ voce diuina, porrectáque hac inuicta dextera ſubleuaſti, numini tuo gratias agere. Pacatus Paneg. Theod. Denique ipſe ille Rex Perſidis dedignatus antea confiteri hominem, iam fatetur timorem, & in his te colit templis, in quibus colitur, tum legatione mittenda, gemmis, ſericóque præbendo, ad hoc triumphalibus belluis in tua eſſeda ſuggerendis, & ſi adhuc non eſt fœderatus, iam tuis cultibus tributarius eſt. Apud Xiphilinum Tiridates ἐς γῆν τὸ γόνυ καθεὶς, καὶ τὰς χεῖρας ἐπαλλάξας, δεσπότην τε αὐτὸν ὀνομάσας, καὶ προσκυνήσας: *Cùm in terram genu poſuiſſet, & manus frequenter ſubmutaſſet, & alteram alteri per vices impoſuiſſet, Dominúmque* Neronem *vocaſſet, adoraſſétque.* malè interpres, τὰς χεῖρας ἐπαλλάξας, vertit, *manus viciſſim ad cælum tendens.* Moris enim fuit vt adoraturi manum extenderent, & dextera in ſiniſtram variè ſummutata, capite demiſſo adorarent, quod ſalutationis genus vni regi exhibitum eſſe indicat Heliodorus lib. 9. Æthiop. Orondates Perſa ad Hydaſpen regem Æthiopum, τὴν χεῖρα προτείνας, καὶ τὴν δεξιὰν ὅπη δυτέραν ἀλλάξας, κύψας προσεκύνησε, θεῶμα δὲ νενομισμένον ἀλλοῖς πέρσαις βασιλέα ἕτερον τούτῳ τρόπῳ θεραπεύειν. *Cùm*, inquit, *manus protendiſſet, & dexteram in ſiniſtram ſubinde ſummutaſſet capite demiſſo adorauit, cùm nefas eſſet in Perſis alienum regem hoc adorationis genere colere.* C D

Poſt Diocletianum Imperatores vulgò adorati. Quare & Gregorius Nazianzenus τὴν δεξιὰν βασιλέως προσκυνεῖν dixit, *adorare dexteram imperatoris.*

Iuſtinianus etiam adoratus. Procopius lib. 2. Vandal. ἀφικόμενον δὲ αὐτὸν Gelimerem καὶ τὸ βασιλέως βῆμα τὸν πορφυρίδα ὠφελόντες, πρωῒ πεσόντα προσκυνῆσαι Ἰουστινιανὸν βασιλέα ἠνάγκασαν. τοῦτο δὲ καὶ Βελλισάριος ἐποίει, ἅτε ἰκέτης βασιλέως σὺν αὐτοῖς γεγονώς. *Ipſum*, Gelimerem *cùm veniſſet ad tribunal Imperatoris exutum purpura pronum ac procumbentem adorare Iuſtinianum Imper. coëgerunt. Fecit hoc & Belliſarius ſupplex Imperatori cum Gilimere.* Zonar. tomo 3. ἤδη δὲ ἐφθακὼς ἐναντίος ἑστῶτος ὁ Βελλισάριος, πείθει τὸ Γελιμέρ εἰς τέδαφος καταβαλεῖν ἑαυτὸν, καὶ ἅτως ὑπονεῦμαι τῷ βασιλεῖ τὴν προσκύνησιν. ὁ δὲ ἐποίει τὸ προσπόμπον καταχεόμενος δάκρυσι. αὐτὸς δὲ Βελλισάριος προσέδησεν ἑαυτὸν, ἐνδεικνύμενος τῷ Γελιμέρ, ὅτι ἐχ ὡς αἰχμάλωτος ἐκεῖνος τὸν ποιῆσαι ἀπῃτῆτο, ἀλλ' ὅτι ἅτω νενόμισται προσκυνεῖσθαι τοὺς ῥωμαίων βασιλεῖς: *Cùm autem Belliſarius in conſpectum Imperatoris veniſſet, perſuadet Gelimeri, vt humi procumbat, & ita principem adoret: is verò fecit quod ſibi faciendum, lachrymas fundens. Ipſe autem Belliſarius ad terram procidit, vt oſtenderet Gelimeri, non hoc ap ipſo exigi, quòd eſſet captiuus, ſed quòd ita moris eſt adorari Romanos Imperatores.* In vita Chryſoſtomi: Ἰωάννης, καὶ πᾶς ὁ κλῆρος σὺν αὐτοῖς προσεκύνησαν τῷ βασιλεῖ, καὶ ὁ βασιλεὺς ὑπέκλινε τὸ αὐχένα τῷ Ἰωάννῃ: *Iohannes, & vniuerſus clerus adorauit regem, & rex ſubmiſit ceruices Iohanni.* προσκυνεῖν hoc loco ſignificat *ſalutare*, quemadmodum & ſalutare interdum de adoratione accipitur. Plautus: E

Si Deos

A *Si Deos salutas dextrouorsum censeo.*

Episcopi & viri principes salutasse tantùm Imperatorem, & osculo excepisse videntur, maximè si frequentes in aula essent. Theodoritus lib. 5. c. 16. Amphilochius Episcopus, εἴσω τῶν βασιλείων γενόμενος, καὶ παρεστῶτα τῷ βασιλεῖ τὸν υἱὸν ἀρκάδιον θεασάμενος, νεωστὶ δὲ τοῦτο κεχειροτόνητο βασιλεύς, αὐτὸν μὲν ἠσπάσατο συνηθῶς βασιλέα, ἀγήραστον δὲ κατέλιπε τὸν υἱόν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπιλησθῆναι νομίσας τὸν ἀμφιλόχιον, προσελθεῖν, καὶ φιλῆσαι προσεταξε τὸν υἱόν· ὁ δὲ ἀπογρῆναι ἔφη τὴν αὐτῷ παρ' αὐτοῦ προσενεχθεῖσαν τιμήν. *Cùm intrasset in palatium, & Imperatori astantem Arcadium vidisset, qui nuper Augustus renuntiatus erat à patre, ipsum quidem Imperatorem ex consuetudine salutauit, filio honorem non habuit. Imperator Amphilochium oblitum putans, iussit vt accederet ad filium, eúmque oscularetur. Ille respondit, sufficere honorem quem patri detulisset*: tum verò subiunxit: Doles honorem filio tuo non habitum, & Deum patrem non ægrè ferre B putas, si honor filio eius non deferatur.

Episcopi & principes olim salutabat tantùm Imperatores, non adorabant.

Mortuis autem Imperatoribus donec super terram essent, priusquam eis iusta persoluta, cottidie adoratio eadem ab aulicis quæ viuis exhibita est. Euseb. lib. 4. de vita Const. οἱ δέ γε τοῦ παντὸς στρατοῦ καθηγεμόνες, κόμητές τε καὶ πᾶν τὸ τῶν ἀρχόντων τάγμα, οἷς τὸν βασιλέα καὶ νόμος πρότερον ἦν προσκυνεῖν, μηδὲν τῶν συνήθους ἐπαλλαξάμενοι τρόπου, τοῖς δέουσι καιροῖς εἴσω παριόντες τὸν ἐπὶ τῆς λάρνακος βασιλέα, οἷα περὶ ζῶντα καὶ μετὰ θάνατον γονυκλινεῖς ἠσπάζοντο. *Duces exercitus, comites, & omnis magistratuũ ordo, quibus erat priùs adorandæ principis purpuræ consuetudo, nihil de more solemni immutantes, stato tempore intrò ingressi, Imperatorem in arca clausum quasi viuum etiam post mortem genu flexo adorabant.* Corippus lib. 1.

Mortuis Imperatoribus ante funus adoratio adhibita.

Senatus

C *Creuerat, orabat dominos, & poplite flexo*
Plurima diuinis supplex dabat oscula plantis.

Item lib. 3.

Vt clemens princeps legatos surgere iussit
Officia stratos, iussu monitúque iubentis
Erexere viros.

P. Diacon. lib. 18. Zeibil qui dignitate secundus erat à Chaiano accelerans complectitur collum Heralij, vniuersus autem populus Turcorum in terram cadentes proni, super faciem extenti Imperatorem honore honorant, qui est apud gentiles extraneus. Similiter & principes eorum super saxa conscendentes eodem schemate procedunt. Mamertinus in Genethl. Quale pietas vestra spectaculum dedit, cùm in Mediolanensi palatio admissis D qui sacros vultus adoraturi erant, conspecti estis ambo, & consuetudinem simplicis venerationis geminato numine repente turbastis. Nemo ordinem numinum solita secutus est disciplina: omnes adorandi mora restiterunt, duplicato pietatis officio contumaces. Statius lib. 5. Syluar.

Et mitem genium domini præsentis adorat.

Sueton. in Calig. c. 22. Consistens sæpe inter fratres, Deos medium se adorandum adeuntibus exhibebat. Et quidam eum Iouem Latiarem consalutarunt. Purpuram adorare solemniter celsius anhelantem, dixit Ammian. lib. 15. & lib. 21. Verùm, inquit, cùm primitus visus adorandæ purpuræ datam sibi copiam aduertisset, recreatus tandem, suique securus. Vnde apparet ad orationem purpuræ pro beneficio concessam esse, nec honori tan- E tum imperatori fuisse, verùm & adoranti, vt passim in Codice, & Notitia videre est. l. 2. C. de fabricens. l. 1. C. de silentiar. l. 1. C. de comitib. & tribun. schol. l. 1. C. de apparit. præf. vrb. Apparitores præfecti vrbis singulis annis adorant sacram purpuram, & cornicularij præfecti prætorio non alij. Ammian. lib. 23. Saracenorum reguli genibus supplices nixi oblata auri corona tanquam mundi, nationúmque suarum Dominum adorarunt Iulianum. lib. 21. Inter complures alios honore conspicuos adoraturi imperatorem peregrè venientem ordinantur etiam ex tribunis insignibus. Auares apud Corippum lib. 3. in adorando principe ad solum prouolui iubentur.

Verùm vt contracto patuerunt intima velo,
Ter gazas suspexit Auar, ter poplite flexo
Pronus adorauit, terræque adfixus adhæsit.
Hunc Auares alij simili terrore sequuti

In facies

In facies cecidere suæ, stratósque tapetas A
Fronte terunt, longisque implent spatiosa capillis
Atria, & Augustam membris immanibus aulam.

De Adoratione purpuræ Notitia. In officio proconsulum princeps agentium in rebus recensetur, qui adorata principali clementia cum insignibus exibat. Consule C. Theodos. l.3.de domest. & protect. l.6. C. de aduoc.diuers.iudic. l.vlt.C.qui militare pos. lib.12. l.4. C.de consulib. lib.12. l.1. C. de apparit. præf. præt. Ipse etiam imperator interdum populum adorabat. Tacit. lib.16. Nero flexo genu, & cœtum illum manu veneratus est. Claudian. in sexto consul. Honorij,

——cum regia circi
Conuexum gradibus veneratur purpura vulgus, B
Consensúque caua sublatus in æthera vallis
Plebis adoratæ reboat fragor.

CAPVT XII.

De Nominibus Augusti, & Antonini.

Augusti nomen vnde sumptum.

VETVS inscriptio est, Imperator Cæsar D. Iulij filius Augustus. Octauius primùm Cæsaris, & deinde Augusti cognomen assumpsit, alterum testamento maioris auunculi, alterum Munatij Planci sententia, C
cum quibusdam censentibus Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem vrbis, præualuisset, vt Augustus potius vocaretur, non tantùm nouo, sed etiam ampliore cognomine,quod loca religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, Augusta dicantur, ab auctu, vel ab auium gestu, gustatúve, sicut etiam Ennius docet scribens,

Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.

ait Sueton. lib.2.c.8. Ab auctu boni ominis causa, ὡς ἢ πλεῖόν τι ἢ καθ' αὐθρώπους ὤν, ait Dio, *Vt aliquid supra hominem existens.* πάντα γὰρ τὰ ἐντιμώτατα, ἢ ἱερώτατα αὔγυστα προσαγορεύεται: *Nam ea omnia quæ magno in pretio sunt, & sanctissima, vocantur Augusta.* Augere enim, & mactare, verba sunt sacrorum. Sueton. lib. 2. Augeri hostias iussit. In dedicatione aræ Nar- D
bonensis, Si quis huic aræ donum dare, augeréque volet, liceto. Anno vrbis 725. quum triumphum Augustus ex Ægypto reportauit, hoc primum die Augustus, quòd Romam auxerit, consalutatus est, quod nomen cunctis antea inuiolatum, & huc vsque ceteris inausum, dominis tantùm orbis licitè vsurpatum, apicem declarat imperij, atque ex eadem die summa rerum ac potestatum penès vnum esse cœpit & mansit, quod Græci μοναρχίαν vocant. ait Diaconus lib.7. Manasses in Politicis,

Αὔγυστος ἦ μὴ ταῦτα πληθεὶς, ὡς ἠυξημένος.

Augustus postea dictus, vt quasi auctus. Græci σεβαστὸν vocant, quasi *venerandum.* Augustus certè Tiberium & Liuiam ferre nomen suum iussit, vt Tacitus lib.1. Annal.

Augusti nomen Imperatores quidam repudiarunt.

Tiberius tamen ne Augusti quidem nomen, quanquam hæreditarium, vllis nisi ad reges epistolis adiecit, auctore Suetonio. Caligula Cæsar dictus, non Augustus,eodem teste E
c.22. Claudius ne Imperator quidem dici voluit. Cæsar dictus est, vt & Nero, & Galba, non Augustus, apud Suetonium. Dio in Calig. ποτὲ ἢ δῆμον βοήσαντος, νεανίσκε αὔγυστε, ὑβριστὴν νομίσας, πλείους ὅσους ἀπέκτεινε. Caligula aliquando, cùm populus exclamasset, Iuuenis Auguste,ratus sibi iniuriam factam, multos occidit. Vitellius cognomen Germanici delatum ab vniuersis cupidè recepit, Augusti distulit, Cæsaris in perpetuum repudiauit, narrante Suetonio c. 8. Traianus Cæsar in Senatu à Nerua dictus est, non Augustus, vt Dio. Lampridius in Commodo, Antoninos Pium & Philosophum imperatores primos dictos Augustos, deinde Pertinacem ostendit. Spartianus, Annius, inquit, & Verus, & M. Antoninus duo pariter Augusti primi Remp. gubernarunt Postea ceteri Imperatores Augusti, candidati imperij Cæsares dicti. Commodus in epistola ad Albinum apud Capitolinum, Audio enim & Septimium Seuerum, & Nonium Marcum malè de me apud milites loqui, vt sibi parent stationis Augustæ procurationem. Apud eundem Diadu-

menus

A menus ad Macrinum patrem ſcribens, patri Auguſto, filius Auguſtus. P. Diaconus lib.10. Valerianus in Norico ab exercitu imperator, & mox Auguſtus eſt factus. Euſebius lib. 4. Hiſtor.eccl. αὐτωνίνῳ Σεβῷ, καίσαρι αὐγέστῳ, *Antonino Pio, Cæſari Auguſto.*

Poſt Antoninos, Pium, & Marcum Imperatores Antonini dicti, quod nomen delatum à Senatu. Lampridius in Alexan. Delatum ſibi Antonini nomen à Senatu recuſauit. Acclamatum à Senatu, Auguſte innocens Dij te ſeruent, &c. Parthos, & Perſas Antoninus vincat, ſacrum nomen ſacratus accipiat, &c. Et poſt acclamationes, Aurelius Alexander Cæſar Auguſtus, gratias vobis P. C. non nunc primum, ſed & de Cæſareo nomine, & de vita ſeruata, & de Auguſti nomine addito, & de Pontificatu maximo, & de Tribunitia poteſtate, & proconſulari imperio, quæ etiam nouo exemplo vno die in me contuliſtis, &c. Auguſtus primus eſt auctor imperij, & in eius nomen omnes velut quadam adoptio- *Antonini Imperatores quãdo dicti.*

B ne, aut iure hæreditario ſuccedimus, Antonini ipſi Auguſti dicti ſunt. Antoninus idem Pius, Marcum & item Verum iure adoptionis vocauit. Commodo hæreditarium fuit, ſuſceptum Diadumeno, affectatum in Baſſiano, ridiculum in Aurelio. Antonini certè nomen in Marco philoſopho cœpit ſymbolum eſſe imperij vſque ad Maximinum, narrante Capitolino. Marcus ſublato atque abolito nomine Veriſſimi, non prænomen Antonini, ſed nomen accepit, quod nomen detulit Verus, vt & imperium. Menſes Septembrem, atque Octobrem, Antoninum atque Fauſtinum, appellandos decreuit Senatus, ſed id Antoninus reſpuit, auctore Capitolino in Antonino Pio. Lampridius in Alexandro, Antoninorum nomen, vel iam numen potiùs, quale fuerit, meminit veſtra clementia. Si pietatem, quid Pio Sanctius? ſi doctrinam, quid Marco prudentius? ſi innocentiam, quid Vero ſimplicius? ſi fortitudinẽ quid Baſſiano fortius? Antonini pluris fuere quàm Dij apud Lam-

C pridium in Diadumeno. Seuerus imperator in animo habuerat, vt omnes deinceps principes, quemadmodum Auguſti, ita etiam Antonini dicerentur. Spartianus in Geta, Et fuit quidem tam amabile illis temporibus nomen Antoninorum, vt qui eo nomine non niteretur, mereri non videretur imperium. Vnde etiam quidam & Seuerũ, & Pertinacem, & Iulianum Antoninorum nominibus honorandos putant, vnde poſteà duos Gordianos, patrem & filium, Antoninos cognominatos putem. Sed aliud eſt cùm prænomen adſciſcitur, aliud cùm ipſum nomen imponitur. Nam Pius verum nomen Antonini habuit, cognomen Pij, Marcus verum nomen Veriſſimi habuit, ſed hoc ſublato, atque abolito non prænomen Antonini, ſed nomen accepit. Commodum autem Marcus Antoninum appellauit, atque ita in publicum edidit diem natalis ſui. Iam Caracallam Baſſianum ſatis conſtat vel ſomnij cauſſa quod Seuerus viderat, quum ſibi Antoninum ſucceſſurum prædi-

D ctum ſenſiſſet, anno demum 13. Antoninum dictum eſſe, quando etiam ei Seuerus imperatoriam addidiſſe dicitur poteſtatem. Getam verò quem multi Antoninum negant dictum, eadem ratione qua Baſſianum appellatum ſatis conſtat, vt patri Seuero ſuccederet, &c. Poſt hoc ipſum Diadumenum, vt commendaretur exercitui, Senatui, populóque Romano, eſſétque ingens deſiderium Baſſiani Caracallæ, Antoninum appellatum ſatis conſtat. Extat epiſtola Opilij Macrini patris Diadumeni, qua gloriatur non tam ſe ad imperium peruenisſe, qui eſſet ſecundus imperij, quàm quod Antoniniani nominis eſſet pater factus, quo clarius illis temporibus non fuerat vel Deorum, vt Lampridius in Diadum. Antonini nomen cæpit à Pio, & paulatim per Antoninos vſque ad ſordes vltimas peruenit, ibidem. Antonini nomen ex annalibus in Heliogabalo Senatus auctoritate eraſum eſt, ait Lamprid. in Alexandro.

E Poſt Maximinum Imperatores Auguſti vulgò dicti, non Antonini. Maieſtas Auguſta pro Auguſto dicitur Ammiano Marcel. lib.14. Silanus ad Auguſtum nomen euectus, lib. 15. Dio in Auguſto docet, *Cæſaris & Auguſti appellationes, nullam imperatoribus poteſtatem addidiſſe, ſignificaſſe autem nomen Cæſaris ſucceſſionem generis, nomen verò Auguſti ſplendorem dignitatis*, ἡ μὲν δὴ τοῦ καίσαρος, ἥτε δ' αὐγούστε προσρησις, δύναμιν μὲν ἐδεμίαν αὐτοῖς οἰκείαν προσ- ἐποίησαν, δηλοῖ δ' ἄλλως τὸ μὲν τὸν ἐξ ὑέος σφῶν διαδοχὴν, τὸ δὲ τὸν ἐξαιρέτου λαμπρότητα. *Auguſtinomen quando ſibi ſumpſerint Imperatores.* Pollio in Valeriano, Hæc ſunt propter quæ auguſtum nomen tenetis. Probo nomen Auguſtum delatum à militibus, apud Vopiſcum, & Iuliano l.20. apud Ammianum Marcellinum. Idem Imperatoribus Romanis Auguſtam nuncupationem amabilem, & optatam eſſe ait, lib.23.26. Ob nuncupationem auguſtam Valentinianus donaticum militibus pollicetur, Iulianum fulgentem auguſto habitu. Valentinianus morem inſtitutum antiquitus ſupergreſſus, non Cæſares, ſed Auguſtos germanum nuncupauit, & filium, lib.27. Ab Octauiano Auguſto cæteros imperatores Auguſtos dictos eſſe monet Dio, προσεκτήσατο

ὃ δὲ

ὃ καὶ ἑτέραν τιὼ Σεβαστὸν, καὶ αὐτιὼ ἀφ' τέτο καὶ οἱ ἔπειτα αὐτοκράτορες τίθενται: *Addidit* Octauius *& alteram Augusti appellationem, quam ideo reliqui postea imperatores sumunt.* Seuerus viuus Caracallam & Getam Augustos nuncupauit. Tunc primùm fuêre tres Augusti, quare apud Tertullianum imperij triplex virtus appellatur, deinde Valentinianus, Valens, & Gratianus tres Augusti sub idem tempus fuêre, vt Ammianus lib. 27. A

Imperatrices Augustæ appellatæ.

Imperatrices ipsæ Augustæ dictæ. Testamento Augusti Liuia in familiam, noménque Augusti adsumebatur, ait Tacitus lib. 5. Claudius matri mortuæ Augustæ nomen dedit, à viua recusatum, vt Suetonius in Claudio cap. 11. Tacitus lib. 4. Annal. de Liuia, decretum quoties Augusta theatrum introisset. Item, Iulia Augusta mortem obiit. Dio in Caligula, ταύτιὼ τε γὰρ Σεβαστὴν ἐκάλεσε, καὶ ἱερείαν τ' Σεβαστῆς ἀπέδειξε: *Hanc enim statim Augustam, & sacerdotem Augusti constituit*: illa spreuit, mortuæ dedit Claudius. Hadrianus continuò pater patriæ in Senatu vltra morem appellatur, & eius vxor Augusta, Diaconus lib. 8. Theodor. Anagnost. lib. 2. Iustinus Illyricus, προήχθη βασιλεὺς, σύμβιον ἔχων ὀνόματι λεπικίαν, ἣν ὑμοιμόλιν αὖγεσαν, Εὐφημίαν οἱ δημόται ὀνόμασαν: *Factus est Imperator vxorem habens nomine Lupiciam, quam Augustam effectam populares Euphemiam vocarunt.* Sozomenus lib. 1. Helena Augusta dicta. καὶ εἰκόνι αὐτῆς χρυσοῦν νόμισμα κατεσήμανε. Constantinus *aureum nummum eius imagine procudit.* In veteribus nummis Iulia Augusta genitrix orbis. Flauia Titiana vxor Pertinacis ea die qua Augustus dictus est Pertinax, ipsa Augusta appellata est, ait Capitolinus. B

Vxoribus suis Imperatores non statim Imperatricis nomen dabant.

Vxori suæ *non statim Imperator nomen dabat Imperatricis*, οὐκ εὐθὺς αὐτῇ τ' βασιλείας μετέδωκεν ἀξιώματος. Zonaras tom. 3. pag. 143. Quædam fuere Augustæ, non tamen *βασίλισσαι, Imperatrices.* Idem Zonaras eodem tom. 3. p. 207. auctor est Imperatorem vxori Augustæ appellationem daturum interdum eius nomen summutasse, γαμετιὼ ἕτερε, καὶ αὔγεσαν αὐτὴν ὠρθωσε, Εὐφημίαν μετωνόμασας: *Vxorem coronauit, & Augustam appellauit, Euphemiámque vocauit.* Vbique fermè apud Zonaram, Cedrinum, & alios historicos Imperatorum vxores, vel matres, dictas Augustas obseruabis. Verbum non addo. C

CAPVT XIII.

De Pontificis dignitate.

Pontificis nomen vnde deriuetur.

PONTIFICES Zozimus ϰεφυραίας interpretatur, lib. 4. & eorum originem à sacerdotibus, qui in Ponte Penei fluuij δείκηλα, simulacra Deorum colenda proponebant, arcessit. Dionysius Halycarnas. lib. 2. & Varro lib. 4. de lingua Lat. ex eo Pontifices dictos tradunt, quod ab iis sublicius pons & factus primùm est, & restitutus sæpe, cùm sacra vls, & cis Tiberim non mediocri ritu fierent. Dionys. ἐπισκοπάζοντες τιὼ ξυλίνιω ϰεφύραν. Iurisconsulti quod possint facere, id est sacrificare, vt Q. Scævola. D

Pons sublicius à Romanis sacer existimatus.

Pons ille sublicius ligneus erat, & nullo ære aut ferro compactus, quem Romani adeò sacrum existimarunt, vt si collaberetur, Pontifex, non nisi cæsa victima eum reficere posset. Vt sit, Romæ Pontifex Maximus cerimoniarum, ac religionum omnium erat arbiter, quod sacerdotium tenuit Iulius Cæsar, qui omnia sibi vindicare sacerdotia cogitauerat, vt ex Dione supra ostendimus; deinde Augustus, Tiberius, & cæteri imperatores. Vnde & Pontificium pro potestate Arnobius posuit ad Psal. 68. Hi accipiunt pontificium iudicandi. Psal. 113. Dabat pontificium dominandi sacerdotibus templorum. lib. 2. aduersus gentes, vnius pontificium Christi esse dare animis salutem. Vide Gellium lib. 1. c. 13. Græci ἀρχιερέα, καὶ ἀρχιερέα μέγιστον, *Pontificem* interpretantur, *& Pontificem maximum.* Eutropius lib. 2. Breuiar. Zozimus lib. 4. τὸν ϖαλαιὸν ἀφ' ἑλλήνων ῥωμαῖοι, τὸν ϖρῶτον παρ' αὐτοῖς ἱερατικὸν ἔχοντας τάξιν, ποντίφικας ϖροσηγόρευσαν, οἷς συναριθμεῖσθαι τὸς βασιλέας, ἀφ' τῆς ἀξίας ὑπέρογκον ἐνομοθέτησαν, *Romani hoc mutuati à Græcis eos qui principem in sacrificijs locum tenent Pontifices vocarunt, quibus adcenturiari reges propter dignitatis excellentiam censuerunt.* Primus Numa Pompilius hunc honorem adeptus est, omnésque deinceps qui reges appellati sunt, ac post illos Octauianus ipse, quique post ipsum in imperio Romano successerunt. Nam vt primùm quisque ad imperium euectus erat, amictus ei Pontificius à Pontificibus offerebatur, & continuò ei titulus Pontificis Maximi tribuebatur. Ac E

ceteri

A ceteri quidem principes vniuerſi lubentiſſimis animis hunc honorem nacti eſſe, & hoc titulo vſi videntur: ipſéque adeò Conſtantinus, & poſt illum reliqui ordine ſequuti, & Valentinianus, & Valens.

Cùm ergo Pontifices talem ex more Gratiano amictum attuliſſent, auerſatus eſt, ratus nefas eſſe homini Chriſtiano eiuſmodi amictu vti, ait Zozimus. Iulius Cæſar vt primus Imperator, ita & primus Pontifex, ait Dio lib.43. Cæteri ab eo mutuati, in primis Octauius, quem Auguſtum quaſi aliquem venerandum, colendúmque appellarunt: & hanc appellationem omnes eum inſequuti, vt & Imperatoris habent, ad ſignificandam poteſtatem abſolutam pro regis & dictatoris appellationibus. Has enim non aſſumunt, poſtquam ſemel è republica exciderunt, ſed vim earum & rem ipſam Imperatoris nomine firmant. *Gratiani modeſtia Pontificium amictum recuſantis.*

B Et ex his quidem nominibus milites conſcribere poſſunt, bella ſuſcipere, pacem ferire, Senatoribus mortem inferre. Ex eo quod ſunt Cenſores, in vitas & mores inquirunt, & arbitratu ſuo populum cenſent, alios in Senatum legunt, equeſtri ordine aut tribu mouent. ἔκ τε ὧν ἐν πάσαις ἱερωσύναις ἱερᾶσι, καὶ προστιθέναι καὶ τοῖς ἄλλοις τὰς πλείους διδόναι, καὶ τῶν ἱερέων κυριεύουσι: *Quod autem ſunt omnibus ſacerdotijs conſecrati, inſuper & alijs plura ſacerdotia conferre*, Pontifices facere poſſunt, *& ſacerdotibus dominantur.* Fortè legendum, καὶ τῶν ἱερῶν κυριεύουσι, *ſacris præſunt.* Poteſtatem pontificum Dionyſius Halyc. exponit his verbis, εἰσὶ γὰρ τῶν μεγίστων προεστῶτες κύριοι. καὶ γὰρ δικάζουσι ἔστι τὰς ἱερὰς δίκας ἁπάσας: *Pontifices ſumma auctoritate præditi ſunt. Nam omnes lites ſacras iudicant*, inter priuatos pariter, & magiſtratus, ac ſacrorum miniſtros, leges etiam ferunt de ſacris quæ nondum ſcriptis mandata, aut vſu recepta ſunt, ſi digna videantur, quæ legibus & conſuetudinibus ſanciantur. In C omnes item magiſtratus quibus ſacrificia commiſſa, & Deorum cultus, & in omnes ſacerdotes inquirunt, miniſtros ſacrorum in officio continent, ne quid præter ſacras leges peccent. Rudi plebeculæ deorum ac geniorum cultum præmonſtrant, & interpretantur. Quod ſi quem animaduerterint præſcripta ſua contemnere, eum mulctant pro delicti magnitudine. Ipſi à iudiciis & mulctis ſunt immunes, nec tenentur vel Senatui, vel populo rationem reddere. Imperatores igitur Pontifices fuere, & hunc ſibi titulum inprimis adſcripſêre Commodus epiſt. ad Senatum. Imperator Lucius Æl. Aurel. Commodus Auguſtus, Pius, Felix, Sarmaticus, Germanicus, Maximus, Britannicus, pacator orbis terrarum, inuictus, Romanus Hercules, Pontifex Max. Tribunitiæ poteſtatis decimum octauum, Imperator octauum, Conſul ſeptimum, pater patriæ, Conſulibus, Prætoribus, Tribunis plebis, Senatuíque Commodiano felici ſalutem. *Imperatorũ poteſtas.*

D Nonnulli ex imperatoribus reperti ſunt, qui munia Pontificum ipſi obirent. Domitianus enim officio Pontificis Max. functus, vt Plin. ep.11. lib. 4. Pontificis Max. officium peregit Hadrianus, cùm priores titulo contenti rem negligerent, vt Spartianus. Alexander Seuerus accepit prætextam etiam cùm ſacra faceret, ſed loco Pontificis Max. non Imperatoris. Tacit. lib.2. Germanicus vidit ſe operatum, & ſanguine ſacro reſperſa prætexta. Appianus lib. 1. ciuil. ἀσελλίων στρατηγῶν τε καὶ ὑπάτων, καὶ ἱερέων, καὶ διπλοΐδιον ἐνδύτα ὡς ἐν θυσίᾳ προεκάθηρθο: *Aſellio prætor cùm libaret, & ſacram, ac auro intextam veſtem vt in ſacrificio indutus eſſet.* Ea igitur prætexta fuit διπλοΐδιος, id eſt, *auro intexta.* Eius meminit Spartianus in Hadriano. Natali ſuo vltimo cùm Antoninum commendaret, prætexta ſponte delapſa caput ei aperuit. Caput enim prætexta in ſacrificiis opertum erat. Quintilianus declam. 311. Ego vobis allego etiam illud ſacrum prætextatum, quo ſacerdotes velantur, quo magiſtratus. *Pontificis munus quinam Imperatores obierint.*

E Vitellius Pontifex Max. 15. Kal. Auguſti de cerimoniis publicis edixit, quæ dies Allienſis fuit, Tacit. lib. 18. & Suetonius l. 7. c. 7. Omni diuino, humanóque iure neglecto, Allienſi die Pontificatum Maximum cæpit.

Sacrificium quoddam proprium ac peculiare Pontifici Max. deſcribitur à Prudentio in hymno Romani martyris, *Sacrificium Pontifici Max. peculiare ac proprium.*

Summus ſacerdos nempe ſub terram ſcrobe
Acta in profundum conſecrandus mergitur,
Mirè infulatus, feſta vittis tempora
Nexus, corona tum repexus aurea,
Cinctu Gabino ſericam fultus togam.
Tabulis ſuperno ſtrata texunt pulpita,

Rimorosa rari pegmatis compagibus A
Scindunt subinde, vel terebrant aream,
Crebróve lignum perforant acumine,
Pateat minutis vt frequens hiatibus.
Hinc taurus ingens fronte torua & hispida
Sertis reuinctus, aut per armos floreis,
Aut impeditus cornibus deducitur,
Nec non & auro frons coruscat hostiæ,
Setásque fulgor bractealis inficit.
Hic vt statuta est immolanda bellua, B
Pectus sacrata diuidunt venabula,
Eructat amplum vulnus vndam sanguinis
Feruentis, inque texta pontis subditi
Fundit vaporum flumen, & latè æstuat.
Tum per frequentes mille rimarum vias
Illapsus imber tabidum rorem pluit,
Defossus intus quem sacerdos excipit,
Guttas ad omnes turpe subiectans caput,
Et veste & omni putrefactus corpore, &c. C
Hunc inquinatum talibus contagijs, &c.
Omnes salutant, atque adorant eminus,
Vilis quod illum sanguis, & bos mortuus
Fœdis latentem sub cauernis lauerint.

Cadauera in aspectu Pontificum poni nefas olim fuit.

An hanc religionem susceperint Imperatores, haud equidem asseuerare ausim. Hoc asseuero, nefas fuisse Pontificis Max. oculos aspectu cadaueris funestari. Quare Augustus laudauit Agrippam velo ante mortuum expanso, παραπέτασμά τι πρὸ τοῦ νεκροῦ προτείνας, ait Dio lib. 54. οὔτε γὰρ τῷ ἀρχιερεῖ ἀπείρητο νεκρὸν ὁρᾶν: *neque enim interdictum Pontifici mortuum spectare*, ait ille pessimè, si fides Tacito lib. 2. Neque Imperatorem auguratu, & vetustissimis cerimoniis præditum contrectare feralia debuisse. Ideo statuæ Augusti ob cædes in amphitheatro semper velatæ, vt Dio lib. vlt. Tiberius pro rostris laudauit filium, stetítque in conspectu posito corpore, interiecto tantummodo velamento, quod Pontificis oculos à funere arceret, ait Seneca, consolatione ad Marciam. D

CAPVT XIIII.

De Tribunitia potestate.

Programa Edicti Augusti.



OSEPHVS cap. 10. lib. 16. Originum, Edictum Augusti cum hoc programmate proscribit. Cæsar Augustus Pontifex. Max. Tribunitiæ potestatis edicit, λέγει. Primus omnium Iulius Cæsar vt Dictatoris, & Imperatoris perpetui nomen sibi arrogauit, sic & Tribunitiam potestatem. Caussam aperit Dio in Augusto. ἥτε ἡ ἐξουσία δημαρχικὴ καλουμένη δίδωσιν αὐτοῖς πρότοις ἄλλοις τὸ μὴ ὑβρίζεσθαι. κἂν ἄρα τι καὶ τὸ βραχύτατον μὴ ὅτι ἔργῳ, ἀλλὰ καὶ λόγῳ ἀδικεῖσθαι δόξωσι, καὶ ἄκριτον τὸν ποιήσαντα αὐτὸ ὡς ἐναγῆ ἀπολλύναι. Tribunitia potestas hoc eis confert præter alia, vt sint inuiolabiles. Et si quis vel tantillum in eos opere aut verbo iniuriosus fuerit, indemnatus vt sacrilegus occiditur. Dio alio loco, ἱερόσυλος τε, καὶ ἐν τῷ ἄγει ἐνέχηται: *Sacrilegij, & piaculi teneretur.* Idem negat imperatores esse tribunos plebis, sed tribunitiæ potestatis. E

Tribunitia potestas ab Augusto recepta.

Augustus anno vrbis 728. post victum Antonium tribunitiam potestatem perpetuam recepit, auctore Suetonio c. 27. lib. 2. Dio lib. 51. Tacit. lib. 1. Augustus continuata per 30. annos

A annos tribuni poteſtate, nomen Imperatoris ſemel ac vicies partum, principis nomine Rempublicam conſtituit, non regis, aut dictatoris. Exemplum igitur à Iulio, qui perpetui tribuni ius ſibi adrogauit. Huius dignitatis ea fuit vis, vt ἄσυλος, & ſacroſanctus Auguſtus eſſet inſtar tribunorum, vtque appellantibus ipſum & intra pomœrium, quod ius tribunorum fuit, & intra proximum lapidem, quod nulli antea tribuno datum eſt, opem ferre poſſet, ait Dio lib. 51. καὶ τὴν καίσαρα, τήν τε ἐξουσίαν τὴν τῶν δημάρχων διὰ βίου ἔχειν, καὶ τοῖς ἐπιβοωμένοις αὐτὸν καὶ ἐντὸς τοῦ πομηρίου, καὶ ἔξω μέχρι ὀγδόου ἡμισταδίου ἀμύνειν, ὃ μηδὲν, τῶν δημαρχούντων ἐξῆν. Tacitus lib. 3. ſcribit ius tribunitiæ poteſtatis ab Auguſto repertum, quod Iulio tribuendum eſſe ſupra monuimus. Tiberius, inquit, poteſtatem Tribunitiam Druſo petebat. Id ſummi faſtigij vocabulum Auguſtus repperit, ne regis aut dictatoris nomen adſumeret, ac tamen appellatione aliqua cetera imperia præemineret. Idem lib. 1.
B Ne edictum quidem quo patres in curiam vocabat, niſi tribunitiæ poteſtatis præſcriptione poſuit ſub Auguſto acceptæ.

Quinam Imperatores Tribunitiã poteſtatem receperint.

Sueton. lib. 2. c. 27. Tribunitiam poteſtatem perpetuam recepit, in qua ſemel, atque iterum per ſingula luſtra collegam ſibi cooptauit. Antoninus Pius adoptatus ab Hadriano factus eſt patri & in imperio proconſulari, & in tribunitia poteſtate collega, vt Spartianus in Hadria. Tribunitia poteſtas pars maxima regalis fuit, auctore Vopiſco in Tacito. Veſpaſianus ne Tribunitiam quidem poteſtatem, & Patris patriæ appellationem niſi ſerò recepit. Tiberio data rurſus poteſtas in quinquennium, c. 16. Sueton. M. Antoninus cùm Fauſtinam duxiſſet vxorem, ſuſcepta filia tribunitia poteſtate donatus eſt, atque imperio extra vrbem proconſulari, addito iure quintæ relationis, ait Capitolinus in M. Anton. Commodus decimum octauum fuit tribunitiæ poteſtatis, Auguſtus triceſimum octauum, M.
C Antoninus decimum quintum, Gallienus viceſimum, & tamen Commodus decem tantùm & tres annos in imperio fuit, Gallienus 15. oportuit eos priùs quàm imperatores fierent, aliquot iam annis tribunitia poteſtate donatos eſſe. Tribunitiam igitur poteſtatem cæteri omnes quotannis renouabant præter Tiberium, cui ad quinque annos tribunitia poteſtas dari ſolita, vt Suetonius c. 16. lib. 3.

CAPVT XV.

De iure Relationis.

Relationis ius honoris cauſa Imperatoribus datum.

D IMPERATORIBVS honoris cauſa datum eſt ius primæ, ſecundæ, tertiæ, quartæ, & quintæ relationis, id eſt vt quoties Senatus haberetur, de quacunque re viſum eſſet, ſemel, iterum, tertiò, quartò, & quintò referre poſſent: quanquam ſolis conſulibus ius relationis propriè fuit, ſine qua Senatuſc. perfici non potuit. Ideo Veſpaſiano conceſſum, vt ei Senatum habere, relationem facere, remittere poſſet. Verba legis, qua imperium ei delatum, ſic habent: *VTIQVE ei Senatum habere, relationem facere, remittere, Senatuſc. per relationem, diſceſſionémque facere liceat, &c. Vtíque cùm ex voluntate, auctoritatéve, iuſſu, mandatúve eius, præſentéve eo Senatus habetur, omnium rerum ius perinde habeatur, ſeruetur, ac ſi è lege Senatus edictus eſſet, haberetúrque.* Quibus verbis ſomnia eorum qui ius relationis aliter interpretantur euaneſcunt. Sed &
E ante Veſpaſianum Auguſto datum, vt aſſumpta in perpetuum tribunitia poteſtate, liceret ei in Senatu vnam de quacumque re vellet relationem facere, etſi conſul non eſſet. Dio lib. 55. ἡ γερουσία δήμαρχον τ' αὐτὸν διὰ βίου εἶναι ἐψηφίσατο, καὶ χρηματίζειν αὐτῷ περὶ ἑνὸς ὅτου ἂν ἐθελήσῃ καθ' ἑκάστην βουλὴν, κἂν μὴ ὑπατήσῃ ἔδωκε: *Senatus decreuit vt tribunus perpetuus eſſet, & referre poſſet de vna aliqua re, de qua viſum ei eſſet, quoties Senatus haberetur, licèt conſul non eſſet.* Imperator enim ſi conſul non erat in Senatu non referebat, niſi ei à Senatu primæ, ſecundæ, aut tertiæ relationis ius eſſet datum, ait Dio.

Relatio apud Romanos propriè conſulum erat.

Quanquam autem relatio propriè conſulis fuit, licuit tamen patribus quoties ius dicendæ ſententiæ accepiſſent, quæ vellent expromere, relationémque in ea poſtulare, vt Tacit. lib. 13. Polybius lib. 6. Conſules, inquit, τὰ κατεπείγοντα τῶν διαβουλίων ἀναδιδόασι, αὐτοί τε τὸν ὅλον χειρισμὸν τῶν δογμάτων ἐπιτελοῦσι, *de ijs quæ deliberanda incumbunt, referunt, ipſiq; vniuerſam decretorum Senatus rationem gubernant.* Cùm autem duo conſules eſſent, eius relatio fuit, cuius eo menſe faſces. Sæpe autem factum vt conſulibus abſentibus, vel

præuaricantibus, & mussantibus referrent alij è principibus Senatus, puta consules designati, prætores, aut tribuni. Ideò Suetonius in Iulio ait, nec quoquam reperto qui super tali consternatione referre, aut censere aliquid auderet, qualia multa sæpe in leuioribus caussis decreta fuerant. A

Ius relationis principibus delatum.

Post Augustum autem principes vt rerum domini ius relationis à Senatu acceperunt, quod ferè cum proconsulari imperio, & tribunitia potestate coniunctum apud Vopiscum, & Capitolinum, quod qui habuerunt, non absente modò consule, verùm & præsente, de vna, duabus, pluribúsve rebus, de quibus visum esset, semel, iterum, tertiò, & quintò referre potuerunt, quanquam id à Lipsio parum commodè negatur, in commentariis ad Tacitum. Potuerunt item prætores, vt supra monuimus, absente, vel præuaricante, aut dissimulante consule referre. Dio lib. 55. τοῦτό τε οὖν ἰσχυρῶς ἐπὶ πλεῖστον τοῖς πάλαι τηρηθὲν, ἐξίτηλον τρόπόν τινα ἤδη γέγονε, καὶ τὸ τῶν στρατηγῶν. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἀγανακτήσαντες, ὅτι μηδεμίαν γνώμην καί τοι τῶν δημάρχων προτετιμημένοι ἐς τὴν βουλὴν ἐσέφερον, παρὰ μὲν τῶν αὐγούστου ἔλαβον τοῦτο ποιεῖν: *Hoc igitur de Prætoribus, quod olim diu seruatum erat, tractu temporis quodammodo exsoleuerat. Illi enim indignè ferentes, quòd cùm honestiori quàm Tribuni plebis loco essent, nullam tamen in Senatu relationem haberent, ius relationis ab Augusto acceperunt.* B

Relationum verba.

Solemnia relationum verba hæc erant. Quod bonum, felíxque sit C. Cæsari, De N. Patres Conscripti quid fieri placet, vt Sueton. Caligula c. 15. Sine hac tamen formula relatio Gordiani est apud Vopiscum in Aureliano. Quum, inquit, die tertio Non. Febr. Senatus amplissimus in Curiam Pompilianam conuenisset, Aurelius Gordianus consul dixit, Referimus ad vos, P.C. litteras exercitus felicissimi, quibus recitatis Aurelianus Tacitus primæ sententiæ Senator ita loquutus est. ibidem, Die tertio Idus Ianuar. Fuluius Sabinus Prætor vrbanus dixit, Referimus ad vos P.C. Pontificum suggestionem, & Aureliani principis litteras. Tunc surrexit primæ sententiæ Vlpius Syllanus, atque ita loquutus est. Idem in Tacito. Die Sept. Kal. Octob. Quum in Curiam Pompilianam ordo amplissimus consedisset (lego, vt supra, conuenisset) Velius Cornificius Gordianus Cos. dixit, Referimus ad vos P. C. quod sæpe retulimus, Imperator est deligendus, exercitus sine principe rectè diutius stare non potest, &c. Post hæc, cùm Tacitus qui erat primæ sententiæ consularis, sententiam incertum quam vellet dicere, &c. Consularis enim primæ sententiæ dicebat, consul consule, cúmque consultus esset, Diuinos, inquit, honores Pisoni decerno, vt Trebellius Pollio in Pisone. C

Ius tertiæ, quartæ, & quintæ relationis quibus datum.

Sed vt ad ius relationis quod habuere principes, redeamus, Probo Imp. ius tertiæ relationis datum. Vopiscus Probo. Post hæc Manilius Statianus, qui primæ sententiæ tunc erat, ita loquutus est, &c. Decerno igitur P. C. Votis omnium continentibus nomen Cæsareum, nomen Augustum, addo proconsulare Imperium, patris patriæ reuerentiam, Pontificatum Maximum, ius tertiæ relationis, Tribunitiam potestatem. Post hæc acclamatum est, Omnes, omnes. Pertinaci ius quartæ relationis. Capitolinus in Pertin. His horis quibus ille in Capitolium vota soluebat, primus sanè omnium ea die qua Augustus est appellatus, etiam patris patriæ nomen recepit, necnon simul etiam imperium proconsulare, necnon ius quartæ relationis, quod omnis loco fuit Pertinaci. Alexandro Seuero ius quintæ relationis. Lamprid. Ius quintæ relationis, patris patriæ nomen, ius proconsulare, Tribunitiam potestatem, deferente vno die Senatu assumpsit. M. Antonius Faustina ducta vxore, & suscepta filia, tribunitia potestate donatus est, atque imperio extra vrbem proconsulari, addito iure quintæ relationis. Capitolinus. D E

CAPVT XVI.

De Proconsulari imperio.

Proconsulare imperium quid.

PROCONSVLARE imperium Dio vocat τὴν ἀρχὴν τὴν ἀνθύπατον, τὴν τῶν ὑπάτων ἐξουσίαν, Cedrinus τὴν ἀνθυπάτων ἀξίαν, *dignitatem, potestatem, imperium consulum, & proconsulum*, ἀνθύπατον ἐξουσίαν πρὸς τὸ τέλος τῶν ἀπογραφῶν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ καθαρσίου ποίησιν προσέθετο. Zonar. tom. 2. Augustus τὴν ὑπάτων τιμὴν διὰ βίου ἔλαβε: *Proconsulare imperium ad vitam accepit*: cuius imperij titulum plures Imperatores omisere, cùm Tribunitiæ potestatis titulum

Impera

A Imperatorum nemo post Augustum prætermiserit. In veteribus inscriptionibus, Seuerus, Caracalla, Macrinus, Heliogabalus, Alexander Seuerus, & Aurelianus Proconsules dicuntur, non alij, quanquam apud Vopiscum, Lampridium, Capitolinum, plures, alij proconsulari imperio donati sunt. Vopiscus in Probo: Senatus nomen Cæsareum, Augustæum, proconsulare imperium, patris patriæ reuerentiam, &c. Probo decreuit.

Augustus omnium primus & in vrbe, & extra vrbem sibi proconsulare imperium sumpsit, vt exercitibus præesset, eiúsque auspiciis bella gererentur. Iulio Cæsari qui ad decem annos consul renuntiatus, datum vt solus milites haberet, solus publicas pecunias curaret, quia Dictator, & Imperator perpetuus fuit. Augustus ἀνθύπατος ἐσαεὶ καθάπαξ, ὥστε μήτε ἐν τῇ εἰσόδῳ τῇ ἔσω πωμηρίου κατατίθεσθαι τὴν ἀρχὴν, *Proconsul semel in per-* B *petuum creatus, vt neque ingressus pomœrium imperium proconsulare deponeret.* Imperatores omnes ἀεὶ ὁσάκις ἂν ἔξω τοῦ πομηρίου ὦσι, ἀνθύπατοι ὀνομάζονται, ait Dio, *Quoties extra pomœrium sunt, proconsules semper nominantur.* Decretum igitur Augusto, vt neque si intra vrbem venisset, minueretur proconsulare imperium, néve necessum esset ἀνανεοῦσθαι τὴν ἀρχὴν, *reuocare imperium*, & auspicia repetere. Drusus amiserat imperium ingressus vrbem ob fratris sui mortem, sed vrbe egressus repetendis auspiciis mox ouans introiit, ait Tacit. lib. 3. Annal. Senatus decreuit Q. Fuluio ne minueretur imperium si in vrbem venisset, vt Liuius lib. 26. Proconsul enim portam Romæ ingressus deponit imperium, ait Vlpian. l. vlt. ff. de officio Proconf. Cic. l. 7. ep. ad Attic. e. 1. Mihi valde placet de triumpho nos moliri aliquid, & extra vrbem esse, cum iustissima causa. Antoninus Pius M. Philosopho proconsulare imperium dedit extra vrbem, addito iure C quintæ relationis, narrante Capitolino. Ammianus Marcel. l. 26. Potestatem proconsulis vocat, vt ciuilia more veterum, & bella gereret. Habuit enim Proconsul potestatem & imperium, potestas ad ciuilia, Imperium ad bella pertinebat. Proconsul, ait Vlpianus l. 1. ff. de offic. Proconf. vbique quidem proconsularia insignia habet statim atque vrbem egressus est, potestatem autem non exercet, nisi in ea prouincia sola quæ ei decreta est. Apud Eusebium l. 9. Imperator Cæsar Galerius, &c. Pater patriæ, ἀνθύπατος.

Proconsulare imperium Augustus primus vsurpauit.

Proconsul portam Romæ ingressus imperiũ deponebat.

CAPVT XVII.

D

De Patris patriæ appellatione.

PATRIS patriæ appellatio, primo omnium Ciceroni coniuratione Catilinæ oppressa, data est, vt Appianus. ἡ δ' εὐφημία ἀπὸ κικέρωνος ἀρξαμένη περιῆλθε εἰς τοὺς νῦν αὐτοκρατόρων φαινομένους ἀξίους. οὐδὲ γὰρ τοὺς δ' εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ἅμα ταῖς ἄλλαις ἐπωνυμίαις, ἀλλὰ σὺν χρόνῳ μόλις, ὡς ἐντελὴς ἐπὶ μεγίστοις μαρτυρία ψηφίζεται: *Appellatio Patris patriæ à Cicerone cœpta peruenit ad eos qui ex imperatoribus ea digni visi sunt. Non enim statim vt ad imperium euecti sunt, ea datur cum alijs titulis, sed vix longo tempore, vt perfectum ob res maximas testimonium decernitur.* Vopiscus in Probo, Patris E patriæ reuerentiam vocat. Post Ciceronem primus Iulius Cæsar Pater patriæ dictus, Dione narrante lib. 43. & Sueton. lib. 1. c. 76. Cognomen Patris patriæ recepit. Deinde Augustus. Ouidius lib. 1. Fast.

Cicero primus Pater patriæ appellatus.

Salue Pater patriæ, tibi plebs, tibi Curia nomen
Hoc dedit, hoc dedimus nos tibi nomen eques.
Res tamen ante dedit, serò quoque vera tulisti
Nomina, iamdudum tu pater orbis eras.

Statius lib. 4. Sylu. Domitianum Parentem orbis vocat,

Téne ego regnator terrarum, orbisque subacti
Magne parens.

Caligula Pius, & castrorum filius, & pater exercituum, & Optim. Maxim. Cæsar. Prudentius,

Inclytus ergo parens, patriæ moderator & orbis, A

Statius lib.4. Syluar. ad Domitianum.

Salue magne parens mundi. ———

Eundem regem vocat.

——— *Longámque tibi rex magne iuuentam*

Annuit, atque suos promisit Iuppiter annos.

Pausanias de Antonino Pio, δόξα δὲ ἐμὴ καὶ τὸ ὄνομα τὸ τοῦ κύρου φέροιτο ἂν τοῦ πρεσβυτέρου πατὴρ ἀνθρώπων καλούμενος, *& mea quidem sententia nomen Cyri maioris ferre debeat, qui parens hominum dictus est.* Sidonius carm.3.

Perge Pater patriæ felix. ———

Patrem vrbium Horat. lib.3. Od.24. B

Si quæret pater vrbium

Subscribi statuis. ———

Diaconus lib. 10. Hadrianus continuò Pater patriæ in Senatu vltra morem maiorum appellatur, & vxor eius Augusta. Eusebius lib.4. Histor.euang.c.8. Minucius Fundanus Proconsul Asiæ scribit, ἐξ ἐπιστολῆς δὲ τοῦ μεγίστου καὶ ἐπιφανεστάτου καίσαρος ἀδριανοῦ τοῦ πατρὸς ἡμῶν, *ex epistola maximi & illustrissimi Cæsaris Hadriani Patris omnium nostrum.* Pertinaci acclamatum in Senatu, Patri Pio, Patri Senatus, Patri omnium bonorum. Iustinus apolog.2. M. Antoninum πατέρα πατρίδος κά, patrem patriæ 20. quanquam vndeviginti tantùm annos ad gubernacula sedit. Vt enim quoties hostes victi essent, Princeps salutabatur imperator, ita & in nouis promeritis pater patriæ. Vopiscus Tacito, Dij auertant principes pueros, & patres patriæ dici impuberes. Capitolinus, Pertinax primus omnium ea die qua Augustus appellatus est, etiam patris patriæ nomen recepit. C

Patris patriæ appellationẽ quinam recusarint.

Tiberius patris patriæ appellationem recusauit, vt Sueton. c. 67. Vespasianus nisi serò non recepit, narrante Sueton. c.12. Distulit Hadrianus apud Spartianum. Sueton. in Augusto c.58. Patris patriæ cognomen vniuersi repentino, maximóque consensu detulerunt ei. Prima plebs legatione Antium missa, dein quia non recipiebat ineunti Romæ spectacula frequens, & laureata. Idem in Nerone c. 8. Nero propter ætatem Patris patriæ nomen recusauit. Ipsæ etiam Augustæ hoc titulo insignitæ. Castrorum mater appellata Faustina à Marco. Vetus nomisma, D. Augustæ Faustinæ matri castrorum. Liuia parens patriæ apud Tacitum lib.1. Zenobia mater exercituum.

D

CAPVT XVIII.

De Consulatu Imperatorum, & Consulibus.

Consulatus antiquus quare Laconicus appellatus.



LIBANIVS in Panegyrico Iuliani Augusti, Consulatum antiquum παράδειγμα λακωνικὸν vocat, quòd Consules ad exemplum Laconum instituti sint, apud quos reges ἐπέτειοι στρατηγοὶ, annui imperatores, quemadmodum Romæ consules. Nam Ephori Spartæ rem bellicam non attigere. Sed reges perpetui, consules annui. Idem consulatum sub imperatoribus vocat γέρας ἄοπλον, *honorem belli immunem,* ad vrbis decus. Imperatoribus enim solis exercitum conscribere, bella indicere, & gerere licuit. E

Consulũ dignatio quãta olim apud Romanos.

Id tamen æui quæ fuerit Consulum dignatio, indicat Libanius ibidem, τί ἂν γένηται σεμνότερον ἢ τὴν οἰκουμένην ἅσπασαν ἡλίου δίκην ἐπέχειν τῇ προσηγορίᾳ, καὶ πάντων ἀνθρώπων ἐν στόμασιν εἶναι τοὔνομα, ἢ τὸ παρὰ τῶν γονέων τεθὲν, πολλὰς ἀνάγκας τῆς μνήμης ἐχούσης, δικαστήρια, γάμους, ἀγορὰν, λιμένας, χρέα, πράσεις, τοὺς συμβάλλοντας, καὶ γραφομένους συνθήκας, τοὺς διαφερομένους, καὶ τὴν πίστιν ἀπὸ τῶν γραμμάτων φέροντας, τοὺς κοινωνοῦντας, τοὺς διϊσταμένους, παίδων γενέσεις εὐδαιμόνων, παίδων ἐν διδασκαλείοις μαθήσεις, ὧν μία σπουδὴ βοῆσαι τοὺς ὑπάτους, ἐφ' ᾧ δὴ καὶ διαλύονται. ὅπως οὖν ἤδη τις ἔφη περὶ τοῦ τῶν θεῶν ὑπάτου διὸς, τὸ, μεστὰς εἶναι πάσας μὲν ἀγυιὰς, πάσας δ' ἀγορὰς, καὶ λιμένας, καὶ θάλατταν, τοῦτ' ἂν τις εἴποι περὶ τῶν ὁμωνύμων τῷ θεῷ, καὶ γὰρ τούτων ὀνόματα πᾶσαν μὲν ἤπειρον, πάντας δὲ μυχοὺς θαλάττης ἐπέρχεται, καὶ ἀγροὺς, καὶ καλύβας, καὶ ὅλως οὗ γένος ἀνθρώπων ἥμερον, καλῶ δὲ ἥμερον τοὺς ἐν ἡμετέροις ζῶντας νόμοις, ἐνταῦθα καὶ γνωρίζεται, καὶ

λέγεται,

A λέγε), ἢ τὸ κῦρ☉ τῆς μεγίστοις παρέχῃ, & βασιλὺς ἀπὸ τ ἐκεῖθεν πεφθάκης ἀχ ἥπιον ἀπαν-
ταχῆ καθ' ἑκαστω ἀδε) τω ἡμέραν. *Quid venerabilius esse posset, quàm vniuersum orbem terra-*
rum Solis instar nominis appellatione continere, & omnium hominum in ore esse nomen, à parentibus
positum (deleo illud ἡ) cuius memoria multas habeat necessitates, iudicia, nuptias forum, portus, debita,
venditiones, contrahentes, paciscentes, litigantes, fidem per literas facientes, communicantes, dissidentes,
filiorum opulentorum natales, puerorum in scholis institutiones, quorum vnum studium est nominare
Consules, in quo etiam & acquiescunt. Quod igitur quidam dixit de Ioue omnium summo Consule, Io-
uis omnes vias esse plenas, omnia fora, portus, maria, hoc aliquis dicere possit de Consulibus, qui appella-
tionem cum Deo communem habent. Eorum enim nomina omnem continentem, omnes sinus maris per-
agrant, & agros, & tuguria, & omnino vbicunque genus hominum mansuetum est, eos dico qui nostris
viuunt legibus, ibi & cognoscuntur, & nominantur, & pondus, auctoritatemq; rebus grauissimis affe-
B *runt, & Imperator ab illo dignitatis cumulo non minùs vbique quotidie celebratur.*

Idem ostendit Romanos ciues si à principibus optio data esset diuturnæ vitæ, & Consulatus, etiam altæ senectuti Consulatum prætulisse. εἰκότως ἄρα παῖδες ῥωμαίων ἢ πρὸ γή-
ρως λιπαρᾶ πίθεν) τὸν τιμὸν, & δοθείσης αἱρέσεως πῶς ἂ τ κρεττόνων, βίᾳ τε μακρᾷ & ταύ-
της, ἤπὶ ταύτης αὖ ἐνεχθεῖεν. Quia consulatus fastigium fuit omnium dignitatum, vt Cassiodorus lib. 2. e. 2. & potissimus magistratus, vt Symmachus l. 2. e. 63. lib. 10. e. 44. potissima dignitas, l. si cui, 49. C. de conditionib. & demonstrat. Ammianus lib. 21. amplissimi insignia magistratus, qui omnibus dignitatibus anteponitur. Symmach. lib. 2. e. 13. lib. 5. e. 16. Consul amplissimus Sidonio lib. 1. e. 9. Mamertinus in gratiarum actione, sum amplissimus Consul. amplissimus magistratus Symmacho ep. 31. lib. 4. amplitudo consulum Sidon. e. 5. lib. 5. ep. 3. lib. 2. Statius lib. 4. Syluar.

Consulatus à Romanis altæ senectuti prælatus.

C
Lucémque à Consule ducit
Omnis honos.

Sueton. lib. 1. cap. 22. potestatem summam, Plinius Panegyr. potestates summas. Chrysost. homil. 10. ad Hebr. πῶν ἰχῇ μέγα ἀξίωμα ἐ) τὸ & ὑπάτ. ἐδὲν γὸ τότε ἂ ἀξιώματ☉ μεῖζον νομίζεσιν οἱ πολλοί. Sub Hadriano qui ter Consul fuit, nemo quater. Spartianus, tertiò Consules, cùm ipse ter fuisset plurimos fecit, quia absurdum aliquem sæpius Consulem esse, quàm imperator fuerit. Hadrianus in Consulatu sæpe ius dixit. Idem Tatianum ex præfectis Prætorio consularibus ornamentis præditum fecit Senatorem.

Africano certè superiori, sed recusanti, populus Rom. continuum per omnes vitæ annos Consulatum esse voluerat, ob maxima eius merita, teste Valerio Maximo lib. 4. cap. 1.
D recusauit ille, admiserunt Imperatores. Iulius Cæsar Consul ad decennium à populo renuntiatus est, ait Dio lib. 41. Multi perpetui consules, plærique annum apericbant, alios deinde sufficiebant. Vitellius ad decennium consul dictus est, auctore Suetonio. Vetus lapis, Aulus Vitellius, Imperator, Consul perpetuus. Consules olim dicti φραπτοὶ, Prætores vt Festus, & Zonaras tom. 2. Electis decemuiris tum demum Consules vocati, quia Reip. consulerent. Quæ dignitas sub ipsis etiam Imperatoribus adeò fuit ampla, vt in imperio nihil esset amplius, & majus. Iordanus in Chronico de rebus Gott. Factus est, inquit, Consul ordinarius, quod summum bonum primumq; in mundo decus esse dicitur. Procopius libr. 1. Pers. Iohannem ἄνδρα εἰς τ ὑπατὸν ἀναδεδεγκότα τὸν δίφρον, ἂ μεῖζον ἐ) ἐν τῇ ῥω-
μαίων πολιτείᾳ ἐδὲν δοκεῖ, *Virum qui ad tribunal Consulum euectus erat, qua dignitate nulla maior*
in Imperio Romano, sine labore, & bellorum alea. Mamertin. in Panegyr. In administrationi-
E bus labor honori adiungitur, in Consulatu honos sine labore suscipitur. Inde est quòd Imperatoris illius adeò fuere auidi, vt aliis subtractum cuperent, & nomini suo omnes annos insigniri vellent. Auson. Panegyr. vt & sex Valerij Coruini, & septem C. Marij, & cognominis tui Augusti 15. Consulatus vnus æquipares. Ipsum enim te sæpius hoc honore defraudas, vt & aliis largiaris. Scis enim septem, ac decem Domitiani Consulatus derisos.

Africanus continuum Consulatum recusauit.

Imperatores erant Senatores, ideoq; fundi eorum functiones vt Senatorum præstabant, ipsi sibi collegas quos vellent ascisccbant in Consulatu, quod ascitis maximo honori fuit. Quare Traianus tertium Consulatum in plures produxit menses, vt duos summos viros pariter tertiò consules collegas sibi alterum post alterum posset facere, vt scribit Plinius in Panegyr. Consules autem non alias rogabantur sententiam quàm si princeps referret, ait Tacit. lib. 3. Annal. Constantius Constantini filius decimum Consul fuit. Socrat. libr. 2. ἐν ὑπατείᾳ κωνσαντίου τ δέκατον, & ἰουλιανῦ καίσαρ☉ τ τρίτον. Idem Constantius nunquam penè Consul fuit, nisi cum aliquo ex fratribus, aut Gallo, aut Iuliano, priuatos habere col-

Imperatores olim Senatores erant.

legas infra maiestatem suam esse putauit. Socrates tamen sub finem libri secundi Constantium Consulem cum Florentio ponit. Iulianus mortuus est ἐν τῇ τετάρτῃ ἑαυτοῦ ὑπατείᾳ, ὧ ἅμα σαλεσίῳ ἐνδεδώκει, *in quarto Consulatu cum Salustio*, ait Socrat. libr. 3. Honorius infans adhuc in cunabulis Consul dictus. Claudianus Panegyr. Honor. 4 Consul. A

——inter cunabula Consul
Proueheris signans posito modo nomine fastos,
Donatúrque tibi qui te produxerat annus.
Ipsa Quirinali paruum te cinxit amictu
Mater, & ad primas docuit reptare curules.

Plinius Panegyr. Consulatum recusasti, quem noui imperatores destinatum aliis in se transferebant. Fuit etiam qui in principatus sui fine Consulatum quem dederat ipse, magna ex parte iam gestum extorqueret,& raperet. Domitianus certè eripuit Acilio Glabrioni, qui cum Trajano Consul fuit, vt Dio, quem & Consulem interfecit. Idem suadet Trajano vt quartum Consulatum capiat. Parum est, inquis, vt in curiam venias, nisi & conuocas; vt interfis Senatui, nisi & præsides: vt censentes audias, nisi & perroges. Vis illud augustissimum Consul aliquando tribunal maiestati suæ reddere, ascende. Paulò ante dixerat. Nam præter id quod est arduum, duas, easq; simul capere potestates summas, tum inest vtrique summa diuersitas, cùm principem quàm dissimillimum Consuli esse deceat. B

Regia potestas olim à Consulibus sublata.

Consules olim regiam potestatem sustulerant, regia deinde Imperatorum potestas belli administrationem Consulibus eripuit, in aliis eorum auctoritatem conseruauit. Per initia enim regibus exactis Senatus prouidens custodiam libertatis Laconicum exemplum sequutus est,& duobus annuis ducibus bellicam rem committens eos Consulum nomine ornauit. Sub Imperatoribus verò regia potestas arma detrahens Consulibus,& belli administrationem eripiens, si quando vellet benemeritis gratiam reponere, Consulatum eis deferebat, cùm huic magistratui honorem habere vellet, sibi ipsis assumebant. Imperatori Consulem adiungens, vt & simul vrbs quæ honorem reppererat honoraretur lege magistratus penitus non sublata, quem Imperator ipse susciperet quasi honestum,& ipsi æterna maneret appellatio, staretq; firmiter ad futuri temporis memoriam, cùm naturæ sponte nata interire contingat. C

Sella consularis.

Quare veniam merentur qui dignitatem hanc expetunt, & vt consulari sella gestari possint, præ cæteris bonis à Diis postulant, quando & ij quibus contigit vt præfecti prætorio essent, ad Consulatum aspirant, quasi sit hic honor illius præmium, & quibus id datum est vt Consules fierent antequam præfecti prætorio, præfecturam hanc non ambiunt, rati si eam post Consulatum accipiant, aliquid minus consequuturos. Solus enim hic honos ex omnibus in Imperatoris fortunam cadit. Quibus igitur vtile est trabeam consularem induere,& scipionem eburneum gestare, & medicamentum memoriæ immortalis in futurum tempus transmittere, ait Libanius, in Consulatum Imper. ad Iulianum. γυνὴ βασιλεία πάλιν ἡ τὸν ὑπάτους ἀφελύσασα τοῦ στρατηγεῖν, ὅπῃ τἄ λοιπὰ ἐπήρκησε. ἡ βουλὴ γὰρ φυλακήν τινα τῆς ἐλευθερίας ζητοῦσα, λακωνικόν τι μιμεῖται ἄθλημα, καὶ ἀγαθοῦσα τοὺς μὲν μαχίμους. ἐπετείοις στρατηγοῖς δυεῖν κοσμήσασα τὴν τῶν ὑπάτων ὀνόματι. ἡ βασιλεία δὲ ποιήσασα τὸ γέρας ἄοπλον, εἶθ' ὁπότε μὲν βουληθείη τῶν ἀσελγαίνων λαμπρύνειν τινὰς, ἐδίδοσαν τῷ τιμῶντι, ὁπότε δὲ αὐτὴ χαρίσασθαι τῇ τιμῇ, σφίσιν αὐτοῖς ἀφιερώσαν αὐτῷ, τὴν βασιλεῖ γὰρ ὑπῆρχεν ἀναζεύξαντες, ὅπως ἅμα μὲν ἡ τὸ ῥῆμα δύῃσα τιμήσῃ πόλις, ἅτε ἀνηρημένου παντάπασι τοῦ νόμου. ἡ δὲ παντὶ κρατοῦσα μεταλαμβάνοντος ὡς καλὸν, ἅμα δὲ αὐτοῖς ἀθανάτου ἡ φροντὶς ἀνθρώποις, καὶ τὰ ἀεὶ γινομένων ἀπόντων ἱστῆσι παγίως καὶ φαντὰς τοῦ χρόνου. πολλοῦ δὲ τὸν συγγράμματα ἔχω τοῖς ἐρῶσι δεῖγμα, ὃ ἀνάγκη τὰ θεῶν αἰτῆσαι φωτὸς τὰ ἄλλων ἀγαθῶν ὅπῃ τοῦ δὲ κομιδῆ φροῦδα, ἐπεὶ καὶ οἷς ὑπῆρξεν εἰς ὑπαρχὰς τυχεῖν παρὰ τοῦ βλέπουσι ὡς τὸν ὄν ἄθλον ἐκείνῳ, οἷς τε συνέβη τοῦ ὥρᾳ ἐκείνῳ τυχεῖν, ἥκιστα προσέχουσι ἐκείνῳ, νομίζοντες ὅτι αὐ ὅπῃ τοῦ λάβωσι, ἔλαττον εἰληφότες ἔσεσθαι. μονὴ γὰρ ἡ δὲ τιμὴ τοῦ βασιλέως ἥρμοσε τύχῃ. τίσιν ἂν ἄτω συμφέρῃ τοῦ τῶν ἐπὶ τὰ ταύτῃ ἐνδιδῶναι, τοῦ τὸ σιτηρέσιον ἐνεγκεῖν, καὶ τὸ φαρμακὸν μνήμης ἀπαύστου πρὸς τὸ μέλλον ἀφεῖναι. Præibat Consulatui prænuntius clamor lictorum & solemnis, de quo Plinius in Panegyr. Vtriusque adhuc oculis paulò ante dimissi fasces obtrabant, vtriusque solemnis ille lictorum & prænuntius clamor auribus insederat, cum rursus curulis, rursusque purpura. Quid quod eundem in annum nostrum Consulatum contulisti? Ergo non alia nos pagina quàm te consulem accipiet, & nostra quoque nomina addentur fastis quibus ipse præ- D E

scriberis.

A scriberis. Tu comitiis nostris præsidere,tu sanctissimum illud carmen præire dignatus es. Tuo iudicio consules facti, tua voce renuntiati sumus, vt idem honoribus nostris suffragator in curia, in campo declarator existeres. Ex quibus apparet Plinium non ordinarium consulem fuisse, sed suffectum.

Acclamationes Consulibus designatis in Senatu datæ.

Acclamationes autem datæ sunt in Senatu designatis Consulibus, si placerent. Plinius ibidem, Vos proximè destinationem consulatus mei his acclamationibus approbauistis, vt intelligam etiam atque etiam enitendum mihi, vt hunc consensum vestrum complectar. Calendis Ianuariis quibus ordinarij consules magistratum inibant, vota pro Repub.concipiebant. Mamertinus Genethl. Maxim. Aug. Illum tamen primum Consulatus tui auspicalem diem tacitus præterire nullo modo possum, quo tu solus omnium consecutus es, vt quod tempus antea incipiendis tantummodo rebus aptum videbatur,
B tunc primùm potuerit sufficere peragendis, vnoq; Sol curriculo suo, eoq; breuissimo, & officia te Consulis inchoantem videret, & Imperatoris implentem. Vidimus te, Cæsar, eodem die pro Rep. & vota suscipere, & coniuncta debere. (lego, conuicta) quod enim optaueras in futurum, fecisti continuò transactum. Vt mihi ipsa Deorum auxilia quæ precatus eras præueniisse videaris. Vidimus te Cæsar eodem die & in clarissimo pacis habitu, & in pulcherrimo virtutis ornatu. Bona venia Deùm dixerim, ne Iupiter quidem ipse tanta celeritate faciem cæli sui variat, quàm facilè tu Iupiter togam prætextam sumto thorace mutasti, hastam posito scipione rapuisti, à tribunali temetipsum in campum,à curuli in equum transtulisti. Ita vtroque illius diei supremo tempore bis diuina res pari religione celebrata est, Ioui dum pro futuris vouetur, tibi dum pro victoria soluitur.

Modestia Consulis in Trajano.

Modestiam Consulis in Trajano, & officia graphicè depingit Plinius in Panegyr. For-
C tasse Imperator (Domitianus) in Senatu ad reuerentiam eius componebatur, ceterùm egressus statim se recipiebat in principem, omniaq; consularia officia abigere,(fortè,abiicere)negligere,contemnere solebat. Ille verò (Trajanus) ita Consul,vt si tantùm Consul foret, nihil infra se putabat, nisi quod infra Consulem esset. Ac primùm ita domo progrediebatur, vt illum nullus apparatus arrogantiæ principalis,nullus præcursorum tumultus detineret. Vna erat in limine mora, consultare aues, reuereriq; numinum monitus. Nemo perturbabatur, nemo submouebatur, tanta viatoribus quies, tantus pudor fascibus,vt plærunque aliena turba subsistere & Consulem,& principem cogeret.

Trajani officiū modicū ac tēperatū.

Ipsius quidem officium tam modicum, tam temperatum, vt antiquus, aliquisque magnus consul sub bono principe incedere videretur. Iter illi sæpius in forum, frequenter
D tamen & in campum. Nam comitia Consulum obibat ipse. Tantum ex renuntiatione eorum voluptatis,quantum priùs ex destinatione capiebat. Stabant candidati ante curulem principis, vt ipse ante consules steterat, adigebantúrque in verba, in quæ paulò ante ipse iurauerat princeps, qui tantum putat esse in iureiurando,vt illud & ab aliis exigat.Reliqua pars diei tribunali dabatur. Plæraque ad prætores remittebat. Facturus consules doceat, accepturisque amplissimum honorem persuadeat scire se quid sit quod acturus sit. Quo iustius Senatus vt susciperes quartum Consulatum & rogauit,& iussit.

Tribunal Consulare.

Tribunalis consularis meminit Claudianus lib.2.Stilicon.

——conscendentémque tribunal
Prosequar, atque anni pandentem claustra salutem.

Cùm magistratum inirent,pompa ingens Kalend.Ianuar.fuit. Sozomenus lib.4. Constan-
E tius ἑτοιμάζόμενος πρὸς ὑπατικὴν πομπὴν κατὰ ῥωμαίους ἔθος ἐν τῇ νεμηνίᾳ τ̃ παρ' αὐτοῖς ἰανουαρίᾳ μηνός: *Paratus ad pompam Consularem vt Romanis moris est Kalend.Ianuarijs.* Celebrant quidem solemnes istos dies omnes vbique vrbes,quæ sub legibus agunt, & Roma de more, & Constantinopolis de imitatione, Antiochia pro luxu, & Carthago discincta, & domus fluminis Alexandria, sed Treuiri principis beneficio, ait Ausonius in Grat.act.

Comitia Cōsularia quomodo sub Trajano facta.

Comitia autem Consularia quomodo fierent sub Trajano indicat Plin.Panegyr. In primis quòd comitiis tuis interfuisti candidatus, non consulatus tantùm, sed immortalitatis & gloriæ. Vidit te populus Rom.in illa vetere potestatis suæ sede,perpessus es longum illud carmen comitiorum, nec iam irridendam moram, consulque sic factus, vt vnus ex nobis quos facis consules. Nam alij marcidi somno, hesternáque cœna redundantes comitiorum suorum nuncios operiebantur. Alij sanè peruigiles & insomnes, sed intra cubiliasua illis ipsis Consulibus, quibus Consules renuntiabantur, exilia &cædes machinabantur.

bantur. Cúmque ex proximis horreis circum & comitia proſpectes, ſic illis abeſſe, tanquam Danubio, Rhenóque dirimare. Auerſeris tu honori tuo ſperata ſuffragia, renuntiariſque te conſulem iuſſiſſe contentus? An ſtuprorum ſibi, inceſtarúmque noctium conſcij auſpicia polluere, ſacratúmque campum nefario auderent contaminare veſtigio? Iam toties procedere in roſtra, inaſcenſúmque illum ſuperbiæ principum locum terere, hic ſuſcipere, hic ponere magiſtratus, quàm dignum te. Alij conſulatum non geſtum abiiciebant per edictum. Hoc pro concione, pro roſtris, pro iureiurando. Ibidem verba in quæ Conſules deſignati iurabant, priùs quàm renuntiarentur, ponit. Peracta erant ſolemnia comitiorum, ſi principem cogitares, iámque ſe omnis turba commouerat, cùm tu mirantibus cunctis accedis ad conſulis ſellam, adigendum te præbes in verba principibus ignota, niſi cùm iurare cogerent alios. Sedit conſul principe ante ſe ſtante, ſedens præbuit iuſiurandum, & ille iurauit, expreſſit, explanauítque verba, quibus caput ſuum, domum ſuam, ſi ſi ſcienter fefelliſſet, Deorum iræ conſecraret. In roſtris quoque ſimili religione ipſe te legibus ſubieciſti, legibus Cæſar quas nemo principi ſcripſit. Neſcio pulchriúſne ſit iſtud quod præeunte nullo, an hoc quod alio præeunte iuraſti. Et abiturus Conſulatu iuraſti te nihil contra leges feciſſe.

Adhortatio principum cũ Conſulatum inirẽt.

Principes autem cùm Conſulatum inirent, vniuerſos adhortabantur reſumerent libertatem, capeſſerent quaſi communis imperij curas. Plinius ibidem: Non te ad exemplum eius voco qui continuis Conſulatibus fecerat longum quendam, & ſine diſcrimine annum. Contigit ergo priuatis aperire annum, faſtóſque reſerare. Miſeros ambitionis, qui ita Conſules ſemper, vt ſemper principes erant. Quanquam non ambitio magis, quàm liuor & malignitas videri poteſt, omnes annos poſſidere, ſummúmque illud purpuræ decus non niſi præcerptum, præfloratúmque tranſmittere. Illuxerat prima Conſulatus tui dies, quo tu curiam ingreſſus nunc ſingulos, nunc vniuerſos adhortatus es reſumere libertatem, capeſſere quaſi communis imperij curas, inuigilare publicis vtilitatibus, & inſurgere: omnes ante te eadem iſta dixerunt, nemini tamen ante te creditum eſt. Trajanus non à ſe, ſed à Senatu peti Conſulatum voluit. Plinius ibidem, Iuuenes noſtros exhortatus es Conſulatum circumirent, Senatui ſupplicarent, atque ita à principe ſperarent honores, ſi à Senatu petiiſſent.

Honos Conſulibus à principe habitus.

Honorem qui habebatur Conſulibus à principe exponit Mamertinus in Panegyr. Iuliani. Ego & collega meus, ne quid maximus Imperator propenſius humanitatis ſtudio faceret verebamur. Itaque matutino crepuſculo palatium petimus. Aduentare nos principi fortè tum danti operam ſalutatoribus nuntiatur. Statim è ſolio tanquam præreptus exſiluit, vultu trepido, atque ſatagente, qualis mens mea eſſe potuiſſet, ſi principi ſerus occurrerem. Ægrè remotis populi qui nos prægrediebatur agminibus, vt quàm longiſſimè nobis obuiam procederet, laborauit. Illic (pro ſancta Diuinitas,) gaudentibus cunctis, quo ore? qua voce? Aue, inquit, Conſul ampliſſime. Dignatus oſculo oris illius diuinis affatibus conſecrati dexteram dedit.

Proceru ad officiũ noui Conſulis cõuentus.

Ad officium noui Conſulis proceres vndique conueniebant. Claudianus Paneg. Honor. 4. Conſulis,

Illuſtri te prole Tagus, Te Gallia doctis
Cuibus, & toto ſtipauit Roma Senatu.
——numeroſo conſule Conſul
Jungeris, & ſocios gaudes admittere patres.
Proſpera Romuleis ſperantur tempora rebus
In nomen ventura tuum. Præmiſſa futuris
Dant exempla fidem. Quoties te curſibus æui
Præfecit, toties acceſſit laurea patri.

Deinde loquens de collega fratre ad Honorium ait,

Communem maiore toga ſignabitis annum.

Prætoriani milites cùm ad officium Conſulis Romæ verſarentur togati erant. Claud. ibid.

Auſpicijs iterum ſeſe regalibus annus
Jnduit, & nota fruitur iactantior aula.
Limina nec paſſim circum priuata morati,

Exſultant

A *Exsultant reduces augusto consule fasces.*
Cernis vt armorum proceres, legumque potentes
Patricios sumunt habitus, & more Gabino
Discolor incedit legio, positisque parumper
Bellorum signis, sequitur vexilla Quirini.
Lictori cedunt aquilæ, ridetque togatus
Miles, & in medijs effulget curia castris.

Primus Iulius Cæsar inter arma Consulatum gessit. Lucanus, *Iul. Cæsar primus inter arma Consulatum gessit.*

——hæc primùm repperit ætas
B *Qua sibi ne ferri ius vllum Cæsar abesset,*
Ausonijs voluit gladijs miscere secures,
Addidit & fasces aquilis, & nomen inane
Imperij rapiens signauit tempora mœsta
Digna nota.

Belisarius cùm iniisset Consulatum Constantinopoli, honorem gesit in Sicilia inter arma. Procopius lib. 1. Gott. ὁ βλισαρέι@ τ ὑπατείας λαβὼν ἀξίωμα ὅπῃ τὲς βανδάλας νενικηκέναι, ταύτης ἔπ ἐχόμν@ παρεσήσαν σικλίαν ὅλλω τῇ τ ὑπατείας ἐχάτῃ ἡμέρᾳ. πεθσε σρατηδ & σικελιωτῶν κραϊέμν@, & νόμισμα χρυσοῦ ῥίπλων ἅπασι. συνέβη τῷ τε ὑπάτων ἀρχῷ ἀ ἦ ως ἐώθ ἐν τῷ βυζαντίᾳ βκλυτηρίῳ, ἀλλ ἐν συρακόσαις καθεσμῷ ἐξ ὑπάτων γμένξ.

C *Belisarius, cùm Consul factus esset, quia vicerat Vandalos, nondum magistratu defunctus vltima die Consulatus vniuersam Siciliam subdidit. Et cùm esset in exercitu & Sicilia, sparsit omnibus nummos aureos. Contigit igitur ei vt deposito Magistratu non Byzantij, vt moris erat, sed Syracusis ex Consulibus esset.* Largitionis illius Consularis meminit Simocata lib. 1. cap. 12. Agebatur, inquit, annus Tiberij secundus, cùm hyeme consul creatus, conscensa sella imperatoria summopere conspicuus erat.

Ferebant Imperatorem non equi, non muli, non elephanti, sed quod longè pretiosius est, homines. Cùm autem conscendisset sellam, thesauros suos in populum sparsit. Populares autem participes effecti regiæ fœlicitatis, celebrabant Cæsarem hymnis, quasi aurea festiuitas illuscesseret, & adrideret: ἦρον βασιλέα ἀχ ἵπποι, ἀχ ἡμίονοι, ὀκ ἐλέφαντι, ἀ ἄνθρωποι δ' ἀρα τὸ τιμιώτατον χρῆμα, & ὄνομα, ἐπεὶ δ' ἐπέβη ἕ δίφρα, κοινωνὸν τ ἑαυ ἔθησαφὸν τ ὑπήκοον ἐποήσαν. οἱ δὲ τῦ ἄσε@ τ βασι- *Imperatores olim ab hominibus lati.*

D λικῆς δαιμονίας μετειληφότες κατεκελάδουν ὕμνοις τὸν κάσαρα, χρυσῆς ἑορτῆς οἷα καταλαμπάσης, & φειδανάσης αὐτούς. (φειγανώσης malim.) Plausus enim dabantur consuli creato. Statius l. 4. Syl. 1.

Exultent leges Latiæ, gaudete curules
Et septemgemino iactantior æthera pulset
Roma iugo, plusque ante alias Euandrius arces
Collis ouet. Subiere noui palatia fasces,
Et requiem bis sextus honos [lego,
Et requiem, vix sensit honos,] *precibúsque receptis,*
Curia Cæsareum gaudet vicisse pudorem.

E Omnino bis sextus ille honor expungendus est. cùm decimum septimum Domitiani consulatum celebret. Preces autem ait receptas à Domitiano, quia Senatores Domitianum orabant, imò vim afferebant, vt Consulatum quem appetebat caperet.

Sub Constantio cum Magnentius & Bretannio rebellassent, annus vnus sine consulibus fuit. Sozomenus lib. 4. cap. 6. ἐπεὶ ἓν ἐν σιρμίῳ σωήλθον, ἔτ@ ἧ τῦτο ὡ μ τῷ σεργίῳ & νηριανῦ ὑπατείαν, ὡίκα ἀδὲς ὕπατ@ ἀδ' ἐπ τ ἕω, ἀδ' ἐπ τ δύσεως ἀφ' τῷ συμβᾶσαν φθόφασιν τ τυράννων: *Postquam episcopi Sirmium conuenerunt; erat autem annus post Sergij & Nigriani Consulatum, quando nullus Consul fuit, neque ab ortu, neque ab occasu ob causam tyrannorum.* *Annus sine Consulibus sub Constantio.*

Quorundam Consulum nomina erasa fuere, vt vnius tantùm Consulis nomen, non duorum fastis adnotaretur. Socrates lib. 6. ἀτεροπίῳ ἐπ & καταλόγῳ τ ὑπάτων φειπέδη τ ὄνομα, & μόνῳ & συνυπατώσαν@ θεοδώρῳ ἐγέγραπο: *Eutropij Eunuchi sub Arcadio nomen è catalogo Consulum derasum est, & solus Theodorus collega eius fastis adscriptus.* Panegyr. Pacati. Vidimus exutos trabeis Consulares, post purpuras Consulares trabeati Merobaudis. *Nomina Consulum erasa.*

Multi

Multi honorarij Consules fuere titulo tenus, de quibus Procopius lib. 1. de operib. Iustiniani, εἰς τὸ τῶν ὑπάτων ἀναγραμμάτων τελεῖν ἀξίωμα, ascripti sunt in album Consulum. Claudianus indignè fert Eutropium Spadonem consulatu ornatum lib. 2. in Eutrop. A

———Spado Romuleo succinctus amictu
Sedit in Augustis laribus, vulgata patebat
Aula salutantum studijs, huc plebe Senatus
Permixta, trepidique duces, omnisque potestas
Confluit, aduolui genibus, contingere dextram
Ambitus, & votum deformibus oscula rugis
Figere.

Præceptores Imperatorũ ad Consulatum euecti.

Imperatorum præceptores ad Consulatum euecti. Ausonius Grat. act. Quintilianus Consularia per Clementem (id est, Titum) ornamenta sortitus, honestamenta nominis potius videtur, quàm insignia potestatis habuisse. Frontonem Augusti magistrum sic consulatus ornauit, vt præfectura non cingeret. Ordinario suffectus, bimestri spatio interpositus, in sexta anni parte consumptus. Qui primo loco renuntiatus erat, potior & antiquior est habitus. Mamertinus Panegyrico Iuliani, De omnibus Romani imperij viris primus electus sum, cùm honorem meum adoreis militaribus glorioſus collega cumularet. Imperator ipse interdum comitiis præfuit. Plin. Panegyr. Tu nostris comitiis præsidere, Tu nobis sanctissimum illud carmen præire (formulam iuramenti intelligo) dignatus es, tua voce renuntiati sumus, in curia suffragator, in campo declarator. B

Bella à Cõsulibus administrata.

Regibus pulsis cùm in eorum locum succesſissent Consules, sicuti à regibus olim bella, ita & à Consulibus administrabantur. Qui mos à Bruto tyrannicida, vsque ad Marij ætatem perdurauit. Nam & Marius quintum & sextum Consul in exercitu fuit, bellum Teutonicum gessit. Post Syllam mos obtinuit, vt Consules Romæ magistratum gererent, quo exacto proconsules in prouincias mitterentur, quas designati Consules sortiti essent. Postea reperti imperatores qui Consulatum in exercitu inter arma egerint. Plinius in Paneg. Pulcrum imperio, glorioſum tibi, cùm te socij atque amici sua in patria, suis in sedibus adierunt. Decora facies Consulis, multa post sæcula tribunal viridi cespite exstructum, nec fascium tantùm, sed pilorum, signorumq; honore circumdatum. Augebant maiestatem præsidentis diuersi postulantium habitus, ac dissonæ voces, raraq; sine interprete oratio. Magnificum est ciuibus iura: quid hostibus reddere? Speciosum certam fori pacem: quid immanes campos sella curuli, victorisq; vestigio premere? Romæ tamen magistratum Trajanus inierat, quem apud hostes in armis exegit. C D

Ianus Consule magistratum ineunte coronatus.

Moris autem fuit vt Ianus Romæ Consule magistratum ineunte coronaretur lauro. Sidonius carm. 2.

Túque ô cui laurea Iane
Annua debetur,

Idem carm. 7. de Roma loquens,

———modo principe surget
Consule, nempe patres collatos cernere fasces
Vos iuuat, & sociam sceptris mandasse curulem.
Credite plus dabitis currus. Iam nocte bifrontes
Anceps iure comas, duplicique accingere lauro,
Principis anterior, iam consulis iste coruscat
Annus, & emerita trabeis diademata crescunt. E

Post diuisum imperium in orientem & occidentem, cùm duo imperatores essent, alter Romæ, alter Constantinopoli, duo item Consules fuere, alter Romæ, alter Byzantij, & imperator si annum aperiret, collegam habuit imperatorem, vt Socrates lib. 2.

Stilicon Cõsul dominus appellatus.

Vni quod sciam priuato homini datum est Stiliconi, vt Consul inter plausus & acclamationes dominus appellaretur. Claudianus lib. 3. Stilic.

Publica se nunquam tanto se gratia fudit
Assensu. Quis enim princeps hæc omnibus egit
Obsequijs, sese dominum patrémque vocari,

Quod

A *Quod tibi continuis resonant conuexa diebus*
Macte nouis consul titulis, Mauortia plebes
Te dominum Bruto non indignante fatetur.
Et quod adhuc nullo potuit terrore coacta
Libertas Romana pati, Stiliconis amori
Detulit, exsultant auidi quocumque decoras
Conspiciare loco, noménque ad sidera tollunt.

Mecenatis verbum est apud Dionem lib.52. τοῖς ὑπάτοις τὸ μὲν τιμὸ φύλαξον, τὸ δ' ἴχυρ ἀφάλυσον. Consulibus honorem seruato, robur adimito.

B Symmachus ep.8.lib.4. Fastigium Consulare vocat, Plinius lib.2.ep.2. summum fastigium priuati hominis. Cassiodorus lib. 2. ep.2. dignitatum fastigium.l. 1. C. Theodos. de Consul. Præfect. Ammian. lib.21. Tot rerum apices visebantur, & præcipuè consulares, post Scipiones,& trabeas, & fastorum monumenta mundana. Consulatum præferendum omni dignitatum fastigio. Claudianus lib.2.Stilicon. *Fastigium Consulare.*

——sumenda tibi fastigia iuris,
Ne pereat tam priscus honos, qui portus honorum Semper erat.

Sidonius lib. 1.e.9.fastigatissimi consulares,lib.4.ep.9.nullum altius imperium consule,diuinum præmium consulare,lib.17.C.Theodos.

Sub Imperatoribus autem alij erant consules ordinarij,alij suffecti,& honorarij,qui non erant in actu positi, l.vlt.C. de Decurionibus. Ordinarij dabant nomen fastis Nouella Iu-
C stiniani 56.de consultat.& Nouel.62.Seneca lib.3.de ira c.31.Dedit 12.fasces, sed non fecit ordinarium consulem. Ordinarij meminit Symmachus lib.9.e.120. Cassiodorus lib.6. ep. 2. Iulianus in Eusebiæ encomio, θυγατέρα ἀνδρὸς ἀξίου νομιζομένου τὸ ἐπώνυμον ἔτους ἄρχειν πάλαι μὲν ἰσχυρᾶς, νῦν βασιλείαν ἀτέχνως νομιζομένην, μεταβάλλουσαν ἢ διὰ τὸ σὺν ὀρθῷ χρωμένους τῇ δυνάμει τὸ νόμιμα. νυνὶ δ' ἤδη τὸ δυναμένου ἀπιλήπτους, ἐπειδὴ πρὸς μοναρχίαν τὸ τῆς πολιτείας μετέστησε, μὴ καθ' αὑτὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων στερομένη, πρὸς πᾶσαν ἰσχυὸν αὐτάρκη ἔχειν δοκεῖ, τοῖς μὲν ἰδιώταις οἷον ἆθλον ἀποκειμένη, καὶ γέρας ἀρετῆς, ἢ πίστεως, ἢ τινος εὐνοίας καὶ ὑπηρεσίας πρὸς τὸν ὅλων ἄρχοντας, ἢ πρεσβείας λαμπρᾶς. τοῖς βασιλεῦσι δὲ πρὸς οἷς ἔχουσι ἀγαθοῖς οἷον ἄγαλμα, καὶ κόσμος ἐπιτεθειμένη. τὰ μὲν γὰρ ἄλλων ὀνομάτων τε καὶ ἔργων ὁπόσα τῶν παλαίας ἐκείνης πολιτείας ἄρχουσί τινα φαύλως, καὶ ἀμυδρὰ εἰκόνα, ἢ παντάπασιν ὑπεῖδον-
D τες διὰ τὸν ἰσχὺν κατέγνωσαν, ἢ πρεσβείμοι γε διὰ βίαν καρποῦνται τὰς ἐπωνυμίας. μόνης δ', οἶμαι, ταύτης, οὐδὲ τὸν ἀρχὸν ὑπαρεῖδον, χαίρουσι δὲ καὶ πρὸς ἐνιαυτὸν τυγχάνοντες, καὶ ὅτε ἰδιώτης ἄδεις, οὐδὲ βασιλεύς ὄζιν, ἢ γέγονεν, ὃς οὐ ζηλωτὸν ἐνόμισε ὑπατικὸν ἐπωνυμεῖσθαι : *Eusebiam*, inquit, *filiam viri consequuti magistratum, qui nomen anno dat*(lego νομιζόμενον)*olim quidem potentissimum, & regiæ maiestatis verè participem, hodie autem propter eos qui non bellè vsi sunt,imminutum ac deciduum, quia omnia Augusti dominatu, ac singulari imperio tenentur. Cùm tamen per seipsum rebus alijs non spoliatus sit consulatus, cuius potestati par esse videtur, priuatis quidem hominibus quasi præmium reseruatus, & merces virtutis,fidei, beniuolentiæ, & officij erga omnium dominos, aut præclari alicuius facinoris : imperatoribus autem præter alia bona quæ habent, quasi ornamentum quoddam attribuitur. Illi enim alia nomina, & insignia quæ tenuem ac subobscuram quandam imaginem veteris illius reip. retinent, aut omnino fastidiunt & damnant, propter potestatis exuberantiam, aut si receperunt, appellatione perpetuò fruuntur. Solum consulatum non modò non contemserunt, sed*
E *etiam illum ad annum adipisci gestiunt, & lætantur, neque priuatus vllus, aut rex est,fuitve,qui bene secum agi non putarit, si consul vocaretur.* Consulatum Domitiani decimum septimum cecinit Statius l.4.Syl. *Consulum differentiæ sub Imperatoribus.*

Læta bis octonis accedit purpura fastis.
Cæsaris insignémque aperit Germanicus annum.
Subiere noui palatia fasces.
——da gaudia fastis
Continua. hos humeros multo sinus ambiat auro,
Et properata tuæ manibus prætexta Mineruæ.

Imperator annum aperiens neminem priuatũ sibi collegam asciscebat.

Imperatores autem cùm aperirent annum, neminem priuatum sibi collegam asciscebant:reperti sunt tamen nonnulli qui adsciuerint. Constantius nec in consessum vehiculi quenquam susceepit,nec in trabea priuatum adsciuit,ait Ammianus. Iulianus iam ter con-

ſul adſcito in collegium trabeæ Saluſtio præfecto per Gallias, quater ipſe ampliſſimum A
inierat magiſtratum, & videbatur nouum, adiunctum eſſe Auguſto priuatum, quod poſt
Diocletianum & Ariſtobulum nullus meminerat geſtum, vt Ammianus lib. 24. Quia ea
dignitas numini quoque auguſto quoddam decus videtur acquirere, vt loquitur Nouel-
la Theodoſij,& Valentiniani: quia eſt præcipuus honor, potiſſimus magiſtratus, & Con-
ſulis faſces ſunt auſpicatiſſimi, ait Symmach.lib.10.e.34.lib.2.e.64.lib.11.ep.5.

Conſules ab Imperatoribus facti.

Arbitratu autem imperatorum deſidente Republica Conſules fiebant. Gratianus ep.
ad Auſonium. Cùm de Conſulibus in annum creandis ſolus apud me volutarem, te con-
ſulem deſignaui, & declaraui, & priorem nuncupaui. Auſon. Panegyr. Conſul ego, im-
perator Auguſte, munere tuo, non paſſus ſepta, neque campum, non ſuffragia, non pun-
cta, non loculos, qui non prenſauerim manus, nec cum ſalutantium confuſus occurſu,
aut ſua amicis nomina non reddiderim, aut aliena impoſuerim, qui tribus non circuiui, B
centurias non adulaui, vocatis tribubus non intremui, nihil cum ſequeſtre depoſui, cum
diribitore nihil pepigi. Martius Campus, ſequeſter ordo, roſtra, omina, Senatus, Curia,
vnus mihi omnia Gratianus. Videtur imitatus Panegyricum Iuliano dictum. Sacra, in-
quit, mens ad honoris ornamenta reſpexit. Verſari cœpit in ſacri pectoris Comitio Con-
ſulatus. Præfertur nuntius conſulem me creatum ſine impendio, quod iamdiu paucis, ſine
labore quod nunquam, ſine petitione quod nemini.

Tribuũ nomina olim Imperatoribus ediſcenda.

Olim ediſcenda omnium nomina tribuum, homines, atque etiam ſinguli ſalutandi,
prenſandæ obuiorum manus, omnibus arridendum. Caſſiodorus lib.9.e.22. Quapropter
te longiſſimè conſtitutum mentis noſtræ oculus ſerenus inſpexit, & vidit meritum, quod
non habetur occultum, &c. Et ideo, quod Deo auſpice dictum ſit, per indictionem duo-
decimam ſume inſignia conſulatus. Honorem quidem arduum, ſed familiæ veſtræ do- C
meſticum. Vos enim completis paginam conſularem, vos crebrò nominat curſus anno-
rum. Quia vt Pollux lib. 8. onomaſt. ὃς ἢ ἐπώνυμος ἐστὶ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ὁ χρόνος ἀριθμεῖται.
Athenis *ille* magiſtratus *dicitur eponymus, à quo tempus numeraretur.* Caſſiodorus lib. 6. e. 1.
veſtrum nomen annum deſignat. Putem tamen Senatus olim fuiſſe, vt Conſules in an-
num ordinariis ſufficeret. Tacitus enim Imperator Conſulatum fratri ſuo non impetra-
uit, quod iam Senatus omnia nundina ſuffectorum Conſulum clauſerat, vt Vopiſcus.

Trabea & alia ab Imperatore dari ſolita.

Imperator trabeam dabat, Conſulem deſignabat, Senatus ſcipionem, & faſces deputa-
bat. Vopiſcus in Probo, Te manet Capitolina palmata. Valerianus ſcripſit ad Aurelia-
num, Cape igitur tibi pro rebus geſtis tuis coronas murales quatuor, &c. Togam præ-
textam, tunicam palmatam, togam pictam, ſubarmalem profundum, ſellam eboratam:
nam te Conſulem hodie deſigno, ſcripturus ad Senatum vt tibi deputet ſcipionem, de- D
putet etiam faſces. Suidas, κονσύλες αὐτοκράτορας αὐτὸς τῆ ῥωμαίων πολιτείαν διοικοῦντας
ὠνόμασαν, οἷα στρατήλατες, καὶ στρατηγοὺς πνὰς, *Conſules*, inquit, *Imperatores ipſos Romanam*
remp. gubernantes nominarant, quaſi eos qui conſulerent, & patrocinarentur Reip. Caſſio-
dorus lib.2.e.2. Conſulatum vocat fulgorem, quem rex interdum aſſumit. Sidonius Pa-
negyr.Majoriani,

decora omnia regni
Accumulant faſces, & princeps conſule creſcit.

Panegyr. Auiti,

te Conſule nec dum
Digna feror, titulúmque leuem, paruique nitoris E
Credimur, Auguſti quo ſe decorare fatentur.

Sed de Conſulatu qui delatus ab Imperatoribus, aut Italiæ regibus, audiendus Caſſio-
dorus lib.6. e.1. Conſulatus inter mundi dignitates eximias ſolus meruit habere palmatas
veſtes, quas felicitas dabat, præmia vincentium, nomen annorum. Conſul meritò ſupra
omnes ciues poterat, qui ab hoſte patriam vindicabat, jus dicebat etiam capitis.

Faſces atq; ſecures quarè poteſtati Conſulum illigatæ.

Hinc eſt quod etiam faſces, atque ſecures tantæ poteſtati præceptæ ſunt illigari, vt cùm
tardius ſoluerentur, moram deliberationis acciperent, ſi de cæde, aut nece hominis aliquid
cenſuiſſent. Sic quos felices per bella fecerat, ſtudio largitatis explebat. Sed nunc ſumitis
iſta felicius, quando nos habemus labores Conſulum, & vos gaudia dignitatum. Atque
ideo per illam indictionem Conſulatus te decoramus inſignibus. Pinge vaſtos humeros
vario colore palmatæ, validam manum victoriali ſcipione nobilita, lares proprios etiam
calceis auratis egredere, ſellam curulem multis gradibus enixus aſcende. Veſtrum nomen

annum

A annum designat: opes priuatas non cogites, qui gratiam publicam donando habere decreuisti. Consules ordinarij annum aperire dicebantur, vt supra monuimus ex Statio lib.4. Sylu.& Sidonio lib.8.ep.6. Symmacho lib.1.e.7. Kalendas,inquit, Ianus aperiebat,l. 1.C.de oblat.votor. Quando votis communibus felix annus aperitur.

Vestis Consularis, trabea, palmata, toga picta sub Imperatoribus fuit, qui olim triumphantium ornatus. Libanius in Paneg. Iuliani, τὸ τῶ χημάτων σεμνόταον vocat, augustissimam vestem. Statius,lætam purpuram lib.4.Sylu.Martial.l.8.e.8. *Triumphãtiũ Imperatorum ornatus.*

Purpura te felix, te colat omnis honos.

Sidonius: *Hic te Sidonio recocta fuco*
Multos purpura vestiet per annos:

B Describitur à Claudiano,Panegyrico Honorij quartum Consulis:

Portatur iuuenum ceruicibus aurea sedes,
Ornatúque nouo grauior Deus, asperat Indus
Velamenta lapis, pretiosáque fila smaragdis
Ducta virent, amethystus ineſt, & fulgor Iberus
Temperat arcanis hyacinthi cærula flammis.
Nec rudis in tali suffecit gratia textu,
Auget acus meritum, picturatúmque metallis
Viuit opus, multáque ornatur iaspide vultus,
C *Et varijs spirat Nereïa bacca figuris.*
Quæ tantum potuit digitis mollire rigorem
Ambitiosa colus? vel cuius pectinis arte
Traxerunt solidæ gemmarum stamina telæ?
Quis iunxit lapides ostro? Quis miscuit ignes
Sidonij, rubrique maris? tribuere colorem
Phœnices, Seres subtemina, pondus hydaspes.

Cùm enim Consules olim prætexta sola, quam de Capitolio sumebant ornarentur, vt ait, Lampridius in Alexandro, postea triumphantium ornamenta eis data,trabea, toga picta, vt diximus, tunica palmata, scipio pro sceptro, in cuius vertice aquila eburnea, vt Iuue-
D nal. Sat.10.

Da nunc & volucrem sceptro quæ surgit eburno.

Trabeas vestes esse Consulares indicat Ammianus lib. 14. Quos trabeæ Consulares nobilitant, & præfecturæ prouinciarum. Sidon.lib.8.e.6. & 8. lib.5. e.5. Cui proculdubio statuas dederant litteræ, si trabeæ non dedissent. Consulatus annalem trabeam vocat Symmachus lib.9.e.102.l.2.& 3. Cod.de consulib. & non sparg. Ammianus lib.25. sumpserunt trabeas Consulares, lib.29. exutos trabeis Consulares. Sidon.lib.1.e. 6.trabeatas imagines Consulis Eutropij. Ambros.ep.84.trabeata nobilitas. Tunicam blatteam vocat Gregor.Turon.lib.2. de Franc. Clodoueus ab Anastasio imperatore codicillos de Consulatu accepit, & in Basilica B. Martini tunica blattea indutus est, & chlamide, imponens vertici diadema. *Trabea vestis Consularis.*

E Purpura Consulum cinctu Gabino cincta fuit. Claudian. in Paneg.Honor.3.Cons. *Purpura Consulum.*

——— *cinctúsque imitata Gabinos*
Diues Hydaspeis augescat purpura gemmis.

Cinctum Gabinum interpretatur Seruius his verbis:Gabinus cinctus est toga sic in tergum reiecta,vt vna eius lacinia reuocata hominem cingat. Hoc autem vestimenti genere veteres Latini cùm necdum arma haberent, præcinctis togis bellabant, vnde etiam milites in procinctu esse dicuntur. Hoc rursus vtebatur Consul bella indicturus, quod cum Gabij Campaniæ ciuitas sacris operarentur,nunciato aduentu hostium ciues cincti togis suis ab aris sunt ad bella profecti, & adepti victoriam, propter quod omen tali habitu semper vsi in bellis. Morem tamen Gabinum pacificum & ciuilem vocat Claudianus, quemadmodum & patricios habitus non militares,sed ciuiles,& vexilla Quirini,Consularia insignia, Consularem amictũ,quia Consules vt plurimum Romæ agebant,& ἄοπλος erat ἀρχή,id est, *immune ab armis imperium*,vt loquitur Libanius.Sed de trabea consulari Claudian.lib.3.Stil.

Non vaga dilecto satiantur lumina vultu, A
Seu circum trabeis fulgentibus aureus intres.
Seu celebres ludos, solio seu fultus eburno
Cingas iure forum, denso seu turbine vulgi
Circumfusa tuæ conscendant rostra secures.
Quæ verò procerum voces, quàm certa fuere
Gaudia, cùm totis exsurgens ardua pennis
Ipsa duci sacras victoria panderet ædes,
Et palma viridi gaudens, & amicta trophæis.

Venatio à Cõsule dari solita.

Ibidem venationem à Consule datam ait, B
Retibus, & claustris dilata morte tenendæ
Ducendæque feræ, cupidas arcete sagittas,
Consulis in plausum casuris parcite monstris.

Ait Diana, feras Stilichoni prospiciens. Idem de trabeis in Panegyr. Probini,

Lætatur veneranda parens, & pollice docto
Iam parat auratas trabeas, currúsque micantes,
Stamine quod molli tondent de stipite Seres,
Frondea lanigeræ carpentes vellera syluæ,
Et longum tenues tractus producit in aurum, C
Filáque concreto cogit squallere metallo.
Vt sceptrum gessere manu, membrisque rigentes:
Aptauere togas.
Atque vno bijuges tollit de limine fasces.

Quia duo fratres Consules erant Olybrius, & Probinus.

Trabeæ Cõsulares auro intextæ.

Trabeas Consulares auro intextas fuisse indicat lib. 1. in Eutropium,

——cinctúque grauatus,
Inductóque senex obscenior iret in auro.
——libertatémque daturus
Quam non promeruit, scandit sublime tribunal. D

In Panegyr. Honor. sextum Consulis, de Iano,

Iámque nouum fastis aperit felicibus annum,
Ore coronatus gemino. Iam Tybris in vno
Et Bruti cernit trabeas, & sceptra Quirini,
Consule lætatur post plurima sæcula viso
Pallanteus apex, agnoscunt rostra curules
Auditas quondam proauis, desuetáque cingit
Regius auratis fora fascibus Vlpia lictor.

In Panegyr. Manlij, E

Illúmque habitum quo iungitur aulæ
Curia, qui socios proceres cum principe nectit.
Quem quater ipse gerit, perfecto detulit anno,
Deposuitque suas te succedente curules.
——non hic violata curulis,
Turpia non latios incestant nomina fastos.
——Cœptis ne desit fascibus hæres
Decurrat trabeata domus, tradátque secures
Mutua posteritas.

Lib. 2. Stilic.

A ——luxtáque arridet habenis
Aureus, & nomen prætendit Consulis annus.
Inque nouos iterum reuoluto cardine cursus
Scribunt æthereis Stilicqnem sidera fastis.

Malim æternis. De suffragiis campi Lucanus lib.5. *Suffragia campi apud Romanos.*

Decantátque tribus, & vana versat in vrna.
——fingit solemnia campus,
Et non admissæ dirimit suffragia plebis.

Malim,diribet,quia diribitores suffragia tribuum & centuriarum distinguebant, numera-
B bant.Claudian.Panegyr.Honor.6.Consulis,

Et sua cum pariter trabeis reparatur, & vrbi
Maiestas. Nec enim campus solemnis & vrna.
Luditur in morem, species nec dissona cœtu,
Aut peregrina nitet simulati iuris imago.
Indigenas habitus natiua palatia sumunt,
Et patris plebem castris sociante Quirino
Mars augusta sui renouat suffragia campi.
Qualis erit terris quem mons Euandrius offert
Romanis auibus, quem Tybris inaugurat annus.

C Quia sæpe imperatores Mediolani,Treuiris,aut alibi Consulatum inibant. Ideo subiicit

Haud aliter Latiæ sublimis signifer aulæ
Imperij sidus prima cum sede locauit.
Auget spes Italas, & certius omina surgunt
Victrici concepta solo.

Signiferum vocat solem,sidus imperij, Honorium, primam sedem, & victrix solum Ro- *Honorij præconia.*
mam. Lib.2.Stilic.

Quo tandem flexus trabeas auctore rogantes
Induerit, fastisque suum concesserit annum.

D Lib. 3. Stilic.

Ipsa iubet signis, bellaturóque togatus
Imperat, & spectant aquilæ decreta Senatus.
Ipsa tibi trabeas vltro dedit, ipsa curulem
Obtulit, hæc vltro fastos ornare coëgit.

Lib. 1. in Eutrop.

——hic accipit vnum
Aula magistratum, vobis patribúsque recurrit
Hic alternus honos.

E De trabea auro intexta Auson.Grat.act. Deus hoc indulsit, vt sellam curulem, cuius se-
dem frequenter ornabis,vt prætextam meam purpuræ luce fucatam, vt trabeam non ma-
gis auro suo,quàm munere tuo, splendidam. Consules enim & trabeas per vices,& præ-
textas gerebant. Ipsi etiam imperatores in Consulatu interdum prætexta vsi. Claudianus
lib.2.Stilic.

Talibus inuitat donis dextræque regendum
Diua simul porrexit ebur. Solemnibus vrnam
Commouet auspicijs, annique incepta secundat.
Tunc habiles humeros armis, Dea vestibus ambit
Romuleis, latij sederunt pectore cultus,
Loricæque locum decuit toga.

Idem de plausu qui datus Consulibus, *Plausus Cōsulibus datus.*

Spectabunt cupidæ matres, ſpargentur & omnes A
Flore uiæ, ſuperet quum Pythia limina conſul
Arduus, antiqui ſpecies Romana Senatus.
Pompeiana dabunt quantos proſcenia plauſus,
Ad cælum quoties uallit tibi Martia ducet
Nomen, Auentino Pallanteóque receſſu.

Mamertinus Paneg. Iuliani. Poſt primæ ſalutationis fauſta colloquia, quid pro iure Conſulari agere nobis placeat ſciſcitatur, Senatorium impleturus officium, ſi liceat tribunal petere, ſi concionem aduocare, ſi roſtra conſcendere. Sed nos ad curiam ſolemnia huius diei Senatuſconſulta ducebant. Itaque ſe comitem ſtatim præbet, & vtrumque latus Conſulatus prætextatis tectus incedit, non multum differens à magiſtratibus ſuis & genere, & colore veſtitus. Auſonius Grat. act. Palmatæ veſtis meæ ornamenta diſponis fœliciter, & bono omine. Namque iſte habitus vt in pace conſulis eſt, ſic in victoria triumphantis. Parum eſt ſi qualis ad me trabea mittatur interroges. Te coram promi iubes, nec ſatis habes vt largitionum miniſtri ex more fungantur. Eligis ipſe de multis, & cùm elegeris munera tua, verborum honore proſequeris. Palmatam, inquis, tibi miſi, in qua D.Conſtantius parens noſter intextus eſt. Hæc eſt picta veſtis non magis auro ſuo quàm tuis verbis. Conſtantius in argumento veſtis intexitur, Gratianus in muneris honore ſentitur. Eò quoque deſcendiſti, vt quæreres qualis ad me trabea mitteretur. Omne largitionum tuarum miniſterium ſolicitudine fatigaſti. Sidonius carm.2. B

———humeróſque ex more priorum
Includat Sarrana chlamys, te picta togarum C
Purpura plus capiat, nam res eſt ſemper ab æuo
Rara frequens conſul.

Chlamys Conſularis. Chlamydem pro veſte Conſulari poſuit Sidonius ep.6.lib.8.ep.vlt.lib.1.

———Chlamys Sarranis ebria fucis.

Idem carm.2.

Sedit & emerito iuuenis ueteranus in auro.

Alia fuit trabea à toga picta. Auſon.idyl.1.

Vt trabeam, pictámque togam mea præmia conſul
Induerer. D

Idem in Panegyrico, Trabea vt in pace Conſulis eſt, ſic in victoria triumphantis. Symmachus lib. 6. e.40. Conſul palmata amictus, & conſulari inſignis ornatu. Sidonius Panegyr. Majoriani,

———meritisque laborum
Poſt palmam palmata uenit.

Valer. Max. lib. 9. cap. 1.veſtem palmatam, togam pictam vocat. Macrob. Satur.lib.3.c. 13. Auro fuit intertexta, quare Auſonius aureas veſtes appellat, & auratum trabeæ amictum. Prudent.lib.1.in Symmach.auratum togæ amictum. Iul.Firmicus lib.1.cap.3.Aſtronom.lib.4.cap.15. Symmachus pictam togam, & trabeam conſuli tribuit lib.1.e.1.lib.9.e. 102.Iſidorus lib.19.cap.24.

Palmata toga. Palmata dicitur toga, quam merebantur hi qui hoſtes viciſſent, & palmam reportaſſent. E Sidonius ep.6.lib.1.Caſſiodor.ep.23.lib.9.e.l.6. Vopiſcus in Valeriano, Virgilius trabeam priſcis Latij conſulibus ante Romulum tribuit lib.7.

Hæc vbi certa ſedet patribus ſententia pugnæ,
Ipſe Quirinali trabea, cinctúque Gabino
Inſignis referat ſtridentia limina conſul.

Inſignia Conſulatus. Scipiones, trabeæ, faſti, ſellæ curules, conſulatus inſignia ſunt apud Ammianum lib.19. Sidon.ep.6.lib.7.Corippum lib.4.

Egrediens princeps ſacra trabeatus ab aula.

Suetonius lib.de genere veſtium, ſcribit tria genera eſſe trabearum, vnum Diis ſacratum, quod eſt tantum de purpura, Aliud regum quod eſt purpureum, habet tamen album aliquid. Tertium augurale de purpura & cocco, ait Seruius. Virgil.ibidem,

Ipſe

A *Ipse Quirinali lituo, puruáque sedebat*
Succinctus trabea.

Sidonius carm. 2.

Auspicio, & numero fasces Auguste secundos
Erige, & effulgens trabealis mole metalli
Annum pande nouum.

Pacatus Panegyrico Theodosij, missas cum curulibus suis per rura palmatas. Fortunatianus, fasces, lictores toga prætexta, sella curulis, imperia prouinciæ, magistratuum ornamenta sunt.

B

CAPVT XIX.

De Sellis Consulum.



SELLÆ Consulum aliæ fuere curules, aliæ gestatoriæ. Gabius Bassus in commentariis suis dicit Senatores in veterum ætate qui curulem magistratum gessissent, curru solitos honoris gratia in curiam vehi, in quo curru sella esset, supra quam considerent, quæ ob eam causam curulis appellaretur, sed eos Senatores qui magistratum curulem nondum ceperant, pedibus itauisse in curiam, ait Gellius lib. 3. c. 18. Ausonius in Grat. act. *Sellæ Consulum duplices.*

C

Ista autem sedes honoris, sella curulis, gloriosa pompis imperialis officij, in cuius me fastigio posuisti. Ea fuit ex ebore. Curules eboreas consulum vocat Sidon. lib.8. e.8. Cassiodorus lib.2. ep.1. Horat. ep.1. Curule ebur, Ausonius ebur ep.20. *Curulis Imperatorum Sella, quæ.*

——— *& tua Romæ*
Præcessit nostrum sella curulis ebur.

Lucanus lib.3. curules, alij sellas eboratas.

Prætor abest, vacuáque loco cessere curules.

Curulis sellæ insigne Symmachus lib.1. e.15. 95. lib.5. e.5. Sidonius ep.6. & 8. lib.8. lib.7. e.6. Consul Asterius anni sui fores votiuum aperuerat, adhærebam sellæ curuli. Mamertin. in Geneth. Prætextam sumpto thorace mutasti, hastam posito Scipione rapuisti, à tribunali temetipsum in campum, à curuli in equum transtulisti. Sellæ curules consulum excelsæ ac sublimes fuere, prætorum, Tribunorum, Senatorum omnium humiles. Lucanus lib.5.

D

Vt primùm mœstum tenuere silentia cœtum,
Lentulus è celsa sublimis sede profatur.

Quare per gradus in sellam curulem ascendendum fuit. Plin. in Panegyr. Ascendere curulem, induere prætextam. Ea variis signis sculpta fuit. Ouidius, *Gradus quibus in sellã Curulẽ ascẽdebatur.*

Conspicuum signis cùm premet altus ebur.
Signa quoque in sella nossem formata curuli,
Et totum Numidæ sculptile dentis ebur.

E

Claudianus Paneg. Honor.6. Cons. solium eburnum dixit. Iulius Cæsar ἐπὶ θρόνων ἐλεφαντίνων τε, καὶ χρυσέων ἐχρημάτισε, in sellis eburneis, & aureis. Horat. ep.1.

——— *hic fasces dabit, eripiétque curule*
Cui volet importunus ebur.

Imperatores sæpe inter duos Consules in sella curuli, aut tribunitio subsellio sedebant. Hic honor Iulio Cæsari primo omnium est habitus, ait Dio. ὡς ἐπὶ ἀρχικοῦ δίφρου μετὰ τῶν ἀεὶ ὑπάτων ἐν τῷ συνεδρίῳ καθίζη, *vt in Senatu inter Consules in sella curuli sederet.* Idem Augusto tributum. ἐν μέσῳ τῶν ἀεὶ ὑπατευόντων ἐπὶ τοῦ ἀρχικοῦ δίφρου καθέζετο, ait Dio.

Alia fuit sella gestatoria, qua per vrbem & agros à lecticariis seruis gestabantur. Claudianus Paneg. Honor.4. Consulis. *Gestatoria Imperatorũ sella, quæ.*

Portatur iuuenum ceruicibus aurea sedes,

Ornatúque nouo grauior Deus. A
——— Ausonio cùm iam succinctus amictu
Per Ligurum populos solito conspectior ires,
Atque inter niueas altè veherere cohortes,
Obnixísque simul pubes electa lacertis
Sidereum portaret onus.

Aureata & bracteata sedes dicitur Sidonio e.8.lib.8.emeritum aurum carm.2.de Antemio,

Hinc reduci datur omnis honos, & vtrinque magister
Militiæ, consulque micat, coniuncta potestas
Patricij, celerique gradu priuata cucurrit B
Culmina, conscenditque senum puer ipse curulem,
Sedit & emerito iuuenis veteranus in auro.

Dio in Theatra, & circum sellam auream Cæsari illatam esse ait, sed gestatoriam fuisse non putem, quia gestatoria reperta primùm à Claudio, narrante Dione, διφρῷ καταστέγῳ πρῶτος ῥωμαίων ἐχρήσατο, ὅθεν καὶ ἡμεῖς οἱ ὑπατευκότες νῦν διφροφορούμεθα, *Sella operta primus Romanorum vsus est. Quare & nos Consulares nunc sella gestamur.* Aurelianus lib.1.Tardar. Passion. sellas gestatorias commemorat. Consules lecticis interdum vecti. Mamertinus in Panegyrico Iuliani, Penè intra ipsas palatinæ domus valuas lecticas Consulares iussit inferri, & cùm honori eius, venerationíque cedentes sedile illud dignitatis amplissimæ recusaremus, suis nos propè manibus impositos mixtus agmini togatorum præire cæpit pedes, gradum moderans penè ad lictoris nutum, ac viatoris imperium. C

Curulis sellæ descriptio.

Sella autem curulis vt plurimum quatuor lignis incuruis constitit, funibus ita vincta vt aperiri claudíque posset. In aperta sedebatur super loris & linteis. Martial. l.2.epi.57.

Quem grex togatus sequitur & capillatus,
Recénsque sella, linteísque, lorísque.

δίφρον ἀγκυλόποδα vocat Plutarchus in Mario. Suetonius lib. 2. Laxatis sellæ curulis compagibus. Caligula inter duos Consules medius in sella assidere sericis velis tectus, & in foro & in Senatu solebat. ἐν δίφρῳ μεταξὺ τῶν ὑπάτων καθεζόμενος ἐπὶ τοῦ βήματος ἐν τῇ ἀγορᾷ. Suetonius de Claudio, De maiore, inquit, negotio acturum, medium inter consulum sellas tribunitio subsellio sedisse. Dio lib.56. Subsellia prætorum & Tribunorum vocat βάθρα τῶν στρατηγῶν, καὶ τῶν δημάρχων. Tacitus lib. 4. Annal. vulgarem sedem. Claudius, D Alexander Seuerus, Iulianus, Augusti, aduentantibus Consulibus obuiam ibant, assurgebant, abeuntes deducebant, vt scribunt Dio, Sueton. Lampridius, Ammianus. De Claudio Dio, καὶ τῶν ὑπάτων ἐν τῷ συνεδρίῳ καταβάντων ἀπὸ τῶν δίφρων, ἵνα διαλέχθωσι αὐτῷ, προσανέστη τε, καὶ ἀντιπροσῆλθέ σφισιν: *Cùm in Senatu Consules descenderent è sellis, vt colloquerentur cum Claudio, assurgebat ipse, & obuiam ibat.* Romæ autem Consules, quoties de imperio ambigeretur, Remp. curabant. Herodianus lib.2. οἳ τὰ τῆς ῥώμης διοικεῖν εἰώθασιν, ὁπηνίκα ἂν τὰ τῆς βασιλείας μετέωρα ᾖ.

Consulatus perpetuus ab Imperatoribus gestus.

Ipsi Imperatores perpetuum Consulatum gerebant, vt ait Iustinianus Nouel.105. Alij consules in secundis erant fascibus, quanquam ordinarij nomen anno dabant. Themistius in Panegyrico, siue oratione consulari, τὸ μὲν τοίνυν ἥδυσμα τοῦ λόγου, καὶ ἡ πανήγυρις, μακαρίαν ἀποφῆναι τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ ἔτους: *In eo igitur consistit orationis huius suauitas, & huius* E *diei celebritas, vt anni appellatio felix, & auspicata appareat.* Erant enim qui Panegyricas orationes noui consulis auspiciis recitarent, cuiusmodi extant Libanij, Themistij, & aliorum. Sidonius lib.1.e.9. exeras volo in obsequium noui Consulis veterem musam.

Orationes in quinquēnijs & decennijs Imperatorum habitæ.

In quinquenniis & decenniis Imperatorum habitæ orationes in cœtu lætantium, etiam absentibus Augustis. Panegyrico Nazarij, quis oro, Constantine Maxime, (præsentem mihi alloqui videor, qui etsi conspectu abes, reuelli tamen mentibus non potes,) quis vnquam aspirare laudes tuas valeat, æquiparandi magis spe quàm gratia non tacendi. In Natalitiis item imperatorum, triumphis, victoriis, vt ex Genethliaco Mamertini, & Panegyrico Theodosij apparet, cum Maximo victo Mediolanum ingressus est. Plinius Paneg. Qui mos cui potiùs quàm Consuli, aut quando magis vsurpandus, colendúsque est, quàm cum imperio Senatus, auctoritate Reip. ad agendas optimo principi gratias excitamur. Sed parendum est Senatusconsulto, quod ex vtilitate publica placuit, vt Consulis voce

sub

A ſub titulo gratiarum agendarum boni principes quæ facerent recognoſcerent; mali, quæ facere deberent. Quia tamen in conſuetudinem venit, vt Conſules publica gratiarum actione perlata, ſuo quoque nomine quantum debeant principi, profiteantur; concedite me non pro me magis munere iſto quàm pro collega meo Cornuto Tertullo C. V. fungi. Cur enim non pro illo quoque gratias agam, pro quo non minus debeo? Sidonius carm. 2. 5. & 7. Corippus lib. 4.

Tunc oratorum gemina facundia lingua
Egregias cecinit ſolemni munere laudes
Conſulis Auguſti.

Sidonius e. 6. l. 8. Itaque vt breui peracta, nec breuis ſportula, acclamatum eſt ab omni
B Galliæ cœtu primoribus aduocatorum, vt feſtiuitate præuentus horas antelucanas, qui diem ſerum cum ſilentio præſtolarentur, congrua meritorum faſcium laude honeſtarent. Nicetium protinus circumſpexere conſpecti, &c. Dixit diſpoſitè, grauiter, ardenter, magna acrimonia, maiore facundia, maxima diſciplina, & illam ſarranis ebriam ſuccis inter crepitantia ſegmenta palmatam, plus picta oratione, plus aurea conuenuſtauit. Id factum Aſterij conſulatu.

Ipſi Conſules gratias Imperatoribus agebant, quas olim populo agere moris fuit, qui lege regia poteſtatem in principem tranſtulerat. Plutarchus in Paulo Æmil. εἰωθότων τῶν τὴν ὑπατείαν λαβόντων οἷον ἀνθομολογεῖσθαί τινα χάριν, καὶ προσαγορεύειν φιλοφρόνως τὸν δῆμον ἀπὸ τοῦ βήματος: *Cùm ij qui conſules renuntiati eſſent, ſolerent populo gratias habere, & eum benignè, & cum grati animi ſignificatione pro tribunali appellare.* Kal. Ianuariis Imperatoribus gratias age-
C bant in Senatu, vnde tot orationes Panegyricæ natæ, vt ſcribit Plinius in Panegyrico, Auſonius in gratiarum actione. Claudius tamen ſibi vetuit à Conſulibus in Senatu gratias agi. κατέδειξε τοὺς αἱρετοὺς μηδεμίαν οἱ χάριν ἐν τῷ συνεδρίῳ γινώσκειν, ὅπερ καθ' ἔθος ἐποίουν, quod ex more faciebant. Imperatores ipſi cum imperio Conſulatum auſpicabantur, & aliis deſtinatum in ſe transferebant. Nero certè conſulibus abdicatis ſolus Conſulatum iniit, vt Sueton. in Nerone c. 43. Conſulatum, ait Plinius in Panegyr. incipientes principes, vel deſinentes adeò concupiſcunt, vt auferant: vt enim ſemper principes, ſic ſemper Conſules erant, Nouella Iuſtiniani 105. de Conſulibus. Ea enim dignitas nomini Auguſto quoddam decus videbatur adquirere, Nouella Theodoſij de Honoratis. Conſulatúmque aliis conferebant, & ſibi cùm libebat adſumebant, auctore Plinio lib. 2. ep. 11. Auſonio in gratiar. act. c. 9. Corippus lib. 2.

Gratiæ à Conſulibus Imperatoribus actæ.

D

——— noménque negatum
Conſulibus Conſul poſt tempora longa nouabo.

Idem lib. 4.

Conſule te fœlix, te principe floreat orbis.

Conferebant autem Conſulatum Imperatores poſtulantibus, aut ſperantibus, vt ſoli ad has largitates venirent, qui ſe pares tantis expenſis eſſe cognoſcerent, vt ait Caſſiodorus. Alioqui onera eſſent potiùs quàm honores, ſi ſupra vires aliquid imponeretur inuitis. Dabant pugillares ſuo nomine, diptycha amicis, ſportulas, apophoreta, miſſilia in plebem ſpargebant. Symmachus lib. 2. e. 8. Filius noſter Symmachus peracto munere candidati offert tibi dona quæſtoria. Sportulam Conſulatus mei tibi debeo. Hunc in ſolido vno ad
E te miſi. Sidonius lib. 8. e. 6. Breui peractam non breuem ſportulam in Conſulatu Aſterij ſcribit. ὑπάτια Græci recentiores vocant. Codinus in origine Conſtantinopoleos de Iuſtiniano, cùm templum S. Sophiæ abſoluiſſet, καὶ ἐποίησεν ὑπάτια, καὶ ἔδωκε κεντηνάρια τῷ λαῷ διὰ στρατηγίου μαγίστρου. *Fecit hypatia, ſparſit nummos, & dedit centenaria populo per Magiſtrum Strategium.* Cedrinus ὑπατείας vocat miſſilia Conſulum. Symmachus lib. 2. e. 81. Quæſo igitur, vt eius nomine diptycha, & apophoreta ſuſcipere dignemini. Domino & principi noſtro auro circumdatum diptychum miſi, cæteros quoque amicos eburneis pugillaribus, & caniſtellis argenteis honoraui. Item ep. vlt. lib. 9. ep. 109. Solemnia dona vocat. Apophoreticum lib. 5. ep. 54. Diptychum eburneum. ep. 7. auctuarij. Theodoſius & Arcadius vetuerunt ne cui facultas eſſet dandi diptycha ex ebore exceptis ordinariis Conſulibus. lib. 1. de expenſis ludorum. C. Theodoſ. Ideo Conſularem munificentiam vocat Symmachus lib. 4. e. 6. lib. 7. e. 4. magnificam ludorum conſularium functionem. ep. 8. lib. 7. Profuſiſſimas largitiones Conſulum fuiſſe proprias ait lib. 2. e. 2. & 39. Caſſiodorus lib. 6.

Conſulatus ab Imperatoribus quare poſtulantibus collatus.

e. 10.

c.10. Pauperem nobilem expaueſcere Conſulatus expenſas. Boëtius lib. 2. de conſol. A
Triumphales largitiones conſulum. Vopiſcus in Aureliano, conſulatum factum eſſe diuitiarum, non hominum.

Aurum à Conſulibus in plebem ſparſum.

Aurum olim in plebem Conſules ſpargebant l 2. de ſpectacul. C. Theodoſ. Quod Marcianus prohibuit C. l. 2. de conſul. & non ſpargend. & Marcellinus Comes in Chronico. Iuſtinianus retulit Nouella 94. & 105. Leo Philoſophus abrogauit. Vopiſcus in Aureliano, vidimus proximè conſulatum Furij Placidi tanto ambitu in circo editum. Feſta vocat Conſulis Symmachus lib. 5. e. 5. Hinc factum eſt, inquit, vt me in conſortium feſtorum tuorum accires. Erat is dies ſolemnis quo nouus conſul procedebat in publicum, lib. 9. e. 103. Symmachus.

Ludi à Cõſulibus editi.

Ludos igitur edebant Conſules, tantóſque ſumptus ſuſtinebant, vt non pauci bonis elauerint. Feras enim arceſſebant ex Africa, diptycha dabant, miſſilia ſpargebant. Clau- B
dianus lib. 3. Stilicon.

Tum virides pardos, & cetera colligit auſtri
Prodigia, immanéſque ſimul Latonia dentes.

Imperatores interdum conſulibus de publico ſumptus ſufficiebant, vt Vopiſcus in Aureliano. Conſulatum in annum ſequentem à die 11. Kal. Ianuarij ſperare te conuenit ſumptu publico. Ad editionem ludorum Circenſium dati Antoniani trecenti, argentei Philippei minutuli tria millia. Alexander Seuerus Conſules vel ordinarios vel ſuffectos ex Senatus ſententia nominauit, ſumptus eorum contraxit, & licèt ob ſumptus multi euerterentur bonis, hic honor tamen vſque adeò expetitus fuit multis, vt poſt Conſulatum mendicare mallent, quàm ſine Conſulatu abundare. Libanius in Panegyrico Iuliani, πολλῶ συγγνώ- C
μην ἔχω τοῖς ἐρῶσι τοῦ χωρίου τούτου, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἐπὶ τοῦτο παρὰ τῶν θεῶν ἐπηύχοντο: *Ignoſco ijs qui expetunt hunc locum, & ante alia bona poſtulabant à Dijs, vt hac ſella geſtentur.* Licèt autem imperium diuiſum in orientis & occidentis principatum, duóque principes, alter Romæ, alter Conſtantinopoli fuere, vterque tamen princeps ſimul vno vt eodem voto communicatis conſiliis duos Conſules crearunt, quorum vnus Romæ, alter Conſtantinopoli moraretur.

Proceſſiones ſeptem Conſulis Conſtantinopolitani.

Conſtantinopoli certè Conſul ſeptem πομπάς, ac proceſſiones oſtentandæ auctoritati, ac munificentiæ faciebat. Prima fuit Kal. Ianuariis, ὅταν σύμβολα ὑπατείας κτήσεται, *cùm Conſulatus inſignia capiſſet.* Altera *mappæ* ceu *Circenſium*, ἀμιλλητείων. Tertia *venationis* quæ ſemel in theatro data, κυνηγίας. Quarta Monemeri quaſi vnius diei ſpectaculum dicas, *vbi pancarpum datur, & arenarij cum feris depugnant*, ἔνθα τὸ καλούμενον πάγκαρπον θεᾶται, καὶ θηρίοις D
πομαχοῦντες ἀνθρωποι. Quinta *Scortorum* in theatro, & *ridiculorum*, πορνῶν καὶ γελωτοποιῶν. Sexta mappæ & equorum curulium. Septima Panegyris, cum magiſtratu conſul abit, vt Iuſtinianus Nouella 105.

Miſſilia à Conſulibus in populum ſparſa.

Olim miſſilia ſpargebant in populum teſſeras orbiculatas, aut quadratas, nummos aureos, argenteos, de quibus olim egimus in libro de venatione Circi. Lampridius in Heliogabalo cùm collatum miſiſſet in populum, non nummos vel argenteos, vel aureos, vel bellaria, vel minuta animantia, ſed boues opimos, camelos, aſinos, & ceruos populo diripiendos obiecit, Imperatorum id eſſe dictitans. Leo Conſtitut. 94. ὅσοι ἐς τὸ ὑπατεύειν καθίσαντο, ὅτι δὲ ἀξιώματος αὐτοῖς προσῆλθεν φιλοτιμίαν ἀνεδώρειοδε τῇ πολιτείᾳ ἀξιοῦντες, φιλοτίμως δωρεὰς τοῖς πλήθεσι καθυπατεύον: *Quotquot Conſules creati ſunt, iure dignitatis poſſunt largitione vti, & ſpargere nummos in plebem, magnificentiæ & amplitudinis ergo.* καθυπατεύειν, δουναι E
ὑπατείαν, Cedrino conſularem largitionem facere, Vopiſco, conſulatum edere in circo. Iuſtinus ἀπειπεῖν τὰς δύσεις τοῖς πλήθεσι, ῥίπτειν τὰς σωρηθείς δεσμάς, ἐκείπτειν ἀπονόμια, vt Codinus. δεσμὰς vocant nummos in panno illigatos. Corippus lib. 4.

Egrediens princeps ſacra trabeatus in aula
Diuitias vulgo ſolemni munere donans
More niuis ſparſurus erat.

Gregorius Turon. lib. 2. Hiſtor. Franc. cùm Clodoueus ab Anaſtaſio Conſul dictus, aurum aſcenſo equo manu propria populo ſparſit. Ab ea die tanquam Conſul aut Auguſtus vocitatus eſt. Statius lib. 1. Sylu. de Miſſilibus,

Sportulæ à Conſulibus ſparſæ, quæ.

Dum noſtri Iouis hi feruntur imbres.

Sportulas ex more Conſules ſparſiſſe indicat Sidonius ep. 6. lib. 8. Plinius ep. 20. lib. 10.

Caſſiodo

A Cassiodorus lib.2. ep.2. lib. 6. e.10. Symmachus lib.9. e.124. Consularem sportulam mittunt præcipuis fautoribus absentibus & præsentibus. Ennodius ep.ad Boëtium. Preces adiicio, vt Consularem sportulam cum responso præfatæ petitionis accipiam. Aureæ fuere vt plurimum sportulæ, teste Sidonio lib.8. e.6. & C.Theodos.de expensis ludor.quas prohibet Iustinianus Nouella 105. Voluit dare argenteas lib.1. e.97. Symmachus, qui consularem oblationem, munus consulare vocat lib.4. e.15. Canistelli argentei, & numismata dicuntur sportulæ C.Theodos.l.1.& 2. Ne quid læt.publ. l.1.C.de expens.ludor. Cùm publica celebrantur officia, sit sportula nummus argenteus, alia materia diptycis argenti libra vna in argenteos 60. diuidebatur.

B

CAPVT XX.

De Consulum fastis.

IMPERATORES annum aperuisse Kal. Ianuariis cùm inirent Consulatum, & frequens senatus in Senatum veniret, supra ostendimus. Isidem vt plurimum primo nundino sibi alios Consules sufficiebant, ni fortè Senatus eorum ordinem ac numerum descripsisset, qui ordinariis Consulibus sufficiendi erant. Zonaras sub Commodo, per Cleandrum vigintiquinque Consules *vno anno renuntiatos esse*, εἰς ἕνα ἐνιαυτὸν ἀποδεικνύσ scribit. Lampridius, Alexander, inquit, Consulatum ter iniit tantùm ordinarium, ac sibi alios semper primo nundino suffecit. Vopiscus prodit Tacitum Floriano fratri suo Consulatum petiisse, & non impetrasse, idcirco, quod iam Senatus omnia nundina suffectorum Consulum clausserat. Alexander nundina vetera ex ordine instituit. Ordinarios item consules nomen anno dedisse admonuimus. Sidonius carm.2.

Nundinum quo Consules alijs sufficiebantur.

C

Hinc socer Anthemius præfectus, Consul & idem
Iudicijs populos atque annum nomine rexit.

Consule Sidonium ep.6. lib.8. Senecam lib.3.de ira c.31. & lib.3.de Beneficiis c.16. Claudianum quarto consulatu Honorij sub finem. Vetus inscriptio est,

Hic bis præfectus patriæ, præfectus & idem
D *Hic Libyæ, hic idem Libyæ Proconsul, & idem*
Ter vice qui sacra discinxit iurgia iudex,
Consul & æterno decorauit nomine fastos.

Statius curules pro consulatu posuit lib.4. Sylu.1.

——— totidem felix tibi Roma curules
Terque, quaterque dabit.

Quemadmodum & Ouidius fasces, ac ebur curule pro Consulatu accepit lib. 5. Fastor. Maiestas, inquit,

Illa datos fasces commendat, ebúrque curule.

De fastis in quos referebantur consules Sidonius car.2.

Fasti in quos referebatur Consules.

E *Annum pande nouum consul vetus, & sine fastu*
Scribere bis fastis.

Apud Spartianum Verus cum Marco æquale gessit imperium. Nam ipsi sunt qui primi duo Augusti appellati sunt,& quorum fastis consularibus sic nomina præscribuntur. Tantúmque huius rei nouitas, & dignitas valuit, vt fasti consulares nonnulli ab his sumerent ordinem Consulum. Plinius Panegyrico, contigit priuatis aperire annum,imò & fastis nomen dare. Martialis lib.11. e.5.

Et iam purpureis dat tertia nomina fastis.

Liuius lib. 4. in fastos & commentarios Pontificum reges & Consules relatos ait. Festus, fastorum libri appellantur, in quibus totius anni fit descriptio. Scribebantur, & seruabantur fasti à Pontificibus, à quibus consulum cuiusque anni nomina, & gesta, diésque nefasti, profesti notabantur. Martialis lib.12. e.25.

Sed

Sed tu purpureis vt des noua nomina fastis. A

Ouidius libro 3. fastorum, pictos fastos vocat, quia miniati. Suetonius in Tiberio, Tiberius in palatio natus. Sic enim in fastos & acta publica relatum est. Sidonius li. 8. e. 8. fastos consulum purpurissatos appellat. Monumenta enim publica encausto erant insignita. Encausteria dicuntur lib. 9. C. de Agricol. Cens. & colon.

Membranarum Romanarũ antiquus vsus, & color.

Eædem dicebantur prætextæ, quæ res gestas Romanorum continerent, quia Romæ olim membranæ purpureæ parte vna, altera candidæ & pexæ, vt in iis scriberetur. Legendus Isidorus lib. 6. c. 10. Ideo Persio Sat. 3. Bicolor membrana dicitur, quod pars crocea, pars glutinata, ait Cornutus. In fastis item ducum fortia facta scribebantur. Sidonius carm. 5.

Facta ducis Latijs sunt condita fastis.

Bicolor igitur membrana, quia introrsum candida, extrorsum lutea. Verùm & membranæ quibus inuoluti libri, croceæ fuerunt. Tibul. e. 1. lib. 3. B

Lutea sed niueum inuoluat membrana libellum.

Ouidius ep. 1. lib. 1. Trist.

Nec te purpureo velent vaccinia succo.

Martialis lib. 5. ep. 6.

Quæ cedro decorata, purpuráque
Nigris pagina creuit vmbilicis.

Lucianus ad Imperitum. βιβλίον πάγκαλον πορφυρᾶν μὲν ἔχον τὴν δίφθεραν, χρυσοῦν δὲ τὸ ὄμφαλον. Libellus omnino pulcer, purpurea membrana, aureo vmbilico. Ita fasti purpurei membrana purpurea tecti Sidonius carm. 13. fastus pro fastis posuit, C

Sic te Sidonio recocta fuco
Multos purpura vestiat per annos,
Sic lustro imperij perennis acto
Quinquennalia fastibus dicentur.

Ita & Varro, in ephemeride, Iulij Cæsaris qui fastus porrexit. Legendus Priscianus lib. 6. Seruius ad lib. 3. Æneid. Sidonius carm. 13.

Mandem perpetuis legenda fastis,
Quæcumque egregijs geris triumphis.

Auson. Panegyr. Domitianum pagina fastorum suorum fecerat insolentem.

Annus Cõsulum nomẽ apud Romanos præferre solitus.

Consules igitur anno dabant nomen, vnde Libanius supra dixit nomina consulum toto orbe volitare, quod in contractibus & negotiis gerendis ascriberentur. Nouella Iustiniani, iubentur omnes συμβαλλογράφοι Imperatoris & Consulum nominibus annum notare, vnde sequitur æras ciuitatum esse sublatas. Huc respicere videtur lex 17. lib. 9. C. Theodosiani Tit. 40. de pœnis, vbi Eutropio splendor eripitur, & Consulatus à commemoratione nominis eius vindicatur, vt eiusdem vniuersis actibus antiquitatis, omnia mutescant tempora, nec eius enumeratione sæculi labes appareat. D

Consulum munus.

Munus autem consulum proprium fuit, vt annum auspicantes manumitterent in foro Vlpio seruos quibus libertas danda esset. Sidonius carm. 2.

Nam modò iam nos festa vocant, & ad Vlpia poscunt
Te fora, donabis quos libertate Quirites, E
Quorum gaudentes exceptant verbera malæ.
Perge pater patriæ felix, atque omine fausto
Captiuos vinctare nouos, absolue vetustos.

Claudianus in 4. Consulatu Honorij,

Aspice mox lætum sonuit clamore tribunal,
Te fastos ineunte quater solemnia ludit
Omnia libertas, deductum vindice morem
Lex celebrat, famulúsque iugo laxatus herili
Ducitur, & grato remeat securior ictu,
Tristis conditio pulsata fronte recedit.

A *In ciuem rubuere genæ, tergóque remouit*
Verbera promiſſi felix iniuria voti.

Idem in 6. Conſulatu Honorij,

——— *Deſuetáque cingit*
Regius auratis fora faſcibus Vlpia lector.

P.Diaconus manumittendis, inquit, ex more inductis ad Imperatorem, ipſe lege agi dixerat vt ſolebat. Conſulis autem officium fuit, conſilium præbere manumittere volentibus: apud Conſulem alterutrum manumiſſiones expenduntur, D. Tit. 19. lib.1. Caſſiodorus lib.6. e.1. In argumentum etiam publicæ gloriæ ſoluebant famulos iugo ſeruili. Denique ſub Imperatoribus alij priores, alij poſteriores Conſules deſignabantur, alij ſufficiebantur
B ordinariis. Gratianus ad Auſonium, Cùm de conſulibus in annum creandis ſolus apud me volutarem, te Conſulem deſignaui, & declaraui, & priorem nuncupaui. Auſonius Grat. actione, In Conſulatu, inquit, cum collega meo honore coniunctus, nuncupatione prælatus ſum. Hadrianus poſt præturam anno ætatis triceſimo quarto Conſul fuit ſuffectus, narrante Spartiano. Ordinarij Conſules inibant magiſtratum Kal. Ianuariis, quo tempore Senatus frequens ob feſta Ianuariorum primo luci conuenerat, ait Victor in Commodo. Plinius lib.2.ep.11. Ianuarius menſis fuit Senatorum frequentia celeberrimus. Dicebantur inire faſtos, intrare annos. Statius lib.4. Sylu.

Sic annos intrare decet, da gaudia faſtis.

Claudianus,

Te faſtos ineunte.

C Ad hæc gaudia celebranda vocabantur etiam matronæ. Trebellius in Galieno, Matronas ad Conſulatum ſuum rogauit, iiſdémque manum ſibi oſculantibus quaternos aureos ſui nominis dedit. Conſularia ornamenta Quintilianum ſortitum eſſe ſcribit Auſonius in Gratiarum act. Conſulis verò & patricij dignitates vt plurimum erant coniunctæ. Quare Anaſtaſius Conſtantinop. Imperator ad Clodoueum Franciæ Regem titulos conſulis & patricij coniunctim miſit, narrante Gregor. Turon. Lex prima C. Theod. de conſul. præf. Nouella Theodoſij de Honorib. Iornandes de ſucceſſion. regnorum, Tunc Leo Anthemium D.Marciani generum de Patricio Cæſarem ordinans. Id ipſum Marcellinus Comes indict.quinta teſtatur. Eutropio Conſulatus ſimul,& patriciatus eripitur.C.Theodoſ.l.17.de pœnis. Nouella Theodoſij de honoribus, Præfectura & Conſulatu conſpicuus pridem Conſulari præfertur, & Conſuli par eſſe cenſetur & proximus.

Matronæ ad celebranda Cōſulum gaudia adhocari ſolitæ.

D Auguſtus anno ætatis viceſimo conſulatum inuaſit, ait Suetonius. Nepotibus ſuis Caio & Lucio principibus iuuentutis impuberibus eundem decernendum curauit, auctore Tacito lib.1. Annal. Vetus lapis, Caium populus Rom. Conſulem creauit annos natum XIV. In lapide Ancyrano Auguſtus ait, Honoris mei cauſſa Senatus P. Q. R. nepotes meos Caium & Lucium annum quintum & decimum agentes Conſules deſignauit, vt eum magiſtratum inirent poſt quinquennium ex eo die quo deducti in forum. Libera Republica Conſulatus nemini delatus niſi poſt quadrageſimum ætatis annum. Excipio Scipionem maiorem, Pompeium, Auguſtum. Nemo eundem magiſtratum niſi decennio interiecto gerere potuit. Quod tamen inſtitutum Teutonis in Italiam irrumpentibus in Mario ſeruatum non eſt. Sub Imperatoribus vetera inſtituta exſoleuerunt. Auguſtus de-
E cimum & tertium Conſul fuit. Statius lib.4.Sylu.

Conſules in iuuentute creati.

Ter Latio, deciéſque tulit labentibus annis
Auguſtus faſces.

Tacitus lib.1. Annal. Numerus etiam Conſulatuum celebrabatur quo Valerium Coruinum, & C. Marium ſimul æquauerat. De 12. faſcibus Conſulum, & totidem lictoribus, quia res contrita eſt, verbum non addo. Conſules domo exibant auſpicato. Plinius Panegyr. Conſuli cùm domo exiret, vna in limine mora conſultare aues, reuereríque numinum monitus, nemo ſubmouebatur, tanta viatoribus quies. Stabant candidati ante curulem Conſulis. Conſul pro tribunali ſedens iudicat, aut ad prætores remittit. Caligula verò, Claudius, Domitianus omnes annos poſſidebant, ſummúmque illud purpuræ decus non niſi præcerptum, præfloratúmque tranſmittebant. Sub Traiano priuati faſtos aperuerunt, annum reſerarunt. Monuimus ſupra Conſules plærumque fuiſſe & patricios. Sed & ſi non ſit patricius, Conſul patricio dignitate antiſtat. Conſul priori loco præfertur

Numerus Cōſulatuum celebratus.

posteriori, licèt bis Consuli, nisi posterior sit patricius. Patricio enim Consuli cedit, nisi prior idem postea patricius fiat. l. 1. C. de consulib. tit. 3. lib. 12. In Consulum renuntiatione Præfectorius ei qui præfecturam non gesserat, prælatus videtur. Ausonius, Interrogatus quem priorem decerneres Consulem, ilico subdidisti, Quid de duobus Consulibus designatis quæritis quis ordo sit nuncupationis? Anne alius quàm quem præfectura constituit? A

Conuiuium à Cōsulibus Senatoribus & equitibus Romanis editum.

Consules autem ipso Consulatus die conuiuium Senatoribus & Equitibus Romanis olim edidere, teste Plinio lib. 14. c. 15. Cæsar Hispaniensi triumpho Chium & Falernum dedit. Epulo verò in tertio consulatu suo Falernum, Chium, Lesbium, Mamertinum. Vopiscus in Valeriani litteris de Aureliani consulatu decreto cum sumptibus. Dabis ad editionem circensium aureos Antoninianos trecentos, conuiuium autem publicum edi iubebis Senatoribus, Equitibus Romanis, hostias maiores duas, minores quatuor. Fuit & epulum magistratuum aliorum, cuius meminit M. Tullius lib. 4. Tuscul. Quæst. Deorum, inquit, puluinaribus, & epulis magistratuum fides præcinunt. Constantinopoli Curiæ loco, & Senaculi fuit *domus ampla, in quam Senatus, & P. conscripti conuenirent, & ipse Imperator ventitaret quoties habitum Consularem assumeret.* Zonaras, in Leone εἰς οἶκον μέγιστον ἡ γερουσία καὶ οἱ λογάδες συνερχόμενοι ἐβουλεύοντο, καὶ ὁ βασιλεὺς ὅτε στολὴν ὑπατικὴν ἀνελάμβανεν. Interdum Consul dictus qui prouinciam gerebat. Apuleius Apologia, Propè, inquit, exacto Consulatu, id est, administratione. Sic Proconsul Asiæ dicitur Consul in Græcis epigram. B

σῆμα δ' ἀμαλδύναντος ἀνωΐστοιο χρόνοιο
μάξιμος ἔκδηλον θήκ' ἀσίης ὕπατος.

Monumentum clarum improuisi temporis obscurantis Asiæ Consul posuit Maximum. C

Auctores recentiores qui Consulum nomine abusi.

Recentioris æui auctores Consulis appellationem de pristina dignitate plurimum deiecerunt. Nam & apud Codinum Constantinopoli fuit ὕπατος τῶν φιλοσόφων, *consul Philosophorum.* Et in municipiis Italiæ, vt hodiéque in vrbibus Galliæ Narbonensis, fuere consules, municipales magistratus. Codinus lib. de offic. Aulæ. ὁ τῶν πισσάων ἔρχεται κόνσουλος, καὶ πολυχρονίζει. *Consul Pissarum venit, & multum moratur.* Gregoras libro 4. οἵ γε μὲν κατὰ χρόνους τακτοὺς ἄρχειν ἀποστελλόμενοι, ὁ μὲν ἐκ βενετίας καλεῖται βαίουλος, ὁ δὲ ἐκ πίσσης, κόνσουλος. Qui mittuntur statis temporibus rectores, à Venetis vocantur Baiuli, Pisis profecti Consules. Petrus Aruernas Consulem pro Comite posuit, epistola ad calumniatorem. Sidonius, inquit, vir eruditissimus, & ardentissimi ingenij ex præfecto, & Consule antiquus Aruernorum Episcopus. Atqui Sidonius Consul Romæ non fuerat, sed præfectus prætorio, & Comes. Odo ad Fulconem Andegauorum Comitem, Fulconi bono gloriosissimo consuli Andegauorum. Idem de Translatione Martini, Vir illustris Ingelgetius Comes Hugonis Ducis Burgundiæ nepos, Andegauensium Consulatum nuper ex regio munere sibi impertitum procurabat. Hildebertus epist. 25. ad Comitissam. Absentia mariti laboriosior tibi cura Consulatus incubuit. Consulatum vocat comitatum, & administrationem. D

Honorarius Consulatus Clericis Romanis delatus.

Hoc postremum addo de consulibus, In Donatione Constantini Clericis Romanis honorarium Consulatum delatum. Balsamon, ἄνδρας τε εὐσεβεστάτοις κληρικοὺς πολλῶν τάξεων τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ δουλεύοντας θεσπίζομεν κοσμεῖσθαι καὶ ἔχειν ἐκείνην τὴν ὑψηλότητα καὶ μεγαλοσύνην, ἣν κεκόσμηται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ κόνσουλοι, ἤτοι οἱ ὕπατοι. Apud Adonem & Hincmarum ita leges: *Viris etiam reuerendis clericis & diuersis ordinibus eidem Ecclesiæ seruientibus, illud culmen, singularitatem, potentiam, & præcellentiam, habere sancimus, cuius amplissimus noster Senatus videtur gloria adornari, id est patricios, atque consules effici.* Prudentius lib. 1. contra Symmachum. E

Denique pro meritis terrestribus æqua rependens
Munera, sacricolis summos impertit honores
Dux bonus, & certare sinit cum laude suorum,
Nec pago implicitos per debita culmina mundi
Ire viros prohibet.

CAPVT

A

CAPVT XXI.

De Censura Imperatorum, & Censoribus.

CENSVRA fuit Romæ omnium dignitatum apex, quam Dio sanctissimam, & præcipuæ auctoritatis vocat, τιμητία, ἥ τις ὄντιν ἀρχὴ πασῶν ἱερωτάτη, καὶ δυναμὴν μέγα, ἐκβαλεῖν τε ἔξεστι συγκλήτου τὸ ἀπρεπῶς ζῶντα, καὶ προσγράψαι τὸ ἄριστον: *Censura & sanctissima est dignitas, & plurimum potest, penès quam sit & pellere Senatum decoctorem ac perditum, aut adscisere in Senatum optimum.* *Censura apud Romanos omnium dignitatum apex.*

Censorum munus M. Tullius exponit lib. 3. de legib. Censores populi ætates, soboles, familias, pecuniásque censento, vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuentor, popu- *Censorum munus.*
B líque partes in tribus distribuunto, exin pecunias, ætates, ordines partiuntor. Equitum, peditúmque prolem describunto, cœlibes esse prohibento, mores populi regunto, probrum in Senatu ne relinquunto, bini sunto, magistratum quinquennio habento. Legatur Polybius lib. 6. Liuius lib. 4. Varro, Festus, Gellius li. 4. c. 12. Plin. lib. 34. c. 6. lib. 33. c. 4. lib. 35. c. 17. Valerius Maxim. lib. 2. c. 9. M. Tullius pro Cluentio, & orat. 1. in Rullum. Dio lib. 38. 40. 54. Dionysius Halycarn. lib. 4. & sub finem lib. de legationibus. Symmachus lib. 1. e. 6. Censorum notio fuit spectare opera quæ locassent. Hoc me negotium curare voluisti mos gestus imperatis. Trebellius in Valeriano, Tu æstimabis qui manere in Curia debeãt, tu equestrem ordinem in antiquum statum rediges, tu censibus modum pones, tu vectigalia firmabis, diuides statum, respublicas recensebis, tibi legum scrutandarum auctoritas dabitur, tibi de ordinibus militum iudicandum est, tu arma respicies, tu de nostro palatio, tu de iudicibus,
C tu de præfectis eminentissimis iudicabis. Excepto denique præfecto vrbis Romæ, exceptis Coss. ordinariis, ac sacrorum rege, ac maxima virgine Vestaliũ, si tamen incorrupta permanebit, de omnib. sententias feres. Laborabunt etiam illi, vt tibi placeant, de quibus nõ potes iudicare. Idẽ ibid. Duobus Deciis Cos. cùm iretur per sententias cui deberet censura deferri: nam id Decij posuerãt in Senatus amplissimi potestate, Valerianus ait, quæso sanctissime Imperator, ne ad hanc me necessitatem alliges, vt ego iudicem de populo, de militibus, de Republ. de omni penitus ordine, de iudicibus, & tribunis & ducibus. Hæc sunt propter quæ Augustum nomen tenetis, apud vos censura desedit, non potest hoc implere priuatus. Dio, ὅτι ὦ τὸ τιμητεύειν τάς τε βίους καὶ τὰς τρόπους ἡμῶν ἐξετάζουσι, καὶ διορθοῦσθαι ποιοῦσι, καὶ τοὺς μὲν καταλέγουσι, τοὺς δ' ἀπαλείφουσι; *Imperatores*, inquit, *ex eo quod censores sunt, vitas & mores nostros discutiunt, ac iudicant, descriptiones capitum & bonorum faciunt, & alios quidem legunt in Senatum, alios Senatu mouent.*

D Iulius Cæsar primus omnium præfecturam morum perpetuam recepit, auctore Suetonio lib. 1. c. 76. Dio scribit eum fuisse τιμητὴν διὰ βίου, *censorem perpetuum.* Idem recensum habuit, non censum. Augustus recepit & morum, legúmque regimen æquè perpetuum, quo iure quanquam sine censuræ honore, censum tamen populi ter egit, primum ac tertium cum collega, medium solus, ait Suetonius lib. 2. c. 27. Ouidius lib. 2. Trist. e. 1. *Præfectura morum perpetua à Iulio Cæsare primo omniũ recepta.*

Et pia thura dedi pro te, cúmque omnibus vnus
Ipse quoque adiuui publica vota meis.
At memini, vitámque meam, morésque probabas,
Illo quem dederas prætereuntis equo.

Item, *Carminaque edideram cùm te delicta notantem*
E *Prætereũ toties irrequietus eques.*

Dio, τὸ τρόπων ἐπιμελητὴν, καὶ τιμητὴν εἰς πενταετίαν χειροτονεῖσθαι, Augustum ait morum magistrum, & censorem ad quinque annos suffragiis populi creatum. Censores apud Dionem vltimi, Paulus Æmilius Lepidus, & Luc. Munatius Plancus, qui cùm ascenderet tribunal, prolapsum est. quod à Dione scriptum miror, cùm Augustus censores creari desitos longo interuallo crearit, narrante Suetonio c. 37. lib. 2. Cùm Claudius gesserit censuram intermissam diu post Paulum, Plancúmque censores, eodem auctore lib. 5. c. 16. Cùm Vitellius pater sub Tiberio censor fuerit apud Tacitum lib. 17. Cùm Vespasianus susceperit censuram, ait Suetonius: cùm Domitianus *Consul ad decem annos censor perpetuus creatus sit*, ὕπατος ἐπ' ἔτη δέκα, τιμητὴς διὰ βίου κεχειροτόνητο, vt Zonaras. Is, vt censor, Cæcilium Rufinum Senatu mouit quòd saltaret, & Claudium Pacatum, etsi centurio fuerat, quòd eum seruum esse constaret. Dalmaticus sub Constantino magno censor cognouit de Athanasio, vt Socrates lib. 1. hist. eccles. Valerianus sub Decio censor fuit. Censorinus tamen cap. 15. de die natali, post lustrum

à Vespasiano conditum priscum illud institutum desiisse ait. Tertullianus item de pallio A
c.6.conqueritur è Republica sublatam censuram. Iamdudum,inquit,censoriæ intentionis
episcenio disperso,libertinos in equestribus,subuerbustos in liberalibus,dedititios in inge-
nuis,rupices in vrbanis,scurras vidimus in forensibus,paganos in militaribus. Symmachus
lib.4.e.29.repudiatam censuram ait,ne sub specioso nomine fores impotentię ambire solitis
panderentur.Qua de re duas orationes se scripsisse testatur.Legatur ep.45.lib.4.ep.9.lib.5.
vbi decreto Senatus censurā fugatam,& probatā ait,quia,vt Valerianus apud Trebellium,
Tempora sic repugnant,vt censuram hominum natura non quærat.Augustus Cæsar *censor
factus est cum Agrippa*, τιμητεύσας μετ' ἀγρίππᾳ,vt Dio,Senatum ἀνεκάθηρεν,*purgauit*,non quòd
Senatorem quenquā mouerit Senatu,sed quòd eos cohortatus sit, vt qui sibi conscij essent
sui generis,aut ante actæ vitæ,de se ipsi iudicium facerent. Eutropius lib.2.de censura, ἀρχὴ
δὲ ἦν αὐτὴ τῶν μεγίστων, καὶ ἦν ἔργον αὐτῇ, τοὺς τῶν πολιτῶν διερευνᾶσθαι, καὶ κρίνειν βίους, τιμωρίας τε B
καὶ πάσης ἠδύνατο δυναστείας, καὶ οὐδεὶς ἦν ἔξω τῆς τοῦ κήνσωρος ἐξουσίας: *Maximus*, inquit, *erat is
magistratus, cuius munus fuit, vt inquireret in mores ciuium, & de ijs iudicaret & animaduertere in
omnes potestates poterat,& nemo solutus ac liber erat à censoris auctoritate*, κύριοι δὲ ἦσαν οἱ κήνσωρες καὶ
ἔργοις κοινοῖς κατακοσμεῖν τὴν πόλιν: *Poterant nouis operibus ornare vrbem*.Idem lib.1.Seruius Tul-
lius ait, dedit initium *descriptionibus corporum*, ταῖς ἀπογραφαῖς τῶν σωμάτων, quæ nusquam gen-
tium vsurpatæ,aut notę erant.Traianus tantum in censura ponderis esse putauit,vt non nisi
serò præfecturam morum susceperit. Plin.Panegyr. Ideò non censuram adhuc,non præfe-
cturam morum recepisti,quia tibi beneficiis potiùs,quàm remediis ingenia experiri placet.

CAPVT XXII. C

De Dictatura Imperatorum.

Dictatura perpetua Iulij Cæsaris.

IVLIVS Cæsar Dictator perpetuus fuit, ceteri abstinuerunt. Aurelius Victor in additamento prodit Augustum perpetuum Dictatorem dictum, negat Suetonius lib. 2. c.52. Dictaturam magna vi offerente populo, genu nixus, deiecta ab humeris toga, nudo pectore deprecatus est. Dictator dicitur δισύπατος, μονάρχης πρόσκαιρος, ἀνεύθυνος, vt Suidas, *bis consul*, vel potius, qui duorum consulum est loco, *monarcha ad tempus, qui imperij sui rationem non reddat.* Sed de dictatura legantur Liuius & Dionys. Halyc. abstineo.

CAPVT XXIII. D

De Titulo Flauij.

Flauij quinam appellati fuerint, & à quo.

FLAVII plures olim fuere. Apud Dionem in Nerone, Subius Flauius Tribunus prætoriarum cohortium. Apud eundem in Tito, Flauius & Pollio consules. Victor libro de Imperatoribus,Basilicam Flauij meritis patres sacrauere. Dio in Caracallo, Flauianum Titianum commemorat procuratorem Alexandriæ.item Flauium Materianum qui præfuit vrbanis militibus. In Alexandro Seuero, Flauium Heracleonem præfectum militum in Mesopotamia.Suetonius in Vespasiano gentem E
Flauiam à Tito Flauio Petronio propagatam esse ait. Apud Trebellium, Claudius gentes Flauias, quæ Domitiani & Titi fuerant, propagauit. Possumus dicere Flauium Clodium vnicum in terris principem. Flauius Claudius Valerio Aureliano suo salutem. Vopiscus in Aureliano.Ob hoc Constantius Cæsar & Constantinus Magnus Flauij dicti.Quemadmodum enim Imperatores ab Augusto dicti sunt Augusti,ab Antoninis Pio,& Marco, Antonini, ita & à Flauio Clodio Flauij dicti vsque ad Iustinum secundum, nisi malis eos à Flauio Constantino eos Flauios dictos. Vetus inscriptio est, Imperator M. Flauius Valerius, Constantinus, Maximus, Pius, Felix, semper Augustus, Constantij Pij filius. Iustinianus Flauium se proscribit in ipso institutionum vestibulo. Flauij reges Langobardorum dicti. A Constantino Magno ceteri Imperatores Flauij dicti,vt docet inscriptio institutionis Honorij, & Theodosij ad Marcellum virum clarissimum Tribunum, & notarium in collatione Donatistarum. Reges Gotthorum in Hispania Flauij dicti.

CAPVT

A

CAPVT XXIIII.

De Titulo Felicis.

IMPERATORES Felices appellati sunt. Prosper Aquitan. libro de Prouidentia, *Felices quare Imperatores appellati.*

Felices dici mos est, quos blanda potestas
In summos apices tumidorum euexit honorum.

Plinius ep. 18. lib. 5. Homo felicior, quàm felicissimus arbitraretur. Neronem felicissimum vocat. Idem in Panegyr. Ex illo felicitatis
B somno velut excitato induere prætextam, ascendere curules. Sidonius lib. 2. c. 15. Maximum Imperatorem felicissimum vocat, carm. 2.

Tale puerperium quoties Lucina resoluit
Mos elementorum cedit, regnique futuri
Fit rerum nouitate fides, venisse beatos.

Idem, *Infelix felice vno.*

Petr. Rauen. serm. 23. Peculia pristinæ libertatis, iam regiis ditatus opibus qui reseruat, captiuus miseria se nescit esse felicem, id est, regem. Item, Est animi felicis vt adscitus ad regnum adludit ad reges, qui vulgo felices dicti. ep. 13. lib. 2. felix semper Augustus. Plinius Paneg. an satius fuit felicem vocare. Lib. 1. Instit. Iustiniani, Imperator Cæsar Flauius,
C Pius, Felix. In vet. inscript. Commodus εὐσεβὴς, εὐτυχὴς indigetatur. Supra in titulis Imperatorum plura exempla posuimus.

CAPVT XXV.

De Titulo Sereni.

SERENI item dicti sunt Imperatores, & serenitas Augustorum. Symmachus ep. 3. in Auctuario, Serenitati vestræ gratias agere. Epist. 22. ad comitatum serenitatis vestræ. Euagrius lib. 3. c. 17. ὥστε τύπον αὐτοῖς *Sereni soli Imperatores olim appellabantur.*
D παραχεσθῆναι παρὰ (sic lego non περὶ) τῆς αὐτοῦ γαληνότητος. Manasses,

πρὸς ταῦτα ὁ γαληνότατος καὶ πρᾶος ἰουστῖνος.
βαβαὶ τῆς γαληνότητος καὶ τῆς χρηστότητός σου.

Id est, *Ita responsum eis datum sit ab eius serenitate. Ad hæc serenissimus, & meritissimus Iustinus: ô serenitatem & bonitatem eius.* Symmachus lib. 2. e. 6. quid in æterno principe serenitatis inuenerit. Ammianus lib. 30. Antoninus Pius erat Serenus, & Clemens. Vetus inscript. Serenitati eius dicatus. Nouella Iustiniani 113. Solius Imperatoris est serenitas, pietas, mansuetudo. Cassiodor. lib. 1. ep. 4. Theodoricus Rex hanc sibi clementiæ appellationem arrogat: clementiæ, inquit, nostræ serenitas exprimitur. Capitolinus in Macrino, serenitati tuæ. In epistol. Ludouici Imperat. German. ad Basilium Imperat. Constantinop. Serenitas Basilij vocatur. Nostra ætate Veneti Ducem suum Serenissimum,
E Remp. Serenissimam vocant.

CAPVT XXVI.

De Titulo Tranquilli, mansueti & Clementis.

VT Sereni ita & tranquilli, & lenes dicti Imperatores. Græci ἡμέρους, & ἐπιεικεῖς vocant. Eusebius lib. 4. de vita Constant. ἀπεστάλη δὲ γράμματα παρὰ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος: *Missæ sunt litteræ à nostra mansuetudine:* item, παρὰ τῆς ἡμετέρας ἐπιεικείας, *à nostra æquitate.* Iulianus in Diatagmate & edicto ad Alexandr. ἐξ ἧς ἂν ἡμέρας τὰ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος γράμματα δέξηται: *Ex qua die nostræ mansuetudinis litteras acceperit.* Capitolin. in Gordianis, vestra Clementia ea *Lenes, tranquilli & mãsueti Imperatores cur appellati.*

diſponit & alibi ſæpe. Maximus ep. ad Valentinian. quæ nunc agi dicuntur in partibus tranquillitatis tuæ. In edicto Conſtantini imperatoris apud Adonem, & Hincmarum, Imperator Cæſar Flauius Conſtantinus fidelis, manſuetus, beneficus. Symmachus lib. 10. ep. 46. Tranquillitatem Imperatoris appellat. Liberius Epiſcopus Conſtantio Auguſto, Tranquillitate tua conſentiente ſic omnia diſcutiantur, item opto tranquilliſſimum imperatorem. l. 31. C. Theodoſ. de appellat. Tranquillitas tribuitur Imperatoribus. Hunc ſibi titulum vindicant reges Gotthorum apud Caſſiodorum lib. 6. form. 9.

CAPVT XXVII.

De Titulo Pij.

Pij nomen quare Imperatoribus tributum.

PII plærumque indigetantur Imperatores, Εὐσεβεῖς, quia vt Iulianus Nouella 113. Solius Imperatoris eſt ſerenitas, pietas, manſuetudo. Leo Imperat. apud Euagrium lib. 2. c. 9. Ἐν ὄχῃς μὲν ἐμοὶ τῇ ἐμῇ εὐσεβείᾳ: *In votis erat meæ pietati.* τὰ ἴσα τ δεήσεων ἃς τῇ ἐμῇ εὐσεβείᾳ ἐπόμισαν: *Exſcriptas ijſdem verbis preces, quas ad meam pietatem attulerant, miſi.* Antoninus qui Hadriano in imperium ſucceſſit, primus pius eſt appellatus. Conſtantius & Conſtantinus in veteri inſcript. dicuntur Pij. Macrinus Pij cognomen recuſauit, apud Capitolinum. Apud Euſebium lib. 9. hiſtor. eccleſ. Valerius Maximus Εὐσεβὴς, Εὐτυχὴς, ἀνίκητος indigetatur. lib. 7. Licinnius Galienus Εὐσεβὴς, Εὐτυχὴς. lib. 8. Flauius Conſtantinus Pius, Felix, vocatur. In epiſt. S. Leonis Papæ ad Leonem Imperatorem Auguſtum hi tituli præſcribuntur, τῷ ὑπερενδόξῳ καὶ γαλληνοτάτῳ ἡμῶν λέοντι αὐγούστῳ. Εὐαγέστατε βασιλεῦ, ὑπερένδοξε, καὶ ἡμερώτατε, ἢ σὺν ἡμερότητι καὶ εὐλαβείᾳ: *Superillustri & ſereniſſimo filio Leoni Auguſto. Sacratiſſime imperator, illuſtriſſime, manſuetiſſime, tua manſuetudo & prudentia.* Commodus ſe Pium dici voluit. Xiphilin. in Commodo, Imperator Cæſar Luc. Ælius, Aurelius, Commodus, Auguſtus, Pius, Felix, Sarmaticus, Germanicus, Εὐσεβὴς Εὐτυχὴς. Ita & Iuſtinianus Pius dictus, vt ſupra oſtendimus.

Chriſtianorum Imperatorũ pietas.

Veteres illi Imperatores Pij dicti, quòd ſubditos patria pietate fouerent, Chriſtiani verò Imperatores, quòd Deum colerent, & pietatis officia vbique frequentarent. Solebant enim ante quadrageſimam, de ieiunio in Senatu agere, de fide ac pietate Chriſtiana in conſiſtorio diſſerere, preces facere in aureo triclinio, proceſſionibus ſacris, quæ Litaniæ dicuntur, intereſſe, & ad campum vſque ſacerdotes ſequi, matutinos Deo hymnos canere, cùm domi, tum in regio ſacello. Zonaras tom. 3. p. 147. ὡς μὴ δυνηθῆναι τ αὐτοκράτορα τῇ συγκλήτῳ περὶ νηστείας τῶν σωμῆθη διαλέξιν, ἣ καλεῖται σιλέντιον: *Ita vt non potuerit Imperator in Senatu ſermonem ſolemnem habere de ieiunio, quod dicitur ſilentium.* Euſeb. lib. 4. Conſtant. Conſtantinus ἐπὶ τ σωμῆθες ἀκροατηρίᾳ, ſæpe apud milites, & plebeios, ſæpiſſimè apud amicos de pietate in Deum ac fide in auditorio conſueto agebat. Cedrinus in Leone, Michael μέλλων ἐπιβατήριον ὄχλῳ ἐν τῷ χρυσῷ τρικλινίῳ ἀποδοῦναι τῷ θεῷ, ἐκδυσάμενος ὃν ἔτυχε φορεῖν ἐσθῆτα, *cùm preces auſpicales in aureo triclinio redditurus eſſet Deo, exuta veſte quam ferebat*, dedit vni ex comitibus. Inde diſceſſit in templum, quod erat in palatio, ceteri ſequebantur præeuntem. Zeno Iſauricus inſtituit vt ἔπαρχος ἀκολουθῇ ταῖς λιταῖς, *vt præfectus vrbi ſequerentur ſacerdotes cùm publicas precationes, & proceſſiones facerent.* Theodorus Anagnoſtes, *moris erat Epiſcopum à Tauro ſella geſtatoria geſtatum preces facere campum vſque*, ἐφ' ἱππίσκου ὑπὸ τ ταύρε φορείῳ φερόμενον λιτανεύειν ἕως τ κάμπε. Socrates lib. vlt. Theodoſius Arcadij filius ταῖς ἑαυτ ἀδελφαῖς ὀρθρίζων ἀντιφώνες ὕμνες ἔλεγε, *diluculo alternis cum ſororibus ſuis hymnos canebat.* Zonaras, Imperatores manè περὶ ὄρθρον τ νυκτὸς ἠρεμούσης, *ſub diluculum, cùm adhuc tenebræ eſſent* in templum ibant καταρχεῖν τ ὕμνων, *vt inciperent hymnos.* Theodoſius iunior ſæpe ieiunabat, maximè quarta & ſexta feria quam paraſceuen vocant. Socrates lib. 7. c. 22. νηστεύειν τε τὰ πολλὰ καὶ μάλιστα τὰς τετράδας, καὶ τὰς παρασκευάς. Marcianus Imperator *in litanijs & precibus quæ fiebant in campo pedes egrediens, multa dona egentibus præbebat.* Theodorus Anagnoſtes, ἐν ταῖς λιταῖς ἠρεμούσαις ἐν τῷ κάμπῳ πεζὸς ἐξερχόμενος, πολλὰς τοῖς δεομένοις δωρεὰς παρεῖχεν. Anatolius epiſcopus cùm vidiſſet Marcianum pedibus euntem, & ipſe pedes litanias obiuit. ὁ δὲ μάρκιανὸν βλέπων πεζεύοντα, καὶ αὐτὸς πεζεύων ἐλιτάνευεν. Manaſſes de Leonis Armenij cæde.

καὶ

A καὶ τοίνην συνεισάγουσι νύκτωρ τοῖς ψαλμωδοῦσι
θωρακοφόρους αἰχμητὰς ῥομφαιοφόρους,
οἳ συμπεσόντες τῷ θηρὶ παλαμναιοτάτῳ
τελοῦντι τὸ λειτούργημα τῶν ὑπορθρίων ὕμνων
τοῖς ξίφεσι συγκόπτουσι.

Ergo de nocte introducunt psallentibus hastatos loricatos romphæas ferentes, qui irruentes in feram perditissimam obeuntem officium hymnorum antelucanorum, ensibus conscindunt. Eadem de re Cedrinus, εἰώθει γὰρ ἐν τῇ ψαλμωδίαις ἐξάρχειν τῶν αἴνων, καὶ μᾶλλον ὅτε ἐν τῇ τοῦ χριστοῦ γεννήσει, οἱ τῆς ἑορτῆς κανόνες ἐψάλλοντο: *Solebat enim & in psalmodijs incipere hymnos, maximè in Christi natali, si canones festi canerentur.*

B

CAPVT XXVIII.

De Titulo optimi.

OPTIMI dicti Imperatores. Plinius Panegyr. Adoptauit te optimus princeps in suum, Senatus in optimi nomen. Hoc tibi tam proprium quàm paternum. Etenim vt nomine Augusti admonemur eius cui proprium dicatum est, ita hæc optimi appellatio nunquam memoriæ hominum sine te recurret. Postea optimi dicti Marcus Philosophus, & Alexander Seuerus, apud Capitolinum & Lampridium. *Imperatores Optimi appellati.*

C

CAPVT XXIX.

De Titulo Celsitudinis.

IVSTINIANVS lib. 1. Instit. titul. 12. Imperatoriam Celsitudinem vocat. Theophilus vertit, τῆς δὲ βασιλικῆς ἐξουσίας τὸν ὄγκον. Alibi dicitur ὑψιλότης. *Celsitudo Imperatoria.*

CAPVT XXX.

D

De Titulo Maximi.

IN vet. inscript. Maximi vocantur Imper. Maximus Parthicus, Maximus Germanicus. Vide supra caput 2. De Titulis Imper.

CAPVT XXXI.

De Titulo Germanici.

E GERMANICI dicti Imperatores iam inde à Tiberio. Tacitus libr. 1. Annal. Milites dicebant sua in manu sitam rem Romanam, suis victoriis augeri Remp. in suum cognomentum ascisci Imperatores. Vet. inscriptio, Caius Plinius Caij filius C. N. Cæcilius secundus consul, augur, legatus, proprætor prouinciæ Ponti consulari potestate in eam prouinciam ab Imper. Cæsare Nerua Trajano Augusto Germanico missus. Tiberius primus Germanicus vocatus, deinde Drusus Germanicus, tum Germanicus, Drusi Germ. filius, quem Tiberius adoptauit, vt Dio lib. 55. Tacitus lib. 1. Annal. Post Tiberium Imperatores fermè omnes Germanici dicti, à bellicosa gente. Sed & candidati principatus hoc cognomento insigniti. In lege qua Imperium Claudio delatum, Claudius Germanicus dicitur, qui filium ex Messalina primo Germanicum, deinde Britannicum cognominauit. Vitellius Imperator filium sinu retinens Germanicum appellauit, cinxitque cunctis fortunæ principalis insignibus. Idem cognomen *A quo tempore Imperatores Germanici appellati.*

Germanici delatum ab vniuersis cupidè recepit, narrante Sueton. A

Germanici cognomen à Domitiano assumptum.

Apud eundem Germanici cognomen assumit Domitianus. Statius lib.4.Sylu.

Læta bis octonis accedit purpura fastis
Cæsaris, insignémque aperit Germanicus annum.

In epist.ad Marcellum, Primo autem sept.decimum Germanici nostri consulatum adoraui. Sidonius carm.5.

———Trajanum Nerua vocauit,
Cùm pignus iam victor erat, Germanicus esset
Vt titulis: meritis fuerat.

Vetus numisma, Imperator Cæsar Nerua Trajanus Germanicus P.P.Tribunus Cons.11. Germanicum se vocat Caracallus apud Spartianum. Commodus Germanicum, & Iustinianus lib. 1. C.tit. de veteri iure enucleando. Plinius Panegyr. Trajano cum Germaniæ præsideret, Germanici nomen Roma missum scribit, non à militibus delatum. Iam Cæsar, iam Imperator, iam Germanicus absens. B

CAPVT XXXII.

De Titulo Domini.

Domini titulũ Imperatores quidam repudiarunt.



DOMINOS Imperatores vocari se voluerunt, quam tamen appellationem Augustus, & Tiberius auersati, ceteri penè omnes adamarunt, exceptis Claudio, Nerua, Trajano, & aliis melioris notæ Imperatoribus, qui solos Deos Dominos appellandos existimarunt. Horat.Od.1.lib.1. C

Terrarum Dominos euehit ad Deos.

Petronius Satyrico, Domina, inquam, Venus. Virgil.lib.3.Æneid.

Junoni cane vota libens, Dominámque potentem
Supplicibus supera donis.

Domina quæ propriè dicatur.

Mater Deûm propriè Domina, vt Varro apud Seruium, ad hæc verba Virgilij,

Et vincti currum Dominæ subiere Leones.

Ideo & Proserpina à Virgilio Domina appellata, ait Seruius, quòd ipsa terra esse credatur, sicut & mater Deum. Ouid.lib.4.Fastor. D

Almonis Dominam, sacráque lauit aquis.

Virgil. 6. Æneid.

Hi Dominam Ditis solio deducere adorti.

δέσποτα ἥλιε, ait Vetus auctor apud Suidam, Domine Sol.

Domini titulus ad plebeios delatus.

Demum Domini dicti non modò Imperatores, verùm & vulgo plebeij quique. Martial.lib.5.e.88.

Cùm voco te Dominum nolo tibi Cinna placere,
Sæpe etiam seruum sic resaluto meum.

Ouid. lib. 3. Amor. e. 6. E

Et mihi blanditias dixit, Dominúmque vocauit.

Lib.1.Græcor.Epigr.Si aliquid habeo quod dem, statim Dominum & fratrem vocas: *recuso nomen Domini, quia non habeo quod dem.*

οὐκ ἐθέλω δόμινε, οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι.

Seneca ep.3. Obuios, si nomen non succurrebat, dominos salutabant. Apud Dionem Tiberius profitetur se Dominum esse seruorum, Imperatorem militum, aliorum principem, ac πρόκριτον.

Domini appellatio ab Augusto & Tiberio repudiata.

Domini appellationem, vt maledictum, & opprobrium semper exhorruit Augustus. Cùm spectante eo ludos pronuntiatum esset à mimo, ô Dominum æquum & bonum, & vniuersi quasi de ipso dictum exultantes comprobassent, statim manu, vultúque indecoras adulationes repressit, & insequenti die grauissimè corripuit edicto, Dominumq; se posthac appellari ne à liberis quidem, aut nepotibus suis, vel serio, vel ioco passus. Tiberius Dominus

A minus appellatus à quodam, denuntiauit ne se amplius contumeliæ causa nominaret, ait Suetonius in Tiberio cap.27.

Quinã primi Domini appellari voluerint.

Primus Caligula,& deinde Domitianus dominos ac Deos se dici voluerunt, mox plerique omnes Imperatores. Alexander tamen Seuerus dominum se appellari vetuit,epistolas ad se quasi ad priuatum mitti iussit,seruato tantum nomine Imperatoris. Iulianus item dominum se vocari noluit, vt ipse ostendit in Misopogone. Plinius lib.10.epistol. vbique Trajanum dominum vocat. Dicuntur Domini rerum, Domini mundi. Ammianus libr. 19. Nostris virtutes Constantij extollentibus, vt Domini rerum & mundi.lib.39. Comes Valentiniani sum, orbis terrarum domini.lib.23. Sarracenorum reguli genibus supplices nixi,tanquam mundi, nationúmque suarum dominum adorarunt Iulianum. P.Nigidius, cùm Octauius ob vxoris puerperium seriùs in curiam venisset, comperta moræ causa,
B vt horam quoque partus accepit, affirmauit dominum terrarum orbi natum. Sidonius carm.7.

Si Dominus fis, liber ero.

Idem lib.1.e.1.indicit vt Dominus,de Theodoricho Gotthorum Rege loquens,carm.5.

Dominos nil prodest esse priores.

Tacitus lib.20. An Neronem extremum dominorum esse putatis? Iulianus in Encomio Constantij, κύριον πάντων Augustus. Paulinus lib.3.de S.Martino,

Elatus quondam bellis feliciter actis
Maximus, & domini vnius de morte superbus.

Ammianus præceptionem dominicam vocat. Sidonius epist.13.lib.2. Nec sustinebat Do-
C minus esse, qui non sustinuerat esse sub domino.

Imperatorũ à legib. immunitas.

Imperatores autem vt domini, sic & legibus soluti fuere, l.31.D.tit.de legib. Princeps legibus solutus est Zonaras, λέλυται τῶν νόμων, τυτέστι ἐλεύθερος ἀπὸ πάσης τῶν νόμων ἀνάγκης ἦν: *Soluti sunt legibus, hoc est, ab omni legum necessitate liberi.* l.13.ad l. Iuliam & Papiam. Idque lege Regia, cuius meminit Vlpianus l.1.D. de Constitut. Princip. & Iustinianus lib.1. instit.tit.de iure naturæ. Quod,inquit, principi placuit, legis habet vigorem, vtpote cum lege Regia, quæ de imperio eius lata est, populus ei, & in eum omne suum imperium, & potestatem conferat,l.1.§.cùm enim, C.de vet.iure enucl.l.2.D.de orig.iur.§.nouissimè l. 4. de legib.& constit. Digna vox est Majestate regnantis, legibus alligatum se principem profiteri, adeò de auctoritate iuris nostra pendet auctoritas. Et reuera majus imperio est submittere legibus principatum.l.ex imperfecto,C.de testam.

Lex Regia.

D Cùm enim lege antiqua quæ Regia nuncupabatur, omnis potestas populi Rom.in imperatoriam translata sit potestatem, &c. Sed haud abs re quæri potest, cùm lege Regia populi potestas in principem translata sit, & populus legibus teneretur, qui princeps legibus solutus esse possit. Eius legis Regiæ meminit Marcellus l.28.tit. de mort. infer. Caligula ad Antoniam auiam dixit, memento omnia mihi, & in omnes licere, vt Sueton. Iulianus in Encomio Constantij, Imperatorem τὸν νόμων κύριον, τὴν πολιτείαν καθιστῶντα, καὶ τὰς ὑπὲρ τῶν κοινῶν ὄγκας ποιούμενον, *& legibus solutum, & Remp.constituentem, & vota pro Rep. facientem.* Dio monet Augusto datum, vt legibus solutus esset, *quod nulli veterum Romanorum planè, & palàm datum est,* ὅπως μηδενὶ τῶν πάλαι ῥωμαίων ἀπλῶς ἐδόθη

Largitio rerũ alienarũ Imperatoribus cõcessa.

Inde est quod Imperatores aliena largiri quasi domini omnium poterant. Zonaras in Claudio, νενόμισαι γὰρ τὰς βασιλέας δωρεῖσθαι ὡσανεὶ τὰ ἀλλότρια. Apud Constantinum in
E Chorographia κύριον ῥωμανὸς. κῦρ, pro κύριον. Anthos, ἦλθεν ὁ βασιλεὺς ὁ κῦρ μανόλης: *Venit Rex Dominus Manuel,* Chronicon Constantinop. ὠνόμασαν ἢ ταύτην κυρὰν τῆς ἀνατολῆς: *Hanc vocarunt Dominam orientis.* Anonymus de bello sacro, ἔξει κυρὰν τὴν ἀφιπώπασάν με ἄλλας τῶν κυριάδας: *Habebit me Dominam principem aliarum dominarum.*κῦρις pro κύριον. Theorianus in legatione Armen. χαιρετίσαντες τὴν καθολικὴν τῆς ἐρημίας κύριν νορσέσιν, *benignè excipientes Catholicum Armeniæ dominum Norsusim.* Basilius magnus de Exercit. grammat. κῦρος κῦ τὴν πλάνης ἄληθε, κύριε μακαρίε, *accepit dominatum aduersus errorem,domine Macari.* Codinus, ἐπὶ τῆς βασιλείας κύρου ἀνδρονίκου, *regnante domino Andronico.*

Vocis domini ad alias gentes trãsitus.

Vox Domini desidente imperio ad alias gentes transiit. Anastasius Bibliothecarius Histor.miscel.Gentis Francorum moris est Dominum,id est,regem secundùm genus principari. Constantinopoli filij regum, aut generi κύριοι, & δεσπόται vocati, teste Constantino Porphyrogen.lib.de Administratione Imperij, & Codino. Sed Romæ & Constantinopoli Domini,& rerum domini dicti Imperatores, carm.5.Sidonius,

—mea

———*mea Gallia rerum* A

Ignoratur adhuc Dominis.

Corip. l. 1.

———*vigilans noctésque diésque*

Pro rerum Dominis.

Priscian. Periegesi.

Quâ Domini rerum terris creuere Latinis

Spartian. Caracal. Si lubet licet. An nescis te Imperatorem esse, & legem dare, non accipere. Vt ex lege regia cuncta in nos, ô Princeps, liceant tibi. Sidonius carm. 2.

———*credet ventura propago*

In nos vt possit, Princeps, sic cuncta licere, B

De te non totum licuit tibi.

Corip. l. 2.

Terrarum Dominis Christus dedit omnia posse.

Seneca lib. 1. de clementia. Qui in terris Deorum vice fungerer. Pacatus Panegyr. vocat Theodosium terrarum, hominumque Dominum. Sidonius, rerum principem, l. 2. e. 13. principes eius, fasque commune supergressi. Ambros. serm. 26. supra leges sunt humanas. l. 10. e. 36. Symmachus. Primus omnium Sesoosis, aut, vt alij Sesostris, Rex Ægypti βασιλέα βασιλέων, καὶ δεσπότην τῶν δεσποτῶν se pronuntiauit, vt Diodor. l. 2. Apud Herodotum l. 7. 8. 9. Masistes Xerxis frater, Mardonius Consobrinus, Artemisia Carum regina, regem alloquentes Dominum vocant. Serm. 4. Maximus Tyrius Mardonium δειλὸν οἰκέτην, timidum seruum, Xerxem τρυφῶντα δεσπότην, luxu perditum Dominum, vocat. Gobrias sese Cyro dedens, δίδωμί σοι ἐμαυτὸν δοῦλον, *dedo me tibi seruum,* apud Xenoph. l. 4. παιδείας. C

Persarum Reges legibus soluti. Sed & Persarum Reges legibus soluti erant. Plutarc. l. de tribus generib. Rerump. πέρσαι μὲν αὐτοκρατῆ βασιλείαν, καὶ ἀνυπεύθυνον ἀπεκληρώσαντο: *Persæ absolutum imperium, & à reddendis rationibus liberum sortiti erant.* Æschylus de Xerxe, κακῶς δὲ πράξας οὐχ ὑπεύθυνος πόλει: *Re malè gesta non obnoxius vrbi.* Artemisia Xerxi, σοὶ δὲ ὄντι ἀρίστῳ ἀνδρῶν πάντων κακοὶ δοῦλοί εἰσι: *Tibi virorum omnium præstantissimo mali sunt serui.* Sed vt è diuerticulo redeamus: apud Socrat. l. 2. Constantius Constantem δεσπότην, καὶ ἀδελφὸν, *Dominum & fratrem vocat.* Andronicus Imper. Constantinop. βασιλέα βασιλέων, *regum regem* se proscribit. Symmachus l. 1. e. 7. 11. & lib. 3. e. 63. Imperatorem Dominum.

Imperatrices Dominæ appellatæ. Imperatrix, καὶ κυρία καὶ βασιλὶς καὶ δέσποινα ὠνομάζετο, *Domina, & regina, & hera dicitur* D apud Xiphil. Heliogabalus Dominum se vocari voluit, apud eundem. Sueton. Claudio. Occisa Messalina paulo post quam in triclinio decubuit, cur domina non veniret requisiuit. Virgilius l. 6. eò respexit.

Hi Dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Oppianus, τὸν μεγάλη μεγάλῳ φυτήσατο δόμνα σεβήρῳ. *Et magna domina magno Seuero* Caracallum *genuit.* In notitia Imp. Domina Augusti. Martialis.

De Palatinis Dominæ quod serica prælis.

Cassiodorus de Amalasuinta lib. 9. e. 1. & in chronico, domina Amalasuinta. Gregor. Turon. l. 9. cap. 20. germanam dominæ Brunechildis. carm. 7. Sidonius Romam introducit ita loquentem, E

———*excusso populi iure atque Senatus*

Quod timui incurri, sum tota in principe, tota

Principis, & fio lacerum de Cæsare regnum,

Quæ quondam regina fui.

Rector, & caput, Imperatorũ cognomina. Item, Imperator dictus est rector, & caput. Sidonius carm. 5.

Cum rector moderandus erat.

Ambros. e. 27. Rectorem Valentinianum puerum ab Anthone Comite Franco rectum. Zozim. lib. 4. Sidon. carm. 2.

Iustas quas quærat vires, orbique iacenti

Quo poscat dic orbe caput.

Item, ———*caput induperator.*

Libet

A Libet hîc ſubiicere capita legis, qua Veſpaſiano Imperium delatum eſt, cuius pars Romæ viſitur in Iohannis Lateran.æde,quæ ad legem Regiam facere videtur. FOEDVS cum quibus volet facere liceat, ita vt licuit D. Auguſto Iulio Cæſari Auguſto, Tiberióque Claudio Cæſari Auguſto Germanico. Vtique ei Senatum habere, relationem facere, remittere, Senatuſconſulta per relationem, diſceſſionemq́; facere liceat, vti licuit D. Aug. Tib.Iul.Cæſ.Aug.Tib.Claudio Cæſ.Aug.Germ. Vtique cum ex voluntate, auctoritatéve, iuſſu mandatúve eius, præſentéve eo Senatus habebitur, omnium rerum jus perinde habeatur, ſeruetur, ac ſi è lege Senatus edictus eſſet, haberetúrque. Vtique quos magiſtratum, poteſtatem, imperium,procurationémve cuius rei petentes Senatui populoq́; Romano commendauerit, quibúſve ſuffragationem ſuam dederit, promiſerit, eorum comitiis quibuſque extra ordinem ratio habeatur. Vtique ei fines pomœrij proferre, promouere, B cùm ex Repub.cenſebit eſſe,liceat, ita vti licuit Tib.Claud.Cæſ.Aug.Germanico. Vtique quæcunque ex vſu Reip.maieſtate diuinarum,humanarum,publicarum, priuatarumq́; rerum eſſe cenſebit, ei agere facere jus poteſtáſque ſit, vti D. Aug. Tiberioq́; Iul. Cæſ.Aug. Tiberioq́; Claud. Cæſ. Aug. Germanico fuit. Vti quibus legibus, plebeíve ſcitis ſcriptum fuit,ne D.Auguſtus, Tiberiúſve Iul. Cæſ. Aug. Tiberiusq́; Claud.Cæſ.Aug.Ger.tenerentur,iis legibus, plebeíque ſcitis Imp. Cæſar Veſpaſ.ſolutus ſit, quæque ex quaque lege,rogatione D.Aug.Tib.ve Iulium C.A.Tib. ve Claud.Cæſ.Aug.G.facere oportuit, ea omnia Imperatori Cæſari Veſpaſ. Aug. facere liceat. Vtique quæ ante hanc legem rogatam acta, geſta,decreta,imperata ab Imperatore Cæſare Veſpaſiano Auguſto, iuſſu, mandatuq́; eius à quocunque ſunt, ea perinde iuſta rataq́ue ſint, ac ſi populi, plebíſve iuſſu acta eſſent. Ita vulgo ſeruatum eſt, itaque mos à maioribus traditus, ait Plinius in Panegyrico,quodcun- C que Imperator munus iniungeret, æquo animo paratóque ſubeundi. Fortuna maior erat quàm vt rationem eorum quæ gererent hominibus redderent. Libanius in conſulatu Imper.Iuliani. ἐ γὰρ εἰ μείζων λογιστῶν ἐ τοῦ διδόναι λόγον ἀνθρώπων τισὶν ἡ τύχη, θεοὺς γέ σοι καθῆσθαι νομίζων δοκιμαστὰς, ἀξίως τῶν ἐκείνων ὀπθαλμῶν ἅπαντα ἐ πράττεις καὶ λέγεις: *Quanquam enim fortuna tua major eſt, quàm vt cuiquam hominum rationem reddas, Deos tamen ratus tibi aſſidere probatores & iudices,omnia ita facis & dicis,vt eorum oculis digna ſint.*

Legis, qua Imperiũ deferebatur capita.

Vt felicitatis eſt Imperatorem quantum velit poſſe, ſic magnitudinis velle quantum poſſit, ait Plin.Paneg.Roma conqueritur apud Claudianum ſe iugo ſeruitutis ab Imperatoribus premi:

Poteſtas Imperatorũ quomodo limitetur.

Armatis quondam populis, patrúmque vigebam
Conſilijs, domui terras, hominéſque reuinxi
D *Legibus, ad ſolem victrix vtrumque cucurri,*
Poſtquam iura ferox in ſe communia Cæſar
Tranſtulit, elapſi mores, deſuetáque priſcis
Artibus, in gremium pacis ſeruile receſſi.

Apud Euſebium lib.9.Hiſtor.eccleſ.

Præfectus prætorio ſcribit ad ἄρχοντας, λιπαρωτάτῃ, ἐ καθωσιωμένῃ σπουδῇ ἡ θειότης τῶν δεσποτῶν ἡμῶν θειοτάτων αὐτοκρατόρων, *ad magiſtratus, vehementi ac deuóto ſtudio diuinitas Dominorum noſtrorum Imperatorum.* Euagrius lib.3. τὸν θειότατον δεσπότην τῆς οἰκουμένης vocat, *diuiniſſimum dominum orbis.* Nicephorus Gregoras, ἅμα τῇ συζύγῳ δεσποίνῃ βασιλέως, *cum domina imperatoris vxore.* Apud Socratem lib. 2. Conſtantius Conſtantem vocat fratrem, τὴν E δεσπότην ἐ ἀδελφόν μου κώνσταντα. Idem lib.6.excuſat ſe quòd Imperatores non vocet θειοτάτους & δεσπότας. Sidonius carm.7.Imperatores legum auctores,& capita vocat.

Præfectus prætorio quibus titulis Imperatorem honoret.

Jura igitur rexit, namque hoc quoque par fuit, vt cùm
Aſſertor fieret legum, qui nunc erit auctor,
Ne dandus populis princeps, caput, induperator
Cæſar, & Auguſtus ſolum fera prælia noſſet.

CAPVT

A

CAPVT XXXIIII.

De Imperatorum Maiestate.

Maiestas propriè de Deo dicitur.

MAIESTAS, ait Festus, dicitur à magnitudine propriè de Deo, l.32. §.sacerdotio, D. de receptis arbitris. Tum verò de populo Romano. Ideo ascriptum in fœderibus, Maiestatem populi Romani comiter conseruent, ait Cic. pro Balbo. Ei voci nulla Græca respondet. Veteres tamen glossæ μεγαλειότητα vertunt, quæ vox *magnitudinem* significat, quæ minor est maiestate. Plinius Panegyrico. Locupletabant & fiscum, & ærarium non tam Voconiæ & Iuliæ leges, quàm maie- B
statis, singulare & vnum crimen eorum qui crimine vacant. Huius tu metum penitus sustulisti, contentus magnitudine, qua nulli magis caruerunt, quàm qui sibi maiestatem vindicabant. Cicero in Partitionib. Maiestas est magnitudo quædam populi Romani in eius potestate, ac jure retinendo. Pro Cornelio, Maiestatem in imperio esse, atque omni populi Romani dignitate, apud Quintilianum lib. 7. cap. 4. Cicero lib.2.de oratore, Si maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis, is eam minuit qui exercitum hostibus populi Romani tradidit. Polybius de legationib. cap. 28. ἀρχὴν, καὶ δυναστείαν δήμου τοῦ ῥωμαίων vocat. Maiestas igitur Corpori Reip.propter Imperium tribuitur, viris fortibus ob virtutis cuiusdam eximiæ opinionem, quomodo sumitur à Valerio Max.lib.2.cap. de maiestate.

Maiestas quid.

Vt sit, maiestas honor est eximius cum veneratione, qui ex admiratione virtutis, aut rerum gestarum defertur. Trebellius de Pisone, Senatusconsultum de Pisone factum, ad C
noscendam eius maiestatem libenter inserui. Plinius de Trajano, Vt nihil grauitati simplicitate, nihil maiestati humanitate detraheretur. Trebellius in Galieno, Constat de genere, non satis tamen de dignitate, vel vt cæperunt alij loqui, de maiestate. Sed de maiestate populi Rom. legendi, Cicero l. 2. de Inuentione. Cornificius ad Herennium lib. 2. Lentulus ep.15.lib.13.epist. ad familiar. Quintilianus lib.4.cap.4.lib.5.cap.10. Lex prima ad L. Iuliam maiestatis. Plinius lib. 9.maiestatem pueritiæ dixit Liuius lib.14.maiestatem matronarum, αἰδὼ, δόξαν, reuerentiam quæ certis personis lege naturæ præstatur.

Maiestas ad Imperatorē quomodo delata.

Cùm autem lege regia populi potestas ad Imperatorem transiit, & maiestas ad eundem delata est. Itaque lex Iulia maiestatis in eos qui contra imperatorem, vel Remp. aliquid moliti sunt, vigorem suum extendit, §. publica, institution. tit. de public.iudiciis. Tacitus lib. 1. Annal. Tiberius legem maiestatis reduxerat, cui nomen apud veteres idem. Sed D
alia in iudicium maiestatis veniebant, si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique malè gesta Rep.maiestatem populi Rom.minuisset. Facta arguebantur, dicta impunè erant.

Famosorum libellorū cognitio à quo primùm tractata.

Primus Augustus cognitionem de famosis libellis, specie legis eius tractauit, commotus Cassij Seueri libidine, qua viros fœminasq; illustres procacibus scriptis diffamauerat. Mox Tiberius consultante Pompeio Macro prætore an iudicia maiestatis redderentur, exercendas esse leges respondit, &c. Falanio obiiciebat accusator, quòd inter cultores Augusti qui per omnes domos in modum collegiorum habebantur, Cassium quendam mimum, corpore infamem adsciuisset, quódque venditis hortis statuam Augusti simul mancipasset. Rubrio crimini dabatur violatum periurio nomen Augusti, &c. Idem lib.5. Cæsar questus apud patres quod fraude vnius Senatoris Imperatoria Maiestas elusa publi- E
cè foret. Suetonius, Augusti domui maiestatem attribuit, lib.2. cap.25. Ambitiosius id existimans (appellare milites commilitones) quàm aut ratio militaris, aut sua, domúsque eius maiestas postularet. Idem in Claudio. Decretis sibi à Senatu ornamentis triumphalibus, leuiorem maiestati principali titulum arbitratus est. Maiestas imperatoria dicitur l. 1.de Thesauris, C.lib.10.& in proœmio institu. Maiestas regia, C.vt nemo priuatus.

Læsæ Maiestatis crimen quale.

Maiestas læsa, Senecæ controuers.2. priuatus potest accusari maiestatis læsæ, si quid fecit, quo populi Rom.maiestatem læderet. Dio scribit Tiberium neci dedisse eum, qui statuam eius vnà cum domo vendiderat, & eo nomine condemnatus erat, τὸν συμπωλήσαντα τῇ οἰκίᾳ τὸν ἀνδριάντα αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τούτῳ κριθέντα ἀπεκτίνει. Suetonius lib. 2. cap. 29. capitale erat circa Augusti simulacrum seruum cecidisse, veste mutasse.lib.3.c.58.lib.1.c.76. Spartianus in Caracalla, Damnati sunt qui vrinam eo loco fecissent, in quo statuæ aut imagines erant principis. Crimen Maiestatis dicebatur ἀσεβείας. Dio, Claudius τὸ ἔγκλημα τῆς ἀσεβείας,

A ἀσεβείας, οὐκ ἐν τοῖς γράμμασι μόνοις, ἀλλὰ & ἐν τῇ πράξει ἔπαυσε, *crimen Maiestatis, & in scriptis, & in factis sustulit.* Apud Spartianum Adrianus Maiestatis crimina non admisit. Xiphilin. in Tiberio, ἀσέβειαν γὰρ τὴν ὑβρίζειάς πως ὀνομάζον, & δίκας ἐπ' αὐτῷ πολλὰς ἐσήγον, *Impietatem vocabant, si quis in imperatorem iniurioſus fuiſſet, & iudicia ſuper ea re multa inducebant.* καὶ τῇ δ' ἀσεβείας δίκῃ, εἴ τις ἢ ὀλίγον εἰς τὸ αὔγουστον, ἀλλὰ & εἰς αὐτὸν ἐκεῖνον, τῶν τε λεγόντων τι, & εἰπὼν ἀνεπιτήδειον ἐπεκλήθη δεινῶς ἐπεξῄει. *Et in iudicijs maieſtatis, ſi quis non modò in Auguſtum, verùm & in ipſum Tiberium, aut Liuiam aliquid ſequius feciſſe, aut dixiſſe delatus eſſet, grauiter animaduertebat*, ait Dio. Serenianus pulſatæ maieſtatis imperij reus iure poſtulatus ex lege, cuius ignauia populatam in Phœnice Cœlen ante retulimus, vt Ammianus lib. 14. Philoſtratus lib. 1. de vita Apollonij, damnatus eſt capitis, qui ſeruum ſuum verberarat, cùm denarium Tiberij imagine ſignatum gereret. Auctor Paneg.

B Theodoſ.

Maieſtatem regiam minui putabant, niſi eos intra repoſitum Palatinæ ædis incluſos, tanquam aliquod Veſtale ſecretum, veneratio occulta coluiſſet. Si quando in lucem venirent lecticis, tenſisq; ſubuecti, & denſiſſima circum ſupráque cooperti virorum armorúmque teſtudine, ſenſim, atque ad numerum mouebant. Tum longè populus ſubmouebatur, nec otioſa viatoris manus plebem verbere ſubmouebat, vt ſecretum eſſet in publico. Tacitus lib. 4. Vt commentariorum principalium poteſtatem Senatui faceret, per quos cognoſceret, quem quiſque accuſandum popoſciſſet. Caligula τὰ δ' ἀσεβείας ἐγκλήματα ἐταναγαγὼν ἐς στήλην χαλκῆν ἐγγραφῆναι: *Maieſtatis crimina cùm reduxiſſet, in æream columnam incidi iuſſit*, ait Dio. Seneca lib. 3. de Beneficiis cap. 27. Quemdam, ait, accuſatum, quòd obſcœnis admouiſſet imaginem imperatoris. Macer interemtus quia ſalutauerat C Caium, non, imperatorem. Nec impunè ceſſit primipilario quòd Caligulam dixerat, vt Seneca in Sapient. *Veneratio Imperatorum.*

Omnis etiam conſultatio ſuper Cæſare vetabatur, Tacit. lib. 3. Lepida defertur, quæſitum per Chaldæos in domum Cæſaris, defendente ream Manio Lepido fratre. Tertullianus, cui opus perſcrutari ſuper Cæſaris ſalute, niſi à quo aliquid aduerſus illum cogitatur, vel optatur, aut poſt illam ſperatur, & ſuſtinetur. Non enim ea mente de caris conſulitur, qua de dominis. Ad maieſtatem Imper. pertinet, quod ij quibus vis aut iniuria inferebatur, appellato Cæſare ſecuri erant. Epictetus lib. 3. c. 2. αἴ τίς σε δαίρῃ κραυγάζῃ σὰς ἐν τῷ μέσῳ, ὦ καῖσαρ ἐν τῇ σῇ εἰρήνῃ οἷα πάσχομεν: *Si quis te ferit clama ſtans in corona, ô Cæſar, qualia patimur in tua pace.* Apuleius Mileſ. 3. qui Principem appellant, aut eius nomen citant, grauius accepti leuantur. Martialis lib. 8. ad maieſtatem ſacri nominis allegare, & accedere ad tem- D pla, ἀντ' ἀναθήματος τὴν προσφησιν πέμπειν: *Mittere appellationem pro donario.* Pindarus, ἀναθεῖναι, & ἱερὸν γράφειν. *dedicare donarium, & ſacrum ſcribere.* Maieſtas dicitur & αὐσιώσις. Conſtit. Apoſtolicar. lib. 5. εἰς αὐσιώσιν αὐτῶν τοῦτο, λέγοντες, ὅτι ἑαυτὸν λέγει βασιλέα εἶναι, & φόρους καῖσαρι διδόναι κωλύει. Maieſtatis accuſabant dicentes, iſte ſeipſum regem dicit, & tributa Cæſari dare prohibet. *Mulier occiſa eſt, quòd ante imaginem Domitiani ſe nudauerat*, ait Zonaras. γυνὴ ἐφονεύθη ὅτι ἀπεναντίον εἰκόνος αὐτοῦ ἀπεδύσατο.

Conſultatio ſuper Cæſare vetita.

Quarta data accuſatoribus ſecundùm neceſſitatem legis, vt Tacitus lib. 4. Inde quadruplatores. Quarta, inquam data ingenuis, octaua ſeruis qui dominos accuſarent. Ioſephus lib. 19. ῥᾴδιον γὰρ ψευσαμένοις τε κατὰ τῶν κρυείων πιστεῦσαι, & τὰ χρήματα ἐνδείξασιν αὐτῶν ἅμα ἐλευθερίας τε εἶναι, & πλούσιοις, μισθὸς τῶν κακηγοριῶν, ἀλλὰ τὰ ἄλλα αὐτοῖς φερούσας τὰς οὐσίας τῶν ἑαυτῶν: *Fides habetur iis qui falſis criminibus dominos facilè onerant, & indicantibus eorum pecunias* E *præmium accuſationis datur, vt ſint liberi & diuites, quia octaua bonorum merces eis propoſita eſt.* Tacit. 6. Ann. impietatis in principem defertur. Granium Marcellum Prætorem Bithyniæ Quæſtor ipſius Cæpio Criſpinus maieſtatis poſtulauit, ſubſcribente Romano Hiſpone. Tacit. Ann. lib. 1. Omnes in reos maieſtatis armari iura volunt, & in eos animaduertitur, qui pro eis intercedunt. l. 3. C. Theod. ad L. Cornel. de ſicariis, l. 5. §. denique ad L. Iuliam maieſt. Ennodius in legatum proditorem. Quale eſt hoſtibus enuntiaſſe interna patriæ, pro quibus ſegnius certaſſe ſacrilegium fuit? &c. Qui in tempora, & ſæculi mores inuehebatur, crimen maieſtatis incurrèbat, interp. Baſilic. l. 60. Quod l. vnica C. ſi quis imperatori maledixerit, fuit abrogatum. *Quarta accuſatoribus data.*

Leges maieſtatis Appuleia, Vicaria, Cornelia, Iulia, l. 1. l. 3. ad l. Iul. maieſt. Paul. 6. ſent. tit. 19. l. 1. & 9. C. Theodoſ. de re milit. Valer. Max. l. 8. c. 6. Cic. in Bruto & 2. Tuſcul. Sidon. l. 1. e. 7. Hanc epiſtolam læſæ maieſtatis crimine ardenter iuriſconſulti interpretabantur. Serò cognoſcens poſſe reum maieſtatis pronuntiari etiam eum qui non affectaſſet habitum pur- *Maieſtatis leges.*

puratorum. Conclamatur à iudicibus reum ſe læſæ maieſtatis confitentem teneri. lib. 16. Annal. Tacit. & lib. 3. hiſtor. Quinquageſies H S. Thraſea damnato, Regulo ſeptuageſies H S. & ſacerdotium damnato Craſſo. A

Prædones & latrones qui Imperatoribus inſidiabantur appellati.

Prædones, & latrones publici dicuntur, qui inſidias Imperatori fecerint, l. omnes C. de pœnis, l. qui opes C. Theodoſ. de bonis proſcrip. Hoſtes publici dicuntur, & eorum nomina de monumentis eraduntur. Sed in viam redeamus. Ammian. Marcel. l. 14. Pulſatæ maieſtatis imperij reus iure poſtulatus à lege. lib. 21. rei maieſtatis imminutæ, vel læſæ deferebantur. Apud Vulcatium Marcus ait de Caſſio, Non poſſumus reum facere quem nullus accuſat.

Accuſatores à ſæuis Principibus ſũmiſſi in eos quos tollere vellent.

Accuſatorem ſummittebant ſæui Principes cùm aliquem tollere vellent. Ammianus de Conſtantio, Nec vox accuſatoris vlla licèt ſubditi in his malorum quærebatur aceruis, vt ſaltem ſpecie tenus crimina præſcriptis legum committerentur, quod aliquoties fecerunt principes ſæui. Vulcatius, In cauſis maieſtatis hæc natura eſt, vt videantur vim pati etiam quibus probatur. Sueton. in Tiberio. Claudia nouo more iudicium maieſtatis apud populum mulier ſubiit, quod in conferta multitudine ægrè procedente carpento palam optauerit, vt frater ſuus Pulcer reuiuiſceret, atque iterum claſſem amitteret, quo minor turba Romæ foret. Xiphilin. in Tiberio ἐπωσιδή τε τ ἐρατηρωτων τις αἰτίαν ὡς ἢ ἀσεβές τι ἐς αὐτὸν εἰρηκὼς, ἢ ἢ πεποιηκὼς λαβὼν: *Poſtquam vnus è prætoribus arguebatur aliquid impiè dixiſſe, aut feciſſe aduerſus Tiberium.* ἀσέβειαν γὰρ ἤδη τὸ τοιοῦτον ὠνόμαζον, & δίκας ἐπ' αὐτῷ πολλὰς ἐσήγον: *Impietatem vocabant temerarium dictum in Imperatorem, & iudicia multa ob id introducebant.* Nicephorus Gregoras lib. 10. ἔγκλημα καθοσιώσεως, *maieſtatis crimen* vocat. καθοσιώσεως ἔγκλημα, εἴ τις τ ὑπηκόων ἀναιδῶς ἐπὶ τ ἑαυτ κεφαλῆς τὸ βασιλικὸν ἐπιθέναι τολμήσε στέφον: *Maieſtatis crimen eſt, ſi quis ſubditorum impudenter ſuo capiti regiam coronam imponere audeat.* Domitianus crimina maieſtatis in arena colligebat, ac ſe deſpici ac contemni, niſi etiam gladiatores eius veneraremur, ſibi malè dici in illis, ſuam diuinitatem, ſuum numen violari interpretabatur, ait Plin. in Panegyr. apud Suetonium in Domitiano c. 20. impiè loquutus eſt parmularius, exclamat Domitianus. *Aetherius & Addæus maieſtatis poſtulati ſunt, è quibus Aetherius confeſſus eſt veneno Imperatorem tollere voluiſſe.* Euagr. lib. 5. c. 3. αἰθέριον & ἀδδαῖον ἐς κεφάλαιον ἐπὶ καθοσιώσ ἐκδέδωκεν. ὧ ὁ μὲν αἰθέριος συγκατεψήφιστο φαρμάκω βεληθεὶς τ βασιλέα διαχρήσασθαι. Crimen maieſtatis fuit ſub Tiberio nummos imagine Tiberij ſignatos in foricas & culinam ferre. Manaſſes, B C

ἄνδρα & γὰρ ὑπατικῶν ἢ τ ἀγχιστέρων
τῷ κεφαλῷ ἀφείλετο, ἢ σωὸν αὐτῷ τ πλοῦτον,
τοῦτο ἢ μόνον ἐπαιτῶν, ὅτι τ νόμισμά μου
φέρων ἐπικοπρίδιον, ἢ ῥυπαρὰς εἰς χέρας,
ἢ σκυβαλώδεις παρῳδῶν βαρὺ γαστρὸς ἐκένωσε. D

Hominem conſularem nobilem capite mulctauit, & facultatibus, hoc modò cùm dixiſſet, numiſma meum in ſinu tulit, & in loca ſordida & fæculenta abiens vt ventrem exoneraret. Symmachus quia Panegyricum ſcripſit in Maximum adhuc viuum, maieſtatis delatus eſt. βασιλικὸν λόγον εἰς μάξιμον ἐπῳδοῦντα γεγραφὼς, & διεξιὼν περὶ τ καθοσιώσεως ἐγκλήματι ἔνοχος ὕστερον ἐγένετο, ait Socrates lib. 5. cap. 14. vbi lege ἐπὶ συμμάχῳ & ἀπὸ ὑπατῶν, non ἐπί. Cremutius Cordus apud Tacitum libr. 4. Annalium maieſtatis poſtulatus eſt quod Caſſium vltimum Roman. ſcripſerat.

Maieſtas Imperatorũ quomodo à Græcis appellata.

Imperatores maieſtatem ſuam vocant καθοσίωσιν, βασιλείαν, κράτος. Conſtantinus Porphyrogenn. in Chorographia, ἡ βασιλεία ἡμῶν τῶν δεσπότῃ: *Maieſtas noſtra hoc edicit.* Theodoret. lib. 4. hiſtor. c. 8. προσέταξε τὸ ἡμέτερον κράτος, aiunt Valentinianus & Valens, *Maieſtas noſtra hoc edixit.* Euagrius lib. 2. c. 4. σκοπὸς τῷ ἡμετέρῳ κράτει ἁπάντων τ ὑπηκόων φρονεῖν: *Mens hæc eſt noſtræ maieſtatis, vt ſubditis omnibus proſpiciamus.* ἀδιαλείπτως δυνάς ἀναπέμπομεν ὑπὲρ τ αἰωνίᾳ ὑμῶν κράτος, θεοφιλέστατοι βασιλεῖς: *Indeſinentes preces pro æterna veſtra maieſtate ad Deum mittemus, diuiniſſimi Imperatores.* Euſeb. lib. 10. ἐν ταύταις ἐπαρχίαις ἃς τῇ ἐμῇ καθοσιώσ ἀπλαγεῖσα ἡ θεία πρόνοια ἐνεχείρισε, *in his prouincijs quas meæ maieſtati Deus commiſit.* lib. 9. Hiſt. eccleſ. καθοσίωσιν pro deuotione ſubditorum ponit. ἐπιτρέπομεν τῇ ὑμετέρᾳ καθοσιώσ: *Permittimus veſtræ deuotioni.* Latini maieſtatem ſemper dicunt. Mamert. Genethl. Maximiani. Neque enim pars vlla terrarum maieſtatis veſtræ potentia caret, etiam cùm ipſi abeſſe videamini. Admonet me & temporis lociq; ratio, & maieſtatis tuæ reuerentia. Perſas, ipſumq; regem, accitis Saccis, & Ruffis, & Gellis, petit frater Ormies, nec reſpicit, vel pro maieſtate quaſi regem, vel pro pietate quaſi fratrem. Panegyr. Conſtantini. Ad primum E

igitur

A igitur aſpectum maieſtatis tuæ hoſtes territi, Conſtantine. Eumenius Panegyr. Conſtant. Inter omnes participes maieſtatis tuę hoc habes Conſtantine præcipuum. Quamuis etiam magna ſit, & admiranda felicitas quæ ſtipendiis in ordinem meritis, & militiæ gradibus emenſis, ad faſtigium iſtud maieſtatis aſcendit. Illa maieſtas quæ Iouis ſubiecta nutu, nec Iridi Deûm nunciæ, ſed prius commiſſa victoriæ tam facilè comitata eſt.

Maieſtas de Roma etiam dicta.

Maieſtas item de Roma dicitur. Mamertin. Genethliaco, Roma lumina ſenatus ſui miſit beatiſſimæ illi Mediolanenſium ciuitati, ſimilitudinem maieſtatis ſuæ libenter impertiens. Panegyr. Conſtantini, Maxentius vtebatur eius vrbis maieſtate quam ceperat, non intelligens maieſtatem illam vrbis ad tua auxilia tranſiiſſe. Sed diuina, mens, & ipſius vrbis diuina maieſtas.

Imperatores præſentes nõ niſi ſcripto adiri poterant.

Ad maieſtatem Imperatorum pertinuit, quòd etiam præſentes non niſi ſcripto adiren-
B tur. Tacitus lib. 4. Moris quippe tum erat, quanquam præſentem, ſcripto adire. Repertor eius Iul. Cæſar apud Plutarchum. Ferunt & Cæſarem *primum reperiſſe, vt ab amicis per literas adiretur*, τὸ διὰ γραμμάτων τοῖς φίλοις ὁμιλεῖν κρίναντα μηχανήσασθαι, cùm coram agendi de rebus iis quæ incidiſſent, nec multitudo occupationum, nec vrbis magnitudo ſemper ſpatium daret. Auguſtus ſermones cum ſingulis, atque etiam cum Liuia ſua grauiores non niſi in ſcriptis, & è libello habebat, ne plus, minúſve loqueretur. Sueton. c. 84. Seianus apud Tacitum ſcripto egit ad Tiberium de Liuia ducenda.

Deuotio de quib. dicta.

Quemadmodum maieſtas de Imperatoribus, ſic etiam Deuotio dicta de ſubditis. Conſtantinus Magnus epiſt. ad Albanium. Præf. Pr. in Actis concil. Arelat. primi, cum deuotionis tuæ ſcripta legiſſem. Symmachus l. 3. e. 82. Deuotione qua ſoleo. Euſeb. l. 9. Hiſt. eccleſ. καθοσίωσις ἡμετέρα. Hoc tibi præcepit Imperator, διὰ τ ἐμῆς καθοσιώσεως, per meam deuo-
C tionem. Ambroſ. ep. 27. Baulo imperatori deuotionem exhibuit. Dio in Auguſto, morem ſe deuouendi profectum oſtendit à S. Pacuuio, qui pleriſque dictus Apudius ὅδε περιοσήσας κ τὰς ὁδὰς καθιερόσαι σφᾶς τῷ αὐγούστῳ κατιὼν ἐκάλε, ἀφ' ἧς ἐς τοὺς παριόντας ἔτι καὶ νῦν τ κατοιῶτα λέγειν εἰώθαμεν, ὅτι σοι καθωσιώμεθα: S. Pacuuius *circumiens per vicos cogebat eos ſe deuouere Auguſto, vnde hodieq; obſecrantes imperatorem*, (fortè ἐντυγχάνοντες venerantes) *dicere ſolemus, quia tibi deuoti ſumus.* Sueton. Calig. c. 14. pernoctantibus cunctis circa palatium, non defuerunt qui capita ſua titulo propoſito vouerent. Symmachus lib. 6. e. 59. deuotionem magiſtratui debitam. lib. 10. e. 57. c. 36. clementiæ veſtræ ſemper dicatus comes Heſperius Vet. inſcript. Valenti Triumphatori ſemper Auguſto C. Seionius Rufus Voluſianus v. clar. ſerenitati eius dicatus. Ammian. l. 17. dicatum nobis futurum, & fidum. Notæ P. Diaconi, D. D. N. M. Q. E. Dicatus, deuotus, numini maieſtatiq́ue eius l. 6. de Aduoc.
D diuer. iud. C. l. 8. & 9. de domeſtic. C. Theodoſ. deuotiſſimos domeſticos. Arnob. lib. 6. ſi ſuberat numen in ſtatua nomini eius, maieſtatiq; ſacrato. Videtur ad deuotionem principibus debitam reſpexiſſe.

Ibericus mos de deuotione Imperatorũ.

Dio ab Iberico more id petitum ait, de quo Valer. Max. c. 6. l. 2. Celtiberi nefas eſſe ducebant prælio ſupereſſe, cùm is occidiſſet pro cuius ſalute ſpiritum deuouerant. Seruius ad l. 4. Georg. Hiſpani ſe regibus deuouent, & poſt eos vitam refutant. Sic in Gallia deuoti, quos Soldurios appellant, vt Cæſar l. 3. c. 5. Athenæus l. 6. σιλοδοώρς, quidam σολοδόρους legunt. Sed vt ad maieſtatis appellationem redeamus, maieſtas propriè diuina exaudienda eſt. Quare apud Sueton. cap. 22. inter flagitia Caligulæ ponitur, quòd maieſtatem diuinam aſſerere ſibi cepiſſet. Poſtea ad homines tranſlata eſt. Suetonius in Veſpaſiano c. 7. Auctoritas, & quaſi maieſtas quędam, vt ſcilicet inopinato, & adhuc nouo principi, adhuc deerat.
E Denique pro dignitate & grauitate vox accepta eſt. Ouidius,

Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur
Maieſtas, & amor.

CAPVT XXXIIII.

De Titulo Triumphatoris.

Victoris titulus Imperatoribus tributus.

VETERES inſcriptiones inter titulos Imperatorum aſcribunt Triumphatorem, Græci νικητὴν, victorẽ, τροπαιοῦχον. ita Iuſtinian. ſæpe in Cod. indigetatur. Imperatores enim, quòd eorum auſpiciis bellum gerebatur ideo triumphabant, ait Nazarius

in Panegyrico, non præsides ac legati, qui viciſſent. Auguſtus tamen ſuper triginta ducibus iuſtos triumphos, & aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decernenda curauit. Dio lib. 54. Auguſtum νικητήρια πέμψαι, miſiſſe triumphalia ornamenta ſcribit ad duces qui latrones comprehenderant. Idem lib. 51. communicauit triumphum cum Carinate. Tiberius ouans curru vrbem ingreſſus eſt. Primus, vt quidam putant, triumphalibus ornamentis honoratus, nouo, nec antea tributo genere honoris. Quid dicam Caligulam, Claudium, Domitianum triumphaſſe? Sueton. Caligula c. 47. Domitiano, c. 6. De Cattis, Datiſque poſt varia prœlia duplicem triumphum egit. Triumphantem Plautium ducem ſuum Claudius Auguſtus proſequitur, & Capitolium conſcendenti læuus incedit, ait Eutropius lib. 7. Ipſe etiam Claudius Britannia deuicta celebrem triumphum egit, vt Suet. in Claudio, c. 17. Veſpaſianus triumphi die fatigatus tarditate & tædio pompæ. De Triumpho Marci & Lucij Antoninorum legendus Capitolinus. De Triumpho Aureliani Vopiſcus. De Triumpho Conſtantij Ammianus Marcel. lib. 16.

Currus triũphantiũ Imperatorũ à quibus tractus.

Currus Alexandri Seueri triumphantis 4. elephantis tractus apud Capitolinum, Aureliani à ceruis, vt Vopiſcus Pacatus Panegyr. ad Theodoſ. Qualem te vrbi dies primus inuexerit, quis in curia fueris, quis in roſtris, vt pompam prætereuntium ferculorum curru, modo pedibus ſubſecutus, alterno clarus inceſſu, nunc de bellis, nunc de ſuperbia triumphans. Claudianus Panegyr. Honor. 6. Conſ.

Aſt ego frenabam geminos, quibus altior ires,
Electi candoris equos, & nominis arcum
Jam molita tui, per quem radiante decorus
Jngrederere toga, pugnæ monumenta dicabam,
Defenſam titulo Libyam teſtata perenni,
Jámque parabantur pompæ ſimulacra futuræ
Tarpeio ſpectanda Ioui. &c.

Item,

Hic eſt ille puer qui nunc ad roſtra quirites
Euocat, & ſolio fultus genitoris eburno
Geſtarum patribus cauſas ex ordine rerum,
Euentúſque refert, veterúmque exempla ſequutus,
Digerit imperij ſub iudice facta Senatu.

Fallitur Claudianus. neque enim veteri more pro roſtris, ſed in æde Bellonæ extra vrbem res geſtas exponebant ij qui triumphum peterent. Subdit deinde,

Nil cumulat, verbiſque nihil fiducia celat,
Fucati ſermonis opem mens conſcia laudis
Abnuit, agnoſcunt proceres, habitúque Gabino
Principis, & ducibus circumſtipata togatis
Jure paludatæ iam curia militat aulæ.

Paneg. Honor. 3. Conſ. Honorius puer eodem curru cum patre vectus.

——cum tu genitoris amico
Exceptus gremio mediam veherere per vrbem,
Velarétque pios communis laurea currus.

Apud Euagrium lib. 1. Neſtorius Theodoſium iuniorem & Valentinianum καλλινίκους vocat βασιλεῖς. Euagr. lib. 2. νικητῆ, τροπαιόχῳ & ἀυγουςείῳ λέοντι. Paulus Diaconus lib. 23. Stauracius Victor de Sclauis triumpho manifeſtauit trophæa in Hippodromo ſub Irene. Socrates lib. 2. Conſtantium νικητὴν, & θειαμβευτὴν αὔγουςον vocat.

Arcus triũphales Imperatoribus exſtructi.

Exſtruebantur arcus triumphales, de quibus egimus lib. de triumpho. Plin. Paneg. De ampliando munere gladiatorum, aut de inſtituendo collegio fabrorum conſulebamur, & quaſi prolatis imperij finibus nunc ingentes arcus, exceſſuroſq; templorum faſtigium titulos, nunc menſes etiam, nec hos etiam ſingulos nomini dicabamus, Septembrem Germanicum, Octobrem Domitianum. Victor exercitus è longinquis prouinciis arma hoſtib. erepta, vexilla, baltheos, & alia id genus ad principẽ mittebat. P. Diaconus lib. 17. Romani tranſmittunt è Perſide ad Imperatorẽ ex Perſicis exuuiis multa, & captos vniuerſos vnà cũ bandis. Iuſtinian. triumphator vocatur Nouel. 17. In nomine Domini I. Chriſti Dei noſtri,

Impe

A Imperator Cæſar,Flauius, Iuſtinianus, Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius felix glorioſus, Victor triumphator omni tempore adorabilis Auguſtus Ioannes Comnenus apud Choniatem lib. 1. non exigua Perſarum multitudine abducta Byzantium reuerſus triumphum indicit, & currum argento interpunctum compingi iubet,opus admirabile,& gemmis alicubi non pretioſiſſimis ornatum.

Cùm dies Supplicationis adeſſet, omnis generis tapetes auro & purpura intertexti vicos exornabant,nec deerant Chriſti,& ſanctorum effigies,in illis ad viuum expreſſæ, ἅπας πέπλος τὰς ἀγυιὰς κατηλλαΐζε χρυσοϋφής τε, καὶ ποικιλόφυρος, ἐν δὲ καὶ ἐν χρυσῷ, καὶ τὰ ἁγίων ἀπλῶς ἐκεῖθεν εἰκάσματα, ὁπόσα ἰσεργὴς χεὶρ διπλόοις ἐνετυπώσατο: Ex Choniate: *Omnis peplus vicos illustrabat, auro textus & purpura prætextus,neque aberant inde Christi & Sanctorum imagines, quas manus textorum in ſupellectile acu pinxerat.* Erant & tabulata vtrinque propter ſpectato- *Pompa & triumphus Imperatorũ in Supplicationis die.*

B res ſtructa, digna admiratione. Fuit autem is locus vrbis ſic inſtructus, qui ab orientali porta vſque ad magnum palatium pertinet. Quadrigæ à quatuor equis niue candidioribus trahebantur. Imperator non conſedit, ſed Dei genitricis imaginem in eo collocauit. Habenas viris potentiſſimis regendas, & cognatis ſuis currum curandum dedit, ipſe crucem manu geſtans pedes anteceſſit,& Dei ſapientiæ templum ingreſſus, gratiis Deo actis in palatium abiit.

Idem libr. 1. Manuel. Manuel Hungaris victis in vrbem imperatricem regreditur, ac triumpho quammaxime extento ſplendidiſſimam pompam per vrbis circuitus duxit, cu- *Manuelis triumphus poſt victoriã in Hũgaros obtentam.*

ius elegantiam Hungarorum & Seruiorum captiui illuſtrarunt, veſtibus ſplendidioribus quàm pro ſua conditione ab ipſo exornati. ἐς δ' ὅσον πλεῖστον ἐπομπικώτατα τὸ θέαμδον, λαμπρότατα ὡς ἐνῆν διὰ τῶν τῆ πόλεως ἀμφόδων ἐπόμπευσεν: *Quàm diutiſſime protendens ac in lon-*

C *gum proferens triumphum, luculenter ac ſplendidè per vrbis angiportus & vias pompam duxit.* Alium eiuſdem triumphum leges lib 5.quo Manuel ingreſſus orientali porta, quæ ad arcem patet, in quo expanſæ ſunt omnes purpureæ & auratæ veſtes, & captiui in triumpho ducti, προηγεῖτο μὲν ἁρμάτιον ἀπίχρυσον τέτρωρον ἵπποις λευκοῖς, ἵδρυτο δ' ἐπ' αὐτῷ ἡ εἰκὼν θεομήτορος. *Præibant quadrigæ argenteæ inauratæ albis equis trahentibus, & in illis ſedebat imago Dei matris.* lib. 2. Perſ. Victis Perſis Iuſtinianum βασιλέα καλλίνικον οἵ τε νενικηκότες ἀνεκραγον: *Regem Callinicum & qui vicerant acclamabant.* P. Diaconus l. 17. Iuſtinianus Victor mittit ad Tiberium Imp.tabernaculum regis Perſarum,elephantes,& regias exuuias.

Procopius de triumpho Beliſarij lib. 1. Vandal. Beliſarius cùm Victor ex Africa cum Gilimere rediiſſet Byzantium, honore triumphi honeſtatus eſt. χρόνῳ δ' ἀμφὶ ἐνιαυτὸς ἑξακοσίοις παρώχηκεν ἤδη, ἐξ ὅτε ἐς ταῦτα τὰ γέρα οὐδεὶς ἐληλύθει, ὅτι μὴ τίτος τε, καὶ τραϊανός, *Beliſarij triumphus.*

D καὶ ὅσοι ἄλλοι αὐτοκράτορες στρατηγήσαντες ὑπό τι βαρβαρικὸν ἐθνος ἐνίκησαν. τά τε γὰ λάφυρα ἐπιδεικνύμενον, καὶ τὰ δ' πολέμια ἀνδράποδα ἐν μέσῃ πόλει ἐπόμπευσεν, ὃν δὴ θρίαμδον καλοῦσι ῥωμαῖοι, οὐ τῷ πομπείῳ καλουμένῳ τρόπῳ, ἀλλὰ πέζῃ βαδίζων ἐκ τῶν οἰκίας τῶν αὐτοῦ ἄχρι ἐς τὸν ἱπποδρομον. (καυλοῦσθαι ἐκ βανδίλων αὖθις delco quatuor illa verba) ἕως ἐς τὸ χῶρον ἀφίκετο, ἔνθα δὴ ὁ θεῖος βασιλεὺς ἵδρυτο. Ολίγῳ ὕστερον βιζαρίῳ καὶ ὁ θρίαμδος καὶ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον ξυνετελέσθη. ἐς ἑκατὸν γὰρ μεθυδόντι οἱ ξυνέπεσε φέρεσθαί τε πρὸς τὸν ἀγχιμαλώτων, καὶ ἐν τῷ δίφρῳ ὀχεμένῳ τῷ δήμῳ ῥίπτειν αὐτὰ δὴ ἐκεῖνα δ' βανδίλων πολέμια τὰ λάφυρα. &c. Simocata lib.3.cap.4. Victo Perſa milites γαζάρκαι λαφύροις πολλοῖς τὸν αὐτοκράτορα πέμψαντες ὡς ἑαυτὸν καὶ τὰ σημεῖα δ' ἀφικνεῖσθαι, ἀ τῇ πατρίῳ φωνῇ βανδα ῥωμαῖοι καλοῦσιν. cap. 6. τῇ δ' ὑστεραίᾳ καὶ δ' ἀφικνεῖσθαι χάραξι ὑπεδαίνοντες ῥωμαῖοι, καὶ τότε κρατήσαντες τὸ προπαίων τὸ ἔλεγχον ἐς βασιλέα παρέπεμπον, ξίφη χρύσεα, πάρας τε ἀφικνεῖσθαι, τὰς λιθοκολλήτους ζώνας, ἃς οἱ μάγαρι)

E τῆς βαρβαροῖς λαμπρύνεσι, τὰ σημεῖα τὸ ἐδαφίζεως, βανδα. &c. cap. vltim. καὶ τὸ ἀφικνεῖσθαι λιθοκόλλητον χάραξι, ἅτε σκιλωσπήγια τῷ βασιλέως προσενομίσαντο, &c. τὸ δ' ἐλεφαντων κρατήσαντες ἅμα τῆς σκύλοις τῆς ἀφικνεῖσθαι ἐδαφίσασι πρὸς τὸ κάστρα. Apud Procopium 1. Gotth. Roma capta Beliſarius claues Romæ mittit ad Imperatorem. Verba Græca quæ ſupra poſuimus interpretari libet. *Abierant propè ſexcenti anni, ex quo nullus triumphi honore ornatus erat, excepto Tito & Trajano, & alijs imperatoribus qui eum aduerſus barbaros mouiſſent, viciſſent. Spolia enim oſtentans, & mancipia in media vrbe traducebat per pompam, quem triumphum Romani vocant, non veteri more, ſed pedes Beliſarius ex ſuis ædibus vſque ad circum progreſſus, donec venit ad eum locum vbi erat ſolium Imperatoris. Paulo poſt Beliſarius veteri more triumphum egit: cùm enim Conſul renuntiatus eſſet, ac à mancipijs geſtaretur, ei contigit vt ſella geſtatoria vectus ſpargeret populo Vandalici belli ſpolia.* Milites *honorant Imperatorem multis ſpolijs, mittuntq; ad eum ſigna Perſica, quæ Romani banda vocant. Die ſequenti ingreſſi in Perſicum vallum, eoq; potiti Romani, tropæorum argumento ad Imperatorem miſerunt aureos enſes, tiaras Perſicas & baltheos gemmis inſi-*

gnes, quos margaritarum artifices barbaris ornant, vexilla, quæ banda, Persicum vallum diripiunt, & tabernacula regis, cumq; potiti essent elephantis, mittunt eos ad Cæsarem cum spolijs Persicis. A
Constantinopoli per portam auream triumphantes ingrediebantur, ait Cedrinus. Triumphans στεφάνῳ χρυσῷ λόφον ἐφύπερθεν ἔχοντι, aurea corona conum in vertice habente ornatus est. Imperatores interdum eorum quos vicerant colla calcarunt. Diaconus lib. 20. Iulianus in solio residens colla Leontij, & Absimari vsque ad solutionem primi brauij calcauit. Hos destinatos in viuario animantium capite mulctauit. Glycas p.4. Sultanus Diogenis imperatoris captiui in solio sedens calcata ceruice pro more, mox eum à terra erexit. Zonaras tom. 3. p. 22. καὶ τεθέντα κατὰ γῆς πατήσας, ὡς ἔθος, ἀνέστησε, Imperatorem humi positum cum calcasset, erexit. Manasses Comnenum βασιλέα vocat ἀυσονάνακτα, καὶ μυρίων νικηφόρον, regem Ausonum, qui vicit innumeros. Trajano permissum de quotcunque libet gentibus triumphare, ait Dio, καὶ ἐπινίκια ὅσων ἂν ἐθελήσῃ, πέμψαι. B

CAPVT XXXV.

De Votis.

Mos antiquus quo amici bene inter se precabantur.

IAM olim moris fuit, vt amici bene inter se precarentur. Plaut. in Aulular. Bono animo es, & benedic. Nunc quæ res tibi, & gnatæ tuæ bene, felicitérque vortat. Ita Dij faxint, inquito. in Casina benedice. Diis sum fretus. Deos sperauimus. In rudente, bene equidem tibi dico, qui vt te digna eueniant, precor. Eas preces Græci εὐχὰς Latini vota vocant. Tacit. vbi inter sacra & vota, quo tempore prophanis etiam abstinere verbis mos est. C

Vota pro Imperatoribus facta.

Vota pro Pompeio, pro Augusto facta esse Dio indicat lib. 41. & Iuuenalis Sat. 10. Ante eos pro Liuio Druso, cùm repente in publico Tribunus plebis semianimis concidisset, vota per Italiam publicè suscepta sunt, vt Aurelius Victor lib. vir. illust. c. 66.

Natalia Imperatorũ ab Equitibus Romanis celebrata.

Equites Romani natalem Augusti sponte atque consensu biduo semper celebrarunt, omnes ordines in lacum Curtij quotannis ex voto pro salute eius stipem iecerunt, ait Sueton. In tabulis ea vota scribebantur. Augustus vota quæ in proximum lustrum suscipi mos est, collegam suum Tiberium cùm lustrum in campo Martio magna frequentia conderet, nuncupare iussit. Nam se quanquam conscriptis, paratísque iam tabulis negauit suscepturum, quæ non esset soluturus, narrante Suetonio cap. 97. Martialis, D

Quantus iò Latias mundi conuentus ad aras
Suscipit, & soluit pro duce vota suo.

Libanius Panegyrico Iuliani, ὑμεῖς ὅτι μὲν χαίρετε τοῖς ὁρωμένοις, καὶ τοῦ εὐχαῖς, δι' ὧν αἰτεῖτε ταῦτα πολλάκις ὀφθῆναι: *Vos delectari ijs, quæ videtis, non dubium est, & votis ipsis per quæ optatis ea sæpe videre,* καὶ τοῖς προσώποις γέμουσιν εὐθυμίας δηλοῦτε, *& vultu lætitiam testate.* Tiberius nepotes suos patribus commendauit. Sed vt comperit ineunte anno pro eorum quoque salute publicè vota suscepta, egit cum Senatu, non debere talia præmia tribui, nisi expertis, & ætate prouectis. Idem cap. 54. in Tiberio. Cùm iam excessisset Claudius, mors eius celata est, donec circa successorem omnia ordinarentur. Itaque & quasi pro ægro adhuc vota suscepta sunt, eodem auctore cap. 45. Caligula cùm in proximas Campaniæ insulas traiecisset, vota pro reditu suscepta sunt: ingressóque vrbem jus, arbitriúmque omnium rerum illi permissum est, tanta publica lætitia, vt tribus proximis mensibus, ac ne totis quidem, supra centum sexaginta millia victimarum cæsa tradantur. vt verò in aduersam valetudinem incidit, pernoctantibus cunctis circa palatium, non defuerunt qui depugnaturos se armis pro salute ægri, quique capita sua titulo proposito vouerent. Votum exegit ab eo qui pro salute sua gladiatoriam operam promiserat. Alterum qui se periturum ea de caussa vouerat, cunctantem pueris tradidit verbenatum infulatúmque, qui votum reposcentes per vicos agerent, quoad præcipitaretur ex aggere, eodem teste. Votorum nuncupatione magna iam ordinum frequentia, vix repertæ claues Capitolij paulo ante Neronis excessum, vt idem prodit, cap. 46. Qui sequius de salute E

Principis

A Principis cogitabant, nuncupationibus votorum non aderant, auctore Tacito l. 16. Annal. Si bene Rempublicam, & ex vtilitate communi rexerit, digna vota quæ ſemper ſuſcipiantur, ſempérque ſoluantur, ait Plin. in Panegyr. Ouid. l. 2. Triſt. e. 1.

Et pia tura dedi pro te, cúmque omnibus vnus
Ipſe quoque adiuui publica vota meis.

Apud Spartianum Seionius Commodus votorum cauſa lugeri eſt vetitus, ne ſcilicet auſpicatiſſimæ diei religio violaretur. Ita & Marcus quia ludi Iouis O. M. erant, interpellari eos publico luctu noluit cùm ei filius mortuus eſſet. οὐδεὶς γὰρ ὀδύρεται μυέμβῳ. Ipſi Chriſtiani principes retinuere votorum morem & appellationem. C. de oblat. vet. & can. 62. Syn. Trull.

B Ariſtid. in Rom. (τῶν ἀρχόντων) οὐδεὶς ἐφ' ἑαυτῷ τηλικοῦτον φρονεῖ, ὅσις τἄνομα (τοῦ αὐτοκράτορος) ἀκούσας μόνον, οἷός τ' ὢν ἀτρεμεῖν, ἀλλ' αὐασὰς ὑμνεῖ, καὶ σείεται, καὶ σωμύχῃ) διπλοῦν δύχλον. *Nullus magiſtratus tantæ auctoritatis eſt, tantos ſpiritus tollit, qui audito tantùm nomine Imperatoris quieſcere auſit, ſed vbi aſſurrexit, prædicat, veneratur, & duplici voto ſe obſtringit.* οἱ ῥωδίων ἄρχοντες ὀλιγωρήσαντές τι αὐτῶν, οὐκ ἐπέγραψαν τῇ ὑπατικῇ τὸν δὴ τὸ νομιζόμενον, δύχας αὐτῷ ποιούμενοι. *Cùm Rhodiorum magiſtratus ad Tiberium ſcripſiſſent, nec litteris ſolemne illud ſubiecciſſent, Vota pro te facimus*, diligenter eos euocauit, & ſubſcribere iuſſit. Dio, Sueton. Tiber. c. 32. Cùm Rhodiorum magiſtratus quod litteras publicas ſine ſubſcriptione ad ſe dederant, euocaſſet, iuſſos ſubſcribere remiſit. *Magiſtratus quantos honores Imperatoribus Romanis tribuerent.*

Triumphanti imperatori accinebat populus, De noſtris annis tibi Iuppiter augeat annos, ait Tertul. Apologet. c. 35. Quod idem oſtendit Gregor. Nazianz. oration. εἰς βασιλ. C καὶ ἐκείνῳ ἂν δοῖ τε ἰὼν προσθεῖναί τι τῶν αὐτῶν ζωῆς ἔτεσιν πρόθυμον ἰών: *Et illi addere ſi fieri poſſet aliquid vitæ ſuæ quiſque cuperet.* Velleius Paterculus Italiam vota pro ſalute Pompeij primi omnium ſuſcepiſſe ſcribit. à quo diſcedit Victor, qui ante Pompeium vota pro Liuio Druſo ſuſcepta docet. Libanius in legatione, τῶν μὲν ἔργων σοι χωρησάντων καὶ νοῦν, ἃ δὴ τῶν ἔργων ἔπω φαινομένων λόγῳ, πάντα ἀφέντες ἐν ἱκετείαις ἦμεν, γέροντες, γυναῖκες, δίδυς μὲν καθ' ἑκάστην ἀγελόμενοι φυλήν, ἔπειτα εἰς ὅμιλον Athenis τὰ μέρη χινόμενοι, πορευόμενοι μὲν δι' ἀγορᾶς μὴ λαμπρῶν τῶν δύχων, ὑπερβαίνοντες δὲ τὰς πύλας μὴ μειζόνων, κυλινδόμενοι μὲν ἐν τῷ πεδίῳ τῷ τὰς δὲ πολέμου μελέτας. ὅσοι δὲ ἦμεν ἐν ὑπερτίμῃ τῆς θεᾶς, καὶ τέκνων κοινωνοῦσι, καὶ πρὸς βωμὸς ἦσαν: *Cùm res ex ſententia tibi procederent, nec dum ſermo vulgatus eſſet de exitu rerum, omnibus omiſſis ſupplicabamus omnes ſenes & mulieres, ſtatim per tribus ſingulas aggregati, deinde vnus omnes cœtus facti* Athenis, *qui prius per partes diuiſi eramus, euntes per forum cum votis ſplendidis, &* D *cum ſplendidioribus egreſſi portas, volutabundi in campo vbi bellicæ exercitationes habentur. Quotquot autem ex nobis Deorum cultum noueramus, precibus incumbebamus, & ad aras ibamus.* Vota pro Seiano & pro Plautiano præfectis prætorio ſuſcepta eſſe indicat Dio lib. 57. καὶ δύχον ὑπὲρ ἀμφοῖν ὁμοίως, καὶ ἔθυον, καὶ τῷ τύχῃ αὐτῶν ὤμνυσαν, *vota nuncupabant omnes pro Tiberio & Seiano coniunctim, & ſacrificabant, & fortunam eorum iurabant.* Idem in Seuero, τῷ τε τύχῃ αὐτοῦ πάντες οἱ στρατῶται, καὶ οἱ βουλευταὶ ὤμνυσαν, καὶ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ δημοσίᾳ ἅπαντες ηὔχοντο: *Et per fortunam ipſius* Plautiani *omnes milites & ſenatores iurabant, & pro ſalute eius publicè omnes vota nuncupabant.* Quod poſtea vetitum Senatuſconſulto, vt ſolis Imperatoribus hic honos haberetur. Plutarchus in Galba, καί ποτε θέας ὄσης, καὶ τῶν χιλιάρχων καὶ λοχαγῶν τὸ ῥωμαίοις συνήθες δύτυχαν ἐπευχομένων τῇ αὐτοκράτορι γάλβᾳ; *Cùm ſpectaculum ederetur, & ex more centuriones & Tribuni Galbæ Imperatori felicitatem precarentur.*

E Conſtantinopoli moris fuit vt nomina Imperatorum, & ſi quis alius optimè ſupra cæteros de Repub. meritus eſſet, inter hymnos & preces commemorarentur. Nicephorus Gregoras lib. 4. προστιθεῖσι δὲ τούτοις ὁ βασιλεὺς μνήμης καὶ τοῦ καίσαρος ὄνομα ἀγαθὸν ὅμοῦ τοῖς τῶν βασιλέων ἐν τοῖς ὑμνητικοῖς καὶ δύφημοις ἅπασι πανταχῆ τῆς τῶν ῥωμαίων ὑπηκοΐας ἄχρις ἐνιαυτοῦ: *Imperator mandauit vt Cæſaris, qui Conſtantinopolin Latinis eripuerat, nomen commemoraretur cum regibus in hymnis, & acclamationibus omnibus vbique in ditione imperij Romani per annum.* Phranzes lib. 1. c. 5. *In diuinis ac ſacris Liturgijs in omnibus ritibus, & officio ſanctarum eccleſiarum clara voce eius mentio fiebat*, qui cæperat Conſtantinopolim. Nicephorus Gregor. lib. 11. ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀμνῳδίαις καὶ τοῖς πομπικοῖς θεάτροις τῶν φανηγυρικῶν βασιλέως καὶ εἰρήνης ἡ μνήμη τῷ δύφημίαν δύκρότει, regis & reginæ Trapezontis Baſilij & Irenes acclamationem in ſacris hymnis decantandis, & in pompa theatrorum per publicas feſtiuitates memoria perſonabat, Eumenius Paneg. Conſtant. Quod enim ad propagandos aliorum principum ſolemni verbo more iuratur, tibi Conſtantine ſoli, vltra omnium noſtrorum fata victuro *Populus Romanus triumphanti Imperatori accinere ſolitus.* *Nomina Imperatorũ inter hymnos & preces commemorata.*

ſecurè vouemus, cui tam longa ætas propria debeatur. Plinius Panegyr. Quo maiore fiducia iiſdem illis votis quæ ipſe pro ſe nuncupari iubet, oro & obteſtor, ſi bene Remp. ſi ex vtilitate omnium regit, primùm vt illum nepotibus noſtris ac pronepotibus ſerues, deinde vt quandocunque ſucceſſorem ei tribuas quem genuerit, quem formauerit, ſimilémque fecerit adoptato, aut ſi hoc fato negatur, in conſilio ſis eligenti, monſtréſque aliquem quem adoptari in Capitolio deceat. Iulianus orat. 2. πάντα ὑπομιμνήσειν ἂν δεῖν πρεῖν ἰδεῖν ῥωμαίων βάρβαρον βασιλεύοντα, καὶ νόμων κύριον, καὶ πολιτείων καθιστῶντα, καὶ τὰς ὑπὲρ τῶν κοινῶν εὐχὰς ποιεῖσθαι τοσούτοις ἀσεβήμασιν ἔνοχον: *Putaſti omnia tibi ſubeunda priùs quàm patereris Barbarum Romanis imperantem, & legum eſſe dominum, ac Reipublicæ conſtitutorem, & eum qui tot flagitijs ac impietatibus obſtrictus eſſet, vota pro Repub. facere.* Auſon. Gratiarum act. Non forum & baſilica, olim negotiis plena, nunc votis, votis pro tua ſalute ſuſceptis. Plinius Panegyr. Enimuero quàm commune, quàm ex æquo, quod felices nos felicem illum prædicamus, alterníſque votis hæc faciat, hæc audiat, quaſi non dicturi niſi fecerit comprecamur. Euſebius lib. de vita Conſtantini p. 150. καὶ τὴν εὐχὴν ἣν τοῖς στρατιωτικοῖς ἅπασι διδάσκαλον ἑαυτὸν ἐποιήσατο, ῥωμαΐδα γλῶτταν τὸν πάντας ὧδε λέγειν ἐκκελεύσασθαι. σὲ μόνον οἴδαμεν θεὸν, σὲ βασιλέα γνωρίζομεν, σὲ βοηθὸν ἀνακαλούμεθα, σοῦ σὲ τὰς νίκας ἠράμεθα, σοὶ σὲ κρείττους τῶν ἐχθρῶν κατέστημεν, σοὶ τὰ ὑπαρξάντων ἀγαθῶν χάριν γνωρίζομεν, σὲ καὶ τῶν μελλόντων ἐλπίζομεν, σοῦ πάντες ἱκέται γινόμεθα, τὸν ἡμέτερον βασιλέα κωνσταντῖνον, παῖδάς τε αὐτοῦ θεοφιλεῖς ὑπὲρ μακρὸν ἡμῖν βίον σῶον καὶ νικητὴν φυλάττεσθαι ποτνιώμεθα: *Ipſe erat doctor precationis omnibus militibus, Romana lingua omnes ita dicere iubens. Te ſolum Deum nouimus, te regem cognoſcimus, te auxiliatorem inuocamus, per te vicimus, per te hoſtibus ſuperiores fuimus, tibi accepta referimus bona quibus fruimur, à te bona ventura exſpectamus, omnes tui ſupplices ſumus, noſtrum Imper. Conſtantinum, & filios eius Deum amantes, in multos annos, vt ſaluos & victores cuſtodias te oramus.* Tacitus lib. 4. Annalium, Pontifices, eorúmque exemplo ceteri ſacerdotes, cum pro incolumitate principis vota ſuſciperent (anno vrbis 777.) Neronem quoque, & Druſum iiſdem Diis commendauere. Dio lib. 58. τὰς εὐχὰς τὰς κατ' ἔτος ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, καὶ ὑπὸ τῶν ἱερέων ὑπὲρ τ' ἑαυτοῦ, καὶ ὑπὲρ τοῦ δημοσίου ποιεμένας, καὶ τοὺς ὅρκους τοὺς εἰς τὸν ἀρχὸν αὖτις φερομένους: *Vota quæ à magiſtratibus quotannis & ſacerdotibus pro ſalute principis ac populi nuncupabantur, & iuramenta de imperio eius fieri ſolita.* Plinius ad Traianum, Solemnia vota pro incolumitate tua, qua ſalus publica continetur, & ſuſcepimus, & ſoluimus, precati Deos, vt velint ea ſemper ſolui, ſempérque ſignari. Idem lib. 10. vota ſoluunt milites & prouinciales pro incolumitate principis, & in futurum nuncupant.

Vota tertio Nonas pro Imperatoribus ſuſcepta.

Ea vota ſuſcepta 3. Nonas, Plutarcho narrante in Cicerone, quem natum eſſe aiunt *tertio Nonas*, ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων καλανδῶν, ἐν ᾗ νῦν οἱ ἄρχοντες εὔχονται, καὶ θύουσι ὑπὲρ τοῦ ἡγεμόνος, *quo die nunc magiſtratus vota ſuſcipiunt & ſacrificant pro incolumitate principis.* Capitolinus in Pertinace. Tertio Nonarum die votis ipſis. Nonas accipe Ianuarias ex Eunapio in Maximo, ἡ τρίτη τῆ ἡμέρᾳ τῶν καλανδῶν, ἃς αὐτὰς ἰανουαρίας ἡμέρας ῥωμαῖοι πανδημεὶ ἑορτάζουσι, καὶ προσκυνήσαντες πάντες αὐτῶν ὑπέρχοντο τὴν εὐωχίαν: Tertia die Kal. Ianuar. cùm adorauerint omnes, ac vota ſuſceperint, epulantur. Caius Iuriſconſ. de verbor. ſignificat. l. ſi caluitur. Poſt Kal. Ianuarias die tertio pro ſalute principis vota ſuſcipiuntur. Dio lib. 59. καὶ τρίτῃ τῆ ἡμέρᾳ τῆ τὰς εὐχὰς ἐχούσῃ συνῆλθον: *Tertia die qua vota nuncupantur, conuenerunt.* Tertia igitur die pro incolumitate principis, veteri more Kalendis ipſis pro Repub. vota fiunt, imò ſibi ſuíſque vulgo bene precantur, teſte Ouidio lib. 1. Faſtor.

Et damus alternas, accipimúſque preces.

Tibullus ad Meſſalam,

——Tyrio ſubtemine veſtem
Indutas oriente die duce fertilis anni,
Cùm fera diſcordes tenuerunt flamina venti,
Et largita tuis ſunt multa ſilentia votis.

Pro Liuia vota ſuſcepta indicat Tacit. lib. 3. Annal. Inceſſit deinde religio quonam in templo locandum eſſet votum, quod pro valetudine Auguſtæ equites Rom. vouerant equeſtri Fortunæ. Pro Vero ad Parthicum bellum Senatus voluntate miſſo, cùm eum Canuſij ægrotare rumor eſſet, vota ſuſcepta Capitolinus in M. Antonino prodit.

Vota pro amicis ægrotis à Romanis ſuſcepta.

Vulgo pro amicis ægrotis Romæ vota ſuſcepta. Propert. lib. 2. e. 7.

Hæc mihi vota tuam propter ſuſcepta ſalutem.

Natali

A Natali ſuo amici vota inuicem faciebant. Apud Spartianum Adrianus natali ſuo vltimo cùm Antoninum commendaret, id eſt vota pro eo faceret. Idem in Geta, Seuerus cum infantis Getæ natalem commendare vellet. Lamprid. in Alexan. Cum eius natalem diem aruſpices commendarent, hoſtia effugit. Adrianus epiſt. ad matrem, χαῖρε, μῆτερ καλλίστη, καὶ τιμιωτάτη, ὅσα γὰρ σὺ θεοῖς εὔχῃ ὑπὲρ ἐμοῦ, ταῦτά σοι ὑπὲρ σοῦ εὔχομαι: *Salue mater honoranda quæ tu pro me Deos precaris, ea ipſa tibi voueo.* Nam tua pietas, & dignitas omnia bellè facit. Scis hodie meum eſſe natalem, & hodie vna cænaturi ſumus, &c. Tertullian. lib. ad Scapul. Sed iidem ipſi qui per genios eorum pridie vſque iurauerant, qui pro ſalute eorum hoſtias & fecerant, & vouerant. In votis annuis imperatorum facta mentio, exceptis Tiberio & Caio, vt Dio lib. 58. καὶ ἀφ' ταῦτα τὸ μὲν ὄνομα αὐτοῦ σὺν ὅρκῳ ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν ἀνθυπατόρων, ὧν μνήμην ἔθη τε τοῖς ὅρκοις ἐστὶ καὶ τῶν εὐχῶν ποιούμεθα, ὥσπερ καὶ τῶν θεῶν.

B Ludi votiui pro Auguſti ſalute facti, apud Plinium lib. 7. c. 48. Reperti ciues qui morientes iuſſerint pro ſe vota ſolui, quod Auguſtum ſuperſtitem reliquiſſent, ait Sueton. in Auguſt. c. 59. Sed & pro Germanici incolumitate, cùm eum morbo leuatum, recreatúmque fama ferret vota reddita, narrante Cornelio Tacito lib. 2. Annalium, & Suetonio in Calig. c. 6. Vetus inſcriptio eſt, P. Quintilius Sexti filius Varus Cos. ludos votiuos pro reditu Imper. Cæſaris D. Auguſti Ioui Opt. Max. fecit cum Claudio Nerone conlega Ouid. lib. 4. Triſt. el. 2. *Ludi votiui.*

Cúmque bonis nuribus pro ſoſpite Liuia nato
Munera, dat meritis ſæpe datura Dijs.

Moris autem fuit cùm vota ſoluerentur, vt eius rei ergo tabulæ figerentur. Vetus in- *Tabulæ votiuæ.*
C ſcript. Sulpitius Camerinus magiſter Collegij fratrum arualium nomine vota nuncupauit pro ſalute Neronis Claudi D. Claudi filij Germanici Cæſaris N. Tib. Cæſ. Aug. pro D. 7. Cos. 4. & Octauiæ coniugis victimis immolatis in Capitolio quæ ſuperioris anni magiſtri vouerant, perſoluit, & in proximum annum nuncupauit, præeunte M. Antonio Saturnino, Ioui boues mares 11. Iunoni vaccas 11. Mineruæ vaccas 11. Saluti publicæ vaccas 11. Diuo Claudio bou. mares 11. in collegio adfuere Sulpicius Camerinus magiſter, A. Vitellius, L. Piſo L. F. M. Aponius Saturninus, P. Memnius Regulus, L. Saluius, Otho Titianus. In Panegyr. Mamert. vidimus te conſulem Kal. Ianuariis eodem die pro Rep. & vota ſuſcipere, & conuicta debere, cùm haſtam poſito ſcipione rapuiſti. Ita exaudi Tacitum lib. 4. Annal. Cæſar ſolennia incipientis annis Kal. Ianuar. epiſtola precatus, &c. Quem enim diem vacuum pœna, vbi inter ſacra & vota, vincla & laqueus inducantur. Liuius lib. 21.
D Conſulem C. Flaminium conſcientia præteritorum, & Capitolium, & ſolemnem votorum nuncupationem fugiſſe, ne die initi magiſtratus Iouis Opt. Max. templum adiret.

Nuncupabantur ea vota & in caſtris apud ſigna. Tertull. de corona, Ecce annua voto- *Vota in caſtris nuncupata.*
rum nuncupatio, quid videtur? Prima in principiis, ſecunda in Capitoliis. Accipe poſt loca, & verba. Hunc tibi Iuppiter bouem cornibus auro decoratis vouemus eſſe facturum, id eſt, eſſe facturos. Ælius Cæſar apud Lampridium, votorum cauſſa ab Hadriano lugeri eſt vetitus. Tertullianus, ſolemnia vocat imperatorum. item, Hæccine ſolemnes dies principum decent, quæ alios dies non decent (vicatim epulari, ciuitatem tabernæ habitu abolefacere.) ô nos merito damnandos. Cur enim vota & gaudia Cæſarum caſti, & ſobrij, & probi expungimus. Conſtantinopoli extremis temporibus in eccleſia memoria fiebat imperatorum, & patriarchæ cum votis & precibus. Contra morem fuit τοῦ βα-
E σιλέως μνημονεύεσθαι τὸν πατριάρχου, ait Nicetas lib. 9. ante imperatorem memoriam fieri Patriarchæ, id eſt commendari votis ac precibus, aut commemorari patriarcham præ imperatoribus.

Admonuimus vota ſcribi ſolita in tabulis, ac ſubſcribi cùm ſoluerentur ſe voti reos ſol- *Vota in tabulis adſcripta.*
uiſſe. Propert. l. 4. ep. 3.

Omnibus heu portis pendent mea noxia vota,
Texitur hæc caſtris quarta lacerna tuis.

Item, *Armáque cùm tulero portæ votiua Capenæ,*
Subſcribam ſaluo grata puella viro.

Seneca e. 10. vota polliceri non ſatis erat, ſed atteſtatione & inſcriptione voti opus fuit. *Conſulum vota antequam in hoſtes irent.*

Conſules priuſquam paludati in hoſtes exirent, vota præeunte Pontifice concipiebant. Liuius, Dictator ludos magnos vouet præeunte Pontifice Max. Collegium quoque Pontificum

tificum de votis cognoſcebat. lib.31. Conſul ludos Ioui vouere iuſſus antequam in bel- A
lum Macedonicum exiretur. Moram voto publico Pontifex Maximus attulit, qui negauit ex incerta pecunia vouere debere. Collegium Pontificum poſſe decreuit. Vouit in eadem verba Conſul præeunte Pontifice Maximo, quibus antea quinquennalia vota ſuſcipi ſolita erant. Quinquennalia vocat quæ cenſores conciperent in futurum luſtrum. lib. 21. prætor vota ſuſcipere iuſſus eſt ſi Reſpublica manſiſſet, ver ſacrum votum eſt. Ita & Sabini ſub conditione vouerunt, apud Siſennam lib.4. hiſtor. Sabini feruntur vouiſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos. Vltra plantam euagari videar, ſi de votis plura ſubiecero. Sed hoc detur otio iuuentutis, & meo.

Populi Romani vota. Populus interdum Romæ vota nuncupabat præeunte Pontifice. Liuius lib.41. Q. Martio Philippo verba præeunte populus in foro votum concepit. Omnia pene templa, ludíque ſolemnes ex voto ſunt inſtituta. De Iouis ſtatoris templo Liuius lib. 1. de fide B
quam Calatinus dicauit Valer. Max. lib. 1. Imperatores ante pugnam vota ſuſcipiebant. Plaut. Amphitru.

Imperator vtrinque hinc & illinc vota ſuſcipere:
Hortari exercitum.

Galli Aſtrionico duce vouere de noſtrorum militum præda Marti ſuo torquem. Intercepit Iuppiter votum, nam de torquibus eorum aureum trophæum Ioui Flaminius erexit. Verdumaro rege Romana arma Vulcano promiſerant, aliorſum vota ceciderunt. Occiſo enim rege Marcellus tertia poſt Romulum patrem Feretrio Ioui opima ſuſpendit.

Sigilla & ſimulachra in quibus vota ſignabantur. Sub Imperatoribus cudebantur ἀγάλματα, ſimulachra & ſigilla quibus vota pro quinquenniis principum, decennióſque ſignarentur, vt eſt in veteribus inſcript. Plin. Panegyr. C
nuncupare vota, & pro æternitate imperij, & pro ſalute ciuium, imò pro ſalute principum, ac propter illos pro æternitate imperij ſolebamus, hæc pro imperio noſtro in quæ ſint verba ſuſcepta operæpretium eſt annotare. Si bene Remp. & ex vtilitate omnium rexerit, &c. Forma voti pro imperatore expreſſa in tabula lapide Vet. Narb. Tit. Statilio Tauro, Q. Caſſio Longino Cos. 10. Kal. Octob. numini Auguſti votum ſuſceptum à plebe Narbonenſium in perpetuum. Quod bonum fauſtum, felíxque ſit Imperat. Cæſari D.I. filio Auguſto P.P. Pontifici M. Tribunitiæ poteſtatis 34. coniugi, liberis, gentíque eius, Senatui populóque R. & colonis, incolíſque C.I.P.N.M. qui ſe numini eius in perpetuum colendo obligauerunt, Plebs Narbonenſium aram Narbone in foro poſuit, ad quam quotannis 8. Kal. Octob. qua die eum ſæculi felicitas orbi terrarum rectorem edidit, tres equites Rom. à plebe, & tres libertini, hoſtias ſingulas immolent, & colonis & incolis ad ſupplicandum nu- D
mini eius thus & vinum de ſuo ea die præſtent. Kalendis quoque Ianuariis, thus & vinum colonis præſtent. Septimo quoque Idus Ianuarias, qua die primùm imperium terrarum auſpicatus eſt, thure, vino ſupplicent, & hoſtias ſinguli immolent, & colonis incolíſque thus vinum ea die præſtent, &c. In imperio Conſtantinopolitano initio matutinę hymnodiæ pſalmus pro imperatore canebatur à Patriarcha & Clero vt ſcribit Georgius Pachymerius lib.4. Hiſtor.

Homines caput ſuum pro ſalute Reip. deuouentes. Hæc de votis pro incolumitate Imper. Fuere nonnulli qui caput ſuum pro ſalute Reip. deuouerent. Liuius l.5. M. Fabio Pontifice præfante carmen, ſenes ſe deuouent pro patria, cùm Galli Romam irrupere. l.8. De Decio, Præi Verba Pontifex, quibus me pro legionibus deuoueam. Pontifex eum togam prætextam ſumere iuſſit, & velato capite, manu ſubter togam ad mentum exerta ſuper telum ſubiectum pedibus ſtantem ſic dicere, &c. Legen- E
dus auctor libri de viris illuſtribus, & Cicero lib. 1. de natura Deor. Conceptis verbis, inquit, Decij ſe deuouerunt capite velato. Tacitus lib. 13. Hermunduri Cattorum aciem Marti & Mercurio ſacrauere, quo voto equi viri, omnia hoſtium occidioni dantur.

Vrbium deuouẽdarum ritus. Cùm vrbes deuouerent, hac forma vſi: DIS PATER, ſiue Iouis Manes, ſiue quo alio nomine fas eſt nominare, &c. ouibus atris tribus, Tellus mater, téque Iuppiter obteſtor, Cùm tellurem dicit, manibus terram tangit, cùm Iouem manus ad cælum tollit, cùm votum recipere dicit, manibus pectus tangit, auctore Macrobio lib.3. Saturn. c.9.

IVLII CÆSARIS

BVLENGERI DE IMPERATORE ROMANO,

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

De creatione Imperatorum.

Varij modi creandi Imperatores.

A IMPERATORES non vno modo creati sunt. Iulius Cæsar Imperium vi partum, vt à Senatu, populóque Romano confirmaretur, non precario, sed iure victoriæ obtinuit. Augustus Antonio victo à Senatu imperator perpetuus appellatus, principis nomine rempublicam constituit. Tiberius mortuo Augusto signum prætoriis cohortibus vt Imperator dederat. Excubiæ, arma, cetera aulæ, miles in forum, miles in curiam comitabatur. Litteras ad exercitum tanquam adepto principatu misit, cum Augusti testamento in familiam Iuliam esset assumptus, ait Tacit. li. 1. Annal. Prænomen tamen Imperatoris, cognoménque patris patriæ, & ciuicam in vestibulo coronam recusauit, narrante Suetonio c. 26. Ac ne Augusti quidem nomen, quanquam hereditarium vllis, nisi ad reges & dynastas, epistolis addidit. Caligulæ ingresso vr-
B bem statim consensu Senatus, & irrumpentis in curiam turbæ ius, arbitriúmque omnium rerum permissum est, irrita Tiberij voluntate, qui testamento alterum nepotem suum prætextatum adhuc cohæredem ei dederat, auctore Sueton. c. 14. Claudius à militibus lecticæ impositus, & quia serui diffugerant, vicissim succollantibus in castra delatus est. Armatos pro concione in nomen suum iurare passus est, promisitque singulis quinadena HS. Primus Cæsarum fidem militum etiam præmio pigneratus. Cæteri imperatores vel ab imperatoribus adoptione aut testamento, vel à Senatu, vel à militibus creati sunt. Lampridius in Seuero, milites Pescenninum Nigrum, Albinum, Seuerũ, & Auidium Cassium Imperatores crearunt. Item L. Vindicem, & L. Antoninum. Apud Suetonium Otho, Vitellius, Vespasianus à militibus Imperatores renuntiati sunt. Augustus Cæsar Caium & Lucium adoptauit domi per assem & libram emptos à patre Agrippa, vt Suetonius. Tibe-
C rius ab Augusto, Caligula à Tiberio, Nero à Claudio, Piso à Galba, Traianus à Nerua adoptati, narrante Suetonio. Dio in Nerua, ὁ νερούας ἀνέβη τε ἐς τὸ καπιτώλιον, καὶ ἔφη γεγωνήσας, ἀγαθῇ τύχῃ ἅ τε βουλῆς, καὶ δ' δήμου τ' ῥωμαίων, καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ, μάρκον οὖλπιον νερούαν τραιανὸν ποιοῦμαι. melius ὑποιοῦμαι, vt est apud Cedrinum. *Nerua ascendit in Capitolium, & exclamauit, Quod faustum felíxque sit Senatui populóque Rom. & mihi ipsi, Marcum Vlpium Neruam Traianum filium facio.* Cedrinus in Nerua, ἀνελθὼν ὁ τοῦ καπιτωλίου, καὶ λιβανωτὸν ὑπιθύσας, στὰς ἐπὶ βήματος μεγάλα βοῶν, ἀγαθῇ τύχῃ νερούαν τραιανὸν ὑποιοῦμαι: *Cùm in Capitolium ascendisset, & thus adoleuisset, stans in suggestu magna & contenta voce exclamauit, Bonum factum, Neruam Traianum iustum mihi filium esse volo.* Legendus Plinius in Panegyrico.

Adoptio

Adoptio quid, & quomodo ab Imperatoribus fieret.

Adoptio dicitur εἰσποίησις, ἠωθεσία, τεκνοποίημα. Adoptiones certè lege Curiata fiebant A in foro pontificibus arbitris. Sueton. in Augusto c. 65. Tertium nepotem Agrippam, simúlque priuignum Tiberium adoptauit in foro lege curiata. Tacit. lib. 7. Annal. Si te priuatus lege curiata apud pontifices, vt moris est, adoptarem. Gellius lib. 5. c. 19. Sed adrogationes non temerè, nec inexplorate committuntur.

Comitia curiata.

Nam comitia etiam arbitris pontificibus præbentur, quæ curiata appellantur. Dio lib. 37. & 39. Adoptionem Claudij qui à patricia in gentem plebeiam transierat, improbatam esse ait, quod curiata lege facta non esset. ἐν γὰρ τῇ εἰσφορᾷ ταύτῃ φρατριακῷ νόμῳ μόνως ἔδει γενέσθαι. Augustus Cæsar lege curiata in familiam Iuliam transiit. Appianus lib. 3. ciuil. ἀπὸ δὲ τῶν θυσιῶν ἑαυτὸν εἰσποιεῖ τῷ πατρὶ αὖθις κατὰ νόμον κουριάτον, ἔστι δ' ὅτε καὶ δήμῳ γίνεσθαι λέγουσιν. κουρίας δὲ ἐς μέρη τὰς φυλάς, ἢ τοὺς δήμους διαιρέντες καλοῦσιν, ὡς Ἕλληνας ἐκάζοτε φάναι φρατρίας: *Ad sacrificijs seipsum patri rursum filium fecit lege curiata. Debet autem ea adoptio fieri* B *apud populum. Curias vocant cùm tribus & populos in partes diuiserint, vt Græcos existimant vocare fratrias.*

Adoptionũ causa à Põtificibus cognosci solita.

Pontifices de adoptionum causa cognoscebant. Cicero pro domo sua. Quæ deinde causa cuique sit adoptionis, quæ ratio generum, ac dignitatis, quæ sacrorum quæri à pontificum collegio solet. Vopiscus in Aureliano, Hoc igitur quod Cocceius Nerua in Traiano adoptando, quod Vlpius Traianus in Hadriano, quod Hadrianus in Antonino, & ceteri deinceps proposita suggestione fecerunt, iam in arrogando Aureliano quem mihi vicarium iudicij tui auctoritate feci sti, censui esse referendum. Iube igitur vt lege agatur, sitque Aurelianus hæres sacrorum nominis, & bonorum, totiúsque iuris Vlpio Crinito iam consulari viro. Hæc adoptio apud principem successit in locum eius quæ apud populum olim facta, l. 2. Dig. de adoptionibus. C

Generalis adoptio quibus modis fieri solita.

Generalis adoptio fit duobus modis, aut principis auctoritate aut magistratus imperio. Principis auctoritate adoptamus eos qui sui iuris sunt, quæ species adoptionis dicitur adrogatio, quia & is qui adoptat & qui adoptatur, rogatur an id fieri patiatur. Imperio magistratus adoptamus eos qui in potestate parentis sunt. Gellius lib. 5. c. 19. Cùm in alienam familiam, inque liberorum locum extranei sumuntur, aut per prætorem fit, aut per populum. Quod per prætorem fit adoptio dicitur, quod per populum adrogatio. Adoptantur autem cùm à parente, in cuius potestate sunt, tertia mancipatione in iure ceduntur, atque ab eo qui adoptat apud eum apud quem legis actio est, vindicantur. Adoptantur ij qui cùm sui iuris sint, in alienam se potestatem tradunt, eiúsque rei ipsi auctores fiunt.

Adoptatio in bona, in nomen, & in familiã.

Interdum etiam testamento in bona & in nomen adoptabantur. Eutropius lib. 7. Octa- D uianus quasi vindicaturus patris sui mortem, à quo per testamentum fuerat adoptatus. Sueton. lib. 1. c. 83. in ima cera C. Octauium etiam in familiam noménque adoptauit. lib. 3. c. 6. Post reditum in vrbem à M. Gallio Senatore adoptatus testamento Tiberius, hereditate adita, mox nomine abstinuit. Seneca lib. de breuit. vit. Non in nomen tantùm adoptaberis, sed in ipsa bona. Antoninus Pius adoptatus ab Hadriano factus est patri, & in imperio proconsulari, & in tribunitia potestate collega, ait Capitolinus. Legatur Xiphilinus in Hadriano, Ergo cùm Hadrianus adoptare se velle publicasset, acceptum est spatium deliberandi, vtrùm adrogari ab Hadriano vellet.

Adoptionis lex quæ.

Adoptionis lex huiusmodi data est, vt quemadmodum Antoninus ab Hadriano, ita ille sibi adoptaret Mar. Antoninum fratris vxoris suæ filium, & Luc. Verum Ælij Veri qui ab Hadriano adoptatus fuerat filium. E

Nouũ adoptionis genus.

Nouum genus est adoptionis apud Spartianum in Ælio Vero, qui nihil habet in sua vita memorabile, nisi quod primus tantum Cæsar est appellatus, non testamento, vt antea solebat, neque eo modo quo Traianus est adoptatus, sed eo propè genere quo nostris temporibus à vestra clementia Maximianus atque Constantius Cæsares dicti sunt, quasi quidam principum filij viri, & designati Augustæ maiestatis hæredes. Titus & Domitianus à Vespasiano, Caracalla & Geta à Seuero successores imperij testamento relicti sunt, quanquam & à Senatu, & à patre Cæsares dicti erant, vt Xiphilinus.

Ludi & cõgiaria in adoptionibus principum dari solita.

In adoptionibus principum congiarium populo, & ludi dabantur. Spartianus in Hadriano, ob cuius adoptionem ludos Circenses dedit, & donatiuum populo ac militibus expendit. Sed & Italicis prouinciales aurum coronarium ob adoptionem principibus offerebant. Apud Capitolinum Antoninus Pius aurum coronarium quod adoptionis suæ causa oblatum erat Italicis totum, medium prouincialibus reddidit. Spartianus in Ælio

Vero,

A Vero, Datum eſt populo congiarium cauſa eius adoptionis, donatúmque militibus H S. millies. Circenſes editi, neque quicquam prætermiſſum quod poſſet lætitiam publicam frequentare. Ælij Veri filius eſt Antoninus Verus, qui adoptatus eſt à Marco. Verus certè cum Marco æquale geſſit Imperium. Nam ipſi ſunt, qui primi duo Auguſti appellati ſunt, & quorum faſtis conſularibus ſic nomina præſcribuntur, vt dicantur non tantùm duo Antonini, ſed duo Auguſti; tantúmque huius rei & nouitas, & dignitas valuit, vt faſti conſulares nonnulli ab his ſumerent ordinem Conſulum. Pro eius adoptione infinitam pecuniam populo, & militibus Hadrianus dedit. Cùm à Mar. Antonino domeſtici quærerent cur triſtis in adoptionem regiam tranſiret, diſputauit quæ mala in ſe contineret imperium, iuſſúſque in Hadriani priuatam domum migrare, inuitus de maternis hortis receſſit, vt Capitolin. in Marco. Galba Piſonem frugi Licinianum nobilem
B egregiúmque iuuenem, ac ſibi olim probatiſſimum, teſtamentóque ſemper in bona & nomen adſcitum repente è media ſalutantium turba apprehendit, filiúmque appellans perduxit in caſtra, ac pro concione adoptauit, ne tum quidem donatiui vlla mentione facta Halagabalus cum Baſſianum, qui poſtea dictus eſt Alexander, adoptare vellet, eúmque in Senatum deduxiſſet, & Mæſen ac Soæmetiden vtrinque ſtitiſſet, filium adoptauit, *& ſeipſum vt tanti filij ex templo factum patrem, eóque longè ætate ſuperiorem, beatum prædicauit*, ἑαυτὸν ἢ ὡς ἢ πατέρα ἐξαίφνης τηλικοῦτα παιδὸς, ἢ πολύ τι ἡλικίᾳ προέχοντα ἐμακάρισε, ait Xiphilin.

Filij naturales & legitimi adoptiuis anteponi debent. Dio in Nerone, Ἀποθανόντος ἢ τοῦ κλαυδίου ἢ μὲν τὸ δικαιότατον ἡ ἡγεμονία τοῦ βρεττανικοῦ ἦν. γνήσιος γὰρ τοῦ κλαυδίου καὶ ἐπιφυὴς: *Mortuo Claudio merito & iure principatus Britannici erat, quia naturalis & legitimus Claudij filius,*
C ſupra ætatem viribus corporis vigebat. Iure autem ciuili propter adoptionem imperium ad Neronem quoque pertinebat. Conſtantinus Magnus, quanquam pater imperium ei reliquerat, Cæſaris tamen appellatione contentus fuit, donec à Maximiano diceretur Auguſtus. Panegyr. Conſtantini, Cuius tanta maturitas eſt, vt cùm tibi pater imperium reliquiſſet, Cæſaris tamen appellatione contentus exſpectare malueris, vt idem te, qui illum declaret Auguſtum. Idem Conſtantinus ἐποιήσῃ τὴν βασιλείας ἐπίμησιν, *cooptatione in imperium honorauit* filium Conſtantinum primo decennio, Conſtantium vicennio, Conſtantem tricennio, ait Euſebius lib. 4. de vita Conſtant. Theodoretus lib. 1. Hiſtor. & Sozomenus lib. 2. c. vlt. διαθήκαις τε ποιήσας τοῖς μὲν παισὶ διένειμε τὴν ἀρχὴν, ὡς πρότερον. Ruffinus lib. 2. c. 11. Hiſtor. Conſtantinus in ſuburbana villa Nicomediæ triceſimo & primo imperij ſui anno defunctus eſt, liberis de ſucceſſione Romani orbis teſtamento hæredibus relictis.
D Nicephorus lib. 6. c. 19.

Naturales & legitimi filij adoptiuis anteponi debent.

Conſtantius pater coronam auream Conſtantino impoſuit, præconis munus ipſe pater in filio adimplens. Leo iunior Zenonis patris ſui capiti diadema ſua manu impoſuit, eúmque pro ſe regnare iuſſit, vt Zonaras. Iuſtinus *Imperator cùm Tiberium adoptaſſet rei militaris peritiſſimum, primùm ei Cæſaris coronam tribuit, paulò poſt conuocata plebe, Senatu, ſacerdotibus, ſceptro eum imperij ornauit.* Manaſſes, ὁ βασιλεὺς εἰσποιητὸν πρέσβυν ὡς παῖδα ὁπλεξάμενος, δεινὸν ἐν στρατηγίαις ὄντα, πρῶτον μὲν τῷ ἑαυτοῦ καίσαρι κατεπόσμει στεφάνῳ, μετὰ βραχὺ ἢ πρὸς ταυτὸν συναγαγὼν τὸν ὄχλον, τῷ σύγκλητον, τοὺς ἱερεῖς ἅπαντας, τοὺς ἐν τέλει, τὰ σκῆπτρα παραδίδωσι τῆς αὐτοκρατορείας. ἔτι δὲ ζῶν, μὴ πρεσβεύων, μὴ τὰ λοιπὰ πονέων. Arcadius à patre ſuo Theodoſio Auguſtus, conſors Imperij ſeptimo ab vrbe milliario coronatus eſt. Putarem in ſeptimo, quod Conſtantinopoli ſuburbium fuit hanc coronationem factam. Ibi
E enim Senatus frequenter habitus. Honorium pater ſuus Theodoſius in eodem loco, quo fratrem eius Arcadium, Cæſarem fecit. Theodoſius Iunior in eo loco quo pater, patruúſque ſuus, creatus eſt Imperator, ait Marcellinus Comes. Conſtantinus Conſtantini Magni pater πρῶτος σεβαστὸς τεσσάρων τῶν ὕστερον ἀναδειχθέντων χρηματίσας, *primus Auguſtus renuntiatus ex quatuor qui poſtea creati ſunt*, vt Euſebius. Apud Nicetam pater ταινίᾳ διαδὴ βασιλικῇ τὸν υἱὸν, καὶ τὴν χλαμύδα ἐπενδύσῃ τὴν πορφύρουν, ἐκάσε διαπρεπωτάτῳ τὴν ὑφημένων τῷ νέῳ ἄνακτι: *Faſcia regia filium coronat, & eum chlamyde prætexta ornat, omnibus nouum Imperatorem fauſtis acclamationibus proſequentibus.* Alexius Comnenus Conſtantinum porphyrogennetum Ducæ fratrem *ad imperium induſtria ſua euehere cupiens, eius pedibus induxit calceos purpureos, & eum in regiam deducit.* Amia. lib. 1. Alexiadis. τοῦτον ὑπὸ τὴν οἰκείαν διαιτᾶσι τε καὶ σιωπῶσαι ἐνεκαθίδρυσαν ἐν τῷ τῆς βασιλείας θρόνῳ ἐποδύσασι, θεὶς αὐτῷ τοῖς ποσὶ καὶ τὰ φοινικοβαφῆ πέδιλα, καὶ ἀπάγων τοῦτον εἰς τὰ βασίλεια. Alexius Comnenus Imperator factus dat vxorem filiam ſuam Conſtantino Porphyrogenneto,

Aurea Imperatorũ corona à patribus filijs impoſita.

καὶ συμβασιλεύειν αὐτῷ, καὶ συνοικονομεῖν τὰ τῆ βασιλείας ἐπιδοκεῖ. ναὶ μὴν καὶ τῆ συνήθης δόξη- A
μίας, καὶ ἀναῤῥήσεως αὐτῷ κοινωνεῖ, καὶ τῆ ἐν γράμμασι ἐρυθραῖς ὑπογραφίας, προσκηρύσσεται
ἐντεῦθεν αὐτῷ καὶ σκήπτρα, eúmque ſocium imperij aſciſcit, & adminiſtrationis regiæ participem facit, vt pariter vtrique acclamationes & plauſus darentur, vtq; purpureo ſigillo litteras obſignaret, ex eo ei ſceptra concilians. Denique Imperatorum qui improles eſſent arbitratu candidati imperij deſignabantur.

Barbam & capillũ imperator Cõſtantinopolitanus cùm creabatur deponebat.

Moris autem fuit Conſtantinopoli, vt barbam & capillum poneret, qui crearetur imperator. Sic Heraclius ἐς τὸ τῆ βασιλείας ἦλθεν ἀξίωμα, vt Cedrinus ſcribit, quod χῆμα βασιλικὸν vocat in Mauricio, *habitum regium.* Theodorus Anagnoſtes, monet Baſiliſcum in campo ἀναγορεύθῆναι, Imperatorem eſſe renuntiatum. Conſtantinopoli *cùm aureum triclinium ornatum eſſet, Zoë in ſuggeſtu ſedens* coëgit Patriarcham coronare Michaëlem, ait Cedrinus p. 605. ἔ χρυσοτρικλινῳ ἧ κατημένη ἐπὶ βήματι καθίσασα ζωή. Qui creatur Con- B
ſtantinopoli, in throno primùm regio collocatur, deinde imperator ſalutatur, manus lauat, ad templum S. Sophiæ procedit, vt manu patriarchæ coronetur, auctore Cedrino. Nicetas lib. 1. καὶ συνεορτήν (τοῦ γὰρ ἔ βασιλεως) παρεῖχεν, ὁπλίτικα ῥωμαίων αὐτοκράτωρ ὑπὸ τῆ συγκλήτου ὄχλου ἀναγορεύετο. Dedit hoc filio Imperatoris vt acclamationes ei ſecum à populo darentur, quoties Romanus Imperator, à populo qui conuenerat ſalutaretur. Conſtantinopoli fuit τὸ μέγα βασίλειον, ἐν ᾧ τὰς ὑπογύους ἔ ἄρχειν ἐπειλημμένους εἰώθεσαν πρὸς τῆ δήμου πάντας ἀναδήματος στεφανηφόρους: *Magna regia, in qua ij qui candidati & ſucceſſores imperij aſſumpti eſſent, coronam ferentes renuntiabantur,* ait Nicetas. Ibidem ſcribit imperatores Conſtantinopoli per hyemem egiſſe, *per æſtatem* κὴ πόρθμον τῆ προποντίδος διεξιόντας, *ad fretum propontidis,* vt Perſæ Suſis, & Ecbatanis.

Catholicam fidem Imperator antequam coronaretur profitebatur.

Veteri autem conſuetudine iam inde ab Anaſtaſio receptum erat, vt Imperatores priuſ- C
quam coronarentur, fidem catholicam apud Patriarcham profiterentur, de ea tuenda iuſiurandum darent, aut etiam ſymbolum fidei ſcriptum ſigillo regio ſignarent. Euagr. l. 3. Euphemius Patriarcha noluit *chlamydem purpuream inducere* Anaſtaſio, ἀλουργὲς χῆμα περιβαλεῖν, priuſquam *profeſſionem fidei manu ſua ſcriptam iureiurando confirmaſſet,* δι' ἐγγράφων, καὶ ὅρκων δεινῶν ὁμολογίαν αὐτόχειρον ἔθετο, *quam apud Macedonium depoſuit, cui cuſtodia venerandorum myſteriorum commiſſa erat,* ᾧ καὶ παρέθετο μακεδονίῳ τῶν τῆ σεπτῶν μυστηρίων ἐπιτροπεύοντι. Nicetas, Alexius εἰσελθὼν τὸ ἔ θεῖ λόγου σοφίας, ὅπως χειρωθῆ, καὶ περιβάληται τὰ τῆ κράτους σύμβολα, τὸ τῆ πίστεως ἔγγραφε σύμβολον βαφῆ βασιλικῆ: *cùm ingreſſus eſſet in templum Sapientiæ Dei verbi vt inungeretur, & imperij inſignia ſumeret, fidei ſymbolum manu ſua ſcriptum regio ſigillo obſignat.* Conſtantinopoli qui palatium inſidebat, vt ait Zonar. in Mauricio, agnoſcebatur Imperator. δημοσίαν ποιησάμενος τῶ ἔδον ἄπεισιν εἰς τὸν μεγάλην ἐκ- D
κλησίαν, κἀκεῖσε ἄνωθεν τῶ ἄμβωνος: *Imperator cùm publicam feciſſet proceſſionem, abijt in magnam eccleſiam, & illic in ſummo vmbone* & ſuggeſtu manibus Patriarchæ coronatur. Cedrinus ſub finem. Nicetas ait ſolemne fuiſſe, vt corpori Chriſti communicarent, qua die creabantur.

Lætitiæ Senatorum ſigna in creãdo imperatore.

Idem lætitiam vniuerſi Senatus, & lætitiæ ſigna his verbis exponit. τὰ συγκλητικῶς ἐξυφασμένα τῆ κεφαλῆς ἐξενέγκαντες καλύμματα, καὶ τῆ τῆ νότου λευκολίνων κεχρωσμένων λαβόμενοι σκέλον αὐτὰ, καὶ ὡς σφαίρας χρησαμένοις τοῖς ἐν τελέδων: *Senatores tegimenta capitis Senatorio more texta efferentes, arrepto lino albo quod per dorſum fuſum erat, ea texta diuiſerunt, & choros in orbem ſtatuentes in triuijs lætitiæ cantus dederunt.* Iuſtinus Tiberium comitem excubitorum Cæſarem facit, & conſeſſorem eum conſtituit tam in hippodromiis quàm in ædibus inſignibus. Cùm Tiberium fecit Auguſtum, dona ſubditis impertitus eſt, & quæcunque in imperatoris appellationibus moris exiſtunt. Tiberius filiam Conſtantiam, & Mauricium Cæſares creat in chalcopratiis. E

Coronati imperatores ſtatim ſe populo ſpectãdos præbebant.

Moris autem fuit, vt quamprimum coronati eſſent, in circum irent, ſéque populo ſpectandos præberent. Tiberius apud Diaconum lib. 7. Cùm imperialem coronam acceptu-rus eſſet, eúmque iuxta conſuetudinem ad ſpectaculum circi populus exſpectaret. Ex quibus diſcas ſolemne fuiſſe, vt in creando imperatore largitio in plebem fieret, & in circo à populo ſalutaretur. Receptum item fuit vbi renuntiatus Imp. eſſet, vt ad villam procederet, vbi iuxta imperialem ritum ad vindemiam iocondaretur ait Diaconus.

Milites imperatorem creantes.

Imperator autem à militibus creari potuit, ſed vbi creatus fuit ipſe ſibi conſortem imperij delegit, non à militibus accepit, ita Diocletianus cùm à militibus imperator renuntiatus eſſet, ſibi Maximianum, Conſtantinum, Galerium Cæſares adſciuit, Valentinianus Valentem. Theodoretus lib. 4. c. 5. ὑμέτερον ἐῶ, ὦ στρατῶται, βασιλέως

A οὐκ ὄντ@· ἐμοὶ δοῦναι τῆς βασιλείας τὰς ἡνίας, ἐπεὶ δὲ ταύτας ἐδεξάμην ἐγὼ, ἐμὸν λοιπὸν, οὐχ ὑμέτερον περὶ τῶν κοινῶν διασκοπεῖσθαι: *Vestrum fuit, commilitones, cùm non esset imperator mihi habenas imperij dare: vbi imperium accepi, meum est, non vestrum, publica curare*, ait Valentinianus.

Sola militum acclamatio aliis imperium eripuit, aliis attribuit. Iulianus orat. 3. ἐπεὶ δὴ εἰς ταυτὸν ἦλθον ἀμφοτέρω τῷ στρατεύματι, ἐκέλευ ὅπι τ ὁπλιτῶν ποιεῖσθ τὴν ἐκκλησίαν, βῆμά τε ὑψηλὸν ἤρετο, κὴ αὐτὸ περιέχεν ὁπλιτῶν ὄχλος, κὴ ἀκοντιστῶν, κὴ τοξοτῶν, ἱππεῖς τε ἐνοπλισάμενοι τὰς ἵππους κὴ τὰ σημεῖα τ τάξεων, ἀνίεντε ἐπ' αὐτὸ βασιλεὺς μὴ δ τέως συνάρχοντος, κὴ δὲ αὐτῷ τις τ δορυφόρων εἵπετο, μόν@ δὴ δὴ δ βήματ@ εἰσήκει: *Sed cùm vtérque exercitus Constantij & Bretanionis in vnum conuenissèt, & concio habenda esset apud armatos, & suggestus altus sublatus esset, illúdque cingeret pilariorum, sagittariorum, & grauis armaturæ militum natio, equitésque quorum* B *equi iam frenati & parati erant, atque insuper vexilla numerorum & signa. Constantius ascendit in suggestum cum eo quem imperij socium habebat, & sine vllo protectore solus in suggestu stetit*, graui ac maiestatis plena oratione fretus, infinitásque peditum copias, ac viginti equitum millia, & gentes bellicosissimas cepit, vberrimos agros sponte ad obsequium paratos. Paulus Diaconus lib. 24. Cùm Michaël Imperator Crunno Bulgaro terga vertisset, milites implorabant Leonem Patricium, & prætorem orientalium, tanquam pium, fortissimum & per omnia strenuum, quo auxiliaretur communi Reip. & Christianorum religioni opitularetur. At ille aliquandiu quidem vehementer differebat. Quia verò ad vrbem properare inimicum vidit, scribit Nicephoro Patriarchæ, de fide sua recta affirmans, petens vt cum oratione, & nutu eius imperium sumeret, & veniens ad tribunal ante vrbem positum vna cum prætoribus & exercitibus, valde legitimus Romanorum imperator osten- C ditur, & die media Constantinopolim per Carsij portam ingreditur, & ad regalia peruenit. Porrò audita huius acclamatione Michaël in oratorium Phari accurrens cum Procopia, natísque suis detonsis capillis induit monastica vestimenta. Socrates lib. 2. Constántius Bretanionis φέρων τ βασιλικὸν στέφανον, κὴ τὴν ἁλουργίδα lib. 1. de vita Constant. f. 121. Constantio mortuo ὁ μὲν ἀβασίλευτ@ ἔμεινε χρόνον, αὐτῇ δὴ ἁλουργίδι παλεικῇ κωνσταντῖν@ κοσμησάμεν@, τ φαλεικῶν οἴκων περιῆει. &c. εἶτα τ περικομιδῆς ἡγεμὼν@ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν φαλεικοῖς φίλοις, τ μὲν ἡγεμόνων. τ δὴ κατόπιν ἑπομένων, σὺν παντὶ κόσμῳ τ θεοφιλῆ συνέπεμπεν. &c. βοαῖς τε εὐφήμοις τ νέον βασιλέα, αὐτοκράτορα, κὴ σεβαστὸν αὔγουστον εὐθέως ἐπ πρώτης ἀνεμόδουν φωνῆς, κὴ τ μὲν τεθνηκότα ἐνθυμοῦ αἱ φωναὶ τ εἰς τ υἱὸν εὐφημίαις, τ δὴ παῖδα ἐμακάριζον, τὸν δὲ παλαιὸς μᾶλλον ὑποδεχθέντα, πάντα δὴ τὰ ὑπὸ τὴν ὄχλου ἔθνη εὐφροσύνη ἐπλήρουν, κὴ ἀλήκτοις χαραῖς: *Imperium non fuit sine imperatore. Constantinus enim patris purpura* D *ornatus, ex aula patria exijt. Deinde cùm efferretur corpus, præiuit cum alijs amicis patris, quorum alij præcedebant, alij subsequebantur, & cum omni ornatu Deo dilectum patrem ad tumulum produxit. Et faustis acclamationibus nouum regem Imperatorem Augustum statim ex prima voce renuntiarunt. Et mortuum quidem ornabant voces cum acclamationibus in filium, quem beatum existimabant, talis patris successorem. Omnes autem subditi complebantur lætitia, & gaudio ineffabili.* Socrates lib. 4. c. 1. *renuntiationem imperatoris* vocat ἀνακήρυξιν, *renuntiare* ἀνακηρύττειν. Valentinianus κοινωνὸν τ βασιλείας τ ἀδελφὸν ἀλέντα προσέλαβε: *Consortem imperij fratrem Valentem accepit.* Theodorus Anagnostes lib. 2. ὁ νέ@ θεοδόσιος στεφθεὶς ὑπὸ δ πρόκλε φαλειάρχε: *Iunior Theodosius coronatus est à Proclo Patriarcha.* Sozomenus lib. 1. c. 1. Theodosius maior ἁλουργίδα κὴ στέφανον περὶ θεωμένοις σύμβολον τ ἀξίας περικείμενος: *Purpuram & coronam sumpsit dignitatis symbolum, & argumentum ad intuentes.*

E Fuit Constantinopoli locus proprius vbi renuntiarentur Imperatores. Euagr. lib. 5. c. 13. ἀθροισθέντων γὰρ ἐν τῷ ὑπαίθρῳ αὐλῇ ἔνθα παλαιὸν ἔθος λέγ γιαῦτα γίγνεσθ, τότε ἀρχιερέως ἰωάννε, κὴ τ ἀμφ' αὐτὸν τ τ' ἐν ἀξιώσεσι τελοιώτων, κὴ τ περὶ τὴν αὐλὴν στρατοῦμένων τὸν βασιλικὸν χιτῶνα ἐνδιδύσκων πρέσιον, καὶ τὴν χλαῖναν περιθεὶς: *Cùm enim congregati essent in hypæthra aula, vbi solent creari imperatores more veteri, præsente Ioanne Patriarcha & eius officio, & omnibus magistratibus ac dignitatibus, & Prætorianis militibus ac protectoribus spectantibus, Iustinus Tiberium regia tunica induens, & chlamydem superimponens.*

Acclamatio militum sola aliis imperium tribuens, aliis eripiens.

Locus Constantinopoli vbi Imperatores renunciabantur.

Chirographum de recta fide à Principibus exactum.

Admonui supra exegisse Patriarchas à Principibus de recta fide chirographum. P. Diaconus lib. 21. reducebat ad memoriam Leonis Cononis Patriarchæ sponsiones eius ante imperium factas, qualiter sibi Deum dederit vadem in nullo commoturum ecclesiam à suis apostolicis, & diuinitus traditis ritibus.

Filiorũ imperatorum apud populum commendatio.

Interdum populus apud imperatorem iureiurandum dedit, non alium se imperatorem quàm filium eius habiturum. P. Diaconus lib. 23. Leo Constantini Copronymi filius

Imperator populum in hippodromo coaceruatum sanctæ parasceues die iussit iurare. Et A
iurauit omnis populus in honorandis & viuificis lignis, tam scilicet ex thematibus & Senatu, quàm etiam exterioribus ordinibus, & ciuibus omnibus & ergasteriacis, imperatorem non admittendi excepto Leone, seu Constantino, ac semine ipsorum, & fecerunt scripta quemadmodum iurauerunt propriæ manus. Et in crastino sabbatho sancto exiuit imperator in tribunalibus x i x. accubituum,& prouexit nobilissimum Eudoxium fratrem suum, nam Anthimum viuens pater eius prouexerat. Et processit Imperator cum reliquis Cæsaribus, & tribus nobilissimis, ac nouo Constantino ad magnam ecclesiam, & mutato indumento, sicut imperatoribus moris est, ambonem ascendit, cum filio suo simul & patriarcha, & ingressus omnis populus posuere scripta sua in mensa sancta, &c. Et in crastinum auroræ crepusculo exeunte imperatore vnà cum patriarcha in hippodromium, delato altario omni populo contemplante, patriarcha fecit orationem, & coronauit imperator B
filium suum,& ita processit ad magnam ecclesiam vterque imperator cum duobus Cæsaribus,& tribus nobilissimis. Processit autem & imperatrix Irene,cùm præcessissent imperatores sceptris obsequentibus per scholas antelatis, & ascendentibus per æneæ portæ ascensum in catechumeni ecclesiam, non exiens in plateam emboli.lib.24. Stephanus Domesticus militias ordinum, quæ remanserant per totam noctem, collegit in hippodromo vnà cum principibus propriis, ad pronunciandum Michaëlem Curopalatem maritum sororis Stauratij Augusti Imperatorem. Porrò Nicephorus Patriarcha scriptum à Michaële propriæ manus exegit de recta fide,& vt sine sanguine manus à Christianis seruaret,&c. Sozomenus lib. 7. Gratiano occiso Valentinianus *coactus tempore difficili insignia imperij sumpsit*, ὑπὸ δ' καιρῦ βιαθεὶς ἐδέξατο τὰ σύμβολα τ βασιλείας.

Eunuchi imperatores olim fieri nõ poterant.

Eunuchum Imperatorem fieri nefas. Euagrius lib.4. c. 2. ἐπειδὰν μὴ θεμιτὸν ᾖ ὦ ἄνδρα τ C
αὐθρείων ἐστερημένον ἐς τὸ ῥωμαίων παρελθεῖν δρχὸν. *Quoniam nefas erat eum qui priuatus esset viro ad Romanum imperium euehi. Populus Constantinopoli confluens magnum inire templum conabatur, vt alterum imperatorem eligeret*, ait Nicetas lib. 4. Alexij. ὁ μὲν γε λεὼς, καὶ ὅπως ἐπισυῤῥέοντες ὥρμων τ μέγαν εἰσέναι νεὼν, καὶ βασιλέα ἕτερον αἰρεῖσθαι. Ita Isaacius in maiori templo renuntiatus est, cùm occisis satellitibus, à quibus ad Andronicum imperatorem vocabatur, in magnum templum se recepisset. Ioannes Comnenus *cùm in maius templum derepente irrepsisset, & coronularum vnam capiti imposuisset, comprehensus à coniuratis concurrentibus, facilè in magnum palatium init. Et ipse quidem in throno aureo sedens nonnullos ad maxima officia promouet*, τῷ μεγίστῳ νεῷ ἐξαπίνα εἰσρυεὶς, καὶ τῶν στεφανίσκων ἕνα τῇ κεφαλῇ θεὶς, καὶ πορφυρίδα ὑπὸ τ ὤμοιν συνδεσμόντων, τὸ μέγα παλάτιον εἰσεισιν ὁμαδοῦ. καὶ αὐτὸς μὲν ἐπὶ θρόνε χρυσέε καθίσας τινὰς ἐπὶ τ μεγίστων ἀρχικίων προβάλλεται, ait Nicetas D
ibidem.

Constantinopolitanus mos quo maior natu filius à patre imperator renunciabatur.

Constantinopoli moris fuit, vt maior natu filius à patre imperator renuntiaretur, minores natu Cæsares, Despotæ, Sebastocratores fierent, ait Nicephorus Gregor. lib.3. Ioannes Alexij filius ὑφ' ἑαυτὸν καὶ ὑμέναιον πορφυρίδα μετέδωκε, καὶ πεδίλοις ἐρυθροῖς ὑποδέσας, καὶ συνδρομὰς οἱ παρέσχεν. *Filio maiori natu purpuram dedit, & calceos rubros induxit, & acclamationum secum participem esse voluit*, cùm à plebe collecta imperator salutaretur. Arcadius *testamento filium Theodosium imperij successorem declarauit*, Tutorem ei Regem Persarum instituit. Procop. lib. 1. Pers. διαθήκης ὀφθεὶς γράμματα Θεόδοσον μὲν τ ἡγεμονίας αὐτῷ τ παῖδα, ἐπίτροπον δ' αὐτοῦ κατεστήσατο τ ἰσδιγέρδου. Iustinus Thrax, *Iustinianum sororis filium secum imperatorem dixit*, βασιλέα τ ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ ἰουστινιανὸν σὺν αὐτῷ ἀνεπῶν. Phranzes lib. 1. c. 4. Michaëlem in clypeum sublatum imperatorem declarant. Patriarcha Arsenius suis E
manibus Michaëlem diademate imperiali exornat. Theodorum Lascarim iuniorem *non à patre viuo renuntiatum, sed mortuo, concursu totius exercitus, & omnium nobilium ac illustrium in clypeum, vt id temporis erat, collocauerunt. Oportebat autem eum Patriarchæ manu corona regia redimiri, & inungi.* Nicephorus Gregoras lib. 3. οὐκ ἀναγορεύετο βασιλεὺς ᾧδε τ πατρὸς ἔτι ζῶντος, ἀναγορεύει ἤδη θανόντος ἐκείνε, ὑπὸ δ' κοινῇ συνδρομῇ, τε τε φρατρὸς πάντες, καὶ ὁπόσοι τ ἐνδόξων ἦσαν, καὶ τ ἀγκλιῶν καθεστὰς ἐπ' ἀσπίδος καὶ τὸ ἐν τέτοις ἐπικεφάλαιον ἔθος (lego χρόνοις.) ἔδει ἢ αὐτὸν καὶ ὑφὸ πατριαρχικῆς χειρὸς τὸ βασιλικὸν ἀναδεῖσθαι στέφος. ὁ βασιλεὺς ᾧδε δ' πα-

Porta per quam imperatores peregrè redeũtes ingrediebantur.

τριάρχε χειρὸς καὶ τὸ στέφος ἀναδησάμενος.

Constantinopoli porta fuit in palatio, per quam ingressi peregrè redeuntes imperatores, soli è sella descendere possunt. Nicetas lib. 1. Manuel. ἐν ᾧ τῷ παλατίῳ μετ' ἵππου ἀραβος ἐλαύνων τὰ ἀνάκτορα, καὶ μέλλων εἰσέναι ὑφὸ τ πύλης, μεθ' ἣν ἡ ἐπὶ τ ἕδρας ἀνάβασις ἐφεῖται μόνοις τοῖς αὐτοκράτορσι: *Cùm iniret palatium equo vectus Arabe ceruicis erectæ & sublimis, & ingressurus*

A *ingressurus esset per portam, post quam solis imperatoribus è sella descendere licet.* Cùm igitur gratias egisset Deo Manuel, quòd imperator renunciatus orbem & imperium iniret. θύσας οὖν τὰ ἀναγορδυτήρια θεῷ, καὶ βπιβατήρια. Anna lib. 2. Alexiad. ἀναῤῥηθέντα, & ἀναγορδύμενον vocat eum *qui renuntiatur.* Nicetas lib. 1. Alexij Comneni, renuntiationem Alexij à militibus factam describit his verbis: καὶ τὸ τῆς πολιτείας αὐτὸν ἀναδήμησε πλήρωμα, καὶ ὡς τῆς γυναικὸς δι' ἐφεστώσης ἡ τάτε ἐπιτήδεια ἐτοιμάσασα εἰσδέχεται, τό τε τῆς συγκλήτε μέρος, εἰ καὶ μὴ ἅπαν ἱλαρὸν, ὅσα γε οἱ ξυνελθόντες ὦσεν, καὶ τῶν ὅτι δῆμος ὡς τὸν ἀκοὴν τῶν ἠγγελμένων ἀδέν τις ἀτάθαλον ἐνεώχμωσε, ἀλλ' ἠρέμησαν μὲν πάντες, καὶ συνεπεδέξαντο τοῖς ἀκουσθεῖσι, μήτε βαπτίσαντες, μήτε ἀναφλεγέντες ὡς δικαίαν ὀργὴν, οἷς εἰώθεσι αὐτοῖς βασιλέα χειροτονεῖν ὑπὸ τῶν στρατοπέδων, καὶ τὸν ἀφηρῆσθαι. *Alexium multitudo Reipublicæ acclamationibus prosequuta est, & ab eius uxore Euphrosyne eius introitus præparatus est, & pars Senatus, quanquam non omnis, hila-*
B *riter tulit, quod ei euenit, & è populo nemo aliquid noui molitus est, accepto eius rei nuncio, imo quieuerunt, & approbarunt quæ audierant, neque inania deblaterantes, neque incensi iracundia iusta, quibus ius creandi imperatoris à militibus erat ereptum.* Ostendi tamen ab ipsis imperij natalibus imperatores à militibus non ab vrbana plebe electos, quæ desidente imperio Constantinopoli ratio immutata est. *Ij qui splendidiora officia gerebant, subijcientes humeros pro sella imperatricem in splendidis & sublimibus sedilibus collocarunt.* καὶ οἷς τὰ ὑφήφανα τῶν ὀφφικίων ἀνέκειντο, τοὺς ὤμους ὡς θρανίδας ὑποβάλλοντες ὅπη τῆς λαμπρεφοῦς καὶ μετεώρων θώκων τὴν βασιλίδα ἀνέφερον.

Hypatius sub Iustiniano Imperator à populo creatus est. Procop. Pers. 1. ὁ λέως βασιλέα ὑπατον ἀνηγόρδυον, καὶ αὐτὸν ὡς ἁλισκομένων τὰ πράγματα εἰς τὴν ἀγορὰν ἦγον, αὐτὸν εἰς τὴν βασιλείαν ἐκάλουν, στεφάνου τινὰ χρυσοῦν ὅπη τῇ κεφαλῇ θέμενοι, βασιλέα ῥωμαίων ἀνεῖπον. ὑπάτου δὲ ὅπη τὸ ἱπποδρόμιον ὁδὸν ἐπέλευεν ἡγεῖσθαι: *Populus Imperatorem Hypatium dixit, & ipsum in forum vt negotia capesseret duxerunt, ipsum ad regnum vocantes & torque aureo capiti eius circumposito imperatorem renuntiarunt. Hypatius iussit vt sibi viam ad circum præirent.* Alaricus cùm Roma excedere vellet, *Attalum quendam patricium Imperatorem Romanum dixit, cùm eius caput diademate, corpus purpura velasset.* ἄτταλον τινα ὑπατείδων βασιλέα ῥωμαίων ἀνεῖπε, περιθέμενον αὐτῷ τό τε διάδημα καὶ τὴν πορφύρα, eodem auctore lib. 1. Vandal. Ita & Arbogastes occiso Gratiano Eugenium Augustum iussit. Simocata c. 1. lib. 1. Mauricius à Tiberio βασιλέως ἀξίᾳ μεγαλαυχεῖται, καὶ νεάζων τῇ πορφύρᾳ. Mamertinus in Panegyr. auspiciis imperatoris inaugurari dixit. Quæ te prima signa imperatoriis auspiciis inaugurarint. Trabeæ vestræ triumphales, & fasces consulares, & sellæ curules, & hæc obsequiorum stipatio, & fulgur, & illa lux diuinum verticem claro orbe complectens, vestrorum sunt
D ornamenta meritorum.

Imperatores à populo creati.

Qui Constantinopoli sumpserant imperium, id regi Persarum significabant, & contra Persarum nouus rex imperatori. Simocata lib. 8. c. 15. μετὰ δὲ πέμπτον καὶ γράμμασι τὴν ἑαυτοῦ ἀναγόρδυσιν ξυνέξας ὁ τύραννος πρὸς χοσρόην ἐξέπεμπε, λίτιον ἄγγελον τὴν τυραννίδος χροτονίας προσχρεισάμενος· τοῦτο γὰρ εἴθισται ῥωμαίοις τε καὶ πέρσαις ποιεῖν ὁπηνίκα τὴν βασιλείαν ὑπεδέξατο δυνάμεως: *Mense quinto per litteras suam ipsius renuntiationem Phocas Chosroæ significauit, & Lilium misit nuntium. Hoc enim Romani & Persæ solent cùm ad imperium euehuntur.* Idem lib. 3. c. 17. περιαλόμενος γοῦν ὁ ὁρμίσδας τὸ τῆς τυράννων διάδημα περιωτίζεται, καὶ περικείρει τὸν εἰωθότα, τὰ δὲ αὐαῤῥήσεως σήματα ὑποπίλλων, ὥσπερ οὐκ ἀξιῶν πρεσείῳ τῷ αὐτοκράτορι ὑποκηρυκεύεται πρὸς ὁρμίσδαν τὸν πόλεμον: *Ormisdas sumpto diademate elatus fastu consuetudinem rescindit, euellens significationem suæ promotionis* (lego ὑποπίλλων) *quasi Tiberium*
E *hoc honore non dignaretur.* malim ὑποστέλλειν hoc sensu, quasi non dignatus significationem mittere suæ renuntiationis ad Tiberium. Imperator per caduceatorem deprecatur bellum aduersus Ormisdam. Senescente imperio Constantinop. qui ab imperatore peregrè moriente Augustus creabatur, priusquam pro imperatore se gereret, Constantinopolim legatos mittebat, qui populum de obitu imperatoris, & sua renuntiatione doceret. Gregoras lib. 6. ἀναγκαῖον ὦ βασιλεῖ τὸν δὲ πατρὸς καὶ βασιλέως ἀπαγγεῖλαι θάνατον ἐν τῇ βασιλδύσῃ. Qui tyrannidem affectabant ante omnia in exercitu acclamari imperatori vetabant, deinde nomen regium sibi sumebant. Ibidem, καὶ σιωπῶ ὅπη δὲ στρατὸς τῶν τῶν βασιλικῶν ὀνομάτων δίψημίας ὁ πικέρνης περιστάθει τὰ περῶτα. Constantinopoli sæpe viri principes imperatorem renuntiabant, quem patriarcha in sacro suggestu coronabat, cum ante in clypeo collocatus esset. Idem lib. 4. ὅπη τὸν ἀσπίδος καθίσαντες μιχαὴλ τὸν παλαιόλογον ἀναγορδύσι βασιλέα οἱ δόξῃ καὶ ῥώμει περύχοντες. ἀρσένιος ὁ πατειάρχης ὅπη δὲ ἱερᾶ καθιερώσει βήματος μιχαὴλ τὸν παλαιόλογον, καὶ τῷ βασιλικῷ κόσμει διαδήματι. Interdum reges à militibus

Constantinopolitani imperatoris & Persarũ regis mutua officia.

in clypeum impositi sunt, vt hostium exercitum inspicerent. Iulianus orat. 1. in Constantium. ὁ τ βαρβαρικῆς ἐπάνω δυνάμεως ἠγεμὼν μετέωρ@ ὀρθὸς ὑπὲρ τ ἀσπίδων, ἡ καθ@μαθὼν τὸ πλῆθ@ ἐν τάξει τ ῥωμαίων οἵ@ ἐξ οἵα γέγονε: *Dux barbarici exercitus elatus sublimis in clypeum, cùm didicisset Romanorum numerum in acie, quantum immutatus quanta spe excidit.* Simocata lib. 1. ritum qui seruatus est in Mauricio renuntiando exponit his verbis, παρὼν μοῦ ὁ αὐτοκράτωρ ἅμα τῇ χειροτονίᾳ & βασιλέως ἅμα τῇ παιδὶ κωνσταντίνῃ, ἵν τῷ μαυρικίῳ τύχης ἅμα ἡ βίᾳ κοινωνὸν ἐποιήσατο, ἡ πρὸ τ ἀναῤῥήσεως τοῦ συλλόγῳ τὰ ἡ παρέδετο. τὸν στέφανον ἡ ὁ βασιλεὺς ἐφόρει@, ἡ τὸν πορφυρᾶν διπλοΐδα ἀμπέχετ τ κόσμον. *Aderat igitur Imperator in Mauricio, & filia Constantina Augustis renunciandis, quam Mauricio fortunæ & vitæ sociam effecerat, & ante renunciationem apud consessum hæc deposuerat. Coronam autem Imperator, & diploidem purpuream cùm sustulisset, Mauricio Cæsari imposuit.*

A

Acclamationes imperatoribus à subditis datæ.

Multæ à subditis acclamationes datæ. διεχέετο ἡ πολλὴ τ ὑφημίας πρὸς τ ἑπτανθέων βοή. P. Diaconus lib. 17. Phocas dirigit Theodorum à secretis qui ingressus magnam ecclesiam coram populo legit, vt tam patriarcha, quàm Senatus & vulgus venirent in Septimium. Tunc Patriarcha Syrianus à Tyranno de orthodoxa fide, & vt sine perturbatione seruaret ecclesiam extorsit professionem. Denuntiatio tyranni in templo S. Ioannis Baptistæ effecta est, vbi duobus moratus diebus tertia die introiuit regalia super imperialem sedens carrucam. Iustinus Tiberium cùm adrogasset, & imperij consortem fecisset, Cæsarem renunciauit. Et cùm precatio facta esset à patriarcha, & omnes Amen dixissent, Cæsarque ad pedes imperatoris procubuisset, Iustinus imperator Cæsari dixit, Si vis, sum: si non vis, iam non sum, ait Simocata lib. 3. c. 11. Idem lib. 8. meminit ἁρμαμάξης βασιλικῆς, cui insidens Phocas iniit in vrbem. Carrucam illam regiam posteà vocat τέθριππον λευκὴν, *quadrigas albas.* Constantinus Porphyrogenneta lib. de Administrat. imperij. originem iurisiurandi illius quod de fide exigebatur, à nouo imperatore arcessit ab Anastasio Dicoro. ἐκ τ τύπ@ ἐχρῆν ὥστε ἐν τῷ μέλλειν σέβεσθ τ βασιλέα, πρότερον ὑμνῦσαι ἡ ἀσφαλίζεσθ, ὅτι ἐδὲν ἐναντίον τ θρόνων ἡ ἐν παλαιᾷ φυλαττομένων γλυφῇ ποιήσειν ἡ ἐνεήσασθ· ἡ ἵνα ὑπὸ & πατείαρχα σέβεσθ. Quod supra de Tiberio ad Iustini pedes procidente ex Simocata posuimus, idem ex P. Diaconi lib. 16. discès. Interdum adoptati ab vxore imperatoris ad imperij clauum sederunt. Anna lib. 1. Alex. ἡ οἱ περὶ τὴν γυναικωνῖτιν πείθουσι τὸν βασιλέα ὑποθέσθαι τ ἀλέξιον: *Qui erant in comitatu reginæ* Michaëlis Comneni vxoris, *persuadent ei vt Alexium adoptaret*, qui postea imperauit. Sed adoptio legitima est ab imperatore, maximè si vel inuitus ob virtutem ad imperium vocatur, vt à Nerua Traianus, à Gratiano Theodosius. Panegyr. Theodos. Argumento est dies ille communis boni auctor, quò tu cùm ad suscipiendam Remp. vocabaris, oblatum imperium deprecatus es, ne dedisse B C D speciem, tantúmque vt cogi videreris, sed & obnixè, & diu, & velut imperaturus egisti. Te princeps publicè, & in comitio ambibat. Alios empta legionum suffragia, alios vacans aula, alios affinitas regia imposuere Reip. Audite hoc publici parricidæ, qui oblita fide Dominorum sceptra cepistis. Ibidem ait, Maximum vocatum se à Theodosio ad imperium finxisse. Nisi Maximus, inquit, auctoramenti sui te finxisset auctorem. Sidonius carm. 5.

——postquam ordine vobis
Ordo omnis regnum dederat, plebs, curia, miles,
Et collega simul.

Panegyr. Theodos. ille felicitatis publicæ auspex dies, qui te primus inaugurauit imperio. E

Onera imperij quare multi recusarint.

Nec immerito imperij onera multi recusarunt, quorum molem ac difficultatem Mamertinus in Panegyrico Maximiani graphicè delineat. Sed longè illa maiora sunt quæ tu impartito tibi imperio meræ gratiæ retulisti, admittere in animum tantæ Reip. curam, & totius orbis fata suscipere, & oblitum quodammodo sui, gentibus viuere, & in tam arduo humanarum rerum stare fastigio, ex quo veluti terras omnes & maria despicias, vicissimque oculis, ac mente collustres vbi sit certa serenitas, vbi dubia tempestas, qui iustitiam vestram iudices æmulentur, qui virtutis vestræ gloriam duces seruent, accipere innumerabiles vndique nuncios, totidem mandata dimittere, de tot vrbibus, & nationibus, & prouinciis cogitare, noctes omnes, diésque perpeti sollicitudine pro omnium salute transigere. Hæc omnia cùm à fratre oblata susceperis, tu fecisti fortiter, ille sapienter. Quare Diocletianus & Maximianus oneri illi impares imperio abierunt. Eumenius Panegyr. Constantini, Cui tu priuatum otium & regias opes dederas, cui digredienti ad annulos federas,

cui

A cui impensius etiam quàm tibi occurrere obsequia nostra mandaueras, cuius omnibus iussis sic statueras obedire, vt penes te habitus, penès illum potestas esset imperij (Maximianum intellige. Quid sit illud ad annulos sederas, non capio. Fortè legendum, cui digredienti pro famulo sederas, aut pro famulo cesseras.)

De Trajani adoptione Plin. Itaque adoptatus es non vt prius alius atque alius in gratiam vxoris: adsciuit enim te filium non vitricus, sed princeps. An Senatus populiq; Romani exercitus, prouincias, socios transmissurus vni, successorem è sinu vxoris accipias, summæq; potestatis hæredem tantùm intra domum tuam quæras. Itaque non in tuo cubiculo, sed in templo: nec ante genialem thorum, sed ante puluinar Iouis Opt. Max. adoptio peracta est. Nam quantum refert deponas, an partiaris imperium. Simul filius, simul Cæsar, mox imperator, consors tribunitiæ potestatis. Iouianus à militibus imperator fa- *Trajani adoptio.*

B ctus. Theodor. lib. 4. c. 1. τότε δὲ οἱ στρατηγοὶ τῆς στρατιᾶς ἤγαγον εἰς μέσον ἰοβιανὸν, καὶ βῆμα σχεδιάσαντες ὑψηλὸν ἔστησαν ἐπὶ τούτου: *Tunc duces exercitus Iouianum in medium deduxerunt, & suggestum tumultuario opere exstruentes altum in eo collocarunt.* εἶτα πάντων αὐτῷ τὰ βασιλικὰ προσενηνοχότων προσρήματα, καὶ αὔγουστον προσαγορευσάντων καὶ καίσαρα, οὐ δύναμαι, χριστιανὸς ὤν, τῶν τοιούτων ἄρχειν, οὐ δὲ τῆς ἰουλιανοῦ στρατιᾶς βασιλεύειν, πονηρὰ παιδευθείσης μαθήματα: *Deinde cùm omnes ei regias appellationes tribuerent, & Augustum ac Cæsarem appellarent, non possum, inquit, cùm sim Christianus, imperare talibus, neque Iuliani exercitui mala disciplina imbuto imperare.*

Iustinus, Iustiniano mortuo, purpuram induit, cùm nemini notus esset obitus Iustiniani, aut noui imperatoris renunciatio, exceptis Iustini amicis, donec ludis Circensibus apparuit pro imperatore se gerens, & in aulam rediit, vt Euagrius ait. Sidonius Panegyr. Auiti, *Purpura à Iustino mortuo Iustiniano induta.*

C *——captiuus vt aiunt*
Orbis in vrbe iacet, princeps perit, hic caput omne
Nunc habet imperium, petimus conscende tribunal,
Erige collapsos: non hoc modo tempora poscunt
Vt Romam plus alter amet, ne fortè reare
Te regno non esse parem.
Non tibi centurias aurum populare parauit,
Nec modò venales, numerosóque asse redemptæ
Concurrunt ad puncta tribus, suffragia mundi
D *Nullus emit, pauper legeris, quod sufficit vnum,*
Et meritis diues, patriæ cur vota moraris,
Quæ iubet vt iubeas. Hæc est sententia cunctis,
Si dominus fis, liber ero. fragor atria complet,
Vicini quo fortè loco pia turba Senatus
Detulerat sua vota, preces. Locus, hora, diésque
Dicitur imperio felix, ac protinus illic
Nobilium excubias gaudens sollertia mandat.
Concurrunt proceres, ac milite circumfuso
E *Aggere composito statuunt, ac torque coronant*
Castrensi mœstum, donántque insignia regni,
Jam prius induerat solas de principe curas.

Valentinianum *Milites in Italia* patre mortuo *imperatorem dixerunt, quem nuncium Gratianus & Valens indignè tulerunt, quòd præter eorum sententiam, à quibus renunciari debuerat, renunciatus erat. Vterque tamen in eius imperium consensit.* Socrates lib. 4. cap. 31. βασιλέα ἀνηγόρευσαν οἱ στρατιῶται. καὶ τούτου ἠγγελθέντος ἠγανάκτουν οἱ βασιλεῖς, ὅτι παρὰ γνώμην ἀμφοτέρων ἐχειροτονήθη, ὃν αὐτὸν χειροτονεῖν ἔμελλον. ὅμως δὲ ἀμφότεροι σύμψηφοι τῆς βασιλείας ἐγένοντο. *Valentinianus à militibus imperator electus.*

Post Arcadij ætatem Constantinopoli Romam mittebantur Imperatores occidentis. Sidonius carm. 2. *Occidentis Imperatores Romā mitti soliti.*

Salue sceptrorum columen, regina orientis,

Orbis Roma tui, rerum mihi principe missō. A
Jam non Eoo solum veneranda Quirini
Jmperij sedes, sed plus pretiosa quod extas
Jmperij genitrix.

Carm.7. Roma ait,

Quod timui incurri, sum tota in principe, tota
Principis.

carm. 2.

Leo mea iura gubernet.

Imperatores enim publica iura gubernare dicuntur. Fortunatus lib.6. B

Charibertus adest, qui publica iura gubernans.

Idem lib.1. de vita Martini,

Dum regeret princeps data iura Valentinianus.

De Childeberto 3.

Publica iura regens.

CAPVT II.

De ritu creationis. C

Renunciatio Imperatorū quomodo olim facta.

RITVM qui seruatus est in imperatore renunciando suspensa manu adhuc attigimus: iam plenius de eo agamus, & de Senatus auctoritate, ac militari licentia panca præmittamus. Milites per seditionem exarchos & prætores sæpe renuntiabant, quos postea in clypeum impositos imperatores salutabant. P.Diaconus lib.17. Milites sub Mauricio Germanum inuitum pronuntiauerunt prætorem, super scutum elatum, imperatoriámque statuam subuerterunt, & huius imagines demoliti sunt, & in tyrannidem prorumperent, nisi Germanus vetuisset. Simocata lib.8. ἔξαρχον τ' ἑκατόνταρχον φωκᾶν οἱ στρατιῶται προεστήσαντο, ὅπλοις τε εἰς ὕψος ἐξάραντες Φόκαν ἐπὶ τοῦ ἀσπίδος τὸν αὐτοκράτορα ἀνεῖπον: *Phocam centurionem milites exarchum promouerunt, & in clypeo sublatum faustis acclamationibus prosequuti sunt, renuntiaruntq;.* D

Imperatores à Senatu cōfirmati, pauci electi.

Multos certè imperatores confirmatos à Senatu animaduerto, paucos omnino electos. Augustus, Tiberius, Caligula, Claudius, Nero, à Senatu confirmati, fortè & Galba electus, qui non ante Cæsaris appellationem suscepit, quàm omnes in verba sua in vrbe iurasse cognosset. Primum arbitror Neruam, ac deinde Tacitum à Senatu lectos. De Tacito Vopiscus, Exercitus qui creare imperatorem raptim solebat, ad Senatum literas misit, petens vt ex ordine suo principem legeret. Verùm Senatus sciens lectos à se principes militibus non placere, rem ad milites detulit. Dúmque id sæpius fit, sextus peractus est mensis. Denique omnis Senatus acclamauit, Tacite Auguste Dij te seruent, te diligimus, te principem facimus. Verùm & apud Capitolinum acclamatum est in Senatu, Maxime & Balbine Augusti, Dij vos seruent. Valerianus item à Senatu lectus. De Nerua Dio, μὴ ὃ δομιτιανὸν, νερούαν κοκκήϊον οἱ ῥωμαῖοι ἀπέδειξαν αὐτοκράτορα: *Post Domitianum, Neruam Cocceium Romani renunciarunt Imperatorem.* De Senatu id exaudio. E

Quinā imperatores à militibus lecti.

Ceteri à militibus lecti, Claudius, Vitellius, Otho, Vespasianus, Didius Iulianus, Seuerus, Maximus, Heliogabalus, Gordiani, & plerique alij. Zonaras, Diocletianum Imperatorem ἀνεῖπον στρατιῶται, renuntiarunt milites. Pertinax ipse à militibus imperator creatus.lib.2. Herodianus, στρατιῶται σεβαστὸν προσεῖπον πέρτινακα, εἰς τε τὸ ἐκείνε ὄνομα τὰς συνήθεις ὅρκους ὠμόσαντες, & θύσαντες, δαφνηφορεῶντες: *Milites Pertinacem Augustum salutarunt, & in eius nomen iurarunt, cùm sacrificassent, & laureati processissent.*

Creati imperatores ad Palatiū deducti.

Creati statim ad palatium deducebantur. Capitolin. Pertin. Ad palatium ergo Pertinax profectus, quod tunc vacuum erat. Illatus castris Nero lecticæ impositus promisso donatiuo imperator constituitur. Haud scio quàm verè dixerit Zozimus lib. 1. Post mortem Commodi, tunc primùm τὸ πρὸ τῶν φυλακῶν τὰ βασιλέων τεταγμένον στρατιωτικὸν τῶν τὰ καθ' ἡσυχίαν μόναρχον ὑφήρπασε ἐξουσίαν, παρελόμενον βίᾳ τῶν ἱερουσίαν ταύτης τ' κείσεως,

Prætoria

A *Prætoriæ cohortes quæ ad regia custodiam excubabant, potestatem creandi imperatoris sibi vindicarunt per vim Senatui ereptam*, Didius Iulianus, ὠνεῖτο τὴν βασιλείαν, θέαμα δὲ ἰδεῖν ἅπασι, οἷον ὅπω πρότερον ἐθεάσατο. εἰσήγετο γὰρ εἰς τὰ βασίλεια μήτε ἱερείας ἡγεμόνης, μήτε ἄλλης ἐννόμου δορυφορίας: *Emit imperatoriam dignitatem, spectaculum non ante visum præbens. Inducebatur enim in aulam neque senatu præeunte, neque alio legitimo stipatorum comitatu.* Diaconus lib.8. Alexander Seuerus, Cæsar à militibus dictus, Augustus à Senatu. Maximinus primus ex corpore militari imperator factus sola militum voluntate, cùm nulla auctoritas Senatus interceſſiſſet, neque ipse Senator esset.

Certè olim omnia auctore Senatu gerebantur. Claudianus, *Senatu auctore omnia olim gesta.*

Ordine cùm prisco censeret bella Senatus,
Decretóque togæ felix legionibus iret
B *Tessera.*

Sed non post Iulium & Augustum, nisi in speciem. Omnem enim populi potestatem Imperatores ad se traduxerunt lege regia, cuius olim fuit bella decernere, fœdera sancire, magistratus creare, de ciuis capite statuere, vt Polyb.lib.6. πμῆς γὰρ ἔστι ⸂ πμωείας ἐν τῇ πολιτείᾳ μόνος ὁ δῆμος κύριος: *Solus in ciuitate populus præmij & pœnæ est arbiter.* θανάτου ⸂ κρίνει μόνος. τὰς μὲν τὰς ἀρχὰς ὁ δῆμος δίδωσι τοῖς ἀξίοις: *Iudicia exercet capitis publica solus. Magistratus dat populus dignis.* ἔχει ⸂ τὴν τῶν νόμων δοκιμασίαν, ⸂ τὸ μέγιστον, ὅταν εἰρήνης ⸂ ἢ βουλεύῃ, ⸂ πολέμου: *legum sanciendarum abdicandarumq; ius penes eum est: & quod longè maximum, de bello & pace hic deliberat.* Legendus Polyb.l.6.p.462.463.typis Drouardi. *Regia lege populi potestas ad imperatores delata.*

Tiberius comitia è campo ad patres transtulit, ceteri imperatores & populo & Senatui *Comitia è cãpo ad patres trãslata.*
C non modò comitia, verùm & omnem penè potestatem eripuerunt. Milites igitur sibi ius creandi imperatoris attribuerant. Zozimus lib. 2. scribit, cùm à militibus Constantinus Cæsar salutatus esset (ἀνάῤῥησιν βασιλέως vocat) ἐν τῇ ῥώμῃ τὰς εἰκόνας αὐτοῦ δεχθείσας καὶ τὸ σώνηθες, *ex more imagines eius Romæ receptas.* Apollonius l.3.excidij Hierosolymit. Vespasianum à militibus Cæsarem salutatum, & acclamationes datas, coronásque à sociis regibus missas indicat his verbis,

Tollitur ad cælum clamor, dextráque patenti
Certatim iurata fides. persoluere grates
Ipse verecundo conatur Flauius ore,
Jámque salutatus vix nomen credulus audit
D *Cæsareum*, &c.

——Tum more vetusto
Insuper Eoi reges misere coronas,
Legatúsque frequens inopinæ gaudia sortis
Testatus.

Imperatores vt primum creati, nihil prius habuere, quàm vt in Senatum statim, ac de- *Creati imperatores statim in Senatũ, mox in castra prætoria quare se cõferrent.*
inde in castra prætoria se conferrent, vt illic quidem patribus, hic verò militibus, quod imperio suo consensissent, gratias agerent. Suetonius in Claudio & Nerone. Sæpe factum vt vel inuitis purpuram milites iniicerent. Herodianus lib. 6. πορφύραν ὑπερβαλόντες βασιλικὴν ἀυλοκράτορα ἀναγορεύσι, *milites*, inquit, *injecta purpura imperatorem eum salutarunt.* Iustinus
E maior Thrax à domesticis protectoribus, quorum comes erat, imperator renuntiatus est. Euagrius lib.4.c.1. ὑπὸ τῶν βασιλικῶν σωματοφυλάκων ἀναῤῥηθεὶς, ὧν ὡς ⸂ ἦρχεν ἡγεμὼν τῶν ἐν τῇ ἀυλῇ τάξεων καθεστὼς: *A regij corporis custodibus renuntiatus quibus præerat, cùm esset comes ordinum aulæ.* Item, Iustinus ἀνασπάσθαι τὴν εὔνοιαν τῶν καλεμένων ἐξκουβιτόρων: *Cùm benevolentiam excubitorum redemisset.* Corippus lib. 2. Iustini posterioris ritum in imperatore creando solemnem egregiè describit, his verbis,

Armati manibus sacrati circulus auri
Impositus collo, imperium sublime dicauit,
Quod faciens ter, ter dextram cum munere tendens,
Auguſti, Iuſtine, locum tibi confero dixit.
Aſt ego te iubeo princeps, ait, eſſe tribunum.
Felix Armatus primus qui verba loquentis

Audit.

Audijt. A
Quatuor ingentem clypeis sublimibus orbem
Attollunt lecti iuuenes, manibúsque leuatus
Ipse ministrorum supra stetit, vt sua tectus
Littera, quæ signo stabili non flectitur vnquam,
Nominibus sacrata tribus.

(Iustini scilicet prioris, Iustiniani, & Iustini secundi.)

Astitit in clypeo princeps fortissimus illo
Solis habens specimen, lux altera fulsit ab vrbe,
Mirata est pariter geminos consurgere soles B
Vna fauens, eadémque dies.
Postquam cuncta videt ritu perfecta priorum,
Pontificum summus, plenáque ætate venustus
Astantem benedixit eum, cælique potentem
Exorans dominum, sacro diademate iussit
Augustum sancire caput, summóque coronam
Imponens capiti feliciter.
Intonuit patrum subitus fragor, inde clientum
Clamores crescunt, clamoribus adsonat æther C
Laudibus innumeris regnantum nomina tollunt.
Iustino vitam tercentum vocibus optant,
Augustæ totidem Sophiæ plebs tota reclamat,
Felices annos dominis felicibus orant.
Ipse coronatus solium conscendit auitum,
Atque crucis faciens signum venerabile sedit,
Erectáque manu cuncto præsente Senatu,
Ore pio hæc dixit: Vos ô mihi proxima membra
Conscripti patres, nostri pars maxima regni, D
Vos estis pectus, vos brachia verticis huius,
Quorum consilijs, quorúmque laboribus vsa
Publica res domuit gentes, & regna subegit.

Recẽs creati Imperatores in palatia ducebãtur.

Imperatores recens creati in palatia ducebantur, auctore Spartiano in Iuliano Didio, Ammiano lib.25.Gregorio Turonensi lib.5.c.3.histor.Franc. Suetonio in August. Quare Sidonius lib.2. c. 13. imperatorem ait Palatinis limitibus inclusum. Imo soli imperatores habitabant in palatiis,l.1.& 2.C.Theod. Ne quis in palatiis maneat. Zonaras, τὴν τῶν παλατίου κλῆσιν καταγώγιον βασιλέως, *palatij appellationem mansionem imperatoris* interpretatur,vbicunque agat. Lampridius in Alexandro, purgauit palatium suum, comitatumq; omnem, nec quenquam passus est esse in palatinis, nisi necessarium. Qui autem imperatores à militibus creati essent, circumferebantur per exercitum, aut vicos, diademate cingebantur, in clypeum imponebantur, aut è suggestu milites alloquebantur. Suetonius in Vitellio c.8. A militibus è cubiculo raptus, circumlatúsque per celeberrimos vicos,strictum gladium tenens imperator consalutatus est.Apud Ammianum lib.20.Iulianus à militibus Augustus salutatus, cùm diadema deesset, Maurus nomine tunc hastatus abstractum sibi torquem, quo vt draconarius vtebatur, capiti Iuliani imposuit confidenter. Quinos omnibus aureos, argentiq; singula pondo Iulianus promisit, detracta simulacro Veneris purpurea cyclas humeris eius iniecta est,impositusque scuto pedestri,& sublatus eminens populo silente Augustus renuntiatus est,lib.15. Sueton.lib.7.omissa mora succollatus Otho. Capitolinus de Gordiano, puerum collo vinctum, vt militibus ostenderetur. Sueton.c.4. Claudius à militibus lecticæ impositus,& quia serui diffugerant,vicissim succollantibus in castra delatus est. E

Illatus

A Illatus castris Nero lecticæ impositus. Tacitus lib.4.hist.Impositusq; scuto more gentis, & sustinentium humeris vibratus, dux deligitur Brinio quidam à Caninefatibus Germanis. Zonaras de Hypatio, contra Iustinianum imperatore per seditionem creato, καὶ ὅπλοις ἀσπίδος αὐτὸν μεταρσιον ἅραντες ἀναγορεύσι βασιλέα. Nicephorus Gregoras lib.3.de Theodoro Duce filio, καθεθεὶς ἐπ' ἀσπίδος, renuntiatus est imperator summo omnium subditorum consensu,in clypeo sedens,vt mos ferebat. Curopalates, ὁ νέος βασιλεὺς ὅπλοις σκυταλείοις καθεθεὶς ἐπαίρεται εἰς ὕψος, nouus Rex impositus in clypeum sublimis attollitur. Georgius Pachym. in excerptis l.2.imperatorio clypeo insidet is, qui imperio destinatur. Nicephor. Gregor. l.3. Lascaris Theodorus Iohannis filius statuitur in clypeo cùm creatur. V. Annales, Pipinus more Francorum eleuatus in solium regni, in ciuitate Suessionum ad ipsas montium angustias quas clusas vocant. Diacon. l. 17. Germanum inuitum pronuntiant B prætorem, super scutum elatum, imperatoriámque statuam subuerterunt milites,& Mauricij imagines demoliti sunt. Phocam super clypeum euectum exarchum statuunt milites. Septimium in Suburbio locus Constantinopoli vbi Phocas consecratus. Cassiodor.Parentes nostros Gothos inter procinctuales gladios more maiorum scuto suppositio nos reges fecisse tubis concrepantibus. Claudianus de clypeo in quo sublimes imperatores circumferebantur, ita exaudiendus cùm dixit:

Nero castris illatus & lecticæ impositus.

Sed mox cùm solita miles te voce leuasset.

Zonaras in Iustino maiori, de quo supra egimus, ἐπ' ἀσπίδος αὐτὸν μεταρσιον ἅραντες ἀναγορεύσι βασιλέα, τὸ τῶν ἵππων ὀπίσθιον ἀμιλλητήριον καταλαμβάνουσι θέατρον, διφημοῦντες αὐτὸν, πορφυρίδα ἐζήτουν, καὶ τέφρα: *Milites Prætorij Iustinum Thracem cùm in clypeo sublimem sustulissent, salutarunt imperatorem,& ex eo loco in circum properant cum plausu & acclamatione,pur-* C *puram quærentes & coronam.*

Quærat aliquis, cur Constantinopoli qui salutati essent imperatores, in circum deferrentur? nimirum id caussæ fuisse putandum est, vt se populo qui frequens in circum conuenerat, spectandos præberent. Sic & in castra clypeo vel lecticæ impositi deferebantur, vt clauario militibus dato, exercitum sibi conciliarent. Xiphilin.in Commodo: προσαγαγεῖν τὸ μειράκιον εἰς τὸ στρατόπεδον, ὡς δεξιωθείη τοῖς στρατιώταις, καὶ χρήματα διανεμόμενον, ὡς ἔθος ἦν τοῖς βασιλέαν δεδεγμένοις, παρηγγέλθη πᾶσιν εἰς τὸ εἰωθὸς πεδίον ἐλθεῖν: *Deducere adolescentem in castra, vt milites alloqueretur, & pecunias militibus daret, vt solent ij qui imperium nacti sunt. Omnes moniti sunt vt in campum pro more conuenirent.* Apud eundem *Commodus sacrificia regia effecit, & cùm suggestus ei sublimis exstructus esset in medio castrorum, vt milites alloqueretur.* Noli cum Politiano campum Martium accipere, quia id temporis Commodus D erat ad Istrum,vt Herodianus ait, κόμμοδος τάς τε βασιλείας θυσίας ἐπετέλει, καὶ βήματος αὐτῷ εἰς ὕψος ἠρθέντος, ἐν μέσῳ τῷ στρατοπέδῳ: Vt autem Constantinopoli imperatores, quàm primum creati erant, templum Sophiæ inibant, gratias Deo acturi,sic & Romæ in templum Iouis Capitolini, & alia fana, vt rem diuinam facerent,itabant. Xiphilin. Commodo. εἰς τε τὸ τοῦ διὸς τέμενος, καὶ τὰς ἄλλας νεὼς ἀνῄεσαν: Commodus *cùm in templum Iouis, & alia fana ascendisset.*

Constantinopoli imperatores creati cur in circũ delati.

Priusquam in curiam inirent, Iano qui ante fores Senaculi fuit, sacrificabant, ea dicebantur εἰσιτήρια,sacrificia pro felici ingressu. Xiphilin. Pertin. Ὅς τε ὑπὲρ τῆς βασιλείας θυσίας τυθείσας: *cùm pro salute imperij sacrificia fecisset.* Capitolin. Pertin. His horis quibus ille in Capitolium vota soluebat. Xiphilin.in Didio, ἐπειδὴ πρὸς τὸ συνέδριον ἦλθε, καὶ τῷ ἰανῷ τῷ πρὸ τοῦ θυρῶν αὐτῷ θύσων ἔμελλεν. ὅτε τὰ εἰσιτήρια πρὸ τοῦ βουλυτηρίου ἔδυεν ὁ δίδιος παρόντων E τῶν βουλῶν. *Postquam Iulianus Didius ad curiam venit, cùm Iano ante fores sacrificaturus esset. Cùm sacrificia pro ingressu præsentibus Senatoribus Didius obiret.* Milites Macrino detulerunt imperium, quem Senatus in Patricios allegit. Eundem, cùm scriba pontificum esset, quos hodie pontifices minores vocant, Pontificem maximum appellarunt, proconsulare imperium,& potestatem Tribunitiam detulerunt, ait Dio. Maiorianus Constantino, & Rufo Coss. leuatus est imperator Rauennæ, vt Marcel. Comes in Chronico. Sidon. de Auito Augusto,

Iano Imperatores creati sacrificabant.

Concurrunt proceres, ac milite circumfuso
Aggere composito statuunt, ac torque coronam
Castrensi mœstum, donántque insignia regni.

Innominatus Chronographus,Valentiniano octauum,& Anthemio Cons. Leuatus imperator in Galliis Auitus, 6.Idus Iul. Vopiscus in Probo,Deinde concursus & cæspitium tribunal,

bunal, appellatúsque imperator Probus. A

Cæspitij exstructio noui imperatoris renũtiationẽ arguebat.

Ammian.l.15. ad imperium placuit Iulianum adsumere, cùm venisset accitus prædicto die, aduocato omni quod aderat commilitio, tribunali ad altiorem suggestum erecto, quod aquilæ circumdederunt, & signa: exstructio enim cæspitij tribunalis seditionem, ac noui imperatoris renuntiationem arguebat, nec è tribunali quisquam milites alloqui poterat, nisi imperator esset, aut imperij affectati suspicionem subiret. Capitolin.in Vero, Cùm Marcus pro ambobus ad milites est loquutus. Commodus epistola ad Albinum, Tibi do potestatem vt si necessitas fuerit ad milites prodeas. Dio lib. 57. scribit Liuiam principio Tiberij omnia pro imperatore egisse, hoc excepto quòd in Senatum venire, aut milites alloqui, vel concionem habere ausa non sit. Tacit.l.1. Annal. milites vna tres aquilas,& signa cohortium locant. Simul congerunt cæspites, exstruunt tribunal,quo magis conspicua sedes foret, &c. Blæsus ait,leuiore flagitio legatum interficietis, quàm ab B imperatore desciscitis. Ammian. Marcel.l.11. Et cùm alloqui pariter omnes nec longitudo spatiorum extenta, nec in vnum coactæ multitudinis permitteret crebritas, & alioqui vitabat grauioris inuidiæ pondus.ne videretur id affectasse,quod sibi soli deberi Augustus existimabat,cautior sui. Claudian.de Bello Gethico,

Dictis ante tamen princeps confirmat ituros
Aggere conspicuus, stat circumfusa iuuentus
Nixa hastis, pronásque ferox accommodat aures.

Imperatoris tituli.

Prudentius titulos plærosque imperatoris complexus est his verbis,

Caput Augustum diademate cinxit,
Appellans patrem patriæ, populi atque Senatus C
Rectorem, qui militiæ sit ductor, & idem
Dictator, Censórque bonus, morúmque magister,
Tutor opum, vindex scelerum, largitor honorum.

Claudianus Panegyr.4.

Diademate crinem,
Membráque gemmato trabeæ viridantia textu.

Suggestus imperatoris in Senatu.

In Senatu suggestus imperatoris fuit, militari custodia septus. Senatus ἐψηφίσατο Caligulæ, ὅπως καιβήματι ὑψηλῷ, καὶ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ὥστε μηδένα ἐξικνεῖσθαι, καὶ φρουρᾷ στρατιωτικῇ καὶ ἐκεῖ χρῆτο. Senatus decreuit Caligulæ suggestum altum vt nemo accedere posset, qui militaribus excubiis cingeretur. Tiberius eo suggestu noluerat vti. Dio sedem propriam imperatori,& regium thronum in Senatu tribuit. γλαβρίωνα εἷλκε, καθίζεσθαι κελεύων πρετίνακα ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου. *Detraxit Glabrionem, iussitq; Pertinacem sedere in regio solio.* ἱδρύθη ἐν τῇ βασιλείᾳ ἑστίᾳ τῶν στρατιωτῶν ἀναγαγόντων. Pertinax à militibus deductus resedit in regia aula. D

Publica lætitia toto orbe imperatore creato celebrata.

Id temporis quo imperator creatus, publicam lætitiam toto orbe terrarum celebratam indicat Philo Iudæus lib.de legatione ad Caium, sub initium libri. τὶς γὰρ ἰδὼν γάϊον μετὰ τοῦ τιβερίου καίσαρος τελευτὴν παρειληφότα τὴν ἡγεμονίαν πάσης γῆς καὶ θαλάσσης ἀστασίαστον, &c. *Quis enim cùm viderit Caium post Tiberij mortem accepisse imperium vniuersæ terræ* seditionibus liberum bonis legibus firmatum, omnibus partibus quæ ad ortum, meridiem, occasum, boream sitæ, sunt consentiens ac concors, barbaris cum Græcis, Græcis cum barbaris mira conspiratione concinentibus, militibus cum iis qui in vrbibus degunt, vrbium incolis E cum militibus ad pacem fruendam: quis, inquam, non admiretur eum qui successor, ac hęres felicitatis omni sermone superioris tot bona tam facili negotio cumulatè consequutus sit,thesauros pecuniis refertos, aurum & argentum factum, ac infectum, τὴν μὲν ὡς ὕλην, τὴν δ' ὡς νόμισμα, τὴν δὲ ὡς προβόσκημα, δι' ἐκπωμάτων, *aliud escarium in poculis & alijs rebus,* quæ ad ostentationem fabrefactæ sunt, innumeras copias pedestres, equestres, nauticas, reditus, vt ex fontibus iugi quodam decursu fluentes, ac suppeditatos, imperium non plurimarum, & quæ maximæ necessariæ sunt orbis partium, sed totius penè orbis habitabilis, duobus fluuiis finitum, Euphrate, & Rheno, quorum alter secat Germaniam, & quotquot sunt efferatissimæ gentes, alter Parthiam, & Sarmatas, ac Getas, quæ gentes non minus efferatæ sunt, quàm Germani. Imperium, inquam, quod ab ortu ad occasum pertinet,& omnia complectitur infra,& supra Oceanum.

Caligulæ

Caligula tantum imperium adepto,populus Rom. ἐγεγήθει, *lætitia exsultabat,* & vniuersa Italia,

A Italia, & gentes omnes in Asia & Europa. Nullus enim imperator fuit, cuius principatus amplius lætitiæ attulerit, cùm sperent omnes non modò possessionem, & fructum priuatorum & publicorum bonorum, sed habere se iam existiment plenissimum cumulum, certæ ac stabilis felicitatis. Nihil igitur aliud videre est per vrbes quàm βωμοὺς, ἱερεῖα, θυσίας, *aras, victimas, sacrificia*, homines albatos, coronatos, splendentes, benignitatem ex hilari aspectu ostendentes, festa, celebritates, musica certamina, ludos curules, comessationes, priuilegia cum tibiis & fidibus, oblectationes, remissiones, inducias, omnis generis voluptates, quæ omnibus sensibus hauriri possunt. Nihilo plus diuites habent pauperibus, illustres obscuris, creditores debitoribus, domini seruis, tempore æqualitatem legum dante, vt Saturni ætas quæ à Poëtis decantatur iam commentum poëticum esse non videatur, propter annonæ copiam & anni vbertatem, cui comites securitas & hilaritas, quæ priuatim ac publicè B vbique per septem menses vsurpata est. ἑορτὰς, πανηγύρεις, μουσικοὺς ἀγῶνας, ἱπποδρομίας, κώμους, παννυχίδας μετ' αὐλῶν καὶ κιθάρας, τέρψεις ἀνέσεις, ἐκεχειρίας, παντοίας ἡδονὰς, διὰ πάσης αἰσθήσεως, &c.

principatus lætitia.

CAPVT III.

De Diademate & Corona.

C CORONÆ Romæ frequentes fuere non imperatoribus modò, verùm & militibus, aureę, laureæ, gramineę, quernæ, de quibus hic sermo non est, quando regni insignia non fuere. De diademate, quod palmare fuit regiæ potestatis insigne, agendum.

Quis igitur primus diademate Romæ vsus sit, in quæstionem vocatur. Nonnulli Caligulam, alij Aurelianum putant. Quid si Iulio Cæsari eius rei originem tribuas, cuius statuæ diadema impositum, ipse etiam Lupercalibus corona aurea deuinctus. Dio lib.44. ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ τῶν λυκαίων γυμνοπαιδίᾳ ἐς τε τὴν βασιλείαν εἰσῆλθε, καὶ ἐπὶ τοῦ βήματος, τῇ τε ἐσθῆτι βασιλικῇ κεκοσμημένος, καὶ τῷ στεφάνῳ τῷ διαχρύσῳ λαμπρυνόμενος, ἐπὶ τὸ δίφρον τὸ κεχρυσωμένον ἐκαθέζετο, καὶ αὐτὸν ὁ ἀντώνιος βασιλέα μετὰ τῶν διασωτῶν προσηγόρευσε, καὶ διαδήματι ἀνέδησε: *Postquam enim Lupercalibus in regiam venit, & in tribunali regia veste ornatus, & aurea corona splendidus in aurata sella consedit, & ipsum Antonius regem cum collegis sacerdotij salutauit, & diademate reuinxit.* lib.43.

Diademate quis primus Romæ vsus.

D Sellam eius auream, coronamq; auro & gemmis insignem, qui honor Diis alias tribui solet, inferri, atque in circum à multitudine induci iusserunt. Suetonius Iulio, c.79. Nam cùm sacrificio Latinarum quidam è turba statuæ eius coronam lauream candida fascia præligatam imposuisset. Plutarchus vertit διάδημα βασιλικὸν, *regium diadema* quæ candida fascia fuit. Silius lib.16.

———Regnique insigne vetusti
Gestat læua decus, cinguntur tempora vitta
Albenti.

Cedrinus, ταινίαν χρυσοπόρφυρον, *fasciam auro*, & purpura intextam. Plinius lib.11.c.15. Regibus apum in fronte macula quodam diademate candicans. Valerius lib.6. c.2. Pompeio candida fascia crus alligatum habenti, Fauonius non refert, inquit, qua in parte corporis E sit diadema. Idem scribit Ammian. l. 17. de Pompeio. v. gl. καυσία πῖλος ἦν πλατὺς ὃν οἱ μακεδονικοὶ βασιλεῖς ἐφόρουν λευκὸν αὐτῷ διάδημα περιειλοῦντες: *Causia pileus erat latus, quem Macedonum reges albo diademate reuinctum ferebant.* Arrianus lib. 6. de Alexand. καυσίαν καὶ τὸ συνεχόμενον αὐτῇ διάδημα: *Causiam, & ei hærens diadema.* Lucianus in Dialogo Alexand. & Diog. διαδεμένον ταινίᾳ λευκῇ τὴν κεφαλὴν, *reuinctum caput alba tænia.* in Nauig. ταινίην λευκὴν περὶ τῷ μετώπῳ, albam tæniam circa frontem. Silius lib.16.

Causia quid.

Tænia alba.

Vittáque maiorum decoramen fronte sine vllo
Delapsa attactu nudauit tempora regis.

Egesippus lib.2.c.1. Iudaic. Quid enim sella aurea, albatumq; diadema, nisi regni forent insignia. Tacit. lib.6. Albentibus spumis in modũ diadematis. Isid. li.19.c.30. Infula est fasciola sacerdotalis capitis alba in modum diadematis, à qua vittæ ab vtraq; parte dependent, quæ infulam vinciunt. Q. Curt. lib.6. Alexandro purpureum diadema distinctum albo.

Regia Cidaris. Philo Iudæus lib. de vita Mosis p. 457. κιδάρει γὰρ οἱ τῶν ἑώων βασιλεῖς ἀντὶ διαδήματος εἰώθασι χρῆσθαι: *Cidari reges ad ortum pro diademate solent vti.* Regiæ Cidaris in Veteribus nummis hæc forma, Recta est & elata summa sui parte turrita, ponè infulas habet pendentes ante bucculas, eius medium ambit fascia alba stellulis insignita. Hesychius κίταρις ὃ φοροῦσι κύπριοι, οἱ δὲ τὰ διαδήματα φοροῦντες κίτταζοι: *Citaris dicitur quam Cyprij ferunt, at qui diademata gestant, cittasi vocantur.* A

Tiara regũ. Cidaris propriè recta regum tiara fuit, πῖλον vocat Pollux lib. 8. c. 13, Strabo lib. 13. πίλημα. Ouidius lib. 10. Metam. Midæ purpuream tiaram tribuit,

Tempora purpureis tentat velare tiaris.

Vulgus habuit κυρβασίας, tiaras inflexas. Sidonius,

——supplice cultu

Flectit Achæmenius lunatam Persa tiaram. B

Reges tiaras rectas diademate cinctas. Xenophon lib. 8. παιδείας, ὁ κῦρος εἶχε διάδημα περὶ τῇ τιάρᾳ. Ammianus lib. 19. auctor est regem Persarum per initia aureum capitis arietini figmentum interstinctum lapillis pro diademate gestasse. Postea tiaram diademate ita cinctam sumpsit, vt sinus quosdam vndulatos, & albentes efficeret. Fascia illa Assyriis purpurea fuit ex bysso, διάδημα βύσσιον πορφυροῦν, lib. Esther. Plinius lib. 7. c. 56.

Diadema à quo repertũ. Diadema repertum à Libero patre scribit. στέμμα recentiores Græci vocarunt, quod olim diadema. Codinus, δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι ὁ πρὸς καλεῖται νῦν στέμμα, ὠνομάζετο πάλαι διάδημα. Balsamon ait *Pontificem Romanum omnibus imperij insignibus ornari posse, excepto diademate.* δικαιοῦται ὁ πάπας ῥώμης διὰ πάντων τοῖς βασιλικοῖς προνομίοις μεγαλύνεσθαι, ἄνευ μόνου τοῦ στέμματος. Landulphus in Mauritio. Cùm Constantina Mauricij coniuge stemma constructum attulerant imperatori. στεμματογύριον apud Codinum corona fuit propria Despotarum, στέφανος διὰ λίθων καὶ μαργάρων ἔχων καμάρας μικρὰς τέσσαρας ἔμπροσθέν τε καὶ ὄπισθεν, καὶ ἐκ πλαγίων: *corona gemmis ornata & lapillis, habens apsidas paruas quatuor ante, & ponè, & à latere.* C

Tupha. Dicitur & Tupha. Zonaras in Basilio Porphyrog. τιάρᾳ ταινιωθεὶς ὀρθίᾳ ἣν τοῦφαν καλεῖ ὁ δημώδης. *redimitus tiara recta quam vulgò vocant tupham.*

Phrygium ornamentũ. Phrygium ornamentum capitis vocat Sugerius in vita Ludouici Grossi. Circumdantes capiti eius Phrygium ornamentum imperiale instar galeæ circulo aureo concinnatum imponunt. Glossæ Isidori, Phrygium, mitra.

Virgilius,

Et Tunicæ manicas, & habent rediculæ mitræ.

Caligula primus diademate imposito dominus appellatus. Vt sit, Caligula primus diademate imposito dominum se iussit appellari, si Aurelio Victori fides, qui tamen à se discedit in Aureliano, his verbis. Iste primus apud Romanos diadema capiti innexuit, gemmisq; & aurata omni veste, quod adhuc ferè incognitum Romanis moribus videbatur, vsus est. Eadem illa verba Diaconus habet lib. 10. qui tamen lib. 7. Caligulam primum diademate vsum scribit, meo animo malè. Nec enim id aut Suetonius, aut Tacitus, aut Dio tacuisset. Iornandes lib. 1. de regnor. ac temp. success. Tunc etenim, inquit, primus omnium imperatorum Diocletianus adorari se vt Deum præcepit, & gemmas vestibus, ac calceamentis inseruit. Diademata in capite ante omnes cum chlamide purpurea, vt à priuatis discernerentur, habebant, & vt iudices ceteri salutabant. Ita hunc locum lego, ita interpungo. Ante hos omnes M. Antonius triumuir diademate vsus, sed in Ægypto, more barbaro regum. Florus lib. 4. c. 11. Aureum in manu baculum, ad latus acinaces, purpurea vestis ingentibus obstricta gemmis, diadema aderat vt regina rex ipse frueretur. Claudius Imperator *in Musicis certaminibus pallium & crepidas* more Græco, *in gymnico certamine chlamydem purpuream, & coronam auream sumebat,* Dio, ἐν τῇ τῆς μουσικῆς θεωρίαις ἱμάτιον καὶ κρηπίδας, ἐν τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι πορφυρίδα καὶ στέφανον χρυσοῦν ἐλάμβανε. Victor de Constantino Magno, habitum, inquit, regium gemmis, & caput exornans perpetuo diademate. Quod idem Cedrinus astruit his verbis, πρῶτος πάντων διαδήματι ἐχρήσατο καὶ μαργάροις καὶ λίθοις περιεργότερον, quæ verba sic exaudio, non vt primus Constantinus diademate vsus sit, sed vt primus diadema gemmis & lapillis curiosius ornarit. Sidonius lib. 4. e. 13. Diadematis potestatem vocat. Carm. 2. D E

——diademate crinem

Fastigatus eas.

Cuius diademata frontem

Non

A *Non luxu, sed lege tenent.*

Claudianus,

——— Posito diademate princeps

Pallet.

Carus apud Zonaram ἐταινίωσε βασιλικῷ διαδήματι, *deuinxit regio diademate filios suos.*

Vides quam longè abeant à se veteres scriptores. Equidem ita statuo, Cæsarem & regis nomen ambiisse, & diadema, sed vtrumque palàm respuere coactum, cruda adhuc seruitute. Suet. l.1.c.79. Quanquam & plebi regem se salutanti Cæsarem se, non regem esse responderit, & Lupercalibus pro rostris à Cos. Antonio admotum sæpius capiti suo diadema repulerit, atque in Capitolium Ioui Opt. Max. miserit. Caligula palàm se regem appellauit, diadema tamen capiti nectere non ausus est. Sueton. l.4.c.22. Cùm audiret fortè reges qui officij causa in vrbem aduenerant, concertantes apud se super cœnam de nobilitate generis, exclamauit, εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. nec multum abfuit, quin statim diadema sumeret, speciémque principatus in regni formam conuerteret. Verùm admonitus, & principum, & regum se excessisse fastigium, diuinam ex eo maiestatem asserere sibi cæpit. Regni formam Tacitus vocat inania regni, Polybius φαντασίαν βασιλείας. Titus suspicionem affectati regni auxit, postquam Alexandriam petens in consecrando apud Memphim boue Apide diadema gestauit, de more rituq; priscæ religionis, ait Xiphil. Halagabalus voluit vti & diademate gemmato, quia pulcrior fieret, & magis ad fœminarum vultum aptus, quo & vsus est domi, auctore Lampridio. Zenobia post Odenatum maritum imperiali sagulo perfuso per humeros habitu, donis ornata, diademate etiam accepto, nomine filiorum Herenniani & Timolai, diutius quàm fœmineus sexus patiebatur, imperauit, vt Trebel. Pollio.

Diadema sibi imponi quinã imperatores recusarint.

Diadema, vel potius radiatam coronam intellexit Mamertinus in Paneg. Sellæ curules, fulgur, & illa lux diuinum verticem claro orbe complectens, vestrorum sunt ornamenta meritorum. Gallienus radiatus sæpe processit cum chlamyde purpurea, gemmatisq; fibulis, & aureis, ait Trebellius. Statius lib.7. Thebaid. eò respexit,

Ipse tuis alte radiantem crinibus arcum Imprimat.

Virgilius,

Aurati bis sex radij fulgentia cingunt Tempora.

A Meletio coronatus Theodosius Magnus, sed per visum in quiete vt Theodoret. lib. 5. Cedrinus in Theodosio, χρυσῷ στεφάνῳ κεφαλὴν σου κατεκαλλώπησα, ταινίᾳ χρυσοπορφύρῳ ἐκόσμησα. *corona aurea caput tuum ornaui*, ait Deus ad Theodosium, *tænia & diademate auro purpuraq; intexto insigniui.* Basilius τὴν νίκης ἐδέξατο στέφανον, à patriarcha, *victoriæ coronam accepit.* Heraclius, ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου στεφάνου, *in Oratorio D. Stephani à patriarcha coronatus est*, eodem auctore, *interdum in vmbone maioris ecclesiæ*, στέφει αὐτὸν ὁ πατριάρχης ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ait idem Cedren. Antiochiæ ab Episcopo coronatus est Thomas cùm Michael Imperator Constantinopoli esset.

Radiata corona pro diademate vsurpata.

Benedici autem moris fuit eum à quodam clerico, vel ab ipso patriarcha qui coronaretur, εὐλογεῖσθαι, vt Cedrenus in Leone. μέλλοντα δὲ στεφθῆναι ἀναστάσιον ἀπῄτησε ἔγγραφον ὁμολογίαν τῆς πίστεως πατριάρχης εὐφήμιος καὶ στέφει αὐτὸν, ait Zonaras. Ante Caroli Magni, & Irenes ætatem, multi ab episcopis & patriarchis coronati, primus omnium Carolus Magnus inunctus. Manasses scribit Leonem Pontificem Romanum à Carolo rege Francorum in solium restitutum,

Benedictiones imperatorũ à quibus fieri solitæ.

ἔνθεν, ἀμειβόμενος τὴν κάρουλον ὁ λέων
ἀναγορεύει κράτορα τῆς παλαιτέρας ῥώμης,
καὶ στέφος περιτίθησι, ὡς οἱ ῥωμαίων νόμοι,
οὐμὴν ἀλλὰ χρησάμενος καὶ νόμοις ἰουδαίων
ἐκ κεφαλῆς μεχρὶ ποδῶν ἐλαίῳ τοῦτον χρίει,
οὐκ οἶδα τισὶ λογισμοῖς, ἢ ποίαις ἐπινοίαις.
οὕτως ὁ πρώην σύνδεσμος τῶν πόλεων ἐρράγη,

Inde, Leo vt gratiam referret Carolo
Eum renuntiat imperatorem veteris Romæ,
Et coronam imponit, vt Romanorum leges ferunt,
Imò & vtens legibus Iudæorum,

A capite ad pedes oleo eum inungit, A
Neſcio propter quas rationes aut cogitationes.
Ita prius vinculum vrbium Conſtantinopolis & Romæ *ſolutum eſt.*

Ante Carolum Magnum Clodoueus in Gallia inunctus, deinde & hunc ritum Oriens amplexus eſt. Nicetas lib. 1. Manuel. ταινιώσαντ☉ αὐτὸν ἐπὶ νεῲ κυείᾳ τῷ̣ ἀυτοκρατορικῷ̣ στεφανώμασι πατριάρχᾳ, ὃς ☪ χρίει τὰ ἱερὰ εἰσαφικόμενον μέλλοντα : *Patriarcha coronante* Manuelem *in templo Domini corona regia, qui & vnxit eum ineuntem in ſacram ædem.* Andronicus qui Alexio imperium eripuit, *Alexium Imperatorem puerum in humeros impoſitum ad maioris eccleſiæ veſtibulum intulit, & inde ad locum tranſtulit vbi coronari debuerat.* ἐπὶ τ̃ ὤμων αἴρας ἀλέξιον βασιλέα, ☪ εἰς τ̀ τ̃ μεγάλης ἐκκλησίας αἰακομίσας· αἰάσαθμον, ☪ ὁμοίως ἐκεῖθεν κατενέγκων πρὸς τ̀ στεφθῆναι, eodem auctore in Alexio fil. Manuelis. B

Chriſti corpori cõmunicabãt cùm coronarentur imperatores.

Cùm coronarentur ſacro Chriſti corpori communicabant. ἀσπασὰν ☭ τ̀ ἱερὸν, ☪ τυχεῖν θείας ὁπόσα τοῖς στεφομένοις ἔθισεν αἴτησαι, πρόσφησι δεῆσαν τ̃ ἀρχαίων ἁγιασμῶν μεταλαχεῖν, ☪ τ̀ ἐραῖον λαβὼν δεχόμεν☉ ἐν τῇ̣ ἐγλίζειν τῷ̣ ἐκπώματι τὰς χεῖρας αἴρει, ☪ σχηματίσας ἑαυτὸν εἰσπαθαινόμενον καὶ τ̃ φρικωδῶν ἐπόμνυσι μυστηίων : *Andronicus ingreſſus & expiatus, initiatusq. vt imperatores coronandi ſolent, accedit, petitque vt impollutis myſterijs communicet. & cùm cæleſtem panem ſuſcepiſſet, cùm accederet ad ſacrum poculum manus ſuſtulit, & habitum induus hominis benè affecti, ac miſeratione in puerum imperatorem ducti, apud horrenda myſteria iurauit,* ibidem, ἄσας τὰ εὐαγγελιστήρια. malim θύσας. *cùm gratias Deo egiſſet* quòd imperator renuntiatus eſſet. Anna lib. 3. Alexiad. στέφει ἀλέξι☉ μόν☉ ὧν☉ τ̀ δεξιᾶς τ̃ ἀρχιερέως κοσμᾷ τ̀ μίτρα, τῷ βασιλίδα εἰρήνην τ̀ βασιλικῆς ταινίας ἀξιωθῆναι : *Solus Alexius coronatur manu Pontificis Coſmæ, quod Irene Imperatrix nondum diademate imperatorio honeſtata fuerat.* ibidem C vocat Διάδημα λιθοκόλλητον.

Tiara imperatorum peculiaris.

Præter coronam poſterioribus imperatoribus erat tiara peculiaris, cuius meminit Anna lib. 6. Filius Michaëlis Ducæ συμβασιλεύων ἔτι τῷ̣ αὐτοκράτορι ἀλεξίῳ, καὶ τ̀ δωρεαῖς δ' ἐρυθρῶν σιμπορφύρων τότε, καὶ τ̃ προπομπαῖς μ☭ πάρας αὐτῷ̣ συνεπόμεν☉, καὶ τ̃ διφημίαις δεύτερ☉ διφημέμεν☉, κἀγὼ διφημεῖσθαι ἔμελλον, κωνσταντῖνον δέκατ, ☪ αὖναν ἐν τούτῳ ἐξεφώνουν ἐν τοῖς τ̀ διφημίας καιροῖς οἱ τ̀ διφημίας ἐξάρχοντες. *Imperans cum Imperatore Alexio, & in largitionibus vna cum eo ſubſcribens, & in productionibus cum eo ſequens cum regia tiara, & in acclamationibus poſt eum acclamationum particeps, & ego Anna debueram proclamari cum eo, vt qui acclamationes inchoabant,* Conſtantinum Ducam, & Annam ordine nominarent. Primus omnium Conſtantinus Magnus corona aurea in publico vſus eſſe videtur, quæ Conſtantinopoli ſuſpenſa ſuper myſtica menſa in templo. Nicetas lib. 2. Andro- D
nici, βασιλεὺς αὐτοκράτωρ αὐηρεθεὶ ἰσαάκι☉, πῶς τ̃ νεωκόρων τὸ τ̃ μεγάλα κωνσταντίνε στέφ☉ ὅως αὖωθεν ἀπηώρητο τραπέζης τ̀ μυστικῆς κατενέγκοντες διὰ κλίμακος, ☪ τῇ ☭ ἰσαακίε κεφαλῇ ἐφαρμόσαντ☉. ὁ δὲκας τ̀ πῖλον τ̀ κεφαλῆς ἀφελόμεν☉, ἑαυτῷ̣ ᾠδιάζε ἱκετεύεν τὸ διάδημα : *Iſaacius* Comnenus *imperator renunciatur, quodam ædituo coronam Conſtantini Magni, quæ ex alto ſupra menſam myſticam ſuſpenſa erat, ſcalæ miniſterio detrahente. Ducas pileo de capite detracto flagitabat vt ſibi diadema imponeretur.* lib. 1. Alexij, λιθόστρωτον στέφ☉ βασιλέως vocat. Conſtantinus Porphyrogenn. in chorographia, στέμματα βασιλικὰ καμελαύκια ἀμφιέννυσθαι, ait *coronas regias pileolis inductas.* Achmes cap. 219. τὸ καμιλαύχιον ἐπὶ βασιλέως εἰς τὸ αὐγάσαι ☪ εἰς τέκνον κεῖνε☉ : *camilauchium ſeu pileus in rege per quietem viſus refertur ad Auguſtam, & filium eius.* Vetus Etymologicon, καυσία εἶδος καμιλαύκιον, ὥσπερ τὸ ἐλαύνον τὸ καῦμα: *Cauſia dicitur Camelaucium, quod defendat calorem.* Nicetas lib. 1. Alexij, σάγμα βασιλικὰ, E

Cauſia quid, itẽ & ſtrophium.

regia amicula vocat. Diadema interdum vocatur Strophium. Ita Diogenes Laërtius Empedoclem, στρόφιον χρυσᾶν, ☪ στέμμα δελφικὸν, aureum diadema, & coronam Delphicam capiti ſuo impoſuiſſe ait. P. Diaconus l. 17. Solemnitate Paſchali veniente coronatus eſt Theodoſius filius Mauricij à Ioanne Patriarcha. Eugenij Papæ tumulo carmen hoc inſcriptum.

Iſtius ante ſacros ſe præbuit alter ab ortu,
Alter ab occaſu Cæſar vterque pedes,
Alter vt accipiat fidei documenta Latinæ,
Alter vt aurato cingat honore caput.

Nicetas lib. 2. Andronici, εἰς βασιλέα χειροθέντ☉ ἰσαακίε : *Cùm Iſaacius* Comnenus *in imperatorem vnctus eſſet.*

In

A In festiuitatibus & pompis imperatores coronam gestabant. Theod. Anagnostes: ὁ βασιλισκος ἐλθὼν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὸ βασιλικὸν ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ ἀπέθετο στέφανον: *Cùm in ecclesiam venisset Basiliscus regiam coronam in diuina mensa deposuit.* Anno vicesimo octauo imperij sui coronauit Copronymus Imp. Eudoxiam vxorem suam, cùm esset trigamus, & hæc esset tertia coniux in tribunali decem & nouem accubituum, Kal. April. filios suos ex ipsa creatos, Christophorum scilicet, & Nicephorum, postera die, qua sanctum celebratum est Pascha, Cæsares ordinauit, Patriarcha orationem faciente, & imperatoribus chlamydes & Cæsaricas imponentibus galeas. Pari modo & Nicetæ nouissimo fratri eorum nobilissimo facto superposuit chlamydem, & auream coronam, & ita processerunt iactantibus imperatoribus hypatiam, & trimisia, & hemisia, & numismata noua, vsque ad magnam ecclesiam. Anno vicesimo nono Imperij Constantini ingressa Irene ab Athenis veniens B cum dromonibus & chelandiis plurimis adornatis sericis palliis, & proceribus vrbis cum vxoribus obuiam occurrentibus, & præcedentibus eam. Cúmque venisset patriarcha ad ecclesiam Phari, facta sunt ad eandem Irenen sponsalia Leonis Imperatoris, & decima sexta Kalend. Ianuariis coronata est in triclinio Augusta Imperatrix Irene. Paulus Diacon. lib. 23. Leo filius Constantini Copron. cùm insaniret circa lapides, nimis adamauit coronam magnæ ecclesiæ, & accipiens portauit eam, & exierunt carbunculi in capite eius. Stemma quod fuerat à marito ablatum pulcherrimè factum, & lapidibus pretiosis venustatum Irene reposuit. Idem Diaconus legendus eodem lib. de Nicephori renunciatione, ac coronatione, p. 353. & lib. 24. Michaël Curopalates mitissimus appellatus est Imperator Rom. in hippodromo à toto Senatu, atque ordinib. Hora verò quarta coronatus est Michaël à Nicephoro Patriarcha in ambone magnæ ecclesiæ, in quo magna exultatio fa- C cta est, & donauit patriarchæ auri libras 50. & clero 25. Quarto Idus Octobris coronata est Procopia in triclinio Augusta, multisque donis liberalibus auxit Senatum. Mulieribus verò thematicorum militum, qui fuerant in Bulgaria peremti, auri quinque talenta dedit. lib. 18. Ingressus ergo Heraclius regalia, coronatus est à Sergio patriarcha in oratorio S. Stephani, in palatio sito. Coronata est verò eodem die Eudocia sponsa eius in Augustam, & accepit vterque à Sergio patriarcha nuptiarum coronas, & vno eodémque die imperator simul & sponsus ostenditur. Tertio anno imperij Heraclij coronata Epiphania filia Heraclij à Sergio Patriarcha in Augustam, in oratorio palatij. Eodem verò prima indictione coronatus est Heraclius iunior filius Heraclij. Consul factus est Constantinus iunior, qui & Heraclius Heraclij filius, & prouexit in Cæsarem Constantinum minorem fratrem suum ex Heraclio genitum, & Martina. Gregoras lib. 6. Ioannes Patriarcha τῷ τοῦ D βασιλέως υἱῷ μιχαὴλ τὸ βασιλικὸν ἐπέθησε στέφος. Vxor Andronici capiti generi sui Cralis imposuit capitis integumentum lapillis & gemmis pretiosis insigne, quod penè pretium æquabant integumenti capitis quo imperator Andronicus vsus, καλύπτραν ἐπέθηκε κεφαλῇ λίθοις & μαργάροις πολυτελέσι κεκοσμημένην, ὁποσοις & οἵοις & μικρὸν ἢ οὐδὲ αὐτὸς αὐτῆς ἀνδρονίκος τοῦ βασιλέως ἐκεκόσμητο. ἡ βασιλικὴ καλύπτρα κεκοσμημένη σωμηθῶς τῷ τε λίθῳ & τοῦ μαργάρων σείραις. Cidaris regia ex more ornata gemmis, & margaritarum spiris. Alia fuit ea calyptra seu cidaris à corona regia.

Paulus Diaconus lib. 24. Leo Papa in imperatorem coronauit Carolum in templo S. Petri Apostoli, perungens oleo à capite vsque ad pedes. Michaël tranquillissimus imper. coronauit Theophylactum filium suum imperatorem à Nicephoro Patriarcha in ambone maioris ecclesiæ, & obtulit pretiosissimum stemma in sancto altario in vasis aureis & lapi- E dibus venustis, & quadrangulis velis, antiquitus ex auro & purpura clarè contextis, atque admirabilibus sanctis imaginibus variatum. Donauit autem & patriarchæ auri libras 25. ac venerabili clero libras centum.

In seditione coronam Imperator abiecit. Euagr. lib. 3. sub finem. ὡς τὸ βασιλέα ἀναστάσιον πρὸς ἀνάγκης οἰκτιζόμενον στεφάνῳ αὖθις πρὸς τῶν ἱπποδρομίαν ἀφίκεσθαι, κήρυκας τε τῷ δήμῳ ἐξαπέμψαι βοωντας, ὡς & τὸ βασιλείαν ἑτοιμότατα μὲν ἀποθεσθαι, τὸ ἀδυνάτον δὲ καθεσαναι πάντας ἐπὶ ταὐτῷ ἀναβοῶναι ἥκιστα πολλῶν ἀνεχομένων: *Ita vt Rex Anastasius necessitate coactus, vt ad misericordiam populum flecteret, sine corona in circum venerit, miseritq; præcones ad populum qui dicerent, paratissimum se esse vt deponeret imperium, sed fieri non posse vt omnes ad illud ascenderent, quòd plures ferre non posit.* Lego ἥκιστα πολλῶν ἀνεχομένων. Vnde sequitur vulgo imperatores cum corona in publicum prodiisse, quam in seditione abiecerint.

Senescente imperio purpureum capitis tegumentum vulgo gestarunt, de quo Nicetas in Alexio Manuelis filio. Andronicum, inquit, tyrannum locarunt in lecto auto texto,

Festiuitatibus & pompis Imperatores cũ coronis intererant.

Vnctio Imperatorum.

Corona ab Imperatore abiecta.

Purpureum capitis integumentum quando ab Imperatoribus gestatũ

vel potius sella, κλινὴν χρυσόπαστον, in qua imperator sedere solitus. *Alij autem ei tegumentum capitis fumi colore turbinatam ex lana detraxerunt, & rubicundum imposuerunt, regiaq; veste ornarunt. Altera die cùm proclamarentur imperatores, primo loco renuntiatus est, Alexius postpositus. Vbi autem venit in sacram ædem Andronicus, vt coronaretur, &c.* ἄλλοι ἢ τὴν καπνιὰν ἐκ πυραμοειδῆ ἐρεᾶν τῆς κεφαλῆς αὐδρονίκου ἀφελόμενοι, πυρσὴν αὐτῷ περιέθεντο, καὶ στολὴν βασιλικὴν ἀνέδυσαν ἕτεροι. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐξαμβώνης τῆς τῶν βασιλέων ἀναῤῥήσεως γενέσης αὐδρονίκου ἀνεγορεύετο πρότερον, ὁ δὲ ἀλέξιος ὑπεβιβάσθη, ἐπεὶ δ' αὐδρονίκου τὰ ἱερὰ εἰσαφίκετο μέλαθρα στεφθησόμενος. Euagrius lib. 3. sub finem vocat στέφανον τῆς αὐτοκρατείας ἀρχῆς. Macedonum reges quia sunt ab Hercule, pro diademate, & corona, & purpura regia pelle capitis leonini seipsos coronant, & id coronam & ornatum arbitrantur & argumento est nummus Macedonis Alexandri tali imagine insignitus. Constant. Porphyrog. lib. 2. de Thematib. ὠπὶ ταινίας, καὶ στέμματος, καὶ πορφύρας βασιλικῆς τῷ δέρματι τῆς κεφαλῆς τῶν λέοντος ἑαυτὸς ταινιῶσι, καὶ στέμμα τῶν καλούμενον ἡγοῦνται. καὶ μάρτυς ἀξιόπιστος αὐτῶν τὸ νόμισμα τοῦ μακεδόνος Ἀλεξάνδρου τοιαύτην εἰκόνα καλλωπιζόμενον. Theodorus Anagnostes lib. 2. ὁ νέος Θεοδόσιος στεφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατριάρχου τὸν πρόκλου πατριάρχης. P. Diaconus lib. 17. Secundo imperij sui anno misit Rex Tiberius ad Regem Persarum secundum morem renuncians promotionem suam.

Andronici Imperatoris renunciati triumphus.

Cùm Andronicus imperator renuntiatus esset, adulatores Senatorijs capitum tegminibus detractis albas syndones ex humeris dependentes in orbem conuoluerunt, & cœtibus in triuijs coactis, vt choreæ præsultores fractum & molle canticum auspicati, exsultarunt cum plausu manuum ad numerum saltantes, Nicetas in Alexio. Manuel. filio, φωνοκόλακες καὶ συγκλητικῶς ἐξυφασμένα τῶν κεφαλῶν ἐξενέγκαντες καλύμματα, καὶ τῶν κατὰ νότιν λευκολίνων καταμφίων λαβόμενοι, δίκην αὐτὰ ὡς σφαίρας ἐρευσατῶντες τοῖς ἐκ τριόδων, καὶ τὸ τότε τριπλοῦς προεξάρχοντες πρὸς μέλος τὸ κεκλασμένον μετερύθμιζον τὴν φωνὴν, καὶ πανικῶς ἐξαλλόμενοι, καὶ ταῖς χεῖρας ὡς ἐς κρότον ξυμβάλλοντες τὸν πόδα ὑπεσάλευον, καὶ κατὰ μέσον ἐδίνευον, μολπῇ τ' ἠγμένοι τὴν γλῶν ἐκρότουν ὑπερχόμενοι. P. Diacon. lib. 16. Iustinus Iustiniani nepos coronatus ab Eutychio Patriarcha, habebat, & vxorem Sophiam nomine, quam & coronauit Augustam lib. 17. Tiberius coronatus ab Eutychio Patriarcha.

Regiũ capitis tegumẽtũ Alexandri in fluuiũ demersum.

Alexandro Macedoni, ait Nicephor. Gregor. lib. 10. triremi conscensa è capite excidit regium capitis tegimentum circa medium fluuium, quod vnus aliquis è nautis citò accepit natans, & id manu ferre simul & natare non potis, capiti suo imposuit, enatauit, ad regem attulit. Rex ei, quia regium capitis decus seruarat, talentum dedit, sed quia capiti suo imposuerat, hominem capite mulctat. ἐκπίπτει τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς ἡ βασιλικὴ καλύπτρα εἰς μέσον τὸν ποταμόν, &c. Sed Gregoras fabellam narrat nullo certo auctore. Apud Choniatem Ioannes Comnenus Manuelem filium diademate cingit, & chlamyde prætexta induit. His peractis Romanæ legiones conuocatæ Manuelem Augustum renuntiarunt, vnoquoque procerum cum sua cohorte seorsum stante, & nouum imperatorem clara voce consalutante.

Oracula diuina in coronãdis imperatoribus prolata.

Deinde prolatis diuinis oraculis studium quisque suum & fidem confirmat, ταινίᾳ δηλαδὴ βασιλικῇ, καὶ τὴν χλαμύδα ἐπενδύτῃ τὴν πορφυρᾶν. ἔπειτα τούτοις σωματοφυλακήσειν καὶ περισκλησιν τὰ γραμμάτα βασιλέα ῥωμαίων αὐτόπρακτα μανουὴλ, ἐκάστῳ τὰ μεγιστάνων καὶ τὰ οἰκείας ἕξεως ἀμάκειδον ἐφιστάμενα, καὶ δημηγορούντος τὴν αὐθημέραν τῷ νέῳ αὐτοκράτορι. ἐφεξῆς ἦν τὰ θείων προλεχθέντων λόγων, ἐν αὐτῶν ἐμπεδούμενα τῇ μανουὴλ καὶ τὰ δίκαια καὶ πίστεως πρὸς φωτός. Idem in Isaacio & Alexio. Franci & Latini collusores Alexio diadema capitis auro & gemmis textum periocum detrahentes, sibi ipsis admouebant, Alexio imponebant pileum suum laneum, & villosum, οἱ δὲ συμπαίγμονες ἐκείνῳ τὸ τῆς κεφαλῆς ἀφαιρούμενοι ἀμάθημα χρυσόκολλον ὄν, καὶ λιθόστρωτον, αὐτοὶ μὲν ἐκεῖνο περιέθεντο, τῷ δ' ἀλέξιον περιέβαλον τὸ λαχνῆεν, καὶ ἐρεοῦν περίβλημα. Nicephorus Gregoras lib. 2. Theodorus Angelus βασιλείας ἑαυτῷ περιπθησι ὄνομα, χρίει) βασιλικῶς μὲν τῷ τιμιωτάτῳ τῶν τῆς βουλγαρείας ἐπισκοπῶν διοικοῦντος, sibi regis nomen attribuit, & regio more unctus est ab eo qui id temporis Bulgariæ episcopatum regebat.

Episcopi olim imperatores coronabant.

Non tamen ab alio moris fuit imperatorem coronari, quàm ab Episcopo Constantinopolitano. Gregoras ibidem, Iustinianus eam vrbem αὐτονομίᾳ εἰς τὰ διηνεκὲς περιστέλλοντα, πλὴν ὥστε τὴν βασιλέως χρίειν ῥωμαίων. τοῦτο γὰρ ἄλλοις ἐφεῖτο περὶ τῶν νόμων, *suis legibus vti voluit, ac liberam esse ac immunem in perpetuum, sic tamen vt reges Romanorum inungere ius ei non esset. Hoc enim alijs datum est lege ac more.*

Donatio Constãtini.

In Donatione Constantini qua Syluestro Papæ Romam donat, hæc verba leguntur, PONTIFICIBVS concedimus palatium imperij nostri Lateranense, quod omnibus in

toto

A toto orbe terrarum præfertur, atque præcellit. Deinde diadema, videlicet coronam capitis noſtri, ſimúlque phrygium, nec non ſuperhumerale, videlicet lorum quod imperiale circumdare aſſolet collum, verùm etiam & chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam, ſed & dignitatem imperialium præſidentium equitum.

Georgius Pachyni lib. 3. Imperatorio clypeo inſidet is qui imperio deſtinatur. ac pedibus primùm imperatoriis inſignibus ornatis & manibus, hinc Pontificum inde procerum elatus, imperatoriis hymnis ac plauſibus ab omnibus celebratur. Conferentes etiam imperialia ſceptra, ſimul & cuncta ſigna atque banna. ἅμα μὲν τὸ λῶρον, μὲν τὸ ὠμοφόριον ὅσῳ κιπλοῖ τὸ βασιλικὸν τράχηλον, ἅμα δὴ μὲν τῷ πορφύραν χλαμύδα, μὲν χιτῶνα κόκκινον, μὲν τὰ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων, μὲν τὰ βασιλικὰ σκῆπτρα. Phrygium μίτραν, καλύπτραν interpretantur.

Lorum Balſamon capitis tegumentum, & poſt eum Cuiacius ad l. 1. C. de veſtib. Holo- *Lorum imperiale.*
B uer. lib. 11. peſſime vt apparet. Lorum illud imperiale dicitur Balſamoni ὠμοφόριον, aliis ἐπώμιον, quod ceruices humeróſque tegit. Sidonius in Maioriano,

Imperium iam conſul habet, quam purpura non plus
Quàm lorica capit, cuius diademata frontem
Non luxu, ſed lege tenent.

Tunica coccinea videtur eſſe tunica blattea, quam ab Anaſtaſio Clodoueum accepiſſe Gregorius Turonenſis, & Sigebertus monent. Einhardus de Carolo Magno, Romæ ſemel longa tunica, & chlamyde amictus, & calceis Romano more formatis induebatur.

Annales Francorum de Carolo Caluo. Talari Dalmatica indutus, & baltheo deſuper *Baltheus imperatorius.*
accinctus pendente vſque ad pedes, necnon capite inuoluto ſerico velamine, ac diademate
C deſuper impoſito, dominicis & feſtis diebus ad eccleſiam procedere ſolebat. Baltheum illum eſſe putem lorum, de quo in donatione Conſtantini. Balſamo de Conſtantinopolitano Patriarcha, ἔτι γὰρ τῷ τὸ βασιλέως λῶρῳ κῇ τὸ ζ ἁγίᾳ κωνσταντίνᾳ νομιζόμενον θέατρον καθεστήκει, de capitis integumento interpretatur. malè.

Sceptrum imperatorum aureum fuit. Carolus Magnus apud Monachum Sangallen- *Sceptrũ imperatorum quale.*
ſem lib. 1. c. 19. Sceptrum quod pro ſignificatione regiminis noſtri aureum ferre ſolemus. In donat. Conſtant. Balſamon, ἵνα φορῶσι τὸ διάδημα, ἤτοι τῷ στεφάνῳ ᾧ παρεδώκαμεν αὐτῷ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἡμῶν ἐκ χρυσίου καθαροῦ, μὲν μαργαριτῶν ἀπιμήτων: Vt pontifices *diademate, videlicet corona quam ex capite noſtro illi conceſimus, ex auro puriſſimo, & gemmis vti debeant, quæ æſtimari non poſſint.*

Gregoras lib. 8. ait in templo S. Sophiæ coronari ſolitos imperatores. ἀναχρωμένοιν τοῖν *Sophiæ templum in quo imperatores coronabantur.*
D δυοῖν βασιλέοιν εἰς τὸ μέγα τῆς θεοσοφίας τέμενος τῆς στεφηφορείας ἕνεκα. De ſceptris vbique hiſtoriæ loquuntur, & Poëtæ. Claudianus in Ruffinum lib. 2.

Illa manus quæ ſceptra ſibi geſtanda parabat,
Cuius ſe toties ſubmiſit ad oſcula ſupplex
Nobilitas.

Phranzes lib. 1. c. 18. Ioannes Cantacuzenus Imperatori Manueli filio ſceptrum dedit, eúmque corona induit. Ioannes inauguratus imperator in æde S. Sophiæ, quæ inauguratio ſummam celebritatem habuit, fuítque ſolemne ſolemnium, & panegyris panegyreon. Sidon. carm. 7.

——Nempe patres collatos cernere faſces
Vos iuuat, & ſociam ſceptris mandare ſalutem.

E Euagrius l. 3. c. 14. ἐκκλησίαν μητέρα τῶν ἡμετέρων σκήπτρων. Idem lib. 4. c. 1. Ἰσῆν θεᾷ τῇ ἀληθεῖ ἀμπεχόνῃ χρῆται. Claudian. l. 2.

Omnia tuta ratus, ſceptrúmque capeſcere feruet.

Sozomenus alterum ſceptrum labarum dictum ait lib. 9. c. 4. Stilicho θάτερον τῶν σκήπτρων ὃ *Labarum alterum ſceptrum.*
λάβαρον ῥωμαῖοι καλοῦσι, μὲν γράμματα βασιλέως λαβών, ἐπιτρέποντα αὐτῷ εἰς τὴν ἀνατολὴν, ἀφίξιν ἔμελλεν ἐκδημεῖν, τέσσαρας ἀριθμὸς στρατιωτῶν λαβών: *alterum è ſceptris quod labarum Romani vocant, & litteras imperatoris cùm accepiſſet, quibus ei profectio ad orientem conceſſa, diſceſſurus erat cum quatuor numeris militum.* Labarum illud fuit ſignum totius exercitus à Conſtantino Magno cruce inſignitum. Einhardus de Carolo Magno, In feſtiuitatibus veſte auro texta, & calceamentis gemmatis, & fibula aurea ſagum aſtringente, diademate quoque ex auro, & gemmis ornatus incedebat. Sigebertus, Clodoueus Rex miſit Romam S. Petro coronam auream cum gemmis, quæ regnum appellari ſolet. Oſtendimus ſupra exactum iuſiuran-

dum ab imperatoribus de recta fide. Vide formam iurisiurandi, quod dare solitus Imperator Germaniæ coronandus apud Pontificem Rom. in Sexto c. fundamenta. de Electio. Euagrium lib. 3. c. 32. Iulianus orat. 3. Purpuram, tiaram, sceptrum, diadema, solium regium dat imperatori. Petrus Siculus qui anno 870. vixit, in historia de Manichæorum ortu, sceptri meminit. Basilium, inquit, τὰ τ῀ ῥωμαϊκῆς, τῶν῀ ἢ εἰπεῖν ἢ χεισιανικωτάτης δεχῆς σκῆπτρα διεπόντα, *Imperij Romani, siue mauis Christianissimi sceptra tenentem submersit.* A

Arma imperatorum auro coruſca.

Galea, clypeus, arma imperatorum auro coruſca. Nazarius Panegyr. ad Constant. fulget nobilis galea, & coruſca luce gemmarum diuinum verticem monstrat, auro clypeus, auro arma collucent. Sidonius carm. 2.

Princeps cui mundus ab Euro
Ad Zephyrum tunc sceptra dabat.

Claudian. Panegyr. 2. Stilichonis, B

Hac tu Theudesium tenuit dum sceptra colebas.

Libanius ad Theodosium, ἢ ὑμῖν τοῖς τὰ σκῆπτρα ἔχουσι πολεμεῖν. Photius in Biblioth. p. 762. νερέα δ῀ ῥωμαϊκὸ κράτος τ῀ σκῆπτρον ἀναδεδεγμένω. P. Diaconus lib. 21. Redimitus est Constantinus à patre suo Leone in tribunali decem & nouem accubituum, Germano patriarcha faciente preces secundùm morem. Ipsæ etiam Imperatrices Constantinopoli à Patriarcha coronatæ congiarium dederunt, aut missilia sparserunt; vt Diaconus ibidem. Maria mater Constantini Copronymi, vxor Leonis, coronata est in triclinio Augusta, & processit sola cum solemni obsequio sine viro suo ad magnam ecclesiam, & precatione ante ingressum altaris effusa, donatiua erogauit ab ecclesia vsque ad æneam portam.

Nomen imperatorũ coronam induentium mutatum.

Imperatores interdum cùm corona induerentur, submutabant nomen. Imò & filiæ imperatorum. filia enim Heraclij μεμνησόμωνος desponsa vocata Eudocia Augusta, vt Cedrinus. ἀλεκτρὼς illud χῆνα, Lucianus in Necricis vocat πορφυείδα, ἢ πορφυρᾶν ἐφεσείδα, πορφυείδα ἐκπεπορπημένον, purpureum sagulum cum fibulis gestantem. C

Ouata corona quare sic appellata.

Iohanni Ducæ Imperatori Constant. non tantùm diadema fuit, verùm & corona ouata. quia cùm Turci fame premerentur ab eo oua auro redemerunt, narrante Nicephoro Greg. lib. 2. οἱ τ῀ ὀρνίθων ἀγέλλαις ὅπισατῶντες, ὁπόσα τίκτοιεν αὖ τὰ ὠὰ πᾶν συνθεσίσαντες ἐτ῀ δηπρεασιον, ὡς ὀλίγον χρόνον πρὸς τ῀ σωαχθέντων ἐντεῦθεν χρημάτων φέρανον καθοσιδωθῶαι τῇ βασιλίδι, λίθοις ἢ μαργάροις πολυτελέσι διωδισμένον, ὃν ἢ ὠοτὸν ὁ βασιλεὺς ἐπωνόμασε, διὰ τὸ ἐκ τ῀ ὠῶν πρόσεως καταστιδωθῶαι αὐτὸν: *Qui præpositi erant gregibus gallinarum, quotannis omnia oua coaceruantes quæ gallinæ posuissent, vendebant, ita vt breui tempore ex pecunijs, quæ inde refectæ, corona Imperatrici facta sit Irene, gemmis & lapillis distincta, quam ouatam Rex vocauit, quod ex venditis ouis comparata esset.* Zeno Isauricus ab Acacio Patriarcha *coronatus est in circi suggestu*, ἐστέφθη ἐν τῷ καθίσματι δ῀ ἱπποδρόμω, vt Cedrinus. Iustinus in clade suorum, τ῀ διάδημα ῥίψας, ἢ τὴν πορφύραν. Iulianus diademate gemmato vsus, vt scribit Ammianus lib. 20. Iornandes, Hypatium torque aureo redimitum pro diademate, locáque imperatoris iam occupantem. Cedrinus, ἵνα διαδήματι ὁ ἰκλιανὸς ταινιωθείη, χρύσεον τις τ῀ ταξιαρχῶν ἐφόρει τρίπλοκον λίθους ἔχοντα χρυσοδέτους. Diodorus Siculus, Hæc imperij insignia in aureo throno Alexandri ponit, diadema, sceptrum, coronam, lib. 18. p. 660. Sceptrum, & auream coronam triumphantes gestare, non fasciam candidam, quæ proprium regni insigne. Iuuen. Sat. 10. D

magnæque coronæ
Tantum orbem, quanto ceruix non sufficit vna.
Da nunc & volucrem sceptro quæ surgit eburneo. E

Diadema cum corona aurea iungi solitum.

Diadema tamen plærumque cum corona aurea iungebatur. Tigranes Pompeio τ῀ διάδημα τ῀ βασιλικὸν προσενέμισε, ἢ προσέπεσε πρὸς τὰ γόνατα: *Regium diadema*, inquit, *attulit, & ad eius genua procubuit.* Pompeius. τ῀ φέρανον αὖθις ἐπέθηκε αὐτ῀ τῇ κεφαλῇ, *coronam capiti eius reposuit*, Eutrop. lib. 6. Zozimus l. 4. ad milites αὐτὸν βασιλέα τ῀ μέγιστον, ἢ περιθέντες τὴν ἁλουργίδα, ἢ τ῀ διάδημα: *Maximum renuntiarunt imperatorem, & iniecta purpura, ac diademate.* Idem, Iouianus τὴν ἁλουργίδα ἐνδὺς, ἢ τὸ διάδημα περιθέμενος, *purpura induta, diademate imposito.*

Forma Constantinopoli seruata in coronando imperatore.

Forma quæ seruata Constantinopoli in coronando imperatore, describitur à Codino his verbis. Qui coronandus est, ἢ τὴν πρὸ τ῀ ἡμέρας ἐκείνης ἑσπέραν, pridie sub vesperam, in magnum palatium cum principibus, & aliis domesticis suis venit, & noctem transigit.

Vbi

A Vbi illuxit, congregantur ſtatim inde à diluculo, & qui dignitates habent, & milites, tum vniuerſus promiſcuè populus. Sub horam ſecundam diei illius abit imperator nouus ad S. Sophiæ, cúmque illud ſit in more poſitum, vt de ſcripto propriis manibus confeſſionem fidei ſuæ tradat, id facit in hunc modum. ὁ δεινὰ ἐν χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς, καὶ αὐτοκράτωρ ῥωμαίων οἰκεία χειρὶ πεπίστευκα: *Ego N. fidelis in Christo Deo Rex & Imperator Romanorum propria manu præfiniui.* Credo in vnum Deum. &c. Poſtea igitur aſcendit in triclinium auguſtale verſus, vbi multitudo populi aſſurgit vnà cum militibus.

Antequam ſe videndum exhibeat, per aliquem Senatorij ordinis ſparguntur in populum miſſilia, quæ vocantur Epicombia. Id huiuſmodi eſt: ſegmenta ex panno fiunt, & in vnoquoque ſegmento nomiſmata aurea quidem tria, argentea totidem, & tria ex obolis colligantes proiiciunt in multitudinem. Sparguntur hæc miſſilia ἐν τοῖς προαυλείοις τῆς B μεγάλης ἐκκλησίας ναοῦ, *in areis quæ ſunt ante veſtibulum templi*, aut in Auguſtali, ſtante eo qui proiicit ſuper Auguſtalis gradus. poſtea imperator nouus ſcuto inſidens in altum extollitur, & ſpectandus exhibetur omnibus turbis, quæ deorſum ſtant. tenent autem partem anteriorem ſcuti, tum ipſe imperator, & pater eius qui renunciatur, ſi viuit, tum patriarcha; latera verò, & poſteriorem partem ij, qui ſummas dignitates tenent, vt Domini, & Sebaſtocratores, ſi qui ſunt; ſin minus, potentiſſimi principum, & nobiliſſimi vbi populus & milites fauſtis acclamationibus vſi ſunt, deſcendit ille de ſcuto, deducitúrque in ædem ſanctæ Sophiæ, vbi illum oportet coronari. Eſt autem illic præparata modica è ligno ædes ad hunc ipſum vſum, in quam introducitur Imperator, induitúrque chlamyde & diademate, quæ à primariis ſacerdotibus benedicta ſunt. Capiti autem nihil imponit lege imperatum, ſed aut coronam, aut quicquid lubet. Poſtea celebratur miſſa, propè ligneam C ædiculam, de qua diximus, fit gradatio lignea, quæ vndique bracteis rubris inducitur, ſupra quam tot numero throni aurei collocantur, quot imperatores id temporis ſunt, aliis imperatorum thronis ſimiles, ſed vſque adeò excelſi, vt quatuor aut quinque gradibus conſtent, in quibus egreſſi ex ædicula lignea imperatores, quotquot ſunt, aſſident. Aſcendunt ſimul & cum illis Imperatrices eorum vxores, & in aliis ſoliis ſedent, adſtantibus è ſuperiore loco dominis, & Imperatricibus, ea quæ ante coronata eſt: mater eius qui inauguratur, fert ipſa quoque inſigne ſuum, noua autem Imperatrix coronam.

Epicombia in populum ſparſa quæ.

Diuina igitur miſſa celebrata, antequam decantetur hymnus triſagij, egreſſus patriarcha è ſede ſua aſcendit in vmbonem, & ſuggeſtum, & cum eo principes honoratiſſimi eccleſiæ, ſacras eorum veſtes ferentes, τὰς ἱερὰς αὐτῶν φορεῶντες στολάς. Silentio facto euocat Patriarcha imperatores, qui aſcendunt & ipſi in vmbonem, vt audiant preces conceptas, D & ſolennes in regum inauguratione, quas recitat Patriarcha ſummiſsè alias, alias contenta voce. Supplicat autem & propitium reddit Deum pro eo qui eſt inungendus. Poſtea nouus imperator aperit caput, quem ſequuti omnes, qui in templo ſunt, aperto capite conſiſtunt. Patriarcha inungit ad formam crucis caput regis diuino vnguento, occinens magna voce Sanctus. Omnes qui ſunt in vmbone, vna cura Patriarchæ vocem excipientes ter occinunt, Sanctus. Eandem vocem reliqua multitudo ter iterat. Inſigne regis in ſacro ſolio, non in ſacra altaris menſa poſitum à diaconis ferentibus ſacras veſtes fertur in vmbonem. Pater Imperatoris, & Patriarcha inſigne regium capiti noui Imp. imponunt, & exclamat Patriarcha, Dignus eſt. Si autem Pater eius abeſt, ſolus Patriarcha hoc munere fungitur, & qui in vmbone ſunt, deinde vniuerſus populus ter exclamant, Dignus eſt. Cætera petantur è Codino, ne prolixiores ſimus.

Miſſa in coronādis imperatoribus celebrata.

E

CAPVT IIII.

De Veſte Imperatorum.

INSIGNE proprium ac peculiare imperatoribus fuit purpura. Lactant. lib. 4. c. 7. Purpura inſigne regiæ & ſacerdotalis dignitatis. Minutius Felix, ſacerdotum honores & purpuras deſpiciunt. Quod genus purpuræ, aut à quo primum vſurpatum, in incerto eſt. Magiſtratibus olim libera Repub. fuit toga candida purpura prætexta, Cenſoribus toga ὁλοπόρφυρος, tota purpurea, Triumphantibus toga palmata, tunica picta, Regibus Auguribus trabeæ purpura intextæ.

Purpura inſigne imperatoribus proprium.

Primus

Primus ex regibus Tullus Hoſtilius Romæ purpura vſus, vt Caſſiodorus in Chronico. A
Primus imperatorum Caligula chlamyde purpurea, quam inſigne proprium imperij fuiſſe ſcribit Eutropius. Cedrinus primum Herculem purpurea veſte vſum ait pag. 15. aut potius Phœnicem Regem Tyri, munere Herculis, qui vellus tinxerat ſanguine conchylij capti in littore à cane, ὡς μέγα δῶρον πρεσβεύσας τῷ βασιλεῖ τῶν τύρῳ Φοίνικι, ὃ πρεσβαλόμενος αὐτὸς πρῶτος ὁ νόμας δεξάμενος πρεσβύτας ἐκ τῆς χώρας πελασγῶν φορμῶτας χλαμύδας ἐχέσας τάβλια ῥέσια, καθάπερ οἱ ἀπὸ τῆς ἰσαυρείας, ἐπενόησε πρῶτος ἐν τῇ ῥώμῃ χλαμύδας φορεῖσθαι, τὰς μὲν βασιλικὰς πορφύρας ἐχέσας τάβλια χρύσεα, τὰς δὲ τῶν συγκλητικῶν, ἢ τὰς τῶν ἐν ἀξίαις, ἢ στρατείαις, χλαμύδας ἐχέσας σημάντρας τῆς βασιλικῆς φορεσίας, τάβλια πορφυρᾶ δηλοῦντα ἀξίαν ῥωμαϊκῆς πολιτείας, & vt ingens donum obtulerat Phœnici regi Tyri, quod ipſe primus amictus. Numa cùm excepiſſet legatos à Pelaſgis, qui ferebant chlamydas, in quibus claui ruſſi & purpurei, vt & Iſauri, primus repperit Romæ chlamydas, regias quidem purpureas, cum clauis aureis, Senatorias verò & magiſtratuum ciuilium ac militarium habentes regiæ veſtis inſignia, clauos purpureos, indices dignitatum Romanæ Reipublicæ. Græci χρυσόπλαβον vocant. Anaſtaſius in Leone 3. ſuper altare maius fecit tetrauela holoſerica alithina quatuor, cum aſtillis, & roſis chryſoclabis. Codinus, ὁ δὲ ἀὴρ αὐτοῦ ἔχει ὀνόματα ἕ φορμῶτος ἀὴρ χρυσοπλαβεικά. repanda pars vmbellæ eius habet nomina ferentis auroclauata. Veteres gloſſæ χρυσόσημον *auroclauatum*. Iuuenalis Sat. 6. B

Aut latum pictæ veſtis conſiderat aurum.

Scholiaſtes, auriclauas, Vopiſcus in Tacito, auro clauatas veſtes. Eutropius lib. 9.

Chlamys purpurea imperij inſigne.

Chlamydem purpuream imperij inſigne eſſe vult. καὶ τιμίους λίθους τοῖς τ' ἐδάφεσι, καὶ τοῖς ὑποδήμασι ἐκόσμησε ὁ διοκλητιανός· πρότερον δὲ τὸ διάφορον τῆς βασιλικῆς στολῆς ἀπὸ τῆς ἁλουργίδος ἦν μόνης. Diocletianus pretioſos lapides veſtibus, & calceis aptauit. Nam prius imperij inſigne in chlamyde tantum purpurea erat. Diſertè Xiphilinus in Vitellio, ἐφ' ἵππου βασιλικοῦ, ἐν χλαμύδι πορφυρᾷ, *in equo regio, in chlamyde purpurea* Vitellium. Purpuram imperatoriam plerique omnes vocant. Chryſoſtomus ſerm. de Anthemio, Vt priuatus homo regiam ſibi purpuram circumponens, vnà cum omnibus qui ſe iuuerint, punitur vt tyrannus. Sidonius carmine 2. C

Diademate crinem
Faſtigatus eas, humeróſque ex more priorum
Includat Sarrana chlamys.

Item, *Tritus cum caſſide crinis* D
Ad diadema venit, rutilum cui Cæſaris oſtrum
Depoſito thorace datur.

P. Diacon. lib. 7. Caligula indutus aureo paludamento decurrit curru biiugi. Iulianus Procopio dedit purpuram, vel vt Zozimus, δὲς αὐτῷ τὴν βασιλικὴν στολὴν, δι' αἰτίαν τῆς ἄλλοις πᾶσι ἠγνοημένην: Cùm Iulianus dediſſet Procopio *veſtem regiam, ob cauſam quæ aliis omnibus ignota eſt*. Apud Tacitum lib. 12. Claudius ludos ſpectat inſigni paludamento, neque procul Agrippina aurata chlamyde. Dio, Claudius, & Nero στρατιωτικῶς ἐσθῆτα, ἣ τὰ ἀγειπτίνα χλαμύδι διαχρύσῳ ἐκοσμεῖτο, *militari paludamento ornati erant, & Agrippina chlamyde auro texta*.

Paludamẽtum militare.

Militare illud paludamentum fuit purpureum. Plutarchus in Fabio, χιτῶνα κόκκινον vocat, tunicam coccineam, in Bruto φοινικοῦν χιτῶνα, puniceam. Iſidorus ruſſatam, phœniceam, & coccineam tunicam interpretatur. Vet. gloſ. ῥάσιον φάρσος, *fruſtum panni ruſſati*, aut φᾶρος, *chlamydem ruſſam*. Appianus in Ibericis φοινικίδα, vt & Polybius lib. 2. Homerus Iliad. 8. πορφύρεον φᾶρος. Ammianus, flammeum vexillum. Procopium Valentinianus interemit, quia purpuram domi habuit, Valens Iuſtum, quia è femore ſibi purpuram enatam ſomniauit. Blattas Sidonius vocat lib. 9. ep. 13. Rutilaſque ferre blattas, recoquentes quas aheno, Meliboea fucat vnda. Inter blattas excellit oxyblatta l. 1. C. quæ res ven. non poſ. Cedrinus in Tiberio στολὰς στωλωτὰς ἀπὸ βλαττίου ἐξέως, *veſtes vndulatas ex oxyblatta*. Corippus lib. 2. E

Nobilibus gemmis, & viuo lucidus auro
Baltheus, effulgens lumbos præcingit heriles,
Subſtrictóque ſinu veſtis diuina pependit

Poplite

A *Poplite fusa tenus, pretioso candida limbo*
Cæsareos humeros ardenti murice texit
Circumfusa chlamys, rutilo quæ ornata metallo
Principis exerta vincebat lumina dextra.
Aurea iuncturas morsu præstrinxit adunco
Fibula, & à summis gemmæ nituere catenis,
Gemmæ quas Getici felix victoria belli
Præbuit, atque fauens Dominis Rauenna reuexit,
Quasque à Vandalica Belisarius attulit aula.
B *Armati manibus sacrati circulus auri*
Impositus collo imperium sublime sacrauit.

Baltheum ei gemmis & auro insignem, qui lumbos cingat, tribuit, tunicam substricto sinu, quæ ad poplitem vsque demittitur, chlamydem candidam limbo pretioso purpura & auro intextam, cuius iuncturas fibula aurea vinciat, in summa chlamyde catenæ gemmis consertæ, torquis aureus collum complexus. Plutarchus & Dio χλαμύδα σρατηγικὴν vocant, Plinius paludamentum Agrippinæ auro textili, Tacitus lib.12.chlamydem auratam. Plinius coccum imperatoriis dicatum paludamentis. Silius Italicus,

At contra ardenti radiabat Scipio cocco.

Isidorus, Paludamentum pallium fuit imperatorium, cocco, purpura, & auro distinctum.
C Omnino purpurea chlamys imperatorum, à paludamento imperatorio liberæ Reipublicæ sumptum est. Hirtius de bello Africo vocat sagulum purpureum. Prudentius lib. 1. in Symmachum de Hadriano, & Antinoo,

——nunc diui principis illum
Purpureo in gremio spoliatum parte virili.

Petrus Rauen. ser.23. Augustus honor non nisi diademate confertur, & purpura.

Ennodius Panegyrico Theodorici, Vsus teste purpurato. Vtinam aurei bona sæculi purpuratum ex te regem amplificet. Procopius lib.2. Gotth. Theudibaldum veste purpurea donauit, regémque cum astantium acclamatione creauit. Nam & reguli sagulo purpureo vsi. Vulcatius in Auidio Cassio, Vt omnes purpuratos Augustos agnosceres. Herodianus lib.1. ἢ βασίλειον ὑποδέξαι πορφύραν. lib.2. τὴν βασίλειον πορφύραν. Lampridius in
D Alexandro, Vlpianum sæpe à militum ira obiectu purpuræ defendit. *Testis purpuratus.*

Peplum imperatorium Trebellius dixit in Saturnino. Claudianus in Rufinum, *Peplum imperatorium.*

Imperij certus, tegeret seu purpura tutum
Corpus, & ardentes ambirent tempora gemmæ.

Corippus lib.2.

——premúntque, feruntque
Auratas vestes, pretiosáque cingula gemmis,
Et capitis diadema sacri. cultu ipse priori
Exuitur, tantúmque vno vestitus amictu
E *Constitit.*
Egreditur, tunicáque pios inducitur artus
Aurata se veste tegens, quæ candidus omnis
Emtuit, luménque dedit.

Claudianus Panegyr.3. Stiliconis, purpuram pro imperatore ponit. *Purpura pro imperatore vsurpata.*

——Posito iam purpura fastu
De se iudicium non indignatur haberi.

Cyclade vxoria Iulianus amictus est, detracta purpura è simulacro Veneris, vt ait Ammianus. Omnino purpura auro intexta imperatorum insigne fuit, Cæsaribus datum coccineum pallium, & purpura sine auro, vt Capitolinus in Albino scribit. Euagrius lib.3. c.32. ἀλουργὲς ἀμφιβαλεῖν ἱμάτιον. Nicephorus Gregoras ἐρυθροβαφὰ κοσμήματα, habitum amicire purpureum, ornamenta conchiliata lib.9. Manasses Cæsaribus χλαμύδα πορφυρᾶν tribuit.

Constan

Ornamenta imperatorũ.

Constantinus Iulianum. A

τῇ ἢ κάρᾳ Θ᾽ ἐπόσμησε στεφάνῳ,
ἢ τὴν ἐσθῆτα τὴν αὐτὸ δεικνὺς τὴν ἐπι πορφύρας
ἐφ᾽ ἧς ἀθενιζόμβρος δὴθ᾽ ὧν ὁ Βαβάτης
ἐκεῖνο τ᾽ θρυλλέμβρον ἐπέλεγε τοῖς πέλας,
πορφύρεός με θάνατος κατέλαβε ἢ μοῖρα
ὡς ἐν χλαμύδι πορφύρᾳ ἢ γάλλε τεθνηκότος.

Ornauit Cæsaris corona, & ostendens vestem suam purpuream in quam diu collimarat, desertor familiaribus suis vulgatum illud dixit, purpurea mors & fatum me apprehendit, vt Gallo fratre in purpura mortuo. Claudian. Panegyr. Honorij 6. Consulis,

Conspicuas tum flore genas, diademate crinem,
Membráque gemmato trabeæ viridantia cinctu, B
Et fortes humeros, & certatura Lyæo
Inter erythræos surgentia colla Smaragdos.

Iulianus Augustus orat. 3. imperatori dat ἀλκυρᾶς ἡμάπον, πάραν, σκῆπτρον, διάδημα, θρόνον ἀρχαῖον. Benè, inquit, nostis, quod opes antiquæ aut nuperæ non faciunt regem, *neque purpura, neque tiara, neque diadema, neque solium antiquum* (malim ἀδὲ θρόνῳ ἀρχικὸς) sed neque plures cataphracti pedites, aut equitum decem millia. οὐ γὰρ δὴ ἴστε ὡς πλῆτες ἀρχαῖος, ἢ νεωστὶ πόθεν ὑπηρέων βασιλέα ἔτε ποιεῖ, ἔτ᾽ ἀλκυρᾶς ἡμάπον, ἔτε πάρα, ἢ τὸ σκῆπτρον, ἢ διάδημα, ἢ θρόνος ἀρχαῖος, ἀλλ᾽ ἐσὶ ὁπλίται πολλοὶ, ἢ ἱππεῖς μύριοι. Socrates lib. 7. c. 2. Theodosius iunior regiam coronam Valentiniano cognato suo, quem antea Cæsarem fecerat, misit per Patricium Helionem, βασιλικὸν στέφανον πέμψας. Idem lib. 3. de corona, qua ornari solent oppida, in caput Iuliani oppidulum ineuntis delapsa augurio imperij, στέφανος ἀφ᾽ ὧν τὰς πόλεις κοσμῦσι ἐν μέσῳ τ᾽ κιόνων ἠρτημβρος τῇ κεφαλῇ κατενεχθεὶς, ἥρμοσεν. Ibidem ei φρυγὸς ἀβιλεαχήλιος δορυφόρι pro corona regia fuit. C

Vultus in chlamyde imperatorũ acupicti.

In chlamyde imperatorum vultus acupicti fuere. Panegyr. Pacati, Ne regalem illum, sacrosanctúmque vestitum impio cruore pollueret, ne vultus olim tuus, ac deinceps fratrum futurus, funestum sanguinem vel dum vindicatur acciperet. Ex quibus verbis sequitur, in chlamyde Maximi vultum Gratiani expressum. Deinde subiicit, quisquis aurum gemmásque priuatis pedibus optabit, Maximus ei plantis nudus appareat. Id est, detrahantur è pedibus Maximi gemmæ.

Pelles pretij ingentis inter vestimẽta regia.

Inter vestimenta regia erant pelles prætij ingentis. P. Diaconus lib. 24. Vestimenta quoque, seu coccineas pelles vsque ad precium 50. librarum auri reddi. Creati imperatores promotiones faciebant: lib. 21. Onamagulus imperator creatus fecit promotiones in Sicilia, & suos principes. Ocreas rubras gerebant. lib. 18. Heraclius Augustus in prœlio ex rubris ocreis agnoscebatur. Chlamydis purpureæ meminit Libanius oratione de Consul. Iuliani. πρόσταξις ἦκεν ἀδελφὴ τ᾽ πρωτέρας, πρεσβεῖσα θαλαττίῳ χλαμύδος βαφῇ λιθοκόλλητον ταινίαν, φέρεσάν τι ἢ αὐτὴν καρπὸ θαλαττίᾳ, ἢ οἱ μὲν ἑῴων: *Iussum imperatoris venit geminum, priori addens conchyliato chlamydis colori diadema gemmatum purpura intextum, & illi quidem acclamabant.* Theodoret. lib. 5. Hist. c. 6. Theodosius maior secundùm quietem *videre sibi videbatur Diuinum Meletium Episcopum Antiochenum sibi chlamydem regiam circumponentem, & regia corona caput ornantem*, ἐδόκει ὁρᾶν τὸν θεῖον μελέτιον χλαμύδα τότῳ βασιλικὴν πρεσθέντα, ἢ διαπλησίῳ στέφανῳ κοσμοῦντα τὴν κεφαλὴν. Inde morem natum arbitror, vt imperatores à patriarchis & episcopis coronarentur. Nam ante Theodosium nemo ab episcopis coronatus, ne ipse quidem Theodosius, nisi in quiete à Meletio. D E

Chlamys purpurea auro intexta in prœliis ab imperatoribus armis imposita.

In prœliis imperatores chlamydem armis purpuream auro intextam imposuere. Nicetas lib. 6. θεασάμβρος τὴ γάβρας ἵν᾽ εἶχε στολάδα ὅτι τ᾽ πρώτιστος βασιλεὺς τ᾽ χροιὰν πολυβαφῆνον, τὴν ὑπιθωρήκιον στολὴν ἐκείνῳ δίδωσι πορφύρᾳ ἢ χρυσῷ διαπρεπῆ. lib. 1. Andronici, τ᾽ κόρης αἵματι τ᾽ οἰκείαν στολὴν ἱμειρόμβρος βάψαι: *Sanguine conchylij propriam vestem cupiens tingere.* Anna lib. 3. Alexiad. τὰ ἐκατὸν βλαττία ἐστάλησαν διὰ τ᾽ πρωτοπρεσβρ. πανσεβάστου. Centum blattææ vestes missæ sunt per primum præsidem Constantinum. Nicetas lib. 2. Andronicus imperauit duos annos πρέσβυς ἄνευ ἢ χλαμυδὸς διαδήματος, *sine toga purpurea, & regio diademate.* Chlamydem purpuream ante Diocletianum vnicum fuisse imperij insigne docet. P. Diaconus lib. 10. Diocletianus imperio Romano primus regiæ consuetudinis formam magis quàm Romanæ libertatis inuexerat, adoraríque se iussit, cùm ante eum cuncti imperatores vt

iudices

A iudices ſalutarentur: ornamentum gemmarum veſtibus calciamentíſque indidit. Nam prius imperij inſigne in chlamyde purpurea tantum erat. item, Diocletianus & Herculius vna die priuato habitu imperij inſigne vterque mutauit, Nicomediæ Diocletianus, Mediolani Herculius.

Meminimus ſupra carrucæ imperatoriæ aureæ, meminit & Diaconus lib. 16. Tranſiit Menas epiſcopus cum ſanctis lipſanis, ſedens in carruca aurea imperatoria lapidibus inſignita. Idem rogam iactatam ait in Auguſta coronanda lib. 17. Tiberius cùm imperare cepiſſet, clamabant partes, Anaſtaſia Auguſta tu vincas. Audiens autem Sophia Iuſtini coniunx, perculſa eſt animo. Volebat namque nubere Tiberio, vt permaneret Auguſta, Anaſtaſiam vxorem ſuam coronauit Auguſtam, & iactauit rogam multam. *Carruca imperatoria aurea.*

Recens coronati imperatores in circum ibant, vt acclamationes populi acciperent. Dia-
B conus ibidem. Tiberius cum Auguſtalem coronam accepturus eſſet, eúmque iuxta conſuetudinem ad ſpectaculum circi populus exſpectaret. Nicetas lib. 1. Iſaaci τήβεννον λιθόστρωτον, & δίφρον χρυσοκόλλητον imperatoris, & βῆμα πολυανθρωπότατον conſeſſum maximum hominum vocat. item, Iſaacium τῷ ἀλουργίδα ἐμπορπησάμενον. purpuram quam induerat fibula aurea nectentem. lib. 3. σολῶ βασίλειον dicit. ὁ στρατηγὸς αὐταιρεῖται σολῆς τῷ βασίλειον, καὶ τὰς πόδας εἰς ἑτοιμασίαν ὁ τυραννίδος φοινικοβαφὲς ἀμφιέννυσι πέδιλον: *Pro ducis chlamyde ſumit imperatoriam, & calceos rubros inducit pedibus, vt ad tyrannidem ſe comparet.* item, ἀμφίθετον σολῶν. ὁ δὲ γλυκυθλίβη ὑπιστάσης ἡμέρας χειρὶ αὐτός τε τῷ ἀμφίθετον σολῶν ἀμφιάσατο, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν ἐπιτετάχει τὰς χρυσοῦφεῖς ἀναβολὰς καὶ πλατυσήμους ἐδῆτας: *Natali Chriſti inſtante ipſe gemmatam chlamydem ſumit, & reliquis omnibus imperat vt ſumant auro textas & laticlauias veſtes.* *Circum inibant recens creati imperatores, & cur.*

Indumenta regia Diaconus appellat. Claudianus, inquit, Gallieni morientis ſententia
C imperator deſignatur, ad quem Ticini poſitum per Gallonium Baſilium indumenta regia direxerat. Iulianus orat. 3. fibulæ & chlamydis meminit. ἀρξώμεθα ἢ ἀπὸ σκήπτρου πρότερον εἰ βούλει, καὶ τῆς βασιλείας αὐτῆς. μεστέον δ' ὅπῃ τὸ πλοῦτον, (malim ὅπῃ τῷ πλείονι) καὶ θαυμαστὸν σου τῷ χλαμύδα σὺν τῇ πόρπῃ: *Incipiamus à ſceptro ſi vis, & ab ipſo imperio. tranſeundum autem ad diuitem & admirabilem tuam chlamydem cum fibula.* Hic regiæ veſtis ſplendor ab omnibus Regibus, maxime tamen à Perſis vſurpatus eſt. *Indumenta regia.*

Simocata lib. 4. luxum Perſicum in veſte graphicè depingit: ὁ τῇ ἀλουργῖσι περιῤῥεόμενος, ὁ θρύψι χρυσῷ καὶ μύρῳ εἴτε καταστιλβόμενος, ὁ τὰς τρίχας διαπλεκόμενος, καὶ τοῖς μύροις καταπνεόμενος, ὁ τοῖς μυείοις γλυκέσι τὸ ἐδεσμάτων ἡλακατόμενος, ὁ τοῖς χρυσοφόροις θαλάμοις ἐνδιαιτώμενος, κλίναις τε χρυσαῖς ἐμβλακεύόμενος, καὶ σισύραις λαμπραῖς ἐντετυφῶν, καὶ ἐφεδρίσιν ἐκκαλινδόμενος μεγαλοπρεπέσι. Ormiſdas Rex de ſe ipſo loquitur è regno in carcerem col-
D lapſo, *Qui prius purpureis veſtibus circumfuſus erat, ornatus delitijs auri & gemmarum, qui capillum comebat, vnguentis afflatus vndique, cui infinita ciborum genera blandiebantur, qui thalamis aurum ferentibus incubabat, lectis aureis otiabatur, ſtragulis ſplendidis delicians, in ſumptuoſis amiculis volutatus.* *Perſicus luxus in veſte depictus.*

Veſtes regiæ Romæ & Conſtantinopoli apud comitem largitionum erant Auſon. Grat. act. Eò quoque deſcendiſti, vt quæreres qualis ad me trabea mitteretur. Omne largitionum tuarum miniſterium ſollicitudine fatigaſti. Parum eſt, ſi qualis ad me trabea mittatur interroges, te coram promi iubes. Nec ſatis habes vt largitionum miniſtri ex more fungantur, eligis ipſe de multis.

Regi Lazorum dati ab imperatore rubri calcei: non tamen datum, vt chlamydem pur-
E puream gereret, ſed tantum albam. Agath. lib. 2. ἤδη ἢ καὶ ὁ τζάθης ἅμα σωτηρείχῳ τῷ στρατηγῷ, ἐκ βυζαντίου ἀφῖκτο, τήν τε πατρῴαν ἀρχὴν, καὶ τὰ ταύτης βασιλέως ῥωμαίων, ἥπερ ἐκ παλαιοῦ νενόμισται, διεδεδρόμει. εἰσὶ δέ γε ταῦτα· στέφανος χρυσοῦς λιθοκόλλητος, καὶ χιτώνιον ποδήρες ὑποχρυσον, πέδιλά τε κεκοσμημένα, καὶ μίτρα ὁμοίως χρυσῷ τε καὶ λίθοις πεποικιλμένη. χλαμύδα δὲ ἀλουργῆ τοῖς βασιλεῦσι τῶν λαζῶν ἐθέμις ἀμπίσχεσθαι, λευκὴν δὲ μόνον, ἐρυθρὰν δὲ οὐδαμῇ πω ἐσθῆτα, καὶ εἰσημμένην. ἀμφὶ δὲ τὸ μεσαίτατον ἐκείνη χρυσῷ ὑφάσματι ἑκατέρωθεν καταλάμπεται· βασιλικὸν δὲ τὸ ἐμπερόνημα τῆς χλαμύδος λίθοις τε ἐκκρεμέσι, καὶ τῇ ἄλλῃ κατασκευῇ διαφέρον. *Iam autem & Tzathes cum Soterichо exercitus ductore ex Byzantio venerat à Rege Romanorum nactus patritum regnum, & eius inſignia, vt ab antiquo moris eſt. Sunt autem hæc. Corona aurea gemmis diſtincta, & tunica talaris auro intexta, calcei cocco tincti, & mitra ſimiliter auro & lapillis variegata. Chlamyde autem purpurea Lazorum regibus amiciri nefas, ſed alba tantum, non planè vulgari. Circa medium enim vtrinque aureo textu inſignis eſt. Regia autem fibula chlamydis lapillis pendulis, alióque apparatu ornatur.* Cedrinus, *veſtes ait imperatorias, alias totas ex auro textili, alias auro tantùm intextas,* in Tzimiſce. ἐν σολαῖς βασιλικαῖς, αἱ μὲν ὁλόχρυσοι, αἱ δὲ χρυσοῦφαντοι. *Calcei rubri.*

Manasses cultum imperatoris ex suo æuo, vel potiùs ingenio, non ex vero commemorat A
in Politicis. M. Antoninus, inquit, τὸ κόσμον τὸ βασίλειον ἐν ἀγορᾷ προθεῖται, ἔπαλον πᾶν χρυσοῦφες, φοινικοπόρφυρες κάνδυας, καὶ στέφος κατεμάργαρον, καὶ κλίνην λιθοστρώτην, αὐτόν τε πᾶσαν τὴν λαμπρὰν σολὴν τοῦ βασιλείας, *ornatum regium in foro proponit, suppellectilem omnem auro textam, candyas purpura prætextos, coronam gemmis distinctam, & lectum lapillis stratum, ipsámque omnem regiam vestem splendentem.*

Chlamys imperatoria Solaris. Chlamydem imperatorum talarem fuisse oportuit, quia Iuliani ἀλεξάνδρα *purpuram* in loco decliui Iouianus ἐπάτησε, *calcauit*, vt Cedrinus. Claudianus Panegyr. Stilic. 2. ornatum Imp. graphicè pinxit.

Quin & Sidonias chlamydes, & cingula bullis
Aspera, gemmatásque togas, viridesque smaragdos, B
Loricas, galeásque renidentes hyacynthis,
Et vario lapidum distinctas igne coronas.

Purpureæ chlamydes soli imperatori propriæ. ideo Virgilius Didoni Sidoniam chlamydem tribuit.

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

Granatza & lapatza vestis, quæ. Vestis Constantinopolitani imperatoris granatza dicta, reliquorum principum lapatza. Granatza quidem quasi laxis & fluentibus manicis trabea, & vestis nitens, ex duabus vocibus Syris Charana Tzach, contra lapatza pro lappatzach, constricta trabea, quia manicæ erant cinctæ, & in Zonam impactæ, vt Codinus; ἐπὶ μὲν ἀπὸ τῶν ἀσσυρίων βασιλέως κατῆλθε τὸ φόρεμα, μέχρι νῦν τῶν βασιλέων γρανάτζα λεγόμενον, ὅπως μὲν φορεῖ ὁ βασιλεὺς οὐδὲ ζώνης: *Ab Assyrijs*, inquit, *fluxit gestamen quoddam, ad nostros vsque imperatores dictum granatza, quod imperator fert sine zona.* C Apud Cedrinum βασιλικὸς μόδιολος vestis imperatricis, à forma modioli vasis potorij. Octapodium flammeum fuit imperatoris habens multas imagines Hierarcharum cum octo lingulis, Codinus ὀκτάλωρον ὀκταπόδιον vocat.

Pilatirium quid. Mutuatus item erat à Medis imperator Constantin. Pilaticium contextum è corallio, fimbriatúmque, quod è collo tum ipse imperator, tum iudices gestabant. Codinus, ἔτι δὲ τραχήλου τῶν κριτῶν ἐκρέμαντο δύο τινὰ ἀπὸ σιτανίων πλατίκια λεγόμενα, ἅτινές εἰσι μαργέλλια, μὲ σύρματος, τὸ μὲν μῆκος σπιθαμῆς ἐλαττον, τὸ δὲ πλάτος παλαμιαῖον, ἃ τινα ὁ τῶν μήδων ἐφόρει βασιλεὺς, ὁμοίως καὶ οἱ κριταὶ: *ad collum iudicum pendebant de lineis duo quædam dicta pilaticia. Ea sunt opus è margaritis cum fimbria in longitudinem minus spithama, in latitudinem palmo, quæ rex Medorum gestabat, similiterq; iudices, vt olim duces exercituum torques.* Alio loco, *pilaticia sceptra quædam esse ait, quasi pila, quæ protouestiarius sublimia gestabat manu dextera*, πλατίκια, ἢ ὡς σκῆπτρα κριτῶν D ἀπωρημένα γε ὄντα καὶ τῶν δεξιᾶν χεῖρα ἄνω.

Simulachra Deorũ purpura tecta. Sed vt ad purpuram redeamus, simulacra Deorum purpura tecta erant, vnde interdum detracta ornandis imperatoribus. Vopiscus in Probo, Ab omnibus acclamatum est, Probe Auguste Dij te seruent, deinde concursus, & cæspititium tribunal, appellatúsque imperator, ornatus etiam pallio purpureo, quod de statua templi ablatum est, atque inde ad palatium reductus inuitus. Sed & omnia purpurea imperij argumenta erant. Cùm Diadumenus Macrino natus, ouis purpureo colore nata ei portendit imperium, ait Spartianus. Cum Geta Seuero natus ex Iulia, ouum purpureum editum est, quod Caracalla puer confregit, exclamauit Iulia, fratrem occidisti. Plebeius à Seuero occisus quod ei agnus fronte purpurea natus erat. Vinum album Tacito, priusquam imperator fieret, purpureum effectum. Consule Lampridium & Capitolinum. Lamprid in Alexan. Mater eius pridie quàm E pareret, somniauit se purpureum dracunculum parere. Auctio rerum Commodi apud Capitolinum, in Pertinace, vestis subtemine serico aureis filis insignior per tunicas, penulásque, lacernas & chiridotas Dalmatarum, & cirratas militares, purpureásque chlamydes Græcanicas, atque castrenses, & cuculli Bardaici. Alexander Seuerus apud Lampridium, gemmas de calciamentis & vestibus tulit, quibus vsus fuerat Heliogabalus, veste, vt & pingitur, alba vsus est, nec aurata, penulis, togísque communibus. Antoninus Pius visus est ab amicis & cum priuatis vestibus tunicatus aut penulatus, ait Capitolinus. Romæ principes semper togati apud Spartianum in Adriano. Marcus tamen philosophus domi tunicatus erat. lib. 1. de vita sua, ἀφ' ῥυσίκου τὸ μὴ ἐν στολῇ κατ' οἶκον φοιτᾶν ἔμαθον. Tacitus togis & tunicis iisdem est vsus quibus priuatus. Ammianus Marcel. l. 14. Indicatum est Constantio apud Tyrum indumentum regale textum occultè. item, post, indumentum regale quærebatur, & ministris

fucandæ

A fucandæ purpuræ tortis, confessísque pectoralem tunicam sine manicis textam: ex quibus verbis tria apparent: primum, Regiam purpuram apud Tyrum textam: alterum, occultè regale indumentum texi non potuisse: tertium, tunicam etiam pectoralem sine manicis purpura textam in maiestatis crimen versam esse.

Alexander Seuerus vsus est chlamyde coccina sæpe, vt Lamprid. Prætextam, & pictam togam nunquam nisi consul accepit, & eam quidem, quam de Iouis templo sumptam alij quoque accipiebant, aut prætores, aut consules. Nero interdixit vsum amethystini ac Tyrij coloris, vt Sueton. c. 32. Alexander Seuerus Probianæ purpuræ vsum matronis concessit, vnde & Alexandrina dicta. *Coccina chlamis Alexãdri Seueri*

Lamprid. in Alexan. Adrianus primus vsus est auro clauatis mantilibus. Trebell. Gallienus gemmato baltheo vsus, vt & Carinus apud Vopiscum. Adrianus baltheum sine
B auro. Herodianus de Macrino θωρήκιον τορπαῖς καὶ ζωσῆρι χρυσῷ πολλῷ, καὶ λίθοις τιμίοις πεποικιλμένοις κεκοσμημένῳ, *fibulis, & baltheo ornatus processit multo auro, & gemmis variatis.* l. 1. C. nulli licere in frænis, Balthea gemmata vetantur. Adrianus sine gemmis fibulas strinxit. Fibulæ sæpe è margaritis fuere l. 25. de auro & arg. C. Apud Ammianum l. 21. Cùm Iulianus adorandæ purpuræ copiam dedisset Lucilliano, addidit, maiestatis insigne, non vt consiliario tibi, sed vt desinas pauere, porrexi. l. 22. *Mantilia auro clauata ab Adriano primo reperta.*

Maiestatis reus agitur, qui purpureum sibi indumentum ex serico pallio parat. Iulianus ad Comitem largitionum, Iube, inquit, periculoso Sarritori pedum tegmina dari purpurea, ad aduersarium perferenda, quem vt datur intelligi, chlamydem huius coloris memorat sibi consarcinasse. Vnde liquet chlamydem purpuream, insigne imperatorium fuisse. libro 26. Procopius nusquam reperto paludamento, tunica auro distincta vt
C regius minister indutus, à calce ad pubem in pædagogiani pueri speciem purpureis operus tegminibus pedum, hastatus, purpureum item pannulum læua manu gestabat, quæ ei perniciem attulere. Galienus cum chlamyde purpurea, gemmatísque fibulis & aureis Romæ visus est, vbi semper togati principes videbantur. purpuream tunicam aureámque virilem, eandémque manicatam habuit. gemmato baltheo vsus est, caligas gemmatas annexuit, cùm campagos reticulos appellaret, ait Trebellius Pollio. Stat. l. 4. Syluar. ad Domitianum. *Maiestatis reus agebatur qui purpureum sibi indumẽtum ex serico pallio parabat.*

———*Hos humeros multo sinus ambiat ostro,*
Et properata tuæ manibus prætexta Mineruæ.

Lectus eburneus & aureus quo Augustus elatus, *stragulis purpura, & auro intextis ornatus*
D *erat.* Dio, κλίνη ἐρώμασιν ἀλιπρῳτοῖς ὅλῃ χρύσοις κεκοσμημένη. Herodianus lib. 5. Heliogabalus ἱματίοις τ' ἐσθῆτι πολυτελεστάτῃ χρώμενος, ἅμα τε πορφύρᾳ χρυσῷ ὑφάσματι: *Vestitum vsurpans magnificentissimum auro, & purpura intextum, monilibus atque armillis redimitus.* lib. 2. Pescennino Nigro *cùm iniecissent milites purpuram imperatoriam,* τὴν βασιλείαν πορφύραν ἀπεβαλόντες. lib. 6. Maximinum milites purpura iniecta *imperatorem renuntiant,* ἀυτοκράτορα ἀναῤῥήδην. lib. 7. Milites Quartinum consularem *purpura & igne prælato ornarunt,* ἐπὶ πομπῇ δούντι ἐκόσμησαν. Eutropius lib. 9. Posthumus *purpura sumpta,* ἀπειθὴς ἑαυτῷ ἁλιπρήδα. Tetricus *sumpsit purpuram Burdegallis,* ἀπιεβάλλετο τὴν ἁλιπρήδα βαρδιγάλλοις. fortè βαρδιγάλλοις. Carausius ἁλιπρήδα τ' ἐνέδυ. Ætate Tiberij multi ἐσθῆτι ἁλιπρεῖ vsi, καὶ ὡς ἀπαῤῥήδην πάλαι, *licet iam olim id vetitum.* Ipse Tiberius φαιὰν μανδύαν ἐπένεδυ, *nigram penulam induit,* ex eo ceteri purpura abstinuerunt. *Eburneus & aureus lectus.*

E Vnde sequitur ætate Tiberij insigne imperij non fuisse in purpura. Imo & sub aliis imperatoribus plerique purpurati. Iuuenal. Sat. 7. *Insigne imperij quando in purpura non fuerit.*

Purpura vendit Causidicum.

Purpura illa de lato clauo accipienda, aut de coccina veste. Martial. lib. 6. e. 11.

Vis tu purpureum Marce togatus amem.

Postea purpura vulgo interdicta, solis imperatoribus data. Caligula τὸν τε θώρακα ἀλεξάνδρου, καὶ ἐπ' αὐτῷ χλαμύδα σπεκλῶ ἁλιπρῆ, πολὺ μὲν χρυσίον, πολλοὺς δὲ καὶ λίθους ἰνδικοὺς ἔχουσαν ἐνέδυ. Idem è victoria redux χιτῶνα χρυσόπαστον ἐνδύς. Vitellius inter primos chlamyde purpurea vsus, ait Sueton.

Imperatorias vestes graphicè pingit Paulin. lib. 3. Martini. *Vestis imperatoriæ descriptio.*

Miscetúrque ostro mollitum in fila metallum.
Stipant subiectas regalia fercula mensas,

Diues in excelsis splendescit purpura fulcris, A
Mollia puniceo mutantur serica suco,
Et rutilant docte ductis sine vellere pensis,
Liminibus distenta tremunt aulæa superbis,
Nutat & in foribus velorum mobile fulcrum.

Nicetas τὰ χρυσοῦφῆ ῥᾶχα δ' καίσαρος τὰ μὴ τ γερωιέων χρωμάτων σεσημειωμένα vocat: *Cæsaris auro texta rucha ferrugineo colore tincta.* Galli nostri vocant Rocquets. Cedrinus sub finem, τὸν πορφυρίδα ὑποβαλὼν, καὶ τὰ κοκκοβαφῆ περίλα, ἐσθῆτα ἰδιωτικὴν ἀμφιάσατο.

Vestis sacra, quæ. Cassiodorus lib. 1. sacram vestem describit his verbis, Crines illi lactei carneo poculo bis térque satiati pulcerrima ebrietate rubuerint, aut lanæ auxerint adorandi muricis qualitatem. Codinus Imperatori σκιάδιον, vmbellam tribuit, & rucham, quod ἐπάνω ἔνδυμα B μαργαριταρυφὲς vocat, indumentum superius ornatum margaritis. Idem, ὃ νῦν καλεῖται διάδημα, ἐλέγετο πάλαι ζώνη στρατιωτική, δηλοῦσα τιμὴν: *Quod nunc appellatur diadema, olim dicebatur cingulum militare, honorem significans.* Cingulum intelligit, quo accinctæ dignitates. parum commodè. Ait deinde imperatorem gestare *è collo torquem, auro ductum, implexum ex tribus quasi funiculis:* στρεπτὸν ἤ, ὃς ἐν ἑλιγμῷ χρυσὸς ἐκ τριῶν πεπλεγμένος καθάπερ χοινίκων, ὅθεν ἐφόρουν ὅτε τραχήλ. Interdum gestabat στέμμα, σάκκον, καὶ διάδημα, *coronam* seu infulas, *sagum, & diadema:* interdum ὑπηλακίκιον *vittatam loris prætextam* & φακεωλίδα, *tiaram.* Purpuræ nullus iam Constantinopoli vsus, aut καβάδιον καὶ φύαλιν. *honoratam tunicam, & velum.* λαμπάδα φέρουσιν ἔμπροσθεν αὐτοῦ: *ante eum ferunt lampadem.* hic est ignis qui præfertur imperatoribus. Cætera ex eo require.

Reges olim purpurati. Iam olim reges purpurati fuere, à quibus mutuati Romani. Clearchus veste purpurea, & C cothurnis regum tragicorum, & aurea corona vsus, ait Iustin. l. 16. Callisthenes nondum typis excussus in vita Alexandri: ἐκαλλωπίζετο δ' δαρεῖος διάδημα φορῶν ἐκ λίθων πολυτίμων, ἐσθῆτα δ' σηρικὴν βαβυλωνίοις ὑφάσμασι χρυσονήμασι, καὶ πορφύραν βασιλικὴν χρυσέοις ὑποδήμασι διὰ λίθων κειμηλίοις μέχρι τ κνήμης αὐτοῦ: *Darius oppidò triumphabat diadema ferens ex lapillis pretiosis, vestem autem sericam Babyloniis textis ex auro, & purpuram auream, aureis calceis gemmatis vsque ad femera.* Demetrius apud Plutarchum ἀμπεχόμενος καὶ διαδήματος φειδίως καυσίαις, καὶ χρυσοπαρύφοις ἀλουργίσιν, ἀλλὰ καὶ ταῖς ποσὶ ἐκ πορφύρας ἀκράτου συμπεπληρωμένης χρυσοβαφεῖς πεποιημένον ἐμβάδας. ὧν δέ τις ὑφαινομένη χλαμὺς αὐτῷ πολὺν χρόνον ἔργον ὑφηφανον, εἴκασμα δ' κόσμου, καὶ τ κατ' ἐρανὸν φαινομένων: *Redimitus & amictus superfluè causis, & auro textis purpuris. sed & soleas pedibus auro tinctas, & mera purpura subactas. Erat autem ei chlamys texta diu multúmque, opus superbum, simulacrum cæli, & stellarum.* Athenæus l. 12. Demetrius D πίλημα λαμβάνων τ πολυτελεστάτης πορφύρας. *pileum capiens purpuræ pretiosissimæ.* Parrhasius πορφύρα ἠμπέχετο χρυσοῦν στέφανον ὑπὲρ τ κεφαλῆς ἔχων: *amiciebatur purpura, auream coronam capite gestans,* vt Athenæus. Alexander milites suos omnes purpura ornatos procedere voluit.

Purpuræ vsus aulicis regum Asiæ concessus. Apud Liuium & Iustinum purpurati vocantur aulici regum Asiæ. Omnes Colophonij παναλουργέα φάρεα ἔχοντες *pallia tota purpurea habentes.* χιλίας αὐτῶν ἄνδρας ἀλουργεῖς φορέντας στολὰς ἄστυ πολεῖν, Colophone *mille viros purpura indutos vrbem administrare.* ἰσοστάσιος δὲ ὧν ἡ πορφύρα πρὸς ἄργυρον, *argento contra cara erat purpura,* vt pondus ponderi responderet. Sed in viam redeamus, & imperatores inspiciamus in purpura. Interdum à vexillis rapta purpura, quæ iniiceretur à milite. Capitolinus in Gordiano. Sublata de vexillis purpura imperatores eos dicemus? Vopiscus in Proculo, Cùm non adesset purpureæ vestis copia, allata est lana purpurea, & humeris Proculi iniecta. Celsum peplo deæ cælestis ornatum im- E peratorem appellant, vt Trebellius in Celso. Saturninus deposita purpura ex simulacro Veneris adoptatus est, vt Vopiscus monet.

Velamen purpureum in sepulchris imperatorũ. Velamen purpureum in sepulcris imperatorum fuit, quod quidam è Diocletiani sepulcro furatus, quibusdam conscijs occultare dicebatur, ait Ammianus lib. 16. vide Egesippum lib. 2. c. 1. de excid. Hierosolym. l. penultimam. C. de vestib. holoser. legem vlt. C. Nulli licere in frænis. Nouel. 130. c. 40. Paulum lib. 5. sententiarum tit. 25. §. penult. Affectare Principis habitum crimen maiestatis est. Ammianus lib. 16. Petrus Rauennas serm. 104.

Tinctores vnde profecti. *Ex Tyro & Sidone profecti tinctores, & conchylia ex quorum sanguine purpura efflorescit.* Clemens lib. 2. Pædagogi, ἐκ τύρου καὶ σιδῶνος ἀνάγουσι μάλιστα οἱ βαφεῖς, καὶ οἱ πορφυροῦται καὶ αὐτὰ τὰ κογχύλια, διὰ τὸ αἷμα τῶν ἐξανθεῖν τὸν πορφύραν. *Tinctores* dicuntur ῥηγεῖς. Hesychius, ῥήγεα παλλία βαπτὰ ὑπὸ τ ῥωμαίων, βεβαμμένα ἱμάτια. ῥηγεῖς γὰρ οἱ βαφεῖς. *Regea pallia tincta dicuntur à Romanis.* Suidas eadem habet. Etymologicõ, regos purpureum φοινικόλαιον, *pallium*,

ῥέξαι

A ῥέξαι γὰρ τὸ βάψαι. *rexai tingere.* Anacreon ἁλιπόρφυρον ῥῆγα. De tunicis pictis agere videtur Cyprianus lib. de laude Martyr. nam licèt pretiosarum vestium more purpura in imagines currat, & lentescentibus filis aurum erret ad speciem. legendus Cassiodorus lib. 10. variarum. Imperator ἐν τῇ μάχῃ σολάδα ὑπὲρ θώρακος τὸν χρυσοῦν χλοδαφινὸν ἐφόρει, ait vetus auctor, *gerebat in prælia supra thoracem chlamydem coccinam*, vt supra monuimus. Paulinus lib. 1. de vita Martini.

——quid tale vel ostro,
Vel ducto in filum pensis rutilantibus auro
Insignes meruere habitus.

Imperatorum vestis, purpura fuit auro textili. Dio in Claudio. Alexander Seuerus matronas regias contentas esse vno reticulo atque inauribus, & baccato monili voluit, au- *Purpura auro textilis.*
B ctore Lampridio, Regina dicitur induta cycladibus regiis, apud Rhegionem in Pipino. Cedri. in Michaële, reginam μοδιόλῳ βασιλικῷ indutam fuisse ait.

Quidam imperatores Dalmaticis vsi quæ fuere tunicæ manuleatæ, χειρίδωτοι, καὶ ποδήρεις, talares, Suidas ἀμφιμάχαλον vocat. Cicero in Catilinam manicatas & talares tunicas *Dalmaticæ tunica, quæ.*
commemorat, quæ olim in vitio. Exomides & colobia virorum fuere. Hesychius, καταρβύλας χλαίνας ποδήρεις vocat, ὥστε καὶ ὑπὲρ τὰς ἀρβύλας χαλᾶσθαι: *lænas talares quæ ad calceos vsque laxarentur.* Virgil. 9. Æneid.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Herodotus lib. 1. χιτῶνι ποδηνεκέϊ λινέῳ, καὶ ὑπὲρ τούτου ἄλλον εἰρινέον χιτῶνα ἐπενδύτ, καὶ χλαμύδιον λευκὴν, *tunica talari linea, supra quam aliam laneam inducit, & chlamydem albam.* Christo
C Domino fuit χιτὼν ἄῤῥαφος ὀρθοστάδιος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου, *inconsutilis tunica recta, à summo ad imum texta.* Heliogabalus dalmaticatus in publico post cænam sæpe visus apud Lampridium. Aurelianus tunicas albas manicatas populo Rom. donauit, narrante Vopisco, quæ tamen olim indecoræ visæ, vt Gellius li. 7. c. 12. Trebellius in Claudio, Zanchas de nostris Parthicis paria tria, cingiliones Dalmatenses decem, chlamydem Dardanicam mantuelem vnam. Zanchæ Calcei sunt barbarici, cingiliones cingula parua dalmatarum. Chlamys mantuelis composita ex chlamyde & penula. In Galieno, purpuream tunicam, auratámque viriłem, eandem manicatam. Capitolinus in Pertinace, per tunicas penulásque, lacernas & chirodotas Dalmatarum. Caligula apud Suetonium manuleatus & armillatus.

De fibula qua imperatorum chlamys astringebatur, Metellus in Quirinalibus. *Fibula qua imperatorũ chlamys astringi solita.*
D *Fibula quam chlamydis quasi comptior imperialis*
Fert locus imperij specialis.

CAPVT V.

De Vestiarij scrinio.



E VESTES sacræ ab vno ex seruis & libertis tractabantur sub Augusto, vt ex vetustis inscriptionibus apparet. Sub posterioribus imperatoribus fuit Comes sacræ vestis, quem Honorius & Arcadius inter Cubi- *Vestes sacræ à quibus tractari solitæ.*
E cularios collocant, & à præbitione tironum immunem esse declarant. In Septimo seu Septimio, quod suburbium Constantinopoli fuit, sacra vestis seruata. Orto, inquit Diaconus, incendio in Septimo corona Iustiniani quæ fuit in vestiario, amissa, post 8. menses cum paruo vniope & gemmis omnibus reperta est.

Comites sacræ vestis vt plurimum eunuchi fuere. Eusebius lib. 7. Histor. eccles. ἐπίλεκτῃ τῇ ὑπὸ τύχην ἀλυργὶ βαφῆς ἁπλόου ἐπήμισε· βεστάρχῃ Zonaras tom. 3. p. 219. vocat Mo- *Comites sacræ vestis, qui.*
schopulus, βέστια ὑπὸ ῥωμαίοις τὰ ἱμάτια, ἐξ ὧν καὶ βεστιάριον κυρίως ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσουσι. Constantin. Porphyrog. Them. orient. 1. ὧν πόσις εἰσὶ λεγυραὶ μινσούλια τὰ ἀνάγλυφα, ἅπερ κεῖται ἐν τῷ βασιλικῷ βεστιαρίῳ: *Cuius sunt argenteæ mensulæ sculptæ quæ reponuntur in vestiario principis.* In scrinio vestiarij alij vestium militarium curam habebant, alij sacrarum, deputati sacræ vesti, qui scriniariorum ministri, C. de vestib. holoser. & aurat. l. 7. C. de palat. sacrar. largit. l. si cui lana. §. quæsitum D. de legat. Vestiarium τὸ ἐντὸς, siue

ἀλλαξιμάριον, erat *armarium in quo reponebatur vestis sacra.* Codinus, φέρειν τὰ ὑποδήματα A
παιδόπουλλον τοῦ βεστιαρίου ἐντὸς, οὕτω κοινῶς ὀνομαζομένου ἀλλαξιμαρίου: *Puerum ferre calceos è vestiario interiori, quod vulgo dicitur Allaximarium.* Nicetas in Alexio Comneno lib. 3. ταῖς δὲ παραλόγοις προσόδοις καὶ ἀναβάσεσι τῶν ἔσω λεγομένων ταμιείων φύλαξ ταχθεὶς. Immensis reditibus interioris ærarij custos præpositus. In interiori enim vestiario, & pretiosa quæque κειμήλια asseruabantur. Vnde dignitas Constantinopoli Protouestiarij. Nicetas in Ioanne Comneno, καὶ τὴν ταρωνίτην γρηγόριον ὄντα προτοβεστιάριον. Anastasius de Seuerino, Sigillauerunt omne vestiarium ecclesiæ, seu cimilia episcopi. Codinus vocat, τὴν ἀβεστιάριον, alij τὴν βεστιάριον. qui sub se habebat cubicularios & hebdomadarios. Anonymus περὶ καταστάσεως ἀπλήκτου. Ad læuam figitur tabernaculum auestiarij. ὄπισθεν δὲ τοῦ ἀβεστιαρίου ἡ τοῦ φύλακος, καὶ καθ' ἑξῆς κοιτωνιτῶν καὶ ἑβδομαδαρίων: *A tergo auestiarij tabernaculum, & custodis, seu vragi, & deinceps cubiculariorum & hebdomadariorum.* B

Magistri lineæ vestis. Magistri lineæ vestis seu linteæ sub comite sac. largition. præerant lintearіis. l. si quis ex corpore C. de murilegulis. Linifarij texendis vestibus ipsi & eorum liberi perpetuo erant obnoxij. Magistri lineæ vestis cauent rem sacri ærarij saluam fore. l. priuatæ C. de murileg. l. vestis §. 1. D. de auro & arg. leg. Erant gynæciarij conchyleguli, murileguli, linteones, opifices vestis linteæ contexendæ, mancipia γυναικείου. Vide C. Theod. de murileg. & gynæciariis. & C. Iustiniani, de murileg. Magistri lineas vestes custodiebant, quarum numerus in scrinio sacri vestiarij sub primicerio scribitur. Procuratores gynæceorum texendis vestibus studebant. In occidente fuit comes vestiarij l. 1. C. qui à præbit. tiron.

Priuatæ vestis magistri. Priuatæ vestis magistri sunt sub comite largitionum. Procuratores fuere textrinorum. Procopius lib. 3. Vandal. Gynæceum vocat conclaue vbi mulieres texebant. Vitruu. lib. 6. C
c. 10. Vide titulum C. de vestibus holosericis. Species sericoblattæ & metaxatæ l. 10. C. de murileg. Balsamon ad cap. 12. concil. Gangrens. Beros sericum interpretatur. Paragaudæ sericeæ auro intextæ. Primus Aurelianus repperit paragaudas, narrante Eutropio. Impensæ in gynæcium fiebant ex fundis Tamiacis.

Baphiorum procuratores. Procuratores Baphiorum erant sub comite largitionum. Lampridius in Alexandro purpuræ clarissimæ meminit. Aurelius Probus Baphij præpositus fuit. Plura Baphia fuere in oriente, quibus singuli præerant procuratores. Euseb. lib. 7. c. vlt. eccles. hist. scribit Dorotheum eunuchum purpuræ apud Tyrum tingendæ præfuisse. Baphiarij & eorum liberi ab vrbe non poterant discedere. C. de murileg. Procuratores Baphiorum satis dabant, erántque nouem in occidente in nouem prouinciis. Baphiorum tinctores, procuratores linificiorum. Linifices differunt à magistris lineæ vestis, qui linum pecti, mundari, in D
vestes conuerti curabant.

Linificiorũ procuratores. Procuratores linificiorum duo in occidente fuerunt, vnus Viennæ in Galliis, alius Rauennæ in Italia. Vide notitiam imperij. Locus est apud Lampridium in Diadumeno, quem hic adscribam. Die qua natus est, pater eius purpuras tum fortè procurator iam vestiarij maioris (vulgò ærarij) inspexit, & quas claras probauit in id conclaue redigi præcepit, in quo post duas horas Diadumenus natus est. Sed de his libro de officiis vtriusque imperij pluribus agemus.

CAPVT VI.

E

De Ministerianis S. Vestis.

Ministeriani magistris officiorum subiecti. MINISTERIANI vestis sacræ, licèt sub viro spectabili castrensi sacri palatij essent, iurisdictioni tamen magistri officiorum subiiciebantur l. 3. C. de censu publ. Hesychius omnes ministros in aula principum Hemerolias vocatos, ait, quia *totum diem in ministerio ponerent*, ἡμερωλίας τοὺς ἐν αὐλῇ διακόνους. Ammianus triclinij ministros. in C. Theod. l. 5. de diuers. offic. & apparit. ministeriales quidam dicti, & ministeria sacri palatij C. T. l. 35. de erogat. milit. annonæ. Apud Seruios ζουπάνος est *præfectus vestis regiæ* ἀρχιζουπάνος προτοβεστιάριος. ζοῦπα *penula & quælibet vestis.*

CAPVT

A

CAPVT VII.

De Calceis Imperatorum.



B

Calceorum imperatoriorũ genera.

ALCEI Murrhanis regibus & Albanis mullei fuere, Cæsari Dictatori purpurei, aut rubri, quod à ceteris imperatoribus seruatum, nonnullis gemmati. Dio lib. 43. Iulius Cæsar, τῇ τε ἐσθῆτι χαυνοτέρᾳ ἐν πᾶσι ἐνιδρύνετο, καὶ τῇ ὑποδέσει τῇ ὑψηλῇ καὶ ἐρυθροχρόῳ καὶ τοὺς βασιλέας τοὺς ἐν ἄλλῃ ποτὲ γνωμένους, ὡς καὶ πεφοίνικων σφισὶ διὰ τὸ ἴσλον ἐχρῆτο: *Veste lautiori in omnibus delicatus erat, & calceis altis coccinatis, vt Reges Albæ quos propter Iulum genere attinebat, vtebatur.* C. Marius de manubiis Cimbricis & Teutonicis ædem Honori victor fecit, veste triumphali, calceis puniceis, vt est in veteri lapide: non calceis patriciis, vt malè quidam. Ammianus pedum tegmina purpurea vocat, quæ seruabantur à comite largitionum, vt supra monuimus. Zonaras tom. 3. p. 172. φοινικοῖς πεδίλοις τὰς πόδας ὑποδεῖται, *calceis puniceis pedes subligat*, vt se imperatorem gerat. p. 158. tom. 3. φοινικόχροα πέδιλα imperatoris, πεδίλοις ἐρυθροῖς, καὶ φοινικοβαφεῖς, *calceum rubrum purpureum.* Corippus lib. 2. Iustini,

Purpureo suræ resonant fulgente cothurno,
Cruráque puniceis induxit regia vinclis,
Parthica Campano dederant quæ tergora fuco,
C *Quo solet edomitos victor calcare tyrannos*
Romanus princeps, & barbara colla domare,
Sanguineis prælata rosis, laudata rubore,
Lectáque pro sacris tactu mollissima plantis.

Tzãgæ imperatoriæ, quæ.

Constantinopoli calcei imperatoris dicti tzangæ. C. Theodos. lib. 14. tit. 10. vsum tzangarum atque braccarum intra vrbem venerabilem nemini liceat vsurpare. Codinus p. 55. ἡ σπάθη δὲ βασιλέως ἀεὶ εἰς τὸ ῥεχαρεῖόν ἐστι, καὶ ἕτερον εἶδος ὑποδημάτων ἢ καλοῦσι τζαγγία, ἔχοντα ἐκπλαγίων καὶ τὰς κνήμας, καὶ ἀπὸ τῶν ταρσῶν ἀετοὺς διὰ λίθων καὶ μαργάρων, ἃ τινα καὶ φορεῖ ὁ βασιλεὺς εἴς τε τοὺς περιπάτους καὶ τὰς προσκύνησις: *Imperatoris spatha semper ad rucharium est, & alterum calceamentorum genus quæ dicuntur tzangia, habentia ad latus secundum suras, & ad*
D *plantas pedis aquilas ex lapillis & margaritis, quæ fert imperator ad ambulationes & adorationes.* Rucharium illud aliud erat à vestiario, vt indicat Codinus his verbis, ἡ μὲν τι σπάθη τοῦ βασιλέως ἀεὶ εἰς τὸ ῥεχαρεῖον εὑρίσκεται, τὰ δὲ ὑποδήματα εἰς τὸ βεστιάριον: *Spatha imperatoris semper ad rucharium repperitur, calcei ad vestiarium.*

Russi Lazorum regis calcei.

Calcei erant russi Lazorum regi, vt indicant fasti Siculi, τὰ τζαγγία αὐτοῦ λῶ ἀπὸ τὴν χώρας αὐτοῦ ῥεσαῖα πρόσωπα χήματα ἔχοντα μαργαρίτας: *Calcei eius à regione russi erant Persica forma, habentia margaritas.* Gregoras lib. de Alexio, qui filiæ ἐρυθροῖς ὑποδεδέσθαι κρηπῖσι προστάξαι, ἵν' ἐν αὐτῇ τε, καὶ οἱ ταύτῃ συζυγήσόμενος τὴν βασιλείας διάδοχος: *rubros calceos induci iussit, vt ipsa, & is cui nuptura esset, imperio succederent.* Calcei pertinebant ad genu, Procopius lib. 3. de Ædific. Iustini, ὑποδήματα μέχρι εἰς γόνυ φοινικᾶ χρώματος, ὃ δὴ βασιλέα μόνον ῥωμαίων τε καὶ πρόσω ὑποδεῖσθαι. Isaacius Comnenus Patriarcham solio expulit, quia ἐπεβάλλετο κοκκοβαφῆ περιβαλέσθαι πέδιλα, *ausus erat inducere calceos coccineos*, vt prodit Ioannes Curopalates in Isaacio Comneno. Trebellius in Claudio, tzanchas vocat. Tzanchas de nostris parthicis paria tria.

E

Ocreæ imperatorum nigræ & rubræ.

Ocreis rubris vsi imperatores, ceteri nigris. Diacon. lib. 23. Theodorus Siciliæ prætor sub Irene ad Arabes in Africam confugit, quem illi susceptum vt Romanorum tenebant Imperatorem, coronantes eum incassum, & ocreis & schemate induentes. item, Nicephorus qui imperium rapuerat, ostensis nigris calciamentis, Irene dixit, amare se talibus vti præter leges imperatorias. Botoniates, qui fuerat imperator, Alexio Comneno ait apud Annam lib. 2. Alex. μόνον ἔσομαι φιλὸς δὲ τῆς βασιλείας μετέχων ὀνόματος, καὶ τῆς δόξης, καὶ τοῦ ἐρυθροῦ πεδίλου, ἔτι δὲ καὶ δὲ αὐτοκράτορας εἰς τὰ αὐλικὰ, καὶ ἁλουργὸς τοῦ μὲν τὸ βραχίονα περικεκαλυμμένων ἁλουργῶν πέπλων: *Solum ero particeps imperatorij nominis, & acclamationis, & rubrorum calceorum, modo & in palatio cubem, & attingam peplos, qui circa brachia inuoluuntur.* Nicetas κοκκοβαφεῖς πεδίλους, lib. 1. Isaac. vocat. Petrus tyrannus στεφανῷ χρυσεῷ ἁλοὺς τὸν κε-

φαλὼ, & τοῖς ποσὶν ὑποῤῥάπτῃ & περιτίθησι κοκκοβαφὲς πέδιλον : *aurea corona cingit caput, & pedibus inducit coccineum calceum.* lib. 1. Alexij, βραβέας ἐρυθροὺς ὑποδύεσθαι πέδιλον. Cæsaribus fuit calceus alio colore quàm ceteris. μὴ τὸ πολλοῖς ὁμόχρωμον ὑπόδημα ἐπὶ ποδὸς, τὸ τῶν καισάρων λέγω φοβούμενον. A

Sandalia purpurea vocata.

Purpurea sandalia vocat Phranses c. 1. lib. 5. Alexius Angelus Irenem filiam purpurea induere sandalia iussit, quòd illam & cui desponderetur successores, & heredes post obitum fore constituisset. lib. 3. c. 9. Constantinopoli capta corpus Constantini ex imperatoriis calceamentis agnouerunt, in quibus vt imperatoribus consuetum erat, aquilæ aureæ depictæ. Sub Theodosio calceis rubris vsi. Pacatus Paneg. Theod. capiti Maximi diadema decutitur, humeris vestis aufertur, pedibus ornatus euellitur.

Cãpagi, regij calcei.

Campagos vocant calceos regios, de quibus can. 20. 21. distinct. 93. Nicetas in Ioanne Comneno, qui Alexio maiori natu filio μετέδωκε ἐρυθρᾶ πεδίλα, & φοινικίδος βασιλικῆς. Anna lib. 2. Alexiad. ἀναστὰς δ' ὁ ἰσαάκιος, & λαβὼν τὸ φοινικοβαφὲς πέδιλον, ὑποδεδύσκειν τὸ ἀδελφὸν ἐπεφέρατο. ἐρυθροβαφὲς πέδιλον vocat ἀλουργὸν ἀμφιεσμένον. B

Aurei regũ calcei.

Aureos calceos regibus iam olim fuisse indicat Sozomenus lib. 1. fine. ἔξωθεν τοῦ λάρνακος παιδίον ἔκειτο βασιλικῆς ἠξιωμένον ταφῆς. εἶχε μὲν γὰρ δὴ τὴν κεφαλὴν χρυσοῦν στέφανον, χρυσᾶ δὲ καὶ τὰ πέδιλα : *Aperto monumento puer iacebat extra arcam regia sepultura donatus. habebat enim in capite coronam auream, & aureos calceos.* ἐρυθρὰς κρηπῖδας vocat Gregoras lib. 2. ὁ βασιλεὺς ἀλέξιος ἐπειδὴ γονῆς ἄῤῥενος αὐτὸς οὐκ ἠυπόρησε, ταύτην ἐρυθρᾶς ὑποδεδέσθαι κρηπῖσι προσετάξατο, ἵνα εἴη αὐτῇ τε & ὁ ταύτῃ συζυγησόμενος τῆς βασιλείας διάδοχος : *Alexius Imp. quia mares filios non habebat Irene filiæ calceos rubros induxit, vt & ipsa & vir eius in imperium succederent.* Ea vocat σύμβολα βασιλικά, lib. 3. de Michaële. lib. 2. Ioannes Ducas Imperator neglecta vxore Anna permisit pellici συμβόλοις κοσμεῖσθαι βασιλικοῖς, insignibus vti regiis. Nicetas lib. 1. Alexius Ioannem filium successorem facere cupiens rubros ei calceos dederat, & imperatorem salutari passus erat. Isaacius frater Ioannis è digito patris Alexij *signatorium annulum subducit*, σφραγιστὴν δακτύλιον ὑφαιρεῖται, quem ad fratrem Ioannem defert, qui equo vectus in armis ad magnum palatium contendit, ἵππῳ κέλητι, ad ipsum Monasterium Manganorum, & imperator salutatus est, μέγιστον δρόμον. Cùm Ioannes venisset ad magnum palatium, aditum intercluſum inuenit, militibus ad nudam annuli ostensionem aditum non præbentibus. Ipse demum ingressus, vt polypodes saxis, ita *palatio adhærescebat*, ἐξάχερ τὸ δρόμων, sciens eum imperatorem haberi, qui palatium teneret. C

Insignia Romani imperij quomodo ad Põtifices & Cardiles trãslata.

Pontifices Romani, & Cardinales, Donatione Constantini Magni fulti, multa insignia imperij Romani sibi sumpserunt, quæ diuturni temporis possessione, vnde vnde originem traxerint, vt res hominum sunt, valent, & valere debent, alioqui nullum ius apud homines certum, nullum priuilegium ratum esset. Balsamo Meleta 1. Romanis Pontificibus πέλιδα κοκκοβαφῆ, coccineos calceos tribuit. Idem ἀλήθινα πέλιδα vocat φοινικόχροα. Calceos veros purpureos. *Patriarcha Constantinopolitanus loro regio secundum edictum Constantini Magni non coronatur, neque coccineis calceis se spectandum præbet.* Balsamon ibidem, ὅτε γὰρ τῷ τῆς βασιλείας λώρῳ καὶ τῷ ἐκ ἁγίου κωνσταντίνου νομιζομένῳ θεσπίσματι καταστέφει, ὅτε κοκκοβαφέσι πεδίλοις καὶ τὸ τυπωθὲν θεατρίζει. Donatio Constantini, Et sicut noster Senatus calciamentis vtitur cum vdonibus, id est candido linteamine illustratis, sic vtantur & clerici. καὶ ὡς ἡμετέρα σύγκλητος φέρει ὑποδήματα, ἤτοι σανδάλια λευκὰ δι' ὀθονίων. D

Calcei Senatorũ olim cuius coloris.

Senatus olim calceis nigris, non albis vsus. Horat.

Et nigris medium impedijt crus
Pellibus. E

Vaticanus Metaphrastes, ὀθόνοις ἤγουν, τετέσι λευκοτάτῃ ὀθόνῃ περὶ τὰ ὑποδήματα χρῆσθαι. *Vdonibus, id est albo linteamine circa calceos vti*, Balsamon Meleta de Chartulario officio, βλέπειν ὀφεὶ τὸν χαρτοφύλακα διὰ τῆς ἀγορᾶς προϊόντα μὲ χρυσοπάστῳ παράᾳ, & ἐποχούμενον ἐν ἡμιόνῳ πατριαρχικῶς ὀθονίᾳ κεκοσμημένον λευκῇ : *Videre est chartophylacem per forum procedentem cum tiara auro texta, equo vectum aut mulo, more patriarchico ornatum linteamine candido.*

Romanus Põtifex maiestatẽ suam à quo acceperit.

Vt sit, Romanus Pontifex sine à Pipino, siue à Carolo Magno maiestatem illam quam hodie obtinet accepit, siue à populo Romano sub Leone iconoclasta Conone, non minùs iuris habet, quàm si à Constantino Magno accepisset. Despotæ calceos ὀξέας & λευκὰ χρώματος, *sanguinei, & albi coloris, aquilis intertextos gestarunt*, è gemmis, ἐχούσας ἀετοὺς μαργαριταρείους, vt Codinus. τὰ ὑποδήματα τοῦ σκευοφόρου ἡραίνεα, ἔχοντα ἀετοὺς συρματεινοὺς : *Calcei*

scbasto

A *ſebaſtocratoris cærulei, habentes aquilas fimbriatas,* ſed ſine margaritis. Quod illis dedit Michaël Palæologus, narrante Gregora lib.4. ἐν τοῖς κυανοῖς πεδίλοις ⁊ χρυσοϋφεῖς αὐτῷ ἐνηρμόζοντο ἀετοί: *in cæruleis calceis aquilæ auro textæ erant.* Apud Annam lib.1. Alexiadis, Alexius Comnenus Conſtantinum Porphyrogennetem, ἐγκαθιδρύσαι ἐν τῷ βασιλείας θρόνῳ ἐπεβάσατο, θεὶς αὐτῷ τοῖς ποσὶ τὰ φοινικοβαφῆ πέδιλα: *Collocare in imperij ſolio conatus eſt, cùm purpureos calceos pedibus eius induxiſſet, & cùm eum abduxiſſet in regiam,* ⁊ ἀπάγων τοῦτον εἰς τὰ βασίλεια.

Calceum imperatoris campagum regium vocat Capitolinus in Maximino iuniore. Suidas, ξυρίδες, καμπάκια, ἢ ἄλλό τι ὑπόδημα διάφορον. Xurides, campagia, aut aliud quodpiam diuerſum calceamenti genus. ἀναξυρίδες ſunt ſarabara, faſciæ femorales, vt Heſychius. Anaſtaſius in Stephano 4. de degradatione Conſtantini, Accedens Maurianus ſubdiaconus orarium de eius collo abſtulit, & ante pedes eius proiecit, & campagos eius B abſcidit. Papias, campagi calceamenti genus quo vtebantur diaconi Romani. Gallienus gen nato baltheo vſus eſt, caligas gemmatas annexuit, cùm campagos reticulos appellaret, vt Trebellius. ὑποδήματα λιθοκόλλητα ὑπεδήσατο. Diocletianus primus victis à Galerio Perſis, veſtem & calceos lapillis & auro exornauit, ait Eutropius, Caius tamen Caligula Pompeio Penno dedit oſculandum ſiniſtrum pedem. Aiunt ſocculum aureum margaritis diſtinctum oſtendere eum voluiſſe, ait Seneca lib.2. de Benefic. cap.12. Corippus lib.2. Iuſtini,

Campagus imperatoris calceus.

Auguſtis ſolis hoc cultu competit uti,
Sub quorum pedibus regum cruor.

Q. Curtius lib.9. Rex aureis calceis vſus. Aliis quoque regibus id datum, vt calceis rubicundis vterentur.

C Veſtis regis Bulgarorum hæc fuit, corona aurea, tiara byſſo texta, calcei rubri, στέφανος ὁν χρυσῦ, πάσσε νενασμένη ἐκ βύσσε, ⁊ πέδιλα ἐρυθρά, vt Cedrinus in Tzimiſce. Et Ioannes Curopalat. in Tzimiſce, τὸ ⸗φόρημα τῆς βελγαρικῆς βασιλείας ἐφ' ὅλῃ τῇ πολιτῶν τῇ βορείῳ ἐπεδείκνυτο. τάλι λῶ, στέφανος ὁν χρυσῦ, &c. *Inſignia regni Bulgarici in oculis ciuium exuit Boriſen, quæ fuere, corona aurea.* Lazorum regi apud Agathiam calcei coccinati, lib. 3,. ſub Iſaacio Comneno Patriarcha Conſtantinop. tinctos colore coccineo calceos ſumpſit, vt Glycas parte 4. Symbola principis Sarracenorum virga, & ſandalia Pſeudoprophetæ, vt ait P. Diaconus lib.22. Alexandro Magno ὑποδήματα χρυσᾶ διὰ λίθων κείμηλα μέχρι τῆς κνημῆς, calcei aurei gemmis diſtincti crura includentes. Heliogabalus in calceis gemmas & quidem ſculptas habuit, vt Lampridius. Carinus habuit & gemmas in calceis, vt Aurelius Victor. Luithprandus hiſtor. lib.3. c.9. Rubricatam pellem caligis, vt iſtic imperatoribus D moris eſt, vteretur. Apud Cedrinum Piſides Heraclium ſic alloquitur, ὦ βασιλεῦ, μελαμβαφὲς πέδιλον ἐλίξας πόδα βάψας ἐρυθρὸν, ᾠσικῶν ἐξ αἱμάτων. O Rex cùm nigrum calceum induxeris, pedem ſanguine Perſarum purpura tingas.

Bulgarorũ regis veſtis.

Mulleos calceos murrhanis regibus in vſu fuiſſe admonui. Addo mulleolos fuiſſe mulierum, auctore Vopiſco in Aureliano. Calcei mulierum mullei, cerei, albi, ederacei. Perſius Satyr. 5.

Mulleoli mulierũ calcei cur ſic appellati.

———*Solea puer obiurgabere rubra.*

Ouidius lib.3. de arte Amandi, albos calceos tribuit.

Pes malus in niuea ſemper celetur aluta.

Apuleius lib.7. de habitu muliebri, Calceis albis illis, & tenuibus indutus. Appianus lib.5. E ciuilium, Antonio Athenis ὑπόδημα λευκὸν Atticum, quo ſacerdotes Athenis vtuntur, & dicitur φαικάσιον. Plinius c. 17. lib.9. mullum piſcem dictum ait à colore rubro mullei calcei. Feſtus tamen mulleos calceos à mullando, id eſt, ſuendo dictos aſſerit, quod eis adſutæ lunæ patriciæ. De lunato calceo legendus Plutarchus in Romulo, & in Romaïcis q.76. Martialis epigr. 50. lib. Statius ſ.2. lib.5. Philoſtratus in Herode Attico, δόκιμώτατος ὢν ἐν ὑπάτοις, καὶ τὸ σύμβολον τῆς εὐγενείας περιῤῥημένον τῷ ὑποδήματι. τοῦτο δὲ ἦν ὀπισθόμηνον ἐλεφαντινον μηνοειδές, *clariſſimus inter conſules, & inſigne nobilitatis calceo aſſutum, fibula nempe in malleolo pedis eburnea, ſpecie lunæ.* Hoc denique moneo Romæ iis qui magiſtratum curulem cæpiſſent, calceos lunatos puniceos fuiſſe, ceteris patriciis lunatos nigros. Crepidatus ſæpe Domitianus. Sueton. in Domitiano c. 4. In ſtadio vero curſu etiam virginum certamini præſedit crepidatus, purpureaq; amictus toga græcanica capite geſtans coronam auream cum effigie Iouis, ac Iunonis. Calcei imperatorum, magiſtratuum, & patriciorum fulmentati omnes, vt eſſent altiores. Calcei conſulum aurati, vt Caſſiodorus lib.6. c.1.

Calcei

Crepidæ aut soleæ imperatorũ calcei.

Calcei imperatorum interdum crepidæ aut soleæ fuere, quæ Græci ὑποδήματα vocant, quia corrigiis adstringerentur, interdum cothurni qui suras includerent, vt è Corippo supra ostendimus, cuiusmodi fuere viris omnibus lautioribus. Calpurnius, eclog. 1. A

Purpureo stabis suras euincta cothurno.

Iuuenalis,

——Crurisque sinistri Dimidium tegmen.

Liuius Andronicus apud Terentianum Maurum,

Et iam purpureo suras include cothurno.
Preßáque iam grauida crepitent tibi terga pharetra.

Cothurni purpurei.

Cothurni tamen purpurei puniceis vinclis inducebantur, vt firmius hærerent. Sidonius carm. 2. B

——concurrentibus ansis
Vinclorum pandas texunt per crura catenas.

Statius lib. 7. Thebaidos de Eunæo Bacchi sacerdote,

Et rubet imbellis Tyrio subtemine thorax,
Brachiáque in manicis, & pictæ vincula plantæ,
Carbaseique sinus, & fibula rasilis auro
Tænariam fulua mordebat iaspide pallam.

Sidonius lib. 8. ep. 11.

——atque vinculorum
Concurrentibus ansulis reflexa C
Ad crus per cameram catena surgat.

Virgilius,

Et Tyrrhena pedum circumdare vincula plantis.

Crepidas designare videtur, quod Thuscum calciamentum fuit, si Festus audiendus, corrigiis ligatum.

Amẽta quibus vinciũtur solearũ lora.

Idem amenta vocat quibus vinciuntur solearum lora. Scholiastes Iuuenal. ad hæc verba Satyr. 5.

——propter quod rumpere somnum
Debeat, & ligulas dimittere.

Calcearij (malim, calceari) cùm festinant, & ansas caligarum prætereunt nonnullas. Manil. l. 4. D

Et pedibus niueis fulserunt aurea vincla.

Tzetzes in chiliadibus Tzangarium quendam artificem laudat, qui tzangas, seu tzancas, siue mauis cum Acrone Zangas effecerit. Codinus, ἔχοντα ἀετοὺς μαργαριπαρεϊνοὺς ἐκ πλαγίων τε καὶ ἐπὶ τῶν παρσῶν, ἤτοι ἐπάνω τῶν ὑποδημάτων μουζακίων: *habentes aquilas margaritis insignes ad latera & in palmis, aut super calceos de musiuo pictos.* Carinus fibulis gemmeis ad calceos vsus apud Vopiscum. Caligula soccos muliebriter ornatos gessit, auctore Plinio lib. 9. c. 35. Demetrius Antigoni filius aureos calceos, vt Plutarchus. Alexander Seuerus gemmas in calceamentis & vestibus tulit, quibus vsus fuerat Heliogabalus, Lamprid. auctore.

E

CAPVT VIII.

De purpura in qua nati filij Imperatorum.

Purpura quanto in pretio apud imperatores.

PVRPVRA imperatoribus adeò expetita fuit, vt ipsa etiam chelandia, lembi, ac nauigia, quibus in mari procedebant, & vt loquitur Constantinus Porphyrogenetus in Chorographia, quibus πρόκεντον ἐποίουν, processum faciebant, purpureo colore picta essent. P. Diaconus vocat rubra chelandia in quæ Constantinus ingressus. Et filij qui nascerentur imperatoribus πορφυρογεννητοι, & πορφυρογεννήτη, *in purpura nati* indigetantur. Nicetas lib. 5. ἠυτρεπίσθη ἡ πορφύρα πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς γεννήσεως. ὡς δὲ κατέπειγον αἱ ὀδύναι, καὶ ἐντὸς τῆς πορφύρας ἡ δέσποινα ἦν: *Purpura præparata*

A *præparata est ad partum excipiendum. Cùm autem vrgeret partus, & intra purpuram domina esset.* Claudianus Panegyr. Honorij. 4. cons.

——— Æquæua cum maiestate creatus,
Nulláque priuatæ passus contagia sortis,
Omnibus acceptis vltro te regia solum
Protulit, & patrio felix adolescis in ostro,
Membráque vestitu nunquam temerata prophano
In sacros cecidere sinus.

Commodus de se, Nunc me vobis, fortissimi milites, fortuna principem defuncto patre
B non quidem electum, sed in palatio natum, atque educatum dedit, vt qui nec in plebeiis vagij cunabulis: simul enim me in lucem mater edidit, veste imperiali amictus sum, eodémque momento me sol hic principem, atque hominem vidit. Claudianus Panegyr. de tertio cons. Hon.

——— Quem primo à limine vitæ
Nutrix aula fouet.
——— Cognata potestas
Excepit Tyrio venerabile pignus in ostro.

De quarto cons.

Accliuis genitrix auro, circumflua gemmis
C *In Tyrios enixa toros. vlulata verendis*
Aula puerperijs.

Zonaras in Constantino Duca. τὴν δὲ κωνσταντῖνον εὐδοκία ἔτεκε βασιλεύσαντι καὶ αὐτὴ αὔγουστα ἀναῤῥηθεῖσα. ὅθεν εἷς μόνος πορφυρογεννήτης ἦν, ὃν αὐτίκα καὶ πρὸ τῶν ἄλλων τοῖς βασιλικοῖς παρασήμοις ἐκόσμησεν: *Eudocia genuit Constantino Ducæ iam imperatori Constantinum, & ipsa augusta renunciata. Vnde & solus iste Constantinus in purpura genitus erat, quem statim & ante alios Ducæ filios regijs insignibus adornauit.* *Porphyrogennetis nomen, vnde.*

Anna lib. 7. Alexiadis domum fuisse scribit nomine purpuram, partui reginarum consecratam, τὴν βασιλίδα κατὰ τὸ ἀφωρισμένον πάλαι τοῦ τικτούσαις τῶν βασιλίδων οἴκημα ἐπὶ τοῦ ὠδῖσιν εὑρηκὼς, πορφύραν τοῦτο ἀνέκαθεν ὀνομάσουσιν, ἐξ οὗ καὶ τὸ τῶν πορφυρογεννήτων ὄνομα εἰς τὴν οἰκουμένην διέδραμε: *Cùm* Alexius *Imperatricem in domo iam olim assignata parientibus impe-*
D *ratricibus, in partus doloribus inuenisset, purpuram ab antiquo hanc domum vocant, vnde & nomen porphyrogennetis per orbem sparsum.* P. Diaconus lib. 23. incluserunt Constantinum Irenes filium in domo purpurea, in qua & natus, & necatus. Manasses domunculam vocat, de eodem Constantino loquens, *Domus purpura, quæ.*

ἐκεῖ τὰς ὄψεις ἐκκοπεὶς καὶ σβεσθεὶς τὰς κόρας
ὅπου τὸ πρῶτον ἔβλεψεν ἡλίου τὰς λαμπάδας,
πορφύραν ὀνομάζουσιν ἐκεῖνον τὸν οἰκίσκον.

Illic oculi sunt ei eruti, & pupulæ exstinctæ, Vbi primum vidit solis lampadem. Purpuram vocant hanc domunculam. Pet. Chrysologus cubiculum esse ait, vbi imperatrices partu soluerentur, & filios in purpura parerent. Manasses πορφυροβλάστητον Constantinum vocat. item, ὁ παῖς ὁ πορφυρόφυτος λέοντος κωνσταντῖνος: *Leonis filius Constantinus in purpura natus.* πορφυρόβλα-
E στον, πορφυρόρπηκα. βλάστους πορφυροφύτους. ὁ προτόφυτος τῶν τῆς πορφύρας κλάδων, *primogenitus ramus purpuræ.* ἡ ζωὴ τὸ τῆς πορφύρας ἔρνος: *ramus purpuræ.* Anna Comnena lib. 1. Alexiad. vocat se πορφύρας τιθήνημα, καὶ γέννημα, *in purpura natam, eductam.* Inscriptio libri est, ἄννας τῆς πορφυρογεννήτου τῆς βασιλίσσης: *Annæ porphyrogennetæ, imperatricis.* Postea subiungit, μετρητῶν δέ τινων παρεγθουσῶν ἡμερῶν στέφους κἀμὲ ἀξιοῦσιν οἱ γονεῖς, καὶ βασιλικοῦ διαδήματος: *elapsis aliquod diebus parentes me corona, & regio diademate ornant.* Nicetas lib. 1. eam duntaxat Cæsarissam fuisse ait. Socrates lib. 7. Theodosius ἐν βασιλείᾳ τεχθεὶς καὶ τραφεὶς: *in imperio natus, eductus.* Themistius oratione 6. πρῶτος γὰρ δὴ τέως τῆς εὐδαίμονος οἰκίας ἐσπαργανώθεις ἐν ἁλουργίδι: *Primus enim tunc felicis domus cunis purpureis inuolutus es.* Valentinianum Gratiani Imp. fratrem alloquitur. Cantacuzenus ep. ad Nilum vocat Constantinum τὴν ἐν τῇ πορφύρᾳ τεχθέντα, *in purpura natum.* Luithprandus de rebus Europæ lib. 1. c. 2. Porphyram domum fuisse ait Constantinopoli à Constantino Magno exstructam, in qua voluit filios suos in lucem prodire, vt qui suo ex stemmate nati essent Porphyrogenniti dicerentur.

Anna

Anna lib. 1. Alexiad. Constantinum Ducæ fratrem, quem Alexius consortem imperij fecit, πορφυρογέννητον vocat. A

CAPVT IX.

De Nobilissimo.

Nobilissimi, qui.

NOBILISSIMI dicti qui in spem imperij alebantur. Rufinus lib. 2. c. 5. Valentinianus à patre factus nobilissimus: patre moriente nondum regiis insignibus initiatus erat. Olympiodorus, ζῶντος μὲν ὀνωρίου νωβελλίσιμος γίνεται, βιασαμένης τῆς πλακιδίας τὴν ἀδελφόν. *Viuo Honorio Nobilissimus factus est, cùm Placidia fratrem ad id compulisset.* καὶ ἐπαναλαμβάνει αὐτὴ μὲν τὸ τῆς αὐγούστης, ὁ δὲ οὐαλεντιανὸς τὸ τοῦ νωβελλισίμου ἀξίωμα: Placidia *nomen Augustæ sibi sumit, Valentinianus dignitatem nobilissimi.* Zozimus lib. 2. Nobilissimatum dedit Anaballio Constantinus Magnus, qui veste vteretur purpurea, aureis ornata limbis. Zonaras in Copronymo, qui duos filios καίσαρας ἔστεψε, τὴν δὲ νικήταν ἔστεψε νωβελλίσιμον, *Nicetam nobilissimum coronauit.* Idem Iustinianum ait Iustino *dignitatem* Nobilissimi, ἀξίαν dedisse. Nobilissimo puero Honorio l. 4. tit. 28. lib. 12. C. Valentiniano nobilissimo puero, Codice Theod. Marcellinus Comes, Iustinum iamdudum à se nobilissimum designatum, regni quoque successorem sibi creauit. Zozimus in Constantino Cæsarem & Nobilissimum pro eodem accipit. Diaconus lib. 22. Nobilissimus factus est Nicetas, cui superposuit chlamydem & auream coronam, Nicephorum & Christophorum filios Copronymus Cæsares creauit: vnde colligas Nobilissimos infra Cæsares fuisse. Leo Copronymi prouexit Eudoxium fratrem suum Nobilissimum. Id temporis tres nobilissimi, duo Cæsares fuere. Olympiodorus, ἐπεὶ δύο παῖδας ἔσχε κώνσταντα καὶ ἰουλιανὸν, ὧν τὴν μὲν κώνσταντα καίσαρα χειροτονεῖ, εἶτα ὕστερον κατὰ τὰς αὐτὰς ἡμέρας καὶ τὴν ἰουλιανὸν νωβελλίσιμον. Zonaras εὐδόκιμον Leonis fratrem vocat quem P. Diaconus Eudoxium lib. 22. Zonaras t. 3. p. 194. καὶ ἐτίμησε νωβελλίσιμον. Zozimus lib. 2. de Constantio & Anaballiano, ἐσθῆτι χρώμενοι κοκκοβαφεῖ καὶ περιχρύσῳ, τῆς τοῦ λεγομένου νωβελλισίμου παρ' αὐτοῦ κωνσταντίνου τύχοντες ἀξίας, *vsi veste purpurea aureo lymbo ornata, cùm à Constantino dignitatem Nobilissimi consequuti essent.* B C

Vxores imperatorum nobilissimæ appellatæ.

Horum vxores Nobilissimæ in descriptione vrbis Constantin. in regione prima, domum nobilissimæ Marinæ, in nona & decima, domum nobilissimæ Arcadiæ. In vet. lapide, primus Licinius Valerianus nobilissimus, mox Carinus & Numerianus eius filius. in Vet. inscriptione, Deinde Seuerus & Maximinus l. 1. C. de feriis, Constans & Anaballianus Gratianus & Valentinianus l. 2. de magistrat. municip. Zozimus hanc dignitatem à Constantino inuentam scribit. Malè. Idem ait nobilissimum vestem purpuream aureo limbo circumdatam gestasse. Dicuntur & Nobiles pueri. Postea pro Cæsaribus & nobilissimis aliæ dignitates repertæ, Despotæ, Sebastophori. Nicephorus Gregoras lib. 3. δεσπότην αὐτὸν τετίμηκε ἀξίωμα ἔγγιστα τῆς βασιλείας: *eum despotam creauit, quæ dignitas proxima imperatoriæ,* maior Sebastocratore. D

Sebastocrator quis primus dictus.

Alexius Comnenus primus Isaacium creauit Sebastocratora, alios fratres protosebaston & Sebaston. Cedrinus p. 624. Sebastophorum. Zonaras t. 3. p. 234. Alexius Comnenus generum suum ἐτίμησε πάνυπερ σέβαστον. fratrum imperatoris τὴν μὲν προτοσέβαστον, καὶ μέγαν δρουγγάριον, τὴν μὲν σεβαστὸν καὶ τοῦ στόλου δρουγγάριον. Sororis virum σεβαστὸν creauit, καὶ τοῦτο καινίσας τὸ ἀξίωμα. Cùm hanc dignitatem innouasset. Nicetas istis omnibus coronas attributas ait, quæ tamen ab imperatoris corona aliæ essent. Legendus Codinus. οἱ τοῦ βασιλέως υἱοὶ δεσπόται προΐστανται τῶν ἀδελφῶν: *Despotæ filij imperatoris, fratribus antistant.* E

CAPVT X.

De sigillo purpureo, & aureo Imperat.

Annuli signatorij imperatorum.

ANNVLOS signatorios olim fuisse, contritum est. Apud Arrianum Alexander animam agens ei tradidit annulum, quem imperij successorem designasse plerique interpretati

A terpretati sunt. Sigillum Persarum fuit fœmina capillo soluto, quia cum Rhodogune capillum pectens defectionem ciuium audisset, soluto capillo excurrens turbas sedauit. Sylla Iugurthæ imagine signauit, Mecænas rana, Augustus Sphinge, postea imagine Alexandri, reliqui imperatores imagine Augusti. Commodus tamen signauit litteras signo Amazoniæ, vt Capitolinus in Albino. Sueton. l. 2. c. 50. In diplomatibus, libellisque, & epistolis signandis initio sphinge vsus est, mox imagine Magni Alexandri, nouissime sua, Dioscoridis manu sculpta, qua signare insecuti quoque principes perseuerarunt. Legendus Dio lib. 51. Familia Macrianorum speciale hoc semper habuit, vt Alexandrum magnum viri in auro & argento, mulieres in reticulis & dextrocheriis & annulis exsculptum semper gestarent, ait Capitolinus. Isaacius è digito patris Alexij Comneni *signatorium annulum*, σφραγιστικὸν δακτύλιον, cùm ille animam ageret, subduxerat, vt eo viso milites sibi
B maius palatium aperirent ait Nicetas lib. 1. Adiabenis insignia regni sunt, diadema *annulus signatorius*, δακτύλιος σημαντήρ, & Sampsera, vt Iosephus c. 2. lib. 20. Caligula detraxit annulum Tiberio cum morte luctanti, Sueton. c. 73. lib. 3. Nonnulli puluinum iniectum, cùm extractum sibi deficienti annulum requisisset. Seneca eum scribit intellecta defectione, extremum annulum quasi alicui traditurum pauliſper tenuisse, deinde aptasse digito, & compressa sinistra manu diu iacuisse immobilem. Vopiscus in Aureliano, vxori & filiæ annulum sigilla ritium quasi priuatis instituit. Vnde colligas & imperatores, & vxores ac filias eorum annulos habuisse priuatorum annulis absimiles. Martialis libr. 9.

Nam signat meus annulus lagenam.

Clemens lib. 3. Pædag. δίδωσιν οὖν αὐταῖς δακτύλιον χρυσίε, εἰδὲ τοῦτον εἰς κόσμον, ἀλλ' εἰς τὸ
C ὑποσημαίνεσθαι τὰ οἴκοι φυλακῆς ἄξια διὰ τὴν ὑπιμέλειαν τὴν οἰκείας. Pædagogus tribuit fœminis annulum aureum non adornatum, sed ad signandum ea quę domi custodienda sunt, propter curam domesticam. deinde σφραγίδας vocat annulos signatorios.

Sed præter annulum imperatoribus fuit sigillum maius & amplius, quod in auro, argento, plumbo, cera rubra ac miniatula imprimeretur, vnde & Chrysobulium pro mandato ponitur, quod aureo sigillo firmatum sit. Constant. Porphyrogenitus in chorog. ἐποίησεν αὐτῆς χρυσοβύλλιον, ἵνα τύχωσι τὰ πάκτα, ὡς ἐπὶ πρότερον, fecit illis Chrysobulium, vt pendant vectigalia ex pacto, vt prius. Sæpe imperatores manu sua subscribebant, addebátque manu diuina se subscripsisse, M. D. vt Magno docet. Subscriptio illa, singulari quodam encausti genere scribebantur, l. 6. C. de diuin. exscript. Leo Imperator sacra rescripta alio colore quàm purpureo lustrari vetat, coctiq; muricis, & triti conchylij ardore signari
D præcipit, nec eius sacri encausti confectionem habere priuatis vult licere. Nicetas ἐρυθροδανωμένῳ βασίλικον γραφὴν vocat, *Regium scriptum rubricatum*. βασιλικαῖς ὑποσημαίνειν ταύτας γραφαῖς, ἢ βαφαῖς. *Illas subsignare imperatoris inscriptione, & colore.* γραφὰς ἐρυθρὰς, γράμμα ἐρυθρόγραφον βασιλικὸν ἐρυθρόδανον. γραμμάτων ἐρυθρόγραφον, ἐρυθρὰ γράμματα τῆς βασιλικῆς χειρός. In Nouella Manuelis Comneni τῷ μὲν μηνὶ μαρτίῳ, ἰνδικτίωνι ιδ', δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων τῆς βασιλικῆς χειρὸς, ἢ διὰ κηρὸς σφραγίς. εἶχε τὸ δι' τοῦ λογοθέτου τοῦ δρόμου, τοῦ ἀποσταλέντος μιχαὴλ ἔτους ϛχο δ'. *Mense Martio inductione 14. per rubras litteras imperatoriæ manus, & sigillum per ceram, habuit per logothetam dromi, Anno Michaëlis sancti à Deo dati 6774.* Nicephorus Gregoras lib. 4. Pater filium coronat, eiq; dat potestatem, *vt edicta litteris rubris signet*, δι' ἐρυθρῶν ὑπογράφειν γραμμάτων θεσπίσματα. Nicetas lib. 2. Manuelis. γράμμα ἐρυθροσήμαντον, σφραγῖδί τε χρυσέᾳ, ἢ σηκὸν νήματι ἔμπεδον κόγχης ἀναδεδυμένῳ αἵματι τῆς πλήν-
E ρου δὲ μεγάλης νεὼ ὑπιδίδωσι, τύποις αὐτῆς ἐγγύεια ἐτήσια κέρματα εἰς μνᾶς δὶς ἑκατὸν κορυφούμενα: *Litteras rubro, aureoq; sigillo & serico filo munitas, & conchæ sanguine pictas clero magni templi offert, quibus ei argenteæ monetæ nummi annui ad ducentas minas promittebant.* ἑτέραν ἐρυθροδανωμένῳ βασίλειον γραφὴν ὑπιφέρειν, alteram regiam scripturam rubricatam ab imperatore inferri lib. 4. Isaaci, γραμμάτων ἐρυθρόγραφον.

Sigillum signatorium maius annulo imperatorio.

P. Diaconus bullam vocat. Imperator bulla signauit patriarcham, & hunc exilio relegauit. Bullas item vocat Manasses, vnde & Bullæ Romani Pontificis,

τὴν δὲ βελαῖς τοῦ ῥωμαϊκοῦ πειθόμενον ὁ κράτωρ
γραφὴν ἐρυθροσήμαντον πρὸς τὸ ἔρατον ἐκπέμπει.

Consilio Romani persuasus imperator, scriptum rubricatum ad exercitum mittit. Nicetas lib. 4. ἐρυθροδανῷ ἐνσημανθὲν ἀφῆκε γράμμα, *emisit epistolam rubro signatam.*

Bulla signatoria imperatorum.

Anna lib. 2. Alexiad. διὰ χρυσοβύλλων λόγων περαιοῦσαι, *per aureæ bullæ scripta rem definire*, τῷ τοῦ χρυσοβύλλου γραφῷ, *Scriptum aureæ bullæ.* lib. 3. διὰ χρυσοβύλλου λόγου τὰ βεβουλευμένα

Aureæ bullæ.

εἰς πρόσωπον πᾶσι καθίστησι : *Per aureæ bullæ scriptum omnibus quæ deliberata* erant *euulgat.* lib. 8. A
& ταῦτα ὑ αὐτοκράτορος χρυσόβουλον λόγον ὑποσημασμένου διὰ κινναβάρεως, ὡς ἔθος, διὰ βασιλικῆς δεξιᾶς λαβών : *Bullæ aureæ scriptum ab imperatore signatum cinnabari, vt moris est, regia manu cùm accepisset.* Omnino aureæ illæ bullæ per cinnabarim, sigilla in argento, in plumbo, in cera, nupera sunt. Annulis veteres imperatores signasse ostendimus, deinde σφυρηλάτοις litteris sub Constantino Magno, & Iuliano aurum additum, encaustum denique ex murice & purpura, demum senescente imperio Cinnabaris, qua hodieq; patriarcha Constantinopolitanus vtitur in rescriptis, & epistolis vsurpata. Codinus in Constantinopoli, διὰ χρυσοβούλων, & προσταγμάτων ὑ ἁγίων αοιδίμων & μακαρίων μν ἀυθέντων, & βασιλέων, *per auream bullam, & edictum sanctorum celeberrimorum Dominorum & regum* Andronici aui, & Andronici Iunioris. Item, προστάσσει, ἡ μοναρχία μου ἤδη βασιλεία μν ἀπολύουσα ὑ παρόντα χρυσόβουλον λόγον : *mandat & definit maiestas mea præsentem hanc bullam auream dimittens.* B

Bullæ argẽteæ. De bullis argenteis Phranzes lib. 2. c. 10. Ego cum literis bulla argentea insignitis, & iureiurando firmatis. Ipsi despotæ deficiente imperio bulla aurea vsi. lib. 3. cap. 1. Despota Thomas mihi Certezam oppidum diplomate cum bulla aurea donauit. Andronicus Monembaziæ bullam auream dedit, in qua vetera beneficia renouauit, & approbauit, vt è secretario imperatorio didici. c. 5. per bullam auream vicum ipsi pollicentes. Constantinus Porphyrogenitus in chorographia, cùm daretur domus, aut vrbs ab imperatore, χρυσοβούλλοις χωρίοις, donatio non erat firma.

Aurei sigilli. Sigilli autem aurei cura magno honori fuit. Nicetas lib. 3. Manuel. Logotheta offensus est ὅτι ὑ τῷ συμεωνίτῃ δοθῶσαν δοχεῖον ἐρυθρόδαυον διάλιθον χρύσεον, *quod Stupiotæ data esset aureæ bullæ cura, quæ rubricata in aureo & gemmato vase seruabatur,* & τῆς ὅρκους τούτου ὑποτεθῆναι τῷ ὑ ἐν βλαχέρναις μέγαν νεών, *& quod Stupiotes præpositus esset iuramentis in verba imperatoris quæ fiebant in magno templo Blachernarum.* Anna lib. 1. Alexiadis Constantino in purpura nato Alexium Comnenum ὑ ἐν γράμμασι ἐρυθρᾶς ὑποσημασίας κοινωνῆσαι, *communicasse rubram in literis sigillis subnotationem ostendit.* Theodosius ἐρυθροῖς γράμμασι χάρτην ἐσημειοῦτο, & κάλαμον ἐν ὑ χερσὶ φύσις ὑ βασιλέως, & πορφυροβαφῆ γραφὶς ὑ χάρτην ὑπεγράφετο, ait Manasses : Theodosius *rubris literis chartam signabat, & calamus statim in manibus imperatoris, & penna purpura tincta chartam firmabat.* Zonaras χρυσοσήμαντον γραφὴν vocat, *auro signatam scriptionem.* ἀνεφημεῖτο & μὴ ὑ αὐτοκράτορα, & ταῖς χρυσοβούλλοις γραφαῖς μετ' ἐκεῖνον ὑπεσημαίνετο : *Acclamabatur ei & post imperatorem, & scriptiones aureo sigillo secundum eum obsignabat.* Nicetas εἰ μὴ τὴν δεξιὰν τῷ βατραχίῳ ἁπλοῦς χεώμασι, *nisi dextram purpureo cùm adiecisset colori imperatoris literis subscriberet.* Gregoras libr. 4. Permisit imperator & δι' ἐρυθρῶν ὑπογράφην γραμμάτων προστάγματα, *vt per rubras literas mandata & edicta subscriberet,* D
sed ne mensem & indictionem adiiceret hoc modo, Andronicus Dei gratia Rex Romanorum. Subscribebant enim literis rubris. Nicetas lib. 1. ἐρυθρολινοκμήλῳ γραφῇ, *subscriptionem rubricatam* vocat.

Subscriptiones per cinnabarim. Gregorius Dialogus ep. 1. ad Leonem Isaur. subscriptiones per cinnabarim, γράμματα ὑ βασιλικαῖς σφραγῖσι ἐσφραγισμένα ἀσφαλῶς, & ἔσωθεν ἀσφαλεῖς ὑπογραφαὶ διὰ κινναβάρεως ἰδιόχειρά σε : *Litteræ tuæ regijs sigillis obsignatæ firmiter, & intrinsecus firmæ subscriptiones per cinnabarim manu tua propria.* Cinnabaris meminit Phranzes lib. 3. c. 4. imperator manu sua eo vidente tres cruces cinnabare in fronte bullæ ad confirmationem pro consuetudine exprimit, bullámque auream legato in manus tradit.

Cruces rubræ in frõte bullæ præscribi solitæ. Tres enim cruces rubras in fronte bullæ præscribere solebat Rex. Anna lib. 1. Alexiadis ἐρυθρὰν ὑποσημασίαν appellat. Alexius, inquit, Comnenus imperator factus filiam E
suam Constantino Porphyrogenneto dedit vxorem, & συμβασιλεύειν αὐτῷ, & συνοικονομεῖν τὰ ὑ βασιλείας ἐπιδιδόναι. ναὶ μὴν & ὑ συνήθεις δίφημίας τε & ἀναῤῥήσεως αὐτῷ κοινωνεῖ, & ὑ ἐν γράμμασι ἐρυθρᾶς ὑποσημασίας προμνησθέντα ἐνέδυσεν αὐτῷ & συμπαρέλαβεν, *eumq; secum regnare, & res imperij administrare voluit. Communicauit eidem solennes acclamationes, plausus, renuntiationes, præconia, & vt litteras sigillo rubro subsignaret, ex eo sceptra ei concilians & adstipulans.* Themistius litteras imperatoris vocat σφυρηλάτους, quasi solidas & malleo ductas, sigillóque regio signatas serm. 4. ἐκείνου ὑ μακρὸν καταλόγου ὑ διαθέσεως, ὁπόσον ὑ δέλτοις ὑ σφυρηλάταις ἀνελίξαι : cùm mihi liberum esset à rege percipere prolixum *illum beneficiorum ac voluptatum catalogum, quæ literas regias sequuntur,* recusaui. σφυρηλάτῳ δέλτῳ χρυσῇ : *aureæ litteræ.* Zonaras δι' ἐγγράφου χρυσοσημάντου, *per scriptum aureo sigillo signatum.* Nicetas, καὶ κηρὸς ἐξαφθείσης κηρὸς ἐπιπλασθεὶς ὑ βασιλέως σφραγιστηρίῳ ἐνσημαίνει δακτυλίῳ, *& filo nexo ac religato, cera circumformata annulo signatorio imperatoris obsignatur.* Vippo de vita

Chuonradi

A Chuonradi Salici: Negationis tamen caussam postea imperator Græcorum aureis litteris imperatori Chuonrado rescripsit. Dicitur & κηρόβουλος σφραγὶς, *sigillum cereæ bullæ*. In constitut. Alexij Comneni, καὶ διὰ κιναβαρέως ὑποσεσημασμένη τυγχάνῃ, καὶ τὴν κηρόβουλον σφραγίδα φέρει: *etsi fuerit cinabari signata, aut sigillum cereæ bullæ ferat.*

Desidente imperio bullæ imperatorum fuere quatuor generum, aurea, argentea, cerea, plumbea. Aurea vtebantur cùm scriberent ad reges. Codinus Magnus, inquit, Logotheta *disponit mandata, & Chrysobulla quæ* ad reges, Sultanos, Toparchas ab imperatore *mittuntur*, διατάττει τὰ προστάγματα καὶ χρυσόβουλλα ἀποστελλόμενα. Idem vsus argenteæ. Luithprandus in legat. tulerunt autem & alias litteras argento signatas. Phranzes chron. l. 2. c. 10. Litteras vocat bulla argentea insignitas. Cerea bulla scribit ad matrem, vxorem & filios. ὁ παρακοιμώμενος τῆς σφενδόνης τὴν τοῦ βασιλέως σφενδόνην λαμβάνων σφραγίζει διὰ B κήρου: *Accubitor palæ, annulo & pala regis accepta signat per ceram.* Quod non fieri moris est nisi ad Dominam matrem, Dominam vxorem, & Regem filium suum scribat. Ad despotas, patriarchas, & reliquos magistratus honoratiores διὰ μολιβδίνης βούλλης, *per plumbeam bullam.* Patriarchæ fuit κηρίνη, πρασίνη σφραγὶς, *cereum, viride sigillum*, vt ex constitutione Manuelis Patriarchæ Methymnæi liquet. Aureæ & argenteæ bullæ obsignatio fuit magni Logothetæ. Cera vtebatur accubitor fundæ viridi & rubra, quod δικήριον dicitur Balsamoni lib. de priuileg. Patriarchæ quasi *duplicem ceram* dicas.

Bullæ imperatorũ quatuor generũ.

CAPVT XI.

C

De largitione Imperatorum.

IAM olim iis qui populum emereri vellent, largitio in vsu fuit. Liuius Drusus, nihil se ad largitionem vlli reliquisse, nisi si quis aut cœnum diuidere vellet, aut cœlum, gloriabatur, ait Florus lib. 3. c. 17. & c. 12. Vnde, inquit, gladiatorij aduersus dominos suos exercitus, nisi ad conciliandum plebis fauorem? effusa largitio cum spectaculis indulget, supplicia quondam hostium artem facit. Melium largitione suspectum regiæ dominationis, præsenti morte Seruilius Ahala magister equitum confodit. Imperatores cùm ad imperium eueherentur, ciuibus congiarium, D militi donatiuum dare soliti. Claudius armatos pro concione iurare in nomen suum passus est, promisitq; singulis quina dena H S. Primus Cæsarum fidem militis etiam præmio pigneratus. Nero deductus in forum tiro populo congiarium, militi donatiuum proposuit, vt Suetonius.

Largitiones cur olim ab imperatoribus factæ.

Donatiuum non militi tantùm, sed & populo datum. Hadrianus ob Ælij Veri adoptionem, ludos Circenses dedit, & donatiuum populo, ac militibus expendit, ait Spartianus. In eo donatiuo quantum fuerit, ostendit Hadrianus, inquiens, in caducum parietem nos inclinauimus, & perdidimus quater millies H S. quod populo & militibus pro adoptione Commodi dedimus. Caracalla ὑπισχνεῖται αὐτοῖς ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, καὶ μοναρχίας, occiso fratre Geta militibus *pro salute sua, & imperio singulis* Atticarum dachmarum duo millia supra quingentas, prætereáque annonæ supra quam sueti accipere, dimidium. Iubet item E iam tum ex templis, thesaurísque sibi ipsos pecuniam sumere, & vna die largiter effusis, quæcunque per duodeuiginti annos Seuerus collegerat ex alienis calamitatibus. Milites illum vnum *declarant imperatorem*, Geta hoste appellato, ἀναγορεύουσι αὐτοκράτορα. Lampridius in Diadumeno. Macrinus dixit, habete igitur, commilitones, pro imperio aureos ternos, pro Antonini nomine aureos quinos, & solitas promotiones, sed geminatas. Dij faciant vt hæc sæpius fiant. Dabimus autem per cuncta quinquennia id quod hodie deputauimus. Imperatores enim siue ipsi à militibus renuntiarentur, siue Cæsares adoptarent, militi donatiuum expendebant. Galba certè præcipua flagrauit inuidia apud milites. Nam cùm in verba eius absentis iurantibus donatiuum grandius solito præpositi pronuntiassent, neque rem ratam habuit, & subinde iactauit, se legere milites, non emere consuesse, vt Suetonius. Idem Pisonem pro concione adoptauit, ne tunc quidem donatiui vlla mentione facta.

Donatiua quibus olim data.

Augustus congiaria populo frequenter dedit, sed diuersæ summæ, modò quadringenos,

Congiaria

populo ab Augusto data.

modò tricenos, nonnunquam ducenos, quinquagenósque nummos. Ac ne minores quidem pueros præteriit, quamuis non nisi ab vndecimo ætatis anno accipere consuessent. frumentum quoque in annonæ difficultatibus sæpe leuissimo, interdum nullo pretio viritim admensus est, tesserásque nummarias duplicauit. Populo promissum congiarium reposcenti bonæ fidei se esse respondit, non promissum flagitanti turpitudinem & impudentiam edicto exprobrauit, ait Sueton. Suidas, δωνατικὴ διάδοσις ἢ διδομένη παρὰ τοῦ βασιλέως τοῖς στρατεύμασι: *Donaticum largitio data exercitibus ab imperatore.* Libanius in descriptione Kalend. οἱ δὲ ἄγουσιν εἰς ἱερὰ σὺν εὐφημίαις ἄνδρα ἱπποτρόφον λάμποντες ἐσθήμασιν, ὧν τὸ πλέον πορφύρᾳ, καὶ λαμπάδια πολλὰ παρέχει τὸ φῶς. τῷ δὲ θεράποντες ἕπονται διασπείροντες εἰς τὸν ὄχλον ἀργύριον. καὶ τὸ δέξασθαι φερόμενον παρώσαντα τὴν πέλας, ἥδιστόν γε. καὶ χαίρουσι ἐνταῦθα καταπατούμενοι: *Illi autem splendidis & magnam partem purpureis vestibus altorem equorum virum ad fana, & sacra deducunt, & faculæ multæ lumen exhibent. Equitem sequuntur ministri spargentes argentum in populum. Et certè res suauis est excipere argentum quod spargitur, & propellere vicinum. Quinimo gaudent eo loco pedibus calcari.* Leo Constitut. 94. καθυπατεύειν posuit pro missilium sparsione, ὅσοι ἐς τὸ ὑπατεύειν καθίσταντο ἐκ τοῦ ἀξιώματος αὐτοὶ προσέλαβον φιλοτιμίαν ἀντιδωρεῖσθαι τῇ πολιτείᾳ ἀξιοῦντες φιλοτίμους δωρεὰς τοῖς πλήθεσι καθυπάτευον: *Quotquot consules creabantur ex dignitate sua id consequebantur, vt magnifica munera pro consulatu populo rependerent.*

Aurũ spargere solis imperatoribus concessum.

Soli imperatores aurum sparserunt, ceteri consules argentum. Vopiscus in Aureliano dixit, consulatum edere in circo. Iustinianus ἐπιῤῥίπτειν δόσεις τοῖς πλήθεσι, ῥίπτειν τοὺς συνήθεις ἀποδεσμοὺς, spargere populo missilia. Pancarpus datur Nouella Iustiniani 105. quæ vox interdum syluam significat. Apud Athenæum arbores ad populum transuehuntur lib. 5. Alexander Seuerus congiarium populo ter dedit, donatiuum militibus ter, carnem populo addidit, vt Lamprid. Gallienus congiariis populum molliuit, Senatui sportulam sedens erogauit. Principes olim Christiani ante diem palmarum omnibus officiis suis munera erogabant, ait Luithprand. Ticinens. lib. 6. c. 6.

Munera à regib. Galliæ mẽse Maio data.

Apud Cedrinum reges Galliæ mense Maio munera dant, & accipiunt. Martial. lib. 8. e. 78. de missilibus Romæ,

Omnis habet sua dona dies, nec linea diues
Cessat, & in populum multa rapina cadit.
Nunc veniunt subitis lasciua numismata nimbis,
Nunc dat spectatas tessera larga feras.
Nunc implere sinus securos gaudet, & absens
Sortitur dominos, nec laceratur auis.

Suetonius in Augusto c. 41. c. 45. Corollaria & præmia alienis quoque muneribus, ac ludis de suo offerebat. c. 75. Saturnalibus & alias munera diuidebat, vestem, aurum, & argentum, nummos omnis notæ. Aurelianus congiaria ter dedit, donauit populo Rom. tunicas albas manicatas ex diuersis prouinciis, & lineas Afras, atque Ægyptias puras, primus donauit oraria quibus vteretur populus ad fauorem. Consule Vopiscum. Adrianus congiarium duplex præsens populo dedit, ternis iam per singulos aureis se absente diuisis, apud Spartian.

Profusio Iulij Cæsaris quanta.

Nullus Iulio Cæsare ad emerendos hominum animos profusior fuit. Legionibus stipendium in perpetuum duplicauit. Frumentum quoties copia esset, etiam sine modo mensuráque præbuit, ac singula interdum mancipia & prædia viritim dedit. Omnibus verò circa eum atque etiam parte magna senatus gratuito, aut leui fœnore obstrictis, ex reliquo quoque ordinum genere vel inuitatos, vel sponte ad se commeantes vberrimo congiario prosequebatur. Libertos insuper, seruulósque cuiusque, prout domino patronóve gratus quis esset. Tum reorum, aut obæratorum, aut prodigæ iuuentutis subsidium vnicum ac promtissimum erat. Nec minore studio reges, atque prouincias per terrarum orbem alliciebat, aliis captiuorum millia dono offerens. Consulatur Sueton. Macrinus edicto populum his verbis apud Lampridium in Diadumeno appellat. Vellem, Quirites, iam præsentes essemus. Antoninus vester vobis congiarium sui nominis daret. Daret præterea & pueros Antoninianos, & puellas Antoninianas, quæ tam grati nominis gloriam propagarent. Halagabalus cùm collatum misisset in populum, non nummos vel argenteos, vel aureos, vel bellaria, vel minuta animalia, sed boues opimos, & camelos, & asinos

& ser

A & ſeruos populo diripiendos abiecit, imperatorium id eſſe dictitans.

Clauarium donatiui nomen eſt, vt milites clauis argenteis caligas ornent. Tacit. l. 3. Hiſtor. Inopia & ſeditioſæ militum voces terrebant, clauarium, donatiui nomen eſt, flagitantium. Sic apud Sueton. in Veſpaſiano c. 8. claſſiarij petunt conſtitui aliquid ſibi calcearij nomine. Tacit. l. 12. Illatusq; caſtris Nero, & congruentia tempori præfatus, promiſſo donatiuo ad exemplum paternæ largitionis imperator conſalutatur. Nero præbuit oleum equiti ac Senatui Græca facilitate, ad gymnaſia. Tacit. l. 14. Sueton. Ner. c. 12. Dedicatisq; thermis, atque gymnaſio Senatui quoque & equiti oleum præbuit. P. Scipio Ædilis congium olei in viros ſingulos dedit, apud Liu. l. 25. dedit & Iulius Cæſar poſt Africanam victoriam. Dio, κῆ σῖτον ἔξω τῆ πόλεως, & ἔλαιον παρεσκεύασεν, frumentum extra conſtitutum, & oleum dedit. *Clauarium donatiui nomen.*

B Caligula ſparſit miſſilia variarum rerum, & panaria cum obſonio viritim dedit, ait Suet. πολλῆς ἡ ὀπώρας ἐπιχεομένης τοῖς θεωροῖς, & πολλῶν ὀρνέων ὁπόσα τῷ ἀνωίῳ τίμια τοῖς κτωμένοις, cùm multa poma ſpargerentur ſpectatoribus, multæ aues quæ quia raræ, ſummi pretij habebantur, apud Ioſeph. Congiarium populo bis dedit, trecenos H S. toties, abundantiſſimum epulum Senatui, equeſtriq; ordini, etiam coniugibus ac liberis vtrorumque. Poſteriore epulo forenſia inſuper viris, pueris ac fœminis faſcias purpuræ, ac conchilij diſtribuit. Domitianus congiarium populo nummorum trecentorum ter dedit, atque inter ſpectacula muneris largiſsimum epulum. Septimontiali ſacrorum quidem die Senatui, equitiq; panariis, plebi ſportellis cum obſonio diſtributis initium veſcendi primus fecit, dieq; proximo omne genus rerum miſſilia ſparſit, & quia pars maior intra popularia deciderat, quinquagenas teſſeras in ſingulos cuneos equeſtris & Senatorij ordinis pronun- C tiauit. Sueton. *Panaria cũ obſonio & aliis edulijs data.*

A Nerone ſparſa & populo miſſilia omnium rerum per omnes dies ſingula quotidie millia, auium cuiuſque generis multiplex penus, teſſeræ frumentariæ, veſtis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, iumenta, atque etiam manſuetæ feræ, nouiſſimæ naues, inſulæ, agri, ait Sueton. Auguſtus ipſe Capreis ephebis epulum in conſpectu ſuo præbuit, permiſſa imo exacta iocandi licentia, diripiendiq; pomorum & obſoniorum, rerumq; miſſilium. Eiuſmodi largitiones Cedrinus in Heraclio rogam vocat. Idem ὑπατείαν πολλὴν ῥῖψαι, *miſſilia conſulatus ſpargere dixit.* Theodorus Anagnoſtes δωρεάς. ἐν τῆ λιτανείᾳ τῆ ηλυομένῃ ἐν τῷ κάμπῳ πολλὰς δωρεὰς παρεῖχε πέζος. Marcianus *pedes multa dona in precibus & ſupplicijs quæ fiebant in campo, præbuit.* Theodoretus libr. 3. eccleſ. hiſt. δηνάριμν χρυσίον. τοῖς στρατιωτικοῖς καταλόγοις κῆ τὸ παλαιὸν ἐνθῶ δηνάριμν χρυσίον, D ἀναδέσῃ μὲ ἐπὶ θρόνε βασιλικῆ: *Cùm* Iulianus *vellet militibus de more aurum diſtribuere, ſedit in throno regio.* *Miſſilia à Nerone quotidie ſparſa.*

Idem δηναριμὸν vocat, *diſtributionem*, quam imperator Conſtantinopoli facere ſolitus decima quinta Aprilis, vt Cedrinus p. 605. κῆ τὴ καιρὸν τῆ πάσχα ſub tempus Paſchatis, vt idem p. 612. Zonaras p. 126. t. 3. ὁ ἢ καιρὸς ἐφίστατο τὴ τοῖς ἀξιώμασι δηναρμῆς: *tempus erogationis, quæ fieri ſolita magiſtratibus, venerat.* Herodian. l. 1. νομὰς vocat. Imperator populo νομὰς μεγαλόφρονας δηδές: *Largitionem munificam faciens.* Kalendis Ianuariis donatiuum militibus factum. Diacon. l. 12. Kalendis Ianuariis, natali principum & vrbium regiarum imperator dona militibus (largiebatur) vnuſquiſque ad manus imperatoris (accedebat.) Erat autem ante eum tus poſitum, & ara ſecundùm antiquam conſuetudinem. *Diſtributio Conſtantinopoli fieri ſolita.*

E Donatiuum illud dictum eſt Auguſtaticum. Marcellinus Comes, Auguſtatico ſuo dudum militibus (præſtito) Anaſtaſius donatiuum quoque hoc fratre conſule præſtitit. Nicetas δόσις. τὰς τοῖς ἀνέκαθεν ἀξιώμασι πρεπούσας δόσις, *largitiones quas ab antiquo dignitatis fieri conueniebat.* Sozomenus feſtis diebus militibus donatiua expendi ait, l. 5. c. 17. καιρὸς παρῆν βασιλέα δωρεῖσθαι τοῖς στρατιώτας. γίνεται ἢ τῦτο ὡς ἐπίπαν, *in Romanorum celebritatibus, ac feſtis, & imperatorum ac vrbium principum natalibus vt plurimum dona militibus dari ſolent.* tempus donatiui venerat. iubebantur milites tura in foculum aræ indere: prope enim aderat tus & ignes, ἐν τῆ τῶ ῥωμαίων ἱερομηνίας, βασιλέων & βασιλίδων πόλεων ἐν γενεθλίοις ἡμέραις. προύκειτο δὲ πλησίον λιβανωτὸς & πῦρ. Claudius apud Dionem vigintiquinque drachmas quotannis dedit militibus in capita, qua die imperator ſalutatus eſt. Cedrinus in Theodora. ἦλθε ὁ τῆ τῶ βασιλικῶν δωρεῶν διανομῆς καιρός: *Venit tempus regiorum munerum erogationis.* Nicephorus ea quotannis imminuit. Corippus l. 2. Iuſtinum in circo dicentem introducit, *Auguſtaticum donatiuum.*

Ditabo plebes opibus, nomenque negatum
Consulibus consul post tempora cuncta nouabo,
Gaudeat vt totus lustini munere mundus.
Dona kalendarum properant vicina mearum,
Expauit gaudens inopino nomine vulgus
Consulis audito.

Herodianus νομὰς populo militibus δῆδοσιν factam ait l.7. τοῖς στρατιώταις δῆδοσιν χρημάτων, τῷ δήμῳ νομὰς: *militibus largitionem pecuniarum, populo congiarium.* Caligula δῆσιν ἑαυτῷ ἐς τὰς ἐφηβικὰς ἐσγραφῆ, *largitione vsus tirocinij sui die cum inter ephebos allectus est*, toga virili sumpta. Epicombia Constantinopoli sub occasum imperij dicta. Cantacuzenus libr. 1. Hist. cap.41.

Epicombia in populum iacta.

Die quo imperator vnctus exit è templo, ab aliquo eius optimatum quem ad hoc delegerit, in populum iaciuntur quæ vocant Epicombia. Sunt autem fasciculi segmentis linteis alligata habentes numismata aurea imperatoria tria, totidem argentea, aut plura, & obolos æreos totidem. sparguntur huiusmodi fasciculi circa decies mille, in vestibulo præcipuè. Eadem penè ex Codino supra posui, cùm de coronandis regibus agerem. Georgius Pachymerius lib. 9. Hist. Michael Palæologus Andronici filius die Constantini magni coronatur. ῥιπτεῖν οἱ σωληθεὶς δεσμοὶ: *Iaciuntur soliti fasciculi numismata alligata habentes.* Interpres putat esse fasciculos odoratorum florum spargi solitos. Malè. Eodem spectant quæ dicta sunt κλητέια, seu vt vulgo legitur apud Cedrinum in Tiberio, κτητέια. διὸ ὁ λυπούμενος ὁ βασιλεὺς, εἰς τὰ γενέθλια καὶ θεοφάνια χωρὶς στέμματος προῆλθε, καὶ τὰ ἐξ ἔτους κλητέια ἐν δωδεκαημέρῳ οὐκ ἐποίησεν, ἀλλὰ τὰς ἐξόδους αὐτοῦ δέδωκεν τοῖς πένησι: *Ideo imperator mœrens sine corona ad Christi Dom. natalem & Epiphaniam processit, & epulas solemnes, quas per 12. dies fieri moris erat, non fecit, sed reditus pecuniarum in eam rem pauperibus dedit.* Suidas κλητέιον ἡ βασιλικὴ δόξα, ἢ τράπεζα. videtur vox facta ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quasi inuitationem dicas, & vocationem, siue ad epulum, siue ad largitionem. Edessenus Monachus in Elencho Agareni. μὴ ἡ φονευθεῖσα τῷ γραῒ μὴ τὰς παῖδας αὐτῆς, καὶ τὴ ἀπελεπῆ, ἐγέφη ὁ μεχαμέτ μὴ τὸ φοσσάτον αὐτοῦ εἰς τὸ κάστρον ματινᾶ, καὶ ἐποίησε κλητέιον μέγα. *Vbi anus occisa est cum filijs & Aputalepe, rediit Mahumet vnà cum exercitu ad castrum Matina, & conuiuium ingens dedit.* Ioannes Curopalates in Leone Basilij filio. λέων ἢ ὁ βασιλεὺς μὴ δυνάμενος τὰ κατὰ τόπον ἐπιτελεῖν κλητέια, ἀγούσης μὴ ἔσης, στέφει ἄνναν τὴν θυγατέρα ζωῆς ἐν ζαντζᾷ: *Leo Rex cùm non posset solemnia ex veteri more perficere Augusta absente, coronat Annam filiam Zoes filiæ Zautzæ.* Rogam, largitionem imperatorum apud Zonaram & Cedrinum dici ostendimus.

Roga quid.

Codinus, Roga, μισθὸς, σιτηρέσιον, μισθωτὴ συμμαχία. Mauricius lib. 2. strateg. ὑπομελῶς ἐν καιρῷ τῆς χρυσικῆς ῥόγης ὀπινάτωρ, ῥογάτωρ, ὁ τῆς στρατιωτικῆς ἀνώνης ἀπαιτητής. Roga stipendium, annona, mercenarium auxilium. *in tempore aureæ rogæ, opinator, rogator, qui flagitat annonam militarem.* Suidas ῥόγα ἡ τῶν βασιλέων εὐσέβεια, ἢ φιλοτιμία: *Roga regum pietas, aut magnificentia.* Bessarion in epistola apud Phranzem l.3.c.26. εἰς ῥόγαν τῶν αὐτοῦ ὑπηκοείων καὶ εἰς ἐνδύματα τῶν ἀνθυποπέλων, *in stipendium incolarum, & ad vestimenta Dominorum.* Landulphus Sagax in Tiberio 2. Duxit Anastasiam vxorem suam, iactauit rogam multam.

Rogatores, & rogalia.

Vnde apud Curopalatem, ῥογάτορες stipendiarij ῥογεύειν, stipendia facere, erogare. Chronicon Constantinop. τὸν στρατὸν αὐτοῦ ἐκεῖσε ἐρόγευσε διπλοῦν ῥόγαν τὸν ἕνα χρόνον: *Exercitui illic erogauit vno tempore duplex stipendium.* ῥογάλια, dies quibus rogæ ab imperatore & patriarcha populo dabantur. Balsamon de incenso Patriarch. ἡ σωλήθως διδομένη ῥόγα καὶ τοῦ κυρίως ὀπτοκρέου εἰς τὸν ἐπισίως προβαίνουσαν ἐκκλησιαστικὴν ῥόγαν, καὶ τὸν μεγάλου τριτὸν κατέπεσε, καθὼς τὰ παλαιὰ λαλοῦσι ῥογάλια: *Roga quæ datur ex more ad carnisprivium quod propriè dicitur, id est, ad quadragesimam, quæ procedit ad rogam ecclesiasticam annuam, incidit in tertiam diem magnæ hebdomadæ, vt vetera rogalia loquuntur.* Ad imperatorum largitionem pertinent missilia & venatio direptionis, de quibus iam olim diximus lib. de venatione Circi. Vopiscus Probo. Venationem in circo amplissimam dedit, ita vt populus cuncta diriperet. Genus autem spectaculi fuit tale. Arbores validæ per milites radicitus vulsæ connexis longè latéque trabibus adfixæ, terra deinde superiecta, totusq; circus ad syluæ consitus speciem, gratia noui viroris effronduit. Immissi deinde per omnes aditus Strutiones mille, mille cerui, mille apri, mille damæ, ibices, oues feræ, & cætera herbatica animalia quanta vel ali potuerunt,

A runt, vel inueniri. Immissi deinde populares. rapuit quisque quod voluit.

Id genus venationis πάγκαρπον dicitur, & παγκαρπία. de qua Nouella Iustiniani 105. & Iohan. Cassianus collat. 5. c. 14. Vt fieri solet ab his qui coram regibus mundi huius omnigenis congredi bestiis præmiorum contemplatione consueuerunt, quod spectaculi genus vulgò pancarpum nuncupatur. Pugnam hominum cum feris vocat pancarpum, meo animo minus commodè. Nec enim omnis venatio seu pugna cum feris est pancarpum, sed sola venatio direptionis, vbi herbatica animalia quasi omnis generis fructus in direptionem populo dantur. D. Augustinus c. 23. aduersus Secundinum melius, Nomine Pancarpi qui in ludicris muneribus edi solet propter omnium generum quæ inerant bestias, exagitatis arcam Noë. Vt enim Athenienſibus πάγκαρπος θυσία, quæ ex variarum rerum miscella constaret, vt docuit doctiss. Casaubonus, Aristeæ πάγκαρπος στέφανος, *corona ex*

Pancarpus & pancarpia, venationis genus.

B *omni fructuum genere composita*, quam Iosephus vocat στέφανον παντοίου κάρπου, ita & pancarpum dixerunt spectaculum venationis, quo omnium generum bestiæ exhiberi solitæ. B. Augustinus illo ipso cap. Itaque ille non pancarpus, sed planè compartus factus, qui omni feritate discerptus est. Benè doctissimus Marsilius ad Martialis Amphitheatrum pro compartus legit pancartus, quasi παγκεκαρμένον dicas. Minus benè quod discrimen statuit inter pancarpum, & venationem direptionis, pancarpiámque velit esse sine spectaculo arenarij, cùm disertè eodem ipso loco quem supra posui subiungat, quod spectaculi genus vulgo pancarpum nuncupatur. Hi, inquam, feras quascunque fortiores robore, vel feritatis rabie conspexerint diriores, aduersus eas primæ congressionis certamen adripiunt, quibus exstinctis reliquas quæ minus terribiles, minúsque vehementes sunt, exitu faciliore prosternunt. Minus item benè, quod à Gordianis primis exhibitum ait venationis

C id genus apud Capitolinum, cuius verba hæc. Extat sylua eius memorabilis, quæ picta est in domo rostrata Cn. Pompei &c. in qua pictura etiam nunc continentur cerui palmati ducenti, mixtis Britannis, equi feri 30. oues feræ centum, onagri 30. apri 150. ibices 200. damæ 200. Hæc autem omnia populo rapienda concessit die muneris, quod sextum edebat. Nam ante Gordianum Heliogabalus apud Lampridium feras diripiendas dedit, vt supra ostendimus.

Verùm & Herodianus l. 5. testatur obiecta populo εἰς ἁρπαγὰς ζῶα πάντα ὅσα ἥμερα, ὅσα ἀτίθασσα, πλὴν χοίρων, *in direptionem omnia animantia quotquot mansueta, quotquot fera, præter porcos.* τούτων γὰρ ἀπείχετο Φοινίκων νόμῳ: *His enim abstinebat, vt mos est Phœnicibus.* πύργους τε μεγίστους καὶ ὑψηλοτάτους κατασκευάσας, ἀνίων τε ἐπ' αὐτοὺς ἐρρίπτει τοῖς ὄχλοις, ἁρπάζειν πᾶσιν ἐπιτρέπων ἐκ πώματά τε χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἐσθῆτάς τε καὶ ὀθόνας παντοδαπάς. *Maximas & altissi-*

Animantia omnis generis in direptionem populo Romano obiecta.

D *mas turres in eam rem extructas inscendebat, inde in plebem missilia sparsurus, aurea argenteáque pocula, vestésque & lintea omne genus.* Statius lib. 1. Syl. vlt.

Vix aurora nouos mouebat imbres,
Iam bellaria adorea pluebant,
Quicquid nobile Ponticis nucetis,
Fæcundis cadit aut iugis Idumes,
Et mustaceus, & latente palma
Prægnantes Cariotides pluebant,
Inter quæ subito cadunt volatu
Immensæ volucrum per astra nubes.

E Legendi Suetonius in Domitiano c. 18. Martialis lib. 4. e. 46. Dio in Caligula & Domitiano. Græci recentiores vocarunt, συνήθειαν, ῥογάλια, ἐπικόμβια, δονατικὴν, κτητόριον, ῥόγαν. Isaacius in Nouella συνηθείας appellat, consueta dona, περὶ τῶν συνηθειῶν ὑπὲρ χειροτονίας διδομένων. de donis quæ dantur pro ordinatione. Vet. Glos. Salarium, παροχὴν, συνήθειαν, munus ordinarium. Mauricius lib. 2. Strateg. φαμιλιαρικὰ vocat, *quæ militibus dantur ad familiam alendam.* In diplomate Andronici Bigliaticum dicitur stipendium quod excubitores accipiunt apud Phransem lib. 3. cap. 14. Andegisus lib. 4. c. 47. de iniustis occasionibus, & consuetudinibus nouiter institutis, sicut sunt tributa, & telonea in media via.

Venationem Amphitheatri, & Circi Metellus in Quirinalibus ab Ionibus profectam, & Iona dictam putat. Eius verba subiiciam in ludis sæcularibus Decij,

Venatio Amphitheatri & Circi vnde profecta.

Præbent applicitas quoque
Ludi fortè feras Iona plurimas,

Quæ donaria publica A
Nomen ducta trahunt Ionio mari.
Pantheræ, tigrides, leo,
Campos innumeri sanguine Martios
Pardi, lynx, aper imbuunt.
Insumunt hominum prælia bestiæ,
Id perpes faceret dies,
Ludi parturiunt omne genus suum,
Totis rebus & artibus,
Vrbs annum senij concelebrat sui. B

Roga militibus in auro soluta, & eius pretiũ.

His quæ adhuc dicta sunt pauca subiiciam, quæ mihi exciderant.

Roga militibus in auro soluebantur. Si pars in auro, pars in armis, pars in vestimentis solueretur, milites indignè rem tulerunt. P. Diaconus lib. 17. Mauricius iussit Petro prætori vt tertiam portionem rogæ in auro Romanis acciperet, & tertiam in armis, & aliam tertiam in vestimentis diuersis, quod durius milites accepere. lib. 24. Dum roga penes Strymonem amnem populo distribueretur, irruentes Bulgares hanc ademerunt. Auri libræ centum & mille fuere. Moneta illa aurea imperatoris imagine signata erat. Ruffinus quia sua imagine excuderat, vt tyrannus interemptus. Claudianus lib. 2. in Ruffinum.

Atria regifico iussit splendere paratu
Exceptura dapes, & quod post vota daretur C
Inscribi proprijs aurum fatale figuris.
Ipse salutatum reduces post prælia turmas
Iam regale tumens, & principe celsior ibat.

Diaconus li. 24. Sarraceni Leoni prætori Armeniacorum deferenti thematis rogam hanc abstulerunt, cum multitudine populi copiosa, talenta erant 16. libræ mille trecentæ.

Aurum ab ipso imperatore militibus diuisũ.

Ipse imperator interdum aurum manu sua in milites diuisit, manu sua numerauit. Theodorit. li. 3. c. 16. Iulianus τοῖς στρατιωτικοῖς καταλόγοις κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος διανέμων χρυσίον, ἐκαθέσθη μὲν αὐτὸς ἐπὶ θρόνου βασιλικοῦ. προὔθηκε δὲ πρὸς τὸ ἔθος βωμὸν ἀνθρακῶν πλήρη. προσέταξε δὲ τὸ χρυσίον κομιζόμενον ἕκαστον πρότερον ἐπιβαλεῖν τῷ βωμῷ τὴν λιβανωτὸν, εἶτα χρυσίον πρὸς τὴν αὐτοῦ κομίσασθαι δεξιᾶς: *Militaris numeris aurum ex more veteri diuidens sedit in regia sella. Proposuit autem præter morem aram carbonibus plenam, iussitque vt qui accepturus esset aurum, priùs* D *in aram tus inderet, deinde aurum ipsius manu acciperet.* Simocata lib. 3. c. 4. ἐπιγενομένου δὲ ἦρος, ἡ κατὰ τὸ εἰωθὸς τοῦ χρυσοῦ διανομὴ τῷ μαξίμῳ ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἐξεπέμπετο; *Veris initio imperator ex more misit aurum ad Maximum, quod in milites tribueretur.* lib. 8. fine, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἐπιβατήρια τῶν σκήπτρων τοῖς στρατεύμασι δῶρα παρείχετο: *Die insecuta donatiuum dedit exercitibus ob imperij auspicia.* καὶ οἷα νεφέλην χρυσῆν ὑετίζουσαν τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν, ἐκπομπὴν τοῖς ἐντυγχάνουσι κατομβρίσατο: Phocas *fecit quasi nubem quæ in imbrem aureum solueretur, & regij thesauri profusam pluuiam occurrentibus aspersit.* P. Diaconus lib. 11. Cùm venisset tempus quo imperialia milites solent dona percipere, hoc enim agitur plærumque die Kal. Ianuariarum, & natali principum & vrbium regiarum, Iulianus exquisiuit quatenus eos simpliciter ex prisca consuetudine fallere posset. Iussitque vt vnusquisque ad manus imperatoris accedentium ab officiis admonitus primo incensum offerret. Erat enim ante eum tus positum & ara, secundùm antiquam Romanorum consuetudinem. Imò præter consuetudinem id factum docet Theodoritus Sozomenus l. 5. c. 17. De congiario quod plebi datum Claudia. Honor. 6. cons. E

———*Tecum prælarga vocauit*
Ditandas ad dona tribus.

Caniscium Constantinus Porphyrogenitus vocat in Chorographia, μετὰ μεγάλου κανισκίου. Plin. Panegyr. Locupletatas tribus, datumque populo congiarium totum, cum donatiui partes milites accepissent. Quantæ curæ fuit, ne quis expers liberalitatis tuæ fieret. Datum est his qui post edictum tuum in locum erasorum subditi fuerant, æquatique sunt cæteris illi etiam quibus non erat permissum.

Hypatiam iactare dicebantur, licet nõ essent id temporis consules, cùm largitionem facerent.

A cerent. Diaconus lib.2. Cùm Copronymus duos è filiis ſuis Cæſares fecit, & tertium nobiliſſimum, ita proceſſerunt, iactantibus imperatoribus hypatiam, & trimiſia, & hemiſia, & numiſmata noua vſque ad magnam eccleſiam. Idem lib.23. Paſchalis feſtiuitatis ſecunda feria proceſſit Irene à ſanctis Apoſtolis in curru aureo vecta, qui 4. albis equis trahebatur, & à 4. patriciis tenebatur, Bardanio videlicet prætore Traceſiorum, Siſinnio prætore Thraciæ, Niceta domeſtico ſcholarum, & Conſtantino Boyla iactans liberaliter hypatiam Euſebius lib.4. Conſtant. τ ἢ τ σωτηρίε ἑορτῆς ἡμέρας, *diebus ſalutaris celebritatis paſchæ* tota nocte lampades accenſæ. ὄρθρου ἢ δ' ἕω, τὰς σωτηρίας ὑπουργούσης μιμούμενος, πᾶσιν ἔθνεσι, λαοῖς τε ἢ δήμοις τὴν ἀνατολικὴν ἐκπέτασε δεξιὰν, πλούσια πάντα τοῖς πᾶσι δωρούμενος: *Manè die Paſchatis ſub ortum aurorę imitatus beneficia Seruatoris Chriſti, omnibus gentibus & populis, beneficam dexteram expandit, omnia opulenta omnibus donans.* Agathias lib. 4. Ioannes miſſus eſt

B à Iuſtiniano, vt omnia quæ illic geſta erant, exactè nuntiaret, & milites qui fortes ſe præbuerant, muneribus regiis acciperet. ἐφ' ᾧ ἕκαστά τε πυθόμενα εἰς τ' ἀκριβὲς ἀπαγγεῖλαι, ἢ τ' στρατιωτῶν τὺς ἀριστεύοντας τῆς βασιλείοις δώρεσι φιλοφρονήσαιτο. Diaconus lib.24. Nicephorus exercitum priuatum roga deſeruit. Conſulum propriè fuit hypatia, imperatorum roga. Diacon. lib.17. Ipſi prætores ſparſere pecuniam non ſtata die, ſed arbitratu ſuo, quoties libitum eſt l.2. C. de offic. præt. Inſtit. de rer. diuiſ. §. hoc ampl. Martianus ſparſiones illas conſulares vetuit l.2. C. de conſulib. retulit Iuſtinianus Nouel.105. Leo Nouel.94. Suidas, δωνατικὴ δόσις ἡ διδομένη τοῖς ἐκ βασιλέως τοῖς στρατιώταις. Donatiuum militibus ab Imperatore.

Hypatia ab imperatore in populum iacta.

C

CAPVT XII.

De Imaginibus Imperatorum.

IMAGINES vbique gentium viris fortibus poſitas ad memoriam propagandam, nemo eſt qui ambigat. Imagines autem Romæ fuere pedeſtres, equeſtres, curules, militari habitu, vel ciuili. Macrinus duas ſtatuas equeſtres, pedeſtres duas habitu militari, ſedentes ciuili cultu duas Caracallo poſuit, vt Capitolin. Auguſtum iuuenem Senatus honorauit equeſtri ſtatua, quæ hodiéque in roſtris poſita ætatem eius ſcriptura indicat, qui honor non alij per trecentos annos,

D quàm Syllæ, Pompeio, & Cæſari contigerat, ait Velleius Paterc. volumine 2. Camillo & Mænio conſulibus equeſtres ſtatuæ in foro poſitæ ſunt, rara illa ætate res, auctore Liuio li.8. Alexander Seuerus ſtatuas ſummorum virorum in foro Traiani collocauit, vndique tranſlatas ſtatuas coloſſeas, vel pedeſtres nudas, vel equeſtres D. Imperatoribus in foro Neruæ, quod tranſitorium dicitur, locauit, omnibus cum titulis & columnis æneis, quæ geſtorum ordinem continerent, exemplo Auguſti, qui ſummorum virorum ſtatuas in foro ſuo è marmore collocauit, additis geſtis, vt Lampridius. Auguſti ſtatuam eo loco poſitam iuſſit transferri Claudius, ne aut ſemper aſpiceret cædes in amphitheatro, aut ſemper velata eſſet, ait Dio, lib. vlt. quia velabantur, ne cædes ſpectarent.

Imagines viris fortibus poni ſolita.

Imagines imperatorum στεφάνοις ἢ δαφναῖς κεκοσμημένας αὐτοί τ' ὀφθήσεσθαι, ἢ τὲς στρατώτας ἡδίσω γνώσεσθαι, ἢ ὀφθήσεσθαι, Coronis & lauro ornatas, & ipſi fauſtis acclamationibus

E proſequebantur, & milites noſſe, ac proſequi volebant, ait Herodianus. Tacitus lib.14. Octauiæ imagines geſtant humeris, ſpargunt floribus. Coronas enim & flores à plebe ſpargi iam olim ſolitos indicat Liuius lib. 33. vt ruente, inquit, turba in vnum, coronas lemnicóſque iacientium, haud procul periculo fuerit. Aurati principum vultus, auratæ pilæ impoſiti prouinciarum rectoribus, & præfecto prætorio pro inſignibus proponebantur, in Notitia imperij. Suetonius in Tiberio c.26. Imagines Principum ſacri vultus l.1. C. de publica lætit. Si ſacros vultus inhiantibus populis inferimus, hos ſine immodico pretio nuntiari, excipíque ſancimus. Labrata vocantur. Martianus l.5. ad leg. Iul. maieſtat. C. de ſtatuis & imag. Ambroſius lib.6. c.9. Examer. Principum capita, & ducti vultus de ære adorantur. Nazarius Panegyr. Conſtant. Aboleri hic vultus (à Maxentio) non poteſt, vniuerſorum pectoribus infixus eſt, nec commendatione ceræ, aut pigmentorum fucis renitet. l.penult. C. de ſtatuis & imagin. & l.2. l.ſi quando. C. de opere pub. Plinius lib.10. ep. ad Traian. Cùm imagini tuæ, quam propter hoc iuſſeram cum ſimulacris numinum afferri,

Imagines imperatorũ coronis & floribus ornari ſolita.

afferri, ture ac vino supplicarent, omnes imaginem tuam & Deorum simulacra vene- A
rati sunt.

Labratum apud antiquos, quid.

Labratum veteres glos. φίλημα βασιλικὸν, ἀσπασικὸν βασιλέως interpretantur, osculum imperatoris. Optatus Mil. lauratis, & iconibus quæ mittuntur ad ciuitates vel regiones, obuij adeunt populi cum cereis & incensis, non cera perfusam tabulam, sed imperatorem honorantes. C. de publ. lætit. nunt. l. quicquid nostrorum nuntiari cæpit prosperorum, vt bella si desinunt, si oriuntur victoriæ fastis, si honor datus fuerit regalium trabearum vel consulum, compositæve pacis erit offerenda tranquillitas, si sacros vultus inhiantibus fortè populis offerimus, &c. l. 4. C. Theodos. lib. 8. tit. x1. Eclog. 56. Basili. οἱ τὰς δημοσίας ἱλαρείας, εἴτ' οὖν χαρμόσυνα ἀπιφερόμβροι, μηδὲν παντελῶς ἀφ' ἑαυτῶν ἐπαρχιωτῶν λαμβανέτωσαν, εἴτε πολεμίων ἀναχώρησιν, εἴτε νίκην, εἴτε ὑπάτων ἀναγόρευσιν, εἴτε εἰρήνην ἠνυμμένην πρὸς τοὺς πολεμίους, εἴτε λαβεῖν καταγγέλλοιεν: *Qui inferunt publicas lætitias, & gaudia nuntiant, nihil om-* B
nino à prouincialibus accipiant, siue hostium discessum, siue victoriam, siue consulum renuntiationem siue pacem cum hostibus initam, siue labratum nuntiant. Labratum vocat sacros vultus qui inhiantibus populis offerebantur, C. de publ. læt. nunt. Gregor. dial. ep. 1. ad Leon. Isaur. καὶ τὰ λαυράτα σε κατεδέξαν. & sacros tuos vultus receperunt. item, ῥίψαντες τὰ λαυράτα σε κατεπάτησαν, καὶ αἰσχροῖς σε προσώποις ἐποίησαν: *Labrata tua solo afflicta pedibus calcarunt, & vultus tuos euerterunt.* Labrata dicta sunt à labris adorantium ea, & osculantium. Laurata fortè imagines lauro coronatæ, vt supra Herodianus. Constantinopoli in circo variæ fuere statuæ, de quibus olim egimus libro de circo. Cedrinus, ἐπληρώθη ἡ κὴ ὁ χαλκοῦς κίων ὁ μέγας ὁ ἀνωγειῶν, καὶ ἀνελκύσθη ἡ στήλη ἡ ἱππιανὴ ἔφιππος, κρατοῦσα τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ μῆλον σφαιροειδὲς, ὡς ἂν γῆς ἁπάσης αὐτὸ κυριεύσαντος, τῇ δὲ δεξιᾷ ἡ αὐτὸ ταμιεύσα τῷ ἀνατεταμένῃ ἔχουσα καὶ οἱονεὶ πέρσαις ἀκκελουμένῃ, σῆθε: *Perfecta est,* inquit, *magna columna ærea Augustion dicta, &* C
imposita est statua Iustiniani equestris, læua pomum orbiculatum complexa, quasi vniuersæ terræ ipse dominus esset, dextera extenta quasi Persis imperaret, vt quiescerent.

Clypei pro imaginibus in scutis expressis.

Sed & clypei fuere pro imaginibus, quæ in scutis expressæ. Scutis enim, qualibus ad Troiam pugnatum est, continebantur imagines, vnde & nomen habuere clypeorum, non vt peruersa grammaticorum subtilitas voluit à cluendo, ait Plinius. In præda Hasdrubalis clypeus argenteus repertus cum imagine ipsius, Liuio teste lib. 25. Capitolinus in Antonino, clypeum Hadrianus magnificentissimum posuit, sacerdotes instituit. Horum clypeorum origo Romæ ab Appio Claudio. Plinius, Suorum verò clypeos in sacro vel publico priuatim dicare primus instituit Appius Claudius, si priuatum vsum spectas, anno vrbis 259. Alexandriæ σεβάσιον fuit, vbi clypei sacri Cæsari cum titulo sine imagine sculpta, vt Philo. Sueton. in Caligula c. 16. Caligulæ decretus est clypeus aureus, quem quot- D
annis certo die collegia sacerdotum in Capitolium ferrent, pueris laudes eius canentibus. Tacitus lib. 2. cùm censeretur clypeus auro & magnitudine insignis inter auctores eloquentiæ Germanico. Capitolin. de Antonino Pio clypeum Adriano magnificentissimum posuit, Faustinam vxorem perdidit, quæ à Senatu consecrata est delatis circensibus, & templo, & flaminicis, & statuis aureis, atque argenteis, cui etiam ipse hoc concesserat, vt imago eius cunctis circensibus poneretur statuam auream delatam, à senatu positam suscepit. Suetonius, Clypei & imagines Domitiani coram detractæ. Clypei qui gradatim vexillis & signis legionum erant affixi, habebant προτομὰς imperatorum. Iosephus scribit προτομὰς καίσαρος, καὶ τὰς εἰκόνας αὐτοῦ, *imagines Cæsaris*, causas tumultus in Iudæa fuisse. προτομαὶ erant imagines Cæsarum in orbe æneo, aureo, argenteo, collo tenus expressæ. E

Clypeum in neutro genere pro imagine.

Charisius clypeum neutro genere imaginem significare ait. προτομαὶ vulgo *Medailles.* Trebellius in Claudio, illi clypeus aureus, vel vt grammatici loquuntur, clypeum aureum, Senatus iudicio in curia positum est, vbi etiam nunc videtur, expressa thorace vultus eius imago. Vetus inscriptio, Huic decuriones funus publicum, statuam equestrem, clypeum argenteum, locum sepulturæ decreuerunt. Asinius lib. de prouinciæ hæredibus, imaginis clypeum dixit masculino genere. Clypeus, inquit, prætextæ imaginis positus. Philo de legatione, Pilatus ἀναθήσει ἀσπίδας μήτε μορφὴν ἐχούσας, μήτε ἄλλο τι τῶν ἀπαγορευομένων, ἔξω τινὸς ἐπιγραφῆς αἰτίας, ἣ δύο ταῦτα ἐμήνυε, τό τε ἀναθέντα, καὶ ὑπὲρ οὗ ἡ ἀνάθεσις: *Suspendit clypeos sine imagine, aut alio quod vetitum esset, præter inscriptionem necessariam, quæ duo in-*
dicabat, quis & cui posuisset.

Statua aurata vbi primùm statuta.

Statuam auratam, quæ prima omnium in Italia statuta est, patri Glabrioni filius posuit, vt Liuius lib. 40. Adhelmus imaginem in thorace expressam vocat thoracida. Rufinus

lib. 11.

A lib. 11. histor. eccles. c. 29. thoracas. Constantinus Porphyrogennetæ ἀνάγλυφα, μινσέια, mensulas argenteas exsculptas, quæ in parietibus erant instructæ. Rufinus thoraces Serapidis ea mente dixit. Valafrid. Strabo c. 8. de reb. eccl. Constantinum imperat. per thoracidas Apostolorum, quod ipsos in visione viderit, cognouisse. vir doctus ignorat quæ sint thoracides. sunt vultus D. Petri. Prudentius in Laurentio, Capita in nummo vocat ænigmata. Glossarium latino arabicum monetam ænigma vocat. Philo ἀσπίδας ἀγραφους dixit in legat. ad Caium lib. 1. Machab. c. 14. 15. ἀσπίδες ἄγραφοι. clypei non picti.

Caper, clupeum imago, clypeus ἀσπὶς. Plinius lib. dubij sermonis secundo, indistincto genere ait, sed litera differre, vt pugnatorium per i clipeum dicamus, quod est à clepere, id est celare, dictum, imaginem vero per u, à cluendo. Sed hæc differentia mihi displicet, propter communionem i, & u litterarum. Trebellius in Claudio. Illi, quod nulli antea B populus Rom. sumptu suo in Capitolio ante Iouis Opt. M. templum statuam auream decem pedum collocauit. Illi totius orbis iudicio in rostris posita est columna cum palmata statua superfixa, librarum argenti mille quingentarum. *Clupei & clypei differentia.*

Traiano tamen in vestibulo Iouis O. M. statuæ & æreæ & argenteæ positæ sunt. Ipsi etiam Domitiano statuæ argenteæ, & aureæ in Capitolio positæ. Colossæ imagines Deorum, aut imperatorum fuere. Nam aliorum erant ἰσομέτρητοι, & æquales iis quibus positæ. Adrianus statuas Ælio Vero per totum orbem Colosseas poni iussit, apud Spartianum. Plin. Panegyr. Tuam statuam in vestibulo Iouis O. M. vnam, alterámve, & hanc æream cernimus. At paulo ante aditus omnes, omnes gradus, totáque area, hinc auro, hinc argento relucebat. Sueton. Domitiano. Statuas sibi in Capitolio non nisi aureas & argenteas poni permisit, ac ponderis certi. Valerius Maxim. l. 8. c. 14. Imaginem in cella Iouis Opt. C M. positam Africano, quæ quotiescunque funus aliquod Corneliæ genti celebrandum est, inde petitur, vnique illi instar atrij Capitolium est. In Curia effigies superiori Catoni, vnde educitur in funeribus Catonum. *Statuæ aureæ & argenteæ.*

Imperatorum certè imagines non sequebantur funus gentilium. Dio, ἀπεῖπον μηδεμίαν εἰκόνα καίσαρος ὡς θεὸν ὄντος ἐν ταῖς τοῦ συγγενῶν αὐτὸ ἐκφοραῖς πέμπεσθαι, ὅπως ἐν τῷ πάνυ ὀρχαίῳ ἢ τό τε ἔπι ἐγίγνετο: *Vetitum ne qua Cæsaris imago, vt qui Deus esset, in exsequijs gentilium sequeretur, quod ab antiquo hodiéque seruatur.* Idem de Augusto, ἢ ὅπως μήτε εἰκὼν αὐτὸ ἐν ἐκφορᾶς τινος πομπεύῃ; *vt ne imago* Augusti *in pompa funeris cuiusquam sequeretur.* Sed & flagitiosorum hominum imagines non sequutæ funus. Cotta censuit ne imago Libonis, vt flagitiosi, exsequias posterorum comitaretur. *Funus gentilium non sequebantur imagines imperatorii.*

In Circum verò curru elephantino imagines imperatorum, & imperatricum delatas D ostendimus libro de Circo. ἢ χρυσῶ εἰκόνα βεστίνακος ἐφ' ἅρματος ἐλεφάντινον ἐς τὸ ἱππόδρομον εἰσάγεσθαι, *Auream imaginem Pertinacis curru elephantum in circum inferri.* ἢ ἐς τὸ θέατρον χρυσῶ εἰκόνα τῆς Φαυστίνης ἐπὶ δίφρου ἀεὶ ἐσφέρεσθαι, ἢ ἐν τῇ θεοδελείᾳ ἐν ᾗ ζῶσα ἐθεᾶτο πάντας. *& in theatrum auream imaginem Faustinæ in sella semper ferri, & in eo loco poni vnde viua spectabat.* Plinius lib. 34. c. 4. & 5. Græca res est nihil velare, at Romana, & militaris thoracas addere. *Elephantinus currus imperatorũ & imperatricum imagines deferens.*

Equestres statuæ à Græcis ortæ, sed illi celetas tantum in certamine sacro victores. postea vero, & qui bigis, vel quadrigis vicissent. Vnde & nostris currus in his qui triumphauissent. Serum hoc, & in his non nisi à D. Augusto seiuges, sicut & elephanti. *Equestres statuæ.*

Statuæ autem, vt ibidem docet Plinius, quo plurium pedum essent eo fuere magis honorificæ. Omnium honoratissimæ colossææ. Nam deorum statuæ legitimum statum homiE nis ter ferè continebant, Heroum bis, Regum & imperatorum istis erant breuiores. vt imago Claudij à Senatu posita decem pedum, & vt plurimum ad exemplar earum quæ Diis positæ essent fiebant, vt ex Iosepho supra ostendimus. Colosso illi à Charete facto, quem 107. altitudinis pedes habuisse vult Cassiodorus, Nero caput suum, vt loquitur Plinius, vel vt Spartianus in Hadriano, vultum suum imponendum curauit. Plinius ei Vespasianum Solis caput impositum dempto capite Neronis scribit. Spartianus, Hadrianum hoc simulacrum post Neronis vultum, cui dicatum fuerat, Soli consecrasse. *Statuarum magnitudo.*

De statuis triumphalibus Iuuenal. sat. 7. *Triumphales statuæ.*

——Huius enim stat currus aheneus, albi
Quadrijuges in vestibulis, atque ipse feroci
Bellatore sedens, curuatum hastile minatur
Eminus, & statua meditatur prælia lusca.

Sub

Sub imperatoribus prouinciarum rectoribus imagines poni ſine imperiali beneficio non potuerunt. A

Argẽteæ in ſignis imagines. Imagines in ſignis vt plurimum argenteæ fuere, quia color argenti clariot, quæ ferebantur ab imaginiferis. Et vt milites in exercitu, ſic domi quiſque imperatorum qui probarentur imagines colebat. Impp. Arcad. & Honorius A A. Si quis iudicum accepiſſe æneas vel argenteas vel marmoreas ſtatuas extra imperiale beneficium in adminiſtratione poſitus detegetur, emolumenta quæ accepit in ea poſitus dignitate quam polluit, cum extortis titulis, vel præſumptis in quadruplum fiſco noſtro inferat. C. de ſtatuis & imag.

Erectiones ſtatuarum imperatorũ. Quoties ſtatuæ vel imagines imperatorum erigerentur diebus feſtis, vel communibus, rectores prouinciarum aderant, & adorabant, priuati tamen pecunias conferre non cogebantur. Si Rectori prouinciæ ſtatua beneficio principis, à quo poſtulata erat, poneretur, B ipſius rectoris expenſis ponebatur. Libera Republica Proconſulibus bene meritis & ſtatuæ & templa in prouinciis poſita, Romæ ex Senatus vel populi decreto. Iuuenalis ſat. 8.

Et ſtantes in curribus Æmilianos.

Tripedanæ primum poſitæ. Plinius lib. 34. Equeſtres fœminis poſitæ, vt Cloeliæ. Cicero imaginem laureatam commemorat pro Murena. Capitolinus in Maximinis, Maximo, Balbino, & Gordiano ſtatuas cum elephantis decernimus, currus triumphales decernimus, ſtatuas equeſtres decernimus.

Vexilla militaria imperatorum imagines habentia. In ſignis & vexillis militaribus imagines imperatorum affixæ. Arrianus in Epicteto, τὰ σημεῖα τ̃ ὅπλ̃ ἐκτὸς ϛραπᾶς ἄετ@, εἰκόνες βασίλεοι, ϛέμμαϛα πάνϛα χρυσᾶ ἀνατεϛαμμένα ὑπὲ ξυσ̃ ἠρμενμένων : *Signa exercitus lecti, aquila, vultus ſacri, coronamenta omnia aurea extenſa in haſtis argentatis.* Suetonius Tiberio, c. 48. Munera Syriacis legionibus dedit, quòd ſolæ nullam Seiani imaginem inter ſigna coluiſſent. Vultus illi erant clypeoli infra crucem haſtæ adnexi. Tertullianus, omnes illi imaginum ſuggeſtus in ſignis monilia crucium ſunt. Plinius lib. 23. Color argenti clarior eſt, magiſque diei ſimilis, & ideo militaribus ſignis familiarior, quoniam is longius fulget. Vegetius lib. 2. c. 6. Prima cohors imagines imperatorum, id eſt, diuina, & præſentia ſigna veneratur. C

Imaginarij & imaginiferi, qui. Imaginarij, imaginiferi, qui portant imagines imperatorum. Capitolinus, in Maximo & Balbino, legiones ipſæ & auxilia, vbique terrarum iam veſtros vultus adorant. in Marco, Sacrilegus iudicatus qui eius imaginem in ſua domo non habuit. Vopiſcus, probum conſecrandum vultibus. in Tacito, edicto principum iuſſi omnes, vt Aurelianum pictum haberent.

Creati principes imagines ſuas Romam & in alias ciuitates mittebant. Principes autem vt primùm creati, imagines ſuas Romam, & in alias ciuitates mittebant, quæ ſi admitterentur, in eorum verba iurabant. Zozimus, ἐν ᾗ τῇ ῥώμῃ τ̃ εἰκόν@ αὐτ̃ δεχθείσης κ᾽ τ̀ σωτ̃ρες. Conſtantinus cùm à militibus Cæſar renuntiatus eſſet, imagines eius Romæ receptæ ſunt. Maxentius Carthaginem & Libyam τὰς πρὸ εἰκόνα τ̃ αὐτ̃ βεβαιούσας ἔπεμπεν, ὅπως ϛρατεύσ̃ται κωλύσαντες οἱ αὐτόθι ϛραπῶται, *miſit qui imaginem ſuam perferrent, quod milites qui tum illic erant prohibuerunt.* Cornelius Gallus quod Auguſto viuo imagines ſuas vbique per Ægyptum poſuerat à Senatu damnatus eſt, ait Dio. Θεοδόσι@ ὁ βασιλεὺς ἐδέχϑη τε βασιλέα μάξιμον εἶ, κ᾽ εἰκόνων αὐτ̃ κοινωνεῖν. πρὸ μαξίμε εἰκόνα δίξαι τοῖς ἀλεξανδρεῦσιν ἐπέϛαξεν, ἀναθέναι τε δημοσία ταύτην : *Theodoſius Imperator admiſit, vt Maximus ſecum imperij ac ſtatuarum particeps eſſet. Mandauit vt Alexandrinis imago Maximi oſtenderetur, & publicè poneretur.* Herodianus lib. 8. Aquileienſes περϑέντες τὰς εἰκόνας μαξίμε, κ᾽ βαλβίνε, ϛεφάνοις κ᾽ δάφναις κεκοσμημένας αὐτ̃ τε δόξης : *propoſitis imaginibus Maximi, Balbini, & Gordiani Cæſaris, quas coronis & lauro ornarant, acclamabant,* & milites hortabantur, vt agnoſcerent, ſalutarentque. ornari enim lauro imagines moris fuit, vt monuimus. Dio de Iulio Cæſare, εἰκόνας μ᾽ ϛεφάνων τ̃ ὅπ τοιούτοις νενομισμένων ἱδρύσαν : *Imagines cum coronis quæ in talibus ſolent, Iulio poſuerunt.* Tacit. lib. 14. Imagines Octauiæ ſpargunt floribus, foróque ac templis ſtatuunt. Martialis lib. 10. e. 32. D

Hæc mihi quæ colitur violis pictura, roſiſque.

Arrianus lib. 1. diſſertat. epict. c. 19. πάντες μὲ θεραπεύσι. κ᾽ γὰ ἐγὼ τὸ πινάκιον θεραπεύω, κ᾽ πλύνω αὐτὸ κ᾽ ἐκμάσσω. *omnes me obſeruant. Etenim tabulam in qua eſt imago imperatoris colo, lauo, detergo.* Herodian. κ᾽ τὰς μὲν ἔ μαξιμίνε τιμὰς καθῄρουν, εἰκόσι ᾗ, κ᾽ αἰδέσι χορδ̃ξαν τὰς πόλεις ἐκόσμουν : *Et honores quidem Maximini detrahebant, imaginibus autem & ſtatuis Gordiani vrbes ornabant.* Argenteas & aureas Domitiano ſtatuas poſitas docuimus. E

Macrinus

A Macrinus sibi *argenteam statuam poni supra quinque pondo, vel auream supra tria vetuit:* καὶ μηδεμίαν εἰκόνα μήτε ἀργυρᾶν ὑπὲρ πέντε λίτρας, μήτε χρυσῆν ὑπὲρ τρεῖς, ait Dio. Eæ signis militaribus affigebantur, si probaretur imperator; si exauguratus esset, detrahebantur. Ita cùm milites Iulianum Didium Imperatorem renuntiassent, τότε σημεῖα ἄραντες, καὶ τὰς ἐκείνου εἰκόνας ὑπαγαγόμενοι προπέμπειν ἐπειρῶντο, *signis sublatis, impositísque illius imaginibus deducere hominem tendunt*, ait Dio. Contra, Vitellij imagines *sustulerunt è signis*, ἀπὸ τῶν σημείων καθεῖλον, vt Xiphilinus.

Ea fuisse diximus scutula signis affixa, quæ milites adorabant. Milites, ait Herodianus lib.8. Maximini εἰκόνας ἐκ τῶν σημείων καθαιροῦσι, *imagines vellunt è signis*, & Aquileiam à ciuibus ea lege admittuntur, vt ante imagines Maximi, Balbini, & Gordiani adorarent. Capitolinus in Maxim. idem ostendit, imaginésque imperatorum adorari solitas monet, priusB quam in eorum verba iuraretur. Artabanus aquilas & signa Romana, Cæsarúmque imagines adorauit, vt Sueton. in Calig. c.14. Imagines Antonini philosophi per omnes ferè domos fuere, vt Capitolin. Chrysostomus εἰς τίμιον σωρόν. βασιλέως ἀπόντος εἰκὼν βασιλικὴ πληροῖ χώραν βασιλέως, ᾧ προσκυνοῦσι ἄρχοντες, καὶ ἱερὰν πανήγυριν ἄγουσι, καὶ ἵστανται δῆμοι, καὶ προσκυνοῦσι, οὐ πρὸς τὰς εἰκόνας βλέποντες, ἀλλὰ πρὸς τὴν χαρακτῆρα βασιλέως, οὐκ ἐν τῇ φύσει θεωρούμενον, ἀλλὰ ἐν τῇ γραφῇ δεδομένον: *Rege absente imago regis locum eius implet, eam magistratus adorant, & sacram festiuitatem celebrant, & populi obuiam procedunt, & adorant, non quia bellè imago picta est, sed quia vultum principis exprimit, non reipsa præsentem, sed penicillo graphicè depictum.* Tiberius coli per theatra & fora effigies Seiani, intérque principia legionum sinebat, vt Tacit. lib. 4. Quia honorem in statuis habitum hominibus nonnulla religione Deorum consecrari putant, ait Cicero 4. in Verrem. Imagines AristoC gitonis, & Harmodij appulsas Rhodij cùm in hospitium publicè inuitassent, sacris etiam puluinaribus collocarunt, narrante Valerio Max. lib.2. c.10. Vitellius Artabanum coëgit θῦσαι τῇ Ἑστίᾳ, τότε γαίᾳ εἰπόντι, quòd supra ex Suetonio, & iam ex Dione monemus. Tacitus lib.1. Tua, D. Auguste, cælo recepta mens, tua pater Druse imago, tui memoria iisdem istis cum militibus. Quia imago Drusi patris Germanici in signis culta. Non enim solius imperatoris, verum & aliorum qui in imperio secundas tenerent, imagines in signis cultæ sub Tiberio, quod postea vetitum.

Adoratio imaginum imperatorũ.

Imaginibus illis imperatorum qui honorem non habuisset, maiestatis postulatus est. Zeno Veronensis serm. de spe, fide, & carit. Si inclyti cuiusquam regis, hominis tamen, vultus quiuis vlla violauerit ratione, nonne continuo velut sacrilegij commissi capitales pœnas luit? Plinius lib.33. c.3. Imaginem principis in annulo argenteo gerebant, qui perD libertos ad Claudium imperatorem admittebantur. Spartianus, Damnati sub Commodo qui vrinam in eo loco fecerant, in quo statuæ aut imagines erant principis, & qui coronas imaginibus eius detraxerant, vt alias ponerent. Eæ imagines vt plurimum expressæ erant ad exemplar nobilis alicuius simulacri Deorum, vt Iouis Olympici, & Iunonis Argiuæ, ait Iosephus c.10. lib.16. Origin.

Maiestatis postulabatur olim qui imperatorũ imaginibus honorem nõ habebat.

Ideo vel in templis, vel in foro, & loco illustri eæ ponebantur. Senatus Marco & Faustinæ decreuit *argenteas statuas Romæ in templo Veneris*, arámque *exstrui*, in qua Virgines omnes quæ nuberent in vrbe vnà cum sponsis sacrificarent. ἔν τε τῷ ἀφροδισίῳ τῷ ῥωμαίῳ εἰκόνας ἀργυρᾶς ἀνατεθῆναι, ait Dio apud Xiphil. Caligula τὸ ἀνδριάντα ἑαυτοῦ καὶ τὴν πόλιν ἐν τοῖς ναοῖς ἀπέφηνε (vulgo καὶ πόλιν, malè) καθιδρύσασθαι, καὶ εἰς τὸ ἱεροσολύμων ναὸν, *statuam suam per vrbes in templis ponendam misit, atque adeò ipso Hierosolymitano templo*, vt Suidas. Vetuit TiberE rius sibi imagines, & templa poni. καὶ ὅπ ὅτε τεμένισμα αὐτῷ ἐτεμενίσθη, ἢ εἰκόνα ἕξω αὐτοῦ ἑδενὶ ἔστω, vt Dio. In rostris statuæ vt plurimum positæ. Cicero 13. Philip. Statua in rostris Lepido cum inscriptione præclara. lib.1. Digest. tit.2. Sulpitius cùm in legatione periisset, statuam ei populus Rom. pro rostris posuit, hodiéque exstat pro rostris Augusti. Lucio item Antonio statuam inauratã, in qua inscriptum quinque & triginta tribus patrono populi Rom. Cic. Philip. 6. Idem pro Deiotaro, Ad statuam nullus est locus rostris clarior. Capitolinus in Gordianis, His in Senatu lectis, quadrigæ elephantorum Gordiano decretæ sunt, vtpote qui Persas vicisset, vt triumpho Persico triumpharet. Constantinopoli statuæ imperatorum & imperatricum in circo cum acclamatione & plausu ponebantur. Sozomenus lib.8. c.8. ἀνδριάντος δὲ γαμετῆς ἐπὶ πορφύρα κίονος ἀνατεθέντος, ὃς καὶ νῦν ὀρθὸς μεσημβρίαν, κεῖται τε καὶ δημώδεις ἡδονὰς ὀχήσεών τε καὶ μίμων ἐνδέδεκται, ὡς ἔθος ἦν τότε ἐπὶ τῇ ἀνακλήσει τῶν βασιλικῶν εἰκόνων: *Statua argentea vxoris Imperatoris in columna porphyretica posita, quæ nunc est ad meridiem, plausus & publica spectacula saltatorum*

Loca in quibus imperatorum imagines poni solebant.

& mimorum ibi fiebant, vt moris erat, cùm imperatoris imagines renuntiarentur. Statuas virorum illustrium Augustus ex area Capitolina in Martium campum deportarat, quas euertit Caligula. Sueton. lib.4. c.34. Statuas virorum illustrium ab Augusto ex capitolina area propter angustias in Martium collocatas ita subuertit, atque disiecit, vt restitui saluis titulis non valuerint. A

Inscriptiones seu tituli statuarum imperatorũ.

Formulæ titulorum variæ. Cicero lib.12. ep.ad famil.3. In statua quam posuit in rostris inscripsit, Parenti optimè merito Philip. 6. Equestrem statuam inauratam quinque & 30. tribus patrono pop. Rom. In basi titulus adscriptus. Sueton. in Domitiano c. 18. E basi statuæ triumphalis titulus excussus vi procellæ in monimentum proximum decidit. Horat. lib.3. Od.24.

Si quæret pater vrbium
Subscribi statuis. B

In Vitellio c.3. Suet. Statua pro rostris cum hac inscriptione, pietatis immobilis erga principem. In vna Herculis tunicati statua tres titulos fuisse docet Plin. lib. 34. c. 8. Decreta statua Suffetiæ virgini, vt poneretur vbi vellet. Herodian. lib.1. Maximæ statuæ Colossææ, quam colunt Romani solis imaginem ferentem, caput sustulit, & suum superimposuit Commodus, *cùm subscripsisset in basi non vt moris est imperatorias & patritas appellationes, sed pro Germanico inscripsisset, qui mille gladiatores vicit:* ὑπογράψας τῇ βάσῃ ἐχ ὡς εἰώθασι βασιλικὰς, καὶ πατρώους προσηγορίας, αὐτὶ ὧν γερμανικὸν, μονομάχους χιλίους νικήσαντα. Sæpe subscribebantur hæ litteræ, H. C. I. R. Honore contentus impensam remisit. vel H. A. I R. Honore accepto impensam remisit. vel H. C. I. S. P. Honore contentus impensa sua posuit. item L. D. D. D. locus datus decreto decurionum. Sæpe adscriptum titulis, datas sportulas aut epulum in statuæ dedicatione. Perusij est inscriptio statuæ Antonino positæ ab Egnatio Festo, cùm ei plebs vrbana ludos edenti publicos, ad statuam ponendam pecuniam obtulisset, is honore contentus impensam remisit, & impetrata venia ab ordine Perusinorum Opt. Maximóque principi de sua pecunia posuit, cuius ob dedicationem dari iussit ab herede suo decurionibus singulis HS IIII. N. Plebi HS II. N. L. D. D. D. In lapide Hispanensi, Pietati Augustæ L. Lucretius Fuluianus Flamen Col. Immunium Prouinciæ Beticæ, Pontifex perpetuus domus Augustæ T. P. I. ex argento proprio ob honorem pontificatus, Lucretia. L. filia Campana Flam. perpetua domus Augustæ editis ad dedicationem scenicis ludis per quatriduum, & Circensibus, & epulo diuiso posuit. Huic dono Lucretia Campana amplius nomine suo coronam auream adiunxit. Zonaras in Arcadio scribit eum τὸ ἐν τῷ ξηρολόφῳ ἀνεγεῖραι κίονα, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἀνδριάντα οἰκεῖον ἐνιδρῦσαι, *columnam in Xerolopho excitasse, & super statuam propriam statuisse.* Galerius filios suos *participes honoris regij fecit, voluitque vt in tabulis & picturis consecrarentur eorum vultus,* τὸ βασιλικῆς τιμῆς, τό τ' ἐν πίναξι καὶ γραφαῖς ἀναθέσεως πεποίηκε κοινωνούς, ait Euseb. lib. 9. Histor. eccles. sub fin. lib.1. c.1 de vita Constantini, *cera pictos imperatores, picturis adumbratos, simulacris è varia materia expressos, tabulis & columnis delineatos vt ad immortalitatem consecrarentur:* καὶ οἱ μὲν σκιαγραφίαις, κηροχύτοις γραφῆς ἄνθεσι, οἱ δὲ γλυφαῖς ὕλης ἀψύχοις ἀνδρείκελα χρήματα τεκτηνάμενοι, οἱ δὲ κύρβεσι καὶ σήλαις βαθείαις γραμμαῖς ἐγχαράξαντες μνήμας ὑπέβαλον αἰωνίους τὰς τῶν πεπραγμένων ἀρετὰς ἀναδιδόναι. Claudianus lib.2. in Eutropium, cui beneficio principis variæ statuæ positæ, C

——*multisque gemunt incudibus æra*
Formatura nefas, hæc iudicis, illa togati,
Hic nitet armati species, numerosus vbique
Fulget eques, præfert eunuchi curia vultus,
Incestare vias cunctas hæc ora laborant.
Subter adulantes tituli, nimiæque leguntur
Vel maribus laudes, claro quod nobilis ortu,
Conuiua & Domini, quod maxima prælia solus
Impleat, & pariter miles, quod tertius vrbis
Conditor, hoc Byzas, Constantinúsque videbunt. E

Vexilla & signa in quibus imagines imperatorum.

Pilatus sub Tiberio νύκτωρ πεκαλυμμένας εἰς ἱεροσόλυμα παρεσκεύασε τὰς καίσαρος εἰκόνας, σημαίας καλουμένας. Eusebius lib.2. *nocte tectas infert Hierosolymam Cæsaris imagines, quæ signa dicuntur.* D

A *dicuntur.* Erant enim in vexillis & signis imagines imperatorum. Euseb. l. de vita Constant. describit labarum, & subiungit, τὸ δὴ ὄρθιον δορυ τὸ κάτω ἐρχῆς ὅπη πολὺ μηκυνόμενον ἄνω μετέωρον ὑπὸ τῷ ἔ σαυρῷ τετραπλῷ πως ἀυτοῖς ἄκροις ἔ ὁλοχρύσοντος ὑφάσματος, τὸν ἔ θεοφιλὲ βασιλέως εἰκόνα χρυσῷ μεταξὺ στέφανων τὸ τ' αὐτὸ παίδων ὁμοίως ἔφερε : *Recta pertica ab inferiori parte altè extensa sublimis sub crucis vexillo, ad ipsas summas partes texti quo describitur, auream regis Deo cari imaginem ad pectus vsque, & ipsius filiorum similiter ferebat.* Sunt illæ protomæ seu clypei de quibus supra egimus. Idem Constantinus Romæ *sub manu suæ imaginis statui iussit tropæum crucis. Signum item crucis eum continentem in dextera manu cùm statuissent in loco maximè illustri Romæ, hunc titulum inciderunt verbis Latinis Romani*, Constantinum hoc signo salutari vrbem à iugo seruitutis vindicasse, ἔ σωτηρίε τρόπαιον πάθους (ait Euseb. lib. 9. c. 9. histor. eccles.) ὑπὸ χεῖρα ἰδίας εἰκόνος ἀνατεθῆναι προσέταξεν. Item,

B τὸ σωτήριον ἔ σαυρὸ σημεῖον ὅπη δεξιᾷ κατέχοντα ἀυτὸν ἐν τῷ μάλιστα τὸ ὅπη ῥώμης δεδημοσιδμένῳ τόπῳ ἵσαντες, ἀυτῷ δὴ ταύτῃ ὑπογεγραφῶ ἐνέξαν ῥήμασιν ἀυτῆς τῆ ῥωμαίων ἐπιτελδύσῃ φονῆ, &c.

Barbari apud se Constantino statuas posuerunt, & tabulas in quibus pictura vultus eius expressus esset lib. 1. c. 1. de vita Constantini, ὑπὸ βαρβάρων ἐθνῶν ἐθελοντὶ ἀπαζομένων, ὥστε ὑπὸ γραφαῖς εἰκόνων ἀυτὸν παρ' ἀυτοῖς τιμᾶν, καὶ δειάντων τε ἀναθήμασι. lib. 4. οἱ τ' ἰνδῶν χώρας καθηγεμόνες, εἰκόνων γραφαῖς καὶ δειάντων τε ἀυτὸν ἀναθήμασι τιμῶντες. *Indorum principes imaginibus & statuis eum honorarunt.* Nicetas lib. 7. σημαίας αὖ τὰς βασιλεῖς ἀπεικάζοσι. *Signa quæ Imperatoris vultum delineant.* *Barbarorũ statuæ Constantino positæ.*

P. Diaconus lib. 1. Constantinus Magnus suas imagines in templis poni præcepit. Eu- *Templa in*
menius Panegyric. Constant. Demens qui nesciebat, quacunque fugerat, vbique numi- *quibus imagines imperatorum positæ.*
C na vestræ diuinitatis esse, vbi vultus vestri, vbi signa colerentur. lib. 4. Constant. Euseb. in ipso palatio ad portas in imaginibus quæ positæ erant in superiori parte vestibuli stans rectus pingebatur, oculis in cælum erectis, manibus passis specie precantis. Vetuit imagines suas in templis idolorum poni, ne pictura eius errore eorum quæ vetita sunt, contaminaretur. ἐν τ εἰς τὸ μετέωρον τ προσπύλων ἀνακεκαμμένας εἰκόσι. Socrates lib. 1. c. 17. Helena misit partem crucis Dominicæ ad filium, qui credens omnino eam vrbem seruatum iri, vbi pars illa seruaretur, in sua ipsius statua occultauit, quæ Constantinopoli in foro Constantini *super porphyretica & magna columna posita est*, ὅπη τ πορφύρε καὶ μεγάλε κίονος ἵδρυ). Eudoxiæ Augustæ statua argentea in columna porphyretica tunicam habens. *Stabat autem in suggestu alto*, ἐστήκῃ δ' ἐπὶ ὅπη βήματος ὑψηλε, ait Socrates lib. 6. c. 18. Iulianus Augustus in imaginibus suis quæ publicè exponebantur, louem exprimendum curabat, qui è cælo apparens
D coronam & purpuram imperij insignia sibi traderet, Martem autem & Mercurium in se intuentes, & quasi ex oculorum coniectu testificantes eum esse, & eloquentia, & bellicis rebus bonum. δία μὴ οἷα γε ἐν τ ἀγορᾷ προφαινόμενον καὶ στέφανον καὶ ἁλυργίδα τὰ σύμβολα τ βασιλείας παρέχοντα, ait Sozomenus lib. 5. c. 17. Anastasius statuam suam erexit ex ære in columna tauri, cùm statua Magni Theodosij quæ prius ibi steterat cecidisset. vt Zonaras, ἔστησε στήλην οἰκείαν ἐν τῷ τ ταύρε κίονι.

In flamulis fuit imago imperatoris. quare Constantinus *Patricius vt castrum imperatoris* *Flamulæ in*
esse ostenderet, flamula conto infixa supra muros castri statuit : παλείκιος κώνας ἔλαβε παρ' ἑαυτῆ τῷ φλάμβλα, καὶ ὑπεδέδωκε τῷ πατρικίῳ ἀσωτίῳ τῷ καὶ κισκάση, ὁ δ' λαβὼν αὐτὰ εἰς κονδάριον σφενδόνην ἐνέθηκε, καὶ ὑπεδέδωκε τῷ παλεικίῳ κωνσαντίνῳ εἰπὼν, ὅτι ὑπίσησον αὖθις εἰς τὸ τεῖχος, ἵνα γνῶσι πάντες τ βασιλέως ἐδ' ἀπὸ τ σήμερον ἡμέρας τὸ νικητὸν κράτος, ait Constantin. Porphy. in *quibus imperatoris imago.*
E Chorograph.

Equestris statua Constantini fuit in Strategio ait P. Diacon. lib. 11. Auratas figuras vocat Claudianus lib. 2. Stilic. *Equestres statuæ.*

——hinc nomen vbique
Plausibus, auratis celebrant hinc ora figuris.

Statuæ imperatorum eo cultu expressæ erant quo vsi imperatores. Iulianus orat. 1. de Claudio Imp. καὶ τὸν ἐν βασιλείᾳ τ ἁπλότητα, καὶ τὸν ἀφέλειαν τ ἐθῆτος ὅπη τ εἰκόνων ὁρμδόλω : *Simplicitatem in imperio cultus eius & victus quæ in statuis eius cernitur.* Constantino Magno Athenis posita est imago habitu prætoris Athenarum. Idem ibidem, Constantinus βασιλδὺς ὢν, καὶ κύριος πάντων στρατηγὸς ἀθλιῶν ἠξίκ καλεῖδζ, καὶ τοιαύτης εἰκόνος τυγχάνων μετ' ὀπτρᾴμματος ἐγάννυτο πλέον. στρατηγὸν interpretor ἄρχοντα, *praetorem*, non ducem. In Panegyr. Constantini, Hoc enim vt audio imago illa declarat in Aquileiensi palatio, ad ipsum

conuiuij posita aspectum, vbi puella iam diuino decore (Faustam intelligit) venerabilis, A
sed adhuc impar oneri suo, sustinet atque offert tibi etiam tum puero galeam auro gem-
misque radiantem, & pennis pulcræ alitis eminentem. Merito igitur tibi, Constantine, &
nuper Senatus signum dedit, & paulo ante Italia scutum, & coronam, cuncta aurea dedi-
cauit. Debetur enim & sæpe debetur, & diuinitati tuorum simulacrum aureum, & vir-
tuti scutum, & corona pierati.

Radiatum caput statuarum imperatorum.

Admonui statuas imperatorum radiato vertice fuisse, auream sedem inter Deos eis po-
sitam. Plinius Panegyr. Horum vnum si præstitissent alius iamdudum radiatum caput, &
media inter Deos sedes, auro staret, aut ebore, augustioribusque aris, & grandioribus
victimis inuocaretur, &c. At paulò ante aditus omnes, omnes gradus, totáque area hinc
auro, hinc argento relucebat, seu potiùs polluebatur, cum incesti principis statuis per-
mixta Deorum simulacra sorderent. Ergo istæ quidem æreæ manent, manebúntque quan- B
diu templum ipsum, illæ autem aureæ & innumerabiles strage & ruina publico gaudio li-
tauerunt. Iuuabat illidere solo superbissimos vultus, &c. truces horrendásque imagines
abiectas, excoctásque flammis. Traiani imagines, non aureæ fuere, sed quales egregio
principi poni oportuit, æreæ, marmoreæ antiqua simplicitate. Plin. ibidem. Stant igitur
effigies tuæ quales olim ob egregia in Remp. merita priuatis dicabantur. Visuntur eadem
è materia Cæsaris statuæ, qua Brutorum, qua Camillorum, nec discrepat causa.

CAPVT XIII.

De statuis & imaginibus imperatorum euersis. C

Euersiones imaginum imperatorũ.

MOris fuit, vt imperatorum, quorum memoria publicè damnata
esset, imagines solo affligerentur, conflagrarent, luto oblinerentur, è
signis vellerentur. Plinius Panegyrico, de statuis Domitiani deiectis.
Iuuabat illidere solo superbissimos vultus, instare ferro, sæuire secu-
ribus, vt si singulos ictus sanguis dolórque sequeretur. Nemo tam
temperans gaudij, seræque lætitiæ, quin instar vltionis videretur cer-
nere laceros artus, truncata membra, postremo truces horrendásque
imagines abiectas, excoctásque flammis, Simocatta c.2. lib.3. In seditione milites τὰς βα-
σιλικὰς ἀνδριάντων καταῤῥιπῆαι ἀνεχείρησαν, ὃ δὴ καὶ γέγονεν. ἀφανίζεσι γὰρ καὶ τὰ διὰ τῆ γραφῆς ἀνα-
θήματα, ἄωρος σανίσιν καὶ πέλεκυσιν εἰς βασιλέως τιμὴν χρωματουργία σωστάθεσα τεχνικὴ, *statuas re-* D
*gias euertere aggressi sunt, quod & factum est. Deleuerunt item imagines pictas, quæ in honorem regis
positæ in tabulis & asseribus artificiosè coloribus expressæ erant.* Eusebius sub finem lib. 9. histor.
eccles. Maximinus διὰ τῶν γραμμάτων δημοσίων ἀνεσκεύασε, γραφάς τε ὅσας εἰς τιμὴν αὐτῆ
καὶ τῶν αὐτῆ παίδων καθ' ὅλην ἀνέκειντο πόλιν, αἱ μὲν ὀρθὰς εἰς ἔδαφος ῥιπτέσθαι συνετίθεντο,
αἱ δὲ τὰς μετώπας ἠρεμοῦσι σκοτεινῷ χρώματι καταμελανόμεναι. ἀνδριάντων δὲ ὁμοίως ὅπόσοι εἰς
τιμὴν αὐτῆ τιμὴν ἐφανερώθησαν, ὡσαύτως ῥιπτέσθαι συνετίθεντο, γέλως καὶ παιδιὰ τοῖς ἐνυβρίζειν
καὶ ἐμπαροινεῖν ἐθέλουσιν ἐκκείμενοι. Maximus hostis ab imperatoribus renuntiatus, tyran-
nus impius *publicis edictis proscriptus erat. Imagines ac picturæ quæ in honorem eius ac filiorum
positæ erant per omnem vrbem, aliæ ex alto ad terram deiectæ conterebantur, alijs vultus colore nigro
infecti reddebantur inutiles: quotquot item statuæ eius honori erectæ erant, euertebantur, risui ac
ludibrio omnium expositæ.* Apud Lampridium statuarum tituli luto tecti, vt fieri solet de E
tyrannis. Lutati tituli statuarum. Apud Laërtium Athenienses Demetrij Phaleræi, imagi-
nes ὠρεπηλάκιζον. Athenis damnatos luto aspergebant. Sozomenus lib. 2. scribit Ischy-
riona Presbyterum vinctum, quia lapidibus *regias imagines petierat*, ὡς βασιλικὰς εἰκόνας
λιθάσαντα. Panegyr. Nazarij ad Constant. Ecce enim venerandarum imaginum acerba
deiectio (facta à Maxentio) & diuini vultus litura deformis. Aboleri hic vultus non po-
test, vniuersorum pectoribus infixus, nec commendatione ceræ, aut pigmentorum fucis
renitet, sed desiderio efflorescit animorum. Vt quisque imperator militibus stipendiis
imminutis aut in longum dilatis ingratus, aut vectigalium oneribus iniustis apud popu-
lum offenderat, eius imagines plectebantur, aut vxoris ac filiorum. Libanius περὶ στάσεως
ad Theodos. ἔδεσα γὰρ ἡ πόλις μεμψαμένη τι τῶν αὐτῆς, χαλκοῦν εἰκόνα αὐτῆ καθελόντες,
εἶτα ἄραντες περὶ ἣν ἡ ὀπὴ τὰς παῖδας ἐν τοῖς διδασκαλείοις νόμον ἔτυπτον, ἵνα τὰ τε νῦν
καὶ τὰ μὴ τότων, καὶ τα προσιθέντες, ὡς ὅτω πληγαὶ τοιαῦται προσήκουσι, πλεῖον ἀπέχῃ βασιλέως:

Edessa

A *Edeſſa vrbs cùm durius ab imperatore accepti ciues eſſent, imaginem eius æream detractam, deinde pronam ac præcipitem tollentes, vt pueri in ſcholis cædi ſolent, loro humeros dorſum natéſque feriebant, addebántque eum cui conueniant eiuſmodi verbera, plurimum à regia dignitate abeſſe.* Conſtantius iniuriam moderate accepit, nec vehementius excanduit. Antiochi ciuitas cum nouo vectigali à Theodoſio grauata eſſet, ciues *æream imaginem laudatiſſimæ Placillæ vxoris eius* (alij Flaccillam eſſe volunt) *deiecerunt, & per vicos vrbis vnco traxerunt,* ἢ τὼ χαλκὼ εἰκόνα τ πανσόφιμε πλακίλλης κατωύσησέ τε, ἢ ὅλη πολὺ τ πόλεως κατέσυρε μέρ@, quare offenſus Theodoſius τὰ τ πόλεως ἀφέλεσ προνόμια, ait Theodor. lib. 5. Hiſtor. eccleſ. c. 19. Veſpaſianus neminem eorum occidit, qui ſtatuas eius euerterant. οἱ ὴ δὴ τ πατέρα Τ πί τε μηδέν σε ταύτη λείπεσθ λέγοντες, τ ἐν μὼ τ εἰκόσι ὅμοια πεπονθότα, κτείναντα ὴ ἑτέρα τῆ παρ' ἑαυτῦ ψήφω: *Qui verò Titi patrem nihil tibi hac virtute concedere dictitant, quod in imaginibus paria ſit*
B *perpeſſus, ac neminem ſententia ſua peremerit,* ait Libanius orat. ad Theodoſ. ὃς γὸ μετ' αἰδῦς ἐωρῶμὼ ὑμετέρας εἰκόνας, ταύτας οὐκ ἄτως εἶδον οἱ θλιμεώτατοι: *Quas cùm veneratione intuebamur veſtras imagines, eas illi audaciſſimi non ita ſuſpiciebant,* imò deiiciebant. Andronici imagines cùm Iſaacius imperator à populo creatus eſſet, euerſæ ſunt. Nicetas lib. 2. Andronici, ἢ ἐν τῆ πόλ τὼ οἰκείαν ἐξυθενωμὼνον εἰκόνα, εἴτε τ πρωσώπε χαρακτῆρα βέλοιτ τις ἄπω νοεῖν, εἴτε τὰ ὅλη τ τοιχῶν ἢ σανίδων ἀνάσματα, ἐπεὶ ἢ ταῦτα ὁ πολὺς καταγελάσ λεὼς, ἢ διεσπεδάκ πᾶς γῶ, ἢ ἐλεπτυνεν. Talis exitus oppreſſit Andronicum, *imagine eius in ipſa vrbe ad nihilum redacta, ſiue quis vultum eius intelligat, ſiue ſtatuas & picturas in tabulis & parietibus. Nam eas quoque vulgus perdidit & comminuit.* Libanius de imagin. ad Theodoſ. *Si Antiocheni peccaſſent tantum in iuniorem è filijs imperatoris, ferendum eſſet. Si autem iuniori adiungitur filius natu*
C *maior, & maiori filio mater, matri ipſe imperator, nonne res grauior eſt, quàm vt ferri poſſit? His omnibus intolerabilius eſt,* ait Theodoſius, *quòd patris mei equeſtrem ſtatuam deiecerunt:* εἰ γὸ πᾶ μόνον τ νεώτερον τ παίδων ταῦτα ἰῶ ἠσελγημὼνα, φέρὴν ἔδῃ. εἰ ὴ πρόσει μὼ ὁ πρεσβύτερ@, τέτῳ ὴ ἡ τεκοῦσα, τῆ τεκούσῃ ὴ ἐγώ. ἢ δὴ τέτῳ ἀφορητότερόν ἐμοι τ ἱππέα τ πατέρα τ ἐμὸν ὠπῷ ἵππῳ ἐνέσκοντες. Sozomenus lib. 7. ὁ δῆμ@ τὸς Ε βασιλέως ἀνδριάντας καθεῖλε, ἢ τ αὐτῦ γαμετῆς, ἢ χοίνῳ πρεσήψας εἵλκε. *Populus Antiochiæ imperatoris ſtatuas deiecit, & vxoris eius, & fune alligatas per vicos raptauit.* Plinius, nulli arbitror plures ſtatuas dicatas, quam Demetrio Phaleræo Athenis. Si quidem cccIx. ſtatuere quas mox lacerauerunt, nondum anno hunc numerum dierum excedente. Caligulæ nomen à Claudio ſublatum, & imagines omnes de more euerſæ. *Ideo nomen eius nota eſt in catalogo imperatorum, quorum memoria celebratur in votis iuramentis, vt neque nomen Tiberij,* οὐκ ὄξιν ἐν τῷ καταλόγῳ τ ἀυτοκρατόρων, ὧν μνήμιμον ποιεμὼν ὅλη τε γῖς ὄρκοις, ἢ ὅλη τ ὀμνύς ποιέμεθα, ὥσπερ ὠδὲ τ πρεείε, ait Dio. Imagines Domi-
D tiani χρυσᾶ ὄντ σωεχωνεύθησαν, *aureæ conflatæ ſunt,* Xiphil. in Nerua. Summiſit Heliogabalus qui Alexandri ſtatuarum titulos luto tegerent in caſtris, vt fieri ſolet de tyrannis, ait Lamprid. Iuuen. 8. ſat.

Frangenda miſeram funeſtat imagine gentem.
Deſcendunt ſtatuæ, reſtimque ſequuntur,
Ipſas deinde rotas bigarum impacta ſecuris
Cædit, & immeritis franguntur crura caballis.
Iam ſtridunt ignes, iam follibus, atque caminis
Ardet adoratum populo caput.
Fiunt vrceoli, pelues, ſartago, patellæ.

E Xiphilin. Imagines Vitellij ex ſignis detrahebant. Idem Seiani τὰς εἰκόνας κατέβαλον, κὴ κατέκοπον, ἢ κατέσυρον, *imagines deijciebant, frangebant, concidebant, raptabant per vicos,* ſimulatque in carcerem truſus eſt, in Vitel. ἑσύροντ ἐς δεσμωτήριον αὐδριάντες ὠπὸ, πολλῶν μὼ αἰσχρῶν ὄνειδιζομὼνων σφισίν, Vitellij ſtatuæ *in carcerem trahebantur, & ijs multa turpia exprobrabantur.* Seneca in Octauia.

Effigies ora Poppææ gerens
Afflicta vulgi manibus
Membra per partes trahunt, diducta laqueis.

Sueton. Domitiano. Senatus adeò lætatus eſt, vt repleta certatim curia ſcalas etiam inferri, clupeóſque & imagines eius coram detrahi, & ibidem ſolo affligi iuberet. Romæ ſtatuas Maximini deiecerunt, imagines perfregerunt, nomen publicitus eraſerunt; ait Capitol. in Gordian.

Architecti statuis euertendis commissi.

Interdum per architectos statuæ euersæ. Cassiodor. Nonnisi architectis facilis est euersio statuæ, nec nisi à magistro loco moueri potest. Cic. 4. in Verrem, Centuripinorum Senatus decreuit, vt quæ statuæ C. Verris, ipsius & filij essent, eas Quæstores demoliendas locarent. Verum & nefas fuit damnati hominis imaginem domi habere. S. Titius quod habuit imaginem L. Saturnini domi suæ, condemnatus est, ait Cicero pro Rabirio. Tacit. l. 3. histor. Primores castrorum nomen atque imagines Vitellij amoliuntur. A

Quanto in pretio imagines imperatorum habitæ.

Tanta autem in dignatione fuere imagines principum, vt pro asylo sicuti templa & aræ essent. Tacitus lib. 3. dabatur deterrimo cuique licentia impunè probra, & inuidiam in bonos excitandi, accepta imagine Cæsaris, &c. Neque ipse audebat ius experiri ob effigiem imperatoris oppositam, &c. Complebantur templa pessimis seruitiorum obæratis aduersum creditores, suspectisque capitalium criminum ob imagines principum. Edixere triumuiri, ne quis qui impunitatis caussa in templum D. Iulij confugisset inde eiici, vel abripi posset, quod ante ne Deo quidem cuiquam concessum, exceptis iis quæ ad Romuli asylum pertinent. μηδένα ἐς τὸ ἡρῷον αὐτοῦ καταφυγόντα ἐπ' ἀδείᾳ, &c. Seneca lib. de Clement. Seruis ad statuam licet confugere, cum in seruos omnia liceant, &c. Vlpian. in fragment. Ideóque cognosce de querelis illorum, qui ex familia Iulij Sabini ad statuam confugerunt, & siue durius habiti quam æquum, vel infami iniuria affectos, venire iube, vt in familiam Sabini non reuertantur. Sueton. in Augusto. Antonium iuuenem simulacro D. Iulij, ad quod post multas, & irritas preces confugerat, abreptum interimit. Tacit. lib. 1. Senatores ad Deos, ad effigiem Augusti manus tendere. B

Perfugij loca in iure ciuili vetita.

Perfugium illud vetitum l. 1. C. de his qui ad statuas confugiunt. l. 28. D. de pœnis. Philostratus in Apollonio lib. 1. consulendus. Apud Græcos templa, aras, simulacra Deûm perfugium præstitisse vulgatum est. Liuius l. 24. in sacrarium ad penates confugit cum duabus virginibus filiabus, resolutis crinibus miserabilique alio habitu. apud Plaut. Mostellaria seruus qui ad aram confugerat ait, Nimio plus sapio sedens. Euripides Heraclidis, C

ἱκέται καθεζώμεθα βώμοισι θεῶν.
ἱκέται κάθηνται βωμὸν καταστέψαντες.

Supplices sedemus ad aras Deum. Supplices sedent aram velamentis coronantes. Liuius lib. 23. Magius ad statuam Ptolemæi regis confugit. Statuis autem in basi ascriptos titulos, indices, elogia, epigrammata scitum est. Dio ἐπίγραμμα τῆς εἰκόνος vocat. Horat. l. 1. sat.

Qui stupet in titulis & imaginibus.

Tibul. l. 4.

Nec quæras, quid quaque index sub imagine dicat.

Tertul. l. 1. in Tarcion. huic Deo quem titulum incidemus. Tibul. D

At tua non titulus capiet sub imagine facta.

Plutarch. in Tito Flam. scribit eius imaginem ad circum γράμμασιν ἑλληνικοῖς ἐπιγεγραμμένην. Tertullian. Philosophis statuas diffunditis, imagines inscribitis, titulos inciditis, in æternitatem quantum de monumentis potestis. Diaconus lib. 21. Cecidit & simulacrum quod stabat super Attali porta magni Constantini, vna cum ipso Attalo, & titulus Arcadij, qui supra Xerophili columna stabat, & simulacrum maioris Theodosij quod supra auream portam videbatur.

CAPVT XIV. E

De iuramento in verba Imperatoris.

Iuramẽtum magistratus Romani, quis.

MORIS olim Romæ fuit, vt magistratus in leges iurarent, narrante Liuio lib. 31. Magistratus, inquit, plus quinque dies, nisi qui iurassent in leges, non licebat gerere. Plutarch. in Catone ostendit ipsum etiam Senatum in leges iurasse, καὶ προσεψηφίσαντο τὴν σύγκλητον ὀμόσαι πᾶσαν. Apud Dionys. Halycar. lib. 6. populus in legem tribunitiam, quæ *sacrata* dicitur, *iurauit*, ὀμόσαι καθ' ἱερῶν. Id quidem obtinuit libera Rep. Sub imperatoribus aliud sacramentum introductum. Cùm primùm enim imperatores renuntiati essent, in eorum verba subditi omnes adigebantur, iubebantúrque in verba, in nomen, in acta imperatorum iurare. Tacitus lib. 1.

Germa

A Germanicus nihil contatus ſacramento milites adigit, id eſt, in verba Tiberij iurare iubet. Addebat Meſſala Valerius renouandum per annos ſacramentum in nomen Tiberij. Quotannis enim Kalend. Ianuariis id ſacramentum renouabatur. Statius lib. 4. Syluarum,

———*nouique*
In leges iurare fori.

Leges illas accipio, de iure & legibus, quas Domitianus 17. Conſul laturus erat. Tacitus lib. 1. Annal. Sequanos proximos, & Belgarum ciuitates in verba imperij adegit. Item, S. Pompeius, & S. Apuleius Cos. primi in verba Tiberij Cæſaris iurauere, apúdque eos Seius Strabo, & C. Turranius, ille prætoriarum cohortium præfectus, hic annonæ. Mox Senatus, miléſque & populus. Plutarchus in Galba, milites iurabant imperatori, non Senatui,
B ſe *mandata facturos*, ποιήσειν τὸ προστασσόμενον. Tacitus lib. 1. hiſtor. Otho tantum præiret ſacramentum militibus vexillariis comitantis Galbam prætoriæ cohortis. Idem lib. 15. Annal. iureiurando Pæti cautum apud ſigna.

Romæ enim ad aram Maximam in verba, & leges imperatorum iuratum, in caſtris ad ſigna, & principia vbi ſigna. Symmachus de Ara Max. vbi in leges & imperatoris verba iurabimus. Suetonius in Galba c. 11. vt occiſum Neronem, cunctóſque in verba ſua iuraſſe cognouit. Claudius armatos pro concione iurare in nomen ſuum paſſus eſt. Herodianus lib. 2. milites σεβαστὸν προσεῖπον τὸν πρτίνακα, εἴς τε τὸ ἐκείνου ὄνομα τοὺς συνήθεις ὅρκους ὀμώσαντες, καὶ θύσαντες δαφνηφορούντες πᾶς ὁ δῆμος, καὶ στρατιωτικὸν: *Auguſtum dixerunt Pertinacem, & cùm in eius nomen iuraſſent, ac ſacrificaſſent lauro coronati populus, ac milites.* Iuratum etiam eſt in verba Seiani ſub Tiberio, quod poſtea vetitum. Dio, mortuo Seiano
C ἡ μὲν βουλὴ ἐψηφίσατο μή τε τοὺς ὅρκους ἐπ' ἄλλου τινὸς πλὴν τοῦ αὐτοκράτορος ποιεῖσθαι, *Senatus decreuit ne in cuiuſquam nomen niſi imperatoris iuraretur.* Capitolinus in Maximinis, omnes in Maximi, & Balbini verba iurarunt.

Iuramenti locus Romæ, quis.

Milites iurantes interdum gladios ceruicibus admouerunt, vt mortem ſibi oppetēdam, priuſquam ſacramenti fides deſereretur, oſtenderent. Ammianus lib. 21. Iuſſiq́ue vniuerſi in eius nomen iurare ſolemniter gladiis ceruicibus ſuis admotis ſub exſecrationibus diris, verbis iurauere conceptis, omnes pro eo (Iuliano) caſus, quoad vitam profuderint, ſi id neceſſitas exegerit, perlaturos. lib. 26. Sub exſecrationibus diris in verba iurauere Procopij. Ab hoc more dixit Horat.

Gladius ceruicibus militū iurātiū admotus.

———*In verba iurabas mea.*
Nullius addictus iurare in verba magiſtri.

D Petronius, in verba Eumolpi iurauimus l. 1. D. de extraordinar. cognit. Doctores honorarium petere in ingreſſu ſacramenti, quia diſcipuli ſacramento illis dicebant. Caſſiodor. in form. comit. Archiatror. in ipſis huius artis initiis ſacramenta vos conſecrant. Poſt iuſiurandum in matriculam relati. A Francis etiam, & Gotthis hoc iuſiurandum exactum. Venantius de Geleſuinta, quæ ex Hiſpania miſſa vxor ad regem Franciæ,

Atque fidelis ei ſit gens armata per arma
Jurat iure ſuo, ſe quoque lege ligat.

Vnde ſubditi ligati Francis. Athalaricus Rex Gotthorum ad Liberium præpoſitum Galliarum, apud Caſſiodorum lib. 8. e. 6. vt ſub iuriſiurandi religione promitterent fidem ſe regno noſtro deuoto animo ſeruaturos. Sed Romam redeamus. Plinius lib. 10. epiſt. ad
E Trajan. Diem quo ſuſcepiſti imperium celebrauimus, precati Deos vt, &c. Præiuimus & commilitonibus iuſiurandum more ſolemni præſtantibus, & prouincialibus qui eadem certarunt pietate iurantibus.

Aliud eſt in acta iurare, id eſt, iureiurando dato polliceri ſe rata omnia habiturum, quæ imperator feciſſet, tuliſſet. Suetonius, Tiberium ne in acta ſua iuraretur, obſtinatiſſimè recuſaſſe. Tacitus lib. 13. cùm in acta principum iurarent magiſtratus, lib. 1. Tiberius in acta ſua iurari, quanquam cenſente Senatu, non permiſit. Auguſtus τοὺς ὅρκους ἀφῆκεν, Senatoribus de legibus ſuis ſeruandis remiſit iuſiurandum. Acta Cæſaris propriè leges. Cic. 7. in Verrem, Quare acta Gracchi, leges Semproniæ proferuntur, Quare Syllæ Corneliæ, & è Cæſare ipſo ſi quæreres quidnam egiſſet in vrbe, & toga, leges multas reſponderet ſe & præclaras tuliſſe. Idem Philippica 1. & in orat. de Prouinc. Conſular. Et vos acta Cæſaris defenditis, qui legeſeius euertitis. Si quid memoriæ cauſa retulit, id numerabitur in actis. Illa acta pulcrè interpretatur Dio in Iulio, ὀμνύναι μηδενὶ τῶν ὑπὸ καίσαρος πρατο-

In acta iurare, &c. quid.

μὴν αὐτοκράτορ, *iurare se nullis eius decretis refragaturos.* Iurabant autem non in acta tantùm principis, qui tum imperaret, sed & superiorum omnium principum, excepto Tiberio, & Caligula. Tacit. lib. 13. Cùm in acta principum iurarent, πρῶτός τε ὁ Αὔγουστος ὀμόσας τά τε ἄλλα ὤμοσε, καὶ αὐτὸς ὑπισχνήθη. ἔφασκε γὰρ τὸν ὅρκον τοῦτον τὸν ποιήσαντα ἐπιτρέψειν. Tiberius apud Dionem, & alios in acta Augusti iusiurandum adegit, & ipse præstitit. Nemini tamen permisit, vt in acta sua iuraret. Firmabant enim vt plurimum posteriores imperatores acta priorum. P. Diaconus lib. 9. Cùm donata, concessave à prioribus principes insequentes firmare solerent, Titus simul vt imperium cæpit, talia possidentibus edicto sponte cauit. Primi Triumuiri Kalend. Ianuariis, & ipsi iuratunt, & alios adegerunt rata se habituros omnia acta D. Iulij, ait Dio lib. 42. & 47. Postea & idem iuratum de Cæsare Octauiano, quod & hodiéque vsurpatur in aliis, qui aut tenent imperium, aut tenuerunt, nisi forte infamia, ignominiaque publicè notati, vt Dio lib. 47. ἐν τῇ πρώτῃ δὲ ἔτει ἡμέρᾳ αὐτίτε ὤμοσαν, καὶ τοὺς ἄλλους ὤμοσαν βεβαιοῦν νομεῖν πάντα τὰ ὑπ' ἐκείνου καίσαρος ὀκταβιανοῦ γεγράμμενα. καὶ τοῦτον καὶ νῦν ὅτι πᾶσι τοῖς τοῦ κράτους ἄρχουσι ἡ καὶ ἐπ' ἀμφότερα ποτὲ γεγραμμένοις, καὶ μὴ ἀπομωθεῖσι γίγνεται. Plin. Paneg. Scis tibi vbique iurari, cùm ipse iuraueris omnibus. P. Diaconus aliam iuramenti formam habet lib. 23.

Militia iuramentis submissa.

Irene cæpit iuramentis submittere militiam ita dicentem, quia quousque tu viuis, non permittimus filium tuum imperare. Et iurabant omnes sic, nemine auso contra dicere. Misit, & venerunt qui iurabant ad Armeniacorum thema, qui iurare minime consenserunt, quia non imperabimur à filio tuo in vita tua, sed nec præponemus, inquiunt, Irenes ante Constantini nomen, sed Constantini & Irenes, vt ab initio suscepimus. Dio lib. 53. ἐν ᾗ τῇ νομιμίᾳ ὅρκους ἡ βουλὴ βεβαιοῦσα τὰς πράξεις αὐτοῦ ἐποίησαν. Kalendis Ian. Senatus in acta Augusti iurauit. lib. 16. Tacit. Principio anni vitare Thraseam solemne iusiurandum. Eiusdem animi est Poppæam Diuam non credere, cuius in acta D. Iulij, & Augusti non iurare. Dio lib. 60. negat iurari solitum in verba Tiberij, & Caligulæ ob flagitia.

Iurare quomodo soliti Romani.

Iuratum autem vno aliquo ex magistratibus verba præeunte reliquis assentientibus, vt supra è Taciti lib. 1. ostendimus, & indicat Dio l. 58. Cùm, inquit, diu obtinuisset, vt non viritim Kal. Ian. iurarent, sed vno præeunte, reliquis assentientibus, Senatus hoc non fecit, sed vltro nemine cogente pro se quisque iusiurandum præstitit, quasi sanctius futurum esset. Claudius præiurationem iterum reduxit, vt Dio lib. vlt. Claudius, inquit, ipse omnia quæ de more erant iurauit, alios viritim iurare vetuit, sed vnus aliquis prætor reliquis prætoribus, vnus aliquis Tribunus plebis, reliquis Tribunis iusiurandum præibat, cæteri assentiebantur, & hoc in plures annos seruatum, postea mutatum, vt pro se quisque iuraret. νομίζομένου δὲ συχνὸν χρόνον ἤδη μηκέτι κατ' ἄνδρα τὸν βουλὴν ἐν τῇ νομιμίᾳ ὀμνύναι, ἀλλ' ἑνὸς, ὥσπερ εἴρηκα μοι, προσομνύντος, καὶ τοὺς λοιποὺς συνεπαγεῖν, οὐκ ἐποίησαν αὐτὸ, ἀλλ' αὐτεπάγγελτοι μηδενὸς πρὸς ἀναγκάσαντος ἰδίᾳ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος ὑπισχνήσαντο, ὥσπερ τι καὶ τοῦτο μᾶλλον ὁρκήσοντες. Milites ante omnia iurabant in principis salutem. Arrianus lib. 1. c. 14. in dissertat. Epict. τῷ θεῷ ἔδει καὶ ἡμᾶς ὀμνύειν ὅρκον οἷον στρατιῶται τῷ καίσαρι, ἀλλὰ ἐκεῖνοι μὲν τὸν μισθοφορείαν λαμβάνοντες ὀμνύουσι πάντων προτιμῶσι τὸν δὲ καίσαρος σωτηρίαν: *Oporteret nos Deo præstare iusiurandum, quale milites Cæsari præstant. Sed illi stipendium accipientes iurant Cæsaris salutem se rebus omnibus antiquiorem habituros.* Suet. Cal. c. 15. De sororibus auctor fuit, vt omnibus sacramentis adiiceretur, Neque me, liberosq; meos cariores habeo, quam Caium, & sorores eius. Eo respexit Tertullianus lib. de corona milit. credimus ne humanum sacramentum diuino superduci licere, & in alium dominum respondere post Christum? Et eierare patrem & matrem, & omnem proximum, quos & lex honorari præcipit. Dio lib. 59. Senatores non modò in acta Augusti & Caij iurant, vt moris erat, sed etiam se Caligulam & sorores eius sua ipsorum & liberorum salute cariores habituros. Apud Cedrenum p. 595. Dux qui sacramentum adegerat milites secum in pugna morituros aduersus Sarracenos, maiestatis postulatur, quia sacramentum id vni imperatorum præstitum. Nicephorus Gregoras lib. 4. Populum in verba imperatorum sua ætate iurasse ostendit. Tassilo Dux Baioariorum more Francico in manus Pipini in vassalicum manibus suis semetipsum commendauit, & fidelitatem iurauit. Æmoin. lib. 4. Iurabant & imperatores se nullum Senatorem interempturos. Spart. in Hadriano. Xipil. in Seuero, ἐνεώσατο οἷα καὶ οἱ πρόσθεν ἀγαθοὶ αὐτοκράτορες πρὸς ἡμᾶς, ὡς μηδένα τῶν βουλευτῶν ἀποκτείνῃ, καὶ ὤμοσεν: *renouauit, vt ante boni imperatores, iusiurandum, se neminem è senatu interemturum.* Cassiodorus l. 10. Theodahatus per denos legatos Senatui & populo Rom. iureiurando securitatem dedit, ep. 16. 17.

Postremum

A Postremum hoc addo, etiam sub Christianis imperatoribus sanctissimum fuisse iusiurandum per salutem principis. Apud Cedrinum sub Arcadio, imperatrix τὴν σωτηρίαν τοῦ βασιλέως iurat, salutem imperatoris. Zozimus ἢν μὲν γὰρ πρὸς τὸ θεὸν τετυχήκει διδόμενος ὅρκος, ἢν ὡς εἰκὸς παριδεῖν, ἐνδιδόντος τοῦ θεοῦ τῇ φιλανθρωπίᾳ τὴν ἐπὶ τῇ ἀσεβείᾳ συγγνώμην. ἐπειδὴ δὲ κατὰ τῆς τοῦ βασιλέως ὠμωμόκεσαν κεφαλῆς οὐκ εἶχε θεμιτὸν αὐτοῖς εἰς τοσοῦτον ὅρκον ἁμαρτεῖν: *Si enim per Deum iuratum esset, potuit dissimulari, Deo dante impietatis veniam solita in homines humanitate. Quando autem per caput imperatoris iuratum est, nefas eis esse in tanto sacramento peierare.* Tacit. l. 1. Rubrio crimini dabatur violatum periurio nomen Augusti. Claudius iusiurandum neque sanctius sibi, neque crebrius instituit quàm per Augustum. Tertullianus. Citius apud vos per omnes Deos, quam per vnum genium Cæsaris peieratur. Minutius in Octauio. Et est eis tutius per Iouis genium peierare, quam regis.

Iusiurãdum per salutem principis Christianis imperatoribus sanctissimum.

B Iusiurandum per caput regis aut patris antiquum, & frequens. Iuuen. 6.

Iusiurandũ per caput regis aut patris.

———Græcis nondum iurare paratis
Per caput alterius.

Virgilius l. 8.

Per caput hoc iuro, per quod pater ante iurabat.

Ouid. l. 5. Trist.

Per caput illesuum solitus iurare, tuúmque,
Quod scio non illi vilius esse suo.

Zonar. t. 3. p. 106. ἐπιθὲς τὴν χεῖρα κεφαλῇ μου, καὶ ὄμνυσον, *impone manum capiti meo, & iura.* Zozim. lib. 5. Capite imperatoris tacto iuratur per eius caput. Genes. 42. Iacob iurat,
C νὴ τὴν ὑγίειαν Φαραώ. Basilius ad Psalm. 14. εἰσὶ δέ τινες λόγοι σχήματά τινα ὅρκων ἔχοντα, ὅρκοι δὲ μὴ ὄντες, ἀλλὰ θεραπεία πρὸς τοὺς ἀκούοντας: *Sermones quidam formam habent sacramenti, & sacramenta non sunt, sed obseruantia, & honor audientibus*, vt cùm Ioseph per salutem Pharao iurat, Diuus Paulus, νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν, ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ιησοῦ, *non per eam gloriationem quam habeo propter vos in Christo.* Per salutem Iulij Cæsaris Romæ primum iuratum. Dio lib. 44. Senatores ἐπεῖδον ἀποθνήσκοντα ἄνδρα ὑπὲρ οὗ δημοσίᾳ κατ' ἔτος εὔχεσθαι ἐψηφίσαντο, καὶ οὗ τὴν ὑγίειαν, τήν τε τύχην ὄμνυσαν: *Viderunt hominem morientem, pro quo publicè quotannis vota nuncupare S. Consulto decreuerant, & cuius per salutem, fortunámque iurabant.* Si quis deferretur, quasi per fortunam Tiberij periurasset, causam non admisit, ait Suetonius. Strabo lib. 12. regium iusiurandum esse ait Ponti, iurare *fortunam regis*, τύχην βασιλέως.

D

CAPVT XV.

De Moneta Imperatoris.



IVs monetæ cudendæ adeò imperatoribus proprium fuit, vt ne ipsi quidem Persarum reges sua imagine nummos aureos excudere potuerint. Primi omnium Franciæ reges neglecta imperij maiestate nummos aureos sua imagine percusserunt, ait Procopius lib. 2. Gotth.
E Apud Herodianum lib. 1. Perennium Commodus morte mulctauit, quod milites nummos attulerant eius imagine cusos. Apud Ammianum lib. 26. Qui aureos nummos effigiatos in vultum noui principis ferebant, ab Equitio militum rectore, genere diuerso pœnarum exstincti sunt. P. Diaconus 19. lib. Iustinianus Pogonati filius Habdimelech Arabis monetam signatam non imperatoris vultu, sed ipsius Abdimelech, repudiauit. Imperatores vt primum renuntiati nummos alij aliorum principum imagine signatos conflarunt, & sua signarunt, alij delere imagines priorum noluerunt, sua tamen recentes nummos excuderunt. Dio lib. 41. Iulij Cæsaris imagine nummos esse signatos commemorat. Lampridius in Alexandro Seuero, Monetæ nomen Antoninis reddatur. Gallienus Odenatum participato Imperio Augustum vocauit, eiúsque monetam, qua Persas captos traheret, cudi iussit, ait Trebellius in Gallieno. Ruffinus occisus quia nummos imagine sua procuderat. Claudianus lib. 2. in Ruffinum,

Monetæ cudendæ ius quibus proprium.

Atria

Atria regifico iussit splendere paratu A
Exceptura dapes, & quod post vota daretur,
Inscribi propriis aurum fatale figuris.

Alexander Seuerus Alexandri habitu nummos plurimos figurauit, & quidem electreos aliquantos, sed plurimos aureos, vt Lampridius. Seuerus νομίσματα ἀλβίνα κοπῆναι ἐπέτρεψε, ἀνδριάντων τε ἀνασήσεσι, *nummos cudi Albini imagine voluit, & statuas erigi*, narrante Xiphilino. Lampridius, moneta Diadumeni nomine percussa est, signa in castris & vexilla fieri Antoninus iussit. Idem, Antoninus Diadumenus vbi primùm indumenta coccea & purpurea, ceteráque castrensia imperij insignia accepit, monetam imagine sua procudendam curauit. Vopiscus in Proculo probat, Proculum verum Imperatorem fuisse, quod & vsus purpura, & percussa moneta Augustus vocatus est. Vitellius, τὸ ἐπὶ νέρωνος, B & τὸ ἐπὶ γάλβα, τότε ὄθωνος κοπὲν νόμισμα ἐτήρησεν, οὐκ ἀγανακτῶν τὴν εἰκόσιν αὐτῶν, ait *Xiphilinus, nummos Neronis, Galbæ, Othonis imagine percussos seruauit, nec eorum imagines respuit.* Herodianus lib. 2. Seuerus τῷ τε βασίλειον ἐνδύσαι, νομισμά τ' αὐτῷ κοπῆναι ἐπέτρεψε, Albino *purpura regia vti, & monetam eius imagine cudi permisit.*

Nũmi imperatorum imagines expressas habentes.

Alias etiam imagines in nummis suis imperatores expresserunt. Iulianus βωμὸν καὶ ταῦρον ἐντυπωθῆναι κελεύσας τῷ ἑαυτοῦ νομίσματι, vt Socrat. lib. 5. *Aram & taurum in nummis suis excudi iussit.* Constantinus Magnus ἐν τοῖς χρυσοῖς νομίσμασι τὴν αὐτοῦ εἰκόνα ᾗ ἢ χριστιανὸς διετύπωσε, ὡς ἄνω βλέπειν δοκεῖν αἰωρούμενον πρὸς τὸ θεῖον τρόπον εὐχόμενον: *In aureis nummis imaginem suam ita expingi iussit, vt cælum suspicere intentis ad Deum oculis specie precantis videretur*, ait Eusebius lib. 4. de vita Constant. Iustinianus ἀμειβόμενος καλῶς αὐτοκράτωρ ἰδέας ἐν νομίσμασι χρυσέας, ἀργυρέας σωλίτην ἐχάραξε ῥωμαίων ἐπαμυνόν, καὶ θείαμβον ἐπί- C μασεν τῇ δεξιᾷ χειρί, *Imperator vt gratiam pulcrè reponeret Belisario, in nummis expressit imaginibus aureis & argenteis cataphractum ense stricto, & triumphum benemerito & ter forti adornauit*, ait Manasses in Politicis versibus. Zonaras & Cedrenus, ἐν ἑνὶ μέρει τὴν νόμισμα ἑαυτὸν ἐγχαράξας, ἐν δὲ ἑτέρῳ βῆσιάριον ἔνοπλον, καὶ ὀπισθόφας, βῆσιάριος ἡ δόξα τῶν ῥωμαίων: Iustinianus *in vna parte nummi seipsum, in altera Belisarium armatum expressit, ascripsitq́, Belisarius gloria Romanorum.* Cedrinus.

Moneta Iesu Christi imaginẽ referens à quo primùm excusa.

In moneta primus Iohannes Tzimisces εἰκόνα σωτῆρος ἐνέγραψε, *expressit imaginem seruatoris*, cum his verbis Iesus Christus rex regum, vt Glycas parte quarta. Reliqui imperatores ex auro puro puto nummos, Caracalla ex auro, & argento adulterino percussit. Xiphilinus, τῷ οὖν αὐτωνίνῳ τά τε ἄλλα καὶ τὸ νόμισμα κίβδηλον ἦν: *Antonino cùm cetera omnia, tum nummus adulterinus erat.* Nam pro auro, argentóve quod nobis daret, ait Dio, plum- D bum argentatum, & æs inauratum parabat. Sed optimè Aurelianus nouam monetam publicè distribuit, plebem quicquid haberet adulterinæ monetæ reddere iussit, *commercijs hoc modo ab omni confusione vindicatis.* τὸ κίβδηλον ἀποδόντας τοὺς ἀπὸ δήμου ἀφῃρημένους, vt Zonaras. Verùm de Francis audiendus est Procopius lib. 2. Gotth. νόμισμα χρυσοῦν οὐκ ἔστιν ἐν γάλλοις μεταλλᾶν πεποιημένον, οὐδὲ ῥωμαίων αὐτοκράτορες, ἡνίκα ἐθέλουσι, χαρακτῆρα ἐνδήμιοι τῷδε σφίσιν τύπῳ, ἀλλὰ τὴν σφετέραν αὐτῶν εἰκόνα, καί τι νόμισμα ἢ ἀργυροῦν ὁ ἀφθόνων βασιλέως ἢ βάλοιτο ποιεῖν ἐώθει. χαρακτῆρα δὲ ἴδιον ἐμβαλέσθαι σφίσιν χρυσῷ ἔτι τὴν αὐτῶν ἀρχοντα δήμου, οὔτε δὲ ἄλλον, ὃν πω οὖν βασιλέα τῶν πώποτε βαρβάρων, καὶ ταῦτα μᾶλλον ὄντα χρυσὸν κύειον. ἐπεὶ οὐδὲ τοῖς ξυμβάλλουσι πρόσεστι τὸ νόμισμα τοῦτο οἷοί τε εἰσι, εἰ καὶ βάρβαρος τὸν ξυμβάλλοντας εὖ ξυμβάλῃ. Franci Arelate *aureum nummum ex metallis Galliæ fecerunt, neque Romani imperatoris, vt moris erat, vultum excuderunt huic flateri, sed suam ipsorum imaginem. Et cer-* E *tè nummum argenteum arbitratu suo quacunque imagine procudit Rex Persarum, proprium autem vultum injicere aureo flateri neque ipsum regem fas est, neque alium regem omnium barbarorum, licèt amplius auri habeat. Quandoquidem neque nummum aureum numerare possunt ijs cum quibus contrahunt, licèt sint barbari.* Arabes nummos Romana imagine percussos non recipiebant, ait Diaconus lib. 19. Constantinus *siue in nummis excuderetur, siue in imaginibus pingeretur iussit sibi semper adiungi salutare signum crucis.* vt Sozomen. lib. 1. πλατόμενον ἐν νομίσμασι καὶ εἰκόσι γραφόμενον ἐκέλευσεν ἀεὶ συγκάθεσθαι καὶ σωτήριόν τοῦτο τὸ θεῖον σύμβολον σωθέν. *Artifices lanarum, & monetarij in duos ordines populosos tributi ex mandato imperatoris, cum vxoribus & domesticis Cyzici agebant, singulisq́, annis certum tributum in ærarium inferebant, illi quidem chlamydum militarium, hi verò nummorum recens percussorum,* τὸ δημόσιον ἐσεργῶν, καὶ τὸ τεχνιτῶν δὲ νομισματος, οἱ πλῆθος ὄντες, καὶ ἐς δύο τάγματα πολυανθρωπα ἐξηκεκεμένοι ἐν προσάγματος τὸ πρὶν βασιλέων, ἅμα γυναιξὶ καὶ οἰκείοις ἀνὰ πᾶν κύζικον διετέλουν, ἔτος ἑκάστῳ ῥητὸν χαράγματος

τῷ

A τῷ δημοσίῳ καταπθέντες, οἱ μὲ ἐραπωτικῶν χλαμύδων, οἱ δ' νεκρῶν νομισμάτων, ait Sozomenus libr.5.

Mutabatur aurea moneta cum imperatoribus. Narrat enim Photius in Bibliotheca p. 762. Septem Christianos qui Decij Augusti vexationi se subduxerant, in specu somno consopitos sub Theodosio iuniori euigilasse, qui cùm misissent Iamblichum famulum Ephesum vrbem, *vt cibos dominis emeret & afferret, Iamblichus comprehensus sit ob nummos quos attulerat, quasi thesaurum repperisset*: τροφὰς ὠνησαὸς, ἐ κομίσας, ὃς τ ἐφεσίων καταλαβὼν πόλιν συλλαμβάνε) δι' ἃ ἐκόμισε νομίσματα, ὡς θησαυρὸν δέχαίων ὑρεῖν. *Mutatio aureæ monetæ cum imperatoribus.*

Nummi ad rerum gestarum memoriam sæpe percussi, caussæq; adiectæ. Sic nummis Augusti, Republica conseruata, Ægypto capta, Asia receepta, ciuibus seruatis, Armenia capta, signis receptis, ciuibus & signis militaribus è Parthis recuperatis. In num- B mis Tiberij, ciuitatibus Asiæ restitutis, in nummis Vespasiani, Iudæa capta. In nummis Domitiani, fisci Iudaici calumnia sublata. In nummis Trajani, vehiculatione Italiæ remissa, plebi vrbanæ frumento constituto, Assyria & Palæstina in potestatem populi Rom.recepta. *Nummi ad rerũ gestarũ memoriam percussi.*

Coronæ item quernæ ciuicæ, in Augusti, Tiberij, Caij, & aliorum principum nummis excussæ,inscriptio,ob ciues seruatos. Ouid.lib.3.Tristium ep.1. *Coronæ quernæ ciuicæ in nummis excussæ.*

Caussa superpositæ scripto testata coronæ
Seruatos ciues indicat huius ope.

In nummo Tiberij ara sculpta cum hac inscriptione, Prouidentiæ Augusti. In Neronis nummis,Nero,Cæsar Augustus,pace populo Romano vbique parta Ianum clusit.

C De Monetariis ab Aureliano oppressis P.Diaconus lib.10.sub Aureliano in vrbe monetarij rebellauerunt, vitiatis pecuniis, & Felicissimo rationali interemto, quos Aurelianus Victor vltima crudelitate compescuit. Vopiscus, & Aurelius Victor, Felicissimo rationali auctore monetarios nummariam notam corrosisse aiunt. Iam olim Darius Ariandem præfectum interemit,qui in Ægypto nummum Ariandinum percusserat,quod priuato nefas, ait Herodotus lib 4. *Monetarij ab Aureliano oppressi.*

A Moneta dicti monetarij qui monetam percuterent. Vopiscus in Aureliano. Fuit sub Aureliano etiam monetariorum bellum Felicissimo rationali auctore. Aurelius Victor, Neque secus intra vrbem monetæ opifices deleti, qui cum auctore Felicissimo rationali nummariam notam corrosissent,pœnæ metu bellum ferebant. Suidas, μονητάειοι οἱ ωεὶ τὸ νόμισμα τεχίται, *opifices nummorum.* Hesychius, μονητάειον τ κέρμα ἐργαζόμδμον, *lucrum, &* D *nummos faciens.* Ecloga 6. Basilicon, μηδεὶς ἔμπορος, ἢ μονητάειον, ἢ τγώνης ἢ ὀπὸ δύτγὸς ἐφφικίε ὑπιχρείτω γίνεως ἀξιωματικὸς: *Nullus mercator, aut vectigalium manceps, adspiret ad amplas dignitates.* Harmenopulus, μονήτα ἣ καλεῖται τὸ δεχέτυπον σφραγιστήριον, ἢ βελλωτήριον. *Moneta dicitur character archetypus quo excuduntur nummi.* v. gloss. μονήτα τ τυπάριον νομίσματον, *Moneta typus ac character procudendi nummi.* In Vet. inscript. Præpositus monetæ sacri palatij. *Monetarij vnde dicti.*

Procuratores monetarum sub comite largitionum pecuniam cudi curant. Cassiodorus lib.6.form.7.verùm hanc liberalitatem nostram alio decoras obsequio,vt figura vultus nostri metallis vsualibus imprimatur, monetamq; facis de nostris temporibus futura sæcula commonere. In occidente sex procuratores monetæ,sex loca vbi cudebatur. Ammianus lib.22. præpositos monetæ, lib.28. procuratores monetæ.lex 1.C. de Annonis & Capita- E tion.Magistrum æris. *Procuratores monetarum.*

Heliogabalus bilibres nummos percussit, quos Alexander conflauit, vt Lampridius in Alexandro, qui semisses, & tremisses inuenit, id est, dimidium aurei. Sex enim solidi faciebant vnciam, 72.solidi libram auri, l.quoties, ff.de susceptor. & arcar.auri libra in vncias 12.diuisa, aureus sextula dicitur, l.quoties.& l.1.C.de ponder.& auri illat. Singuli aurei duas argenti vncias æquabant, sex aurei libram argenti,vt Plinius lib.33.cap.3. Arcadius voluit quinque solidos libram argenti æquare. Vna argenti respondet 10. librisæris, 20.libræ æris aureo. Libræ argenti pondus minæ, drachmæ 100. denarij 48.l.2.C.de erogat.milit.annon.libra in 12.vncias tribuitur, vncia in duos stateres. Stater in duos siclos,8. drachmæ vnciam efficiunt,vt Epiphanius lib.de ponderib.& mensur.Iosephus l.3.orig.c.9. l.quoties,ff.de suscept.& arcar. *Solidorum, drachmarũ, &c. æstimatio.*

Nota assis ærei olim fuit ab vna parte Ianus geminus,ab altera velum nauis, vnde lusus puerorum,expetentium caput aut nauim,ait D.Augustinus. Denarius argenteus ab altera *Assis æri nota.*

parte

parte caput mulieris armatæ cum hac nota x, id eſt 10. aſſes, ab altera biga aut quadriga, A
IIS, id eſt 11. aſſes ſemis. Victoriatis victoria impreſſa alata manibus coronam tenens cum littera v. id eſt 5. aſſes.

Crux in nũmis à Conſtantino excuſſa.

Conſtantinus crucem in nummis excudit l. 1. C. Theod. de ponder. & aur. illat. Hiſtor. tripart. lib. 1. c. 9. Monetarij huic arti erant cum liberis obnoxij l. 1. C. murileg. nec ſine probatoria imperatoris quis admiſſus. Eclog. 54. Baſilicon. οἱ μονηταριοι ὑποκειεσθωσαν τύχῃ, & ἐδεὶς ὑπὸ ἀξίωμα ἐλευθερώσθω : *Monetarij ſubiaceant fortunæ, nec vllus liber fiat à neceſſitate huius muneris ob dignitatem aliquam.* Prouinciales conferebant carbonem ad fabricandam monetam, l. maximam C. de excuſ. munerum.

CAPVT XVI. B

De Enſe, & Pugione Imperatoris.

Gladiorum apud Romanos vſus.



VIBVSDAM gentibus gladius in vrbe interdictus, aliis adeò in vſu fuit, vt domi, foriſq; enſibus accincti eſſent. Romæ, & in Græcia per vrbes ſine gladio & pugione ciues fuere, Parthi & Galli ſemper enſe accincti. Ammianus lib. 23. Omnes Perſæ promiſcuè vel inter epulas, feſtoſq; dies gladiis cincti cernuntur. Quem Græcorum veterum morem abieciſſe primos Athenienſes Thucydides eſt auctor. Verba Thucydidis lib. 1. πᾶσα γὰρ ἡ ἑλλὰς ἐσιδηροφόρει, διὰ τὰς ἀφεδρείας τε οἰκήσεις, & ὁδὸς ἀσφαλεῖς παρ' ἀλλήλοις ἐφόδους, & συνήθη τὸν διαίταν μετ' ὅπλων ἐποιησαντο, C ὥσπερ βάρβαροι. ἐν τοῖς πρώτοις τε ἀθηναῖοι τόνδε σίδηρον κατέθεντο, & ἀνειμένῃ τῇ δίαιτῃ εἰς τὸ τρυφερώτερον μετέστησαν. In Græcia, inquit, olim paſſim latrocinia erant, omnéſque enſes gerebant. *Omnis enim Græcia ferro accincta erat, quòd ædes munitæ ac ſeptæ non eſſent, & inter ſe tutos aditus non haberent, & vt barbari inter arma vitam agebant. Primi Athenienſes ferrum depoſuerunt, & vitæ genus remiſſius ſequuti ſunt.* Tiridates apud Xiphilinum cùm in conſpectum Neronis venit, iuſſus ferrum deponere, non paruit. ἧλοις ἀκινάκην τῷ κολεῷ προσέπηξε. Clauis Acinacem ad vaginam affixerat. Dilemnitæ apud Colchos brachio alligatum pugionem gerunt, vt Agathias lib. 3. Gallos ferro vbique accinctos fuiſſe docet Cæſar lib. 6. de bello Gallico, & Strabo. Quadi apud Ammianum lib. 17. eductis mucronibus quos pro numinibus colunt, iurauere ſe permanſuros in fide. Gladius humi defixus Alanis pro Marte colitur, vt Ammian. lib. 31. Denique villatici & vrbani, auctore Euſebio lib. 1. Præ- D parat. euangel. *vbique gentium enſes ferebant, & in militaribus vijs, & per vicos & agros,* ξιφηφόρουν διὰ πάντος καθ' τε τὰς λεωφόρους, & κῶμας & ἀγρούς.

Chriſtus homines à feritate ad humanitatẽ traduxit.

Chriſtus homines ab immani feraq; vita, ad humanitatem traduxit, & gladios abiicere iuſſit. Lucianus in Anacharſi ait, in Græcia πρόσπομον ἦν ξιφηφορεῖν, *mulctam indici ijs qui enſes per vrbes tulerint.* Imperatoribus Romæ hoc ſingulare fuit, vt gladio accincti eſſent, & pugionem gererent, nec in eorum oculis enſem aut pugionem nudare fas cuiquam eſſet. Præfectus quidem prætorio, ipſiq; milites prætorij ferro accincti, ſed apud imperatorem ferrum ſtringere capital fuit. Omnibus Parthis, vt ſupra monuimus, etiam ἐν σπονδαῖς & τραπέζαις μαχαιροφορεῖν ἔθος, *inter ſacrificandum & epulandum gladium gerere moris fuit,* ait Ioſephus lib. 18. c. 13. origin. Germani & Scythæ ſemper gladiis accincti, vt Tacit. lib. de mor. Germ. Romæ ſolus imperator, nemo alius niſi eius permiſſu. Conſules olim gladij E poteſtatem habuerunt. Appianus lib. 2. Ciuil. Marcellus cum collega ξίφος ὀρέγων τῷ πομπηίῳ, κέλευέ σε κἀγὼ & ὁ ἴθι, χωρεῖν ἔφη ἐπὶ τοὺς παλεῖδος : *enſem porrigens Pompeio, iubeo te, inquit, ego & iſte, proficiſci in bellum aduerſus Cæſarem pro patria.* Antonius τῷ ξίφει ᾧ παρέζωστο μοναρχίαν ἐνεδείκνυτο, vt Dio lib. 45. *enſe quem præter morem Romæ gerebat, in imperij affectati ſuſpicionem venerat.* Caligula ξίφος & ἐν τῇ πόλει παρεζώννυτο, *enſe vel in vrbe accinctus erat*, quod alij ante eum principes non vſurparant. ἀλεξάνδρου θώρακα ἐνδυσάμενος, & ἐπὶ αὐτῷ χλαμύδα ἁλουργῆ σηρικὴν, πολυτελῆ μὲν χρυσίον, πολλοὺς δὲ λίθους ἰνδικοὺς ἔχουσαν, & ξίφος περιζωσάμενος. Caligula *loricam Alexandri indutus, quam chlamyde purpurea ſerica tegebat, auro intexta, lapillis Indicis inſigni, gladio ſuccinctus*, vt Dio, & Zonaras. Rectores prouinciarum jus gladij habuerunt. Lampridius, Alexander jus gladij nunquam vendi paſſus eſt. Gordianus gladij poteſtate ſuccinctus eſt. Dio, ἐπέτρεψε τοῖς στρατήγοις εἰς τὴν πόλιν αὐτοῖς ὅπλων πλὴν τῶν ξιφῶν εἰσελθεῖν. ταῦτα γὰρ ἄλλως καὶ ἐν τῇ ἀστει ἐώθεσαν. *Permiſit militibus,*

ait

A ait Dio, *ingredi in vrbem sine armis, præter ensem. Solebant enim in vrbe ensem gerere.*

Nemausi statua Seueri reperta manu pugionem rotundum tenens. Pugiones enim rotundi. Neronem pugione accinctum fuisse ex eo apparet quòd cùm audisset venisse iussu Agrippinæ nuntium Agerinum, scenam vltro criminis parat, gladiumq; dum mandata perfert, abiicit inter pedes eius, tum quasi deprehenso vincula iniici iubet, ait Tacit. lib. 14. Vitellius consuli imperio discedens exsolutum à latere pugionem velut jus vitæ necisque ciuium reddebat, vt idem lib. 3. histor. aspernante consule, reclamantibus qui in concione astiterant, vt in æde Concordiæ positurus insignia imperij, domumq; fratris petiturus discessit. Imperator igitur ad latus pugionem insigne imperij gerebat. Suetonius hoc idem paulò aliter cap. 15. Vitellius tunc solutum à latere pugionem consuli primùm, deinde magistratibus, ac mox Senatoribus singulis porrigens, nullo recipiente, quasi in æde Concor-
B diæ positurus abscessit. Sed quibusdam acclamantibus ipsum esse Concordiam, rediit, nec solùm se retinere ferrum affirmauit, verùm etiam Concordiæ recipere cognomen. Galba iter ingressus est paludatus, ac dependente à ceruicibus pugione ante pectus, eodem auctore c. 11. Sic & apud Plutarchum Alexander Magnus pugionem ferebat, & sub puluillo cum Iliade Homeri reponebat, ἐγχειρίδιον ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον.

Pugiones rotundi, & eorum vsus.

Ensem imperatorum per initia præfecti cubiculi gessisse videntur, illi fortè qui desidente imperio dicti σπαθαροκουβικουλάριοι Synodo Constant. 8. act. 4. ὑπὸ τῶν τοῦ συγκλήτου χρηγόρι τοῦ σπαθαροκουβικουλαρίου: *A Senatoribus Gregorius Spatharocubicularius.* certè Spatharij dicti satellites omnes, & corporis custodes. Dio de Domitiano, παρθένιος ὁ τοῦ κοιτῶνος αὐτοῦ, καίπερ ἅτω πιμώμενος, ὡς ἐξιφορεῖν: *Parthenius præpositus cubiculi tanta in dignatione fuit apud Domitianum, vt ensem ferret.* Existimem honoris causa datum Parthenio vt in vrbe, atque
C adeò in ipso palatio & cubiculo imperatoris gladio accinctus esset. Statius lib. 5. in Protrept. ad Crispinum,

Ensis imperatorum à præfectis cubiculi gestari solitus.

Felix qui magno iam nunc sub præside iuras,
Cuique sacer primum tradit Germanicus ensem.

Viri eruditi de Crispino exaudiunt, qui Claudio Imp. præfectus prætorio fuit, vt Tacitus lib. 12. malè, quia hic Crispinus sub Domitiano vixit. Putem hunc Crispinum in militiam à Domitiano primum ascriptum, & hoc honore affectum vt ab eodem ense accingeretur.

Certè ensem Præfecto prætorio ab imperatore tradi solitum indicat Xiphilinus in Trajano, ὅτε τῷ μέλλοντι τὸ δορυφόρων ἐπάρξειν, τὸ ξίφος, ὃ περιζώννυσθαι αὐτὸν ἔχρεων, ὥρεξεν, *quando Trajanus ensem ei qui prætorijs cohortibus præficiebatur tradidit, quo accingi eum opportuit,* ἐγύμνωσέ
D τε αὐτὸ καὶ ἀνέτεινας ἔφη, *nudauit ensem, & porrexit, dixitq;.* Aurelius Victor pugionem vocat lib. de Cæsarib. c. 13. Præfectum prætorio Saburanum nomine cum insigne potestatis, vti mos erat pugionem daret.

Ensis Præfecto prætorio ab Imperatore dari solitus.

σιρομάσης pugio cap. 24. Numeror. Hesychius σιρομάσης λόγχη, δόρυ, ῥομφαία. Eunapius ὁ σιρομάσης μᾶλλον ἐδοκιμεῖ τοῦ δόρατος: *Siromastis magis probatur quàm hasta.* Tzetzes chiliade 13. de Siromasti,

Siromastis pugionis genus.

κυρίως ἦ σιδήριον τῶν τζυκάνων ὑπαρχῇ
ὡς μέγας ὀβελίσκος τις, ᾧ πλήττοντες τὰς σάκκους
καὶ κλεπτοτζυκανόμορα νοθοῦσι καθοῦσι.

Propriè Siromastis est ferrum publicanorum, similis magnæ cuidam acui, quo ferientes saccos cognoscunt & retinent ea quæ detrahuntur publicis vectigalibus. Pugio dicitur &
E τυροκνῆστις, ἐγχειρίδιον, δόλων, ληστικὸν ξιφίδιον, sica latronum. Magistratus omnes quicunque jus gladij habuerunt, non nisi accincti, & cum omnibus sui loci insignibus in conspectum principis venerunt. Trebellius in Gallienis, Cùm ab his quæreretur cur non soluerent cingulum, respondisse dicuntur, Salonino deferimus. Chrysostomus ad epist. 1. ad Corinth. c. 26. τὴν ἀρχοντικὴν τῷ βασιλεῖ προσιόντα τὸ τῆς ἀρχῆς σύμβολον ἔχειν δεῖ καὶ ἀδεῶς τοῦ δεχόντος χωρὶς ζώνης καὶ χλαμύδος τολμήσαι αὐ φανῆναι τῷ τὸ ἀξίωμα ἔχοντι: *Magistratum accedentem ad imperatorem insigne magistratus habere oportet. Nullus magistratus sine zona & chlamyde audeat apud imperatorem apparere.*

Dignitates igitur apud imperatorem cum cingulo & gladio apparere potuerunt, non homines priuati. Synesius in epistol. οὐκ ἔξεστιν ἀνθρώποις ἰδιώταις ὁπλοφορεῖν: *non licet priuatis hominibus arma ferre.* Albinus *neminem à Seuero ad se admittebat, nisi ense prius depositio, cùm excussus esset an pugionem in sinu ferret.* Herodianus libr. 3. οὐδὲ γάρ τις αὐτῷ τοῦ ὑπὸ τοῦ στέρνου ἀφικνουμένων ἄλλος προσήει, εἰ μὴ πρότερον ἀποθέμενος ὁ προσιὼν ξίφος σκυθικὸν ἐρευνηθείη

Dignitates cum cingulo & gladio apud imperatorem apparentes.

μήπ φέρει ὑπὸ κόλπυ. Aristophanes vocat ferrum *sub axilla*, ὑπὸ μάλης, ὑπὸ μασχάλης. A
Turpinus scribit ante Caroli Magni tribunal spatham nudam more imperiali prælatam esse. Manasses in Politicis de Trajano,

παρέσης ἢ ☾ ὁ βελῆς ☾ τ' ἐν τέλ ϕ πάντων
ξίφ☉ γομνώσας δέδωκεν ἐπάρχ ῳ τ ῷ ῥώμης.
δέξαι τ' ξίφ☉ ἑπεσπὸν, καὶ μὴ νομίμως ἄρχω.
χρῆσαι τ ῷ ξίφει κατ' ἐμ ῦ, μὴ φείσηι τ ῆ ζωῆς μυ.

Præsente senatu & magistratibus nudatum ensem dedit præfecto vrbi(lapsus est Manasses, Præfectus prætorio fuit)accipe,inquit,ensem, & si ex legibus non imperauero, vtere ense aduersum me,noli parcere vitæ meæ.

Pugio pulvino subdi solitus. Domitianus pugionem imperij insigne puluino subdere solitus. Suet.Domit.c.17. Puer qui curæ larium cubiculi ex consuetudine assistens interfuit cædi,hoc amplius narrabat,se B
iussum à Domitiano ad primum statim vulnus pugionem puluino subditum porrigere. Vitellius pugionem quo se Otho occiderat Coloniam misit Marti dedicandum.

Ministri à pugione. Habuerunt imperatores ministros à pugione. Lamprid. Commodo. Tuncque primum tres præfecti prætorio fuere, inter quos Libertinus qui à pugione appellatus est. Caligulæ duo libelli in quibus nomina morti destinatorum, alteri gladius,alteri pugio indixerat, ait Sueton.Meminerat ille gladij & pugionis,qui proprij fuere imperatorum.

Pugio quomodo à Græcis vocatus. Pugionem paramerion & parazonium vocant Græci quod ad femur ferretur,quod Tribunatus insigne fuisse indicat Martial.l.14.e.33.Parazonium,

Militiæ decus hoc, & grati nomen honoris,
Arma tribunitium cingere digna latus. C

Athenæus ex Possidonio parazonidium. Paterculus Iulium Cæsarem conspectis piratarum nauibus exuisse vestem, alligasséque pugionem ad femur scribit lib. 2. Polybius Romanum militem μάχαιραν περὶ τ δεξιὸν φέρειν μηρὸν. ostendit lib.6. Iosephus lib. 3. excid. duos gladios militi Romano tribuit. οἱ μὲ πεζοὶ μαχαιροφορῦσιν ἀμφοτέρωθεν. μακρότερον ☾ ὀλίγων κ☾ τὸ λαιὸν ξίφ☉ πολλῷ, τ ☾ κ☾ δεξιὸν σπιθάμης ὁ πλέον ἔχει μῆκ☉ : *Pedites gladium ad vtrumque latus ferunt,longius ad læuum, quod est ad dextrum,longitudine palmam non excedit.* Heliogabalus *puer imperator salutatus,* τὸ παιδίον παρασάμενον τὸ ξιφίδιον ὃ παρέζωστο, *districto gladio quo erat accinctus.* Vitellius imperator saluratus, circumlatusque per celeberrimos vicos,strictum D.Iulij gladium tenens,detractum delubro Martis,atque in prima gratulatione porrectum sibi à quodam.Sueton.c.8.

Ensis nudus Imperatoribus prælatus. Imperatores præferri sibi nudum ensem iubent potestatis argumentum. Dux Veneto- D
rum vagina aurea tectum. Saxo Grammaticus l.2.Hist.Olim qui se regum clientelæ dedebant, tacto gladij capulo obsequium polliceri solebant. Codinus, Διὰ τ πάθης τὸ ὀξυσιασικὸν : *per gladium significari ait potestatem*, qui ferebatur ab accubitore fundę absente protostratore, quemadmodum & si abesset accubitor fundæ, accubitor sacri cubiculi ensem imperatoris ferebat.

Gladium in palatiũ imperatoris inferre olim nõ licebat. Nefas autem fuit in palatium imperatoris gladium, nisi eius permissu ac voluntate inferre,l.1.C. vt armor.vsus inscio principe interd.sit lib.11.Cod.tit.46.l.fin.C.lib.12.titul.5. de Præposito sacri cubiculi. Manasses in Politicis. Claudius, inquit, ἅπο δεκεμβρίου κὰ τρομερὸς ὑπῆρχε, ὡς τὰς φοιτώσας παρ' αὐτὸν ἀνερεύναν φοβ☉, μή πως ὑποπλπίδιον τύχη τις κρύπτων ξίφ☉. εἰ δέ ποτε συμπόσιον γνθίσειν συνέση, φθειρήκεσαν αὐτὸν ὁπλίται δορυφόροι, *Claudius*, inquam, *vsque adeò pusillanimis & timidus fuit, vt eos primus qui ad se ventitarent explorari ac perquiri iuberet, ne fortè in sinu pugio lateret. Quòd si epulum daret lætus, eius latus armati satellites cingebant.* Mutuatus hoc est à Dione lib. 57. ὁ κλαύδι☉ πάντας οἱ προσιόντας ☾ ἄνδρας ☾ γυναῖκας ἐρεύνᾶς ἐποίει, μή τι ξιφίδιον ἔχωσι, ἔν τε τοῖς συμποσίοις πάντως τινὰς γραπώτας συνόντας εἶχε, ☾ τοῦτο μὲ ἐξ ἐκείνε καταδειχθέν, ☾ δόρυ ἀεὶ γίνε). ἡ ἢ δὴ ἐρεύνα ἡ Διὰ πάντων Διὰ ἀεπασιανὸν ἐπαύσατο : *Claudius omnes qui se adirent & viros,& fœminas excuti ac perquiri iussit, ne quem pugionem gererent, & in conuiuijs omnibus milites habuit, quorum custodia stiparetur, quod hodieq; ab eo cœptum vsurpatur. Perquisitio illa in omnes à Vespasiano sublata est.* Plutarchus in Dione, nullus ἀνερεύνη☉ ad Dionysium iuniorem præter Platonem admittebatur, qui non excussus ac perquisitus esset. Ad Dionysium Seniorem qui adibant, vestem in foribus summutare cogebantur, vt nudi explorarentur, & alias vestes sumebant. Zonaras, Vespasianus τοῖς φίλοις ☾ πρὸ ἡ ἕω, ☾ δὴ ἡ δύνης καταχέμβρ☉ συνεγίνετο ☾ αἱ θύραι τ βασιλείων συνεωγμέναι Διὰ πάσης τ ἡμέρας ἦσαν, *cum amicis versabatur & ante solem ortum,*

A *ortum,etiam in lecto decumbens, & fores regiæ toto die patebant*, & cuſtos nullus ad fores. Cedrinus, filius Baſilij ἐν τοῖς πεδίλοις *in calceis* quia gladium habuit, cùm pater venatum exiſſet, in carcerem truſus, quia cum pugione eſſe apud imperatorem nefas. ῥαβδάχειον βασίλειον vocat *telum quod in venatu rex gerit.* Quidam quia Baſilium è cornu cerui pendentem ſtricto enſe liberauit, capite mulctatus eſt, vt Zonaras & Glycas l. 4. Nonnulli putant ex verbis Herodiani lib. 1. Nonnunquam miſſum à Senatu gladium inſigne poteſtatis. Claudius Pompeianus in anguſto loco Commodo incunti amphitheatrum, quem occidere ſtatuerat,porrexit gladium,dixítque, ἰδοὺ τοῦτό σοι ἡ βουλὴ πέπομφεν, *Ecce hunc enſem Senatus ad te mittit.* Nugæ. Sic enim & à militibus ad imperatorem gladium quis miſſum diceret, quia Xiphilinus in Pertinace,Lætum ait exſilientem dixiſſe Pertinaci, ὅτι τοῦτό σοι τὸ ξίφος οἱ στρατιῶται πεπόμφασι, *Hunc tibi gladium milites miſerunt*, & cum dicto Pertinacem confodit.

B Imperatores ipſi gladium plærumque gerebant, vt ſupra monuimus,quo merum imperium,& jus vitæ, neciſq; ſignificatur. Seneca lib. 1. de Clementia c. 11. Hoc quod magno animo gloriatus es, nullam te toto orbe ſtillam cruoris humani miſiſſe,quo maius eſt,mirabiliúsque, quod nulli vnquam citius gladius commiſſus eſt. Magiſtratus item & prouinciarum rectores jus gladij ab imperatoribus diximus accepiſſe. Zonaras in Claudio, καὶ ὁ ναρκισσος ὃς τῶν ἐπιστολῶν ἐπεστάτει, διὸ καὶ ἐγχειρίδιον παρεζώννυτο. *Narciſſus qui erat ab epiſtolis ideo pugionem gerebat*, opinor quia erat,à pugione principis, aut quia vt Parthenio præfecto cubiculi honoris cauſſa datum erat vt pugionem gereret,ſic & Narciſſo. *Gladius quẽ olim imperatores gerebant quid deſignaret.*

Sed ante omnes præfectus prætorio gladio accinctus fuit. Herodianus libr.3. de Plautiano P. P. ſub Seuero. ἡμφίεσο γὰρ τὸν τε πλατύσημον ἐσθῆσα ἔν τε τοῖς δευτέροις ὑπατεύσασιν ἐτέτακτο, παρηώρητό τε αὐτῷ ξίφος : *Clauo lato amictus erat, & inter ſecundos conſulares adC ſcriptus, enſem gerebat.* Plinius Panegyr. Ego quidem in me ſi omnium vtilitas ita poſceret, etiam præfecti manum armaui. Philoſtratus libr.4. de vita Apollonij cap.14. τιγελλῖνος γὰρ ἐφ' ᾧ τὸ ξίφος λῳ̃ τοῦ νέρωνος, ἀπήλασεν αὐτὸν τῆς ῥώμης : *Tigellinus apud quem erat enſis Neronis, expulit vrbe* Demetrium philoſophum. Nymphidius Sabinus P. P. ſub Galba τιγελλίνῳ τῷ συνάρχοντι παρεσκεύαζεν ὑποθέσθαι τὸ ξίφος, *Tigellino collegæ imperauit vt enſem deponeret.* Apud Herodianum philoſophus ait Commodo, ὅπλοις γὰρ σε τοῖς ἀληθέσι τὸ τῆς ἡγεμονίας ξίφος. Iuſtinianus Vicario Pontices τοῦ ξίφους ἄδειαν dedit. C. de Vicario Pontic. Conſul Romæ, Prætor Dictator, magiſter equitum togati fuere, ſine ferro. Soli imperatores, vt oſtendimus, in vrbe pugionem tulere, Spartian. in Hadriano, Lampridius in Alexandro, Trebellius in Gallienis, Dio in Caracallo, deinde præfecti prætorio. De Antonio magiſtro equitum Ruffus Calenus apud Dionem lib. 46. ὅτι τοὺς μὲ ῥαβδούχους, καὶ τὸ ἔθνημα τὸ ἀμπόρφυρον καὶ τὰ πάτρια τὰ ἀπὸ τῶν ὑπάρχων νενομισμένα ἔχειν, τῷ τῆς ξίφει καὶ τοῖς στρατιώταις καὶ τῶν στασιαζόντων ἀναγκαίως ἐχρῆτο : *Quòd lictores & veſtem prætextam ex veteri inſtituto haberet, enſe & militibus in vrbe neceſſario vteretur ad ſeditiones coërcendas.* *Præfectus prætorio gladio accinctus incedere ſolitus.*

Præſides qui in Prouincias exibant paludati gladio accincti, vt Dio lib. 45. Xiphilin.in Caracallo.Proconſulibus jus gladij ademit Auguſtus,poſtea tamen quanquam gladio non accincti,potuere in ſontes animaduertere.l.illicitas,§.qui vniuerſas,D.de off.præſcr.& Dio lib.53.Tribuni interdum in prouincias cum iure gladij miſſi,apud Sulpitium lib.3.de vita Martini. Illa præcipua cura erat ne tribuni cum iure gladiorum ad Hiſpanias mitterentur. Philoſtratus lib.2.de Sophiſt.Baſſum τὸ ξίφος ποικιλόμυθον. Præf.præt.Statius lib.3. Syluar. in lachr.Hetruſ. *Paludati & gladio accincti præſides.*

E *Frater & Auſonios enſes, mandatáque fidus*
Signa tulit.

De præf.præt. exaudiendus Anaſtaſius conſtitutione ad magiſtrum officiorum l.vlt. C. de præpoſ.ſacr.cubic. lib.12. præpoſitis vtriuſque ſacri cubiculi qui poſt finitam militiam Senatorio fuerint conſortio ſociati conceſſit,vt quoties peregrè proficiſcerentur,ferro accingi poſſent.Statius lib.5.Syluar.

——En ingens reſerat tibi limen honorum
Cæſar, & Auſonij committit munia ferri.

Non video cur locum hunc ad Criſpinum, qui ſub Claudio præfectus prætorio fuit, trahant,cùm Criſpinus hic, de quo agit Statius,puer fuerit ſub Domitiano.ſubiungit enim,

Vade puer, tantisque enixus ſuffice donis.

At Criſpinum illum qui ſub Claudio P.P.fuit, ætate Domitiani ſenem eſſe opportuit. Dio

in Vitellio, τὸ ξίφος ἐν τῇ ἐκκλησίαις, τοῖς τ' ὑπάτοις, καὶ τοῖς ἄλλοις βουλευταῖς ὤρεγεν, ὡς καὶ τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἀποθέμενος, *Vitellius in concione consulibus & senatoribus gladium obtulit, vt & imperium deponens.* Cùm imperator in bella pergeret, fuere ministri qui ex more romphæas & sarissas ad eum missas ferrent. Anna lib. 1. Alexiad. καὶ δὴ καὶ τοὺς κατέχοντας τὰς ἐξ ἔθους τοῖς βασιλεῦσι παραπεμπομένας ῥομφαίας. Claudianus lib.2.Stilich. A

Quin & Sidonias chlamydes, & cingula baccis
Aspera, gemmatásque togas, viridésque smaragdos
Gestatósque patri capulis radiantibus enses,
Diuidis ex æquo.

Relligio in ense Constãtini Magni. Inter Honorium & Arcadium. Ensis Constantini Magni relligione plenus fuit, quem Hugo Rex Galliæ ad Henricum Othonis Magni patrem misit, in quo litteris aureis nomen antiqui possessoris legebatur. In capulo quoque super crassas auri laminas clauum aureum affixum cerneres, vnum ex quatuor, quos Iudaica persecutio Dominici corporis aptarat supplicio, ait continuator Bedæ lib.2.c.8. B

CAPVT XVII.

De comitatu, aula, castris, expedito, obsequio, palatio.

Comites vnde dicti. COMITES propriè dicti qui in comitatu erant principis, quos Liuius & Iustinus aulicos & purpuratos vocant, vnde comitatus ipse pro imperatoris aula sumi solet. Comitatus enim, vt ait Iurisconsultus, ibi semper est vbi princeps l.milites, §.ignominia, D.de re militari quemadmodum & Roma ibi censetur esse, vbi est imperator: vnde & Constantinopolis noua Roma dicta. Herodian. ἐκεῖτε ἡ ῥώμη, ποτὲ ἂν ὁ βασιλεὺς ᾖ. Ammianus lib. 4. ad comitatum principis aduolauit. lib. 28. Ad principis comitatum Maximus accitus, auctusque præfectura prætoriana lib. 22. reuersus ex comitatu principis. lib. 29. cum comitatem si auxilio militis pauci mittitur Theodosius equitum magister. lib. 28. Comitatensis fabrica imperatori suspicanti ac timido incendebat vrsicinum. Lampridius Alexandro, comitatum suum purgat Alexander. Socrates hist.eccles.lib.2.c.23. διὰ προτέρων γραμμάτων ἐδηλώσαμεν, ὅπως ἀμερίμνως εἰς τὸ ἡμέτερον κομιτάτον παραγένη: *Prioribus litteris significauimus tibi, vt sine sollicitudine venias ad nostrum comitatum.* ἐλθεῖν πρὸς τὸν ἡμέτερον κομιτάτον σπουδάσεις, *studebis venire ad nostrum comitatum.* Epiphanius contra Ebioneos, ἄνεισι δὲ ἐπὶ τὸν κομιτάτον, καὶ βασιλεῖ κωνσταντίνῳ φιλιοῦται: *venit ad comitatum, & carus est Imperatori Constantino.* C D

Comitatus sacer & sacratissimus. Comitatum sacrum vocat Symmachus lib.2.e.8.lib.9.e.8.lib.10.e.38.l.47. C. Theodosia.de appel.& pœn.ear.vt ad sacrum & venerabilem comitatum numinis vestri dirigerem. Sacratissimum comitatum l.4. C. Theodosia. de Decurion. & Silent. Beatissimum comitatum in concil. Afric. can. 68. Augusti comitatum, Principis comitatum Symmachus lib.1.e.26. lib.4.e.9. Ausonius ep. 17. Dum in comitatu degimus ambo. In comitatu qui frontes hominum aperit, mentes tegit. Possidonius in vita B. Augustini. Apud Mediolanum vbi tunc temporis Valentiniani Iunioris comitatus erat. Hoc sibi nomen Reges Gotthorum vindicarunt. Cassiodorus lib.3.e.22.congruit comitatum nostrum viris nos decorare nobilibus. Vnde comitatense auxilium Ammiano lib 29. E

Comitatẽses legiones & milites. Comitatenses legiones aut vexillationes in comitatu sunt principis. L. Nemo C. de re militari. Pseudocomitatenses qui ordine comitatenses mentiuntur. Comitatenses milites qui comitatui concessi sunt, l.13.C.de re milit. lib.12. Comitatense munus l. 38. De Decurionibus C.Theodos.Dicitur & Pompa. Gregorius Dialogus ep.2.ad Leon. Isauros. ἐάν τις ἄρῃ ἔκ σου τὰς βασιλικὰς ἐνδύσεις, τὴν πορφύραν, τὸ διάδημα τῆς κεφαλῆς, τὴν ἀλουργίδα, τὰς τάξεις τῶν πομπῶν, ὄντως μέλλεις θεωρεῖσθαι παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἄσχημος: *Si quis tibi auferat vestes regias, purpuram, diadema capitis, chlamydem coccinam, ordines comitatus, spectaberis omnino ab hominibus informis.* Gotfridus Viterbiensis chron.p.14.

Vidit & obstupuit Rex, totáque pompa suorum.

Huic pompæ præerat comes qui comitatum ordinaret. Agathias lib.1. εἵπετο δὲ καὶ ὁ ζανδαλᾶς ὁ τῶν οἰκοτρίβων ὀπαδῶν προστάτης. *sequebatur eum Zandalas comitum domesticorum princeps.*

Gregor.

A Gregor. Dialog. ep. 1. ad Leon. νεζεύξιος γὰρ ὁ πότε κόμης τῆς πομπῆς αὐτοῦ: *Neceuxius olim comes eius comitatus.*

Cubiculum ipsum quo princeps continebatur, cancellis sepiebatur & velis. Sidonius lib. 1. e. 2. exclusa velis, inclusa cancellis. Nam & ædium regiarum vestibula cancellis septa, fores aulæis velatæ, l. 43. §. sed si cancelli de legatis lib. 1. Harmenopulus lib. 2. tit. 4. Gellius lib. 16. c. 5. Vestibula spatia grandia ante fores relicta, in quibus starent qui venissent priusquam in domum intromitterentur. Victruuius lib. 6. c. 8. 10. Macrob. l. 6. c. 8. Seneca lib. 6. c. 33. In domo multa sunt ostia quæ receptos quoque excludunt. Seruius ad lib. 2. & 6. vestibula cancellis includebantur ad viarum tutelam. Ideo loricæ Eucherio lib. 3. reg. c. 9. Vegetius lib. 9. c. 28. Tertullianus lib. de pallio, de cancellis Iudicum. Ammianus lib. 30. Chartag. concil. collat. 1. c. 70. Isidorus in glossis, Caula cancellum ante iudicem, B caules, cancelli tribunalis, vbi sunt aduocati. Cancri, cancelli, carceres, Apuleius, intra ipsos orci cancros, vide l. 2. C. quibus non obstat long. temp. præscrip. l. 4. C. de off. assess. l. penult. C. de appel.

Cubiculum principis cãcellis & velis septum.

Domus principis dicitur regia. Ouidius l. 2. Metam.

Regia Solis erat sublimibus alta columnis.

Domus principis regia appellata.

Vnde Basilicæ Romæ, porticus regiæ instar aulæ. Martialis lib. 8. e. 36. De Aula Principis Domitiani,

Regia pyramidum Cæsar miracula ride,
Jam tacet Eoum barbara memphis opus.
Pars quota Parrhasiæ labor est Mareoticus aulæ,
C *Clarior in toto nil videt orbe dies.*
l. 7. e. 55. *Astra, polúmque tua cæpisti mente Rabiri,*
Parrhasiam mira qui struis arte domum.

Parrhasiam domum Flauiam Palatinam ab Euandro Arcade vocat.

Regia & aula dicta, vnde aulici, οἱ καισάρειοι ἄοπλοι, comites Cæsaris sine, armisqui alij fuere à prætorianis. Tantum odium Aulicorum omnium in Pertinacem fuit, ait Capitolinus. Martialis de domo Domitiani lib. 8. e. 36.

Aula regia dicta, & aulici.

Septenos pariter credas assurgere montes,
Æthera sic intrat.
D *Hæc Auguste tamen quæ vertice sidera pulsat*
Par domus est cælo, sed minor est domino.
Silius, *Aspice montis apex vocitata palatia regi*
Parrhasio.

Principum palatia tribus distinctis partibus constant, quarum vna ingredientibus occurrit, duæ sunt ad latera. Ideo Trichora dicta. Statius in Tiburtino:

Palatia principum quomodo distincta.

——— Quid nunc ingentia mirèr,
Aut quid partitis distantia tecta trichoris.

Spartian. in Nigro, Simulacrum eius in trichoro constituit.

Aula pro Comitatu accipitur apud Sueton. c. 6. lib. 6. Tum Claudius inter ludibria au- E læ erat. Quid sit propriè aula indicat Athenæus lib. 5. αὐλὴ διαπνεόμενος τόπος: *Aula locus ventis expositus.* Aulas regum vocant, διὰ τὸ μεγάλους ἔχειν τοὺς πρὸ τῶν οἴκων ὑπαιθρίους τόπους, ἢ διὰ τὸ παραυλίζεσθαι, καὶ προκοιμᾶσθαι τοὺς δορυφόρους τοῖς βασιλείοις: *Quia ampla sunt spatia ante domos regias, aut quia stipatores excubant proximè ædes regias.* Dio in Vitellio Palatium vocat τὸ βασιλικὸν *regiam.*

Aula pro Comitatu, & quid propriè sit.

De Palatinis in Panegyr. Theodos. A te voluisti incipere censuram, & impendia Palatina minuendo, &c. Tu amicitiam nomen ante priuatum, non solùm intra aulam vocasti, sed indutam purpura, auro gemmisque redimitam solio recepisti. Mamertinus Genethliaco Maximiani, Primam in ea sedem numinis vestri sanctum illud venerandumque palatium regem aduenam condidisse. Principem illum tui generis ac nominis Herculem Pallantea mœnia adiisse victorem, & parua licèt tunc regia, summa tamen religione susceptum futuræ maiestatis dedisse primordia, vt esse posset domus Cæsarum, quæ Herculis fuisset hospitium.

Palatini.

Sedes imperij ibi est vbi est Imperator.

Sedes imperij videtur esse, vbi est Imperator. Ibidem, lumina Senatus sui misit Roma beatissimæ illi Mediolanensium ciuitati similitudinem maiestatis suæ libenter, vt ibi tunc esse sedes imperij videretur, quò vterque venerat imperator, Diocletianus, & Maximianus. Eumenius sacrum palatium & comitatum vocat in Panegyr. Constantini, Cùm totus aulicorum tuorum comitatus, & omnis imperij apparatus tibi assistat. Sacrum illud palatium non candidatus imperij, sed designatus intrasti. Diætarij palatium curabant. Ioan. Curopal. in Micha. fil. τοῖς ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ ὑπὸ τέτῳ ἀφωρισμένοις διαιτείοις *Atriensibus qui erant in maiore palatio ad hoc constituti.*

Palatium Romanum.

De palatio Romano Claud. in sextum Honor. Consul.

Ecce palatino creuit reuerentia monti,
Exultátque habitante Deo, potioráque Delphis
Supplicibus latè populis oracula fundit,
Atque suas ad signa iubet reuirescere lauros.
Non alium certè decuit rectoribus orbis
Esse larem, nullóque magis se colle potestas
Æstimat, & summi sentit fastigia iuris,
Attollens apicem subiectis regia rostris,
Tot circum delubra videt, tantísque Deorum
Cingitur exuuijs, iuuat intra tecta tonantis
Cernere Tarpeia pendentes rupe gigantes,
Cælatásque fores, medijsque volantia signa
Nubibus, & densum stipantibus æthera templis,
Æráque vestitis numerosa puppe columnis
Consita, subnixásque iugis immanibus ædes,
Naturam cumulante manu, spolijsque micantes
Innumeros arcus, acies stupet igne metalli,
Et circumfuso trepidans obtunditur auro.

Item,

Cur mea quæ cunctis tribuere palatia nomen
Neglecto squalent senio?

πρατόπεδον vocat Constantinus epist. ad Arium, πάλαι μὲ ἐδηλώθη τῇ σεβρότητί σα, ὅπως αὐτὸς ἐμὸν πρατόπεδον ἀφίκοιο, ἵνα τὸ ἡμετέρας θέας ἀπολαύσας δυνηθείης. θαυμάζομεν ἢ σφόδρα μὴ ὡδοιπορήκατε τοῦτο πεποιηκέναι, διόπερ νῦν ὀπίσω ὀχήματι δημοσίῳ εἰς τὸ ἡμέτερον πρατόπεδον ἀφικέσθαι ἐπείχθητι : *Antea significatum est tuæ grauitati, vt ad meum comitatum venires, vt meo aspectu frui posses. Miramur valdè id à te factum non esse. Quare nunc publico vehiculo festina in nostrum comitatum venire*, apud Socratem lib. 1. c. 25. Histor. eccles. Sozomenus lib. 6. c. 4. ἐδήλωσαν ἢ μὴ ὡδοιπορηκέναι σφᾶς εἰς τὸ πρατόπεδον, ὥστε μὴ ὀχληρὸς εἶναι δοκεῖν. εἰ ἢ ὑπεραπεῖεν ἀσμένως τὸν ποιήσειν τοῖς ἰδίοις ἐθέλουσι καὶ πάνυ χαιρόντως : *Significabant imperatori se non venisse ad comitatum, ne molesti esse viderentur. Quòd si voluntate Augusti fieret, se libenter venturos propriis iumentis.* Socrat. lib. 1. c. 34. αὐτοῦ δέπως εἰς τὸ πρατόπεδον τὴν ἡμετέρας εὐσεβείας ἐπέχθητε : *Sine mora festinetis ad comitatum nostræ pietatis.*

Palatia Romana, Constantinopolitana aliaq; magnifica.

Palatia autem & Romæ, & Constantinopoli, & alibi plura, eáque magnifica fuere. Mamertinus in Genethliaco, palatium Mediolanense commemorat. βασίλεια Antiochiæ Orontem fluuium alluisse scribit Theodoretus lib. 4. hist. c. 26. Constantinopolitani Palatij meminit lex, Quicunque, C. de operib. publ. Ausonius,

——— *Et Mediolani mira omnia visa*
Templa, Palatinæque arces, opulénsque moneta.

In Donatione Constantini, quæ vt ficta, non adeò tamen nupera est, Constantinus ita loquitur, Palatium imperij nostri Lateranense, quod omnibus in toto orbe terrarum præfertur, atque præcellit palatiis.

Lateranẽse palatiũ cur sic dictum.

Dictum est autem Lateranense quod ibi latens Nero ranas euomuerit. Rupertus Tuidiensis lib. 9. de diuin. off. c. 16. Nomen ipsum quod dicitur ad Lateranas, antiqua probra spurci Neronis accusat, qui dedecorosè potionibus vsus maleficis, illic, vt fertur, latens ranas

A nas euomuit. Nicetas Choniates lib. 2. Manuelis, Conſtantinopoli ἀνάκτορα fuiſſe ait, ἔνθα τ̃ χρημάτων αἱ σωρείαι εἰσὶν ἀποκείμεναι, καὶ τὰ τ̃ κρατούντων γνωρισικὰ σκεβλήματα, *palatia vbi pecuniarum acerui repoſiti ſunt, & veſtimenta quibus reges ab alijs internoſcuntur.* τὰς βασιλικὰς διαιτήσεις κοσμοῦσι πέπλοις χρυσοϋφέσι, καὶ ἁλουργοῖς τάπησι: *Diætas & cœnationes regias ornant peplis auro textis, & purpureis tapetibus.*

Plæráque palatia fuere in freto Propontidis, in quibus imperatores propter aëris temperiem æſtatem exigebant, vt olim Perſarum reges Suſis,& Ecbatanis,quæ Manuel Comnenus exædificarat, vt Nicetas lib. 7. Manuel. τὰς πλείσας τ̃ καθ' ἡ πόρθμον ἡ προπόντιδ@ λαμπρῶν οἰκοδομιῶν, ἐν αἷς οἱ βασιλεῖς ῥωμαίων θερείσας τὰς ἀῤῥωίας μεταδιώκοντες ἔδει ἀνήλρε. Conſtantinopoli fuit magnum palatium. Idem in Alexio Manuel. fil. ἀφικνῶνται πρὸς τὸ μέγα παλάτιον καθ' ὃ πότε οἱ κρατοῦντες διέτειβον. Anna lib. 2. Alexiad. οἱ δὴ κομνηνοὶ B τὰ βασίλεια καταλαβόντες, Comneni occupato palatio. *Propontidis freti palatia.*

Erat & inferius palatium lib. 3. τὸν ἴδιον οἰκοῦντα ἐν τῷ κάτω καταλελείπει παλατίῳ. ἔστι γὰρ ἔφθασε καλεῖσθαι ἀπὸ τ̃ ἔπους θέσεως τὴν ἐπωνυμίαν λαχόν. αὐτὸς ὑπερκείμενον παλάτιον ἀνέβη, ὃ δὴ βουκολέων ἀπονομάζεται, ὅτι ὁ λιθίνος λέων ζωγρεῖ τ̃ βοῦν· ἔχει γὰρ ἔκ τ̃ κέρως τ̃ βοὸς, καὶ ἐξαυχενίσας αὐτὸν ἐμφύεται πρὸς τῷ λαιμῷ. ἔξ ἧς δὴ καὶ βουκολέων ὁ τόπ@ ὅλ@ ὠνόμασται, τάτε ἐν ἠπείρῳ οἰκοδομήματα, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ λιμὴν: *Reliquerat vxorem in inferiori palatio. Sic enim dicitur à ſitu. Ipſe aſcendit ſuperius palatium, quod dicitur Bucoleon, vbi lapideus leo viuum capit bouem. tenet enim bouis cornu, & exceruicans eum gutturi adhæret: vnde locus omnis dictus Bucoleon, & ipſe portus, & ædificia in continente.* Erant & palatia ad ortum in freto propontidis. Nicetas lib. 2. Andronici, ἔτυχε μὴ παρεῖναι τοῖς ἀρχείοις αὐθέντην, ἀλλὰ ἐς τὸ ἑῶον μέρ@ ἔ αὐαπλεομένῳ τ̃ προπόντιδ@ πορθμῷ πρὸς τὰ ἔ μηλεδία πεκλημένα βασίλεια: *Accidit vt Andronicus non eſſet in palatio, ſed ad orientalem partem freti propontidis circa palatia Meludij.* vocat deinde τὸ μέγα ἀρχεῖον, τὸ μέγα παλάτιον. πύλη ἀνακτορεῖον καρέα λεγομένη, *porta palatij dicta carea.* *Palatium inferius.*

In palatio erant pecuniæ apud officinas vbi lauatur aurum congeſtæ, ἐν ἀνακτόροις ἦσαν χρήματα πρὸς τοῖς χρυσοπλυσίοις (vulgo χρυσιοπλυσίοις) ὑπεραμιδόμενα. ἦσαν ἢ αὐτοῦ τ̃ μὴ κεκομμένων εἰς νόμισμα ὑλῶν χρυσὸς κεντηνάρια δώδεκα, ἀργυρὸς τετρακόσια, καὶ τ̃ ἐκ χαλκοῦ κόμματ@ ἑξακόσια. *Erant autem præter rudem materiam auri centenaria 12. argenti 30. æris ducenta.* Palatium in Blachernis fuit, τὸ ἐν βλαχέρναις ἀρχεῖον. Codinus in Conſtantinopoli, Conſtantinus ἔκτισε τὰ παλάτια τ̃ χαλκῆς, καὶ τ̃ ἐξκουβίτων, τὸ τετρανάλιον, καὶ τὰ νούμερα ἐν παλατίῳ, καὶ τὰ παλάτια τὰ ἐπάνω μέχρι τ̃ γερανίου· εἰς ἃ ὀνόματα τ̃ τριῶν αὐτοῦ υἱῶν ἔκτισε τὰ παλάτια τὰ κελύμβια κωνσταντιανὰς, καὶ τὰ καλύμβια κῶνστα: *Exſtruxit palatia Calches & excubitorum,* D *Tribunal, & Numera in palatio, & ſuperiora palatia vſque ad geranium. De nomine trium filiorum condidit & appellauit palatia, quæ dicuntur Conſtantianæ & Conſta.* Diocletianus in caſtro Aſpalathi in Dalamatia exſtruxit palatia, quæ neque oratione neque penicillo depingi poſſunt. Conſtantin. Porphyr. in Chorog. παλάτια ἐδείματο λόγ@ καὶ γραφῆς ἀπώσης ἐπέκεινα. Conſtantinopoli ante æneam palatij portam fuit imago Saluatoris, & purpureus vmbilicus, ait Diaconus lib. 17. veſtibulum palatij Euſebius vocat αὐλίον τ̃ βασιλικῶν πυλῶν lib. 4. de vita Conſtant. *Pecuniæ in palatio congeſtæ.*

Iuſtinianus Rhinotmetus à fundamentis exſtruxit magnam domum & ſplendidam in palatio,aureis laterculis parietes illuſtrans, & pauimentum marmore vario, quæ hodiéque Iuſtiniana vocatur. Manaſſes. *Iuſtiniana domus.*

ὃς ἀπὸ βάθρων ἤγειρεν ἀπὸ ῥίζων ἑκάστων
τ̃ μέγαν οἶκον τ̃ λαμπρὸν τ̃ ἐν τοῖς ἀνακτόροις,
χρυσέων πυραυγάσμασι ψηφίδων καταυγάσας
τοὺς τοίχους, καὶ τ̃ δάπεδον μαρμάροις καλλιχρόοις,
ὃς ἕπ τ̃ δομήτορ@ τὸν κλῆσιν ἀγασώζει. E

Sedem pro regia aula poſuit Virgilius 7. Æneid. *Sedes pro regia aula.*

Sceptra Palatini, ſedemque petiuit Euandri.

Claudianus in 3. Conſ. Honor. de Theodoſio loquens,

Vt ventum ad ſedes, cunctos diſcedere tectis
Dux iubet.

id eſt ad regiam.

Corte vel aulam vel vaſarium & tabernaculum imperatoris ſignificat P. Diacon. l. 24. Aulam incendit quæ dicebatur Cortis Crumi. Codinus, ὑπηρετῶσι δὲ οἱ κορπινάριοι εἰς τὸν *Corte & vaſarium, quid.*

τῦ βασιλέως σκιλίω ἥτις κόρτη ὀνομάζεται). Cedrenus p.388. Constantinus πληθῶν λαῶν τῶν δεχόντων ἀποβαλών, τῶν τῶν κορτίων, τῶν πᾶσαν τὴν ὑπουργίαν, τῶν τοὺς ἵππους. Ministrant Cortinarij in tabernaculum imperatoris quod dicitur Corte. Constantinus cùm perdidisset multitudinem populi, & cortem, & omne suum ministerium, & equos. Cedrinus pag.391. τὸ τῦ κόμητος κόρτης δεχὼ ἐξεργάζεται). *Comes Cortis efficitur.* βασίλειον pro regia vrbe & imperij sede posuit Constant. Porphyrog. πρῶτον θέμα τὸ πρὸς δύσεως ἀνατολὴν κείμενον γῆς τὸ ὀνομαζόμενον θρακῶν, ἐν ᾧ τὸ βυζάντιον ἵδρυται, τῶν τὸ τῶν ῥωμαίων βασίλειον: *Primum Thema ad occasum in Europa Thracense, vbi est Byzantium, & imperij sedes.* Comitatus nomen vbique occurrit. Aulam & regiam vbique legas. Claudian. Panegyr. Manlij, A

Sed non vulterius te præbuit vrbibus aula
Maluit esse suum.

Panegyr. 2. Stilic. B

Quid non intrepidus credas cui regia tuto
Creditur.

Honoriis habitus qui palatium liberè introirent.

Cui datum erat vt in palatium liberè introiret, ei magnus honos habitus. Socrates lib.2. c.2. Constantius Presbytero à quo testamentum patris acceperat, παῤῥησίας μετεδίδου πολλῆς, εἰς τε τὰ βασίλεια θαῤῥοῦντα εἰσιέναι: *Dedit ei multam libertatem, vt in palatium cum fiducia intraret.* In Palatio Constantinop. fuit templum Archangeli. Theodor. Anagnost. lib.2. εἰς τὸν ναὸν τῦ ἀρχαγγέλου τῦ ἐν παλατίῳ. Qui in palatio excedebat, imperio se abdicabat. Panegyr. Constant. Cùm Maxentius excedendo palatio iam se abdicasset imperio. P. Diacon. lib.14. *regalia* vertit τὰ βασίλεια. Græci aulam vocant, Libanius ad Iulianum, νομίζων εἶναι βασιλικὸν καὶ τῦ σῆς αὐλῆς ἄξιον. Claudianus lib.2. in Ruffin. C

——*Sacrásque fores prædiuitis aulæ* *Intrat.*

Prætorium in exercitu.

Prætorium in excercitu σρατήγιον, suggestus cæspititius. Iulianus oratione 1. in Constantium, ὃς πάλαι μὲν ὑπορράγη τὸ σρατήγιον ὑπὸ τῦ βήματος εἰς ταυτὸ πάλιν ἐπανάγειν ἠξίωσας σχῆμα: *Qui prætorium iam olim effractum è suggestu rursum in eandem formam reuocare dignatus es.* Cùm scilicet Constantio è suggestu loquenti milites tyranno derelicto acclamarunt. Plutarchus in Galba καθέδραν ἐσίαν vocat. Herodianus lib.1. & 3. βασίλειον οἶκον, βασίλειον ἐσίαν. Gregoras lib.2. δεχεῖον *aulam.* Nicomedia sub Diocletiano fuit βασίλειον, Nicea verò cùm à Gallis capta esset Constantinopolis. Gregoras lib.4. νικαία ἐγεγόνει ῥωμαίων βασίλειον μᾶλλον τῶν τῦ βυζαντίου φόρθησιν.

Pantocratoris Monasterium.

Regium Gallorum Constantinopoli palatium erat Monasterium Pantocratoris, τὰ μὲν οὖν τῶν λατίνων βασίλεια ἡ τῦ παντοκράτορος ὑπῆρχε μονή. Nicetas in Alexio fil. Manuel. ἱερὸν δεχεῖον. In palatio Blachernarum fuit alta domus Polytimeti dicta, vbi χρυσόπαστος κλίνη, ἐφ' ἧ ὁ βασιλεὺς ἵζανεν. τὸ ἐν βλαχέρναις βασίλειον καὶ ὑψηλὸν αἴθριόν τε καὶ τὸ ἐντὸς τετο ὑψιρεφῆ δόμον ὃς πολυτιμήτε λέγεται, εἰς τὸν χρυσόπαστον κλίνην ἐφῆκαν ἐφ' ἧ ὁ βασιλεὺς ἵζανεν. Erant & palatia Mangane in Philopatio, quæ Andronicus euertit. lib.1. Andronici, περὶ τὰ λεγόμενα μαγγάνα παλάτια, ἃ καὶ αὐλὰ καὶ τὸ ἐντὸς φιλοπάτιον ὠκοδόμητο, ἐσύστερον ὑπ' αὐθρονικῦ κατεδάφησε. Fuere & palatia Placillianæ, à Placilla Theodosij vxore, & alia nomine Helenes matris Constantini. Procopius Pers. 1. ἔξω ἡμῖν βασίλεια ἕτερα πλακιλλιανά τε, καὶ τὰ ἑλένης ἐπώνυμα. D

Thori discubitorij in palatij atrio.

In palatij atrio multi thori discubitorij fuere ex herbis. Simocatta lib.1. c.1. ἀχθεὶς δὴ τὸν ὕπαιθρον τῶν βασιλέων αὐλὸν, ἥτις παρελύσατο τῇ πολυσκάδι τὸν αἰακτόρειον οἰκίαν περαυλείῳ περιφανεῖ, καὶ περιδόξῳ τῷ περσικῷ. Ductus in atrium palatij iuxta domum, in qua multi ex herbis ad cœnandum tori, vestibulum illustre visendúmque, vbi Tiberius à Iustino imperator electus est, Mauricius verò in Tribunalio, de quo Diaconus lib. 17. Tiberius in Tribunalium lectica est deportatus, & quia loqui non poterat, per epagnosticum, Mauricium pronuntiauit imperatorem apud populum. Omnes rege dignæ domus palatia dicta. Eustath. ad Dionys. νῦν οἱ ῥωμαῖοι τὰς βασιλεῖς πρέπουσας τόπους καλοῦσι παλάτια. Expeditum Leo imperator in Tacticis c.1. interpretatur συναγωγὴν καὶ φοσσάτου, *conuentum in fossato*, comitatum in castris. E

Aulici, Scholares, Cæsarei, qui.

Aulici, Scholares, καισάρειοι, vt Dio vocat, erant in comitatu principis. Agathias lib.5. ἐν τῇ χρυσῇ καλουμένῃ πύλῃ λοχαγοί τινες, καὶ ταξίαρχοι, καὶ ὁπλῖται πολλοὶ ἐφεισήκεισαν, οἳ μαχιμοὶ μὲν ὡς ἀληθῶς, οὐδὲν μέτριον μὴν τὰ κιαῦτα πεπαιδευμένοι, ἀλλὰ ἐπὶ τῶν ταλμάτων ἐκείνων οἱ εἰς τὸ διημερεύειν τε καὶ ξενυκτερεύειν ἐν τῇ αὐλῇ ἀποκεκλήρωντο, οὓς δὴ χολαδείας ὀνομάζουσι. εἶτοι δὲ στρατιῶται μὲν ὀνομάζονται, ἐγγεγράφασι δὲ τοῖς τῶν καταλόγων βιβλίοις, εἰσὶ δὲ οἱ πολλοὶ ἀσκοί τε καὶ

φαιδροὶ

A φαιδροείμονες, καὶ μόνον οἶμαι ὄγκου τοῦ βασιλείου ἕνεκα, καὶ τῆς ἐν τῇ προόδοις μεγαλαυχίας ἐξευρημένοι, καὶ τὴν μὲν παλαιόν. οὐκ ἄλλως τινὰς ἐν τοῖς δὲ θεμιτὸν ἦν κατατάττεσθαι, ἢ τοὺς αὐτουργεῖν τὰ πολέμια ἠσκημμένους. καὶ τοίνυν οὐδὲ χρήματα εἰσῆγον, ἐφ' ᾧ ἐνστρατεύσασθαι, ἀλλὰ χαριστηρίαν διαφανῶς, καὶ ἀζήμιον ἐδέχοντο τὴν τιμὴν, &c. Sene Iustiniano Magno ab Hunnis tantus terror Constantinopoli fuit, vt vix in muro à ficubus dicto, & porta *aurea duces quidam & tribuni militares, multíque armati constiterint, vt fortiter hostes propulsarent. Erant verò neque bellicosi reuera, sed ne mediocriter quidem in rebus bellicis exercitati, verùm ex illis legionibus quæ ad hoc sunt destinatæ, vt interdiu & noctu in aula versentur, quos scholarios appellant. Hi quidem milites vocantur, & in catalogo stipendia merentium numerantur; sunt autem plerique eorum vrbani, & splendidè vestiti, sed tantùm augendæ dignitatis regiæ caussa, & magnificentiæ, quoties prodiret in publicum. Atqui olim quidem non alios quosdam in hunc ordinem adsciscere licebat, quàm qui rei militaris vsu*
B *valerent, ideóque sine sumptu in hunc ordinem adscribebantur, sed gratis ex merito eorum quæ ante gesserant.* Zeno Isaurus primus ad imperium euectus multos tribules ad comitatum accensuit, quorum virtus nequaquam in prælia emicuerat, aut alioquin exercitatos, sed notos sibi ac familiares. postea disciplina corrupta, non ex virtute & merito, sed pretio in hunc ordinem, qui venalis erat, vulgo ascripti. Tales itaque viri veteranorum militum penuria pro muris excubare coacti sunt.

Aulicos corruptissimos describit Mamertin. in Panegyr. Iuliani. Nihil necessariæ in ædibus substructionum moles, ingentes aulicorum cateruæ legionum sumptum facilè vincebant. Ministrorum aulæ cottidie limina terebantur. Ad fores eorum qui regiis cupiditatibus seruiebant, ternos patriciæ gentis viros cerneres: perditissimum quemque ex aulicis frequentabant, vti quispiam per artes turpissimas imperatori acceptissimus vide- *Corruptiones aulicorum.*
C batur. Nec viros quidem, sed mulierculas exambibant, nec fæminas tantùm, sed spadones. Claudianus lib. 2. in Eutrop.

——— Iuuenes venere proterui,
Lasciuíque senes, quibus est insignis edendi
Gloria, corruptásque dapes variasse decorum,
Qui Venerem inuitant pretio, tradúntque palato
Sidereas Iunonis aues, & si qua loquendi
Gnara coloratis viridis defertur ab Indis.
Quæsitus trans regna cibus, quorúmque profundam
D *Ingluuiem non Ægeus, non alta Propontis,*
Non freta longinquis Mæotia piscibus explent.
Vestis adoratæ studium, laus maxima risum
Per varios mouisse sales, miniméque viriles
Munditiæ, comti vultus, onerique vel ipsa
Serica, sin Hunnus feriat, sin Sarmata portas
Solliciti scenæ, Romam contemnere sueti,
Mirarique suas quas Bosphorus obruit ædes,
Saltandi dociles, aurigarúmque periti.
E *Pars humili de plebe duces, pars compede suras,*
Cruráque signati, nigróque liuentia ferro
Iura regunt, facies quamuis inscripta repugnet,
Séque suo prodat titulo, sed prima potestas
Eutropium præfert, Hosio subnixa secundo.
Dulcior hic sane cunctis, prudénsque nouandi
Iuris, & admoto qui temperat omnia fumo
Feruidus.

In aula Constantinopolitana Aulici ætate prouectiores pileis turbinatis vsi serico tectis, pro dignitate cuiúsque adolescentes omnes nudis capitibus erant. Gregoras lib. 7. περὶ τῆς κεφαλῆς καλύπτρας ἐπὶ τῶν πρότερον βασιλέων ἔθος. τοὺς μὲν χρόνῳ προβεβηκότας ἐν τοῖς βασιλείοις χρῆσθαι καλύπτραις πυραμίδος μὲν ἐχούσαις σχῆμα, σηρικοῖς δ' ἐνδύμασι κατὰ τὸ ἀνάλογον ἑκάστῳ ἀξίωμα *Pilei aulicorum turbinati & serico tecti.*

ἀξίωμα καλυπτομένους. ὅσοι δὲ ἐν ἡλικίᾳ, τούτους δὲ πάντας καθάπαξ ἀκάλυπτον ἔχειν τὴν κεφαλήν. A
Andronicus qui postea imperium arripuit, cùm primum rediit Constantinopolim, *tegumentum capitis turbinatum habuit colore fumi, vestem luceram violaceam Iberica texturæ, ad genua & nates promissam*: πυραμιδοειδῆ καλύπτραν τῇ κεφαλῇ περικείμενον, καυνέαν τὴν χθιζὴν σοβὸν ἠμφιεσμένον χιτῶνα ἰοειδῆ ὑφῆς τῆς ἰβηρικῆς, εἰς γόνατα καὶ γλουτοὺς καταβαίνοντα, ait Nicetas in Alexio Manuelis filio, lib. 2. Andronici, aulicos vocat τοὺς περὶ τὸ βασίλειον βῆμα. Libro Isaacij scribit Latinos & Gallos vestes laticlauias & lineas mitras equorum capitibus imposuisse, & albas fascias, quæ in humeris pendent, τὰ πλατύσημα καὶ τοὺς ὑποκοσμητὰς περικεφαλίας καλύπτρας τε καὶ ῥιπιδίων, καὶ τὰ κατὰ νώτου κεχρωμένα λευκόλινα. Imperator id aulicis plærísque dabat, vt apud se in subsellis sederent. Nicetas in Alexio Manuelis filio sub finem. Andronicus σωφρόνων ἐκείνους αὐτῷ σκιμποδίσκων ὑποπτερωμένων, καὶ παρισταμένων τῷ βασιλέως θρόνῳ κλισμοῖς. B

Agrarium cum imperatore ingredi quibus concessum.

In Agrarium, quæ nauis imperatoria fuit, veteri lege nemo ingrediebatur cum imperatore, nisi drungarius vigiliæ, drungarius reis naualis, logotheta cursus, hæteriarcha, mysticus, supplicum libellorum magister, domesticus scholarum, si in vrbe esset, accubitor, vestiarius, & è cubiculariis quos imperator iussisset. Hac itaque de causa dromonium Leo fecit, vt plures secum admitteret, si longius progrederetur. καὶ τύπον δὲ ἐν τῷ ἀγραείῳ ἑδεῖς ἕτερον εἰσήγαγεν, εἰ μὴ ὁ δρουγγάριος τῆς βίγλης, καὶ ὁ δρουγγάριος τῶν πλωίμων, &c. Imperatores in suis ad præfectos præt. rescriptis parentes eos vocant. Imperator Alexander l. 4. C. de locato, ad Domitium Vlpianum præfectum præt. & parentem meum Impp. Constant. & Constans l. 6. & 9. de Annona & trib. C. Theodos. Ea quantitas quam Rufini viri clarís. & inlustris Pr. Pr. parentis, amicíque nostri moderatio. & sæpe alibi. Præfectis item vrbi hæc parentum appellatio tributa, l. 2. de pact. C. Theodos. & Nouel. 1. & 2. Theodos. & Valentiniani de inuasorib. & alibi passim. Magistri item officiorum, Magistri vtriusque militiæ, Magistri militum patres ab Imper. appellati, Nouel. Theod. & Valentin. ad Florentium mag. off. de scholarib. Nouel. 1. de Tyronib. ad Sigualdum comitem & magistr. vtr. milit. P. K. A. Parens cariss. August. Nouel. 4. de annon. militant. fori præscript. ad Ariobindum magist. mil. Comes rerum priuatar. Nouel. de rescind. vendit. Eudoxius P. K. A. vocatur. Eutropius Eunuchus parens Imp. dictus Claudian. Præfat. in Eutrop. C

Direptas quod plangis opes, quas natus habebit?
Non aliter poteras principis esse pater.

Id est, imperator filius tuus habebit opes tuas. Patres item sibi fecerunt eos quibus patriciatus codicillos dabant ait Iustinianus l. vlt. de consul. lib. 12. §. filiusfamil. D

Fratrũ nomen Comitibus & rectorib. Prouinciarũ ab Imperatoribus datum.

Comites & Rectores prouinciarum fratres vocabantur ab imperatore Cassiodarus lib. 6. in for. Rect. prouinc. Additur quod à principe frater vocaris, vt nobilitate pretiosi nominis, à vilitate criminum tollaris. Nouella Theodos. & Valent. de patrim. ad comit. largit. Marcelline frater amantissime Nouel. 3. de palat. ad Florian. comit. sacrar. largit. Floriane frater amant. Nouel. de ambitu ad Numum mag. offic. Nume frater amantissime. Iustinianus Arsilium præsidem Thaisi fratrem iucundis. appellat Nouel. 125. Imp. Theodos. & Valent. Nouel. 3. De tyromb. ad Hesiod. comit. Hesiodore frater amantis. lib. 1. Machab. c. 12. Rex Demetrius Ionathan fratri. Regem Persarum fratrem vocabant, & ab eo fratres salutabantur. Menander in Epistola Chosroæ, χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων ἰσπινιανῷ καίσαρι ἀδελφῷ ἡμετέρῳ. Item, νῦν ὁ σὸς μὲν ἀδελφὸς, δεσπότης δὲ ἐμὸς ἔθετο ἐν νῷ: *Chosroes Rex regum Iustiniano Cæsari fratri nostro. Nunc tuus frater Dominus meus posuit in mente.* Luithprand. in legatione, sed & optimam amicitiæ arrabonam fraternitati tuæ nunc Dominus meus contulit. Loquitur de Germanorum imperatore. E

Cæsariani aulici quinã appellati.

Cæsariani dicti Aulici qui in aliquo apud principem officio militabant. C. Theodos. l. 1. de Cæsarianis. Cæsariani in actu duntaxat constituti, vel ad perfectissimatus vel ducenæ, vel centenæ, vel egregiatus dignitates non oporter admitti, nisi completo inculpate officio l. 2. Non conuenit Cæsarianos inconsultis nobis ad alicuius corporis molestiam deuocari. l. 5. C. de iure fisci. Cæsariani fraudibus omnia temerare consueuerant. l. 1. de bon. proscr. Cæsariani ab omni iuris beneficio excluduntur, nisi probata à principe, purgatáque fuerint ratiocinia. Cæsarianorum fraudes l. 2. de bonis vac. Verum ad palatia & aulam regiam redeamus. Socrates lib. 1. Histo. eccles. βασίλεια. Diocletianus Nicomediam fecerat regiam βασίλεια. Ammianus libr. 23. Valentinianus omni pudicitiæ cultu tanquam retinaculis petulan

A petulantiam frænarat aulæ regalis. lib.15. Hi qui ſummam aulam tenebant, omni placendi ſtudio in adulationem ex more collato. Spartianus, Hadrianus multis, quod apud Sabinam vxorem iniuſſu eius ſecus egerant, quam reuerentia domus aulicæ poſtulabat, ſucceſſores dedit. Antoninus Pius Marcum Anton. aulico faſtigio renitentem ornauit, ait Capitolinus.

Aula, aulica domus, &c. de quibus dicta.

Aula igitur, aulica domus, aulicum faſtigium, aulicum miniſterium de imperatoris domo dicitur. Lampridius, Alexander Seuerus abiectis ex aulico miniſterio cunctis obſcænis. Zozimus lib.3. τῖς περὶ τὴν αὐλὴν ἅπασι: *Aulicis omnibus.* lib.2. ἀρχὴν τ περὶ τὴν αὐλὴν τάξεων, *imperium in aulicos, & palatinos ordines.* ὁ αὐλῆς ὕπαρχος, *Præfectus prætorio.* Dio, Auguſtus τὸ βασίλειον καταικωθὲν αὐτοπροσώπως, *regiam, quæ conflagrarat,* cùm reſtituiſſet. Petronius τανάπην τὸ βασίλειον αἰθιόπων ἔλαβε, *Tanapen regiam Aethiopum cæpit.*

Prætorij nomine quid ſignificatū.

B Omnes villæ elegantiores ætate Suetonij dicta prætoria. Sueton. lib. 3. in prætorio cui ſpelunca nomen erat incænante eo complura, & ingentia ſaxa fortuitò ſupernè delapſa ſunt. Tacitus lib.4. Villa cui nomen ſpeluncæ. Virgil. lib.7.

Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis,
Vrbe fuit media Laurentis regia Pici.

Statius lib.4. Sylua.2.

Tectum auguſtum, ingens, non centum inſigne columnis,
Sed quantæ ſuperos, cælúmque Atlante remiſſo
Suſtentare queant. Super hoc vicina Tonantis
Regia, téque pari lætantur ſede locata Numina.
C *Tanta patet moles, effuſæque impetus aulæ*
Liberior, campi multúmque amplexus aperti
Æthereo, & tantum domino minor.

Dio in Auguſto lib.53. καλεῖται ἡ τὰ βασίλεια παλάτιον, *Regia palatium dicitur*, non quòd ita ex decreto aliquo nominata ſit, ſed quia Cæſar habitabat in palatio, & ibi prætorium habebat.

Diuerſoriū imperatoris palatiū appellatum.

Domus enim Romuli palatium dictum à loco vbi poſita, ἢ ἀφ' τοῦ κἂν ἀλλόθι πᾶ αὐτοκράτωρ καταλύῃ, τὸν δ παλατῖνᾶ ἐπίκλησιν ἡ καταγωγὴ αὐτῷ ἔχῃ: *Et ideo licet alibi vſpiam imperator agat, diuerſorium eius dicitur palatium.* Zonaras, τὸν δ παλατῖνᾶ κλῆσιν καταγώγιον βασιλέως, *palatij appellationem imperatoris domum ſignificare*, vbicunque agat. Spartianus in Didio
D Iul. Imperator recens creatus in palatia ducitur. Ammianus lib.26. Gregorius Turonenſ. lib.5. c.30. Hiſtor. Franciæ. Sidonius lib.2. e.13. Palatinis limitibus incluſus. Soli imperatores in prouinciis habitabant in palatiis, l.1. & 2. C. Theodoſ. ne quis in palatiis man. Lampridius, Alexander purgauit palatium ſuum. Ammianus li. 14. Cæſar ſolis ſcholis ſit contentus palatinis.

Caſtra pro palatio & aula poſita.

Caſtra item pro palatio & aula ponuntur. Ideo coronæ quæ Cæſarianis datæ, Caſtrenſes dictæ, vt Tertul. lib. de corona militis. Syneſius ep.76. ἧν δέ τινα χρείαν ὅτι στρατόπεδον ὡρύομεν, *Cùm ad aulam eſſet ob quædam negotia.* Expeditum item pro comitatu & aula poſuerunt. Chalcedon. concilio, vbi leo imperator ſacratiſſimum ſuum expeditum habere dicitur. Apud Capitolinum Antonin. Pius nec vllas expeditiones obiit, niſi quod ad agros profectus eſt in Campaniam. στρατείας vocant expeditiones.

Commeatus pro palatio imperatoris.

E Commeatus pro eodem ſumitur, l.16. C. de erogat. milit. annonæ. Anaſtaſij ſacratiſſimus commeatus. Thomas magiſter mauult dici αὐάκτορα, & βασίλεια, quàm palatia. βασίλεια κρεῖττον ἢ αὐάκτορα, τὸ ἢ παλάτια ἀδόκιμον. Euſebius lib.4. de vita Conſtantini. ἔνδον γάρ τοι ἐν αὐτῷ παλατίῳ καὶ τὸ μεσόστατον τ βασιλείων: *Intus in ipſo palatio, in media regia.* Codinus, πεζεύει ἢ καὶ ἔρχεται ἐν τῇ τ παλατίᾳ αὐλῇ: *Pedes it & iſte in aula palatij.*

Proceſſi nomine quid ſignificetur.

Proceſſum Græci recentiores dixere quaſi proceſſum. In faſtis Siculis, καὶ φοβηθεὶς λεὼν ὁ βασιλεὺς ἐξῆλθεν πέραν εἰς τ ἅγιον μαμᾶν καὶ ἐποίησε ἐκεῖ στρατόπεδον μῆνας ἕξ: *Territus Leo Rex exijt vltra ad ſanctum Mamam, & ibi ſex menſes fecit proceſſum*, id eſt, moratus eſt. Cedrenus, καὶ στρατόπεδα γυμνὰ ἐν τῷ ἑβδόμῳ, ἀπώλεσαν οἱ βεστιαρῖται τὸ σέμνα τ βασιλέως: *& cùm proceſſum Imperator feciſſet ad Septimum*, quod fuit ſuburbium Conſtantinopoli, *veſtiaritæ amiſerunt coronam imperatoris.* Hæc vox ſæpe occurrit apud Conſtantin. Porphyrogenneten lib. de thematib. & in chorographia. Idem μακρόπεδα, & μακρότερον στρατόπεδον vocat, *cùm longius imperator abiret.*

Profectio

Palatina militia. Profectiones principis ab vrbe dicuntur palatina militia, & expeditiones apud Capitolinum in Pio, προόδοι, πρόπεμπτα. Tertullianus de corona milit. militiam regiarum familiarum. A

Cæsariani homines, qui. Cæsariani ipsi dicti sunt homines domus Augustæ l. 1. C. Theodos. de conductorib. & hominib. domus Augustæ. Cassiodorus lib. 10. ep. 5. Theodosio homini suo Theodahadus. Præsenti iussione præcipimus vt quicunque ad domum nostram noscitur pertinere, & curæ tuæ probatur esse commissus, nullis præsumptionibus insolescat. A domesticis inchoare volumus disciplinam. Vnde & viri illustres ac clarissimi ad exemplum principum domesticos suos vocant homines suos. Symmachus lib. 2. ep. 30. Si placet vt homines mei hæreditaria possessione decedant. Ennodius ep. ad Boëtium, homo culminis vestri. B

CAPVT XVIII.

De Palatinis.

Palatini quinã dicti. PALATINI dicti aulici, memoriales, agentes in rebus, & apparitores, qui litteratam militiam in palatio faciebant, aut mandata & iussa imperatorum exsequebantur. Sidonius lib. 1. e. 6. te ad capessenda munera litteratæ militiæ vocem. C. de aduoc. diuers. l. 14. Aduocati qui dirimunt ambigua fata causarum, suæque defensionis viribus in rebus sæpe publicis ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, C non minus prouident humano generi, quàm si præliis atque vulneribus patriam parentésque saluarent.

Priores palatij Palatij priorem aliquem fuisse docent acta manuscripta, his verbis, Tunc Maximianus Imperator iussit omnes qui in palatio erant Christiani, discingi, & renuntiare militiæ, qui cùm cingula soluerent, notauit illic transeuntem Isicum: Prior enim erat palatij ipsius. Ambrosius ep. 5. ep. 33.

Officia palatina. Palatina omnia officia, hoc est, memoriales, agentes in rebus, apparitores diuersorum comitum. Ammianus Marcel. palatio omni relicto præter paucos thori ministros & mensæ. Palatini officij adiutor fuit, qui matriculam tractaret l. 16. C. Theod. de palatin. Palatini sacrarum & priuatarum largitionum C. Theodos. lib. 6. tit. 2. & tit. de palat. sacrar. largit. C. De palatino officio ad legendum principatum officij comitis domorum per Cappado- D ciam mittuntur, quos ipse comes domorum vereatur.

Thesaurẽsis palatinus. Thesaurensis dicitur palatinus. Palatini sunt stati 224. supernumerarij 600. 10. electissimi. 546 sunt de officio comitis sacrarum largitionum, 300. priuatarum, 1174. agentes in rebus. Palatini sunt priuationales vel largitionales, dicuntur & mittendarij, qui mittuntur à comitibus l. 2. C. de comit. sacr. largit.

CAPVT XIX.

De Scholasticis. E

Scholasticorum dignitas & officium. SCHOLASTICI sæpe assidebant rectoribus prouinciarum, aut præfectis prætorio, quibus erant in consilio, interdum supplicibus preces dictabant, quas principi offerrent, litigantibus iura cum essent literati. Vnde & Scholastici pro eruditis vel causidicis ponuntur apud Apuleium Milesia 2. Capitolinus in Maximino Iuniori, Quamuis ipse adolescens & pulcher, & scholasticus ad Græcas mundicias eruditus esse videretur. Theophrastus primus voce scholastici vsus pro erudito in epistola ad Fanniam popularem suum. Hieronymus in catalogo, Serapion ob elegantiam ingenij cognomen scholastici meruit. Iulianus in epistola ad Maximum, ἀνεπυθόμην μή τις φιλόσοφος, μή τις σχολαστικὸς καθῆρεν, *interrogabam an philosophus aliquis, an scholasticus veniisset* è Gallia. Saluianus in proœmio libri de Prouidentia, Vt scholastici ac diserti haberentur. Sulpicius Seuerus dialogo primo, Hoc ipsum primum

A primum ſcholaſticus artificiosè facis. D. Auguſtinus in Dialect. Cùm ſcholaſtici ſolùm propriè & primitus dicantur ij qui adhuc in ſchola ſunt, omnes tamen qui in literis viuunt nomen hoc vſurpant. Plinius in epiſtolis Suetonium & Iſæum ſcholaſticos vocat, quia ad forum non accederent, ſed vmbratile ſtudium ſectarentur. l. 9. epiſt. Niſi fortè volumus ſcholaſticas, atque vt ita dicam, vmbraticas literas mittere, id eſt, fictas, quales ab otioſis ſcribi ſolent. Eodem libro, ſcholaſticum ingenium otioſum. Homine ſcholaſtico nihil ait eſſe ſimplicius. Varro, Scholaſticorum natio madens pingui. Plutarchus in Cicerone ſcholaſticum vocat imperitum.

Recentiores tamen ſcholaſticum pro erudito vel cauſſidico vſurpant. Sic apud Suidam Agathias Hiſtoriæ ſcriptor dicitur Scholaſticus, qui libro primo artem ſibi fuiſſe ait τὰ ῥωμαίων νόμιμα, καὶ τοὺς δικαστηρίων ἀγῶνας, *leges, & certamina iudiciorum*. lib. 3. ἐγώγε ἡμῶν ἐν B τῇ βασιλείῳ στοᾷ βιβλία πολλὰ δικῶν ἀνάπλεα καὶ πραγμάτων ἐξ ἑωθίνου μέχρι καὶ εἰς ἥλιον καταδύντα ἐκμελετῶ καὶ ἀνεγίττω, *Ego ſedens in regia porticu libellos multos cauſsis plenos & negotijs à ſole orto ad occaſum euoluo.* Leontius Mechanicus de Arati Sphæra, ἐτύγχανον γὰρ καὶ τοιαύτην τινὰ σφαῖραν ἐργαζόμενος ἐλπιδίῳ τῷ σχολαστικῷ, ἀνδρὶ ἀξιολόγῳ ὁμοῦ καὶ φιλομαθεῖ: *Eiuſmodi Sphæram faciebam Elpidio ſcholaſtico literarum ſtudioſo viro & honeſto.* Sigebertus in Chronico, Franco ſcholaſticus Laodicenſium, & ſcientia literarum, & morum probitate claret. Papias, Togiforium locus vbi ſcholaſtici diſputant. Plutarchus in Themiſtocle, ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς σχολαῖς λέγεται τῶν φιλοσόφων, *iſta dicuntur in ſcholis philoſophorum.*

Scholaſticus pro cauſſidico vſurpatus.

C

CAPVT XX.

De Obſequio.



OBSEQVIVM *dicitur de ijs qui ante Imperatorem eunt cum ordine & honore. Anteambulones Martialis vocat. Vnde qui præeſt obſequio non dicitur dux, ſed comes qui vias præparat, itinera dirigit ac ſternit, & manſionem principis adornat:* ὀψίκιον σημαίνει τοὺς προπορευομένους ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως ἐπ' εὐταξίᾳ καὶ τιμῇ. ὅθεν οὐδὲ στρατηγὸς χρηματίζει ὁ τοῦ ὀψικίου ἡγούμενος, ἀλλὰ κόμης, ὃς καταρτίζει καὶ διευθύνει τὰς ὁδοὺς, καὶ μονὰς τοῦ βασιλέως, ait Conſtantin. Porphyrog. lib. 1. de Themat. Obſequium dicitur comitatus. Agrætius de orthograph. Circumpedes ſunt obſequia ſeruorum, ante pedes D amicorum. VVarnefrid. de geſt. Languob. lib. 1. c. 20. Illa multitudinem virorum, & nobilem comitatum aſpiciens interrogabat, quis iſte eſſe poſſit, qui tam ſublime obſequium haberet. Fuit & nomen Thematis Capitolin. in Pertinace, cùm milites de caſtris ad obſequium principis veniſſent. Marcus armauit gladiatores quos obſequentes appellauit, tanquam non in legionibus, ſed in obſequiis principum eſſent. Trebellius in Claudio, Venatores qui obſequuntur duo. Caſſiodorus in formula Curopalatæ, Vt aurea virga decoratus inter obſequia numeroſa ante pedes regis primus videaris incedere. Anaſtaſius in Zachariæ Papæ vita, Impenſaque caritate ab eadem egreſſus eccleſia, in eius obſequium rex dimidium ferè milliarium perrexit. Qui eidem ſancto viro vſque ad ciuitates obſequium faceret. Eum repedandum abſoluit dans in eius obſequium ducem.

Obſequium de quibus dictum.

E

CAPVT XXI.

De Amicis & Aſſeſſoribus.



AMICI principis interdum illi ſoli quos in domeſtica & interiore vita haberet, priuata amicitia ſibi iunctos, inter quos & iuriſconſulti, qui quaſi aſſeſſores, & conſiliarij de rebus grauioris negotij aſſumebantur. Spartianus in Hadriano, cùm iudicaret in conſilio non amicos ſuos, aut comites ſolum adhibebat, ſed Iuriſconſultos, & præcipue Iulium Celſum Saluianum. Capitolinus in Ant. Pio, Amicis ſuis in imperio ſuo non aliter vſus eſt, quàm priuatus, & ipſi nunquam de eo cum libertis ſuis per fumum aliquid vendiderunt. Dio in Adriano, οὐ μὲν τοι

Amici principis, qui dicti.

ἐξύβεισέ τις τ̃ φίλων, ἔτ' ἀπέδοτό τι ἔτ' ὧν ἔλεγε ἔτ' ὧν ἔπραξεν, οἷα οἵτε καισάρειοι, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ περὶ τὰς αὐτοκράτορας ἔχοντες, ποιεῖν εἰώθασι. *Nemo ex amicis eius iniurioſus in alios fuit, neque vendidit dicta, aut facta eius, quod Cæſares, & aulici vulgò facere ſolent.* Lampridius in Alex. dicta, factáque principis fumis vendere, fumum de principe vendere. Atticis dicuntur καπνοί. Spartian. Adrianus libertos ſuos nec ſciri voluit in publico, nec aliquid apud ſe poſſe, damnatis omnibus libertis ſuis quicunque ſe de eo iactauerant. Lamprid. in Alexan. Nec dedit alicui facultatem vel fumorum vendendorum de ſe, vel ſibi de aliis male loquendi, maxime occiſo Thurino, qui illum quaſi fatuum & vecordem ſæpe vendiderat. Sed de amicis principis Plinius in epiſt. Illum amicitia principis ciuilibus officiis exemit. Iuuenal. A

Fructus amicitiæ magnæ cibus. B

Statius,

——Magnæ propius ſuccedere dextræ.

Claudius Imp. in oratione Lugduni habita ex qua colonia inter paucos equeſtris ordinis ornamentum Lucium Veſtium familiariſſime diligo, & hodiéque in rebus meis detineo. Lamprid. in Alexan. res bellicæ, & res ciuiles per amicos tractabantur, ſed ſanctos, & fideles, & nunquam venales. Capitolinus de Anton. Pio, neque de vllis actibus quidquam conſtituit, niſi quod prius ad amicos retulit. Tacitus lib. 4. Sumitur in conſcientiam Eudemus amicus ac medicus Liuiæ, ſpecie artis frequens ſecretis. Lamprid. in Alexand. Seu. Cum amicis tam familiariter vixit, vt communis eſſet ei ſæpe conſeſſus, iret & ad conuiuia eorum. Seianus apud Tacit. lib. 4. Annal. de ſe ipſo ad Tiberium loquens, haberet in animo amicum. Suetonius in Tito c. 7. Amicos elegit, quibus etiam poſt principes, vt ſibi & reip. neceſſariis acquieuerunt, præcipuéque ſunt vſi. Capitolinus in Pio. Neque de illis actibus quicquam conſtituit, niſi quod prius ad amicos retulit. lib. 17. D. de iure patronatus. Diui fratres aiunt, Voluſius Marcianus amicus noſter, & iuris ciuilis præter veterem & bene fundatam peritiam anxiè diligens. Item, cum & ipſo Marciano, & aliis amicis noſtris iuriſperitis adhibitis tractaremus. C

Cohors amicorum, quæ. Cohortem amicorum Tacitus lib. 6. vocat, quorum alij fuere primæ & interioris admiſſionis, alij ſecundæ. Seneca lib. de Beneficiis. Apud nos primum omnium Gracchus & Liuius Druſus inſtituerunt ſegregare turbam illam, & alios in ſecretum recipere, alios cum pluribus, alios cum vniuerſis. Habuerunt itaque iſti amicos primos, habuerunt & ſecundos, nunquam veros. lib. de Clementia, Salluſtium, & Cocceios, & Deillios, & totam cohortem primam interioris admiſſionis ex aduerſariorum caſtris conſcripſit. lib. de Benefic. Non ſunt iſti amici qui agmine magno, ianuam pulſant, qui in primas & ſecundas admiſſiones digeruntur. Lamprid. in Alexandro, Moderationis tantæ fuit vt amicos non ſolum primi, ac ſecundi loci, ſed etiam inferioris, ægrotantes viſeret. Tiberius tres claſſes non amicorum, ſed gratorum fecerat pro dignitate cuiuſque. Diſtribuit primæ claſſi 600. H S. Secundæ quadringenta, tertiæ ducenta, vt Sueton. in Tiberio c. 46. Cn. Matius ex equeſtri ordine D. Auguſti amicus, ait Tacit. lib. 22. Sueton. in Iulio, quæ ſcire C. Matium, Ca. Oppium, reliquóſque Cæſaris amicos. Alexander Seuerus præfectum vrbi amicum vocat C. l. 1. tit. Si maior. D

Medici amici. Verùm & medici amici. Plutarchus in Octauio, Qui monitum eum ſcribit amici ſomnio, ne in caſtris Philippenſi prœlio maneret. Is amicus medicus fuit. Spartianus de Hadriano, qui cauſas Romæ, atque in prouinciis frequenter audiuit, adhibitis conſilio ſuo conſulibus, atque prætoribus, & optimis Senatorib. Dio, ἐδίκαζε μετ' τ̃ φρόντων. Antoninus Muſa amicus Liuiæ. E

Aſſeſſores imperatorũ amici appellati. Amici imperatorum qui aſſidebant iudicantibus, dicuntur aſſeſſores. Eutropius lib. 8. Alexander aſſeſſorem habuit, vel ſcrinij magiſtrum Vlpianum. Marcus habuit ſecum præfectos, quorum & auctoritate & periculo ſemper iura dictauit. (periculum experientiam vocat) Vſus autem eſt Scæuola præcipuè iuriſperito, vt Capitol. Propriè aſſeſſores rectoribus prouinciarum, παρέδρους appellat Ariſtoteles lib. 2. Polit. λαμβάνουσι δ' οἱ παρέδρους ὅτε, ἄρχων ἢ ὁ πολέμαρχος, δύο ἑκάτερος, ἐς ἂν βέλωνται). Peſcenninus Niger intimauit Commodo, vt aſſeſſores, in quibus prouinciis aſſediſſent, in his adminiſtrarent. Vnde ſub Seuero Paulus & Vlpianus, qui Papiniano in conſilio fuerant præfecti facti, vt Spartianus in Nigro. Auguſtus qui primus præſidibus prouinciarum ſalaria inſtituit, de aſſeſſoribus & conſilia

A consiliariis cauerat nihil. Addidit consiliariis salaria Marcus philosophus, ne eos quibus adsederant grauarent, iudicem dicens nec dare debere, nec accipere. Dio sub Augusto assessores παρέδρους legatorum & proconsulum fuisse ait, item sub Tiberio. Omne officium assessoris quo iuris studiosi partibus suis funguntur in his ferè causis constat, in cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis ait Paulus l. 1. D. de officio assessoris. Martianus libertos adsidere posse ait. Apud Zozimum Proclus Iurisconsultus παρέδρου imperatoris & quæstor. Lampridius de Alexandro, Assessoribus Salaria instituit. Cassiodorus lib. 8. ep. 10. Defensorem omnium suis tractatibus adiuuabat, & ministrando consilium regebat ipse rectorem. Iulius Firmicus lib. 3. Astron. c. 5. Valfridus Strabo c. 31. Habent & potestates sæculi consiliarios in domesticis.

Ex primoribus aduocatorum sumebantur adsessores. Sidonius ep. vlt. lib. 1. ep. 10. lib. 5. *Primores aduocatorũ ex quibus adsessores sumpti.*

B Cassiodor. ep. 12. lib. 8. Decet tractatores habere doctissimos quibus potestas summittitur. Aduocationis te campus exercuit, te iudicij nostri culmen elegit. Quando illius consilio te vides esse sociatum, qui nostri imperij tractat arcanum. Hinc est quod te comitiuæ domesticorum illustratum honore decoramus. Vlpianus ad orationem Demosthenis aduersus Midiam, παρέδροι γὰρ ἐδίδοντο τοῖς νεωτέροις, εἰ νῷ συνκάθεδροι. ἐπεδὴ γὰρ ὁ ἄρχων πάσας τὰς ὀρφανικὰς, καὶ τὰς κληρικὰς ἐδίκαζεν, ἐνίοτε διὰ τ ἡλικιαν ἀπείρως εἶχε δικαζειν, ἐδίδοτ ὡτῷ παρέδρος ὁ συνδοκιμάζων: *Adsessores dabantur iunioribus. Quia enim Prætor omnes causas pupillares, & de fundis ac hæreditatibus iudicabat, & interdum erat per ætatem imperitus, dabatur ei assessor qui simul iudicaret.*

Consiliarij dicuntur monitores Symmacho lib. 4. ep. 5. Donatus ad Hecyram, monemus *Monitores consiliarij dicti.*

C consilio, hortamur impulsu. Symmachus lib. 3. ep. 13. Phœnicem Achillis monitorem. Aurelius Victor c. 4. de Claudio, Stolidorum ingenia proinde agunt vt monitores sunt. De Valentiniano, Si ei probatis, eruditísque monitoribus vti licuisset. Sidonius lib 5. e. 10. Hunc quoque Galliis post præfectus Priscus Valerianus cõsiliis suis, tribunalibúsque sociauit. Epist. 3. l. 1. Præfectus prætorio sibi consiliorum socios, & participes adlegebat. Priuilegia consiliorum Præfecturæ. ep. 6. lib. 8. Cum quæ regit prouincias fascibus Nicetiano regeretur præfectura consilio. Olim cum magistratus essent illiterati, ius dicentibus consiliarij adsidebant. Balsamo concilio Carthag. can. 15. l. 1. C. Theod. De Comitib. qui illustribus agentibus adsederunt. Vet. glossæ, Domestici sunt ex quibus pro magna parte consilium pendet, & hi dicuntur assessores. C. Theodos. De Assessoribus domest. & cancell. Comites dicuntur l. 12. D. de vacat. muner. Ammianus lib. 26. Sallustius Præfectus Pr. Phosphorio amisso consiliario, qui ei aderat. Cassiodorus ep. 12. lib. 6. Consiliarios præfectorum. In Codice

D Theodos. consiliarij dicuntur administrantium socij, atque participes. Quædam enim vniuscuiusque portio dicitur adsessor.

Participes vocantur assessores l. 1. C. si rector prouinc. Ausonius idyl. 2. *Participes assessores.*

Curia me duplex, & vtérque Senatus habebat,
Muneris exsortem, nomine participem.

Consiliorum particeps Symmacho ep. 17. lib. 1. Fortunatus de vita S. Germani, participatus est consilium. Cassiodorus Præfatione lib. 11. & C. Theodos. l. 3. de incestis nupt. participatus & adsessura. adsessio l. vlt. C. de assessor. Consiliarij iuris studiosi. l. 4. D. de variis & extraordinar. cognit. Eorum officium fuisse ostendimus, de causis cognoscere, expostulationes audire, libellos supplices legere, & his respondere, circa edicta & epistolas scri-

E bendas versari, criminum causas præfectis decidendas remittere, sententias à præfecto ferendas dictare. l. 6. De offic. Procons. Salarium illis à præfectis aut præsidibus datum, in annonis & speciebus, postea sub Theodosio & Valentiniano in ære. Assessori Præfecti prætorio Africæ 20. libræ auri. Depósito officio Assessores Præfecti prætorio à nullo magistratu personali munere onerari poterant. Vide Authenticam de Iudicibus. l. 6. D. de offic. Procons. l. 1. C. de Annon. & capitat. Nouel. 17. C. de offic. P. P. Africæ.

Prærogatiua consiliariorum qui illustribus adsidebant erat, vt vicariæ dignitatis priui- *Prærogatiua consiliariorum.*

legio gauderent, quos cùm ex primoribus aduocatorum sibi eminentissima præfectura in consilium adsumeret Prætoriana, expleto vicesimo, aut decimoquinto aduocationis anno, vicariæ dignitatis ius potestatémque obtinebant. Ita vt in salutationibus imperatorum, in concionibus publicis, omnibus qui post se vicariæ potestatem adepti erant merito præponerentur. C. Theodos. De comitibus qui illustr. adsed. Infrequentes adsessores qui in actu positi non erant, Vicariæ dignitatem non assequebantur, nec qui aduocatione

functi imaginaria aut Vacantiua. Imò qui sine commeatu biennio, cum commeatu quinquennio abfuerant à iudiciis, matricula aduocatorum expungebantur. Nouel. Theodosij & Valentin. de postul. l. vlt. C. de aduoc. diuer. iudic. Præfectorum vices agit adsessor præfecturæ, vicariæ vices agit vicariæ dignitatis assessor. Vtérque enim præfectus & vicarius suos adsessores habuere. Iulianus Nouel. 15. c. 4. Cassiodorus form. 5. lib. 6. Sidonius ep. 3. lib. 1. Vnde te etiam par fuerit priuilegio consiliariorum præfecturæ, in quam participandam deposceris, antiquati honoris perniciter sarcire dispendium, ne si extra prærogatiuam consiliarij in concilium veneris, solas vicariorum vices egisse videaris. A

CAPVT XXII.

B

De Admissionibus ad Imperat.

Aditus ad imperatorẽ quomodo cõcessus.



ON temerè cuiuis patebat aditus ad imperatorem, sed erant scrutatores qui inspicerent ne cui sub veste ferrum lateret, vt Sueton. in Claudio c. 14. Vespasianus consuetudinem salutantes scrutandi manente adhuc bello ciuili omiserat, vt Suet. c. 12. Vnde admissionis officium c. 14. quidam ex officio admissionis simul expellens Vespasianum sub Nerone abire Morboniam iusserat. De amicis interioris admissionis Seneca lib. 1. de clementia c. 10. lib. 6. de benefic. c. 23. 24. Iuuenalis Scholiastes Liburnum admissionibus præfuisse ait. Apud Vopiscum in Aureliano citantur libri Accolij magistri admissionum. Apud Plinium lib. 33. c. 3. Claudij Cæsaris liberti admissionem pro arbitrio dabant iis quibus dedissent etiam principis imaginem in annulo gerere, Vespasianus æqualiter publicabat principem. Plinius in Panegyr. Laudat facilitatem admissionum Traiani. Arrianus lib. 4. οἱ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος, καὶ οἱ ἐπικλείοντες τοὺς εἰσιόντας, *in dissertationibus Epicteti, cubicularij & qui excludunt ineuntes.* C

Admissionũ magister.

Admissionum Valeriani principis magister fuit Vopiscus. Firmicus lib. 4. c. 14. Astronom. vel tale illis officium deputabitur vt iis in palatio admittendi vel salutandi officia credantur. Lampridius scribit Alexandrum quasi vnum è senatoribus patente velo admissionalibus remotis salutatum esse. Seruius ad lib. 1. Æneid. Ducuntur iudices vsque ad secretarij fores, ibidémque officium remanet. Illi verò ingressi solium ascendunt, & sedent. Ideo & cancellarij fuere, & velarij. Ammianus lib. 15. Per admissionum magistrum qui mos est honoratior, accitus est, & ingresso consistorium. lib. 22. Manumittendis ex more inductis per admissionum proximum. l. 1. C. Th. qui à præbit. tiron. Admissionum magistri, Admissionum proximi, Admissionales l. vlt. C. de diuin. offic. l. 2. C. de priuileg. eor. qui in sacro pal. Magister officiorum præerat admissionalibus, vt Cassiodor. lib. 6. in for. Mag. offi. Admissionalis legatos ad principem admittebat, vt Philo lib. de legat. ad Caium. D

CAPVT XXIII.

De Cancellarijs & Velarijs.

Cancellarij munus.



CANCELLARIVS non munus publicum fuit, sed ministerium in aulis principum, de quo Vopiscus in Numeriano, Præfectum vrbi vnum è cancellariis suis fecit, quo fœdius nec cogitari potuit aliquid, nec dici. Erat moris vt secreta principum & fores velis, deinde etiam cancellis includerentur. E

Cancellorũ nomẽ vnde.

Græci *cancellos* κιγκλίδας, δρυφράκτους vocant. Polyb. lib. 15. Histor. θύρας δικτυωτὰς διαφανεῖς, *fenestratas ianuas reticulatas tralucentes.* Etymologicon vet. δρύφακτα αἱ τῶν δικαστηρίων θύραι, ἤγουν τὰ κάγκελα. Glossæ Basilicon, κάγκελλον αὐτὶ τοῦ δικτύσκου ὑποκοριστικῶς, ὅτι κάσσεις ῥωμαῖοι τὰ δίκτυα λέγουσι, καὶ ὑποκοριστικῶς κάγκελλον. ἔνθεν καγκελλάριοι οἱ ἐν αὐτῷ ἑστηκότες. δύο δὲ οὗτοι μόνοι: *Cancellum reticulum à cassibus id est retibus deminutiuè, vnde cancellarij, qui stant in cancello. Hi autem duo tantùm fuere.* Aristophanis Scholiastes ad vespas, κιγκλὶς ἡ θύρα τοῦ δικαστηρίου, ἣν καὶ καγκελωτὴν καλοῦσι. Cinclis ianua secretarij, quam vocant cancellatam. Idem Pollux ait lib. 8. & Hesychius. καγκελοθύριον.

Codinus

A Codinus in originib. Conſtantin. vocat. Etymologicon, κιγκλὶς ἡ καγκελοθυρὲς, θύρα δικτυωτὴ. μάλιστα ἢ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων αἱ γυαῦται ἦσαν, ἵνα ταχέως ἀνοίγωνται ἢ κλείωνται. συνεχῶς γὰρ εἰσήεσαν, ἢ ἐξήεσαν. *Cancelothyris ianua cancellata, qualis erat in ſecretarijs, vt citò aperirentur clauderentur: continuò enim inibant, exibant.* Caſſiodorus lib.11. ep. 6. Reſpice quo nomine nuncuperis. Latere non poteſt quod inter cancellos egeris. Tenes quippe lucidas fores, clauſtra patentia, feneſtratas ianuas. Et quamuis ſtudiosè claudas, neceſſe eſt vt te cunctis aperias. Agathias lib.1. Narſes Rauennam venit cum ſatellitibus, ὅσοι τὰ δεχῆς αὐτῷ ὑπηρέται ἐπύγχανον ὄντες, οἷς δὴ τὰ δεχεῖα ἐπιφέροντο τῶν ἄλλης διακοσμίας πέρα, ἢ ὅπως μὴ χύδδην ἅπασι τοῖς βελομένοις ὡς αὐτὸν εἰσιτητέα εἴη. τέτακτο ἢ ἐθῶ ῥωμαίοις ἐπὶ τῶν κιγκλίδων ἐπινομάζειν, ἢ τὸν ἐν τέχνῃ ἐπιμελείας: *Quotquot eius magiſtratus erant miniſtri, quibus ſecretaria & prætoria curæ erant vt ornarentur, & ne omnibus temerè ad eum aditus pateret.* Sidonius lib.1. e.2.

B pellitorum ſatellitum turba pro foribus Theodorici regis incluſa cancellis, excluſa velis. Tacitus lib.13. de Agrippina. Patres in palatium ob id vocabantur, vt adſtaret obditis à tergo foribus, velo diſcretum, quod viſum arceret, auditum non adimeret. Sueton. in Claudio c.10. Prorepſit ad ſolarium, intérque foribus prætenta vela ſe abdidit. Lamprid. Heliogabalus obiectu veli cubicularij quod in introitu cubiculi erat ſe texit. vet. inſcript. tit.150. Thallus Præpoſitus velariorum domus Auguſtanæ. Pollux lib.10. πρὸ μὲν τοῦ κοιτῶνος ἐπὶ τῇ θύρᾳ παραπετάσματος δεῖ, εἴτε ἁπλοῦν εἴη τὸ παραπέτασμα λινοῦν ἐξ ἐριθάνης, εἴτε καὶ πολύχρουν: *Ante cubiculum in foribus tibi velis opus eſt, ſiue ſimplex ſit velum album ex lana aut lino, ſiue multicolor.*

Qui ſeruabant vela, velarij dicti. Vet. inſcriptio, velarij de domo Auguſta. Caſſiodorus lib.13. for.1. Neſcio quis maior eſſe creditur quam qui de penetralibus iudicis deſtina- *Velarij quinam dicti.*

C tur. Perge ad illam prouinciam cancellorum pompa decoratus, & glorioſa grauitate præcinctus. faſces tibi iudicum parent, & dum iuſſa prætorianæ ſedis portare crederis, ipſam quodammodo poteſtatem reuerendus aſſumis. Sic enim propriè cancellos noſtros agitis, ſi læſorum impia clauſtra ſoluatis. Iudicibus Rectoribúſque prouinciarum dati cancellarij, qui debita arcariis inferebant. Caſſiodorus lib.12. Si cancellarius arcario noſtro non intulerit debita ex prouincia. Durum eſt vt aſſis publicus cancellarij negligentia iaceat, quem arcarius rependere de ſuo debet. Imperatores periculo primatum officij cancellarios ſub fide geſtorum electos iudicibus applicari iubent. Si idonea cauſa exegerit ad detegenda iudicis flagitia, & quæſtioni eos ſubdi oportet. l.3. C. Theodoſ. De Aſſeſſorib. Domeſt. Infimi ordinis dignitatem fuiſſe oportuit, quæ tormentis ſubiiceretur. Caſſiodorus lib. Diuinar. Inſtitut. c.17. Marcellinum Illyricianum egiſſe cancellos patricij Iuſtiniani. Fuere &

D cancellarij in iudiciis, quorum rapinæ damnatæ. Commodis omnibus & præda damnata, quam tribunus officiorum cancellarius, & ſcriba de pecuariis capere conſueuerant. Cuſtodiebant conſiſtorij ſacri ſecreta. Caſſiodorus lib.11. Præfectus prætorio tibi domeſticam militiam cancellorum decus attribuit, vt conſiſtorij noſtri ſecreta fideli integritate cuſtodias. lib.11. e.36. Cancellarius Campaniæ, quicquid penè in Rep. geritur, prætorianorum ſtrenuitate complet: nam expenſas victuales longè quidem poſitas in vrbe regia congregat. Ex domeſticis, qui arcanorum dicuntur conſcij apud Procopium lib.1. Vandalico, quidam erant cancellarij, qui ad priuatos homines epiſtolas ſcribebant. Qui tamen actibus publicis officialium, aut cohortalium ſe immiſcere non poterant, quod ſi feciſſent maiori iudicio puniebãtur. l.3. C. Theod. de aſſeſſor. & domeſt. & cancellariis. Caſſiodorus lib.11. e.27. Iohannes ſumpſit officium cancellorum, & munus ſecreti iudicialis, id eſt ſecretarij.

E C. de aſſeſſoribus & domeſticis, dicitur miniſterium cancellariorum. C. Theodoſ. de aſſeſſor. Largitionales, officiales, cancellarij Comitum rerum priuatarum inter agentes in rebus numerantur.

Apparitores illuſtrium, ſpectabilium, clariſſimorum de ſuo officio cancellarium eligebant, ibidem l.3. Apud Caſſiodorum lib.11. ep.6. Honor cancellarij ſuis primatibus meruit anteponi, id eſt, primatibus apparitorum, qui reddebant obſequia cancellario, Nullus tibi de temporis qualitate præſcribit, Tranſgreſſio matriculæ actio tua eſt. Hoc præiudicium tibi cancellorum decus attribuit, vt conſiſtorij noſtri ſecreta fideli integritate cuſtodias. Per te præſentandus accedat, per te noſtris auribus deſiderium ſupplicis innoteſcat, iuſſa noſtra ſine ſtudio venalitatis expedias. Talem vnuſquiſque ad reſponſa ſua videtur eligere, qualem ſe cunctis decreuerit æſtimari. Sic miles ad ſecreta iudicis proximatus, præſulis ſui famam aut ornat aut maculat. Nam ſi foris ſteteris, meis emendaris obtutibus, ſi intus ingrediaris, obſeruantium non potes declinare conſpectus. *Cãcellarius ex quibus eligi ſolitus.*

Cancellarij dignitas.

Aucta est igitur dignitas cancellarij, vt pro secretario & apocrisiario esset. Ep. 10. Iubetur cancellarius annonas deputatas præbere ægroto venienti & subuentionem necessariam. lib. 12. Cancellariis deputabantur Saiones. Ep. 36. Præfectus præt. iubet Anatholico cancellario vt septingentos solidos Corniculario qui perfunctus officio, de Samnij prouincia ex illatione tertia contradat. Item ep. 37. ep. 39. exigebant tributa cancellarij, nisi indulgentiæ datæ essent, ep. 10. lib. 12. ep. 12. 14. Cancellarium Nicetas lib. 7. Manuel. Comneni Logothetam esse ait, sed de cancellario imperatoris Germaniæ loquitur, quem νομοφύλακα interpretamur, & Quæstorem sub Constantino Magno. Nicetæ verba sunt, ὥστε ὁ μὲν τὸν οἰκεῖον, ὡς ἡ λατίνων βούλεται φωνὴ, καγκελάριον, ὡς ἕλλυνες εἴποιεν, λογοθέτην (ἦν δὲ οὗτος ὁ μαγίστρης ἐπίσκοπος) πέμψας. Protocancellarij mentio fit Nouel. 10. Constant. Porphyrogen. Hincmarus ep. 11. Apocrisiarius quem nostrates Capellanum, vel palatij custodem appellant omnem clerum palatij sub cura, & dispositione sua regebat, cui sociabatur summus cancellarius, qui à secretis olim appellabatur.

Admissionales, Velarij & Cancellarij sub dispositione magistri officiorum positi.

Cancellarij, Velarij, Admissionales fuere sub dispositione magistri officiorum. Cassiodorus form. 6. lib. 6. Per magistrum officiorum Senator veniens nostris præsentatur obtutibus, admonet trepidum, componit loquentem. Aspectus regi haud irritus, promissor collocutionis nostræ, gloriosus donator aulici consistorij, quasi quidam lucifer. Nam sicut ille venturum diem promittit, sic iste desiderantibus vultus serenitatis nostræ attribuit. Herodotus πυλωροὺς ἐπιστάντας ἐπὶ τὰς θύρας vocat, *ianitores qui fores seruarent.* Gregor. Turonensis, Aymonius, & alij, ostiarios.

CAPVT XXIV.

De Curopalate.

Curopalatis munus.



CVM de Palatio egerimus, non extra lineas currere videbimur, si de curatore palatij aliquid subiiciamus, cuius munus describit Cassiodorus lib. 7. for. 5. Sublimitatem tuam curam palatij nostri suscipere debere censemus, vt & antiqua in nitorem pristinum contineas, & noua simili antiquitate producas, si frequenter legas Geometren Eucliden, si schemata eius mirabili varietate descripta, &c. Archimedes quoque cum Metrobio tibi semper assistant. Si aut ciuitatem reficimus, aut castellorum volumus fundare nouitatem, vel si construendi nobis prætorij amœnitas blandiatur, te ordinante ad oculos perducitur quod nobis cogitantibus inuenitur. Quicquid aut instructor parietum, aut sculptor marmorum, aut æris fusor, aut camerarum rotator, aut gypsoplastes, aut musiuarius ignorat, te prudenter interrogat.

Architecti dignitas.

Erat igitur architectus ad quem cura fabricæ palatij pertinebat, auream virgam ante imperatorem gerebat. Ea dignitas videtur à Constantino Magno reperta. Ammianus lib. 14. Apollinaris paulo ante agens palatij Cæsaris curam. Saturninus ex cura palatij. Marcellinus Comes, sub Iustino Amantium palatij præpositum fuisse ait. Ammianus lib. 31. Equitius cui tunc erat cura palatij. Equitius curabat palatium. Frigeridus lib. 12. Aetium id temporis curam palatij gerentem. Videtur ea dignitas fuisse maior comitiua domesticorum. Ibidem Frigeridus, Aetius ex comite domesticorum curam palatij gerere cœpit. Dicitur curator palatij, Cura palatij, Curopalates. Paulus Diaconus lib. 3. c. 11. De gestis Languobard. Tiberius cura palatij Iustini iunioris. Dicitur palatium regere, palatium gubernare lib. 8. Histor. Iust. c. 12. Hugo Floriac. lib. 5. tit. 10. Chronic. Honorius Constantini comiti curam sui commisit palatij. l. 1. C. Theodos. Qui à præb. tiron. excus. Cura palatiorum in notitia Imp. l. 1. C. Theodos. de comitib. & trib. schol. Agathias lib. 5. Curopalates præpositus palatij. Codin. lib. de offic. ὁ κουροπαλάτης εἶχε μὲν εἰς τὸ παλαιὸν ὑπαρεσίαν ἥ τις ἐστὶν ἀνεπίγνωστος, νῦν δ' οὐδεμίαν: *Curopalates habebat olim ministerium quod ignoratur, hodie nullum.* Zonar. tomo 3. p. 87. Curopalatem γαμβρὸν imperatoris. p. 222. Iustinus ἀνέψιος Iustiniani τετίμητο κουροπαλάτης, qui honor maximus. Postea Curopalatæ prouinciis impositi sunt. Fuit enim Curopalates Iberius. Codinus, ἀδρανασὴρ κουροπαλάτης ἰβηρίας ἐξαπεστάλη βασιλικὸς ἀντ' αὐτοῦ δομέστικος τῆς ὑπουργίας. Item Leo τὸν ἀδρανασὴρ πρῶτον ἰβηρίας κουροπαλάτην ἐτίμησε· καθὼς ἐνίσταται ὁ κουροπαλάτης περὶ τῶν χωρίων τῆς φασιανῆς ἐπιζητῶν ὅλην τὴν φασιανήν. *Curiopalates Iberiæ*

Adranaser

A *Adranaſer miſſus eſt baſilicus, ſiue orator pro eo Domeſticus miniſterij. Leo Adranaſer primum Ibericæ Curopalatem impoſuit. Curopalates præeſt locis Phaſianæ quam omnem explorat & inquirit.* Sed de Principis Curopalate. Euagrius lib. 5. c. 1. τῷ φυλακῳ τ̃ αὐλῆς ἐμπεπιςδυμϕότ, ὃν κεϱοπαλάτῃν ἡ ῥωμαίων λέγ φωνή: *Curopalates cui aulæ cura commiſſa.* Luithprandus Coropalaten imperatoris fratrem vocat in legatione. Simocatta lib. 3. c. 18. δευτεμεδέμ τ̃ βασιλικῆς, *aulæ regiæ curatorem.* In Nouel. Alexij μεγαλεπιφανέσταt & κεϱοπαλάτης dicitur, Illuſtriſſimus. Photius in Bibliotheca, ὡς μεῖζε τ̃ βασιλέα μηδένα τ̃ πάντων μείζονα δόξαν ἔχειν αὐτό. ὧ δὴ κεϱοπαλάτης. Vt ſecundum regem nemo omnium eo maiorem gloriam haberet. Corippus lib. 1.

Te dominum ſacræ firmauit auunculus aulæ.
Diſpoſitórque nouus ſacræ Baduarius aulæ
B *Succeſſor ſoceri, factus mox Cura palati.*
Te dominum ſacræ quis non prædixerat aulæ,
Cùm magni regeres diuina palatia patris,
Par exſtans curis, ſolo diademate diſpar,
Ordine pro rerum vocitatus Cura palati.

Notitia ſub diſpoſitione ſpectabilis viri Caſtrenſis Curæ palatiorum. Cura palati epulis cœnantis imperatoris adeſſe poteſt, & adorare l. 1. C. de Comite ſcholarum. Diſquiſitor ille aulæ minor fuiſſe videtur Curopalate: vide an fuerit is quem Sozomenus vocat lib. 5. τ̃ μείζονα τ̃ βασιλικῆς αὐλῆς, *maiorem aulæ.* Boëtius lib. de Conſolat. Præpoſitum regiæ do-
C mus. Certè non fuit αὐλῆς ὕπαρχος apud Zozimum in Iuliano. Curopalates πϱωτοκαθέδϱε, *primo præſide* maior erat.

Alia eſt cura prætorij, quæ data tribuno militum apud Trebellium in Claudio. P. Diaconus libr. 21. Leo Prætorem Armeniæ facit generum & curopalaten. Zonaras tom. 3. pag. 213. Curopalatem ὠνόμασε μέγαν δομέστιϰον, *fecit magnum domeſticum.* Sidonius Panegyr. *Prætorij cura.*

——*Curam cùm moderarere palati.*

Agathias lib. 5. Anatolium Senatorem curatorem domus Iuſtini, & bonorum eius omnium procuratorem eſſe ait. Curopalati curatorem ſignificat, vt apud Ouidium,

Tertius immundæ cura fidelis harę.

Conſtantinus in Chorographia κεϱοπαλάτῃν ἰβηείας commemorat Adranaſteren. Cura-
D tor palatij, μείζον τ̃ βασιλείας οἰϰίας, *domus regiæ maior* apud Saporem Perſam Eunuchus. Aymonius lib. 3. Bertoaldus maior regiæ domus. Item, Comes palatij. Palatio regni Burgundiæ præpoſitus Varnarius, Rector palatij. Pipini in regno Auſtraſiorum maior domus lib. 4. c. 47. Pipinus Princeps regiminis, & maior domus ſuſcepta palatij, & theſaurorum cura. Caſſiodorus, his præfecimus maiorem domus noſtræ Vacceneum. lib. 6. variar. Magiſter ad quem diſciplina palatij pertinet.

Vetus inſcriptio, Magiſter larum. Eginhartus in vita Caroli Magni, Opes & potentia regni penes palatij præfectos, qui maiores domus dicebantur, & ad quos ſumma imperij pertinebat. Venericus in Apologia Henrici 4. Sub Clotario patre Dagoberti, prouiſores aulæ regiæ, vel maiores domus eſſe cœperunt, qui dicti Seneſchalli, vt auctor ſupplementi ad chronicon Sigeberti. Omnino curator palatij per initia non adeo ampla dignitas fuit,
E quæ neque vectigalia, neque rem militarem, neque imperij adminiſtrationem attingeret, ſed regia tantum ædificia curaret, videturq; ſub diſpoſitione Caſtrenſis ſacri palatij fuiſſe. l. 1. qui à præbit. tironum. Poſtea excreuit ad ſummum apicem honorum. Plures Curopalatæ fuiſſe videntur. Ioannes Curopal. in Iſaacio Comneno, κεϱοπαλάτας & ἀμφοτέϱας τιμᾶ, *vtrumque fecit curopalaten.* *Larũ magiſter.*

CAPVT XXV.

De Eunuchis.

AD cubiculum, ad cancellos, ad fores Romani principes eunuchos, vt & Reges Babyloniorum, & Perſidis habuere. Domitianus tamen, Nerua, Trajanus, Hadrianus, *Eunuchorũ apud principes.*

Alexander Seuerus, Constantinus Magnus eunuchos fieri vetuerunt, vt Sueton. l. 1. C. de eunuchis. Iustinianus Nouel. 142. Semiramis prima exsecuit mares, si audiendus Ammianus lib. 14. Athenæus tamen lib. 1. *Andramyten primum omnium* Lydiæ regem *mares exsecuisse* dicit, ἀνδραμύτης λυδῶν βασιλεὺς πρῶτος εὐνέχισε. Galli Cybeles sibi virum acuta silice exscindebant, & Calui Isidis, vt Catullus in Galliambo. Arnobius lib. 1. A

Feminæ à quibus primùm castratæ. Gyges primus feminas castrauit vt iis vteretur semper iuuenantibus. Suidas, ξανθος λύδος ἱστορικὸς λέγει, ὅτι γύγης πρῶτος γυναῖκας εὐνέχισεν, ὅπως αὐταῖς χρῆτο ἀεὶ νεαζούσαις. *Xanthus Lydus Historicus ait Gygen primum omnium mulieres castrasse.* Vocantur ἀπόκοποι, sine viro, γυίδες, ἡμιγυάμνες, ναζάμονες, ἡμιάνδρες, *spadones, tblibiæ, thladiæ, thlasiæ*, ἀπὸ τῆς θλίψεως, θλάσεως, quibus attriti, contusi testes. Abdus ademptæ virilitatis non despectum id apud barbaros, vltroq; potentiam habet, ait Tacitus. Athenæo dicitur vir sine viro, ἀνὴρ οὐκ ἀνὴρ. Menander, B

εὐνοῦχος ἄλλο θηρίον ἐν τῷ βίῳ.

Eunuchus alia fera est in vita. Petron.

Exsectáque viscera ferro
In venerem fregere.

Eunuchorũ vsus à quo ademptus. Lampridius in Alexandro, vsum eunuchorum ademit, quia nec viri sunt, nec fœminæ. εὐνοῦχος οὐκ οἰκείας· *qui cùm mulieribus consuescere* nequit. εὐνὼν ἔχων custos thalami principis. Artemidorus lib. 2. cap. 14. θεατρικοὶ, θυμελικοὶ, σοφισταὶ, πένητες, γάλλοι, ἀπόκοποι, ἀπόδοντες, φαῦλοι ἄπιστοι, διὰ τὴν φύσιν μήτε ἐν ἀνδράσι, μήτε ἐν γυναιξὶ ἀριθμεῖσθαι: *Theatrici, Thymelici, Sophistæ, pauperes, Galli, exsciſi, spadones, omnes infideles, quia natura neque viri sunt, neque feminæ.* Gregor. Nazianzenus in Athanasio, τὰς γυναικώδεις, καὶ ἐν ἀνδράσιν ἀνάνδρους, καὶ ἀμφιβόλως τὸ γένος, θρασύλλεις ἢ πῶς ἀσέβειαν, οἷς οὐκ οἶδα ὅπως, καὶ ὅθεν οἱ ῥωμαίων βασιλεῖς τὰ τῶν γυναικῶν πεδυομένοις τὰ τῶν ἀνδρῶν ἐγχειρίζουσι. *Effeminatos, inter viros sine viro, ambiguos cuius sint sexus, impietatis notæ, quibus non video quomodo, vel vnde Romani Principes ea quæ sunt virorum committant, cùm res mulierum eorum fidei credantur.* Ctesias, ἡμιάρρενας, Catullus *semimares* vocat. Plautus in milite exsectum nihili factum. Plato Symposio, ἀνδρόγυνον μὲν γὰρ ἓν τοτὲ μὲν ἦν, καὶ ἐστὶ, καὶ ὄνομα ἐξ ἀμφοτέρων κοινὸν τοῦτ' ἄρρενος τότε θηλέος, νῦν δ' οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ὀνείδει ὄνομα κεῖται: *Per initio Androgynus erat vnus, & nomine & specie, ex vtroque conflatus & femina & viro, nunc autem non est, sed nomen dedecori & contumeliæ datur.* Hermotimus Pannonio exprobrat, ὅτι με αὐτ' ἀνδρὸς ἐποίησας τὸ μηδὲν εἶναι, *pro viro me fecisti nihil esse* apud Herodotum. Terentius in Eunucho, Sane quod tibi nunc vir videatur esse hic, nebulo magnus est. Vet. glossæ, μάταιος, *inanis, cassus, vanus, nebulo.* εὐνοῦχος ἀπὸ φύσεως *spado*, εὐνοῦχος ὁ ἀκρωμίας *castratus.* Petronius, C D

Persarum ritu male pubescentibus annis
Surripuere viros.

Carsamatium Eunuchus dictus Luitprandus, Obtuli mancipia quatuor carsamatia imperatori nominatis omnibus gratiosiora. Carsamatium autem Græci vocant amputatis virilibus & virga eunuchum. Plutarchus in Herodoto, ὑπὸ πάντων ὁμολογεῖται παῖδας ἀντελμῆς πρῶτα βαρβάρων πρὸς ἑλλήνων ἰδεῖν θαλάσσαν.

Pueri à barbaris exsecti. Confessum est apud omnes, pueros exsectos esse à barbaris, prius quàm mare Græcum viderint. ἡμίανδρες *semiuiri* dicuntur Ouidio. Athenæus lib. 1. ἀνήρ τε καὶ οὐκ ἀνήρ: *vir non vir.* Valerius Maximus lib. 6. c. 7. nec vir, nec mulier. Machlyes & Nazamones Hermaphroditi. Plinius l. 7. c. 2. Androgyni populi in Africa. E

Eunuchi hæreditate abdicati. Eunuchos hæreditate abdicandos tradit Lucianus, & omni tractatione rerum. Eosdem concilio ecclesiastico pellendos censet D. Athanasius ad Solitar. Canone Apost. & Synodo Nicena, indigni sunt ordine ecclesiastico. Suidas in verbo πατρίκιος, Eunuchum patricium esse nefas. Deuter. 23. Vetitum ne eunuchus in templum iniret. Varro, Qui se eunuchat, in parte patriam & parentem extinguit. Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis, & abscisso veretro in ecclesiam. Concil. Niceno εἰ δέ τις ὑγιαίνων ἑαυτὸν ἐξέτεμνε τοῦτον καὶ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζόμενον πεπαῦσθαι πρέπει: *Si quis integra valetudine se ipsum exsecuerit, hunc exaugurari sacro ordine conuenit.* Ammian. lib. 14. Quis videns spadonum luridam multitudinem non detestetur memoriam Semiramidis reginæ illius veteris, quæ teneros mares castrauit omnium prima. lib. 16. Erat Iuliano Cæsari Eutherius Spado eximiæ fidei, præfectus cubicularius. Theodosius vetuit Edicto eunuchum esse patricium.

Exsoletorũ grex. Gregem exsoletorum vocat Ammianus. Aristoteles sect. 4. problem. 3. τῆς εὐνούχοις τὸ σκέλη

A σκέλη οἰδεῖ, & αἱ κοιλίαι ὑλυτοι, ὡς κάτω μᾶλλον ὑγρᾶς. Eunuchis tibiæ intumescunt, & venter facilè profluuio soluitur, quia humidum deorsum fertur. Ammianus lib. 14. Spadones ait esse coloris obluridi, distorta lineamentorum compage. Erant tamen in ministerio principum eunuchi. Corippus lib. 3.

Adfuit obsequio castrorum turba virorum.
Illis summa fides, & plena licentia sacris
Deseruire locis, atque aurea fulcra parare,
Regales mensas epulis onerare superbis,
Conseruare domum, sanctumque intrare cubile,
Internas munire fores, vestésque parare.

B Nicephorus Gregoras lib. 6. Sub postremis imperatoribus vni cuidam archieunucho vrbis curam mandatam esse ait. Eutropius sub Arcadio Eunuchus, Narses sub Iustino omnia miscuere. Xenophon Cyro satellites eunuchos tribuit. Zonaras tom. 3. p. 82. ῥωμαίους φύσει τὰς ἐκτομίας ἐπτοημένους ἀεὶ, *Romanos amore stupidos in eunuchos.* Alexander Seuerus Eunuchos in palatio curare noluit nisi balneas feminarum, cùm plerosque rationibus & procurationibus præposuisset Heliogabalus, ait Lampridius. Dolet Ammianus quod eunuchi chlamyde vtantur.

Apud Persas Gazophylaces erant eunuchi. Plutarchus in Demetrio, Lysimachum vocatum à Demetrio gazophylacem respondisse scribit per iracundiam, an me putat spadonem? ὥσπερ γὰρ εἰώθεσαν τοὺς εὐνούχους ἔχειν γαζοφύλακας: *Soliti erant habere eunuchos gazophylacas.* Non tantùm imperatores, sed diuites quique in imperio Rom. habuerunt eunuchos. *Gazophylaces eunuchi.*

C Hieronymus in Epitaph. Paulæ, Quæ prius eunuchorum manibus portabatur. Varronis dictum non pertinet ad eunuchos, cùm ait, Baiis multi pueri puellascunt, multæ puellæ puerascunt. Manasses de Nerua, μισαχθὰς τῷ ἐκτομῷ τὸ ἀνδρικὸν κυλίνδρῳ, & σωεχώρει γένεσις ῥωμαίων ἐκτομῷ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκτέμνοντας ἀπήλαυνε κολάζων. Phocylides,

μηδ' οὗ παιδοτόμον ποτὲ τέμνειν ἄρσενα κέρμα.

Nerua detestatus eos qui exscinderent globulos, & cylindros viriles, non passus est Romanos viro spoliari, & eos qui secarent, expulit, ac mulctauit. Dio de Domitiano, ἀπηγόρευσε μηδένα ἐν τῇ τῶν ῥωμαίων ἀρχῇ ἐκτέμνειν. De Nerua ἀπηγόρευσε & ἐκτέμνειν τινῶν τὰ αἰδοῖα ἐν ῥώμῃ. Hadrianus l. 4. ad leg. Corn. de sicar. D. vetat fieri eunuchos. Constantinus l. 1. C. de eunuchis. Iustinianus Nouel. 142. D. Hadrianus rescripsit, Constitutum quidem est ne spadones fie-

D rent: eos autem qui hoc crimine arguerentur, Corneliæ legis pœna teneri, eorumq; bona merito fisco meo vindicari debere. P. Ægineta lib. 6. c. 8.

Eunuchismos in feminis duos ponit, νυμφοτομίαν cùm in locis muliebribus nympha vltra modum protuberat, eaq; parte mulieres ὀρθιάζουσιν ἀνδράσιν ὁμοίως, & πρὸς συνουσίαν ὁρμῶσι, dicitur νυμφοτομία. Altera μαστοτομία, cùm papillæ inguina dicantur. *Eunuchismi duo in feminis.*

CAPVT XXVI.

De igne qui Imperatorib. præit.

E IGNIS quando primùm imperatoribus præire cæperit, ambigitur. Eius mentio nulla ante Commodum, de quo Herodianus lib. 1. κόμμοδος ἐφυλάττε τιμὴν ἀδελφῆ. & γὰρ ὅτι & βασιλείᾳ θρόνῳ καθῆτο ἐν τοῖς θεάτροις, & τὸ πῦρ προεπόμπευεν αὐτῆς: *Commodus Lucillæ sorori suæ honorem habuit. Nam & in spectaculis in regio throno sedebat, & ignis ei præferebatur.* A regibus Persidis mos fluxit, quibus ignem præisse docet Xenophon lib. 8. παιδ. & πῦρ ὄπισθεν & ἁρμάτων ἐπ' ἐχάρας μεγάλης ἀνδρες ἔπονο φέροντες: *& ponè currum in magno foculo ignis præferebatur,* sequebatur Cyrus. Ammianus lib. 23. *Ignis quàdo primùm imperatoribus præire solitus.*

Feruntque etiam si iustum est credi, ignem cælitus lapsum apud se sempiternis foculis custodiri, cuius portionem exiguam faustam præisse quondam Asiaticis regibus dicunt. Marciæ concubinæ omnia priuilegia Commodus detulit quæ Augustæ tribuuntur, præter ignem, ait Herodian. lib. 1. πλὴν & πυρός. Pertinax apud eundem, *neque ignem sibi præire, neque* *Ignis cælitus lapsus.*

neque aliud vllum imperij passus est insigne attolli, οὔτε τὸ πῦρ ἐάσας ἑαυτοῦ προπομπεῦσαι, οὔτε τι ἄλλο τῶν βασιλικῶν συμβόλων εἰς ὕψος ἀρθῆναι. Curtius lib. 8. Turibula ante regem Indiæ ambulasse ait. Codinus ante imperatorem Constantinopolitanum lampadem prælatam. καὶ τὴν λαμπάδα φέρουσιν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, διὰ τὸ φάσκιον λόγιον. *Lampas præfertur, ei propter illum sermonem qui dicit*, Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. A

Lãpadarij quinam appellati.

Idem Lampadarium vocat eum qui facem præferebat imperatori, & Augustæ. τῶν δὲ λαμπαδαρίου, κάτωθεν τῶν μεγάλου δομεστίκου τὸ διβάμπουλον μεθ' ἡμμένης λαμπάδος φέροντος: *Lampadario infra magnum domesticum ampullam sacram cum accensa lampade ferente.* Idem, Lampadarius κρατοῦν τὸ χρυσοῦν διβάμπουλλον tenens auream ampullam diuinam. Fax illa si præferretur imperatori, corollis inauratis duabus cincta erat: si præiret imperatrici vel patriarchæ, vna tantum. Balsamon de priuileg. Patriarch. αἱ λαμπάδες μὲν τῶν βασιλέων διττοῖς περιχρύσοις περιζώννυνται στεφανώμασι, τῶν δὲ πατριαρχῶν καὶ τῆς βασιλίσσης ἐνὶ κατακυκλοῦνται θριγγώματι: *Lampades si præeunt imperatori, duabus corollis auratis cinguntur, si patriarchæ aut imperatrici, vno circumdantur quasi pinnaculo.* Alij sunt Lampadarij quorum fit mentio l. vlt. C. de diuers. offic. lib. 12. tit. 60. qui in sacris scriniis lampadibus seu fascibus accendendis deseruiebant apud Iulianum Antecess. Nouel. 38. & Nouella Valentiniani vnica de Lampadar. Alij item fuere Lampadarij in officio Præfecti prætorio, de quibus Iustinianus in edictis Prætor. B

Lucerna imperatoribus præferri solita.

Ignis igitur qui præiuit imperatoribus, lucerna fuit, turibulum Indiæ regibus, ignis in foculo regibus Persarum. M. Antoninus, in libris de vita sua, δυνατόν ἐστιν ἐν αὐλῇ βιοῦντα μήτε δορυφορήσεως χρῄζειν, μήτε ἐσθήτων σημειωτῶν, μήτε λαμπάδων, καὶ ἀνδριάντων τοιῶν δέ τινων: *Fieri potest, vt qui in aula viuit, neque stipatoribus egeat, neque vestibus insignibus, neque lampadibus, & statuis, aut reliquis talibus.* Corippus lib. 2. C

——— Prænuntius ante
Signa dedit cursor posita de more lucerna.

Aduentante in circum imperatore. Balsamon responso 3. de Patriarchæ Priuileg. μόνοις βασιλεῦσι, καὶ τοῖς πατριάρχαις ὑπὸ τῆς τῶν παναγίου πνεύματος χάριτος, καὶ τῆς ἀρχαίου παρεδόθη συνηθείας. Ius hoc ac priuilegium præferendæ lampadis *solis imperatoribus ac patriarchis gratia sacrosancti spiritus ex antiqua consuetudine tributum est.* Lampades vicario Ponticæ prælatæ Iustiniani edicto 8. & Nouella 41.

CAPVT XXVII. D

De Strenis Imperatorum.

Strenarum vsus quando cæperit.

AB ortu pene vrbis Martiæ strenarum vsus adoleuit, auctoritate Tatij regis, qui verbenas felicis arboris ex luco Strenuæ anni noui auspices primus accepit, ait Symmachus lib. 10. e. 28. Sumite, imperatores, solemniter auro ducta munuscula, quæ viris strenuis debentur. Strenuæ Deæ sacellum Pub. Victor 14. regione ponit. Nonius Marc.

Strenæ cur sic dictæ.

Strenas à strenuitate dici vult, alij strenas quasi sine threno, luctu. Athenæus lib. 3. Strenam ἐπινομίδα, munusculum. στρῆνος, delitiæ. στρανιᾶν, delitiari. Metellus Vetus Poëta in Quirinalibus de strenis agens quas Philippi Imperatores ludis suis dederunt. E

Strenæ præterea nitent
Plures aureolæ munere regio
Jani principijs auspicio datæ
Fausto temporis omine,
Vt ferret ducibus strenua strenuis,
Annus gesta recentior.
Illas nobilitas Cæsaribus pijs
Rex dignis procerum dabat.
Vrbi quas Latiæ tum iuueni dedit

Rex

Rex Titus Tatius prior
Festas accipiens paupere munere
Verbenas studio patrum.
Sollers posteritas quas creat annuas,
Seruant dona tamen notam
A luco veteri nomine Strenuæ.

B. Augustinus lib. 14. c. 6. Ciuit. Strenuam Deam quæ faceret strenuum. Festus, Strenam quasi trenam, à numero. Verba Festi sic habent: Strenam vocamus quæ datur die religioso, ominis boni gratia, à numero quo significatur alterum, tertiumque venturum similis commodi, veluti trenam, præposita s littera. Augusto strenæ in Capitolium etiam absenti Kal. Ianuariis missæ. Sueton. Augusto c. 57. Omnes ordines in lacum Curtij quotannis ex voto pro salute eius stipem iaciebant. Kal. Ianuariis strenam in Capitolium etiam absenti. Tiberius populo strenas reddidit in quadruplum. Sueton. c. 34. Senatores ad δίφρον, sellam Caligulæ ἀργύειον κατέθεσαν, ait Dio lib. 56. argentum deposuerunt. Legendus Dio lib. 54. Sueton. in Tiber. c. 34.

Strenæ prohibitæ.

Tiberius prohibuit strenarum commercium, ne vltra Kal. Ianuarias exerceretur: consueuerat & quadruplam strenam, & de manu reddere. Caligula edixit & strenas ineunte anno se recepturum, stetitq; in vestibulo ædium Kal. Ianuar. ad capiendas stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba fundebat. c. 42. Symmachus Valentiniano, Theodosio, Arcadio, imperatoribus strenas dedit, pateram cuique auream, & quinos in quaque patera aureos. Consule Symmachum l. 10. e. 20. apud Ausonium Valentinianus Visulo grammatico sex Philippicos nummos aureos dedit strenas. Cassiodorus ep. 7. lib. 6. Kal. Ianuariis affatim dona largimur, & lætitia publica militia tua est. Tertull. l. de Idololat. Strenas captandas, & septimontium. Legendus Ouid. 1. fastor. Adrianus Seruianum quòd seruis Regiis strenam misisset, quòd in sedili regio iuxta lectum posito sedisset, quod erectus ad stationes militum senex nonagenarius processisset, mori coëgit, ait Spartia.

Kalendaria & strenæ à discipulis magistris tradita.

Discipuli ipsi magistris dabant Kalendaria, & strenas, Prouinciales præsidi suo offerebant strenas Kalendarias. Hieronym. ad 6. Ephes. Nouella 1. Leonis & Maioriani, titulo de Curialib. Populus Romanus principi Kalend. Ianuar. strenas dabat lauri folia, & caricas, vt Cæsianus Bassus in Geoponic. λέγεσι γὰρ καὶ τὸν θεὸν δάφνης, ὅτι ὑγείας ἐργαστικόν ἐστι, ὅθεν καὶ φύλλα αὐτῆς ἐπεδίδοτο τοῖς ἄρχουσι παρὰ τοῦ δήμου τῇ πρώτῃ τοῦ ἰανουαρίου μηνὸς καὶ ἰσχάδες: *Hoc item dicunt de lauro, sanitatis effectricem esse. quare & magistratibus folia lauri dabantur à populo Kalendis Ianuarijs, & caricæ.* Seneca ep. 88. Pugillaria & caricæ quotidie mihi nouum annum faciunt: quia pugillaria & caricæ nouo anno dabantur.

Verbenæ felicis arboris quæ.

Verbenę felicis arboris apud Cassiodorum rami sunt laurei, quos ominis causa in ignem iniiciebant, & imperatorum foribus apponebant. Tibul. l. 2. e. 5.

Vt succensa sacris crepitet bene laurea flammis
Omine quo felix & sacer annus eat.

Plinius l. 15. c. vlt. Ouid. lib. 3. fastor. lib. 3. Tristi. e. 1. Concilio Bracarensi, can. non licet 26. q. 2. 6. non licet Christiano kal. Ianuariis lauro, aut viriditatibus arborum cingere domum. Ouid. l. 1. fastor.

Quid vult palma sibi, rugosáque carica dixi,
Et dato sub niueo candida mella cado.
Omen ait causa est, vt res sapor ille sequatur,
Et peragat cœptum dulcis vt annus iter.

Martialis lib. 8. e. 32. l. 13. e. 27. canon antep. 26. q. 7. Decreti can. 14. causa 26. q. 7. Martialis lib. 11. ep. 32. De pugillaribus qui kal. Ian. ad amicos mittebantur, Claudian. lib. 3. Stilic.

Tum virides pardos, & cetera colligit Austri
Prodigia, immanésque simul Latonia dentes,
Qui secti ferro in tabulas, auróque micantes,
Inscripti rutilum cælato consule nomen
Per proceres, & vulgus eant.

Libanius in expressione kalend.

Pridie

Strenarum celebrationes.

Pridie Kalendas dona feruntur per vrbem, quæ mensam onerare, & ornare possint. Hæc ab optimatibus mutuo se honore afficientibus, alia ab inferioribus mittuntur ad proceres, atque ab his etiam ad illos, cùm hi quidem colant illorum potentiam, illi verò cultores suos deliciarum suarum participes faciant. At vespera cùm aduenit rari sunt qui cubitum discedunt, pleraque pars in canticis, & tripudijs, & iocis noctem agunt. Alij per ludum & iocum eos qui in tabernis sunt & officijs inclamant, & fores pulsant, nec quiescere patiuntur, &c. Deinde cùm aurora sublucere, & gallus cantare ceperit, tum verò alij ramis lauri, aljsq; coronamentis suas quique fores ornant, alij circum fana producunt cum bonis verbis equorum altorem, nitidi in vestimentis, partem maiorem purpureis, multæq; faces prælucent. Equitem sequuntur ministri, qui nummos in populum spargunt. Vbi autem sacris operati fuerint, qui equos alunt ad certamina, pergunt ad principes, & officio eorum palatino distribuunt aureos. Senatus præsens hanc fieri videt largitionem, & verò ipse facit. Nam ex Senatorum manibus hi nummi veniunt officio. Princeps quoque ipse tunc osculatur ciuem, aurum dans & accipiens. Enimuero & ad alios vndiquaque aurum affluit, dum patroni principem imitantur, qui dat & accipit, alij dant, neque accipiunt, in quo genere sunt discipuli, qui mercedem festi gratia soluunt. At die iam orto alij pergræcationes nocturnas ebrietate & crapula testantur, & totum diem stertunt, at qui politiores sunt, curæ habent strenarum ac munerum missiculationem. Horum plerique dona mittunt amicis per ambulationes & angiportus pompaticè: aliqui maiorem partem remittunt, alij nihil: at qui omnia remittit hic datori rem gratissimam facit. Hæc talia Kalendis fieri solita. Postridie verò Kalend. Strenarum illud commercium cessat, & moris est domi se continere. Tum alea ludunt domini promiscuè, & famuli, neque seruo tunc periculum vllum, si quid fortè cessarit. Sed & si quis madidus vino fuerit, vitio ei non datur. Et vero etiam si quis alias pædagogus ferus, at tunc quidē certè ferus non est, & doctor si quis paulo asperior, remittit aliquid de asperitate. Nam dies æquam dat omnibus libertatem. Flagella & verbera cessant, omnia plena pacis, libertatis, voluptatis, nemoq; adeo paupertinus est, qui non lautiori cibo expleatur. Scatet enim huiusmodi epulis tempus illud, & in omnium manibus omnia sunt perinde ac si terra profunderet. At 3. Non. Ianuarij iunguntur Circenses quadrigæ; magnumq; certamen de victoria, magna in circo frequentia, & post Circenses balineæ deinde mensæ, in mensis tesseræ ac tali, vt nonnullis contentio circa hæc cum die noctem consumat, neque insomnia eis molesta est. Dies quartus vigorem festiuitatis elidit, at prorsus exstinguere ne sequens quidem dies potest, sed tanquam aura quædam venti leuiter adhuc spirantis tempus hoc Kalend. etiam tunc homines tenet in oblectamentis, & si non tam vt ante apertis, vt vix tandem, pigreq;, suo quisque operi manum admoueat, velut equi longo tempore otiosi cum iugo subduntur, & simul atque ad pensum quique suum accedunt, vt idem festum sibi rursus intueri liceat precantur. Verba Græca sic habent. τὰς ἑορτὰς ἀνθρωποι φιλοῦσιν, ὅτι αὐτοὺς ἀπαλλάττουσι μὲν πόνων τε καὶ ἰδρώτων, παρέχουσι δὲ παίζειν καὶ διωκεῖσθαι, καὶ ὡς ἥδιστα διάγειν. ἑορτὴ δὲ ἡ μὲν τῆς οἰκίας, ἡ δὲ πόλεως, ἡ δὲ ἔθνους. μίαν δὲ οἶδα κοινὴν ἁπάντων, ὁπόσοι ζῶσιν ὑπὸ τὴν ῥωμαίων ἀρχήν. γίγνεται δὲ ἑκάστῳ ἔτει μὲν πεπαυμένῳ, τῇ δὲ ἀρχομένῳ. ἄρξασθαι μὲν οὖν ἄρξασθαι ποθεινόν τι χρῆμά ἐστι, καὶ δοκεῖ τοῖς ἀνθρώποις βεβαιοῦν ὁ χρόνος. καὶ ἐπειδὴν λαβέσθαι τῆς ἑορτῆς, ὥσπερ τῆς ὑπομενούσης οἱ πλέοντες. ἔπειτα πᾶς ὥρμηται ἀναλίσκειν ἡκάστης, ὅτῳ τε πολλὰ χρήματα, καὶ ὅς τις φιλόμουσον ἀργύριόν τι συνέλεξεν, ἐσθῆτά τε ὁ μοῦσος ἔπλωνεν, ὁ δὲ ἐχρήσατο. καὶ οἷς μὲν γεωργία, πανδήμου ἀγορὰς δίδωσι φέρειν. ἄλλα, ἢ ὀρνίθων μυείων γῆν, τὰ μὲν, πτηνῶν, τὰ δὲ, πεζῶν. οἷς δὲ ἀπὸ τῶν χερῶν ὁ βίος, τέχνης τε ἢ τὰ σοφὰ τῶν καπηλευόντων ἔχει. ὅτε γὰρ μάλιστ' αὖ ἴδοις ἀγοράν; αὐθήσαν. τῇ μὲν οὖν πρώτῃ τῶν ἑορτῶν ἡμέρᾳ, δῶρα δ' ἄστεος κομίζει, ὅσα αὖ τραπέζαν ποιῆσαι λαμπράν, τὰ μὲν σοφὰ τῶν διωκητῶν ἀλλήλους τιμώντων, τὰ δὲ τούτοις σοφὰ τῶν ὑποδεεστέρων, σοφά τε τούτων ἐπείνοις. τὰ μὲν θεραπεύοντων τὸν ἐπείνων ἀρχόν. τὰ δὲ, τοῖς θεραπεύουσι τὰ ἑαυτῶν μεταδιδόντων τροφῆς. ἑαυτέρας δὲ ἡκάστης, ὀλίγον μὲν τὸ καθεῦδον. οἱ πολλοὶ δὲ ἐν ᾠδαῖς τε καὶ παιδιήμασι καὶ σκώμμασιν. οἱ δὲ καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις βάλλοντες, θυρεοποιοῦντες, καταπαύζουσι, καὶ οὐκ ἐῶσι καθεύδειν. καὶ οἱ μὲν, ἀγανακτοῦσιν οἷς ἀκάιρως. τοῖς δὲ, τοῦτο γέλως. καὶ ἐνίοις ὅτῳ, τρυφὼς, ὅστις αὖ παιδιὰν τοῖς ἀρωμάτοις ὑπεμήσαι. ἀλλὰ καὶ κρείττων γέλωτος, ἐγήλασεν. ὄρθρου δὲ ὑποφαινομένου, καὶ ἀλεκτρυόνος ᾄδοντος, οἱ μὲν, κοσμοῦσι δάφνης τε κλάδοις καὶ ἑτέροις εἴδεσι στεφάνων τὰ αὐτῶν ἕκαστοι θύρετρα. οἱ δὲ ἄγουσιν εἰς ἱερὰ σὺν εὐφημίαις ἄνδρα ἱπποτρόφον, λαμπροὺς ἐσθήμασιν, ὡς τὸ πλέον πορφύρᾳ. καὶ λαμπάδας πολλὰς παρέχει τὸ φῶς. τῷ δὲ θεραπόντες ἕπονται δεξιωσόμενοι εἰς τὸν ὄχλον ἀγύρειον. καὶ τὸ δέξασθαι φερόμενον παρόσαυτα τὰ πέλας, ἥδιστόν γε. καὶ χαίρουσιν ἐνταῦθα καταπατέμενοι. θύσαντες δὲ καὶ νίκην αἰτήσαντες σοφὰ τῶν θεῶν, οἱ τὰς ἵππους ὑπὸ τὰ ἁμίλλας τρέφοντες, χορεύσι σοφὰ τοὺς ἄρχοντας, διδόντες τοῖς τῶν ἀρχόντων ὑπηρέταις χρυσᾶ. ἡ βουλὴ δὲ παρῆσαν, ταῦτα ὁρᾷ τε καὶ δρᾷ. καὶ γὰρ ὁπόταν τῶν ἐπείνων χερῶν τοῖς ὑπηρέταις ἀφικνεῖται ταῦτα. καὶ μὲν καὶ ὁ ἄρχων ὅτε τὸν ἀρχόμενον ἐφίλησε. χρυσοῦν τὸ μὲν δός, τὸ δὲ, λαβών. ῥεῖ δὲ καὶ ἄλλοις πολὺ πανταχόθεν χρυσίον. τῶν μὲν τοὺς ἄρχοντας μεμεμνῶν, τῶν δὲ εἰσάπαξ διδόντων. ὧν δὴ καὶ οἱ σοφίας εἰσὶ μανθάνοντες. πηγεῖς τοιαῦτα μὲν μισθὸν τόνδε τῆς ἑορτῆς ἕνεκα. ἡμέρας δὲ φανείσης, οἱ μὲν τοὺς ἐν τῇ νυκτὶ

A νυκτὶ πότνιε· πίνουσι γὰρ ἐν τῇ νυκτὸς, ὁπόσοις ἔτεσι τοῦτ' ἔξεστι τὸ ἑορτῆς τὸ κεφάλαιον· τῷ οὖν ἐν τῇ νυκτὶ πόσιν ἄμετρον δοθῆναι τῇ μέθῃ· καὶ ἀνάγκη κεῖσθαι καθεύδοντας. οἱ δ' αὖ δεξιώτεροι, ἐν φορυτοῖσιν ἔχουσι τῷ τῶν ὡρῶν πομπῷ. καὶ πολλοὶ τόπων ἀφ' ὧν τε καὶ γενωπῶν πέμπουσι τὰ δῶρα. ὧν ὁ μὲν τις, τὸ πλέον ἀπέπεμψεν. ὁ δὲ ἀδελφὸν. καὶ ὅγε τὸ παῦρον προσέμβροθον, μειζόνως δ' ὕφανε τὸ δόντος. ταῦτα μὲν τὰ νεμιώτατα τὰ ἔργα. δεύτερα δὲ ἰσαμβύκη, τὰ μὲν τῶν ὡρῶν ἀμβύκη, νόμῳ δὲ οἶνοι μβύκην. καὶ πρὸς κύβοις εἰσὶ δεσπόται ἀναμὶξ καὶ οἰκέται. καὶ ῥαθυμῆσαι ποτε οἰκέτην ἀδεὲς δεινόν. ἀλλὰ καὶ μεθύων τις ἅπαν διέφυγε, τὸ ἑορτῆς ἐλαθεμβύκης. ἐπεὶ καὶ παιδαγωγός τις ἄγριος, τότε οὐκ ἄγριος· καὶ διδάσκαλος ὅσις χαλεπὸς, τότε δὲ χαλεπὸς· ἀλλ' ἰσηγορίαν ὁ καιρὸς ποιεῖ. ἢν μάστιγες μὲν ἠρεμοῦσι καὶ πληγαὶ, γέμει δὲ πανία εἰρωνίης τε καὶ ἐλευθερίας καὶ ἡδονῆς καὶ ἀδεὲς ὅτῳ πώποτε, ὅς τις λαμπρᾶς ἐδωδῆς εἰς πλησμονὴν ἔχει ἥκει. βρύει γὰρ ἅπασι τοῖς τοιούτοις ὁ καιρός. καὶ πανύστων ἐν χερσὶ πανία, καθάπερ τῆς ἀνιείσης. τείτῃ δὲ ἰσαμβύκη, ζεύγνυσι μὲν ἀμιλλητήρια

B ἅρματα. πολλὴ δὲ ἔρις ὑπὲρ τῆς νίκης. πολὺς δὲ ὅμιλος ἐν ἱπποδρόμῳ, καὶ λευκὰ ἐπ' ἐκείνῳ· καὶ ἅπτεται τέγης τραπέζαι, καὶ ἅπτεται τῶν αὐτῶν τραπεζῶν κύβοι. καὶ ποῖν ἢ περὶ ταῦτα ἔρις παροξύνθωσι τὴν ἡμέραν τῷ νύκτα· καὶ οὐκ ἐγίνετο πόνος ἡ ἀργυρνία. τεταρτῇ δὲ ἡμέρᾳ, τῷ μὲν ἀκμῷ τὸ ἑορτῆς ἀμβλυνθῆναι· τὸ πανὸν δὲ ἔτι ἡ μετ' ἐκείνου σθένος θνήσκει· ἀλλ' ὥσπερ αὖραί τις ἔτι λεπτὴ πνέουσα, κατέχει τὰς ἀνθρώπους ὁ καιρὸς ἐν διαφορωτάτῃ ἀμυδροπόρᾳ, καὶ μόλις πως, καὶ σὺν ὄκνῳ τὸ ἔργων ἄπονον). καθάπερ ἵπποι ἀφ' ἁρμάτων πάλιν ὑποζυγόμενοι ζυγῷ· ὁμοῦ τε πρὸς ἔργον χωροῦσι, καὶ δύνει τῷ αὐτῷ αὖθις ἑορτῷ ὑπαδεῖν.

Kalendas illas Ianuarias P.Chrysologus Rauennas qui sub Martiano Augusto vixit anno salutis 450.sermone 155. insectatur, & ante eum D.Augustinus serm.de kal.Ianuar. In istis diebus miseri homines, & quod peius aliqui baptizati sumunt formas adulteras,monstruosas. Alij vestiuntur pellibus pecudum, alij assumunt capita bestiarum,gaudentes, ex- *Kalendarũ Ianuariarũ descriptio.*

C sultantes, si taliter in ferina specie esse videantur. Iam verò illud quàm turpe est,quod viri nati tunicis muliebribus vestiuntur, barbatas facies præferunt, & videri fœminæ volunt. Sunt qui kalendis Ianuariis ita auguria obseruant, vt focum de domo sua, vel aliud quodcunque beneficium cuicunque petenti non tribuant, diabolicas etiam strenas, & ab aliis accipiunt, & ipsi aliis tradunt, alioqui etiam rustici mensulas in ista nocte quæ præteriit plenas multis rebus, quæ ad manducandum sunt necessariæ, componentes, tota nocte sic compositas esse volunt, credentes quod hoc illis Kal.Ianuariæ præstare possunt, vt per totum annum conuiuia illorum in tali abundantia perseuerent. Quis enim sapiens poterit credere esse aliquos qui ceruulum facientes in ferarum se velint habitum commutare. S. Maxim. Taurin. Homil. de Circumcisione. Vos edoctos vniuersas Kalendarum superue-

D nientium vanitates declinare, Cùm vir virium suarum rigore mollito totum se frangit in feminam cùm homines aut in pecudes, aut in feras,aut in portenta se transformant, cùm vultum humanum squalore sordium, & adulterina fœditate deturpãt per sacrilegos iocos. pag.566.Consule S. Maximum,& homil. de Kalend. Ian. Tractatu 20.& 21.in appendice tom.9.operum B.Aug.Nemo in Kal.Ianuariis nefanda & ridiculosa veculas aut cernolos,aut iocticos faciat. Ceruulum facientes cerui pelle tegebantur.

CAPVT XXVIII.

De fortuna aurea.

E IMAGINES soliti habere veteres in cubiculo eorum,quos præcipuo amore prosequerentur. Sueton. in Caligula de Germanici liberis, Duo infantes adhuc rapti,vnus iam pueriscens,insigni festiuitate,cuius effigiem Augustus in cubiculo suo positam quotiescunque introiret exosculabatur. Colebantur in larario vnà cum Laribus. Sueton. in Domitiano. Puer curæ Larium cubiculi ex consuetudine assistens. Domitianus in cubiculo Mineruæ simulacrum habuit. Antonini Fortunæ. *Imagines apud veteres eorum quos præcipue amabant.*

Iam olim varia Romæ templa Fortunæ, & vici. Apud S.Rufum lib.de Regionib.vrbis, in prima regione fuit Vicus Fortunæ obsequentis, Templum Fortunæ viatorum. In regione Isidis & Monetæ, vicus Fortunæ vicinæ, in regione Altæ Semitæ Templum Fortunæ liberæ,Templum Fortunæ statæ, Templum Fortunæ reducis, Ædes Fortunæ publicæ in colle, Vicus Fortunarum. In regione viæ latæ, Vicus Fortunæ. Publius Victor, Tem- *Fortunæ varia tẽpla apud Rom.*

plum Fortunæ viatorum ponit in prima regione. in regione sexta templum Fortunæ Seiæ. A
in regione 7. templum nouum Fortunæ. in regione x. Fortunæ respicientis. in XII. regione templum Fortunæ mammosæ. Apuleius miles. XI, Fortunam videntem. Homerus primus omnium τύχης meminit, quam Oceani filiam facit. Seruius Romæ Fortunæ viscatæ templum. Plutarchus, templum fortunæ muliebris. Idem ait Fortunam alis positis Romam iniisse. In nummo Getæ Fortuna sedet cum temone, seu clauo, & cornu copiæ, inscriptio, Fortunæ reduci. Bupali Fortuna φερέπολος. Clemens in Protreptico, scribit Romanos Fortunæ sacrarium posuisse ἐν κοπρῶνι. Fortunam ad Syllam ventitasse Plutarchus ait in Sylla.

Fortuna aurea à quibus primùm in cubiculis posita.

Vt sit, Antonini omnium primi Fortunam auream in cubiculis posuisse videntur. Capitolinus in Anton. Pio, Tertia die cùm se grauari videret, Fortunam auream quæ in cubiculo principum poni solebat, transferri ad M. Antoninum iussit. Vnde quis putet ante Antoninum Pium Fortunam auream in cubiculis principum poni solitam, non quidem ætate Domitiani, qui Mineruam in cubiculo habuit. A Trajano ergo morem hunc introductum oportet, vel ab Hadriano. Capitolinus in Marco Phil. Fortunam auream quæ in cubiculo solebat esse ad Marci cubiculum transire iussit. Spartianus in Seuero, Fortunam deinde regiam quæ comitari principes, & in cubiculis poni solebat, geminare constituerat, vt sacratissimum simulacrum vtrique relinqueret filiorum. Sed cùm videret se perurgeri, sub horam mortis iussisse fertur, vt alternis diebus apud filios imperatores in cubiculis Fortuna poneretur. Habuit quidem Galba Tusculi Fortunam, quam monili, margaritis, gemmisq; conserto, decreuerat ornare, narrante Suetonio. Sed imago illa non fuit cubicularis, neque cum Galba deportari solita, vt aurea imperatorum Fortuna. Omnino sentiebant illi cum Plauto, qui ait in Pseudolo, Centum doctorum hominum consilia hæc deuincit Dea Fortuna, atque hoc verum est, Perinde vt quisque fortuna vtitur ita præcellit, atque exinde sapere eum omnes dicimus. B C

Simulachrũ B. Mariæ pro Fortunæ simulachro erectum.

Christiani imperatores pro Fortunæ simulacro B. Marię Virginis imaginem Ducem coluerunt, θεομήτορα ὁδηγητρίαν vocant, quam illi vbique in bella deferebant, & cum per auream portam in vrbem inirent, præmittebant. vt scribit Nicephorus Gregoras lib. 4. & 9. Cedrinus τὴν τῆς θεομήτορος εἰκόνα συστρατηγὸν. Nicetas, μέλλων εἰσιέναι διὰ τῆς πύλης, μετ' ἣν ἡ ἐκ τῆς ἕδρας ἀπόβασις ἐφεῖται μόνοις τοῖς αὐτοκράτωρσι: *Cùm imperator ingressurus esset per portam postquam descensus è sella ad palatium permittitur solis imperatoribus.*

D

CAPVT XXIX.

De Throno, ac Solio Regio.

Thronus aureus Regũ Persidis.

Cælũ aureũ quo thronus regius tegebatur.

IN Perside Rex cùm à Magis inauguratus esset, & à Surena diademae cinctus, in throno aureo collocabatur. Plutarchus lib. περὶ φιλαδελφίας, λαμβανόμενος τῆς δεξιᾶς εἰς τὸν θρόνον ἐκάθισε τὸν βασίλειον: Ariamenes *apprehensa dextera regis in solio regio eum collocauit.* Thronus cælo aureo tectus fuit. Plutarch. in Alexandro, καθίσαντος αὐτοῦ πρῶτον ὑπὸ τὸν χρυσοῦν οὐρανίσκον ἐν τῷ βασιλικῷ θρόνῳ, *cùm Alexander primùm sedisset sub cælo aureo in throno regio.* Ibidem thronum Cyri vocat Horatius od. 2. lib. 2. E

Redditum Cyri solio Phraaten.

Plutarchus in Themistocle, Xerxes Salaminium prœlium spectauit χρυσοῦν δίφρον θέμενος ὑπὸ σκιάδι χρυσῇ, *in aurea sella sub aurea vmbella.* Herodotus lib. 7. σκήνην χρυσῆν, *aureum tabernaculum* vocat.

Tribunal regium.

Nicetas de imperatoribus Constantinopolitanis agens, τὸ βασιλικὸν ἑδρίασμα, *solium regium*, βασιλικὸν χρηματιστήριον, *tribunal regium.* Cedrinus τριβουνάλιον, ἐστέφθη κωνσταντῖνος ὁ καβαλλῖνος ὑπὸ λέοντος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐν τῷ τριβουναλίῳ. *Coronatus Constantinus à Leone patre in tribunali.* Tribunal illud videtur fuisse palatium quoddam. Himerius, ἐν τῷ παλατίῳ τῷ τριβουναλίῳ εὐδοκίας γυναικὸς θεοδοσίου, τοῦ ἐκγόνου θεοδοσίου, ἔνθα καὶ ὀρχήσεις πλείσται. Vopiscus sellam imperatoris vocat in Aureliano, Insidere, inquit, equo vel sellæ imperatoris nefas.

Taber

A Tabernaculum aureum vocat Ælian.l.9.c.3.in medio tabernaculo χρυσοῦς ἐπῆετο δίφρος, *ſella aurea poſita.* Athenæus l. 12. ἐν τῷ παραδείσῳ ἔκειτο αὐτῷ χρυσᾶς θρόνος, & κλίναι ἀργυρόποδες : *In paradiſo thronus aureus, & lecti argenteis pedibus.* Idem Arrianus lib. 6. de vita Alexand. Curtius lib. 5. Conſedit deinde Alexander in regia ſella multo excelſiore quam pro habitu corporis. Itaque cùm pedes imum gradum non contingerent, vnus ex regiis pueris menſam ſubdidit pedibus. Dio lib.17. τὸ κῦ τ θρόνου ὑποβαθρον, id eſt, *ſuppedaneum fulcrum throno ſubiectum. ſubſellium,* ὑποπόδιον. Nicetas lib.1.Andronici. αὐθρόνικος ἐπὶ θρόνου καθίσας, τ δ᾽ χλιδῆ, & τῇ βασιλείῳ ταινίᾳ δεδεθείς, *Andronicus ſedens in throno gemmato, tænia deuinctus.* Athenæus lib.5. ὁ γὰρ θρόνος αὐτὸς μόνον ἐλευθερίας ὅτι καθέδρα σὺν ὑποποδίῳ, ὃν θρῆνυν καλοῦντες θρόνον λέγουσι παρὰ τ θρήσασθαι χάειν (deleo illud, χάειν) τοῦτ᾽ ἔστι καθέζεσθαι, *Thronus enim ipſe libertatis modò eſt ſedes cum ſubſellio, quod threnin vocantes,* id eſt ſel-
B lam, *thronum dicunt à threſaſthai, quod eſt ſedere. Thronus in quo* rex Parthorum *cognoſcebat, aureus erat, quem circum ſtabant quatuor columnulæ aureæ gemmis ornatæ, quibus inſtrata erat ſtragula veſtis varia purpurea.* Athen. lib. 12. ὁ δὲ θρόνος ἐφ᾽ ᾧ ἐχρημάτισε καθήμενος, χρυσᾶς ἦν, ὃν περιεστήκεσαν τέσσαρες κιονίσκοι λιθοκόλλητοι χρυσοῖ, ἐφ᾽ ὧν διετέτατο ἱμάτιον ποικίλον πορφυροῦν.

Ei & vitis aurea pro throno fuit, vt Athen. ibid. τὰς χρυσᾶς πλατανίστους, & τὴν χρυσῆν ἄμπελον, ὑφ᾽ ἧς οἱ πρῶτων βασιλεῖς ἐχρημάτιζον πολλάκις καθήμενοι, σμαραγδίνους βότρυς ἔχουσαν, & τ ἰνδικῶν ἀνθράκων, ἄλλων τε παντοδαπῶν λίθων ἐμπρεπόντων τ πολυτελείας. *Platanos aureas, & auream vitem, ſub qua reges Perſarum negotia tractabant ſæpe ſedentes, habentem vuas è ſmaragdo, ornatam Indicis carbunculis, & alijs omne genus lapillis magnificentia ſuperantibus.* Perſis in ſella regia conſidere capitale eſt, ait Curtius lib 8.Polyæn.lib.4. ſtratag. Alexander ei dixit quem in loco ſuo ſedere iuſſerat, ſi in Perſis natus eſſes, in regia ſella ſediſſe tibi capi-
C tale eſſet. Sed & Romæ id vetitum. Spartian. Seuero. Seuerus in ſella imperatoria temerè à miniſtro poſita ſedit, ignarus quòd non liceret. Marcellinus Comes, Iacobus Achaius Paganus Medicus excellens, inuiſit ægrotum Leonem imperatorem, ſtatimq; regia in ſella iuxta thronum imperialem poſita ſine vllo Auguſti metu conſedit. Meridie ad eundem reuerſus ſacrum puluinar ſibi ſublatum, propter ſolium in quo matutinus reſederat, protinus intellexit.

Vraniſcus ſolio regum impoſitus, dicitur cubiculum à Suetonio in Nerone c. 12. Plutarch.in Phocione, Polyſperchonti χρυσοῦν οὐρανίσκον tribuit, ſub quo Rex ſederet. Polybius lib.5. σκηνὰς χρηματιστικὰς vocat, *tabernacula in quibus magiſtratus cognoſcunt, & tractant.* Iulio Cæſari ſuggeſtus fuit in Orcheſtra, Sueronius c.76.Eſdras lib. 1. βασιλικὸν χρηματιστήριον. Iudith c. 1. κωνώπιον, *papilio.* Cyprianus de Ablutione pedum, throno ſuppedaneum
D ſubiicitur. Vocatur ſcabellum pedum ab Hieronymo. Polyænus lib. 4. θρόνον ἀλεξάνδρου χρυσοῦ βασιλικῶς κεκοσμημένον, ἐπὶ δὲ τούτου χρυσοῦν στέφανον ἔχοντα διάδημα βασιλικὸν, *Thronum aureum regio apparatu in quo aurea corona cum diademate aureo.* Haimo ad c. 23. Matth. Solium regum eſſe, tribunal conſulum, cathedram doctorum vel ſacerdotum ait. Tribunal deſcribitur à Vitruuio lib.5.c.1.quem, ſi lubet, adito.

In exercitu fuit Tribunal cæſpitium, vnde imperator milites alloquebatur. Iſiodorus, Tribunal, inquit, locus eſt editus, ad quem per gradus aſcenditur, vbi in ſublimi ſedens magiſtratus ius dicit, inferius in ſubſelliis ſunt ſcribæ, in imo ſolo ſtant litigantes, l.vlt.C. vbi Senatores, vel clariſſimi, ſedent illuſtres rei in aliqua parte ſecretarij, quæ iudicibus inferior eſt. Notitia in conſule Campaniæ, locus aliquot gradibus eminens in medio ſolium ius dicentis habet. Supra purpureæ cortinæ annulis ſuſpenſæ ad latera deducuntur, quæ
E complicatæ faciem tribunalis aperiunt. Tum velum dicitur leuari.

Sellam imperatoris Dio vocat βασιλικὸν δίφρον. Spartianus in Seuero. Cùm rogatus ad cœnam imperatoriam palliatus eſſet, qui togatus venire debuerat, togam præſidiariam ipſius imperatoris accepit. Marcellinus Comes, *regiam Sellam* vocat. Procopius βασίλειον θρόνον lib. 1. Perſ. Hypatius in Circo ἀναβαίνῃ δ᾽ δὴ βασιλέα καθῆσθαι νόμος. κάθηται δὲ ἐς τ βασίλειον θρόνον, ὅθεν ἀεὶ βασιλεῖς εἰώθασι τούς τε ἱππικὸν & γυμνικὸν θεᾶσθαι ἀγῶνα, *aſcendit in locum vbi regem ſedere lex eſt. ſedet audet in regio throno, vnde rex ſemper equeſtre & gymnicum certamen ſpectare ſolet.* Solium ſimpliciter vocat Diaconus lib.23. Præterea Majoma facta imperator in Sophianis ſedit in ſolio cum filio ſuo, & ita diuulgauerunt prætores triumphos quos ſumpſerant.

Idem Auguſtale ſolium, lib.15.poſt Anaſtaſium Iuſtinus Curopalates Auguſtali potitus eſt ſolio. fallitur Diaconus, Iuſtinus Thrax Comes excubitorum fuit, non Curopalates. Iuſtinus ſecundus ſub Iuſtiniano Curopalates fuit. Anna σκιμποδα regis vocat libr. 8.

Tabernaculum aureū.

Vitis aurea throno ſimilis.

Vraniſcus ſolio regum imponi ſolitus.

Cæſpitium tribunal in exercitu erigi ſolitum.

Sella imperatoris.

Auguſtale ſolium.

Alexiad. τολμήσας τις ἀπὸ τῶν ἀντῶν τῶν κομήτων ὀλίγης εἰς τὸ σκίμποδα τοῦ βασιλέως ἐκάθισεν. βαλδεϊνὸς ἀψάμενος αὐτοῦ τῆς χειρὸς ἤγαγεν ἐκεῖθεν. ὁ γὰρ ἔθιμον τοῖς βασιλεῦσι ῥωμαίων συνέδρους ἔχειν τοὺς ὑπ' αὐτοὺς, *Vnus ex omnibus comitibus nobilis audaculus in sella imperatoris sedit. Balduinus apprehensa eius manu excitauit eum. Neque enim solemne est vt Imperatores Romanorum subditos suos consessores habeant.* Malim τολμήσας. Simocatta lib.1.cathedram seu sellam gestatoriam dixit, μανείκιον ἔχων ῥωμαϊκὰς μὲν καὶ πορφύρας ἐνδεδυκὼς φροντίδας, καὶ τῶν καισάρων ἐποχεῖσθαι καθέδρας, *Mauricium induta purpura cum regia sollicitudine inuehi sella Cæsarum.* Libanius in Iulianum ἐφ' ὑψηλῆς καθήμενον imperatorem ἑτέρων χερσὶ θεραπεύειν τοὺς θεούς, *in sublimi sedentem aliorum manibus procurare Deos.* A

Sublime tribunal.

Claudianus sublime tribunal, lib.2.in Rufin.

———grauitérque apprensa veste morantem
Increpat Augustum, scandat sublime tribunal,
Participem sceptri socium declaret honoris. B

Socrates lib.2. ὑψηλὸν βῆμα. Magnentius καταπεπωκότας τοὺς ἑαυτοῦ στρατιώτας ἀνερρώσας ἀσεδάζων ὑψηλοῦ βήματος ἐπέβη. οἱ δὲ τῷ συνήθει τῆς βασιλεῦσι φιλοφημίας ἐπιβοήσαντες βελόμβριοι, ὡς ἐκ γνώμης ἐπὶ τὸ κωνσταντίου αὐτῷ μεταφέρουσι. ὁ δὲ μαγνέντιον ἀλλὰ κωνσταντίον αὔγουστον κοινῇ πάντες ἐβόησαν. τὸν τὸ σύμβολον ὁ μαγνέντιος καθ' ἑαυτὸν ἠνισάμενος: *Magnentius milites suos consternatos corroborare cupiens ascendit altum tribunal. Illi ex more acclamantes, Constantium non Magnentium acclamant. quod omen contra se interpretatus est Magnentius.* Cùm legatis exterarum gentium præbenda audientia esset, Imperator in solio sublimi sedit, interdum & Imperatrix. Ita Nero apud Dionem, Tiridaten aduentantem excepit. Dio, ὁ νέρων ἅμα τῇ ἡμέρᾳ τὴν ἐσθῆτα τὴν θριαμβικὴν ἐνεδεδυκὼς, σὺν τῇ βουλῇ, καὶ σὺν τοῖς δορυφόροις καὶ ἐπί τε τὸ βῆμα ἀνέβη, καὶ ἐπὶ δίφρου ἐλεφαντίνου ἐκαθέζετο: *Nero primo mane triumphali veste insignis cum Senatu & prætorianis cohortibus in tribunal ascendit, & in sella imperiali sedit.* Postea Tiridates & Armenij per ordines militum vtrinque dispositos transiuit. Nicetas lib.1.Alexij, ἀλλὰ τῇ θρεσβείας μεγίστης ἐθνῶν μελλούσης βασιλεῖ ἐποπτεύειν, θρόνοι συμφυῶς πολυτελεῖς παρετέθεντο, καὶ συνεδρεύουσα θρεκαθῆτο λαμπρῶς διεσκευασμένη, λίθοις τε τῇ μαργάροις διαφανέσι τὸ τυμπανιον ἀναδέουσα, τῇ τε τράχηλον ὁρμίσκοις πολυτιμήτοις διαλαμπούσι: *Cùm legatio gentium maxima in conspectum regis ventura esset, throni coniunctim vtrique Imperatori & Imperatrici positi sunt, & assidens domina præsidebat splendidè ornata, tegumentum capitis lapillis & gemmis deuinctum habens, & collum monilibus ac torquibus ingentis pretij circumdatum.* In ecclesia suus imperatori supra populum, infra sacerdotes locus. Sozomenus lib.7.cap.24. ἔθος ἦν τοὺς βασιλεῖς ἐν τῷ ἱερατείῳ ἐκκλησιάζειν κατ' ἐξοχὴν τοῦ θείου τοῦ λαοῦ κεχωρισμένους: *Moris erat vt principes in sacrario ecclesiæ rei diuinæ interessent à populo separati eminente ac definito loco.* Ambrosius non in sacrario, sed *in ecclesiæ porticu locum imperatori assignauit ante cancellos sacrarij, ita vt principes ante populum, infra sacerdotes sederent,* τόπον εἶχε βασιλέως ἐν ἐκκλησίᾳ τέθριππον τὸ μεταξὺ τοῦ θυμέλης τοῦ ἱερατείου, ὥστε τὸν μὲν λαὸν τὸ κεκλεισμένον τοῦ ἱερατείου μέρος ἔχειν, αὐτὸν δὲ τοὺς ἱερέας μεταξὺ καθῆσθαι. Socrates lib.7. ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καταλαμβάνει τὸν θρόνον ἐν ᾧ εἰώθει ὁ θεοδόσιος μεταξὺ καθεζεσθαι: *In ecclesia cepit thronum in quo solebat Theodosius præsidere.* Sozom.lib.1. Constantinus concilio Niceno θρόνον μικρὸν τεθέντος ἐν μέσῳ κεκάθηκεν: *Solio paruo posito in medio sedit.* De throno Imperat. Nicephorus Gregoras, αἱ τοῦ θριπόδος ἐκ τοῦ διαμέτρου ἀκρότητες τῶν βασιλικῶν τρικλίνων ἀμφότερα ὑπερέχουσι τοῦ μεταξὺ τοῦ θριπόδος ἀχρὶ καὶ ἐς τρίτον σπιθαμῆς, καὶ μάλιστα ὅπου ἦν ὁ βασιλικὸς ἕστηκε θρόνος: *Fastigia regij tricliny quæ sunt in ipso solo ex diametro vtrinque superant solum ac superficiem interiectam ad tertiam vsque palmi partem, & maximè vbi est regius thronus,* vt & in eo imperator aliquid præ cæteris eximium habeat, siue in sacris hymnodiis stans, siue nunc subditis, nunc exterarum nationum legatis respondens, nec in illo loco cuiquam licere illi astare præter vxorem, liberos, fratres, & patruos. ἵνα ἴσως ἔχῃ τι κἂν τούτῳ πλέον τῶν ἄλλων ὁ βασιλεὺς, ἑστάμενος ἔν τε τῇ ἱερᾷ ὑμνῳδίαις, καὶ ὅτε δημηγοροῖ, νοῦν μὲν τοῖς ὑπηκόοις, νοῦν δὲ τοῖς ἐξ ἐθνῶν πρέσβεσι. ἐξεῖναί τε μόνῳ ἐπ' ἐκείνοις τὸ κάτεσθαι ἑδένι τῶν ἁπάντων τῷ βασιλεῖ συνίσασθαι πλὴν τῆς συζύγου, καὶ τῶν υἱέων, καὶ τῶν ἀδελφῶν, προσέτι δὲ καὶ τῶν πατραδέλφων. Nicetas θρόνον δίφριον vocat, δίφρον λιθοκόλλητον, κλινὴν χρυσόπαστον. C D E

Suggestum pro throno vsurpatum.

Iulius Cæsar aurea sella sedit, ait Dio lib.43. δίφρον χρυσοῦν. βῆμα, tribunal, suggestum, pro throno vsurpant, è quo Nero Armeniorum legatos alloquutus. Xiphilin.in Seuero, ait in Senatu Seuerum ascendisse in regium thronum. Ammian.lib.6. Valentinianus permissus tribunal ascendere celsius structum, &c. rector pronuntiatur imperij. Claudius ludos è tribunali posito in Orchestra commisit. Ammian. l. 15. Constantius tribunali ad altiorem

suggestum

A ſuggeſtum erecto, quod aquilæ circumdederunt & ſigna. Zozimus lib. 3. in Zaragardia vrbe βῆμα ἦν ὑψηλὸν ἐκ λίθου πεποιημένον, ὃ τραϊανοῦ καλεῖν εἰώθασι, *tribunal erat altum è lapide, quod Traiani vocant.* In nouo inſtrumento dicitur λιθόστρωτον.

Tribunalis exſtructio, aſcenſioq; ſignum proprium imperatoris. Vopiſcus in Probo. Vndique ab omnibus acclamatum eſt, Probe Auguſte Dij te ſeruent. Deinde concurſus & ceſpitium tribunal, appellatusque imperator. Ammianus lib. 16. Et cùm alloqui pariter omnes nec longitudo ſpatiorum extenta, nec in vnum coactæ multitudinis permitteret crebritas, & alioqui vitabat grauioris inuidiæ pondus, ne videretur id affectaſſe, quod ſibi ſoli deberi Auguſtus exiſtimabat. Prudentius, *Tribunalis exſtructio ſignum proprium imperatoris.*

Exſtruitur media caſtrorum parte tribunal
Editiore loco, tumulus quem vertice acuto
B *Excitat in ſpeculam*
Concurrunt alacres caſtris ex omnibus omnes.

Lucanus lib. 5.

——Stetit aggere fulti
Cæſpitis intrepidus.

Statius lib. 5. Syluar.

Hic ſuetus dare iura pater, hoc cæſpite turmas
Affari.

Xiphilin. Nero ἐπί τε τὸ βῆμα ἀνέβη, καὶ ἐπὶ δίφρου ἀρχικοῦ ἐκαθέζετο: *in tribunal aſcendit, & in*
C *ſella curuli ſedit.* Ammianus Marcel. Celſo aggere in ſpeciem tribunalis erecto ſella regalis cum aureo puluinari. Ouid. l. 15. Metam.

——& aggeribus factis à milite forti
Inſiſtit, priſcóſque Deos ex more precatus.

Plutarchus in Pompeio. βήματος στρατιωτικοῦ ὃ ποιοῦσιν αὐτοὶ τῆς γῆς ἐκτομὰς βαθείας λαμβάνοντες, καὶ καταλλήλων συντιθέντες: *Suggeſtus militaris, quem milites exſtruunt exciſæ terræ glebas exaggerantes.* Romanis igitur imperatoribus tribunal vel lapideum, vel ligneum, vel cæſpitium eſt pro throno, in quo ſella curulis aut regia. Solum vocatur ab Ennio, *Solum pro tribunali poſitum.*

Tarquinio dedit imperium ſimul, & ſola regni.

Tribunal maioris apparatus deſcribit Corippus lib. 3.

D *Nobilitat medios ſedes Auguſta penates*
Quattuor eximijs circumuallata columnis,
Quas ſuper ex liquido præfulgens circulus auro
Immodicus ſimilans conuexi climata cæli,
Immortale caput, ſoliúmque ſedentis obumbrat,
Ornatum gemmis, auróque oſtróque ſuperbum.

CAPVT XXX.

De Cubiculo, Tabernaculo, & Cubili Imperatoris.

E



CVBICVLVM imperatoris templum, ναὸν, vocat Epiphan. vulgo κοιτών. Chryſoſtomus de quadrageſima. ὥσπερ γάρ τις βασιλεὺς στρατιώτῃ αὐτοῦ παραγγείλας μὴ εἰσελθεῖν τινα τῶν ἀρχόντων ἔνδοθεν τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος, εἰ μὴ αὐτὸς προστάξῃ τούτῳ: *Vt rex cùm militi imperauerit, ne magiſtratus vllus ineat regium cubiculum, niſi ipſe præceperit.* Cubiculum regium deſcribit Philoſtratus in Apollonio. Cubiculi regij faſtigium tholi forma fuit, inſtar cæli fornicatum, ſapphyris collucentibus ardens, qui lapis cærulei coloris. In eius parte maximè conſpicua Deorum, quos Perſæ colunt, ſimulacra aurea. Eo loco rex ius dicebat. *Templũ imperatoris pro cubiculo dictum.*

Aureæ autem quatuor motacillæ ſuſpenſæ ex tholo, quæ Nemeſin ipſi denuntiant, & ne ſupra hominem ſapiat, admonent. Has Magi aptare dicuntur in aulam euntes, eaſq; deorũ linguas vocant. χρυσαῖ δ' ἰύγγες ἀποκρέμαντο τοῦ ὀρόφου τέτταρες, τὴν ἀδραστείαν παρεγγυῶσαι. in cu- *Nemeſis quid.*

biculis κλίνη & κωνώπιον. Iudith c.5. ἡ προσῳδήσατο τῷ κανόνι τῆ κλίνης, ὃς ἦν πρὸ κεφαλῆς ὀλοφέρνε, &c. ἀφεῖλε τὸ κωνώπιον αὐτῆ ἀπὸ τῶν συλῶν: *Accedens ad canonem lecti, qui erat ante caput Olophernis, sustulit conopium à columellis.* κωνώπιον ἐν ᾧ κατέκειτο, *papilio in quo iacebat.* Velum cubiculare vocat Lampridius in Heliogabalo. Vide Epiphanium p.490. Cubiculum imperatoris Codino dicitur κελλίον lib.de offic. aulæ Constant. πρὸ γὰρ τοῦ τὸν βασιλέα ἐξελθεῖν τοῦ κελλίου αὐτοῦ, οὗτος διείσκει ἐν τῷ τρικλίνῳ, *priusquam rex exeat è cubiculo, iste est in triclinio.* Vnde κελλιῶται dicuntur ministri interioris conclauis imperatoris,ac despotarum. Phransés Chron. lib.2. c.1. Mos & consuetudo vigebat in imperatorum palatio, per quam patrum celliotis filiorum cellas, non contra, filiorum ministris patrum frequentare licebat. Item, hoc quoque mos tenet, vt celliotæ imperatoris ad sepulcrum eius vsque ad prima sacra funeralia siue iusta persequerentur. A

Munera ad cubiculū regis redeuntia. Erant quædam pecuniæ ac munera, quæ ad cubiculum regis aut imperatoris redibant. Theodoricus rex Gotthorum ad Transmundum Vvandalorum regem. Sinceram purgationem pura mente suscepimus, sed auri transmissi munera non tenemus, &c. redeant ad cubiculum vestrum munera, quorum tantum oblatio videtur esse gratissima. negligatur aurum,vbi electum est conscientiæ præmium. Apud Cassiodorum ep.vlt.lib.v. Quo loco cubiculum interpretor gazophylacium, thesaurum, vel vt recentiores Græci,vestiarium. Plin.Panegyr.dabitur non cubiculum principis, sed ipsum principem cernere in publico. Sueton.Neron.cubiculum Neronis in theatro,c.14.vranisçum Græci,Suggestum Iulio per ludos,Sueto.in Iulio c.76.κωνώπιον. B

Tabernaculi imperatoris descriptio. Tabernaculum imperatoris cuiusmodi fuerit indicat Socrat.lib.1. Histor. Constantius Persico bello καταασκευάσας σκιώδη ἐκ ποικίλης ὑφάνης, ἐκκλησίας τύπον ἀποτελέσαν, ὥσπερ μωυσῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπεποιήκει, ἡ ταύτῃ φέρεσθαι, ἵνα ἔχοι κἂν τὰς ἐρημοτάτας τόπους οἰκτήριον ἡυτρεπισμένον, *cùm tabernaculum instruxisset ex vario carbaso, velóq; nautico ecclesiæ forma,vt Moyses in eremo illud fecit, voluitq; illud secum deferri, vt haberet oratorium apparatum etiam in locis maximè desertis.* Paulus Diaconus lib.18. Chosroën tentoria & cortinas in modum tenuisse porticuum scribit, quando in campo castra metabatur. Auctor Anonymus, ἐκτὸς ἦν τοιούτων χωρίων καὶ τὸ δώνυμον μέρος πηγνύσθω ἡ τοῦ ἀβεσιαρίου σκιωὴ, καὶ ἦ τὸ δεξιὸν ἔδαφι τὸ τραπέζης, ὄπισθεν ἦ τοῦ ἀβεσιαρίου ἡ τοῦ φύλακος, ἔ κατέξης κοιτωνιτῶν καὶ ἐσδομαρίων, καὶ λοιπῶν τῶν δομεστικῶν οἰκείως τῇ βασιλικῇ ὑπηρεσίᾳ: *Extra hunc locum ad lævam tabernaculum Aueştiarij defigatur, ad dexteram tabernaculum præfecti mensæ,à tergo Aueştiarij,tabernaculum custodis,& deinceps cubiculariorum & hebdomariorum, & reliquorum qui sunt in domestico ministerio principis.* Trebellius Pollio in Herode filio Odenati, qui homo omnium delicatissimus & prorsus orientalis, & græcæ luxuriæ,cui erant figillata tentoria, & aurati papiliones, & omnia Persica. C

Vranisçum quid. Græci vranisçum. Plutarchus in Phocione, ἐνταῦθα δὴ θεὶς ὁ πολυπέρχων τὸ χρυσοῦν ὀρανίσκον, καὶ ἀνάθησεν ὑπ' αὐτῷ τὸν βασιλέα καὶ τοὺς φίλους: *Ibi Polyperchon posito vranisco aureo cùm sub eo locasset regem & amicos,* Polybius lib.5. σκιωὰς χρηματιστικὰς. Legendus Athenæus lib.12. Persarum regi soli ius in aureo lecto iacere, nisi rex accumbendi potestatem daret. Iosephus antiquit.lib.20. Rex Persarum Isatæ πάραν ὀρθὴν ἐπέτρεπε φορεῖν, καὶ δὴ χρυσῆς κλίνης καθεύδειν, ὅσῳ μόνον ὀξὺ γέρας καὶ σημεῖον τῶν παρθῶν βασιλέων: *Isatæ regi Adiabenorum hoc dedit,vt tiaram rectam ferre, & in aureo lecto cubare posset, qui honor Parthorum regum proprius.* l.3. Esd.c.3.ei qui melius sensisset Darius δὴ χρυσῷ καθεύδειν, *jus dormiendi in aureo lecto* dedit. Iosephus c.6. lib.11. Origin. *tabernaculum regis, suffultum fuisse ait aureis & argenteis columnis, prætextum textis lineis & purpureis,* σκιώωμα πηξάμενον ἐκ χρυσέων & ἀργυρέων κιόνων, ὕφη λίνεα καὶ πορφύρεα κατ' αὐτῶν διεπέτασεν, multorum millium capax.Zozim.lib.2. βασιλικὸν ἐν τῷ μεσαιτάτῳ καταασκεύασας, τῇ εἰς μέγεθος καὶ κάλλος ἐξησκημένων πόλεων ἀδὲν ἀπολείπεσθαι, *regium tabernaculum in mediis castris* Constantini, *quod non cederet urbibus magnitudine & elegantia ornatus.* Cubicula Zozim. lib.5. βασιλικὰς κοιτῶνας vocat. Gallienus veris tempore cubicula de rosis fecit,vt Trebell.Heliogabalus solido argento habuit lectos,& tricliniares & cubiculares. Lamprid. Verus lectum eminentibus quatuor anacliteriis fecerat, minuto reticulo vndique inclusum,eumque foliis rosæ,quibus demptum esset album,replebat. D E

Anacliteriū quid. Anacliteria vocat pluteos, quibus caput incumbit. Græci ἀναλιτήρια, προσκεφάλαια, ἀνάκλιτα, puluillos quibus caput dormientis incumbit. erant lecti quibus essent quatuor plutei,& puluilli,vtrinque duo,in quibus cubantes aduersis vestigiis iacerent:alij erant ἀμφικέφαλοι,in quibus duo plutei,siue mauis,duo reclinatoria,vt vestigiis oppositis & obuersis somnum caperent, & hinc inde pluteis capita incumberent. Hesychius ἀμφικέφαλον κλίνη ἑκατέρωθεν ἔχουσα ἀναλιτήριον, *vtrinque capitatus lectus,vtrinque pluteum habens.*

CAPVT

A

CAPVT XXXI.

De acclamationibus & plausu.

ACCLAMARI solitum imperatoribus, lippis & tonsoribus notum. Paul. Diacon. lib. 8. ob Pertinacis laudem ingeminatis ad vocis vsque defectum plausibus acclamatum est. Pertinace imperatore securi viximus, neminem timuimus, patri pio, patri Senatus, patri omnium bonorum. Non aliter principibus acclamatur in Senatu, felicior Augusto, melior Trajano, Nero captus modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de nouo commeatu Neapolim confluxerant, plures Alexandria euocauit. Neque eo segnius adolescentulos equestris ordinis, & quinque amplius millia è plebe robustissimæ iuuentutis vndique elegit, qui diuisi in factiones plausuum genera condiscerent.

Acclamatio imperatoribus quomodo olim fieri solita.

B

Bombos & imbrices & testas vocabant. Philostratus in Alexandro Seleuciensi, ὡς καὶ βόμβον διεγθεῖν αὐτὸν ἔτι σιωπῶντος, *vt bombus eo iam tacente percurreret.* bombum murmur surdum interpretor apud Philostratum. Apud Suetonium genus est plausus, vt ipse ait, & sonitus grauioris, cuiusmodi est apud Persium.

Bōbos quid appellarint veteres.

Torua Mimalloneis implerunt contra bombis.

Themistius in Sophista, κρότον & ἐκβομβήσεις vocat crepitum manuum complosarum, & bombos. Martianus Capella lib. 2. bombos tympani. Est igitur bombus sonitus qui editur veluti cornu, aut crotalo & cymbalo. Plin. ep. 14. lib. 2. Plausus tantum ac potius cymbala. Aristænet. ep. 10. lib. 1. ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὑπεσταλμένοις ὑποκειμένην τὴν ἀριστερὰν ἔπληττεν εἰς τὸ κοῖλον, ἵν' ὦσι αἱ χεῖρες εὔφωνοι συμπληττόμεναι τρόπον κυμβάλων: *Dextera manus contractis digitis ac substrictis subiectam sinistram feriebant in cauum, vt manus percussæ modulatum sonum efficerent instar cymbalorum.* Corippus.

C

Ingeminántque cauos dulci modulamine plausus.

Imbrices sonitus imbricum collisarum, aut pluuiæ in imbrices labentis, & καχλαζούσης. testarum crepitus Iuuenalis commemorat s. 11. κρότον ὀστράκων, κρούματα. Sed plausus est manuum, acclamatio vocum, vt in libris de Circo & Theatro olim docuimus. Euagrius lib. 2. c. 4. ὀρθόδοξε βασιλεῦ σαυτὸν ἐκδίκησον. λέοντος πολλὰ ἔτη: *Orthodoxe rex te ipsum vindicato. Leoni multos annos.* Corip. l. 1.

Imbrices qui.

D

———sic vulgus amore
Vndique conueniens lætarum more volucrum
Tu vincas Iustine canunt.

Tacit. lib. 16. Plebs personabat certis modis, plausúque composito. Cassiodor. lib. 1. variar. Profertis voces organo dulciores, & ita sub quadam harmonia citharæ concauum theatrum per vos resonat, vt tonos possit quilibet credere, quam clamores. Xiphilin. in Pertinace εὐρυθμῶς ἐκβοᾶν, *modulatè acclamare.*

Plinius Panegyr. concentum vocat. Ibidem, & populus quidem Romanus dilectum principem seruat, quantóque paulo ante concentu formosum alium, hunc formosissimum personat, quibúsque aliquando clamoribus gestum alterius & vocem, huius pietatem, abstinentiam, mansuetudinem laudat. Tibi ascendenti de more Capitolium, quanquam non id agentium ciuium clamor vt iam principi occurrit, siquidem omnis turba quæ limen insederat ad ingressum tuum foribus reclusis, iam quidem vt tunc arbitrabatur Deum, vt docuit euentus, te consalutauit imperatorem: nec aliter à cunctis omen acceptum est. Comprobasti & ipse acclamationum nostrarum fidem lachrymarum tuarum veritate. Nihil magis possum propriè dicere, quàm quod dictum est à cuncto Senatu, ô te felicem. Sed cùm multa in illo die dicta sunt sapienter & grauiter, tum in primis hoc crede nobis, crede tibi. Super hæc precati sumus vt sic te amarent Dij, quemadmodum tu nos. Estne verum quod inter ista clamauimus, ô nos felices. Quasi verò aut oratione complecti, aut memoria consequi possim, quæ vos P. C. ne qua interciperet obliuio, & in publica acta mittenda, & incidenda in ære censuistis.

Concentus populi Romani imperatoribus datus.

E

Tanti esse putauit acclamationes istas Iustinianus, vt sibi cauerit clamores istos primò dari Romæ, deinde Theudato. Procopius lib. 1. Gotth. εὐφημοῦντα δὲ ῥωμαίων τὸ δῆμον

Acclamationes Iustinianus sibi dari prohibuit.

αὐλαῶησιν ἀεὶ βασιλέα πρῶτον, ἔπειτα Θεύδατον, ἔντε θεάτροις καὶ ἱπποδρομίαις, καὶ εἴ που ἄλλη τοιῆδε γένοιτο δέησις. εἰκόνα τε χαλκῆν, ἢ ὕλης ἑτέρης μή ποτε Θεύδατον καθίσαιεν, ἀλλὰ γίγνεσθαι μοῦνα ἀεὶ ἀμφοτέροις, στάσεως ἢ ἕδρης ἐν δεξιοῖς ἵππου τοῦ βασιλέως, ἵππου θάτερα ἢ τοῦ Θευδάτου. *Et vt populus Romanus ſemper imperatori primo acclamaret, deinde Theudato in theatro, & circo, & ſicubi acclamari contigerit, imaginem autem æream, aut alterius materiæ, nunquam ſoli Theudato poni, ſed vtriſque ſemper, & ita locari, vt imperatoris ſtatua ſit à dextra, Theudati à læua.* A

Oraria à quo primùm data.

Apud Vopiſcum Aurelianus primus donauit oraria pop. R. quibus vteretur ad fauorem. Lipſius oraria tegmina quædam reſonantia eſſe vult, quibus modulatæ acclamationes darentur. Melius Caſaubonus lora & faſcias eſſe vult quæ in plauſu iactabantur & commouebantur. Euſtath. ad lib. 4. Iliad. μίτραι οἱ ἀπὸ φασκιῶν καὶ ὠραίων στέφανοι, *mitræ coronulæ ex faſcijs & orarijs.* Iactaſſe autem manus & togas in plauſu docet Ouid. lib. 3. Amor. B

Fauimus ignauo, ſed eum reuocate Quirites,
Et date iactatis vndique ſigna togis.

Varro, in circis potiùs ac theatris quàm in ſegetibus ac vinetis manus mouent. Coripus lib. 4.

Liberius ſpectare oculis, manibúſque fauere.

Acclamatio amicarũ vrbium in renunciatione imperatoris.

Nunciata imperatoris renunciatione moris fuit vt toto orbe amicæ vrbes acclamarent. Libanius legat. ad Iulian. ὡς ἦ τὰ σὰ ἤυξητο, καὶ ὁ καιρὸς ἐδίδα δεῖξαι τῷ γνώμῳ, ἤκουσαν οἱ θεοὶ βοῆς ἡλίκης ἀ πρόσθεν, τὸ μὲν ἀνδρῶν ἐμπεπληκότων ἀ μόνον τὸ θέατρον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἔδρας λαγόνας, γυναικῶν ἢ κἀ τὰ αὐτῶν νόμον οἴκοθεν ἑκάστης συνεκπεμπούσης δόξημίαν ἀπὸ τῶν συναῦθι περιαλμένων: *Vbi autem res tuæ auctæ ſunt, & occaſio animi ſui prodendi data eſt, audierunt Dij vocem quantam non ante, cùm viri impleſſent non modò theatrum, verùm & latera montis, fœminæ verò domi vt decet, quæq; acclamaſſet ijs quæ hîc apud te geſta erant.* Nicetas lib. 1. Andronici, Accipiter κατέπτα πρὸς τὸ μέγα βασίλειον, ἐπ' ἄνω ἔ οἰκήματος καταπαύσας ἐν ᾧ τὸς ὑπογέως ἔ ἄρχὴν ἐπειλημμένους εὐθέτου πρὸς ἔ δήμου πάντὸς αὐδόξημίας στεφηφόρους, *volauit ad magnum palatium, & ſupra domum ſidens, in qua deſignatos imperatores moris eſt ab vniuerſo populo bonis verbis appellari, corona redimitos.* Renuntiationem incipiunt, & ita ordinant, Alexij & Andronici magnorum imperatorum Rom. Comnenorum multos annos, & apertis faucibus canentes. δόξημίας καθάρχον) καὶ ὅπωσι δόξαιθεν τῷ αὐάῤῥησιν, &c. Idem lib. Iſaacij & Alexij. ἀπεπνίγετ δὲ καὶ πρὸς τὸ μεταθεσιν τ αὐαγορεύσεως. ὁ μὲν γὰς ὑὸς πρεσβυτέρου κατατεινομένους αὐδόξημείτο φωναῖς, ὡς τῷ παλαίῳ κόσμος τὰ αὐάκτορα. ὁ δὲ κατὸ τ ἰσχὺς ὑστερόφωνον παρηκολούθ τ ἡικαῖς καὶ σερροτέραις αὐακηρύξεσι, *angebatur animo quod proclamationis ordo immutatus eſſet: filio enim priori loco contentis vocibus acclamabatur, ita vt ſonitu palatia diſrumperentur, ille autem poſteriori clamore filij acclamationes firmiores ſequebatur.* Multus ſum in re nota. Apud Tertullianum acclamatur C D

De noſtris annis addat tibi Iuppiter annos.

Ambroſius de obitu Valentiniani, Quem noſtræ vitæ temporibus fulcire cuperemus, vt de noſtris annis viueret, qui non potuit fungi ſuis. Capitolin. in Marco philoſ. Philoſophiæ tuæ, patientiæ tuæ, doctrinæ tuæ, nobilitati tuæ, innocentiæ tuæ. Lampridius in Alexandro, verecundiæ tuæ, innocentiæ tuæ, caſtitati tuæ. In Pertinace, Patri Pio, patri Senatus, patri omnium bonorum.

Acclamationes populi ad imperatorem à quibus mitti ſolitæ.

Moris fuit vt acclamationes populi ad imperatorem à Præfecto vrbi, aut Senatu mitterentur. Symmachus ep. 31. in auctuario ad Honorium. Acclamationibus quæ ſubiectæ ſunt gaudij ſui cauſas plebs Romana teſtata eſt, ac ſerenitati veſtræ in dies ſingulos gratias agere non deſtitit. Mos ille acclamandi è theatris in fora, & auditoria ſeu Athenæa, è foro in Senatum traductus. In acta publica referebantur iam inde ab æuo Trajani, è quibus deſumpſere Capitolinus, Vulcatius, Lampridius in Alexandro. Addam acclamationes Senatus in quibus id decretum eſt ex actis vrbis A.D. Prid. Non. Mart. Legendus Plin. in Paneg. Græci ἐπιβόημα, κρότος, κροτεῖν, ἐπιβοᾶν, ἐκβοᾶν, ὑπιφημίζειν, ἐπικραυγάζειν, ὑπικελάζειν. Victor, Clamabant vſque ad vocis defectum. E

Formula acclamationũ.

Erat aliquis qui formulam acclamationis conciperet veluti præcentor, reliqui voces ab eo acceptas reddebant, quæ Plinius cantica vocat. In actis adnotatum quoties quidque fuiſſet repetitum, Dictum quinquies, dictum vicies. Trebellius in Claudio, Sexagies octuagies idem acclamatum. Quem acclamandi morem vetus eccleſia vſurpauit, populus in ſacris conuentibus, patres in ſynodis, referebántque per notarios in acta ſynodica & in geſta

A gesta ecclesiastica, πράξεις, πεπραγμένα vocant. In actis ordinationis Eradij, quem Augustinus sibi successorem dixit, à populo acclamatum est, Deo gratias, Christo laudes, Dictum est vicies ter, exaudi Christe. Trebellius in Claudio, Auguste Claudi Dij te nobis præstent, dictum sexagies.

Acclamationes aliæ fuere communes & solemnes ἐγκύκλιοι, aliæ certis negotiis propriæ. Capitolinus in Maximo & Balbino. Inde in Senatum itum est, Vbi post illa quæ communia solent esse fausta, dictum est. C. Theodos. lib. 7. tit. 27. Præfecti & tribuni acclamant, Auguste Constantine Dij te nobis seruent, vestra salus, nostra salus, verè dicimus, iurati dicimus. In vita D. Augustini, A notariis ecclesiæ sicut cernitis excipiuntur quæ dicitis. De hac assertione aliquid acclamate. A populo acclamatum est fiat, fiat. Dictum vicies quinquies. In actis synodi Ephes. œcum. tertiæ, νέῳ παύλῳ κελεστίνῳ, νέῳ παύλῳ κυ- *Acclamationum genera.*
B ρίλλῳ. κελεστίνῳ τῷ ὁμοψύχῳ τῆς συνόδου. Euagrius lib. 2. c. 17. ἅγιε κύριε σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον, ὀρθόδοξε βασιλεῦ σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον, λεόντος πολλὰ τὰ ἔτη. τοῦ πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη. Ibidem in Dioscorum, ἀνάθεμα διοσκόρῳ. διόσκορον ὁ χριστὸς καθεῖλε, τούτους ἐξέβαλε. Has acclamationes improbat Augustinus lib. 4. de doct. Christ. c. 26. Chrysostomus sæpe.

CAPVT XXXII.

De conuiuijs lautis, & opiparis.

C EXTRA plantam euagari me fortè aliquis putet, qui cùm de Imperatore Rom. agere instituerim, quædam admisceam quæ ad aliarum gentium principes, & mores pertineant. Sed si qui paulo æquior erit, eum & hîc facile mihi veniam daturum spero, quod nemo sit veterum auctorum, qui interdum digressionibus non vtatur, & extra institutum feratur, maxime si ex iis digressionibus instituto sermoni lux aliqua futura est. Cùm igitur de imperatorum epulis acturus sim, quæ ex aliorum principum comparatione magis elucescere possunt, non omnino ἀπροσδιόνυσον erit, si quid de aliorum conuiuiis præmisero, vel subiunxero, quod ab aliis minus obseruatum fuerit. *Digressio authoris.*

Mensas imperatorum regio apparatu exstructas fuisse nemini obscurum esse potest, qui *Mensæ imperatorum quo apparatu exstructæ.*
D sciat Romę libera Rep. Adiiciales epulas, Pontificias cenas, Consulares, Prętorias, Saliares, Viscerationes quæ populo datæ cum decumæ Herculi pollucerentur, Persicas, Siculas, Sibariticas, Ægyptias mensas, cenas dapales instructissimas & apparatissimas fuisse. Horatius lib. 2. od. 14.

——— & mero
Tingit pauimentum superbo
Pontificum potiore cenis.

Plin. lib. 10. c. 20. Pauonem primus occidit Hortensius adiiciali cena sacerdotij. Varro, Primus Q. Hortensius augurali adiiciali cena, &c. apud Macrob. l. 3. c. 13. Seneca ep. 96. Et toties tamen sestertio adiiciales cenæ fortissimis viris constiterunt. Eædem dictæ dapales apud Nonium. Titinnius,

E *Toto sit in foco de lignis mihi dapalis cena.*

Plautus, Dapatice exceptos. Dapsilem cenam Sueton. in Vespasiano. à δάπτω, δαρδάπτω, daps. Dapalis Iuppiter apud Festum.

Cic. lib. 7. ep. ad famil. ep. ad Gallum, Cenam Auguralem commemorat, eadem adiicialis, ab adiiciendis epulis Festo. De Saliaribus cenis Horat. lib. 1. od. 37. *Auguralis cena, & Saliaris.*

——— nunc saliaribus
Ornare puluinar Deorum
Tempus erat dapibus sodales.

Cic. lib. 5. ep. 9. ad Attic. Cùm opiparè saliarem in modum epulati essemus. Festus, Saliis quia amplæ ponuntur cenæ, si quæ aliæ magnæ sunt, saliares appellantur. Apuleius lib. 4. Saliares cenas cenare. *Cereales cenæ, Capitolinæ & nuptiales.*

Cereales cenas Plautus in Menæchmis commemorat,

Cereales

Cereales cenas dat, ita mensas exstruit, A
Tantas struices concinnat patinarias.

Capitolinas Martialis,

Non Albana mihi sit comessatio tanti,
Nec capitolinæ, pontificúmque dapes.

Cenas nuptiales Apuleius Milesi.6.

Natalitiæ cenæ, & Siculæ dapes.

Cenas natalitias Plautus in Persa. Cic. 2. Philip. dat natalitia in hortis Antonius. Siculas dapes Horat.

Non Siculæ dapes
Dulcem elaborarint saporem. B

Luculli cena magno apparatu exstructa.

Lucullus extemporali cena μυριάδας πέντε, quinque scutatorum præter propter millia insumpsit, narrante Plutarcho, cùm Pompeius & Cicero imparatum nec opinantem visissent. Sed audiendus Tertull. lib.de Pallio, Adigo cauterem ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibus nummum orbem citri emit, qua bis tantum Asinius Gallus pro mensa eiusdem Mauritaniæ numerat. Hem! quantis facultatibus æstimauere ligneas maculas. Item, qua lances centenarij ponderis Sylla molitur. Vereor ne parua sit ista trutina, cùm Drusillianus,& quidem seruus Claudij quingenariam promulsidem ædificat,supra scriptis fortasse mensis necessariam, cui si officina extructa est, debuit & triclinium. Immergo æquè scalpellum acerbitati ei, qua Vedius Pollio, seruos Murenis inuadendos obiectabat, noua scilicet sæuitia delectatus teneræ bestiæ,edentulæ, & exunguis, & excornis. De piscibus placuit feras cogere, vtique statim coquendis, vt in visceribus earum, aliquid de seruorum suorum corporibus & ipse gustaret. C

Cenæ magnis impensis exstructæ.

Præcidam gulam qua Hortensius orator primus pauum cibi caussa potuit occidere, qua Ausidius lurco primus sagina corpora vitiauit, & coactis alimentis in adulterinum prouexit saporem, qua Asinius Celer muli vnius obsonium 6. millibus H S. detulit, qua Æsopus histrio ex auibus eiusdem pretiositatis, vt canoris & loquacibus quibúsque sexcentum millium patinam confiscauit, qua filius eius post tale pulpamentum potuit aliquid sumptuosius esurire: margarita namque vel ipso nomine pretiosa dehausit,credo ne mendicius patre cenaret. Vespasianus conuiuabatur assiduè, ac sæpius rectè ac dapsilè vt macellarios adiuuaret ait Suetonius. Æsopo tragico patina vna quindecim scutatorum millibus constitit,vt Plin.lib.10.c.51. Patina sexcentis sestertiis taxata,in qua posuit aues cantu aliquo, aut humano sermone vocales millibus 6. singulis cœmptas. D

Vniones in cõuiuijs absorpti.

Idem lib. 9. c. 35. de vnione illo Cleopatræ 100. H S, id est scutatorum 250. millibus æstimato. Prior id fecerat Romæ in vnionibus magnæ taxationis Clodius, tragœdi Æsopi filius, vt experiretur in gloria palati quid saperent margaritæ. Vnionem quem ipse absorbuit decies H S, id est 25. scutatorum millibus æstimatum scribit Horat. lib.2. s.3.

Filius Æsopi detractam ex aure Metellæ
Scilicet vt decies solidum absorberet, aceto
Diluit insignem baccam.

Seneca lib. de consolat. ad Albinam c.10. Apicius cum H S. millies in culinam congessisset, id est, vt hodie rationes putamus, duos milliones & 500. aureos. Suetonius in Vitel- E
lio, Singula ientacula, aut prandia, aut cenas, aut comessationes quæ Vitellio ab amicis darentur, quadringenis millibus constitisse scribit, id est decem millibus scutatorum. Plinius lib. 35. c.12. Patinam Vitellij, quæ clypeus Mineruæ Poliuchæ dicta, decies H S. fuisse, id est 25. millibus scutatorum constitisse. Ea patina primo fictilis, deinde argentea facta, vt Dio, ἀργύρα τε ἐποιήθη, καὶ ἔμεινε πολλῶ χρόνον ὥσπερ τι ἀνάθημα, donec ab Hadriano conflata est.

Caligulæ voracitas.

Caligula centies H S.cenauit vno die,vt Seneca lib.de consolat.ad Alb.c.9.id est ducentis 50. scutatorum millibus. Idem ep.96. mulum 5. H S. à P. Octauio emptum ait, id est scutatis 125. Asinius Celer 8. millibus nummum, id est 200. scutatis mulum mercatus est vt Plin. l.9. c.17. Tres mulos 30. millibus nummum venisse, id est scutatis 1300. grauiter Tiberius conquestus est,vt Sueton.in Tiber. Ætate Lucilij singula ostrea mille nummis empta. Lucillius

His

A *His itidem in cena ostrea, mille*
Nummis empta.

Varro lib.1.c.1.de re rust. Poma Romæ in sacra via auro contra veniebant.Plin.l.15.c.12. Persicis singulis pretium tricenos nummos, id est 9. denarios fuisse ait.

Conuiuium Cleopatræ.

De Conuiuio Cleopatræ Macrobius li. 3. c.17. Antonij expensæ in cenam solitæ conferri sola vnionis à Cleopatra vxore consumpti æstimatione superatæ sunt. Nam cum Antonius quicquid mari, aut terra, aut etiam cælo gigneretur, ad satiandam ingluuiem suam natum existimans, faucibus ac dentibus suis subderet, eáque re captus de Romano imperio facere vellet Ægyptium regnum, Cleopatra vxor quæ vinci ab Romanis nec luxuria dignaretur, sponsione prouocauit insumere posse in vnam cenam H S. centies. Id Antonio mirum visum. nec moratus sponsione contendit, digna sculna Munatij Planci,
B qui tam honesti certaminis arbiter electus esset. Vulgo legitur dignus culina Munatio Planco. Scriptus codex digna sculna. Gellio.20. c.10. Sculnam quasi seculnam, id est, sequestrem, quod eius fidem vtraque pars quæ sponsiones feciisset sequeretur. Magnificentiam eius conuiuij describit Athenæus lib. 14. ἀπαντήσασα τῷ Ἀντωνίῳ ἡ Κλεοπάτρα ἐν Κιλικίᾳ παρεσκεύασεν αὐτῷ βασιλικὸν συμπόσιον, ἐν ᾧ πάντα χρύσεα καὶ λιθοκόλλητα ἀξιολόγως ἐξειργασμένα τῇ τέχνῃ: *Cleopatra in Cicilia obuiam facta Antonio, regium conuiuium apparauit, in quo vasa omnia aurea & gemmata fuerunt, singulari artificio elaborata*, purpureísque & auro intextis aulæis tecti parietes, triclinia 12. lectis strata. &c. Postridie rursum ad cenam inuitato cum amicis, & ordinum ductoribus, aduenientíque instructo splendidius epulo effecit, vt priora illa exigua viderentur, iterúmque dedit illi omnia. τὸ δ' ἡγεμόνων ἑφ' ἧ ἑκάστῳ ἔκλινε κλίνη, καὶ τὰ κυλίκια καθὼς ἐν ταῖς τραπέζαις ἐμεμέτρητο, *ac ducibus singulis lectum in quo ac-*
C *cubuerant, & pocula vt in mensas diuisa fuerant, secum auferre permisit.* Digressuris si qui antecellerent dignitate, lecticas cum lecticariis seruis, plurimis equos argenteis phaleris ornatos, omnibus Æthiopicos pueros qui faces præferrent præbuit. Quarta die τάλαντα εἰς ῥόδα μόνα δέδωκε, *rosas emit talento*, & ad profundam altitudinem sterni rosis pauimentum iussit. Legendus Plinius lib.9. c.35. Tertullianus lib. de Pallio mensas Ciceronianas celebrat. Nonne illa anima plus solatij quàm supplicij relatura est, quòd funus inter coquos pretiosissimos inuenit, quod mensis Ciceronianis infertur, quod lancibus splendidissimis Sullanis offertur.

Medicæ mensæ.

Medicas mensas Plutarchus lib.1.de fort. Alex. ἐδὲ τραπεζαῖ μηδικαῖ, καὶ τραπέζαι, καὶ γυναῖκες, ἐδὲ χαλυβώνιος οἶνος. Horat.

D *Persicos odi puer apparatus.*

Ciborum & aquarum in conuiuijs delectus.

Reges Persæ non alia aqua vsi quàm Choaspis fluuij, Reges Parthi non alia quàm Eulæi, non alio vino quam Chalybonio, non alio pane quàm ex Asso Æolica, vt Athen. lib.12.& 13. Strabo lib.15. οἱ βασιλεῖς πρὸν μὲν ἐξ ἄσσου τῆς αἰολίδος μετῆσαν, οἶνον δὲ συρίας τὸν χαλυβώνιον, ὕδωρ δ' ἐκ τῆς ὑλαίας πάντων ἐλαφρότατον. Solinus non quia leuis aqua, sed quia dulcis, in potum esse regibus ait. Clemens lib.2. Pædag.c.2. quia κάλλιστον ὕδωρ εἰς πόσιν. Vinum in aureo ouo bibebant. vt Athenæus lib.11. ἔστι δὲ καὶ ποτίβασις ἄρτος κεδρινὸς, πυρινὸς ὁπλὸς, καὶ κυπαρίσσου στέφανος, καὶ οἴνου κεκραμένου ἐν ᾠῷ χρυσῷ, ᾧ αὐτὸς πίνῃ ὁ βασιλεύς. *Potibasis panis est hordeaceus, & triticeus, assus, & cupressi corona, vinúmque mixtum in ouo aureo, quod rex ipse bibit.*

Aqua regia & regij cibi.

De Choaspe fluuio Herodot. lib.1. Plutarch. de primo frigido. Tibullus eam, regiam
E aquam lib.4. vocat. Eustathius ad Dionysium de situ orbis. βασιλικὸν ὕδωρ. Regij cibi non aliunde quam ex prouinciis ditionis regiæ accurabantur, vt Athen. lib.8. Quare Xerxes Darij filius caricas Atticas vt in peregrino solo natas repudiauit,ait Plutarch.in Apoptheg. Vrbes omnes & agri ditioni regiæ aliquid primitiarum loco in epulas regias conferebant, narrante Athen. lib.8.

Voluptatum nouarũ inuentoribus præmiũ propositum.

Xerxes præmium proposuit ei qui nouam voluptatem inuenisset, vt Cicero Tusc. 5. Theophrast. libde regno, τὸν τῶν βασιλεῖς ὑπὸ τρυφῆς παρανηρῦσθαι τῆς ἐφευρίσκοσί τινα καινὴν ἡδονὴν δεινὰ πλῆθος. Athen.lib.12. ὁ τῶν βασιλεὺς ἀθλοθετῶν τῆς τὰς ἡδονὰς αὐτῷ γνωρίζουσι ὑπὸ πάντων τῶν ἡδέων ἠπειρῶτο ἀποδίξειν τὴν βασιλείαν: *Reges Persarum præ delitijs pecunias copiosas promulgare ac polliceri ijs qui nouam voluptatem repperissent. Rex Persarum præmia ponens ijs qui notas ei facerent voluptates declarauit regnum suum inferius esse omnibus voluptatibus, & ab illis vinci.* Conuiuium Cleopatræ describitur ab Athenæo l.4.

Epulum Antiochi.

Epulum Antiochi lib.5.& 11. Virgil.1. Æneid.

At

At domus interior regali ſplendida luxu A
Inſtruitur, mediiſque parant conuiuia tectis,
Arte laboratæ veſtes, oſtróque ſuperbo,
Ingens argentum menſis, cælatáque in auro
Fortia facta patrum.
Cùm venit, aulæis iam ſe regina ſuperbis,
Aurea compoſuit ſponda, mediámque locauit.
——Stratóque ſuper diſcumbitur oſtro,
Dant famuli manibus lymphas, Cererémque caniſtris.
Expediunt, tonſiſque ferunt mantilia villis. B
Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo
Cura penum ſtruere, & flammis adolere penates.
Centum aliæ, totidémque pares ætate miniſtri,
Qui dapibus menſas onerent, & pocula ponant.
Necnon & Tyrij per limina læta frequentes
Conuenêre toris iuſſi diſcumbere pictis.
Poſtquam prima quies epulis, menſæque remotæ
Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.
——Dependent lychni laquearibus aureis C
Incenſi, & noctem flammis funalia vincunt.
Hic regina grauem gemmis, auróque popoſcit,
Impleuitque mero pateram.

Eſt poculum διὸς σωτῆρος.

Dixit & in menſa laticum libauit honorem,
Primáque libato ſummo tenus attigit ore,
Tum Bitiæ dedit increpitans, ille impiger hauſit
Spumantem pateram, & pleno ſe proluit auro.
Poſt alij proceres, cithará crinitus Iopas D
Perſonat aurata.
Inde toro pater Æneas ſic orſus ab alto.

Cena Domitiani. Non poteſt magis graphicè vniuerſus regij conuiuij apparatus depingi quàm à Virgilio eſt depictus: quare Statius lib. 4. Syluar. in cena Domitiani.

Regia Sidoniæ conuiuia laudat Eliſſæ,
Qui magnum Æneam Laurentibus intulit aruis,
Alcinoique dapes manſuro carmine monſtrat
Æquore qui lento reducem conſumpſit Vlyſſem.
——Mediis videor diſcumbere in aſtris E
Cum Ioue, & Iliaca porrectum ſumere dextra
Immortale merum.
Hic cùm Romuleos proceres, trabeatáque Cæſar
Agmina, mille ſimul iuſſit diſcumbere menſis,
Ipſa ſinus accincta Ceres, Bacchúſque laborant
Sufficere.

Plinius tamen in Panegyr. cenas Domitiani exagitat his verbis, Non enim ante medium diem diſtentus ſolitaria cena ſpectator adnotatórque conuiuis tuis immines, nec ieiunis & inanibus plenus ipſe, & ructans non tam apponis quàm obiicis cibos quos dedigneris attingere, ægréque perpeſſus ſuperbam illam conuictus ſimulationem, rurſum te ad clandeſtinam geneam, occultumque luxum refers. Ergo non aurum, nec argen

A argentum, nec exquisita ingenia cenarum, sed suauitatem tuam, iucunditatémque miramur.

Regium apparatum Cicero vocat in Somnio Scipionis, Claudian. regificum luxum. Homerus lib.8. Odyss. conuiuium describit his verbis. *Luxus regificus, & apparatus regius.*

τοῖσιν δ' ἀλκίνοος δυοκαίδεκα μῆλ' ἱέρευσεν.
ὀκτὼ δ' ἀργιόδυντας ὕας, δύο δ' εἰλίποδας βοῦς,
τοὺς δέρον ἀμφίτ' ἔπον, τετύκοντο τε δαῖτ' ἐρατεινήν.
κῆρυξ δ' ἐγγύθεν ἦλθεν ἀγὼν ἐρίηρον ἀοιδόν,
τὸν πέρι μοῦσ' ἐφίλησε.
οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἕτοιμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον.
αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος, καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.
B μοῦσ' ἄρ' ἄοιδον ἀνῆκεν ἀειδέμεναι κλέα ἀνδρῶν.

His autem Alcinous 12. oues mactauit, & octo sues candidis dentibus, & duos boues flexipedes, quos excoriarunt, procurarunt, & appararunt conuiuium amabile. Venit autem præco propè ducens poëtam idoneum, quem Musa in amoribus habebat. Illi in cibos paratos miserunt manus. Sed vbi potus & cibi cupiditatem expulerunt, Musa cantorem excitauit, vt caneret gloriam virorum.

Cibi quidam fuere, quos principes in delitiis habuerunt. Hadrianus inter cibos vnicè amabat tetrapharmacum quod erat de fasiano, sumine, perna, & crustulo. Ad conuiuium venientes Senatores stans excepit, sempérque aut pallio tectus discubuit, aut toga submissa. In Ælio Vero dicitur Pentapharmacum, & 5. species nominantur. Fasianus, pauo, perna, crustulata, & aprugna. Perna crustulata erat è perna & crustulo. *Cibi in delitijs principũ habiti, qui.*

C Sed luxum & ordinem conuiuij exquisitissimi ex Petronio hic subiiciamus. Tandem discubuimus pueris Alexandrinis aquam in manus niuatam infundentibus, aliísque insequentibus ad pedes, ac paronychia cum ingenti subtilitate tollentibus. Allata est tum gustatio valdè lauta. Nam iam omnes discubuerant præter ipsum Trimalcionem, cui locus nouo more primus seruabatur. Ceterùm in promulsidario asellus erat Corinthius cum bisaccio positus, qui habebat oliuas in altera parte albas, in altera nigras. Tegebant asellum duæ lances, in quarum marginibus nomen Trimalcionis inscriptum erat, & argenti pondus. Ponticuli etiam ferruminati sustinebant glires melle & papauere sparsos. fuerunt & tomacula supra craticulam feruentia argenteam posita, infra craticulam Syriaca pruna, cum granis Punici mali. In his eramus lautitiis, cùm ipse Trimalcio ad Symphoniam allatus est, positúsque in ceruicalia minutissima expressit imprudentibus risum. Gustantibus D adhuc nobis repositorium allatum est cum corbe, in qua gallina erat lignea patentibus in orbem alis, quales esse solent quæ incumbunt oua. Accessere continuò duo serui, & symphonia strepenti scrutari paleam cœperunt, erutáque subinde pauonina oua diuisere conuiuis, &c. Ego quidem penè proieci partem meam, nam videbatur mihi iam in pullum coisse. Deinde vt audiui veterem conuiuam, hic nescio quid boni debet esse, persecutus putamen manu, pinguissimam ficedulam inueni piperato vitellio piperatam. Trimalcio fecerat potestatem clara voce, si quis nostrum iterum vellet, mulsum sumeret, cùm subitò signum symphonia datur, & gustatoria pariter à choro cantante rapiuntur. Cùm fortè parapsis excidisset, & puer iacentem sustulisset, &c. Insecutúsque est lecticarius, argentúmque inter purgamenta scopis cepit verrere. Laudatus propter elegantiam Dominus, equum, inquit, Mars amat. Itaque iussit senex suam cuique mensam assignari. Statim allatæ sunt am- E phoræ vitreæ diligenter gipsatæ, quarum in ceruicibus pittacia erant affixa, cum hoc titulo, Falernum, Opimianum annorum centum, &c. Potantibus ergo, & accuratissime nobis lautitias mirantibus, laruam argenteam attulit seruus sic aptam, vt articuli eius vertebræque locatæ in omnem partem flecterentur. Hanc cum super mensam semel iterúmque abiecisset, & catenatio mobilis, aliquot figuras exprimeret Trimalcio adiecit, *Luxus & ordo conuiuij exquisitissimi.*

Heu, heu nos miseros, quàm totus homuncio nil est.
Sic erimus cuncti postquam nos auferet orcus,
Ergo viuamus dum licet esse bene.

Laudationem ferculum insecutum est, &c. Repositorium rotundum 12. habebat signa in orbe disposita, supérque proprium conuenientémque materiæ structor imposuerat cibum, super arietem cicer arietinum, super taurum bubulæ frustum, super geminos testiculos ac rienes, super cancrum coronam, super leonem ficum Africanam, super virginem

stericulam, super libram stateram in cuius altera parte scriblita erat, in altera placenta, super sagittarium odoperam, super capricornum locustam marinam, super aquarium anserem, super pisces duos mulos, in medio autem cespes cum herbis excisus fauum sustinebat. Circumferebat Ægyptius puer clibano Ægyptio panem, atque ipse etiam teterrima voce de laserpiciario mimo canticum extorquet.&c. Hæc vt dixit ad Symphoniam 4. tripudiantes procurrerunt, superiorémque partem repositorij abstulerunt. Quo facto videmus infra scilicet in altero ferculo altilia & sumina, leporémque in medio pennis subornatum, vt Pegasus videretur. Notauimus etiam circa angulos repositorij Marsias quatuor, ex quorum vtriculis garum piperatum currebat super pisces qui in euripo natabant. &c. Trimalcio eiusmodi methodio lætus, Carpe inquit. Processit statim scissor, & ad Symphoniam ita gesticulatus lacerauit obsonium vt putares Darium hydraule cantante pugnare. Tum hæc carmina subiicit ex Publio,

Luxuriæ rictu martis marcent mœnia.
Tuo palato clausus pauo pascitur,
Plumato amictus aureo babylonico,
Gallina tibi Numidica, tibi gallus Spado,
Ciconia etiam grata, peregrina, hospita,
Pietati cultrix gracilipes, crotalistria,
Auis exsul hyemis, titulus tepidi temporis
Nequitiæ nidum in cacabo fecit meo.

CAPVT XXXIII.

De Imperatorum mensis, ferculis, & ministris.

Mensam quis primus splẽdidè apparauerit.

MVLTI fuimus in dapsilibus delicatorum conuiuiis: iam ad fercula, mensas, & ministros Romanorum proprius accedamus. Heligabalus primus omnium priuatorum toros aureis toralibus texit. Deinde æstiua conuiuia coloribus exhibuit, vt hodie prasinum, vitreum alia die, venetum deinceps exhiberet. Primus mensas & capsas argenteas habuit. Primus etiam cacabos, vasa centenaria, argentea sculpta. Et masticatum, & puleiatum primus inuenit. Nam rosatum ab aliis acceptum pinearum etiam attritione odoratius reddidit, id est, pocula mastyche, rosa, absynthio, pulegio condiebat. Postea enim subiungit. Condito piscinas & folia temperauit, & rosato atque absinthiato. cætera ex eodem require.

Cõuiuia eodem cultu priuatis quo imperatoribus olim exhibere non licuit.

Olim nefas priuatis eodem cultu conuiuia exhibere, quo imperator. Marcus viris claris permisit, vt eodem cultu quo & ipse, vel ministeriis similibus conuiuia exhiberent, vt Capitolinus. Plin. Panegy. Tanta benignitas principis, tanta securitas temporum est, vt ille nos principalibus rebus existimet dignos, nos non timeamus quod digni esse videamur. Xiphilin. in Nerua. χρημάτων ὑπαρχόντων πολλὰ μὲ ἱμάτια, καὶ σκεύη καὶ ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ, ἄλλατ' ἐπίπλα, καὶ ἐκ τῶ ἰδίων, καὶ τῶ βασιλικῶν ἀπέδοτο, *egens pecunijs multa vestimenta & vasa argentea & aurea, & aliam supellectilem, & ex proprijs, & ex regijs vendidit.* Si vendidit, ergo & vsum permisit: vnde sequitur, priuatos qui emerent, regio apparatu potuisse vti.

Mensæ imperatorũ accumbentes magno in honore habiti.

Imperatoris autem mensa sæpe milites & centuriones accipiebantur, aliique multi, quibus honorem maximum haberi vulgo putabant. Panegyrico Theodosij, Ille mensa imperatoris beatus, ille osculo consecratus est. Trebellius in Gallieno, Nam cum cingula sua plerique militantium qui ad conuiuium venerant ponerent, hora conuiuij Gallienus his auratos, stellatósque baltheos rapuisse perhibetur. Hinc mos vt deinceps cum imperatore cincti discumberent.

Epulo trifariam dispertita.

Vitellius epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientacula, & prandia, & cænas, comissationésque, facilè omnibus sufficiens vomitandi consuetudine. Indicebat autem aliud alij eadem die, nec cuiquam minus singuli apparatus quadrigenis millibus nummum constiterunt.

Cena famosissima.

Famosissima super ceteras fuit cena ei data aduentitia à fratre, in qua duo millia

lectissi

A lectiſſimorum piſcium, ſeptem auium appoſita traduntur. Hanc quoque exſuperauit ipſe dedicatione patinæ, quam ob immenſam magnitudinem *clypeum Mineruæ*, *αἰγίδα πολιάχῳ* dictitabat. In hac ſcarorum iocinora, phaſianorum, & pauonum cerebella, linguas phœnicopterum, murenarum lactes, à Carpathio vſque, fretóque Hiſpaniæ per nauarchos ac triremes petitarum commiſcuit, vt Sueton. c. 13. Aſinius Celer muli obſonium ſex millibus H S. detulit. Æſopus hiſtrio ex auibus canoris centum millium patinam confiſcauit. filius eius margarita dehauſit, ait Tertullianus lib. de Pallio c. 8. Otho cùm Neronem exciperet conuiuio *λέγεται πολλαχόθεν ὀργυρᾶς καὶ χρυσᾶς περιβάλλων ἄφνω σωλῆνας, ὥσπερ ὕδωρ τὸ μύρον χέοντας*, *dicitur proponere ſolitus multis partibus tubos, vnde flueret vnguentum inſtar aquæ*, ait Plutarchus. Caligula panaria cum obſonio viritim diuiſit. Qua epulatione equiti Romano contra ſe hilarius, auidiúſque veſcenti partes ſuas miſit,
B vt Sueton.

Expetebantur priuatis menſæ imperatoriæ. Caligula compererat prouincialem locupletem ducenta H S. numeraſſe vocatoribus, vt per fallaciam conuiuio interponeretur, nec tulerat moleſtè tam magno æſtimari honorem cenæ ſuæ, eodem auctore c. 39. Statius lib. 4. Syluar. in epiſt. Secundo gratias egi ſacratiſſimis eius epulis honoratus. *Menſæ imperatorij ab omnibus expetitæ.*

Aſt ego cui ſacræ Cæſar noua gaudia cenæ
Nunc demum, dominâque dedit conſurgere menſa.

Aulus Serenus ad Seuerum, quippe qui dignatione veſtra cùm interſim conuiuio ſacro. Nero citharœdorum coronas ad ſe miſſas adeò gratè recipiebat, vt legatos qui pertuliſſent non modò primos admitteret, ſed etiam familiaribus epulis interponeret, ait Sueton.

C Formam conuiuij imperatorij deſcribit Codinus his verbis, *ὅτ᾽ οὖν βασιλέως καθήσαντος ὑπηρετεῖ μέγας δομέστικος ἔτω*, *Cùm itaque ſedit imperator, magnus domeſticus ita miniſtrat.* aſſiſtit magnus domeſticus primus propè imperatorem, poſt hunc domeſticus menſæ, & poſt hunc præfectus menſæ (malè interpres vertit *ὁ παείσιτος*, *præbet miſſum*) Affert autem miſſus domeſticus rei domeſticæ, quibus debet veſci imperator, & tradit præfecto menſæ. Atque hic domeſticus affert domeſtico menſæ, hic verò rurſum magno domeſtico, & magnus domeſticus proponit coram imperatore. Vide paginam 120. 109. 154. 15. 202. *Forma conuiuij imperatorij.*

Sed vt antiquiora arceſſamus imperatores qua die Auguſti ſalutati, ad conuiuium magiſtratus & primos Senatorum vocare ſoliti, vt Capitolin. in Pertin. Conſules, ipſo conſulatus die, epulum Senatoribus & equitibus Romanis dediſſe indicat Plinius lib. 14. c. 15.
D Cæſar, inquit, Hiſpanienſi triumpho Chium & Falernum dedit. Epulo verò in tertio conſulatu ſuo Falernum, Chium, Lesbium, Mamertinum, quo primùm tempore quatuor genera vini appoſita conſtat. De Aureliani conſulatu Vopiſcus, in litteris Valeriani ad Præfectum ærarij, Dabis ad editionem Circenſium aureos Antonianos trecentos. Conuiuium autem publicum edi iubebis Senatoribus, equitibus Rom. hoſtias maiores duas, minores quatuor. *Salutati Auguſti imperatores magiſtratũ Romanum conuiuio excipiebant.*

Reliquos magiſtratus epulum dediſſe oſtendit Cicero 4. Tuſcul. Deorum puluinaribus, & epulis magiſtratuum fides præcinunt. Seneca lib. 5. controuerſ. Quis ferret te ſi in triclinio tuo iudicium coëgiſſes, ait Hiſpo Prætori. Scelus eſt in conuiuio damnari hominem, quid occidere ad arbitrium meretricis. Quid ſi per Deos immort. nullo ſolemni die populo inſpectante in foro conuiuium habuiſſes, non minuiſſes maieſtatem imperij no-
E ſtri? Atqui quid intereſt conuiuium in forum, an forum in conuiuium attrahas? Vnde colligas prætorem epulum die magiſtratus ſui dediſſe. Corippus lib. 3. vbi funeris Iuſtiniani pompam accuratiſſimis verſibus deſcripſit, mox ſubiicit & omnium gaudia in renuntiatione Iuſtini Imperatoris, & feſtiuitatem, iuuenum luxus, maximè verò conuiuij Imp. magnificentiam his verbis, *Epulum à magiſtratibus datum.*

Interea lætus ſacra cum coniuge Princeps
Cœperat Auguſtæ felicia carpere menſæ
Gaudia, regales epulas, & dulcia Bacchi
Munera, quæ Sarepta ferax, quæ Gaza crearat,
Aſcalon & lætis dederat quæ grata colonis, &c.
Aurea purpureis apponunt fercula menſis
Pondere gemmarum prægrandia. Pictus vbique

Iuſtinianus erat, dominis pictura placebat, A
Gaudebántque ſui genitoris imagine viſa.

Comes patrimonij diuinas epulas procurabat. Caſſiodorus lib. 2. c. 9. Nam & ſi epulas noſtras ſollicita ordinatione diſponas, non ſolùm noſtro palatio clarus, ſed & gentibus neceſſe eſt reddaris eximius. Legati penè ex tota orbis parte venientes cum noſtris cæperint intereſſe conuiuiis, admirantur copiosè repertum, quod in patria ſua norunt eſſe rariſſimum. Stupent etiam abundantiam vnius menſæ tantas ſeruientium turbas poſſe ſatiare, &c. Meritò vt quies iudex tanti apparatus, & epularum, delinitus cibis tibi animus concedatur.

Cõuiuijs imperatorum quinã adhiberi ſoliti.

Adhibebantur igitur conuiuio Imper. milites & litterati, maximè Præfectus prætorio. Caſſiodor. lib. 12. Cùm apud rerum dominum ſolemni more pranderet Præfectus prætorio. Capitolinus in Macrino, Adhibuit conuiuio litteratos, vt loquens de ſtudiis liberalibus neceſſariò abſtineret. Tribuni Scholarum diuinis epulis adhibebantur, C. Theodoſiano de Comitib. & Tribun. Scholar. l. 1. Veſpaſianus duos patricij generis familiari menſæ adhibuit, ait Sueton. Ammian. lib. 15. Spectabilis honore menſæ regalis, antepoſitus aliis, vt iam ſecretius de rerum ſumma conſultaretur. Verùm & clerici menſæ regiæ accumbebant. Paulin. lib. 4. de S. Martino, B

Ad dextram regis ſancto venerabilis ore
Conſedit Senior.

Milites aliàs cincti, aliàs diſcincti conuiuio Imper. accumbebant.

Militare conuiuium.

Erat conuiuium militare vt ſcribit Trebellius in Gallieno. Lampridius in Heliogabalo, menſam militarem vocat. Pertinax ad conuiuium magiſtratus, & proceres Senatus rogauit, quam conſuetudinem Commodus prætermiſerat, vt Capitolinus Zonaras, *βασιλεὺς κὴ καιρὸς ὡεισμένος ἐκ σωηθείας παλαιᾶς τοῖς τ' συγκλήτε πανδαισίαν ἔδωκε, Imperator ſtatis temporibus ex antiqua conſuetudine Senatoribus conuiuium dedit.* C

Regiæ menſæ conuiua, & delitiæ.

Menſæ regiæ conuiua, ſi communione piorum pulſus fuerat, communioni reddebatur, vt concilio 12. Tolet. c. 3. Iuo Carnotenſ ep. 123. e. 195. ex libris regalium capitulorum, id eſt, concilio Toletano. Menſæ regiæ delitias lege in Panegyrico Theodoſ. Claudius adhibebat omni cenæ & liberos ſuos, cum pueris puellíſque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum ſedentes veſcerentur, ait Sueton. in Claudio c. 32. Auguſtus non cenauit vnà cum liberis ſuis, niſi in imo lecto aſſiderent.

Conſeſſus locus in conuiuijs imperatorum.

Equites & Senatores ad regias epulas vocati ſæpe infra menſam recubuerunt. Seneca lib. 2. de Tranquil. c. 15. Non accipiet ſapiens contumeliam, ſi in conuiuio regis recumbere infra menſam iubebitur. Pomponius Secundus cum Caio Caligula cibum cæpit *ad pedes eius ſedens* in ſponda, *παρὰ τοῖς ποσὶ αὐτ' καθήμενος*, ait Dio. Mos habebatur principum liberos ſedentes veſci in aſpectu propinquorum propria & parciori menſa, vt Tacitus lib. 13. Archimagirus aduentans monebat tempus eſſe curandi corpora, inquit Sidonius lib. 2. e. 9. D

Præpoſitus regiæ mẽſæ.

Eum qui regiæ menſæ præpoſitus erat Conſtantius Porphyr. in Chorophraphia vocat *τ' ἐπὶ τ' τραπέζης*. Euſthatius *ἐδεατρον, βασιλικὸν, περιβόλιον, κὴ τ' ἐπισάτλιν τ' ὅλης δρακονίας τραπέζης, ἀπὸ τ' ἕδω*. Feſtus, Edeatræ qui præſunt regiis epulis. Veteres ſtructorem vocarunt. Zonaras t. 3. p. 143. *τ' ἐπὶ τ' τραπέζης ἔπεμψεν στρατιάτλν*. v. gloſ. Magiſtrum regiæ menſæ, præpoſitum regiæ menſæ vocant. Heſychius, *ἐδεατρος· ὁπτμελετὴς δείπνε*. Theodoretus libr. 4. eccleſ. hiſtor. Demoſthenem, *τ' βασιλικῶν περιμηθύμνον δείπνων*. E Heſychius, *τραπεζοποιὸς ὁ τῆς πάσης περὶ τὰ συμπόσια παρασκευῆς ἐπιμελούμενος. μάζονες οἰκοδόμοι δείπνε. ταῦροι οἱ παρ' ἐφεσίοις οἰνοχόοι*. Munus *ἐδεατρε* deſcribitur ab Athen. libr. 4. Iolaus apud Plutarch. in vita Alex. fuit *δεξαμενοχός*. Athenæus l. 10. *οἰνόπτας, ὀφθαλμὲς ἐφεωρῶντας τὰ ἐν τοῖς δείπνοις, Oenoptas vocat oculos quia ſpectabant ea quæ inter vina fiebant.*

Aqua & mappa in conuiuijs à quibus exhibita.

Erant qui aquam ad manus præberent, qui mappam extergendis manibus darent. Aymonius lib. 4. Auſtregiſilus qui Guntrano mappam ad extergendas manus dabat. Athenæus lib. 9. *τ' μὲν ὕδωρ περὶ ἀείσε κὴ δείπνε λέγουσι κὴ χέρας, τ' δ' μὴ ταῦτα ἀπονίψαδαι, Aquam ante prandium & cenam vocant ad manus, poſt cibum dicebantur abluere ſe. χέρνιβα, χλιδνιβα, χερνίβια, χλιδόνπλεα. ἐχρῶντο δ' εἰς τὰς χεῖρας ἀποπλύοντες αὐτὰς κὴ σμήγματι ἀπορύψεως χάριν, vtebantur ſmegmate & purgamento lauantes manus, vt ſordes eluerent. ὠδεῖτο τὰς χεῖρας κατεχρίοντο, odoratis manus inungebantur. χλιδμακτρον ὠμόλινον, mantile è crudo lino tergendis manibus.*

Petronius

A Petronius aquam ad manum popoſcit. Caper, aquam in manus. Sidonius lib.1. manibus aquam. Lauandis manibus aquam præbebant pueri grandiores, teſte Polluce, καλοῦνται παῖδες οἱ δ᾽ ἄλλοι κἂν ὦσι πρεσβύτεροι, iique capillati. Seneca ep.120. Si pertinere ad te iudices, quàm crinitus puer poculum tibi porrigat. Apul.lib.de Deo Socrat.familias calamiſtratas. Hieronym. Non ambulet iuxta te calamiſtratus procurator. Seneca ep.123.puerorum perſpicuos cultu atque forma greges. lib. de vita beata, quare pedagogium precioſa veſte ſuccingitur. Etiam ætate Ciceronis formoſi pueri miniſtrarunt, lib.2.de finibus. Lucian.in Aſino, καὶ παῖδες ἡμῖν παρεστήκεσαν οἰνοχόοι καλοί. Pherecrates apud Athen.

κόραι δ᾽ ἐν ἀμπεχόναισι τειχίοις ἑρπίως
ἠβιλλιῶσαι, καὶ τὰ ῥόδα πεκασμέναι,
πλήρεις κύλικας οἴνου μέλανος αὐθοσμίου
B ἑλκτὸν διὰ χόνης τοῖσι βεβρωμένοις πιεῖν.

Puellæ in amictu trifariam texto recenti pubeſcentes, roſis ornatæ hauriebant infundibulis calices plenos vino odorato illis qui bibere vellent.

De cantoribus in conuiuiis Seneca in ep. In comeſſationibus noſtris plus cantorum eſt, quàm in theatris ſpectatorum. Sidon.lib.1.e.2. Sic tamen quod illic nec organa hydraulica ſonent, nec ſub phonaſco vocalium concentus meditatum acroama intonat, nullus ibi Lyriſtes. Macrob.lib.2.c.4. delectatus inter cenam pueris ſymphoniacis. Manil. *Cantores in conuiuijs.*

Ille dabit cantus inter conuiuia lætos.

Ad cenam imperatoris milites togati veniebant, non palliati. Spartianus in Seuero, Cùm rogatus ad cenam imperatoriam palliatus veniſſet, qui togatus venire debuerat. Hadrianus tamen aut pallio tectus diſcubuit, aut toga ſubmiſſa, eodem auctore.

C Partes autem cuique ſuæ datæ. Apuleius lib.4. Partéſque ſurreptas, & præguſtatas portiones offerebat. Græci μοίρας vocant. Homerus Odyſſ.8. *Partes in conuiuijs datæ.*

οἱ δ᾽ ἤδη μοίρας τ᾽ ἔνεμον, κεράσσαντο τ᾽ οἶνον.

Sueton.Calig.c.8. Equiti Rom.auidius veſcenti partes ſuas miſit.

Miniſtri linteis ſuccincti miniſtrabant. Seneca ep.96. Aderit miniſtrorum turba linteis ſuccincta, per quos ſigno dato ad inferendam cenam haud obſtrepenter diſcurritur. Idem c.12. lib. de breuit.vitæ legendus. De ſciſſoribus Clemens lib.3. pædag.c.2. φεύγοντες δὲ αὐτουργίαν, καὶ αὐτοδιακονίαν ἐπὶ τὰς θεραπόντας καταφεύγουσιν ὀψοποιῶν, καὶ τραπεζοποιῶν, καὶ τὸ ἐντέχνων εἰς μοίρας κατατεμνόντων τὰ κρέα, *nolentes ſibi ipſis miniſtrare, vt laborem defugiant, ad miniſtros confugiunt, ſciſſoribus, & ſtructoribus, & artis carptoriæ peritis in partes ſecantibus carnes.* Lucianus lib. de iis qui docent ob pret. τεμνομένῳ δὲ ἐν τῷ μέσῳ σύῒ ὑπογαστρίᾳ, χρὴ ἐκ παντὸς τὸ διαπεμονεῖσθαι ἴλεων ἔχειν, *Cùm enim in media ſue abdomen, & ſumen ſcinditur, carptorem amicum habere oportet.* *Linteati miniſtri in conuiuijs.*

D Sumen interdictum cenſoriis legibus. Plin. lib.8.c.2. Hinc cenſoriarum legum paginæ, interdictáque cænis abdomina, glandia, teſticuli, vuluæ, ſyncipitia verrina, vt iam Publij Mimorum Poëtæ cena, poſtquam ſeruitutem exuerat, nulla memoretur ſine abdomine, etiam vocabulo ſuminis ab eo impoſito. Iuuen. ſat.9. *Sumen cenſoriis legibus in conuiuijs interdictũ.*

——— *Carptores, archimagiri.*

Vet. interp. Infertores qui illata carpunt.

Erant & in cenis dictioſi, qui mimicis ſalibus cibos condirent. Capitol. in Vero, Adduxerat ſecum & fidicines, & tibicines, hiſtriones, ſcurráſque mimarios, & præſtigiatores, & omnia mancipiorum genera, quorum Syria, & Alexandria paſcitur voluptate. Clemens lib.3.Pædag.c.4. καὶ συναναπλίνου τοῖς φόξοις παίζεσιν, σκίννοις τέρασι γαννύμεναι, καὶ τὸ μὲν Θερσίτου ἀκούσασαι γελῶσι, *Et ſimul accumbunt morionibus caput acutum habentibus colludentes, & ſicinnis monſtris ſe oblectantes, rident cùm audiunt Therſiten.* Seneca ep.123. Varus eques Romanus, cenarum bonarum aſſectator, quas improbitate linguæ merebatur. Iuuenal. ſat.9. *Dictioſi in cenis.*

E ——— *Conuiua ioco mordente facetus,*
Et ſalibus vehemens.

Gloſſ.Iſidori, aſſecula, ſcurra, paraſitus, bucellarius, τείβαλος. Heſychio. Vide ſi vacat librum noſtrum ſecundum de theatro. Ioannes Salisberienſ. Recumbentis pedes calamiſtratus comatulus excipit, nitorem inuidens meretrici, hiſtrioni habitum, cultum procis, virginibus ornatum, triumphalem quoque principibus apparatum, & in aliorum conſpectu pedes, & ne plus dicam teneris manibus tibias tractat.

Symphonia post cenam. Ad symphoniam efferebantur à cena. Seneca, Pacuuius qui Syriam vsu suam fecit, cùm vino, & illis funereis epulis se sepelisset, quasi sibi parentaret, sic in cubiculum ferebatur à cena, vt inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur, *βεβίωκε, βεβίωκε, nullo non se die extulit.* A

Ferculi vltimi signum in conuiuijs. Vltimi ferculi signum buccina interdum datum. Hippolochus de Carani conuiuio, ἔνναγον οὖν οἱ παῖδες εἰς δύτυχεῖς σπυρίδας, ἕως ἐσάλπισε τὸ ἐπώδιον τὸ τελευταῖον δεῖπνα σημεῖον, *Nonum pueri in sportas vberes ac beatas intulerunt, donec tuba solemne signum vltimi missus datum est.* Nicephorus Gregoras auctor est lib. 7. Principem Russiæ à Constantino Magno dignitatem hæreditariam accepisse, vt esset mensæ domesticus. Sed & Domesticus Domesticij missus inferebat in mensam imperatoris. Domesticij domestici missus omnes inferentes ponunt humi. δομέστικος δὲ δομεστικὸς ἁρπαμίζει μίνσας ἃς μέλλει φαγεῖν ὁ βασιλεύς. δομέστικοι δὲ δομεστικὸς τὰς μίνσας ἅπαντας φέροντες τίθεασιν ἐπ' ἐδάφους, Codinus. B

Puellæ conuiuij ornatrices. Q. Calaber libro quinto Achilli quatuor puellas fuisse ait conuiuij ornatrices, quarum vna ciborum erat proma conda, altera conuiuis merum fundebat, tertia post conuiuium aquam manibus dabat, quarta mensam è conuiuio tollebat. Verba Græca, vt recta sunt, ponam.

ἡ μὲν ἄρ' ἡ μὲν δόρποιο πέλεν ταμίη, ἡ δ' ἐδώδης,
ἡ δ' ἄρα δαινυμένοισι παροινοχέῃ μέθυ λαρόν.
ἄλλη δ' αὖ μέγ' ὄδωρ ὑπέχυδε χέρεσι,
ἡ δ' ἑτέρη ὑπὸ δαιτὸς ἀεὶ φορέεσκε τραπέζαν.

μάστονες dicti οἱ κορυφαῖοι τῶν μαγείρων, ait Hesychius, *Musones præcipui, & quasi principes coquorum.* τραπεζοποιοὶ apud Basilium serm. 1. de ieiunio, structores.

Obsonatorũ officium. Obsonator est, qui antequam luceat, pulsat fores alienas, & tanquam bellum aliquod immineat, excitat dormientes. Turbatum vides, anhelantem aduertis, interrogas quæ causa sit perturbationis: poscit, inquit, Dominus meus, vbi vinum melius veneat, quærit vbi durior vulua curetur, vbi iecur mollius, vbi phasianus pinguior, vbi pisces recentior, ait Ambrosius lib. de Helia & ieiunio. Hesychius, πρένικοι οἱ μισθὸν κομίζοντες τὰ ὤνια ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς, ἃς τινες παιδαρίωνας καλοῦσι, δρομεῖς ταχεῖς, *Prunici qui de foro obsonia pretio mercati afferunt, quos quidam pædarionas vocant, cursores celeres.* ἄοξοι, μάγειροι, ὑπηρέται. Hesychius, *Aoxi, ministri, coqui.* C

Ministrorũ varia officia in conuiuijs. Athenæus lib. 7. ἄγεται δ' ἐφεσίοις οἱ οἰνοχοοῦντες ἡίθεοι τῇ Ἑ ποσειδῶνος ἑορτῇ ἐκαλοῦντο ταῦροι, *Apud Ephesios iuuenes pocillatores festo Neptuni dicebantur tauri.* Hellespontij ἐπεσχύτλιον vocant pocillatorem. Alij sunt scissores, diribitores, chironomontes. Iuuenalis sat. 7.

Quo gestu lepores, & quo gallina secetur. D

Sidonius li. 4. Byzantini chironomontes, Apicij epulones. Apuleus Milesia 2. Diribitores plusculi splendidè amicti, puellæ scitulæ ministrantes, pueri calamistrati pulcrè indusiati, gemmas formatas in pocula vini vetusti offerentes. Castrensis sacri palatij sub dispositione sua habebat pædagogia, ministeriales, & curam palatiorum. *Infertores,* εἰσφέρται. V. glos. qui cibos in mensam inferunt. infertilia εἰσκομισμάτια, *fercula, missus.* Hesychius, οἰνόσα, ἡ ἡδυνόσα τοῖς συμποσίοις, *mulier quæ ministrat conuiuio.* οἰνοχόος ὁ ἐπικέρνης *pincerna*, fortè ἀπὸ κέρνης, vt apud Codinum. τεττῖνες οἱ τῶν μαγείρων ὑπηρέται ξένοι, Athenis, *Tettines ministri alienigenæ coquorum, maisones indigenæ,* οἱ ἔνδοθεν μαίζωνες.

Coquinæ apparatus à quo primùm institutus. Apicius primus coquinæ apparatum instituit, vt Isidor. lib. 20. Totum ministerium eleganter describit Seneca ep. 47. Cùm ad cenandum discumbimus, alius è seruis sputa detergit, alius reliquias temulentorum subditus colligit, alius pretiosas aues scindit, pectus, & clunes certis ductibus circumferens eruditam manum in frusta excutit: alius vini minister in muliebrem modum cum ætate luctatur, &c. adiice obsonatores. Quare ars est apud te ministrare, nec temerè, & vt libet collocatur argentum, sed peritè struitur, & est aliquis scindendi obsonij magister. Petronius satyrico, Cùm subitò signum symphonia datur, & gustatoria pariter à choro cantante rapiuntur, &c. Plinius diuidere dixit. E

Culinarum ars. Postea culinarum artem inuenerunt, vt clunes spectentur, vt diuidantur intergora, vt à pede vno dilatata repositoria occupent. Lucillius cibicidam. Iuuenalis, chironomonta volanti cultello. Seneca ep. 15. transeo pistorum turbam, transeo ministratorũ, per quos signo dato ad inferendam cenam discurritur. Popinæ præfecti, culinariæ artis magistri. Martial.

Et quæ non egeant ferro structoris ofellæ.

Structo

A Structorem posuit pro scissore. Seneca lib.de breuit. vitæ, Quanta celeritate glabri signo dato ad ministeria discurrant. Quanta arte scindantur aues in frusta non enormia. Pollux lib.6. τραπεζοποιοὶ, τραπεζοκόμοι, δεχμάλεσι, τμεῖς, *structores, magistri culinæ, scissores.* δαιτρὸς ὁ τὰ κρέα μερίζων τοῖς δαινυμένοις, *qui partitur carnes conuiuis.*

Pocillatores pocula lauabant, tergebantq́, & phialas summis digitis tenebant, conuiuis scite porrigentes, Pollux lib.6.cap. 16. οἰνοχόοι τὰ ἐκ πώματα ἐκπλυνόντων, διανιπτόντων, κλυζόντων, & τὰς φιάλας ἀπὸ τ̃ δακτύλων ἀκρῶν ἐχέτωσαν προσφέροντες τοῖς συμπόταις ἀλαβῶς. Mensa Antonini Pij per proprios seruos, proprios aucupes piscatores, & venatores instructa est. Capitolin. Galienus vuas triennio seruauit, hyeme summa melones exhibuit. ficos virides, & poma ex arboribus recentia semper alienis mensibus præbuit. mantilibus aureis semper strauit, gemmata vasa fecit, eademq; aurea. bibit in aureis semper poculis, semper vina va- B riauit, neque vnquam in vno conuiuio ex vno vino duo pocula bibit. Mensam secundam scurrarum, & mimorum semper propè habuit. Philo Iudæus de vita contemp. par. 215. τρίκλινά τε, & ἐκκλινα χελώνης, ἢ ἐλέφαντ@ κατεσκευασμένα, & τιμαλφεστέρας ὕλης, ὧν τὰ πλεῖστα λιθοκόλλητα, ζρωμναὶ ἀλεργεῖς ἐνυφασμένε χρυσ̃, & ἀνθυφαφεῖς ἑτέραι παντοίων χρωμάτων ποὸς τὸ τ̃ ὄψεως ἑπαγωγὸν, ἐκπωμάτων πλήθ@, &c. Fortè, inquit, aliquis admitteret conuiuiorum morem qui hodie vbique obtinuit, ex Italica magnificentia, & deliciis, quas æmulati sunt græci & barbari, apparentes cibos magis ad ostentationem, quàm vt laute se curent: tricliniares lecti & stibadia testudine aut ebore adornata, & meliore etiam materia, atque ea plæraque gemmata.

Pocillatoris in conuiuijs officium.

Plurimæ mensæ lapillis insertæ, stragulæ purpureæ aureo intextæ, & floridæ vestes omnium colorum ad oculorum voluptatem, pocula multa varia forma. Gutti enim & phialæ, C & calices, & alia pocula Thericlea multiformia maximi artificij, & torno peritorum artificum perfecta, serui ministrantes speciosi, non magis ministerij caussa vocati, quàm vt voluptati sint spectantibus. Horum qui adhuc pueri sunt, pocillatores sunt, grandiores aquam ferunt lauti & læuigati, vultu fucis oblito, & capillo cincinnato, plexo, torto: sunt enim capillati, aut omnino non tonsi, aut capronis modo exæquatis in circuli formam, tunicas multicias & pellucidas albas induti, quæ ante infra suras demittuntur, ponè paulò infra genua, vtramque partem contrahentes crispis contabulationibus ad commissuram tunicarum, à latere sinus attollentes, cum dilatarint caua latera subsident. Alij sunt adolescentes prima lanugine floridi, nuper deliciæ pullipremorum, exerciti curiosè ad grauiora ministeria, vt ostentent opes conuiuatoris, reuera ineptiæ, vt sciunt qui vtuntur.

Speciosa omnia in cõuiuijs olim adhibita.

Insuper varia obsonia, placentæ, condituræ, in quibus coqui & dulciarij laborant, non D modò vt gustum, verùm & vt oculos pascant nitore. octo igitur & plures mensæ inferuntur refertæ rebus omnibus quæ in terra, aqua, aëre degunt, electa & bene habita omnia, apparatu, & conditura, vt nihil desit eorum quæ in natura sunt: vltimæ mensæ inferuntur plenæ fructibus, nucibus, pomis omnis generis, præter bellaria, & ea quæ ad comessationes faciunt. Deinde mensæ aliæ afferuntur vacuæ ob conuiuarum insatiabilem gulam, qui gauiarum instar, aut mergorum, ipsa etiam ossa vorant, alia lacerantes semesa relinquunt. Consule locum difficilem, sed elegantem. Salisberiensis Polycratici lib.8.c.7.

Obsonia in conuiuijs, quæ.

Ministrabant puellæ, aut puelli glabri, scituli, elegantes. Seneca ep. 110. Hinc puerorum perspicuos cultu atque forma greges, Themistius in Epitaphio. καθακλίνῆς δ' ἐπὶ σκέλ@ ἐστρωμένης ταπητι & πορφύρᾳ, & τραπέζαν ἐδαθέμεν@ σικελικὴν, πίνετε ἄσσον, & διώκεῖτε, κόρης αὖτ̃ δ' κεινθίας, ἢ παιδὸς ἰωνικὸς ἀγκωνιμένων, *Accumbis in thoro strato tapete, & purpura* E *& mensa Sicula posita, bibitis abundè, & genio indulgetis, puella Corinthia, aut puero Ionico ministrantibus.* Archestratus,

Puellæ & puelli elegantes ministrantes in conuiuijs.

χέρνιβα δ' ἀμφὶ θύρῃζε φέρει στεφανώματα δ' ἔισω,
δίφρης ῥαδινῆς χερσὶ λάκαινα κόρη.

Piamina, & purgationes ferat statim Lacæna puella foras, & coronamenta intro pulcra manibus teneris. Seneca ep. 47. Alius niuis minister in muliebrem modum ornatus, cum ætate luctatur.

Varia igitur fuere ministeria, puellæ viro maturæ, pueri teneri à poculis, alij grandiusculi, impuberes, puberes, prima lanugine, canusiati, albati, pexi, cincinnati ad oculorum voluptatem. Iuuen.sat. 10. rusticos pueros describit,

Varia in cõuiuijs ministeria.

Idem habitus cunctis, tonsi rectique capilli,
Atque hodie tantum propter conuiuia pexi.

Suetonius cap. 12. Domitianus generum fratris indignè ferens albatos & ipsum ministros habere, dixit, οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. Auratam vestem ministrorum Alexandri Seueri vel in publico conuiuio nullus habuit, vt Lampridius. Eustathius in Hismenia & Hismene, ὑσμίνῃ παρθένῳ τῇ θυγατρὶ σωφέννης οἰνοχοεῖν ἐπιτελούσῃ. ἡ δ' αὖ ἐζώσατο τὸ χιτῶνα, ἐγύμνωσε τὼ χεῖρε μέχρι ἀγκώνων, τῷ δὲ ταύτης ὀθόνιον μηρίνθῳ λεπτῇ περὶ τὸ τράχηλον ἀναδήσασα, ἐν δίφρῳ καθίσασα τῇ δεξιτερᾷ τὰς χεῖρας ἐνίπτετο, ἔ σόμφῳ, ἔ πίνῳ καθυπουργοῦντος τῷ λιτουργήματι, *Sosthenes imperat Hismene virgini filiæ suæ vt vinum fundat. Illa accinxit tunicam, nudauit manus vsque ad cubitum, funiculo tenui lineum amiculum quo cingebatur circa collum deuinciens, & assidens columbæ lauabat manus, ore columbæ adiuuante eius ministerium.* Lucianus παῖδας δ' αὖπάλιν τοὺς ὡραίους, καὶ κωμήτας, οὓς ὑακίνθους, ἢ ἀχιλλέας, ἢ ναρκίσσους ὀνομάζουσι, μεταξὺ ὑπερτιθέντας σφίσι τὸ ἔκπωμα, *pueros speciosos, comantes, quos Hyacinthos, Achilles, Narcissos vocant, præbentes interea illis pocula.* Zonaras t. 2. p. 26. περὶ τὰ βασίλεια πολλοὶ κινδυνάτοι,

Fidicinæ & saltatrices in cõuiuijs adhibitæ.

Adhibebantur item in conuiuiis regiis plærumque fidicines, fidicinæ, saltatrices, crotalistriæ, citharœdi. Ammianus lib. 30. Cúmque apponerentur exquisitæ cupediæ, & ædes pulsu neruorum, & articulato, flatilique sonitu resonarent, iam vino incalescente. Plato psaltrias epulis suis excludit in Protag. ὅπου γὰρ καλοὶ κἀγαθοὶ συμπόται, καὶ πεπαιδευμένοι εἰσὶ, οὐκ ἂν ἴδοις οὔτε αὐλητρίδας, οὔτε ὀρχηστρίδας, οὔτε ψαλτρίας, *vbi sunt conuiuæ honesti, studiosi, & pulcrè instituti, neque fidicinas videas, neque saltatrices, aut psaltrias.* Trimalcio adhibet apud Petronium in Satyr.

Memphitides puellæ
Sacris Deum paratæ,
Tinctus colore noctis
Puer manu loquaci,
Trementibus labellis.

Antiocho victo primùm Romæ psaltriæ, sambucistriæ, & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis. Tum coquus, vilissimum antiquis mancipium, & æstimatione & vsu in pretio esse, & quod ministerium fuerat, ars haberi cœpit, ait Liuius lib. 39. Plinius lib. 9. epistol.

Comœdia post cenam adhibita.

Priuati etiam post cœnam Comœdiam, aut Lyristen adhibuere. Victor monet Theodosium prohibuisse ne psaltriæ comessationibus adessent. Iuuen. sat. 11.

Forsitan exspectes vt Gaditana canoro
Incipiat prurire choro.

Macrobius lib. 2. cap. 1. saturnal. non defuit qui psaltriam intromitti peteret, vt puella ex industria supra naturam melior, canora dulcedine, & saltationis lubrico exerceat illecebris philosophantes. Ambrosius de Cain & Abel. Saltatrices tonsæ, & crispantes comam. Redeamus ad fercula & mensas.

Optio pro obsonatore.

Optionem vocabant obsonatorem. Procopius lib. 3. Pers. Ἰωάννῃ παρέδωκεν, ὃς οἱ ἐπεμελεῖτο τὰ περὶ τὴν οἰκίαν δαπανήματα, ὀπτίωνα τοῦτον καλοῦσι ῥωμαῖοι, *Ioannem tradidit, cui cura sumptuum domesticorum, Romani vocant optionem.* Omnino optionem posuit pro obsonatore, & vt homo græcus falsus est. Spartianus in Hadriano *obsonatorem*, ἀγορασμόν. Mamert. in Panegyr. Iuli. Imperatoribus prandiorum, & cenarum magnitudines populus Romanus sanciebat cùm quæsitissimæ dapes non gustu, sed difficultatibus æstimarentur, miracula auiũ longinqui maris, pisces, alieni temporis poma, æstiuæ niues, hibernæ rosæ. Acipenser à coronatis ministris in mensam imperatoris inferebatur, ait Macrob. l. 3. c. 16. C. Cæsar Dictator cùm triumphales populo cenas daret, sex millia murænarum à C. Hirtio ad pondus accepit, vt Varro lib. 3. de re rust. c. 17. & Plinius.

Gulæ deliciæ in mẽsis imperatorum.

Illas gulæ delitias numerat Clemens lib. 1. Pædag. cap. 1. Τὰς ἐν πορθμῷ σικελικῷ σμυραίνας πολυπραγμονοῦντες, καὶ τὰς ἐξελὰς τὰς μαιανδρείας, καὶ τοὺς ἐν μήλῳ ἐρίφους, *Murenas freti Siculi exquirentes, & anguillas Mæandricas, & hœdos Melicos,* & mugiles è Sciatho insula maris Ægei, & conchas Pelori, & ostrea Abydena, & haleces ex Lipara. Neque rapum Diuinaculum, neque betas Asçræas, & pectunculos è genere concharum Methymnæos, & picas Atticas, & turdos Daphnicos, & ficus Chelidonias, ob quas Xerxes mouit in Græciam, attagenes Ægyptias, pauona Medum, &c.

Grues magno in pretio apud veteres.

Veteres tanti grues fecere, vt ex Melo insula Romam ferrentur, ait Plutarchus sympos. 8. Problem. 9. lib. 2. de vsu carnium. Oues Melicæ dicuntur Medicæ, vt & apud Varronem.

Helio

A Heliogabalus cenas Apicij & Vitellij vicit. Pisces ex viuariis suis bubus traxit. Dulciarios, & lactarios tales habuit, vt quæcunque coqui de diuersis edulibus exhibuissent, vel structores, vel pomarij, illi modò de dulciis, modò de lactariis exhiberent: gladiatores ante conuiuium pugnantes sibi frequenter exhibuit. Strauit sibi triclinium in summo lusorio, & dum pranderet noxios, & venationes sibi exhibuit, ait Lamprid. Verus gladiatorum frequentius pugnas in conuiuio habuit, post conuiuium lusum est tesseris vsque ad lucem, ait Capitolinus. Eiusmodi voluptates Alexander Seuerus repudiauit, cui summa illa oblectatio fuit, vt catuli cum porcellis luderent, aut perdices inter se pugnarent, aut aues paruulæ sursum ac deorsum volitarent, narrante Lampridio. Heliogabalus parasitis, in secunda mensa sæpe ceream cenam, sæpe ligneam, sæpe eburneam, aliquando fictilem exhibuit, ita vt omnia illis exhiberentur videnda de diuersa materia, quæ ipse cenabat,
B quum tantum biberent per singula fercula, & manus quasi comedissent, lauarent. Moris enim fuit, vt ad singulos missus lauarent, vt Atheneus lib.4. Sidonius lib.1.e.11.Lamprid. in Heliogab. Aureliani conuiuium de assaturis maximè fuit, apud Vopiscum.

Augustus tribus solemnibus ferculis imperatoriam mensam statuit esse contentam, reliquorum duobus, quorum vnum jurulentum, auctore Suetonio lib.2. cap.34. Sidonius, Quamuis conuiuium per edulia nunc jurulenta, nunc assa varietur, lib.2.ep.9. Cato apud Seruium ad lib.1.Æneid. sub finem, ait antiquos duobus ferculis epulatos, vno jurulento carnium elixarum, alio assarum. S. Ambros. serm. 6. de Margar. Si quis illa die honoratus ad prandium rogauisset propter accuratas epulas, & inæquales mensuras absque dubio vos ituros fuisse. Ammian. lib.28. Poscuntur etiam in conuiuiis aliquoties trutinæ vt apposita pisces & volucres ponderentur, & glires. Caroli Magni cena cottidiana quaternis
C tantum ferculis præbebatur præter assam quam venatores verubus afferre solebant, vt Eginarthus. Heliogabalus struthiones & camelos exhibuit in cœnis aliquoties. De croco figma strauit, cùm summos viros rogaret ad cenam, item octo luscos, & iterum 8. podagrosos, 8. suidos, 8. nigros, 8. longos, & 8. pingues, cùm capi non possent vno figmate, vt de his omnibus risus citaret. Donauit & argentum omne conuiuis, quod habuit in conuiuio, & omnem apparatum poculorum. Hydrogarum Romanorum ducum primus publicè exhibuit, cum antea militaris mensa esset. Murenarum lactibus & luporum in locis mediterraneis rusticos pauit, pisces semper cum marina aqua cum colore suo coctos conditura veneta comedit, vt Lamprid. In conuiuio Veri primum 12. accubuisse dicuntur.

Ferculi varij & quot in mẽsis imperatorum.

Donatos pueros decoros qui ministrabant singulis, donatos etiam structores, & lances singulis quibusque. Donata & viua animalia, vel cicurum, vel ferarum auium, vel quadru-
D pedum, quorum sibi appositi erant. Donatos etiam calyces singulis per singulas potiones murrhinos, & crystallinos Alexandrinos, ac quoties bibitum est. Data etiam aurea atque argentea pocula, & gemmata. Coronas quinetiam datas lemniscis aureis interpositis, & alieni temporis florib. Data & vasa aurea cum vnguentis ad speciem alabastrorum. Data & vehicula cum mulabus, ac mulionibus, cum iuncturis argenteis, vt ita de conuiuio rediret. Omne autem conuiuium æstimatum sexagies centenis millibus, id est, aureis quingentis supra centum & 52. millia, vt Capitolin. Sortes conuiuales Heliogabalus apud Lampridium, scriptas in cochlearibus habuit tales, vt alius exhiberet decem camelos, alius decem muscas, alius decem libras auri, &c.

Dona varia in conuiuio.

Claudius conuiuia agitauit ampla & assidua, ac ferè patentissimis locis, vt plærumque sexcenti simul discumberent, ait Sueton. Contra Pertinax sordidus, vt dimidiatas lactu-
E cas & carduos in priuata vita conuiuis apponeret, ait Capitolinus. Conuiuium Alexandri Seueri neque opimum, neque nimis parcum, sed nitoris summi fuit, ita tamen vt pura mantilia mitterentur sæpius cocco clauata, aurata verò nunquam, quum hæc Heliogabalus recepisset. Vsus conuiuij diurnus hic fuit. Vini ad totum diem sextarij 30. panis mundi pondo 30. panis sequentis ad donandum pondo quinquaginta. Nam semper de manu sua ministris conuiuij & panem, & partes, aut olerum, aut carnis aut leguminum dabat. Erant decreta & carnis diuersæ pondo 30. erant & gallinæ oua, adhibebatur & anser diebus festis. Kalendis autem Ianuariis, &c. fasianus, ita vt aliquando & duo ponerentur, additis gallinaceis duobus: cætera ex eodem require. apud Lampridium. primus Heliogabalus fecit de piscibus ifficia, primus de ostreis ac leiostreis. Nunquam minus C.H S. cenauit, hoc est argenti libris 30. aliquando autem tribus millibus H S. cenauit. Carinus centum libras auium, centum piscium, mille diuersæ carnis in conuiuio suo frequenter exhibuit, vini plurimum effudit, vt Vopiscus.

Assidua & ampla conuiuia.

Anto

Prædia per singulas literas alphabeticas facta.

Antoninus Geta prandia per singulas litteras iussit scientibus seruis, velut in quo erat anser, aprugna, anas. item pullus, perdix, pauus, porcellus, piscis, perna, &c. Spart. apud Ammianum Marcel. lib. 16. Linteorum toralium par, mensam operimentis paribus tectam, duos clauos ita latissimos, vt sibi vicissim arte ministrantium cohærerent. clauos intelligo purpureos, vt Lamprídius in Alexandro, cocco clauata mantilia. Alexander Seuerus in conuiuio aurum nescit, pocula mediocria, sed nitida semper habuit. Ducentarum librarum argenti pondus ministerium eius nunquam transiit. Nanos, & nanas, & moriones, & vocales exsoletos, & omnia acroamata, & pantomimos populo donauit, Lamprid. Senatorium conuiuium, quo insitum institutumq; est multas epulas paucis paropsidibus apponi, quamuis conuiuium per edulia nunc assa, nunc jurulenta variatum. A

Ordo conuiuij imperatorij.

Ordinem conuiuij imperatorij Sidonius lib. 1. e. 11. ita describit. Postridie iussit Augustus vt epulo suo circensibus ludis interessemus. Firmus iacebat cornu sinistro, Consul ordinarius Seuerinus, &c. Iuxta eum magnus, olim ex præfecto, nuper ex consule, &c. Vltimus ego iacebam, qua purpurati læuum latus in dextro margine porrigebatur. Otho imperator antiquam Romanorum cupiens consuetudinem reuocare magna ex parte iam suis deletam temporibus, multa faciebat quæ diuersæ diuersi accipiebant. Solus ad mensam quasi semicirculum factam loco ceteris eminentiore sedebat, ait Dicmarus Episcop. l. 4. Chron. B

Ministerium cõuiuij graphicè depictum.

Sidonius epist. 13. lib. 9. omne ministerium conuiuij graphicè depingit.

Peragat diem cadentem
Genialis apparatus,
Rutilásque ferte blattas,
Melibœa fucat vnda,
Bibulum colore vellus.
Ctesiphontis, ac Niphatis
Rapidas vacante panno,
Bene ficta plaga cocco,
Cruor incruentus exit.
Resupina flexus ora
Simulacra bestiarum
Niue pulcriora lina
Hederisque, pampinisque
Cytisos, crocos, anellos,
Calati ferant capaces,
Abacum, thorosq́, pinguant,
Domet hispidos capillos,
Petat alta tecta fumus.
Numerosus erigatur
Cameræ in superna lychnus,
Adipésque glutinosos
Opobalsamum lucernæ.
Anaglyptico metallo,
Humeris ferant onustis.
Socient falerna nardo,
Rosa sutilis coronet,
Alabastra ventilantes,
Dare fracta membra ludo,
Pede, veste, voce, bacchas.
Thymelen, Palénque, doctas
Citharistrias Corinthus,
Dape, poculis, choreis,
Rutilum toreuma byssо,
Recoquente quas aheno
Opulentet vt meraco
Peregrina det supellex
Juga texta, belluásque
Acuit quibus furorem
Jaculóque seu forante
Vbi toruus & per artem
Jt equo, reditque telo
Fugiens, fugánsque Parthus.
Gerat orbis, atque lauris,
Viridantibus tegatur.
Casias, ligustra, calthas
Redolentibúsque sertis
Manus vncta succo amomi
Arabúmque messe pinguis
Veniente nocte necnon
Laquearibus coruscis
Oleúmque nescientes,
Vtero tumente fundant
Geruli caput plicantes
Epulas superbiores
Pateræ, scyphi, lebetes,
Tripodásque, cantharósque
Juuat ire per corollas
Juuat & vago rotatu.
Simulare vel trementes
Bimari remittat vrbe
Trepidas ad officinas
Digiti quibus canentes,

C D E

Paritet

A *Pariter ſonante lingua,* *Vice pectinis fatigent*
Animata fila pulſu. *Date & æra fiſtulata*
Satyris amica nudis, *Date rauulos choraulas*
Quibus antra per palati *Crepulis reflanda buccis*
Gemit aura tibialis, *Date carminata ſocco*
Date dicta ſub cothurno, *Date quicquid & Poëtæ*
Vario ſtrepunt in actu.

Veſpaſianus rectè,& dapſile conuiuabatur,vt macellarios adiuuaret, ait Sueton.c.19. Domitianus conuiuabatur frequenter,& largè,ſed penè raptim,certè non vltra ſolis occaſum, nec vt poſtea comiſſaretur,vt Suetonius.

B Alexander Macedon in aureis lectis helluabatur.Q.Curt.lib.9.Centum aurei lecti modicis interuallis poſiti erant. Lectos circumdederant aulæa purpurea,auroq; fulgentia.Plato apud Atheneum lib.2. ἐν κλίναις ἐλεφαντόποσι, & ῥώμαισι φοινικοβάπτοις, καὶ φοινικοῖσι σαρδιανικοῖσι κοσμησάμενον καθῆκεν, *in lectis eburneo pede.ſtragulis purpureis,& Sardianicis chlamydibus ornatus.* *Lecti aurei purpurei, &c. in conuiuijs.*

Videtur acclamari ſolitum in conuiuiis ζήσας, *viuas.* Suidas in voce Pherecrates.Commodus, ἔπιεν ἐν τῇ ἀγωνίᾳ κεραμῶν κύλικι ῥοπάλῳ τῇ παλλακῇ γυναικὸς γλυκὺ οἶνον ἐψυγμένον λαβὼν ἀμυστὶ ἐφ' ᾧ παλλακεῖον τοῦτο δὴ τὸ ἐν συμποσίοις εἰωθὸς λέγειν ἐξεβόησαν ζήσας, *Hauſtim bibebat in certamine laborans dulce vinum refrigeratum calice* (lego ἀπαλῷ) *tenero à muliere concubina accepto,in quo ſtatim omnes exclamarunt viuas,vt in conuiuijs ſolet.* *Acclamatio in conuiuijs.*

C *Romæ in cena imperatoris buccinatores & tubicines omnes tuba canebant*, vt vigilibus ponendis ſignum daretur. Polyb. l. 14. ἔστι γὰρ ἔθος καὶ τὸ δεῖπνον καιρὸν τοὺς βυκανιστὰς, & σαλπικτὰς παίεσθαι σημαίνειν. De Proconſulibus agit Tacitus lib.15. Addidit Corbulo gloriæ comitatem, epulaſque, & rogitante rege cauſas, quoties nouum aliquid aduenerat,vt initia vigiliarum per centurionem nunciari, conuiuium buccina dimitti, & ſtructam ante augurale aram ſubdita face accendi. Liuius lib.30. Tribunus edicit vbi prætorio dimiſſo ſigna concinuiſſent,extemplo educerent è caſtris legiones,ita vt imperauerat ſigna ſub occaſum ſolis efferri cœpta. Athenæus lib.12. De Alexandro Magno, ἐγίνετο δὴ τὰ δεῖπνα ποτὲ σάλπιγγα ὅτε μὲν ἐν τοῖς γάμοις, & ἄλλως δὲ ἀεὶ ὅτε τύχοι συνδοποιούμενοι, ὥστε καὶ εἰδέναι τὸ στρατόπεδον, *Conuiuia eius erant ad buccinam cùm in nuptijs, tum inter libamenta, ita vt omnis exercitus id ſciret.* *Buccinatores cur in cõuiuijs adhibiti.*

In caſtris Romani libamina inferebant in aram, quæ fuit ante augurale,vt priuati in fo-
D cum ſedem Larium. Homerus lib.9.

ὁ δ' ἐν πυρὶ βάλλε θυηλάς.

Patroclus *in ignem miſit libamenta.* Dionyſius lib. 4. ἀπὸ τῆς ἑστίας τῶν βασιλέων, ἐφ' ἧς ἄλλας τε συντελοῦσι ῥωμαῖοι ἱερουργίας, & ἀπαρχὰς ἀπὸ τῶν δείπνων ἀφαγίζουσι, *A Regum foco, in quo & alia ſacrificia Romani faciunt,& primitias à menſa libant.* Silius lib.7. *Libamenta in aram à militibus illata.*

Diſtinxit dulces epulas, nullóque cruore
Pollutâ caſtus menſâ Cerealia dona
Attulit, ac primùm Veſtæ deterſit honorem
Undique, & in mediam jecit libamina flammam.

Plutarch. de fortuna Roman. ἀπάρξασθαι & λοιβὴν λαμβάνουσαν ἀπὸ βασιλικῆς τραπέζης, &
E ὥσπερ εἰώθει, τῷ πυρὶ ἐπιβάλλουσαν, *Primitias & libamina de menſa regia capientem & injicientem de more in ignem.* Caligula Senatores togatos cœnanti modò ad pluteum, modò ad pedes ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt, Domitianus epulum dedit equitibus, & Senatoribus, vt Sueton. Statius lib.4.

Hinc cum Romuleos proceres, trabeatáque Cæſar
Agmina mille ſimul juſſit diſcumbere menſis.

Reperti ſunt imperatores qui nolentes ac inuitos accumbere menſæ ſuæ, ingenti pecuniæ ſumma indicta cogerent. Nicephor.Gregoras, πρατὼ κηρίων ἐνενήκοντα λιτρῶν τὸ σύναρισῆσαι τῷ βασιλεῖ ἀφ' ἑκάστης τριάμμου. Imperatrix Maximi vxor Diuum Martinum conuiuio excepit,eique miniſtrauit,apud Paulinum lib.4. *Conuiuæ inuiti imperatorum mẽſæ accumbere coacti.*

Apponit menſam, ſellam locat, ingerit vltro
Lintea ſiccandis manibus, lymphaſque lauandis,

Eſcas

Escas perspicuis properat deferre canistris, A
Et quanquam officijs nunquam defessa vacaret,
Supplebat iugem standi virtute laborem.

Panegyric. Theodosij, Mensarum seruilium statarius lixa dicitur vilissimus inter ministros. Ammianus lib. 14. Huic atratum adiungitur culinæ ministerium.

Delphica quæ. Carthagine locus vbi Vvandalorum reges cenitabant, Delphica dictus. Procopius Vandalico 1. ὅτε ἡ ὁ βελισάριος, ἐπεὶ ὁ καιρὸς εἰς τοῦτο ἦγεν, ἄριστον σφίσιν ἐπέλευσε γενέσθαι, ἔνθα δὴ γελίμερ τοὺς τῶν βανδίλων ἡγεμόνας ὁσιᾶν εἰώθει· δέλφικα δὲ τόπον καλοῦσι ῥωμαῖοι, διὰ τῆς σφετέρας γλώσσης, ἀλλὰ κατὰ τὸ παλαιὸν ἑλληνίζοντες· ἐν παλατίῳ γὰρ τῷ ἐπὶ ῥώμης ἔνθα ξυνέβαινε στιβάδας τὰς βασιλέως εἶναι, τρίπους ἐν παλαιᾷ εἰσήκει, ἐφ' ᾧ δὴ τὰς κύλικας οἱ βασιλέως οἰνοχόοι ἐπίθεντο. δέλφικα δὲ τὸ τρίποδα καλοῦσι ῥωμαῖοι, ἐπεὶ πρῶτον ἐν δέλφοις γέγονε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ B ἔν τε βυζαντίῳ, καὶ ὅπη βασιλέως εἶναι στιβάδα ξυμβαίνει, δέλφικα τοῦτο καλοῦσι τὸ οἴκημα. *Tunc Belisarius quando ad id tempus vocabat, ientaculum ipsis instrui iussit, vbi Gilimer Rex Vandalorum principes conuiuio excipere solitus erat. Delphicam vocant Romani eum locum non sua lingua, sed vt olim à Græcis mutuati. In palatio enim Romano vbi accubita imperatoris erant, tripus ab antiquo erat, in quo regij pocillatores calices ponebant. Delphicam Romani vocant, quia Delphis primùm fuit, & ab ipso Byzantij, & vbicunque accubita & lectos sterni iubet imperator, hanc domum Delphicam vocant.* Propriè tamen Delphicæ non triclinia, sed mensæ erant tribus pedibus sedentes. Cic. 6. in Verrem. Ideo præteribo quod iste mensas Delphicas è marmore. Martialis, lib. 12. ep. 67.

Gemmantes prima fulgent testudine lecti,
Et Maurusiaci pondera rara citri.
Argentum atque aurum non simplex Delphica portat, C
Stant pueri dominos quos precer esse meos.

Iuuenal. sat. 1. Abacum vocat,

Lectus erat Codro proculâ minor, vrceoli sex
Ornamentum abaci, necnon & paruulus infra
Cantharus, & recubans sub eodem marmore Chiron.

Delphica marmorea. Delphicam marmoream lapidem album Horat. lib. 1. sat. 6. vocat.

——— & lapis albus
Pocula cum cyatho duo continet.

Ministerium quanquam latius pertinet, interdum pro escario argento vel potorio, quod in D Delphica reponitur. Lamprid. Alexandro, Ducentarum librarum argenti pondus ministerium eius nunquam transiit. Plinius repositoria dixit. Cibi regij sub postremis Persarum regibus veterem luxum redolebant. Simocatta lib. 4. cap. 7. ὅ τε βασιλικῆς ἑστιάσεως μέρος ἐπεποίητο, πέμπων ὡς αὐτὸν ἐν λεκανίσι χρυσαῖς μυττωτὸς, καὶ κῶλα θήρας βασιλικῆς, βουβαλίδων τε, καὶ δορκάδων, καὶ ὄνων ἀγρίων τὰ μελῶν τὰ ἀπίσημα, καὶ θυμιάσεις τε οἴνους, καὶ ποικίλων ποτημάτων κατασκευὰς, ἄρτους τε δὴ πεπεμμένους, καὶ γάλα, καὶ λάγανα, καὶ ὁπόσα ἄλλα γαστρίζομένοις τυραννοις δορυφορεῖται εἰς τραπέζης παρήγειν, *Fecit eum participem regiorum ciborum, mittens ad eum in lancibus aureis moretum, intrita, venationis regiæ membra bubalorum, hinnulorum, & asinorum agrestium partes maximè insignes; liberi florem, vina odorata, & variarum potionum apparatus, panes bene coctos, & lac, & bellaria, & cetera quæ regibus abdomini seruientibus ministrantur ad mensæ celebritatem.* Euseb. lib. 3. de vita Constantini epulum describit, quo Con- E stantinus episcopos omnes qui Niceam conuenerant excepit. δορυφόροι μὲν γὰρ καὶ ὁπλῖται γυμνὰς τὰς τῶν ξιφῶν ἀκμὰς ἐν κύκλῳ τὰ πρόθυρα τῶν βασιλείων ἐφρούρουν. μέσοι δὲ τούτων ἀδεεῖς οἱ θεοῦ διέβαινον ἄνθρωποι, ἐνδοτάτω τ' ἀνακτόρων ἐχώρουν. εἶτα οἱ μὲν αὐτῶν συνανεκλίνοντο, οἱ δὲ ἀμφὶ τὰς ἑκατέρων προσανεπαύοντο κλισιάδας. ἐπεὶ δὲ λαμπρῶς τὰ τῆς διαίτης προκέχρηκε, ἔπι καὶ τοῦτο βασιλεὺς διεκόσμησε τοὺς παῖδας προσηκόντως μεγαλοψύχως ἕκαστον καὶ τῶν προπεσοῦσαν ἀξίαν τῆς παρ' αὐτοῦ τιμῆς ξενίοις: *Speculatores, & cataphracti milites nudis ensibus in ambitum vestibula palatij custodiebant. In medio horum sine metu viri Dei pertransibant, & in regiam penetrabant. Deinde alij ex his cum imperatore accumbebant, alij circa vtrorumque accubita requiescebant. Vbi ea quæ conuiuij erant splendidè processerunt, hoc addidit magnificè imperator, omnes complectens, vt singulos pro merito cuinsque xenijs honoraret.*

Stipatores limina regiæ obsidentes. Non tantùm autem stipatores limina regiæ obsidebant, verùm & accumbentibus imperatoribus protectores aliquot ponè stare moris fuit. Procopius Vvandal. 2. Arcobindum

προσῆν

A πρῶτον ἐπὶ τῆ στιβάδι κατέκλινε, ἔντε οἰκήματα δὲ δὴ στιβάδες ἐν τῷ δείπνῳ ἦσαν ἐκπαλαι τρεῖς τῷ δείπνῳ ἑποίμ. αὐτὸς μὲν ἓν τύραννος ἐπὶ στιβάδος κατεκλίνετο, ὡς τὸ εἰκὸς τὸ πρῶτος, *primum in accubito iussit accumbere. instruxerat autem cenam in domo vbi lecti tres ab antiquo præparati erant. Ipse quidem tyrannus, vt par erat, in primo toro accumbebat*, vbi Athanasius,& Artabenes erant,& alij amici tyranni,& Petrus Trax genere, δορυφόρος ἦ σαλομῶνος ἡγεμὼν πρότερον, ἐν ἀμφοτέραις ἦ τῆ ἄλλαις στιβάσι βανδίλων οἱ πρῶτοι, καὶ ἄριστοι ἦσαν. δεχόντων ἑστρωμένων ὅπισθεν ἑστίαν τὰς δορυφόρας νόμος: *Protector autem Salomonis antea fuerat, in vtrisque aliis toris Vandalorum primi & fortissimi erant. Lex autem est, vt principibus cenantibus protectores ponè astent, à quibus tyrannus interemptus.* Erat Constantinopoli domus vbi 19.accubita,seu tori, in quibus regio apparatu conuiuia agitabantur. P.Diaconus, Iustinianus, inquit, in terræ motu prandia quæ ex more fiunt in decem & nouem accubitis cessare fecit, & eorum expensas

B egens tribuit.

In regiis conuiuiis remotorum littorum pisces adhibiti, peregrini aëris volucres, alieni temporis flores, vt est in Panegyr. Theodos. Nam delicati illi ac fluentes, & quales sæpe tulit respublica, parum se lautos putabant, nisi luxuria vertisset annum, nisi hybernæ poculis rosæ innatassent, nisi æstiuam in gemmis capacibus glaciem. Falerna fregissent. horum gulæ angustus erat noster orbis,namq; appositas dapes non sapore,sed sumtu æstimantes, illis demum cibis acquiescebant, quos extremus oriens, aut positus extra Romanum Colchus imperium, aut famosa naufragiis maria misissent. vt taceam infami sæpe delectu scriptos in prouinciis aucupes, ductásque sub signis venatorum cohortes militasse conuiuiis. Nonne cognouimus cuiusdam retro principis non prandia,sed fercula festertium millies æstimata,patrimoniorum equestrium precia traxisse. *Volucres,pisces, flores, & alia,è peregrinis locis allata maiori in pretio habita.*

C Imperator interdum lotus lauacro publico cum ciuibus primæ nobilitatis cenauit. Paulus Diaconus lib. 20. cap. 19. Visum est imperatori Philippico circo natalitio cùm Prasini vicissent sabbato Pentecostes equitem cum susceptione & organis ingredi,& lauari in publico balneo Zeuxippi,& cum ciuibus prosapiæ antiquæ prandere. Apud Theodorit. libr. 4.Histor. *Lauacrum publicum in quo imperator cum nobilibus lauabat.*

Demosthenem mensæ regiæ præpositum fuisse autumo, quem τὸ βασιλικῶν ὀψοποιῶν ἡγεμόνα ὄψων vocat,obsoniorum regiorum prouisorem. Cui tamen dixit Basilius, σὸν ὄντι τὸ ζωμοὺς καρυκίας φροντίζειν, tuum est curare iusculorum condituram,non diuinas litteras.Sic & archimagirum Nabuchodonosoris Nabuzardan mensæ regiæ præpositum fuisse augur,vulgo principem coquorum interpretantur. *Demosthenes mensæ regiæ præpositus.*

De cantoribus qui ad regis mensam canerent Sozomenus lib.7. cap.23. Chrysostomus

D persuasit iuuenibus qui ad mensam regiam canere soliti,vt psalmodias concreparent, quæ in litaniis ac precibus Antiochenorum canebantur. πέπεικε τοὺς ᾠδοὺς τῶν βασιλικῶν τραπέζων ἀδὴν εὐωδόυς νέους, ἧς ἐν ταῖς λιταῖς τῶν ἀντιοχέων ψαλμῳδίας εἶπεν. Natalibus principum & ludis sæpe datæ epulæ. Dio lib. 54. τά τε ἡλύσια ἐπ' αὐγούστου ἔτελεν ὁ δ' αὐτωνίου παῖς τραπεζῶν, καὶ ἱπποδρομίας, καὶ σφαγῆς θηρίων ἐώρτασε, καὶ ἐν τῷ καπιτωλίῳ, καὶ ἐπείνου καὶ τῶν βελῶν καὶ δόγμα αὐτῶν εἰστίασεν: *Natalem Augusti Iulus Antonij filius prætor, & circensibus ludis,& venatione celebrauit,& in capitolio,& ipsum & Senatum ex S.C.conuiuio excepit.* *Cantores ad mensam canentes.*

Triumphantes olim qua die triumphum duxere, magistratibus & ciuibus epulum præbuere,narrante Valer.Max.lib.2.Cæsar in triumpho publicum epulum dedit,vt Plin.lib.9. c.55.lib.14.c.6.& 15.Dio lib.43.Sueton.in Iulio c.38. Adiecit epulum,& visceration em,& post Hispanien sem victoriam duo prandia. Lucullus acto triumpho τὴν πόλιν εἱστίασε λαμ-

E πρῶς, ait Plutarch. quæ conuiuia in porticibus Capitolij agitata, vt Dio lib. 55. Tiberius, τά τε ἐπὶ ἑλλησι θριάμβια ἔπεμψε, καὶ τὴ δήμῳ τὸς μὲν ἐν τῷ καπιτωλίῳ, τὸς δ' ἄλλοθι πολλαχόθι ἐδείπνησε, *ornamenta triumphalia celete misit, & alios è populo in capitolio, alios alibi sæpe conuiuio excepit.* Sed & ludis ac muneribus epulum populo datum quod fieri cœptum Pisone & Messala Coss. anno vrbis 693. teste Dione lib. 37. qui mos deinde in Rep. obtinuit, Sidonio auctore lib.3.ep.vlt.Dione lib.58. *Triũphantes magistratibus & ciuibus Romanis epulum præbentes.*

In his talibus epulis nonnulli sacerdotes prophani aqua lustrali cibos expiabant, quem morem inducere conatus Iulianus Augustus. Theodorit. lib. 3. νεωκόρω δὲ ἕως τὰ βασιλέως ἐδέσματα περιῤῥαίνοντες. ἔπλα ἦ ἡμέρας ἐν τῇ δάφνῃ σωφρονεῖν εἰώθασι. τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ πρόσοδος ἦν τῇ βασιλέως στιβάδι, καὶ τὰ ὄψα καὶ τὸ ἔθος ἀλῤῥαίνειν, καὶ δ' μύσος ἐμπλησας, æditui astabant qui regios cibos aqua lustrarent. *Solent autem imperatores 7. dies in Daphne feriari. Prima die ædituus adstans accubito regis, & obsonia ex more lustrans, & abominando ritu implens.* Constantinus iussit πολλὰς στιβάδας δωρεπιθῶναι κελεύσας καὶ τῶν εἱστίασιν ἄπαυστας, τὸς *Lustralis aqua qua cibi expiari solit.*

μὲν ἀξιωτέρους ὁμοτρπέζους λαβὼν, τοὺς δ' ἄλλους διελὼν εἰς τὰς ἄλλας, ait Theodorit. lib. 1. c. 11. A
multos sterni toros, & eodem in loco omnes dapsiliter episcopos excepit, & digniores mensæ suæ adhibuit, alios in alias mensas distribuit. Sed vt Constantinus pius, & generosus, ita Claudius pusillanimus & trepidus. Manasses,

ὃς εἶναι δουλοκάρδιος καὶ τρομερὸς ὑπῆρχεν
ὡς τοὺς φοιτῶντας πρὸς αὐτὸν ἀνερευνᾶν προστάττειν,
μήπως ἐπικολπίδιόν τις κρύπτων τύχῃ ξίφος,
εἰ δέ ποτε συμπόσιον γηθόσυνον συνέστη
περιεστήκεσαν αὐτὸν ὁπλῖται δορυφόροι.

Qui adeò seruili animo & trepidus extitit, vt iuberet eos qui ad se accederent excuti & pertentari, ne quis fortè pugionem in sinu occuleret, quòd si quando conuiuium hilare exstrueret, circa eum astabant protectores ornati. B

Secũdæ mẽsæ, coronæ & vnguenta.

Secundas mensas, coronas & vnguenta in conuiuiis Iones inuenere, vt Val. Max. lib. 2. c. 5. Secundæ mensæ meminit Symmachus lib. 1. Quid si ego cenas dapales, ac saliare conuiuium, tum viscerationes, atque epulas postulassem, tu mihi mensas secundas, & scitamenta exiguæ lancis. Glandia & glires olim censoria lege vetabantur, ait Plinius lib. 36. c. 1.

Accubitus vnde dictus, & quid sit.

De Accubito dicemus infra vocari ἀνακλιντήριον. Diaconus in Leone Constant. filio, Et in crastino sabbatho sancto exiuit imperator in tribunalibus decem & nouem accubituum. Codinus de orig. Constantinop. τὰ δέκα καὶ ἐννέα ἀκκούβιτα vocat. Aponius ad Cantica lib. 3. concurrat ad suffragia regis in accubitu recubãtis antequam sedeat iudex. Synod. Laod. can. 28. οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς συνεσθίειν, καὶ ἀκκούβιτα στρωννύειν, Ioannes episcopus Citri ad Constantiuum *Cabasilam*, ἀκκούβιτον δὲ λέγεται ἅπαν στρωμνῆς κατασκεύασμα εἰς ὕψος ἠρμένον καὶ μαλακόν. ἀκκούμβω γὰρ παρὰ λατίνοις τὸ ἀναπίπτω, *Accubitum dicitur omnis apparatus lecti in altum sublatus & mollis. accumbo enim Latinis concido.* Viltamus Abbas ad Cantica Cant. cap. 2. Prospicis illum in reclinatoriis accumbentem. C

Nomẽclatores conuiuas ad mensam vocantes.

Erant Nomenclatores qui conuiuas quos vellent ad mensas virorum principum vocarent, qui vocatores dicti. Ammianus lib. 14. Quum autem interuallata temporibus conuiuia longa & noxia ceperint apparari, vel distributio solemnium sportularum anxia deliberatione tractatur, an exceptis his quibus vicissitudo debetur peregrinum inuitari conueniet, & si digesto pleno consilio id placuerit geri, is adhibetur, qui pro domibus excubat aurigarum, aut artem tesserariam profitetur, aut secretiora quædam se nosse confingit. Homines enim eruditos, & sobrios, vt infaustos & inutiles vitant quoque, eo accedente quod & nomenclatores adsueti hæc & talia venditare, mercede accepta cænis quosdam & prandiis inserunt subditicios, ignobiles, & obscuros. Mensarum enim voragines, & varias D
voluptatum illecebras prætermitto. Erat dissignator qui conuiuis locum accubitionis assignaret. Athen. lib. 2. μετὰ ταῦτα ἀναστάντας ἀνεκλίνθημεν ὡς ἕκαστος ἤθελεν, οὐ περιμείναντες ὀνομακλήτορα τῶν δείπνων ταξίαρχον.

CAPVT XXXIIII.

De Triclinio & mensis.

Cenaculum, cenatio, diæta.



Æc etiam vt parerga potuerunt omitti. Quia tamen conuiuj Imp. rationem illustrant, & non vsque quaque contrita sunt libuit ea his E.
attexere. Locus vbi epulæ exstructæ, cenaculum dictum, cenatio, diæta. Cenationes imperatorum laqueatæ tabulis versatilibus. Sueton. in Nerone, Cenationes laqueatæ tabulis eburneis versatilibus, vt flores fistulatim, & vnguenta desuper spargerentur. Præcipua cenationum rotunda, quæ perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumageretur. Seneca ep. 91. Vtrum tandem sapientiorem putas qui versatilia cenationum laquearia ita coagmentat, vt subinde alia facies, atque alia succedat, & toties tecta, quoties fercula mutentur. Idem scribit olim tecta cenationi epulum recepturæ parari non solita. De diætis Plinius lib. 2. ep. 17. Cingitur diætis duabus à tergo, quarum fenestris subiacet vestibulum villæ, & hortus.

Tricliniorũ latitudo & longitudo.

Dicitur & triclinium. Vitru. l. 6. cap. 5. Tricliniorum quanta latitudo fuerit, bis tanta longitudo fieri debet. Negat tamen Seruius triclinium pro cenatione accipi ad libr. 1.

Æneid.

A Æneid. his verbis. Antiqui ſtibadia non habebant, ſed ſtratis tribus lectis epulabantur, vnde triclinium ſterni dicitur. Sic & Cicero dixit, triclinia in foro ſterni. Vnde apparet errare eos qui triclinium dicunt ipſam baſilicam, vel cenationem. Polluci dicitur οἰκῳ πενταλινῳ, τρίκλινῳ, ἑπτάκλινῳ.

Olim ſedentes cenitabant, vt Iſidor. lib. 20. orig. c. 11. Poſtea viri accubuere, mulieribus in ſponda ſedentibus & pueris, narrante Valer. Max. lib. 2. c. 1. & Tacito lib. 13. tandem feminæ accubuere. Sueton. lib. 4. Cum omnibus ſororibus ſuis ſtupri conſuetudinem fecit, plenoq; conuiuio ſingulas infra ſe viciſſim collocabat, vxore ſupra cubante. *Accumbēdi epulis mos.*

Lecti tricliniares, & diſcubitorij dicti, qui è cedro, terebintho, citro, ſectis teſtudinum laminis, ebore, argento, auro veſtiti, vel etiam ſolidi, vt Plin. lib. 16. c. 43. lib. 9. c. 11. Teſtudinum putamina ſecare in laminas, lectoſq; & repoſitoria iis veſtiri Carbilius Pollio in- *Tricliniares lecti.*

B ſtituit. Quo die Lentulus flamen Martialis inauguratus eſt, triclinia lectis eburneis ſtrata fuere, vt Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 13. Lampridius Heliogabalum ſolido argento habuiſſe lectos, & tricliniares, & cubiculares ſcribit. Plinius lib. 33. cap. 11. Lectos verò mulierum iampridem toto operiri argento, & triclinia quædam, quibus argentum addidiſſe primus traditur Carbilius Pollio eques Rom. non vt operiret, aut Deliaca ſpecie faceret, ſed puniçana. Dein & aureos fecit, nec multo poſt argentei Deliacos imitati ſunt. Pompeius in tertio triumpho, quem de piratis, Aſia, & Ponto duxit, lectos tricliniares tres ex auro tranſtulit, vt Plin. lib. 37. c. 11. Virgil. 6. Æneid.

———Lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, menſæque ante ora paratæ.

C Lectorum pedes lignei, ærei, aurei Plin. lib. 34. cap. 3. cap. 10. *Græcis erant ſcimpodia, quæ vnum caperent.* Heſychius, σκιμπόδιον δίτρυες κλινίδιον, μονόκωτον. Scimpodium lectulus vilis vnum capiens. Lecti tricliniares omnes fuere æquales. Varro lib. 8. ling. Lat. Nemo facit triclinij lectos niſi pares & materia & altitudine & figura. Sauaro vir doctiſſimus ſigma menſam fuiſſe putat ſemicircularem. Alij torum ad menſas rotundas accommodatum, quem ſemirotundum ſuggeſtum vocet Apuleius lib. 5. Viſóque ſtatim proximo ſemirotundo ſuggeſtu propter inſtrumentum cenatorium, rata refectui ſuo commodum, libens accumbit. *Lectorū pedes lignei, ærei & aurei.*

Menſam ſemicircularem inſtar lunæ diuiduę fuiſſe oſtendit. Ditmarus lib. 4. Chronicor. Solus ad menſam quaſi ſemicirculum factam loco ceteris eminentiore ſedebat. Martialis in apophoretis ſuggeſtum qui octo capiat, ſigma vocat. *Menſæ ſemicirculares.*

D *Accipe lunata ſcriptum teſtudine ſigma,*
Octo capit. veniat quiſquis amicus erit.

Lampridius in Heliogabalo, Primus inuenit ſigma in terra ſternere, non in lectulis, vt à pedibus vtres per pueros ad reflandum ſpiritum ſoluerentur, id eſt, à pedibus vtrium. Item, illud ſanè mirum videtur quod dicitur ab eo factum, vt de croco ſigma ſtrauerit, cùm ſummos viros rogaſſet ad prandium, pro eorum dignitate ſe dicens fœnum exhibere. Petrus Rauennas ſerm. 29. Diſcumbebat Deus plus in Matthæi mente, quam ſigmate. Idem ſerm. 83. Et ſoli diſcipuli alto ſigmate, toro vno, toto otio deliciis ſecurè epulantur. Aliud eſſe vult ſigma, aliud torum. Serm. 93. Denique dum Phariſæus veſte clarus primus in ſigmate. In ſigmate ſeptem accumbebant in eodem toro. Martial. lib. 10. *Sigma in terra ſtratū.*

Septem ſigma capit, ſex ſumus, adde Lupum.

E Lampridius in Halagabalo, habuit hanc conſuetudinem, vt octo caluos rogaret ad cenam, item octo luſcos, & item octo podagroſos, octo ſurdos, octo nigros, octo longos, & octo pingues, cùm capi non poſſent omnes vno ſigmate, vt de his omnibus riſus citaret. Sidonius lib. 2. ep. 2. Ita vt miniſteriorum ſeſe non impediente famulatu, tot poſſet recipere ſellas, quot ſolet ſigma perſonas. Sigma Cicero lib. de Amicitia vocat Hemicyclum. Deſcriptio vrbis Conſtantinop. regione 3. Porticum ſemirotundam, quæ ex ſimilitudine fabricæ ſigma græco vocabulo nuncupatur, Paulin. lib. 3. de vita Martini,

Hos inter medius qua ſigma flectitur orbe
Preſbyter accubuit.

Plinius lib. 5. epiſt. in capite ſtibadium candido marmore vite protegitur, è ſtibadio aqua velut expreſſa cubantium pondere ſiphunculis effluit. In his talibus ſtibadiis ſi ſex diſcumberent dicebantur exaclina, ſi ſeptem eptaclina. Martial. lib. 9. e. 60. *Stibadium quid.*

Et testudineum mensus quater exaclinon A
Ingemuit citro non satis esse suo.

Iul.Cæsar populo strauit 22.millia tricliniorum, vt Plutarch. Crassus cùm Herculi polluceret populo epulum dedit 10.millibus mensarum, eodem auctore. In priuatis conuiuiis tres lecti,7.conuiuæ,in publicis conuiuiis ad singula triclinia 4.vel 5.lecti,in singulis lectis 4.aut 5.conuiuæ,aut etiam plures. Horat.

Sæpe tribus lectis videas cenare quaternos.

Iuuenalis sat.3.

Tertia ne vacuo cessaret culcita lecto.

Lectorũ in conuiuijs lõgitudo & altitudo.

Lecti longitudine pares fuere mensis,altitudine superiores. Euangelus apud Athen.

ὕψος τῆς τραπέζης πηχέων ἐστὶ τριῶν, B
ὥστ' τὴν δειπνοῦντα τ' ἐπαίρειν εἴ τι βούλεται λαβεῖν.

Mensæ altitudo trium est cubitorum, vt cenantem necesse sit attollere se, si quid de mensa capere velit. Quod conqueritur parasitus. Ante Heliogabalum imperatores in lectis tricliniaribus accumbebant.

Accubita in quibus cõuiuatores epulis accũbebant.

Heliogabalus accubita repperit, qui lecti fuere discubitorij, sed leuioris operæ, quales erant militares cubæ, & storeæ in castris. Græci στιβάδας vocant. Accubita illa interdum fuere maioris operæ, delicata, pilo leporino farta. Lampridius, Heliogabalus non cubuit in accubitis facilè,nisi iis quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum subalares, sæpe culcitas mutans, vilioribus amicis folles pro accubitis sternebat, eósque reflabat prandentibus illis, ita vt plærumque sub mensis inuenirentur prandentes. Primus denique inuenit sigma in terra sternere, non in lectulis, vt à pedibus vtres per pueros ad reflandum spiritum soluerentur. Pollux lib. 1. παστάδες, σκίμποδες, ἡμηκύκλια, ἀσκάνται, *triclinia, scamna, lecti, lunata accubita, grabatuli*, φυλλάδες, τύλλα, πολτύνα, κνέφαλα, προσκεφάλαια, πτερίδες, ποτίκρανα, puluini qui capiti subiiciuntur, ὑπαγκώνια στρώματα, *culcitæ subalares*, πτιλωτά. *Puluillos plumis inferciebant*, πτίλοις τὰ κνέφαλα ἐφήπλουν. Iuuenalis Scholiastes ad sat.4. C

Lectuli in quibus veteres discumbentes prandebant.

Apud veteres, accubitorum vsus non erat,sed in lectulis discumbentes prandebant.Suidas, στιβάδες ἐφ' οἷς (ita lege) οἱ στρατιῶται χαμεύνουσι. λιτὸς δὲ ἦν, καὶ πολεμικός, καὶ στιβὰς χαμαικοίτιον ἀκκούβιτον ἀπὸ ῥαβδῶν. *Stibades sunt in quibus milites humi cubant. Lectus erat simplex, & militaris cuba, segestre accubitum ex virgis.* D.Hieronym.ad cap.46.Ezechiel. Accubita dixit, quæ Aquila στιβάδας. Nonnulli arbitrantur accubita fuisse puluillos qui capitibus accumbentium substernerentur, Græci προσκεφάλαια vocant. Eubulus apud Athenæ. θὲς ἑπτάπλινον. ἑπτάκλινος οὗτοσί. καὶ πέντε κλίνας σικελικάς. λέγε ἄλλο τι. σικελικὰ προσκεφάλαια πέντε: *Pone eptaclinon.Hic est eptaclinos:& quinque lectos Siculos. Dic aliud aliquid.quinque puluillos.* Virgilius spondam vocat lib.1.Æneid. D

Aurea composuit sponda, mediámque locauit.

Omnino alia fuere accubita,alij puluilli.

Anaclinteria in conuiuijs.

Accubita pro lectis erant discubitoriis,puluilli in lectis, quæ vocat anaclinteria Spartianus in Ælio Vero.Nam lectum eminentibus quatuor anaclinteriis fecerat minuto reticulo vndique inclusum,eumque foliis rosæ, quibus demptum esset album, replebat,iacensque cum concubinis,velamine de liliis facto se tegebat, vnctus odoribus Persicis. Iam illa frequentantur à nonnullis, quod & accubationes, ac mensas de rosis ac liliis fecerit, & quidem purgatis. Seneca lib. de ira. Minus honorato loco positus irasci cepisti conuiuatori, vocatori ipsi qui tibi præferebatur. Demens quid interest quam lecti premas partem. Honestiorem te aut turpiorem potest facere puluinum. E

Spatia inter lectos cõuiuantium relicta.

Inter lectos relinquebatur aliquid spatij ministris qui dicebantur ad pedes. Martialis lib.3.

At ipse retro flexus ad pedum turbam.

lib.7. *Misto lagenam replet ad pedes vino.*

Sidonius lib. 1. Retrorsumq; conuersus tanquam manibus aquam postularem, tantúmque remoratus, quantum stibadij circulum celerantia ministeria percurrunt, cubitum toro reddidi. Seneca lib.3.de benefic.Seruus qui cenanti ad pedes steterat.Sueton.Calig.cap. 36.Quas plærumque cum maritis ad cenam vocatas,præterq; pedes suos transeuntes diligenter ac lente mercãtium more considerabat.c.26.Quosdam summis honoribus functos

ad

A ad essedum sibi occurrere togatos per aliquot passuum millia, & cenanti modo ad pluteum, ad pedes stare succinctos linteo passus est. Malim currere. S.Lucæ 7.ad pedes Christi discumbentis mulier peccatrix stetit, quasi ministrans. Philo Iudæus in libro de Iosepho negat accubitionem epularem cascis illis in vsu fuisse, μήπω τῶν ἀνθρώπων ἐν τῇ συμποτικαῖς συνουσίαις κατακλίσει χρωμένων. Ideoq; Iosephi fratres epulis assedisse, non accubuisse. Contra Iosephus lib.2.origin. Iosephus, inquit, fratres ἐπὶ δεῖπνον παραλαμβάνει, καὶ κατακλίνονται οὕτως ὡς καὶ παρὰ τῷ πατρί. Ipsi Esseni vitæ austerioris homines accubuere apud Philonem p.616. στιβάδες εἰσὶν εἰκαιοτέρας ὕλης, ἀφ' ὧν εὐτελῆ πάνυ χαμαίστρωτα παπύρου τῆς ἐγχωρίου μικρὸν ὑπερέχοντα κατὰ τοὺς ἀγκῶνας, ἵνα ἐπερείδοιντο: *Stibadia sunt vilioris materiæ, ex quibus simplices omnino & humiles culcitas papyro loci illius farciunt paulum eminentes ad cubitos, vt fulciantur.* Nonnus apud Iohannem,

B καὶ παλάμης ἀγκῶνα παλινδίνητον ἐρείσας
ἀκρότατον περὶ κύκλον ὁμοστόργοιο τραπέζης
εἶπεν ἑοῖς ἑτάροις.

Et manus cubitum reciprocum ac flexuosum fulciens circa extremum circulum mensæ familiaris & amicæ dixit suis socijs.

Mensæ autem quædam fuere quadratæ, aliæ rotundæ, nonnullæ lunatæ. Festus, Escariæ mensæ dicuntur quadratæ, in quibus homines epulantur. Varro lib.4.de ling.Lat. Mensa escaria dicitur cibilla à cibis. ea erat quadrata, vt etiam nunc in castris, post rotunda facta. De rotundis Martial.lib.9.e.60. *Mēsæ quadratæ, rotūdæ, lunatæ, &c.*

Inde satur mensas, & apertos exuit orbes,
Expositúmque alte pingue poposcit ebur.

C Mensas teretes vocat Statius lib.1. Thebaid.

———Pars auro tenues, ostróque sonantes
Emunire toros, altósque inferre tapetes,
Pars teretes leuare manu, ac disponere mensas.

Iuuenalis sat.11. orbes.

———Magnos nisi sustinet orbes
Grande ebur, & vasto sublimis pardus hiatu,
Dentibus ex illis quos mittit porta Sienes.

Martialis item orbes. lib.4.

D *Nobilius villosa tegant tibi lintea citrum,*
Orbibus in nostris circulus esse potest.

Circulum vocat incitegam, in qua vasa reponerentur, ne mensa inficeretur. Priscus Rhetor in eclogis Syluanum quendam ἀρμίου τραπέζης κατὰ τὴν ῥώμην προεστῶτα fuisse ait. fortè ὠνωρίου aut ἀρκαδίου. Martial.lib.2. *Circulus in quo vasa reponebantur, ne mēsa inficeretur.*

Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes.

Quia mensæ citreæ, cedrinæ, interdum etiam aureæ fuere. lib.3.e.31.

Sustentátque tuas aurea mensa dapes.

Qui lunatam mēsam, & semicircularem ponat solus est Ditmarus, cuius verba supra ascripsi. Ceteri dicunt sigma sterni, sigma capere 7. vel octo conuiuas, quæ verba potius ad stibadion semicirculare pertinent, quàm ad mensam.

E Stabant illæ mensæ eburnis pedibus, aut argenteis. Martial.lib.9.ep.29. *Pedes mensarū ex qua materia cōflati.*

Vt Mauri Libycis centum stent dentibus orbes.

Iuuenal. sat. 11.

———Nam pes argenteus illis.

Seneca lib.7.de Benefic.c.9. Video elaboratam scrupulosa distinctione testudinem, & fœdissimorum, pigerrimorúmque animalium testas ingentibus pretiis emptas, in quibus ipsa illa quæ placet varietas subditis medicamentis in similitudinem veri coloratur. Video istic mensas, & æstimatum lignum Senatoris censu, eò pretiosius, quò illud in plures nodos arboris infelicitas torsit. Video istic crystallina, quorum accendit fragilitas pretium. Video murrina pocula. Lucianus in Asino, κλίνη ἦν μεγάλη ἀπὸ χελώνης ἰνδικῆς. Philo de vita contemplat. τρίκλινα λιθοκόλλητα. Clemens Alex. χελώναις πεποικιλμένας κοίτας. Plinius cap.16.lib.13. Excogitatæ sunt & ligni bracteæ: testudo in hoc secta. Nupérque portentosis

ingeniis principatu Neronis inuentum, vt pigmentis perderet se, plurisque veniret imitata lignum. Sic lectis pretia quæruntur, sic terebinthum vinci iubent, sic citrum pretiosius fieri, sic acer despici. Modò luxuria vero fuerat contenta ligno, iam lignum etiam à testudine facit. Petron. A

——Ecce Afris eruta terris
Citrea mensa, greges seruorum, ostrúmque renidens
Ponitur, ac maculis mutatur vilibus aurum
Quæ censum trahat. hoc sterile ac malè nobile lignum
Ebria turba mero circumuenit.

Tertull. lib. de Pallio. M. Tullius quingentis millibus nummum orbem citri emit. (Hic census est equitis) Bis tantum Asinius Gallus numerat (id est, Decies H S. qui Senatorum ab Augusto census.) Dio de Seneca, πεταχοσίους τρίποδας κεδρίνου ξύλου ἐλεφαντίποδας ἴσους καὶ ὁμοίους εἶχε, καὶ ἐπ' αὐτῶν εἱστιᾶτο, *Quingentos lectos è ligno cedrino eburneis pedibus æquales, & similes habebat, in quibus epulabatur.* Lucanus lib. 10. B

Dentibus hic niueis sectos Atlantide sylua
Imposuere vrbes. quales ad Cæsaris ora
Nec capto venere Iuba.

Naui & nodi in citro, qui.

Næuos & nodos in citro Seneca vocat lib. 3. de ira. Qui mensam nisi crebris distinctam næuis. Plin. lib. 33. cap. 11. Iam verò & mensas repositoriis imponimus, & ad sustinenda obsonia interradimus latera, nec interest quantum lima perdiderit. Cornelius Nepos tradit ante Sullæ victoriam duo tantum triclinia Romæ fuisse argentea. Repositoriis argentum addi sua memoria cœptum Fenestella dicit, qui obiit nouissimo Tiberij Cæsaris principatu. Sed & testudinea tum in vsum venisse. Ante se autem paulo lignea rotunda solida, nec multo maiora quam mensas fuisse. Se quidem puero quadrata, & compacta, aut acere operta, aut citro cæpisse, mox additum argentum in angulos, lineasque per commissuras. C

Repositoria in conuiuijs, quæ.

Repositoria vocat ea in quibus reponebantur mensæ, dicuntur τραπεζοφόρα. Apud Petronium repositoria etiam mensis imponuntur, ad cibos reponendos. Plin. lib. 18. cap. 35. Necnon in cibis, mensisq; nostris vasa quibus esculentum additur, sudorem repositoriis relinquentia, diras tempestates prænuntiant.

Mēsæ quadratæ & orbiculatæ.

Mensæ igitur aliæ fuere quadratæ, quas solas Homerus agnoscit & ξεστὰς vocat, Latini cibillam, aut cillibam, κιλλίβαντα. D

παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν.

Aliæ orbiculatæ, quia mundus orbiculatus, vt Athenæus lib. 9. τὴν τράπεζαν κυκλοειδῆ κατεσκευάσαντο οἱ παλαιοὶ, πειθόμενοι τὸν κόσμον εἶναι σφαιροειδῆ. fiebant ex vnico ligno, μονόξυλοι. Strabo lib. 17. μεγαλόδενδρός τε καὶ πολύδενδρος ὑπερβαλλόντως ἐστὶ καὶ πάμφορος. τὰς γοῦν μονοξύλους τραπέζας ποικιλοτάτας, καὶ μεγίστας ἐκείνη τοῖς ῥωμαίοις παρέχει. Mauritania magna ligna fert, & multa omnino, & omnifera. Præbet illa Romanis mensas ex vno ligno maximè varias & magnas. Plin. lib. 13. c. 15. Anchorarius Mons vocatur citerioris Mauritaniæ, qui laudatissimam dedit citrum iam exhaustam mensis. Præcipua dos in vena crispis, vel in vertice variis.

Monopodia, mensæ bipedes, tripedes.

Erant monopodia, mensæ bipedes, tripedes. Plinius lib. 34. cap. 3. Nam triclinia ærata, abacosque, & monopodia Cn. Manlium Asia deuicta primum inuexisse triumpho suo. Martial. lib. 12. E

Ibat tripes grabatus, & bipes mensa.

Horat. lib. 1. sat.

——Modò sit mihi mensa tripes, &
Concha salis puri.

Cratino τρισκελὴς dicitur. Erant & quadripedes, quæ tamen tripodes dicerentur. Vnde & τράπεζαν quasi τεσσαράπεζαν. Epicharmus, οὐκ ἔστι τρίπους, ἀλλ' οἶμαι τετράπους, ἔστι δ' ὄνομα αὐτῇ τρίπους, *non stat tribus pedibus, sed quatuor, tamen dicitur tripus.*

Vinariæ & escariæ mēsæ.

Varro ponit mensas alias vinarias, alias escarias lib. 4. de lingua Lat. Mensam vinariam rotundam nominabant cylibantum, vt etiam nunc in castris id videtur, declinatum à græco. (nimirum κύλιξ.) Altera vinaria mensa erat lapidea quadrata, oblonga, vna columella,

vocabatur

A vocabatur cartibulum. Hæc in ædibus ad compluuium apud multos me puero ponebatur,& tina,& cum ea ænea vasa. Agerendo Cartibulum potest dictum. Idem lib. 1. de vita pop. Rom. Antiquissimi vtres vini primo, postea Tina ponebant. Abacus pro escaria mensa. Apuleio lib. 2. Asini. Abacum ad pascua iurulenta. Sæpius pro mensa in qua pocula potoria sex. Iuuen. sat. 3.

——vrceoli sex,
Ornamentum abaci, necnon & paruulus infra
Cantharus.

Cicero 4. in Verrem, Ab hoc iste abaci vasa omnia vt exposita fuerant abstulit. 5. Tuscul. Abacos complures ornauit auro & argento cælato. Liuius lib. 29. Luxuriæ peregri-
B næ origo ab exercitu Asiatico inuecta in vrbem est, ij primum lectos æratos, vestem stragulam pretiosam, plagulas & alta textilia, & quæ tunc magnificæ suppellectilis habebantur monopodia, & abacos Romam aduexerunt. Tunc psaltriæ, sambucistriæque, & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis. Plura subiungerem, nisi alij occupassent.

CAPVT XXXV.

De Pædagogijs.

C PÆDAGOGIANI pueri fuere in ministerio non modo imperatoris, verùm & virorum illustrium, qui plurimum auctoritate possent. Seneca ep. 123. omnium pædagogia oblita facie vehuntur, ne sol, ne frigus teneram cutim lædat. Turpe est neminem esse in comitatu puerorum, cuius sana facies medicamentum non desideret. lib. de beata vita c. 17. Quare pædagogium pretiosa veste succingitur? Pædagogia disponebantur ad canes inter venandum retinendos. Ammianus lib. 28. Adultus quidam ex his quos pædagogianos appellant, ad obseruandam venaticiam prædam spartaneum canem retinere dispositus. Idem lib. 26. Procopius nusquam reperto paludamento tunica auro distincta, vt regius minister indutus, à calce in
D pubem pædagogiani pueri specie, purpureis opertus tegminibus pedum. Martialis capillatos vocat, *Pædagogiani pueri.*

Et pædagogo non iubente lasciui
Parere gaudent villico capillati.

Decora seruitia vocat Tacit. lib. 15. quæ matronas aut dominos comitabantur. l. quæsitis. D. de instruct. Capitol. in Vero, Donatos pueros decoros qui ministrabant singulis. Lamprid. in Heliogab. Eunuchos pro apophoretis dedit. Seneca ep. 36. Transeo agmina exoletorum per nationes & colores descripta, vt eadem omnibus læuitas sit, eadem primæ mensura lanuginis, eadem species capillorum. Iulianus in Antiocheno, ὃ κρεῖττον ἦν ὀδωδέναι μύρων τὴν ἀγορὰν βαδίζοντός σου, καὶ παῖδας ἡγεῖσθαι καλούς, εἰς οὓς ἀποβλέπουσιν οἱ πολῖται. *Quo melius erat forum te procedente redolere vnguentum, & pueros duci pulcros, in quos*
E *ciues intuentur.* Sueton. in Nerone c. 28. Super ingenuorum pædagogia, & matronarum concubinatus. Pueri enim isti non ingenui, vt plurimum, sed vernæ, aut redempti è seruitiis sub pædagogo habebantur. Tertul. Apologet. Cùm de pædagogiis aulicis nescio quem cinædum Deum facitis. Antinoum Hadriani significat. Sub dispositione spectabilis Castrensis erant pædagogia, ministeriales, Dominici, Curæ Palatiorum in Notitia. Plinius lib. 33. Iam vero & pædagogia ad transitum virilitatis custodiantur argento, id est argenteis fibulis. l. 12. D. de instructo & instrum. Si instructum fundum legasset ea pædagogia quæ ibi habebat, vt cum ibi venisset, præsto essent legato continentur. Seneca de Tranquil. Præstinguit aciem apparatus alicuius pædagogij, diligentius quum intra priuatum larem vestita, & auro culta mancipia, & agmen seruorum nitentium.

A

CAPVT XXXVI.

De Castrensibus & Cæsarianis.

Castrenses quinã dicti.



CASTRENSES dicti ministri omnes, aulici, & Cæsariani, Castrensiani sacro ministerio deputati C. de Castrensianis, & ministerianis, qui sub viro spectabili Comite & Castrensi fuere, quorum alij primæ formæ, alij secundæ, vel tertiæ fuere, alij in schola vestis sacræ militabant, alij statuti, alij supernumeratij. Vet. inscriptio. à suppellectili Castrensi. Castra principis comitatum vocant. Tertullianus lib. de corona, Castrenses coronas Cæsarianas. Castrenses erant in minis- B
terio mensæ. Vnus ex libertis mensæ Augusti Præfectus dicitur tricliniarcha in veteri lapide. Theoprepon Augusti libertus Procurator Domini N. Aurelij Seueri Alexandri Pij, Felicis, Aug. Prouinciæ Achaiæ, & Epiri, & Thessaliæ rationalis purpurarum, Procurator à Prædiis Gallicanis, Procurator saltus Domitiani, Tricliniarcha præpositus à fiblis, præpositus à crystallinis. l. 1. C. Theodos. qui à præbit. Tiron. excus. Hic ordo dignitatum ponitur, primo loco viri illustres Præfecti, deinde magistri militum, Comites Domesticorum, præpositus vel primicerius sacri cubiculi, castrensis, comes sacræ vestis, &c. Spectabilis igitur castrensis qui præest ministrantibus principi extra cubiculum in palatio, Pincernis, Sellariis, Lampadariis, mensæ ministris.

Mensores castrensiani.

Mensores inter castrensianos fuere, qui in castris ad podismum dimetiebantur loca, in quibus tentoria milites figerent, vel qui hospitia in vrbibus præstarent, qui & metatores. C
Lampridius in Alexandro castrenses aulica ministeria vocat. Aulicum ministerium in id contraxit, vt essent tot homines in singulis officiis, quot necessitas postulabat. Purgauit, inquit, & palatium suum, comitatúmque omnem, abiectis ex aulico ministerio cunctis obscenis & infamibus, nec quenquam passus est esse in palatinis, nisi necessarium hominem Iureiurando deinde constrixit, ne quem ascriptum, id est vacantium haberet, ne annonis Remp. grauaret, dicens malum pupillum esse imperatorem, qui ex visceribus prouincialium homines non necessarios nec Reip. vtiles pasceret. Annonæ quæ vniuersis officiis, atque sacri palatij ministeriis adsolent adlegari, iubentur adærari l. 15. C. de erog. milit. an.

Castrensis munus.

In Notitia, Castrensis præest pædagogiis, ministerialibus dominicis, & Curæ palatiorum. Ministeriani omnes in scrinio libellorum erant probandi. Comes castrensis apud Cassiodorum lib. 6. form. 9. qui & castrensis sacri palatij dicitur, l. 1. 2. C. de Castrensia- D
nis & ministerianis, qui omnes erant sub dispositione magistri officiorum, vt & ipse castrensis sacri palatij. Castrensis habuit Dominicum tabularum, qui rationes sumptuum cottidianarum in epulas principis, & aulicos factas scribebat, & tabularium Augustæ, qui idem faciebat. Adiutor comitis castrensis vices gerit. Habet & chartularium scrinio præfectum, qui vasa scribit. Vide Titulum C. de castrensianis & ministerianis. In sacris litteris c. vlt. lib. 4. Regum Ναβουζαρδὰν Nabuzardan, factus est σατράπης & dux exercitus. Apud Cassiodorum for. 9. lib. 6. Comes patrimonij epulas regias sollicita ordinatione dicitur disponere. Galli veteres Senescallum mensæ regiæ præpositum vocarunt. In vet. gloss. Arcadius dicitur ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης.

E

CAPVT XXXVII.

De Inuitatoribus.

Inuitatores quinã dicti.



INVITATORES dicti qui ad cenam imperatoris vocarent l. vlt. C. de diuers. offic. Sueton. in Calig. c. 39. Prouincialem locupletem ducenta H S. numerasse vocatorib. Ita & Martialis vocatores vocat:

Iam dicet mihi vapulet vocator.

Plinius lib. 35. c. 10. Ptolemæo vocatores suos ostendenti. Corip. lib. 3.

——iußúque regentis
Acciti proceres omnes.

Catullus, quærere vocationes dixit.

De

A

CAPVT XXVIII.

De argento Escario & Potorio Imperat.

SVB comite largitionum fuere omnia vasa potoria, escaria, coquinaria, quæ ad ministerium principis ille assignabat castrensi. Officio decedens castrensis singula quæ acceperat primicerio scrinij ab argento repræsentabat. Lampridius, Alexander ducentarum librarum argenti pondus in ministerio nunquam excessit. Heliogabalus onus ventris auro excepit. in murrhinis, & onychinis minxit. lib. 3. Esd. c. 3. ποτηρία χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, καὶ ἀνθράκινον κυλίκιον προκείμενον ἀπὸ ταλάντων τρισμυρίων, *pocula aurea & argentea, paruus calix è carbunculo emptus 30. talentorum millibus.* μενόλκια καὶ κρόσσους καὶ πυέλους, καὶ ἀλαβάστρους πάντα χρυσοῦ ἠσκημμένα περιττῶς, ait Plutarchus in Alexandro, *Crateras, lances, vrnas, pelues, alabastros, omnia ex auro egregiè laborata.* Heligabalus primus mensas & capsas argenteas habuit, primus cacabos, vt Lamprid. Vlpian. l. 19. de auro & arg. leg. cacabos argenteos, miliarium argenteum vel sartaginem. Plin. lib. 33. c. 11. mensas argenteas Romæ, vasa coquinaria Calui oratoris ex argento. Vlpianus argentum escarium aliud à cocinatorio instrumento esse vult l. 19. Plinius lances è centenis libris argenti, Lampridius, vasa argentea centenaria, Tertullianus lib. de Pallio, Drusilliani quingenariam promulsidem, id est 500. librarum argenti.

Potoria & escaria vasa.

B

C

CAPVT XXXIX.

De prægustatore.

PRÆGVSTATOREM Cyro fuisse docet Xenophon lib. 1. institut. οἱ τῶν βασιλέων οἰνοχόοι ἐπειδὰν ἐνδίδωσι τὴν φιάλην ἀρύσαντες ἀπ' αὐτῆς τῷ κυάθῳ εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ἐκχεάμενοι καταῤῥοφοῦσι, οὗ δὴ εἰ φάρμακον ἐγχέοιεν μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς: *Pocillatores regij, cùm poculum præbere volunt, ex eo tantillum haurientes cyatho, & in manum læuam defundentes sorbent, vt si venenum asperserint, ipsi ante regem mortiferum bibant.* Romæ Augustus omnium primus, deinde Tiberius prægustatores adhibuere. Vetus inscriptio, Tiberius Claudius Flamma Clausus Tiber. Augusti prægustator. Q. Curtius l. 10. Philippus & Cottas potum regis prægustare soliti. Tacit. lib. 12. Annal. Inferre epulas, & explorare gustu solitus. lib. 13. quia cibos potúsque delectus ex ministris explorabat. Athen. lib. 4. ὃν νῦν καλοῦσι οἱ ῥωμαῖοι προγευστὴν, τότε οἱ ἕλληνες προτένθην ὠνόμαζον. Vet. inscriptio, Genio, Cælius Herodinus prægustator D. Augusti. Idem postea villicus in hortis Salustianis decessit, M. Cocceio Nerua C. Vrbio Rufino Coss.

Prægustatorum munus.

D

CAPVT XL.

E

De conuiuio Scytharum Regis.

QVIA semel de scammate exiui, longius excurram, & frugale magni illius Attilæ conuiuium subiiciam, vt quantum moderatione, & temperantia Traianum, Marcum philosophum, Seuerum Alexandrum, & reliquos melioris notæ Romanos imperatores vicerit, intelligas. Priscus in eclogis conuiuium Attilæ quo legatos Italos, & Constantinopolitanos excepit graphicè delineat. ἀμφοτέρους ἡμᾶς Ἀττίλας ἐπὶ τὸ συμπόσιον παρακαλεῖ, γενήσεσθαι δὲ αὐτὸ περὶ θ τῆς ἡμέρας, ὡς τὴν καιρὸν ἐφυλάξαμεν, καὶ ἐπὶ τὸ δεῖπνον κληθέντες παραγενόμεθα, ἔστημεν ἐπὶ οὗ οὐδοῦ αὐτία Ἀττίλᾳ, καὶ κύλικα οἱ οἰνοχόοι κατὰ τὸ ἐπιχώριον ἐπέδοσαν ἔθος, ὡς καὶ ἡμᾶς πρὸ τῆς ἕδρας ἐπεύξασθαι, οὗ δὴ γενομένου, τῆς κύλικος ἀπογευσάμενοι, ἐπὶ τοὺς θρόνους ἤλθομεν, οὗ ἔδει καθεσθέντας δειπνεῖν. πρὸς δὲ τοῖς τοίχοις τοῦ οἰκήματος πάντες ὑπῆρχον οἱ δίφροι ἐξ ἑκατέρας πλευρᾶς. ἐν μεσοτάτῳ δὲ ἧστο ἐπὶ κλίνης

Attilæ conuiuium legatis Italis & Constantinopolitanis.

κλίνης ὁ Ἀττήλας, ἑτέρας ἐξόπισθεν κλίνης ὑπαρχούσης αὐτῷ. μεθ' ἣν βαθμοί τινες ἐπὶ τὴν αὐτοῦ A
ἀνῆγον εὐνὴν, καλυπτομένην ὀθόναις καὶ ποικίλοις παραπετάσμασι, κόσμου χάριν· καθάπερ ἐπὶ τῶν
γαμοῦντων ἕλληνές τε καὶ ῥωμαῖοι κατασκευάζουσι. καὶ πρώτην μὲν ἐνόμιζον τῶν δειπνούντων τάξιν τὴν
ἐν δεξιᾷ τοῦ Ἀττήλα· δευτέραν δὲ τὴν εὐώνυμον, ἐν ᾗ ἐτυγχάνομεν ὄντες, προκαθεσθέντος ἡμῶν Βε-
ρίχου παρὰ σκύθαις εὖ γεγονότος ἀνδρός. ὁ γὰρ Ὀνηγήσιος ἐπὶ δίφρου ἧστο ἐν δεξιᾷ τῆς τοῦ βασιλέως
κλίνης. ἀντικρὺ δὲ τοῦ Ὀνηγησίου ἐπὶ δίφρου ἐκαθέζοντο δύο Ἀττήλα παίδων· ὁ γὰρ πρεσβύτερος ἐπὶ
τῆς ἐκείνου ἧστο κλίνης, οὐκ ἐγγύς, ἀλλ' ἐπ' ἄκρου, αἰδοῖ τοῦ πατρὸς βλέπων ἐς γῆν. πάντων δὲ ἐν κόσμῳ
καθεστώτων, παρεσθὼν οἰνοχόος τῷ Ἀττήλα οἴνου κισσύβιον ἐπιδίδωσι. δεξάμενος δὲ, τὴν τῇ τάξει
πρῶτον ἠσπάζετο. οἱ δὲ τῷ ἀσπασμῷ τιμηθεῖς διανίστατο. καὶ οὐ πρότερον ἱζῆσαι θέμις ἦν, πρὶν ἢ τῷ
οἰνοχόῳ ἀπογευσάμενος, ἢ καὶ ἐκπιὼν ἀπέδωκε τὸν κισσύβιον. καθεσθέντα δὲ αὐτὸν τῷ τρόπῳ οἱ πα-
ρόντες ἐτίμων, δεχόμενοι τὰς κύλικας, καὶ μετὰ τὸν ἀσπασμὸν ἀπογευόμενοι. ἑκάστῳ δὲ εἰς οἰνοχόος παρῆν.
ὃν ἔδει κατὰ στοῖχον εἰσιέναι, τοῦ Ἀττήλα ῥινοχόον ὑπεξιόντος. τιμηθέντος δὲ καὶ τοῦ δευτέρου, καὶ τῶν ἑξῆς· καὶ B
ἡμᾶς τοῖς ἴσοις ὁ Ἀττήλας ἐδεξιώσατο, κατὰ τὴν τῶν θρακῶν τάξιν. ᾧ δὴ ἀσπασμῷ πάντων τιμηθέντων,
ὑπεξῄεσαν μὲν οἱ οἰνοχόοι, τράπεζαι δὲ μετὰ τὴν τοῦ Ἀττήλα παρετίθεντο κατὰ τρεῖς καὶ τέτταρας ἄνδρας,
ἢ καὶ πλείους· ὅθεν ἕκαστος οἷός τε ἦν τῶν τῇ μάγιδι διεπιτιθεμένων μεταλαβεῖν, μὴ ὑπεξιὼν τῆς τῶν
θρόνων τάξεως. καὶ πρῶτος εἰσῄει ὁ τοῦ Ἀττήλα ὑπηρέτης, κρεῶν πλήστη πίνακα φέρων. καὶ οἱ πᾶσι
διακονούμενοι μετ' αὐτὸν, σῖτον καὶ ὄψα τῶν τραπέζαις ἐπέθεσαν. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἄλλοις βαρβάροις καὶ
ἡμῖν πολυτελῆ δεῖπνα κατεσκεύαστο, κύκλοις ἐπικείμενα ἀργυροῖς· τῷ δὲ Ἀττήλα ἐπὶ τοῦ ξυλίνου πί-
νακος ἦν οὐδὲν πλέον κρεῶν. μέτριον δὲ ἑαυτὸν καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι ἐδείκνυ. τοῖς γὰρ τῆς εὐωχίας
ἀνδράσι κύλικες χρυσαῖ τε καὶ ἀργυραῖ ἐπεδίδοντο, τὸ δὲ αὐτοῦ ἔκπωμα ξύλινον ἦν. λιτὴ δὲ αὐτῷ καὶ
ἡ ἐσθὴς ἐτύγχανεν οὖσα, μηδὲν τῶν ἄλλων, πλὴν τοῦ καθαρὰ εἶναι, διαφυλάττουσα. καὶ οὔτε τὸ παρηωρη-
μένον αὐτῷ ξίφος, οὔτε οἱ τῶν βαρβαρικῶν ὑποδημάτων δεσμοὶ, οὔτε τοῦ ἵππου ὁ χαλινὸς, ὥσπερ τῶν
ἄλλων σκυθῶν, χρυσῷ ἢ λίθοις, ἤ τινι τῶν τιμίων ἐκοσμεῖτο. τῶν δὲ ὀψῶν, τῶν ἐν τοῖς πρώτοις πίναξιν C
ἐπιτεθέντων, ἀναλωθέντων, πάντες διανέστηκεν. καὶ οὐ πρότερον ἐπὶ τὸν δίφρον ἀναστὰς ἦλθε, πρὶν ἢ
κατὰ τὴν προτέραν τάξιν ἕκαστος τὴν ἐπιδιδομένην αὐτῷ οἴνου πλήρη ἐξέπιε κύλικα, τὸν Ἀττήλαν
σῶν εἶναι ἐπευξάμενος. καὶ τοῦτον τιμηθέντος αὐτοῦ τὸν τρόπον, ἐκαθέσθημεν· καὶ δεύτερος ἑκάστῃ τρα-
πέζῃ ἐπετίθητο πίναξ, ἕτερα ἔχων ἐδώδιμα. ὡς δὲ καὶ αὐτοῦ οἱ πάντες μετέλαβον, καὶ τῷ αὐτῷ ἐξανα-
στάντες τρόπῳ αὖθις ἐκπιόντες ἐκαθέσθημεν. ἐπιγενομένης δὲ ἑσπέρας, δᾶδες ἀνήφθησαν. δύο δὲ ἀν-
τικρὺ τῶν Ἀττήλα παρεσθόντες βάρβαροι, ἄσματα πεποιημένα ἔλεγον, νίκας αὐτοῦ καὶ τὰς κατὰ πόλεμον
ἄδοντες ἀρετὰς· ἐς οὓς οἱ τῆς εὐωχίας ἀπέβλεπον. μετὰ δὲ τὰ ᾄσματα, σκύθης τὶς παρεσθὼν φρενοβλα-
βὴς, ἀλλόκοτα καὶ παράσημα καὶ οὐδὲν ὑγιὲς φθεγγομένος, ἐς γέλωτα πάντας παρεσκεύα παρεσθεῖν.
Nos vtrosque Attila vocat ad conuiuium, quod futurum erat nona hora diei. Vt autem tempus obseruauimus, & ad cenam vocati venimus, stetimus in limine ex aduersum Attilæ, & calicem pocillatores nobis de more dederunt, ita vt antequam sederemus ei bene precati simus: quo facto vino gustato ad D
sellas iuimus, vbi sedentes cenare oportuit. Ad parietes domus omnes cathedræ erant ex vtroque latere. In medio sedebat Attila in lecto, cui pone erat alter lectus, post quem gradus quidam ad eius lectum ascensum præbebant, qui lectus tectus erat linteis, & variè pictis stragulis, ornatus ergo, cuiusmodi in nuptijs Græci & Romani apparant. Et primum ordinem conuiuarum existimabant eum qui esset ad dexteram Attilæ, secundum ad læuam, in quo nos eramus, cùm ante nos sederet Berichus Scytha nobilis. Onogesius enim in sella sedebat ad dexteram regij lecti. E regione Onogesij in sella sedebant duo filij Attilæ. Maior in eius lecto sedebat, non propè, sed in extremo, præ reuerentia quam patri deferebat terram spectans. Cùm omnia ordinata essent, accedens pincerna ad Attilam vini poculum dat, quo accepto primum ordine salutat, salutatione honoratus exsurrexit, nec ante sedere ei fas priusquam gustato aut hausto vino poculum pincernæ reddidit. Eodem modo assidentem eum reliqui conuiuæ honorarunt accipientes calyces, & post salutationem vinum gustantes. Vnicuique aderat pocillator vnus E
quem oportebat ordine ingredi, exeunte Attilæ pincerna. Cùm secundus, & alij deinceps ab Attila honorati essent, & nos iuxta cum alijs Attila amplexatus est Thracum more. Quo amplexu cùm omnes honorati essent, exierunt pocillatores: mensæ autem post mensam Attilæ appositæ sunt singulæ tribus aut quatuor conuiuis, aut etiam pluribus. Vnde vnusquisque poterat ex ijs quæ in mensam imposita erant sumere, nec tamen exibat ex ordine sellarum. Et primus quidem ingressus est, qui mensæ Attilæ ministrabat, carnibus lancem plenam afferens, & ceteri ministri post eum cibum & obsonia mensis imposuerunt. Sed alijs quidem barbaris & nobis cibi dapsiles appositi sunt in lancibus argenteis, Attilæ in Patina lignea nihil aliud nisi carnes appositæ sunt. Moderatum se & in alijs omnibus præbuit. Ceteris enim conuiuis calices aurei & argentei, ipsi ligneum poculum præbitum. Vestis eius simplex & nihil ab alijs differens (lego διαφέρουσα, non διαφυλάττουσα) nisi quod munda erat, neque ensis quo accinctus erat, neque vincula solearum barbaricarum, neque frænum equi, vt aliorum Scytharum, auro ornatum, aut gemmis & lapillis. Cùm autem cibi qui in primis lancibus appositi, consumpti essent, omnes consurreximus,

A *reximus, & cùm ipse surrexisset, non priùs resedit, quàm vnusquisque datum sibi vini poculum ebibisset, & Attilæ multos annos precatus esset; & cùm hunc ei honorem habuissemus, iterum resedimus. Et secunda lanx vnicuique mensæ imposita est referta cibis: vt autem omnes cibum sumpserunt, & vt priùs exsurrexerunt, hausto vini poculo assedimus. Sub vesperam faces accensæ sunt. Id temporis duo barbari in oculis Attilæ cantica cecinerunt, quibus victorias eius & militarem virtutem prædicabant. Postea Scytha morio absurda & incondita verba effutiens omnibus risum mouit. vide paginam 52. & 53.*

CAPVT XLI.

B

De Persarum conuiuijs.



HABES conuiuium Attilæ philosophicum, iam accipe luxum Persicum, & vide an Romanam magnificentiam splendore, ac deliciis obruerit. Apud Polyænum Alexander Magnus in Persica regia prandium regis legit, & cenam in ærea columna incisam, vbi erant & aliæ leges quas Cyrus scripsit. Erat autem huiusmodi cæna. Quadringentæ artabæ farinæ triticeæ mundæ. Artaba Medica modium Atticum conficit, quem Romani sex modiis metiuntur. Secundariæ farinæ post puram artabæ trecentæ, & de tertia aliæ trecentæ. In vniuersum mille artabæ farinæ triticeæ. De hordeacea farina purissima ducentæ artabæ, de secunda post eam quadringen- *Alexandri magni cena sumptuosa.*
C tæ, atque itidem de tertia quadringentæ, (in exemplari quod doctissimus Cassaubonus vulgauit, locus hic mutilus est, quem è codice manuscripto in integrum infra restituto.) Summa hordeaceæ farinæ artabæ mille. Pollinis in polenta admixti pro officiis, decem artabæ. Nasturtij scissi ac per cibrum transmissi tenuissimi in ptisanarium decem artabæ. De sinapis semine tertia pars vnius artabæ. Oues masculi, seu verueces quadringenti, Boues centum, equi triginta, anseres altiles quadringenti, turtures trecentæ, auiculæ omnis generis minutæ 600. agni trecenti, pulli anserici centum, damæ 30. lactis recentis decem maries. Maris decem valet choas Atticas. oxygalactis dulcis effecti decem maries. Allij talentum, seu libra vna. Ceparum semilibra de asperiorum genere. Folij artaba. φύλλον apud Dioscorid. & Theophrastum est herbæ nomen: interdum accipitur pro folio malobathri. hic accipio pro silphij semine, vt Hippocrates l. 2. γυναικεί. liquoris silphij, seu succi
D laseris duæ minæ. Cumini artaba, silphij libra, è malis succi dulcioris quarta pars artabæ. (Vulteius interpretatur sacris è pomis musti, quia legitur in scripto codice, & alio vulgato ἱερῶ, sed legendum ὑγρῶ ἐκ μήλων γλυκέος.) Cyceonis ex herbarum austerarum cacuminibus artaba. faui purgati quarta pars artabæ. (In scripto codice est κηρῶ ἐκκημένου. in vulgato ἐκκηδομένου. Vulteius legit κηρῶ ἐκ κυμίνου. lego κηρῶ ἐκκρινομένου, *faui mellis purgati.*) grani panici tres libræ, vt interpretatur Vulteius. malim vuæ passæ nigræ tres libræ. Cnici floris tres minæ vt Casaubonus, qui flore Cnici ad condimenta veteres vsos ostendit. Melanthryon tertiam partem artabæ. Diarrinis seminis, duæ capides. Ari semen, quia Aro inter edulia locum esse Dioscorides scribit, ἄριος σπέρμα. Sesami puri decem artabæ. Musti ex vino quinque maries. Raphanorum epsanorum & Gongylidum sale conditarum. Capparis aqua salsa maceratæ, vnde fiunt abyrtaci, quinque maries. (Aburtaci &
E aburtacæ Persicum edulium ex porro, cardamo vel cappari, & aliis id genus.) Salis decem artabæ. Æthiopici cumini sex capetes. Capetis autem est chœnix Attica. Anetum siccum 30. minarum pondere. Seminis Apij. 4. capetes. Olei sesamini decem maries. Olei ex lacte quinque maries, ἐλαίου ἀπὸ ἀλίνθων μίνθων (lego ἀπὸ ὀλίνθων καὶ θερμίνθων) *olei ex grossis ficuum & terebintho* quinque maries. Olei Achantini quinque maries. Olei de Amygdalis dulcibus tres maries. Amygdalarum aridarum dulcium tres artabæ. vini quingentæ maries, quòd si Babylone aut Susis cenam faciant, dimidium vinum de palmis præbet, dimidium de vitibus. Lignorum ducenti currus. Materiæ centum plaustra. Per ξύλα stipites intelligo, & truncos arborum, aut ramos crassiores, per ὕλην fasces è ramis. fluentis mellis centum palathæ quadrangulæ, seu massæ. Vulteius legit, ῥέοντος fluentis. Cassaubonus ὡραίου. palathæ singulæ decem minas capiunt. Cùm in Media est, hæc præstat. Cnici seminis ad tres artabas, Croci duas minas ad libram. Hæc in cenam & prandium. Distribuit autem (διαδίδωσι in meo scripto melius, quàm in vulgato Cassauboni ἀνακλίσκει) τὴν διὰ δόσιν) triticeę farinæ

farinæ puræ quingentas artabas. Hordeaceæ farinæ puræ mille artabas, aliarúmque item A
mille artabas. Siliginis quingentas, alicæ ex auena 500. marias. Hordei iumenti vicies mille
artabas. Palearum mille plaustra. festucarum quinquies mille plaustra. olei sesamini 200.
marias, aceti centum marias. Nasturtij conscissi tenuis artabas 30. Hæc omnia dispertit
comitatui suo rex cum prandio cenáque, & iis quæ insumit largiendo, tantum impendit
quotidie. hunc cœnæ apparatum reliqui Macedones legentes, tanquam beatum admira-
bantur, Alexander verò tanquam infelicem & miserum deridebat. verba Græca subiiciam,
quæ mutila sunt in codice Casauboni apud Polyænum lib. 4. Strateg. p. 270. Ἀλέξανδρος ἐν
τοῖς ὄψοσιν βασιλείοις αὐέγνω τὸ βασίλιον ἄειστον, καὶ δεῖπνον ἐν κίονι χαλκῷ γεγραμμένον, ὅπερ καὶ οἱ
ἀλλοινόμοι δὲς ἔγραψε κῦρος, εἶχεν ἢ ἕτως. πυραμίνων ἀλφίτων τὸ κάρτα καθαρῶν ἑξακοσίας δραχμάς.
τὸ ἢ δεύτερον τεσσακοσίας, καὶ τὸ τέτταν τεσσακοσίας. τὸ σύμπαν τὸ κειθαινῶν ἀλφίτων χιλίας δρα-
χμάς. Cætera bene habent. In meo codice legitur vbi de silphio agitur, ὑπὲρ σιλφίου δύο B
μνᾶς. id est, succi silphij duæ minæ. melius quam in vulgato, σιλφίου. Xenophon lib. 8. ὅσα
ἢ ἐπιτεθείη, ταῦτα πάντα πλὴν οἷς αὐτὸς, καὶ συνδίπνοι ἦσαν, διεδίδε: *Quæcunque apposita*
essent in singulos diuidebat, exceptis iis quibus ipse & conuiuæ eius vterentur. lib. Esther. c. 1.
septem eunuchi mensæ regiæ ministrant. *Nemo mensæ regiæ particeps erat, nisi mater quæ supra*
regem accumbebat, vxor infra. Artoxerxes Ostaten, & Oxaten fratres mensæ adhibuit. Plu-
tarch. in Artoxer. τραπέζης ἢ τοῦ αὐτοῦ μηδενὸς μετέχοντος, ἀλλ' ἢ μητρὸς βασιλέως, ἢ γαμετῆς
γυναικὸς καθεζομένων, τὴν μὲν ὑπ' αὐτὸν, τὴν ἢ μητρὸς ὑπὲρ αὐτόν. Non videntur habuisse scis-
sores, & carptores, quia Ochus apud Ælianum lib. 2. var. c. 17. ipse cultro panes & carnes
scindit, τὰ μαχαιρίων τὰ καταχειμένων ἐν ἔλαιῳ. Apud Xenophontem lib. 8. παιδείας, quem
maximi facit, eum ad lævam Cyrus collocat, secundum dignitate ad dextram, quia sini-
stra ὀπισθοδυτέρα. C

Manus tergendi mos in conuiuijs.

Rex vbi panem attigisset, manum mantili non tergebat, si quid edulij sumeret terge-
bat, ait Xenophon lib. 7. nec immerito, *quia panis attactu manus non inquinatur*, carnis in-
quinatur. ὅταν μὲν τὰ ἄρτα ἅψηται εἰς ἐδὲν τῶν χαρᾶ ὀπτοφόρων. Luxum Persarum in conui-
uiis omnes carpunt. Æmil. Probus de Pausania, epulabatur more Persarum luxuriosius
quàm qui aderant ferre possent. Tachus Ægyptius vbi in Persidem se contulit, καὶ εἰς ἐκεί-
νων τρυφὴν ἐξέπεσε, *& in eorum delitias incidit*, cùm cibos concoquere non posset, mortuus
est, ait Ælian. lib. 5. c. 1.

Lotio ante prandium apud Persas.

Lauari Persam ante prandium scribit Xenoph. lib. 8. Psaltriæ & fidicinæ mensis regiis
accinebant, ait Athenæus lib. 12. εἰς δεῖπνον εἰσίεσαι πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν φάλλουσαι, καὶ ᾄδουσαι
γυναῖκες· ἔφαλλον δ' αὐταὶ, καὶ ἦδον ἐκείνῃ δειπνοιοῦτο. Plutarch. 6. sympos. & lib. 7. problem.
c. 4. lib. 3. παιδείας Xenoph. τῶν ὄψοσιν βασιλεῖς, φασὶν, οὐ μόνον φίλοις ἡγεμόσι σωματοφύλαξι ὀπο- D
πέμπειν ἀεὶ μαζίδας, ἀλλὰ καὶ τῶν τῶν ἁλῶν, καὶ τῶν τῶν κιωῶν ἀεὶ δεῖπνον ὅτι δὴ ἐκείνων περιέπεσθαι
τραπέζης. Idem scribit Xenophon lib. 8. instit. Cyri. Iosephus li. 10. c. 11. Nabuchodonosor
ἐχορήγει τὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης αὐτοῦ εἰς παῖδας. *dabat è mensa sua cibos* adolescentibus Iudæis, Da-
nieli, & aliis. Alexander Magnus apud Plutarchum, capto Darij tabernaculo, vt vidit,
crateras, lances, vrnas, pelues, alabastros, omnia ex auro egregiè laborata, μυρόλικα καὶ κρᾶσας, καὶ
πυέλους, καὶ ἀλαβάστρους, πάντα χρυσᾶ ἠσκημένα θαυμαστῶς. Domus efflabat odores aromatum, &
vnguentorum. ex eo loco ingressus est in tentorium altitudine, & magnitudine stupen-
dum, vidénsque *lectos, mensas, conuiuium, cetera ornatu miranda*, καὶ τὰ περὶ τὸν στρωμνὸν καὶ τρα-
πέζας, καὶ τὸ δεῖπνον αὐτοῦ, κόσμῳ θαύματος ἄξια διαβλέψας. Herodotus lib. 9. Pausaniam vi-
dentem Mardonij καταστολὴν, χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ καὶ βαπτίσμασι ποικίλοισι κατεσκευα-
σμένην, πελάσαι τὰς τε ἀρτοκόπους, καὶ τοὺς ὀψοποιοὺς, καὶ ταῦτα καθὼς μάρδονίῳ τὸ δεῖπνον κατα- E
σκευάζειν, *apparatum auro, & tapetibus, ac velis varijs instructum, iussisse panificis & coquis cenam in-*
struere qualem Mardonio.

Eulæi fluuij aquæ potio apud Parthos.

Parthos non alia aqua vsos quàm Eulæi fluuij ostendimus. quod & Plinius l. 6. c. 26.
ostendit, Susianen ab Elymaide disterminat amnis Eulæus ortus in Medis. circuit arcem
Susorum. reges non ex alio bibunt, & ob id in longinqua portant, & l. 31. c. 3. Parthorum
reges Choaspe, & Eulæo tantùm bibunt. Athen. l. 2. ὁ ὄψοσιν βασιλεὺς ὕδωρ ἀπὸ τοῦ χοάσπεος
πιεῖν ἄγει (lego λέγει) τοῦτο εἶναι σῶον ῥέοντος, τοῦτο δὲ μόνον πίνῃ ὁ βασιλεύς. *ea aqua coquebatur ad*
ignem, vt diutius integra seruaretur, & vasis argenteis in plaustris 4. rotarum ferebatur, quæ mulæ
traherent, regémque sequerentur. τοῦτο ἢ τι ἄλλο ὕδατος ἀπεψημένου πολλῇ κάρτα ἄμαξαι τετράκυκλοι
ἡμιόνοισι κομίζουσαι ἐν ἀργυρέοισιν ἕπονται.

Auream aquam quibus bibere permissum fuerit.

Ptolemæus Philadelphus Ægypti Rex Antiocho Syriæ Regi Berenicen filiam vxorem
dedit, & ad eam vt aqua Nili bibenda deferretur, sedulo curauit. ait Athen. l. 2. Eustath.

in l. Φ.

A in l.φ. Iliad.ex Athen.l.12 & 13. ὕδωρ χρυσοῦ interpretatur λιβάδας ἑβδομήκοντα, id est,auream aquam esse ait *guttas* 70.qua potione Rex,eiúsque maximus natu filius vsus est.si quis alius vteretur capite plectebatur. τὸ δ' ἀπὸ πέρσης χρυσοῦ καλούμενον ὕδωρ, ὅπῳ λιβάδες ἑβδομήκοντα, ὅπῳ δ' ἄλλος ἔπινεν ὅτι μὴ βασιλεύς, ἢ οἱ τῶν παίδων αὐτοῦ πρεσβύτατος. τὸν δ' ἄλλων εἴ τις πίη, θανάτῳ ἡ ζημία. αἱ δὲ χρύσεαι βασιλικαὶ λιβάδες πορθμεύεσιν εἰς σύγα τὰς ἀπὸ πίνοντας. ζητητέον δ' εἰ καὶ τὸ χαάσπιον ὕδωρ ὅπῳ ἔπινε τραπεζόμενος ὁ πρώτων βασιλεύς, γιαύτλῳ ὀπτημένε κῆρα ἐφήλκετο. Quærendum amplius,an qui è Choaspe bibissent,capite plecterentur.Idem author in lib.4. Odyss.ex Athen. ὅ τε νέηλυς ὁ ἐν τοῖς ἐκεῖ βασιλεῦσι μόνος ἔπινεν ὕδατος. ἀμφορεῖς τετράκυκλοι ἡμιόνους κομίζουσιν ἐν ἀγγείοις ἀργυρέοισι. ὕδωρ ἀπεψυγμένον ἀπὸ χαάσπεω ἐνόμιζον τῷ βασιλεῖ μόνῳ ἐκεῖθεν πίνοντι. ἀλλὰ καὶ τὸ χαλυβώνιον μόνον οἶνον ἔπινεν ἐν δαμάσκῳ τῆς συρίας ἠθυόμενον πρώτων αὐτόθι καταφυτευσάντων ἀμπέλους. ᾧ δέ, φασι, βασιλεῖ ἐξαίρετον καὶ τὸ ἀπ' αἰγύπτου ἅλας ἀμμωνιακὸν
B αὐτῷ πέμπεσθαι, καὶ μιλῷ καὶ τῷ ἐλαίῳ ἀκανθίνῳ χρῆσθαι μὴ λέγειν. & in l. ζ. Odyss. ἔλαιόν τι ἐγίνετο ἐξ ἀκάνθης. ἴσορεῖ κτησίας ἔλαιον γίνεσθαι ἀκάνθινον, ᾧ χρῆσθαι τὸν βασιλέα ὁ ἐν καρμανίᾳ ἐγίνετο.

Regi etiam magna ex Persicis iuglandibus olei vis accurabatur, ait Athen. l.2. Negat Athenæus in cibis regiis piperis, aut aceti mentionem fieri à Dinone & Ctesia: nos è Polyæno acetum posuimus. *Oleum ex Persicis iuglandibus Regibus paratum.*

Singulare item id regi fuit vt ex Ægypto ad eum sal Ammoniacum mitteretur,post balneum oleo vteretur è spinis. Polyænus l.4.ad hunc vsum in singulos dies 5.Marias impendi olei è spinis ait 600. auiculæ in mensam regis cottidie inferebantur, inter quas non vltimum locum tenuit rynthace, de qua Plut. in Artox. γίνεται δὲ μικρὸν ἐν πέρσαις ὀρνίθιον ᾧ περιθώμαται δὲν δεῖ, ἀλλ' ὅλον ἀφέλεον πιμελῆς τὰ ἔντος, ἢ καὶ νομίζουσι αὐτῷ καὶ δρόσῳ τρέφεσθαι τὸ ζῷον, *Auicula est in Persis cui nullum excrementum, nihil superfluum, quare & eam vento &*
C *rore pasci putant.* Parisatis cultello altera parte venenato secans in frusta carnes huius auiculæ,partem venenatam iis carnibus admouit quæ appositæ erant Statiræ Artoxerxis vxori, quarum esu illa paulo post de vita decessit,vt Plutarchus in Artoxerxe. Hic tibi quid alias regis mensæ lautitias numerem, cùm eius gulæ totus penè terrarum orbis seruierit. Xenophon in Agesil. τῷ μὲν γὰρ πέρσῃ πᾶσαν γῆν περιέρχεσθαι μαστεύοντες τί αὖ ἡδέως πίοι, μυεῖοι ἢ τιγρῶνιαί τι αὖ ἡδέως φάγοι, ὅπως γε μὴ καταδάρθοι δεῖ αὖ ἕπου τις ὅσα πραγματεύσεται. *Amomiacum sal, & oleum è spinis.*

Theopompus author, quotiescunque Rex regnum lustrat, vrbes quas obit in singula prandia 20.talenta expendere, interdum 30. vel 40. Singulis ciuitatibus iam olim in cænam regis maiores aut minores sumptus pro earum opibus, veluti quædam tributa, sunt constituti. omnes autem famuli, *& administri mensæ non nisi purè loti ministerium attingunt, vestes nitidas habentes, & dimidiatum diem in delitijs ciborum accurandis ponunt*, ait Heraclides
D Cumæus. καὶ οἱ θεράποντες, φησι, τὰς πρώτων (lego οἱ περὶ τὰς πρώτων) βασιλεῖς δειπνοῦντες ἅπαντες λελουμένοι ἐσθῆτας καλὰς ἔχοντες, & ἡμιτελέσαι χρόνον τὸ ἥμισυ τῆς ἡμέρας περὶ τὸ δεῖπνον. Conuiuarum autem regis alij foris prandent, qui omnium oculis expositi sunt, alij cum rege in cœnaculo interiori. sed ne hi quidem cum rege simul cibum capiunt. duo enim sunt cubicula aduersa, quorum in altero Rex ientaculum sumit, in altero conuiuæ eius, eósque Rex per ianuæ velum intuetur (hic mihi nota vela iam tum, vt apud imperatores pro ianuis fuisse) regem illi non vident. Nonnunquam si festus dies agitur, omnes in eodem conclaui maiorum ædium prandent, in quo rex consueuit. *Vrbes quas reges obibat quātis sumptibus parare conuiuia soliti.*

Cum autem rex compotationem vsurpat, quam plærumque vsurpat, vt plurimum ei 12. combibones ad sunt,cúmque largiter comederint, Rex quidem apud se solus, & conuiuæ seorsim, vocat vnus aliquis ex Eunuchis regios compotores, iique cùm venerint,
E apud regem bibunt, non tamen eodem vino vtuntur. & quidem illi humi sedentes, rex in lectulo pede aureo suffulto accumbens,& vino supra quàm credibile est madidi decedunt. ferè rex solus ientatur,& prandet.interdum vxor eius prandij socia est, & è filiis nonnulli. interim temporis pellices accinunt edenti, psallúntque. & quidem vna cantum orditur, aliæ conferta voce canunt. *Compotationes à regibus vsurpatæ.*

Regium prandium cæterorum principum in Perside consuetudini respondet.sunt enim regi mille victimæ in dies singulos conscissæ. in eo numero sunt equi, cameli boues,asini, cerui, oues, multæ gallinæ, volucréque & passeres Arabici, quod animal ingens est,& anseres, & gallinacei. ex iis modica quædam apponuntur cuique ex regiis conuiuis, & quisque ex iis aufert quæ in ientaculo fuerint relicta:maxima pars harum victimarum ac ciborum in aulam ad eos defertur, quos rex alit stipatores & peltastas, carniúmque & panum in eadem aula portiones æquas efficientes in singulos diuidunt.ait Athen.l.4. ὅ ἰδὲν ἅπαντα μειδᾶς ποιήσαντας (lego ὅ ἰδὲν ὃν ἅπαντα καὶ μειδᾶς, vel ὅ ἰδὲν ἅπαντα καὶ μειδᾶς,) id est, *Victimæ quot in die regi pro prædio consciſſæ.*

vt rex omnia videat, vel *quo loco omnia videri simul possunt*. Quemadmodum autem in Græcia militibus mercede conductis pecuniæ numerantur, sic & isti victum in rationibus deducendum accipiunt. quod & à cæteris in Persidе viris obseruatur, vt in eorum mensam totius familiæ cibi inferantur. A

Reliquiæ mensarũ regiarum quibus diuidi solitæ.

Vbi autem conuiuæ pransi fuerint, ex iis quæ in mensa supersunt (relinquuntur enim plurimæ carnes atque panes) *qui mensæ præpositus est* (lego ὁπιμελούμενος non ὁπιπολούμενος) diuidit singulis è familia qui sic in dies aluntur. ad regem enim honoratissimi tantum eunt ex conuiuis ad ientaculum. quod ne bis faciant eodem die excusantur. sed & ipsi conuiuas excipiunt ait Athen. Qui Xerxi è Græcis epulum dederunt, bonis pene omnibus euersi sunt, vt Herodot. l. 7. Nam & Thasij cum Epiri totius vice exercitum Xerxis excepissent, Antipater vnus è ciuibus talenta 400. insumpsit. vasa quippe aurea, & argentea, craterésque à prandio ponebantur. quod si bis in vrbibus Xerxes ientaculum sibi parari voluisset, indubiè fortunis omnibus exhaustæ essent. *Rex igitur Persarum cum quindecim conuiuarum millibus conuiuium agitabat, & in eius prandium* 400. *talenta insumebantur, quæ reficiunt Italicæ pecuniæ ducentas quadraginta myriadas: Italicam pecuniam, nummos sestertios intelligit. qui si diuidantur in* 15. *millia hominum, in sumptum quisque accipiet* 160. *nummos sestertios, quæ sumptuum ratio cum Alexandri conuiuio conspirat, qui diebus singulis in* 60. *conuiuas centum minas impendebat*, ait Athen. lib. 4. cuius verba Græca, ne ratio te fugiat, subiungam. ὁ γὰρ ἓξῶν βασιλεὺς, ὥς φησι κτησίας, ἐδείπνει μετ' ἀνδρῶν μυρίων πεντακισχιλίων, καὶ ἀνηλίσκετο εἰς τὸ δεῖπνον τάλαντα τετρακόσια. γίνεται δὲ ταῦτα ἰταλικῆ νομίσματι ἐν μυριάσι δέκα τετρακοσίαις τεσσαράκοντα. ἀναλοῦται δὲ εἰς μυρίους πεντακισχιλίους μεριζόμενα ἑκάστῳ ἀνδρὶ γίνου ἀνὰ ἑκατὸν ἑξήκοντα ἰταλικῆ νομίσματι. ὡς εἰς ἴσον καθίστασθαι τῷ ἐπ' ἀλεξάνδρου ἀναλώματι. ἑκατὸν γὰρ μνᾶς ἀνηλίσκετο τὸ ἡμέρας δειπνουμένων ἴσως ἑξήκοντα, ἢ ἑβδομήκοντα φίλων. B C

Ientaculo regis quinã adhiberi soliti.

Regi igitur fuit ientaculum, ad quod ij modò adhibiti, qui in intimam amicitiam admissi erant, quique consanguinei dicebantur, & συγγενεῖς. *Timagoras Cretensis* vir dictiosus, & facetus, dictis & salibus id assecutus est, *vt hoc ientaculo dignus haberetur, qui honos homini Græco nec vnquam antea habitus erat, nec post vllo tempore habitus est. Consanguineis enim Regis veluti proprium ac peculiare ius id erat.* Athen. lib. 2. ὅπερ τὸ συγγενικὸν ἄθλον ἔφθη ξέρξης κρὴς ὁ τιμαγόρας ἐπικαλεῖται τὸν βασιλέα ψυχαγωγήσων, ὅπερ οὐδενὶ πρότερον ἑλλήνων ἐγένετο, ἀλλ' οὐδ' ὕστερον. ἀεὶ γὰρ ἡ τιμὴ τοῖς συγγενέσι διεφυλάττετο.

Seruorũ & canũ prandium à regibus constitutum.

Vide num tibi Regis illa magnificentia probetur, quam supra posuit Athenæus, qui non amicis modò ducibus, & stipatoribus particulas è prandio suo transmittebat, sed etiam in mensa sua seruorum canúmque prandium constitui vellet, non alia meo iudicio causa quàm vt isti omnes regiis sumptibus, atque adeò mensa se regia ali cognoscerent. eius rei luculentum est exemplum apud Xenoph. l. 1. instit. Cyri. in Astyage. D

Coronæ à regibus ad amicos transmissæ.

Verùm & coronas è mensa suas ad amicos transmittebant, epulásque caris suis vel in aula regia vel alibi locorum struebant. Pluth. in Artox. ὃς αὐτάλκιδαν λάκωνα ὑπερηγάπησεν εἰς πέρσας ἀναβάντα, καί ποτε λαβὼν ἕνα τῶν αὐθινῶν στεφάνων καὶ βάψας εἰς μῦρον τὸ πολυτελέστατον ἀπὸ δείπνου ἔπεμψε τῷ αὐταλκίδᾳ, καὶ πάντες ἐθαύμασαν τὴν φιλοφροσύνην. *Artoxerxes Antalcidem Laconem amabat, ad quem misit coronam è floribus vnguento pretioso tinctam.* Timagoram Athenienſem Artoxerxes, à quo per literas de rebus grauioribus admonitus erat, decies mille daricis donauit, cúmque lacte valetudo eius curanda esset, 8. boues, quæ mulgerentur, ad eum misit hoc amplius lectum, stragulam vestem, & famulos qui lectum sternerent, lecticariósque seruos, à quibus cùm deterius ei factum esset, ad mare deferretur. παρόντι δὲ δεῖπνον ἐπίμετρον λαμπρότατον. ὥστε καὶ τὸν ἀδελφὸν ξέρξου βασιλέως ὀτάνην, ὦ τιμαγόρα, φασὶ, μέμνησο ταύτης τῆς τραπέζης, ἐγὼ γὰρ ὑπὲρ σωτηρίας ὅτου σοι κεκοσμημένην παρέχει. E ait ibidem Plut. Rex amicos alios ad cenam adhibuit, quos Xenoph. l. 1. expedit. Cyri φίλους καὶ συντραπέζους vocat. Herod. l. 3. Democeres medicus ad Darij quem curarat mensam vocatus est l. 5. Hystiæum se ὁμοτράπεζον habiturum ostendit.

Nuptiarum & nataliũ regum celebratio.

Cùm autem regum prandia lauta semper essent, tum verò cùm natales regum, aut nuptiæ celebrarentur, delitiæ omnes in promptu erant. & quidem natalis eius quotannis exhibebatur, accedebátque regium epulum lautitiis omnibus refertum, quod Persicè dicitur τυκτά. Eo tantum tempore rex caput pectit, ac ornat, & in Persas largitione vtitur, qua die donum si petitur, quicunq; tandem ille sit qui petat, aut vnde vnde petatur negari non potest, quod ea die qua natalis regis agitur, excidere aliquem petitione nefas sit. Herodot. lib. 9. φυλάξασα δὲ τὸν ἄνδρα τὸν ἑαυτῆς ξέρξεω βασιλήϊον δεῖπνον παρεσκεύασμενον (τὸν δὲ τὸ δεῖπνον παρασκευάζει) ἅπαξ ἐνιαυτῷ ἡμέρῃ τῇ γενέτῃ βασιλεὺς. νόμῳ δὲ τῷ δείπνῳ χρέωνται μοῦνα τυκτά, καὶ δὲ τὰ ἑλλήνων

ἑλλήνων

A ἑλλιῶν γλώσσῶν τέλεον. ὅτε ἡ τῷ κεφαλῇ σμᾶται μοῦσον βασιλεῦς, ἡ πέρσαις δωρεῖ). hunc diem obseruans Amestris vt sibi Masistæ vxorem muneri daret. ὁ ξέρξης ἀπὸ δὲ νόμε ἀξεργόμενον, ὅτι ἀτυχῆσαι τ χρήσασθαι δ σφὶ δωσατὸν ὃς βασιλεὺς δεῖπνε καταυδύ. Xerxes lege prohibitus negare quod petitur, annuit quod Amestris petebat.

Conuiuij Artaxerxis qui dicitur Assuerus magnificentia bellè describitur à Iosepho l.15. c.6.& l.Esther c.1. ἀρταξέρξης ἐν σέσοις τῇ πόλῃ δοχὴν ἐποίησε τοῖς φίλοις ἡ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι, ἡ τ ὡρσῶν, ἡ μήδων ἐνδόξοις, ἡ τοῖς ἄρχεσι τ σατραπῶν. ὅτε ἡ ἀνεπληρώθησαν αἱ ἡμέραι δ γάμε ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς ποτὸν ἅπι ἡμέρας ἓξ ἐν αὐλῇ τ οἴκε δ βασιλέως κεκοσμημένῃ βυσσίνοις ἡ καρπασίνοις τεταμένοις ἅπι χοινίοις βυσσίνοις ἡ πορφυροῖς ἅπι κύκλοις χρυσοῖς ἡ ἀργυροῖς. Et Darius l.3.Esdræ c.3 Præsidibus & Præfectis Mediæ & Persidis cenam dedit. Vbi animaduertes hîc poni duo conuiuia, quorum alterum ob nuptias regis principibus viris, alterum gentibus B omnibus datum per 6.dies, quæcunque Susis repertæ sunt pro fælicitate imperij. Domus regiæ aula byssinis & lineis velis exornata est, quæ super funiculis byssinis aut purpureis tenderentur in taxillis aureis, & argenteis, in columnis Pariis, & lapideis. Lectuli aurei & argentei super pauimento smaragdini lapidis, & Pinnini, & Parij, stragulæque ac thoralia perlucida variè floribus ornata. ἐ μὴ τ δεῖξαι αὐτοῖς τ πλοῦτον τ βασιλείας αὐτε ἐν ἡμέραις ἑκατὸν ὀγδοήκοντα: *Et cùm eis opes suas per* 180. *dies ostentasset. è quibus verbis apparet* 180. *diebus* epulum nuptiarum datum esse. ἡ στρωμναὶ δ᾽ φανεῖς ποικίλως δίλωθισμέναι, κύκλῳ ῥόδα πεπασμένα. ποτήρια χρυσᾶ, ἡ ἀργυρᾶ ἐ αὐθεμάτινον κυλίκιον σφηκάμωμον ἀπὸ ταλάντων τεσσαρείων, *Stragulæ pellucidæ variè distinctæ, in ambitum rosa sparsæ, paruus calix è carbunculo emptus* 30.*talentorum millibus.* Vides triclinia iam tum in conuiuiis adhibita esse, & in lectulis conuiuas accubuisse.

Alexander Dario victo suas & 90. sociorum nuptias celebrauit, totidémque thalamos C instruxit. locus autem in quo accumbebant centum habebat lectos, quorum vnusquisque argenteis pedibus nitebatur, ipsius verò Alexandri aureis. & omneis purpureis stragulis erant ornati, variáque veste texturæ barbaricæ pretiosæ. Recepit etiam in conuiuium peculiares quosdam hospites suos, quos sibi è regione accumbere iussit. in aula verò conuiuia agitabant copiæ pedestres, & nauales, equites, legationes, & peregrini Græci. ἡ ἐγένετο τὰ δεῖπνα σφοσαλπισά, τ μὲ συγκλητικὸν μέλῳ ᾄδον, ὅτε ἀυτὲς ἐχέλυ παιέναι ἅπι τὼ δαῖτα, τὸ ἡ ἀναγκλητικὸν ὅτε ἐσήμαινον ἀπαλλάσσεσθαι. id est, *& fiebant prandia ad tubas, quarum aliæ cogebant conuiuas, aliæ receptui canebant.* quinque totos dies epulas nuptiales sacrificio celebrauit. aduenerunt etiam musici & histriones tam comici quàm tragici permulti. aderant etiam circulatores mirifici ex India, quod genus reliquis ferè cæterarum nationum præstare videbatur. Quòd autem ait in aula copias pedestres & equestres conuiuia agitasse, noli pu- D tare aulam dici cubiculum aliquod marmoribus aut lapidibus structum, sed spatium aliquod in arce regia, amplissimum, velis sericis & byssinis tectum quomodo gentibus omnibus quæ Susa confluxerant epulum præbuisse dicitur Artoxerxes apud Ioseph. l.11. c.6. σκιώωμα πηξάμενον ἐκ χρυσέων ἡ ἀργυρέων κιόνων ὕφη λίνεα ἡ πορφύρεα κατ᾽ αὐτῶν διεπέτασεν, ὥσε πολλὰς μυριάδας καταπλίνεσθαι. δικαιοῦτο ἡ ἐκπώμασι χρυσέοις ἡ τοῖς διὰ λίθε πολυτελᾶς εἰς τέρψιν ἅμα ἡ θέαν πεποιημένοις, *Tabernaculo defixo ex aureis & argenteis columellis quas velis lineis & purpureis prætexuit.* neque tamen regibus singulare fuit vt natalis & nuptiarum dies conuiuiis celebrarent. illa enim duo tempora Persis omnibus fuere quibus se largius inuitarent. Herodot. lib.1. ἡμέρᾳ ἡ ἀπασέων μάλιστα ἐκείνῃ τιμᾶν νομίζεσι τῇ ἐκάσ ἐγένετο. ἐν ταύτῃ ἡ πλέω δαῖτα τ ἄλλων δικαιέσι παρατίθεσθαι, ἐν τῇ οἱ δύδαίμονες αὐτῶν βοῦ, ἡ κάμηλον, ἡ ὄνον παρατίθεσι ὅλας ὀπτὰς ἐν καμίνοισι. οἱ ἡ πένητες αὐτέων τὰ λεπτὰ τ προβάτων E παρατίθεσι. *Natali suo bouem, equum, camelum, asinum, proponunt in mensa totos assos in caminis. pauperes oues & agnos.* Huc pertinet iocus Aristoph. apud Demetr. Phaler. ἅπι δ᾽ ἀπλησίας τ ὠρσῶν φησὶν ἀριστοφάνης ὅτι ὥσπερ βᾶς κεκαυκίτας αὐτὶ ἄρτων, *in auiditatem Persarum, ait Aristophanes eos boues assos in furno posuisse.*

Rarum fuit in epulis regiis vt rex alteri præbiberet, cui si tantum honoris à rege contigisset, is verò præclarè secũ agi putabat. Agath. l.2. Vraniũ philosophum ineptum Chosroës tanti fecit, vt rex ipse prior paterã huic delibaret, quod vtiq; nondum in alios factitasset. ad regiam mẽsam adhibitis libenter iniurię si quæ à rege factæ essent, ferendæ erant. Harpagus filij carnes vorauit, & gratias egit, Herodot. l.1. Imo verò tantum aberat vt amicis suis præbiberet, vt eorum patientia inter vina indignissimè abuteretur. Amicus enim regis vnus aliquis è purpuratis illis dicebatur, ait Athen. l.4. is humi cubãs rege in eminenti lecto accumbente ossa canis more, carnésque de mensa missas arrodebat, leuíque sæpe de caussa fustuario ad regis delitias tundebatur, sic vt sanguine fluẽte regi quasi benemerito gratias ageret.

Artaxerxis cõuiuij magnificentia.

Nuptiæ ab Alexandro, Dario victo, celebratæ.

Præbibere reges in regijs epulis quibus solit.

Bibēdi necessitas ablata.

Sed vt multa in regiis epulis fœda & indigna fuerint, illud certè quauis laude maius A
est, quod apud eos vt in Græcia, totáque pene Asia conuiuis bibendi necessitas non afferretur, sed quisque sitim ad arbitrium satiaret. qui largius bibere vellet, fuit integrum, qui parcius, nemo vim attulit, illo Romanorum legis Septimiæ magisterio. Huius rei documento verba ponam è manuscriptis bibliothecæ Regiæ chronicis quæ sic habent. cùm Artaxerxes suos omnes conuiuio excepisset, ἔπινον χρυσοῖς καὶ ἀργυρέοις ἐκπώμασι, καθόσον αἰρεῖτο ἕκαστος. ἐ γὰρ ὄξι ὥσπερ τοῖς πέρσαις νόμιμον τὸ βιάζεσθαί τινα πολλὰ ἐμφορεῖσθαι ἄκρατον. Contra docet Iosephus l. 11. c. 6. morem hunc in Persis tenuisse, vt bibendi necessitas imponeretur, quam lege lata sustulit Artaxerxes illo celebri conuiuio suo. προσέταξε γὰρ καὶ τοῖς ἀρχόντοις μὴ βιάζεσθαι πίνειν τὸ ποτὸν αὐτοῖς συνεχῶς προσφέροντας, ὡς καὶ ὥσπερ πέρσαις γίνεσθαι, ἀλλ' ὁπότε βούλοιτο καὶ ὅσος ὁ βέλεσθαι τὸ κατακειμένων ἕκαστος φιλοφρονεῖσθαι. Idem è l. Esther discas c. 1. sic enim habet lectio vulgata, Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum. sed sicut rex sta- B
tuerat præponens mensis singulos de principibus suis, vt sumeret vnusquisque quod vellet. obscurius paulo 70. interpretes. ὁ γὰρ νόμος ἐ καθεστήκει πρότερον νόμον ἐγίνετο. ὅτου γὰρ ἠθέλησεν ὁ βασιλεύς, καὶ ἐπέταξε τοῖς οἰκονόμοις ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ τὰ ἀνθρώπων: vbi πρότερον νόμον interpretor Persarum consuetudinem qui bibaciissimi fuerunt. erat enim moris non tantùm in aula regia, sed & in mensa Persarum omnium, vt bene & lautè cenati biberent more Persico. Ælian. l. 12. c. 1. ὡς γὰρ ἦλθε τὸ πρῶτον πρὸς κῦρον ἡ ἀσπασία ἔτυχε μὲν ἀπὸ δείπνου ὤν, καὶ πίνειν ἔμελλε καὶ τὸ τρόπον τὸ πρωτόνου· μὴ γὰρ τὸ ἐμπλησθῆναι τροφῆς οἱ πέρσαι τοῦ τε οἴνου καὶ τῶν προπόσεσιν δὲ μάλα ἀσχολάζουσιν οἱονεὶ πρὸς τὸ ποτὸν ὡς πρὸς ἀντίπαλον διαδυόμενοι. *vt primum venit ad Cyrum Aspasia prandio iam confecto cùm more Persico bibiturus esset. Pleni enim cibo Persæ vino maximè indulgent, quasi nudantes se vt cum vino velut aduersario luctentur.*

Puellæ ad regem post largum meru adductæ.

Cùm largius bibissent, & mero incaluissent animi, in medium puellæ ad regem addu- C
cebantur, vt conceptum in eas libidinis ardorem profunderet. μεσοῦντος οὖν τοῦ πότου τέσσαρες παρθένοι ὥσφραντοι τοῦ κύρου ἑλληνικὴν. ἦν δὲ καὶ ἡ φωκαΐς ἀσπασία. ἦσαν δὲ κάλλιστα διεσκευασμέναι. nam tres reliquæ à familiaribus mulieribus quæ vnà cum ipsis ascenderant crinibus erant comtæ, & faciem fuco ac pigmentis commendarant. ἦσαν δὲ καὶ ὑπὸ τῶν τροφέων διδασκάλοις ὅπως τε ὑποδραμεῖν χρὴ τὸν κῦρον, id est, *& ab eunuchis earum alumnis & institutoribus doctæ erant* (ita verte τροφέας, non vt interpres nutrices) *quomodo Cyro se summittere deberent*, quomodo abblandiri & accedentem non auersari, neque si tangeret ægrè ferre, & osculum admittere eas oporteret. Aspasia ῥαπτὸν ὂσα πρὸς ἀνάγκην ἐνέδυ πέπλον καλλωπίσασθαι καὶ εἶπε τοῖς ὑπασπίσμασι, *alapis coacta est exquisitum illum corporis cultum sumere*, iussisque acquiescere eunuchorum.

Reginæ ad conuiuia regum appellatæ.

Subiungam regiis istis conuiuiis, & de reginis paucula, regúmque vxoribus quæ regis D
nonnunquam aliisque regi caris conuiuium denuntiarunt, vt est apud Iosephum lib. 11. c. 6. qui regem cum Amano in reginæ thalamo docet epulo exceptum. idem ait Artoxerxis vxorem eam cui nuntium ille ob contumaciam remisit fœminis epulas adornasse, sicut & vir eius viris. Vasti nomen ei fuit. quod & in l. Esther c. 1. proditum est. vbi in dubium vocari potest an moris fuerit in Persis vt honestæ matronæ in conuiuium virorum venirent. Omnino receptum fuit vt concubinæ interessent, quas & rege cenante in numerum cecinisse supra ostendimus. imò solemne fuit vt legitimæ coniuges ad epulas cum viris vocarentur. Herodot. l. 5. Cum Amyntas Macedonum Rex Persis legatis epulum daret vbi vino incaluerunt regi dixerunt ἡμῖν νόμος ἐστὶ τοῖς πέρσῃσι ἐπεὰν δεῖπνον προτιθώμεθα μέγα, τότε καὶ τὰς παλλακὰς, καὶ τὰς κυρίας γυναῖκας εἰσάγεσθαι παρέδρους: *Nobis moris est Persis cùm epulum damus dapsile, tunc pellices & vxores vt inducamus accubituras.* Sed mihi mentiri apud E
Herodotum Persæ videntur, quòd vxores legitimæ vel nunquam, vel rarò in hominum cœtum venirent. Id è sacris literis perspicuum est l. Esther c. 1. & Macrob. l. 7. c. 1. Parthi in conuiuium ducunt concubinas, non vxores quæ domi manent. discedit tamen à Macrobio Iustin. l. 7. qui pignus esse, & fœdus hospitij indicat apud Persas, si filij & vxores in conuiuium cum hospitibus adhibentur. Equidem ita statuo in priuatis quidem & domesticis conuiuiis inter amicos & hospites non concubinas modò, sed & vxores adfuisse; in publicis verò & solemnibus inter exteros & ignotos, pellices interdum adhibitas, non autem vxores.

Pellicum in cōuiuijs pudor & modestia.

Ea tamen moderatio & disciplina inter pellices erat, vt pudoris & modestiæ ratio haberetur. neque enim conuiuæ vagis oculis & natatilibus in hanc & illam partem variè ferebantur, sed capite prono terram spectantes accumbebant. erant enim in aulis principum eunuchi, quorum id negotij esset, vt si quis è conuiuis licentius vnam aliquam è pellicibus

spectaret,

A vſus per ſe in imperio ſine auctoritate ſenatus perſeuerauit. Dio, μελλόντων ἢ τὸ δέκα ἐτῶν τῆς ἀρχῆς αὐτῷ φιλοτιμεῖσθαι μὴ ἐς τὴν ἀπάλειψιν αὐτῆς δόξαντος ἐδέξατο, καταπέμψαν αὐτῷ ὥσπερ ὁ αὔγουστος ἄρχειν: *Cùm decem anni abijſſet imperij, non equit ſenatus conſulto ad recipiendum illud. Neque enim petebat imperare interſcindens ipſum imperium vt Auguſtus.* Anno ab vrbe condita 777. *prima decennia* Tiberij Cæſaris *celebrata ſunt,* id eſt, ludi decennales, ἡ μὲν πρώτη πανήγυρις δεκαετὴς ἐποιήθη.

Gallienus decennia conuocatis patribus celebrauit nouo genere ludorum, noua ſpecie pomparum, narrante Trebel. exquiſito genere voluptatum. Iam primùm inter togatos patres & equeſtrem ordinem albatos milites, & omni populo præeunte, ſeruis etiam propè omnium, & mulieribus cum cereis facibus, & lampadibus præcedentibus capitolium petiit, &c. Octaua, nona, quinquennia interdum celebrata ſunt. Sidonius, *Decenniorũ celebritates.*

B *Sic luſtro imperij perennis acto*
Quinquennalia faſtibus dicentur.

Statius lib. 4. de Domitiano,

Sæpè coronatis iteres quinquennia luſtris,

Marcellinus comes, Theodoſius octaua, nona, quinquennia celebrauit. Theodoſius iunior decennalia. Non ſatis video, quî Theodoſius maior octaua & nona quinquennia celebrarit, cùm vix 30. annos ad imperij gubernacula ſederit. Auguſtus certè octaua quinquennia potuit agere, non alius, Conſtantinus magnus tricennia egit. Euſeb. lib. 4. de vita Conſtant. Conſtantinus ὁμώνυμον τοῦ πατρὸς θεσμὸν μεταλαχὼν τῆς τιμῆς ἀμφὶ τὴν τοῦ πατρὸς δεκαετηρίδα. ὁ μὲν κωνσταντῖνος ἀμφὶ τὴν εἰκοσαετηρικὴν πανήγυριν ἀνηγορεύθη. ὁ δὲ κώνστας

C ἀμφὶ τὴν τρίτην δεκάδα θεσπεσίῳ. τρισὶ παισὶν γονεὺς ἐφ' ἑκάστῃ τριετίδι δεκέτεις χρόνους εἰσποιήσας τὴν βασιλείαν τιμήσας: *Conſtantinus nomen patris ferens, primus honoris particeps factus, & primo decennio. Conſtantius vicennali celebritate, Conſtans tricennali. Tres filios tribus decennijs aſciuit ad imperium* Conſtantinus. Idem τεσσαρακονταετηρίδα vocat tricennia. ſcripſit orationem tricennalem, τὸν τεσσαρακονταετηρικὸν λόγον. Per eas celebritates conuiuia, ludi, largitiones, lætitiæ argumenta toto orbe edebantur, vt docet ibidem Euſebius lib. 1. cap. 1. ἀρτι μὲν τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ πανηγύρεων δεκάδων, δίτλων τε καὶ τρίτλων περιόδους ἐν ἑορτῶν ὑμνῳδίαις πανδήμῳ ἐπανηγύρισεν. τὸ καλλίνικον εἰκοσαετηρικοῖς ὕμνοις ἐγεραίρομεν. ἤδη δὲ καὶ τεσσαρακονταετηρικὰς αὐτοῦ λόγων πλέξαντες στεφάνους ἐν αὐτοῖς θεσπεσίοις τοῦ ἱεροῦ κεφαλοῦ ἀνεστέφομεν; *nuper quidem magno Imperatori decenniorum ſecundorum & tertiorum periodos, omnes in feſtiuitatum conuiuijs celebrabant. Victorem præconijs vicennalibus prædicabamus. Iam autem & tricennales illi coronas pleD ctentes in ipſo palatio caput ſacrum coronabamus.* ὅτε δὴ ἔχοντι δεκαετὴς αὐτῷ τὴν βασιλείας ἠύξητο χρόνος. ἐφ' ᾧ δὴ πανδήμους ἐπιτελῶν ἑορτὰς τῷ πάντων βασιλεῖ θεῷ εὐχαριστηρίους εὐχὰς ἀνεπέμπετο: *Cùm ita ſe haberet, decennium primum imperij exegerat. Cuius rei gratia publicas celebritates agens, grates, laudesq; Deo gratus agebat.* Item f. 138. p. 2. καὶ τὸν αὐτὸν δὴ αὐτῷ καὶ τὴν βασιλείας εἰκοσαετηρίδα ἐπλήρου χρόνος, ἐφ' ᾧ πανδήμοι μὲν ἤγοντο πανηγύρεις τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι. Eumenius Panegyr. Conſtant. & Mamert. Genethliaco Maximiani quinquennalia vocant. Vt exſpectationem ſermonis eius, quem tuis quinquennalibus præparaueram, hac gemina natalis prędicatione compenſem. Item, orationem reſeruo, vt quinquennio rurſus exacto quinquennalibus tuis dicam, quoniam quidem luſtris omnibus prædicandis communis oratio eſt.

Mors enim fuit, vt quinquennalibus, decennalibus, vicennalibus, & cæteris deinceps quinquenniis Panegyricæ orationes Imperatoribus & præſentibus & abſentibus haberen- *Panegyricæ orationes in quinquẽnalibus, decennalibus, &c. Imperatoribus habitæ.*

E tur. Panegyr. Nazarij, dicturus in cœtu gaudiorum exſultantium, & lætitiæ geſtientis, quam æmulationem ſolita beatiſſimorum Cæſarum quinquennia primo fecerunt. Iactat quippe ſe nunc, cùm maximè alacris ac beata deuotio. Quintum decimum annum maximus princeps ſalutaris imperij degit, ſed auguramur iam vicennalia. Quinquennalia beatiſſimorum Cæſarum occupatos in gaudiis habent, ſed in deſtinatis decenniis iam vota properantia, & ſpes volucres conſtiterunt. Non enim Auguſtorum modo quinquennia, verùm & Cæſarum celebrata, qui & ipſi beatiſſimi, & Auguſti dicti. P. Diaconus libr. 11. Conſtantinus magnus tricennalibus ſuis Dalmatium fratris ſui Dalmatij filium Cæſarem legit: In decennali ſuo Conſtantinus mag. Conſtantinum filium primum fecit habere principatum ſuper cuncta trans Alpes, ſecundum Conſtantium in vicennali ſuo in oriente conſtituit. Conſtantem verò juniorem in tricennalibus ſuis in Illyricum, Italiamque & Africam ordinauit. Lib. 14. Honorio cùm apud Rauennam tricennalia ſua perageret, præſentantur. Nazar. Panegyr. quid agimus vicenis aut iam tricenis annis, circumſcribendo

quæ æterna sentimus. Quinquenniis igitur feliciter inchoatis decennia Cæsarum nobilissimorum vltra posteros nostros extendenda. Euseb.lib.8. hist. eccles. cap. 13. ὁπότε καὶ οἱ μάλισα τῆς καθόλου κρατοῦντες ἀρχῆς δεκαετηρίδας, εἰκοσαετηρίδας ἐκπλήσαντες ἐν ἑορταῖς, καὶ πανηγύρεσι, φαιδροτάταις τε θαλείαις καὶ εὐφροσύναις: *Quando & Imperatores impletis decennijs ac vicennijs, in festiuitatibus, celebritatibus, & splendidissimis exsultationibus ac gaudijs.* A

Vincti principis edicto quinquēnali, decennali, &c. soluti.

Id temporis vincti edicto principis carceribus soluebantur, τῆς ἀρχικῆς εἰκοσαετηρίδος ἐπιστάσης κατὰ νομιζομένην δωρεὰν τοῦ ἐν τοῖς δεσμοῖς πανταχῇ πάντων ἐλευθερίας ἀνακηρυχθείσης, ait Eusebius Sozomenus lib.1.cap.25. ξυνηνέχθη κατ' αὐτὸν ἑορτὴν ἐπὶ εἰκοσαετηρίδα τῆς κωνσταντίνου βασιλείας. ἔθος δὲ ῥωμαίοις δημοτελῆ πανήγυριν ἄγειν καθ' ἑκάστην δεκάδα ἐτῶν τῆς κρατοῦντος ἀρχῆς. Mos Romanis publicam agere celebritatem decennio quoque imperij Augusti. Honorius Romæ vicennalia dedit. Theodosius tricennalia egit. Apud Eusebium lib. 8. hist. ecclesiast. δεκαετηρίδας, καὶ εἰκοσαετηρίδας ἐκπλήσαντες ἐν ἑορταῖς. Diocletianus & Galerius *decennia, & vicennia in celebritatibus cùm explessent.* Porphyrius Panegyr. ad Constantinum, B

Sancte pater, rector superum, vicennia læta
Augusto, decies crescant solemnia natis.

Nazarius Panegyr. Quinquennia, decennia, vicennia ponit.

Munera à senatu Imperatoribus decennali quoque missa.

Moris autem fuit, vt senatus decennalibus munera Imperatoribus offerret, trecentas, quadringentas, sexcentas interdum auri libras. Symmachus lib.10. ep.26. Nam diuis parentibus tuis ob decennium singulis minor summa decreta est. Etiam D. frater mansuetudinis vestræ, cùm tertium lustrum æui imperialis exigeret, parciore munificentia honoratus asseritur. Nunc in amorem tuum studia nostra creuerunt. Nam mille sexcentas auri libras decennalibus imperij tui fastis deuotus ordo promisit vrbanis ponderibus conferendas, id est, trutinæ largioris examine. C

Ludi quinquennalibus dati.

Quinquennalibus item Panegyricæ orationes habitæ, ludi dati & Athletæ, vt Mamertinus in Panegyrico. Trebellius in Salonino decennalia commemorat.

CAPVT II.

De Natalibus Imperatorum & imperij.

Natales varij imperatorum.



VARII Natales fuere, Natalis Imperatoris, quo ipse in lucem editus, Natalis imperij, quo Imperator renuntiatus, Natalis Romæ, quo Roma condita, Natalis Adoptionis, Natalis nauigationis. Denique dies omnes propter aliquam lætitiam insignem sibi solemnes Antiqui natales appellarunt. Apud Plautum Hegio cùm filium suum captiuum aduenisse rescisset, dixit, iterum natus videor. D

Natales sanctorū & martyrum.

In Martyrologio Rom. Natalis ordinationis Ambrosij. S. Ambrosius ep. 5. Natalis Felicis Comensis quo summus Pontifex factus erat. Natales martyrum quo martyrium obierant apud S. Ambros. serm. 70. Natalem cuiusque diem cultum olim fuisse protritum est, & eum honorem non modò viuis habitum, verùm & mortuis, vt eorum Natales sacrificiis, epulis, munusculis colerentur. Martialis lib.8.e.38.

Qui solemnibus anxius sepulti
Nomen non sinis interire Blæsi, E
Ad Natalitium diem colendum
Scribarum memori, piæque turbæ
Quod donas facis ipse Blæsianum.

Idem lib. 8. e. 63.

Vt poscas Clyte munus, exigasque,
Vno nasceris octies in anno,
Et solas puto tresue, quatuórue
Non natalitias habes Kalendas.

Libr. 10. ep. 85.

Linguis omnibus, & fauete linguis,

Natalem

A ſpectaret, arcum intentum manu tenentes errantes illos oculos, & vetita ſtudioſius ſectantes traiicerent. Lucian. ἐπὶ μισθῷ. δεῖ ὥσπερ ἐν τοῖς πρεσικοῖς δείπνοις κάτω νεύοντα κατακεῖσθαι, δεδιότα μήτις εὐνοῦχος σε ἴδῃ προσβλέψαντα μιᾷ τῶν παλλακίδων. ἐπεὶ ἄλλος γ' εὐνοῦχος ἐντεταμένον πάλαι τὸν τόξον ἔχων ἃ μὴ θέμις ὁρῶντα διαπείρει.

Vt autem pellices in Perſide Modeſtiæ, pudoriq́ue ſtudent, ita matronæ alioqui honeſtæ Babylone inter epulas ad libidinem proiectæ ſunt. Curtius l. 5. Babylonij maximè in vinum, quæq́ue ſequuntur ebrietatem effuſi ſunt. fœminarum, conuiuia ineuntium in principio modeſtus eſt habitus. deinde ſumma quæq́ue amicula exuunt, paulatímque pudorem prophanant, ad vltimum opus ima corporum velamenta proiiciunt, nec matronarum hoc dedecus eſt, ſed maritorum, virorúmque, apud quos comitas habetur vulgati corporis vilitas. Babyloniis fæminis Perſicæ pellices non multo pudentiores

Babyloniarum matronarũ in conuiuijs impudentia & libido.

B ſunt, quoties impunè libidini indulgere licet, ſi fides Ambroſio eſt, quæ ſedeant inter vina in hominum dorſo, aut pectore, eorúmque patientia intemperanter abutantur, libro de Helia c. 15.

IVLII CÆSARIS

BVLENGERI DE IMPERATORE ROMANO,

LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

De Decennijs & Vicennijs.

Decenniorũ institutio.

AVGVSTVS imperio principis nomine ad decem annos accepto de A
restituenda republica decennio exacto cogitauit, sed à senatu Pop. Q.R. imperium ei ad decem iterum annos, & denuò vsque ad exitum vitæ prorogatum est. Quare decennia celebrata, vicennia, tricennia pro numero annorum quibus & ipse, & alij in imperio fuissent. Dio, εἰς δέκα ἔτη τὴν ἀρχὴν τῶν δοθέντων οἱ ὑπάτευσαν. τοτὲ γὰρ χρόνῳ πρότερον ἀνεώσαντο, *renouabat imperium decimo quoque anno.* Zonaras exacto decennio quinque annos, & iterum, tertio, quarto, quinque ad finem vsque vitæ semper adiectos ait. Dio, οἱ αὐτοκράτορες εἰς πάντα καθάπαξ τὸν βίον ἀποδειχθέντες, ὅμως ἀπὸ τῶν δέκα ἀεὶ ἐτῶν ἐώρτασαν, ὡς ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν αὖθις τότε ἀνανεούμενοι: *Imperatores cùm semel in perpetuum renuntiati essent, tamen decennia celebrabant, quasi tunc temporis imperium denuò renouarent.* Idem, τὴν πρόσταξιν τῶν κοινῶν τῶν δεκέτιν ἄκων ἤδη αὖγουστος ἔλαβε, ἐπὶ συμβάλλας ὑπὸ τοῦ γήρως B
εἴκοσιν ἐτησίους ἠτήσατο. πρότερον γὰρ κατ' ἐκείνων, πέντε ἐπὶ δέκα πρόσπιθεν, *Augustus ætate affecta Reipublicæ administrationem decennem à ciuibus accepit, & annuos consiliarios 20. petijt.* Priùs enim semestri quoque quindecim sibi sumebat. μεθ' ἣν ταῦτα τὴν ἡγεμονίαν καθάπερ ἀφεὶς ὡς ἔλεγεν, ἐπειδὰν τὰ δέκα ἔτη τὰ δεύτερα ἐξελήλυθει ἄκων δήθεν αὖθις ὑπέστη. πληρωθείσης δὲ οἱ καὶ τρίτης δεκαετίας τὴν ἡγεμονίαν, ἐπὶ τὸ τέταρτον ἀκλιτιαθεὶς δήθεν ὑπεδέξατο: *Postea Principatum quem, vt aiebat, dimiserat, postquam decem anni secundi abierant inuitus sanè iterum suscepit. Tertio decennio exacto Principatum quartum coactus admisit.* ὁ δὲ καῖσαρ καταθέσθαι τελείως τὴν μοναρχίαν, καὶ ἀποθέναι, ἐπὶ τὰ πρόσθεν τῶν ἐθνῶν τῇ βουλῇ μεθ' ἑκατέραν ὑπέσχετο, ἃ μὲν ἐπὶ ἔργῳ ἐποίησε τοῦτο. τῶν γοῦν δεκαετίας ἐξελθούσης, ἀλλὰ αὐτῷ δέκα ἔτη, καὶ πάλιν ἄλλα προσενηνέχθη, ὥστε τὴν τῶν δεκαετηρίδων διαδοχὴν ἀπὸ βίου αὐτὸν μοναρχῆσαι. Postea subiicit, ἐπὶ τὴν τε πρόσταξιν τῶν κοινῶν τὴν δεκέτιν τὸ πέμπτον ἄκων ἤδη αὖγουστος ἔλαβε. Omnino ita de Augu- C
sto sentio, eum non semel ea mente fuisse, vt veterem Reip. formam restituere, & Principatu, quòd olim Sylla Dictator fecerat, se abdicare cogitarit. Cuius animi fuisse videtur Agrippa gener eius, qui rationibus ab Augusto penè hoc euicerat, vt Rempublicam in integrum restitueret. Sed partim à Liuia dominandi consuetudine illecta, partim à Mecænate ab ea mente deductus est. Simulabat igitur, vt quodque decennium abierat, imperium exuere se velle, deinde à senatu dominationis iam docili, & peiora omnia metuente cogi se patiebatur, vt ad decennium etiam imperium renouaret. Tiberius senatusconsulto sibi imperium ad decennium decerni passus non est, sed potestate

vsus

A *Natalem colimus, tacete lites,*
Absit cereus aridi clientis.

Item, *Sexcenti cænant à te Iustine vocati*
Lucis ad officium quæ tibi prima fuit.

In Græcia Genethliacis principum iam olim publicum epulum datum. Euripides in Ione, actu 4. *Genethliacorũ principum epulũ.*

κήρυξ ἀνεῖπε τὴν θέλοντ' ἐγχώριον
ἐς δαῖτα χωρεῖν.

Genium eo die colebant humanæ naturæ Deum, vt loquitur Horatius. Tibullus lib. 2. c. 2.

Dicamus bona verba, venit Natalis ad aras,
B *Quisquis adest lingua vir muliérque faue.*
Ipse suos genius adsit visurus honores,
Cui decorent sanctas mollia serta comas.

Fœminæ Natali suo Iunonem colebant. Tibullus,

Natalis Iuno sanctos cape turis honores.

Rebus diuinis eo die operabantur. Ouidius lib. 3. trist. e. 13.

Fumida cingatur florentibus ara coronis,
Micáque solemnis turis in igne sonet.
Concipiámque bonas ore fauente preces.

C A Christianis Natales etiam cultos indicat Ambrosius ep. 1. lib. 1. Veteres nascentibus pueris, 4. Deos præstites fecere, ait Macrobius lib. 1. Satur. c. 19. δαίμονα, τύχην, ἔρωτα, ἀνάγκην, genium, fortunam, amorem, necessitatem. Sed ad Natales Imperatorum veniamus. Natalem Augusti Iulius Antonij filius Prætor celebrauit Circensibus & venatione. Et Augustum ipsum in Capitolio, & senatum ex decreto patrum epulo excepit. *Natales quomodo à Christianis culti.*

Verùm & epulum plebi datum Natalibus Augusti. Dio lib. 54. τὰ γενέθλια τοῦ αὐγούστου ὁ ἴουλος ὁ τοῦ ἀντωνίνου παῖς στρατηγῶν, καὶ ἱπποδρομίᾳ, καὶ σφαγαῖς θηρίων ἑώρτασε. καὶ ἐν τῷ καπιτωλίῳ καὶ ἐκεῖνον, καὶ τὴν βουλὴν κατὰ τὸ δόγμα αὐτῆς εἱστίασεν. subiungit de plebe, καὶ συνδειπνεῖν ἐν τοῖς γενεθλίοις αὐτοῦ δοῦναι. Et ipsum Augustum ob hæc & alia merita cùm statuis ex ære collato honorarunt, tum etiam isto quod permiserunt, vt cælibes viri & fœminæ spectare cum aliis, & conuiuari Natali eius possent. Postea decretum à senatu, vt Augusti Natalem ex æquo cum Natali Martis consules certaminibus ac præmiis celebrarent. Natalis Augusti D celebratus in circo die nono Kal. Octobris Dio lib. 56. sub finem. ἐψηφίστη ὅπως τὰ γενέσια αὐτοῦ οἱ ὕπατοι ἐξ ἴσου τοῖς ἀρηείοις ἀγωνοθετῶσι. Sueton. in Augusto cap. 57. Equites Romani Natalem eius sponte, atque consensu biduo semper celebrarunt. Ouidius libr. 4. de Ponto, *Epulũ plebi natalibus Imperatorũ datum.*

Pontica me tellus quantis hac poßumus ora
Natalem ludis scit celebrare Dei.

Decretum item à senatu, vt *Natalis Tiberij Curuli certamine, & senatus epulo honoraretur.* Dio, γενέθλια τιβερίου διὰ τῶν ἵππων ἁμίλλαις, καὶ γερουσίας εἱστιάσει τιμῆτο. Tacitus libr. 6. Cùm die Natali Augusti inter sacerdotes epularetur, nouendialem eum diem dixisse. Caligula *consules abdicauit, quòd eius Natali celebritatem, ac diem festum non indixissent,* ὑπάτους καταλύσας, ait E Dio, ὅτι εἰς γενέθλια αὐτοῦ ἱερομηνίαν οὐκ ἐπήγγειλαν. Reliquorum Imperatorum Natales celebrati publica lætitia. Mamertinus Genethliaco, nascentes vos bona sidera, & amica iuuerunt, quæ vobis concordiam sempiternam conciliant. Orationes enim Panegyricæ Natalibus Imperatorum habitæ. *Certamina in natalibus Imperatorũ.*

Aediles priuatim ludos Circenses, & venationem Augusti Natali dederunt: Dio, ἰδίᾳ δὲ οἱ ἀγορανόμοι ἱπποδρομίαντε ἐν τοῖς τοῦ αὐγούστου γενεθλίοις, καὶ θηρίων σφαγὰς ἐποίησαν. Decretum à senatu, vt dies, quo Caligula cœpisset imperium, Palilia vocaretur, velut argumentum rursus conditæ vrbis. Decretus item est ei aureus clypeus, quem quotannis certo die Collegia sacerdotum in Capitolium ferrent senatu prosequente, nobilibúsque pueris, ac puellis carmine modulato laudes eius canentibus. Herodes exemplo Imperatorum diem *Natalem regni sui ex more solemniter celebrabat.* Iosephus, τὴν ἡμέραν τῆς ἀρχῆς ἐξ ἔθους ἑώρτασεν. Hadrianus *Natali suo gratis populo spectaculum dedit,* ἔν τε τοῖς αὐτοῦ γενεθλίοις προῖκα τῷ δήμῳ τὴν θέαν ἐπένειμε. *Circẽses ludi & venationes in natalibus imperatorum.*

D. Ma

Natalis Domini vigiliæ magna lætitia celebratæ.

D.Maximus in vigiliis Natalis Domini,Lætitia quanta sit,quantusque concursus, cum Imperatoribus mundi istius Natalis celebrandus est, bene nostis. Quemadmodum duces eius.& principes,omnes etiam militantes accurati fericis vestibus,accincti operosis cingulis, auro fulgente pretiosis, ambiant solito nitidius in conspectu regis incedere. Deinde quia in die Natalis sui sciunt eum largum futurum, ac donaturum plurima vel ministris suis,vel his qui in domo eius abiecti putantur & viles. Tanta prius thesauros eius replere diuitiarum varietate festinant, vt in quantum prærogare voluerit, in tantum prærogatio copiosa non desit. Quia ante diem Natalis Imp.exigebantur impensius vectigalia. A

Cruciarij in natalib.Imperatorum è cruce & carnificis manu detracti.

Natali suo Imperatores largitione vtebantur in plebem & milites, cruciarios ea die detrahebant è cruce, carnificis manus feriabatur. Philo Iudæus in Flaccum, ἔνθα ὅσι μηδένα κολάζειν τῶν κατακρίτων, ἄχρις αὖ αἱ ἐπιφανεῖς γενέθλιοι, ἢ πανηγύρεις αὐλαὶ τῶν ἐπιφανῶν σεβασμῶν διεξέλθωσι. ὁ δ' ἐν αὐταῖς πανηνόμει, ἢ ἐπιμωρεῖτο τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας: *Moris est,vt in neminem animaduertatur, donec Natales illustres,& celebritates illustrium Augustorum transierint. Ille autem Natali Imperatorum scelera patrabat, & eos excruciabat qui nihil peccassent.* Vidi aliquot ex iis,qui fudibus suffixi essent per celebritates, & inducias detractos de patibulo,& affinibus ad sepulturam datos, & iusta consequutos. *Oportuit enim & iam mortuos Natali Imperatoris honore aliquo frui,* τὸ ἀνεσκολοπισμένων, μελλόσης ἐνίσασθαι τοιαύτης ἐπιχειρίας καθαιρεθέντας. Tiberius *vsque adeò popularis, & vt loquitur Suetonius,communis fuit,vt Natali suo nihil præter consueta fieri pateretur:* ὅτω γε δὴ πάντων δημοτικὸς ἦν, ὥστε ὅτ' ἐν τοῖς γενεθλίοις αὐτοῦ γενέσθαι τι ἤθελε τὸ καθεστηκὸς ἐπέτρεπεν, ait Dio. Commodus *Natali suo senatores,& eorum vxores, & filios singulos,singulasq;, duos aureos ad se quasi quasdam primitias afferre iubebat,* ἐν τοῖς γενεθλίοις τοῖς ἑαυτοῦ, ἡμᾶς τε ἢ γυναῖκας ἡμῶν, καὶ παῖδας δύο χρυσοῦς ἕκαστον ὥσπερ τινα ἀπαρχὴν ἐπέλυσεν οἱ ἀποφέρειν. B C

Natalis imperij.

De Natali imperij vel Romæ ipsius, aut Constantinopoleos, multa passim occurrunt. Valentiniani, Theodosij,& Arcadij constitutio ad Albinum Præf.vrbi, vt Natalitij Romæ & Constantinopoleos dies festi essent. Item Natales Imperatorum,& dies imperij inchoati. Quibus diebus *lucernas tota orbe accendebant.* Sozomenus lib. 6. λύχνους πολλοὺς ἀνὰ πᾶσαν πόλιν καίοντες. Quò pertinere videtur illud Persij, quod tamen nonnulli ad sabbatha Iudæorum parum commodè referunt.

——at cùm
Herodis venere dies, vnctáque fenestra
Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

L.7.C.de feriis,Natalis Imperatorum dicitur,vel qui ortum imperij protulerat, vel qui lucis auspicia. Quem felicem vocat Imperator l.6.C.Theodos.de curiosis. Symmachus e.8. lib.4. De equis ob Natalem Domini nostri Honorij, & inuictissimi Principis, venerabilis Natalis perennitatis.l.21.de Palatin. sacra largit.& rer.priuat.C.Theodos. Inter festos dies numeratur l.7.C.de feriis. Natali Imperatorum Circenses editos supra ostendimus,& indicat Ambros.ep.de obitu Valentiniani,l.29.& 30.C.Theod.de prætorib.& quæstor. Circum Natalitium vocat Diaconus lib.26.Græci recentiores vocarunt ναθάλια; Balsamon ad Photij Nomocanonem ναθάλια ἢ εἰς τὰ τῶν βασιλέων γενέθλια, ἢ ἡ τούτων ἀνάῤῥησις. D

Natales qui dicātur.

Natales dicuntur, quibus nati Imperatores aut renuntiati. Herricus monachus de vita S.Germani lib.4.

Hoc scitote prius mundo claresc ere festum,
Quattuor ante dies, hæc sunt Natalia sancti.
Hic martyr factus felici sorte Kalendis. E

Sanctorum natales.

Natales enim Sanctorum vocabant dies, quibus ex hac infelici ad felicissimam vitam migrassent,vt scribit Haimo in Homiliis, Radulphus Flauiacensis ad Leuitic.libr.4.cap.1. Iusti cum putantur consumpti, oriuntur vt luciferi. Inde est,quod Sanctorum obitus Natalia vocari ecclesiasticus vsus obtinuit. S.Leo sermonem habuit de Natali suo in anniuersario die assumptionis suæ ad Pontificatum. Idem serm.3.in Anniuersario,Illi ergo hunc seruitutis nostræ natalitium diem ascribamus. Antoninus Caracallus munus gladiatorium ludis comicis Natali suo dedit. ἀγῶνα μονομαχίας ἐν αὐτῇ (κωμῳδίᾳ) ὅτι τοῖς ἑαυτοῦ γενεθλίοις ἐποίησεν.

Feræ in natalib. imperatorum occisæ.

Hadrianus Natali suo *multas feras occidit,vt semel centum leones, totidem leænæ ceciderint, & missilia per tesseras in theatro & circo seorsim viris, seorsim mulieribus sparsit:* θηρία πολλὰ ἀπέκτει-

νεν,

A νεν, ὥστε ἐφάπαξ καὶ λέοντας ἑκατὸν, καὶ λεαίνας ἴσας πεσεῖν, καὶ δῶρα διὰ σφαιρίων, καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ, χωρὶς μὲν τοῖς ἀνδράσι, χωρὶς δὲ τῶν γυναιξὶ διέρριψε, ait Dio. *Sciam Natales senatusconsulto celebrati*, ἐψηφίθη ὅπως τὰ γενέσια τοῦ σεανοῦ δημοσίᾳ ἑορτάζητο. Hadrianus Natalem imperij statuit celebrandum, vt Spartian. Constantinus *vrbis Natales, & encænia celebrauit*, πόλεως γενέθλια, ἢ ἐγκαίνια τελεῖ, narrante Zonara. Capitolin. in Pertinace, Circenses & imperij Natalis additi. Codinus in Origine Constantinop. καὶ ἐν ἔννεα μησὶ τότε χερσαῖον, καὶ παράλιον τεῖχος μετὰ πλείστων οἰκοδομημάτων τῶν ἐν τῇ πόλει δομηθέντων ἀπαρτίσαντος, τῇ ἐνδεκάτῃ τοῦ μαΐου μηνὸς τὰ ἐγκαίνια τῆς πόλεως γέγονε, καὶ προσηγορεύθη κωνσταντινόπολις. *Nouem mensibus murum terrestrem, & alium ad mare cùm absolueret, vnà cum pluribus ædificijs in vrbe exædificatis, vndecima die Maij mensis encænia vrbis fuere, quæ dicta Constantinopolis.*

In sacris litteris encænia templi celebrata cap. 10. Ioannis. D. Chrysost. orationes habuit B in encæniis. Alexander monachus de inuentione crucis. τὴν δὲ σεβάσμιον ἡμέραν τῶν ἐγκαινίων τῶν ἁγίων τόπων, καὶ τῆς ὑψώσεως τοῦ προσκυνητικοῦ σταυροῦ ὡρίσαντο οἱ πατέρες μετὰ βασιλικοῦ προστάγματος γίνεσθαι ἀνὰ ἔτος ἕκαστον: *Venerabilem diem encæniorum sacrorum locorum, & exaltationis adorandæ crucis statuerunt patres ex regio mandato fieri quotannis*, vulgo vocatur dedicatio. Diaconus in Iustiniano, facta sunt encænia Sanctorum apud Constantinopolim, & recondita sunt λείψανα Andreæ & Lucæ Apostolorum, & transiit Menas episcopus cum sanctis λειψάνοις, sedens in carruca aurea imperatoria lapidibus insignita, tenens tres thecas S. Apostolorum in genibus suis. Legendus Ambrosius serm. 89. de dedicatione ecclesiæ. Eusebius lib. 4. de vita Constant. C. 40. lib. 10. cap. 3. eccles. histor. Augustinus serm. 5. de dedicat. Sed ad Natales redeamus. Tacit. l. 3. Is primùm principatus dies in posterum celebratus. Capitolin. in Pertinace, Genitalitios ludos ponit. Item ludos delati imperij. Vegetius libr. 4. C cap. 4. Natalem nauigationis celebratum ait. Apuleius lib. 11. Die Hilarium Natalis nauigationis. Hadrianus quinto Iduum Augusti, Natalem adoptionis celebrari iussit: tertio Idus Augusti Natalem imperij statuit celebrandum. Idem ludos Circenses præter Natalitios decretos sibi spreuit, ait Spartianus.

Encænia tẽplorũ in sacris litteris celebrata.

Natali Romæ omnes magistratus, pontifices, & sacerdotes iuxta parentes vrbis, & statores Deos Herculis templa venerantur, vt Mamertin. Panegyr. Maximiani. De ludis secularibus, qui facti Natali vrbis à Decio, Metellus ode 2. Quirinal.

Natalis Romæ celebratio.

Tempus annum millesimum rotabat.
Roma quo se cana caput coronat,
Læta plenum conditionis æuum
D *Percelebrando, &c.*

Nec tamen liquere manus heriles
Regios gestus habitus prioris,
Curiæ flos officiosa membra
Compserat aulæ.
Exit in pompam gradus omnis vrbis,
Consules & patricij, senatus,
Militaris ordo, tribunus, & plebs,
Verna, satelles,
E *Circulatores, pugiles, equestres,*
Curruum certamen, agon, palæstræ,
Belluarum pugna, genus ferarum
Vndique rarum.
Terna lux, & nox podium tenebat,
Peruigil cœtus famis immemor fit,
Multa ludorum nouitas stuporem
Mentibus infert, &c.
Hic luto fictos homines reludit,
Hic aquis sub Deucalione mersos,
Saxeos hic aruicolas reformat

Auspice

Auspice Pyrrha. A
Iste Ledæo memorans ab ouo
Ilium bello capit, ille Thebas
Mutua fratrum simulat duorum
Cæde calentes.
Fabulæ viuunt, & agunt, loquuntur,
Quicquid vnquam vixit, ibi resurgit,
Insuper quæ nulla fuere frustra
Viuere cogunt.
Actibus iussis agitata ludunt, B
Bruta sentiscunt, & habent loquelas,
Astus humanus facie ferina
Degenerat se.
Instruit scenas imitando gesta
Horrido persona tremenda vultu,
Acta verbis, verbáque discit actis
Consimilare, &c.
Arbiter sedit populo Quiritum
Exhibens spectacula digna Cæsar, C
Filio consorte throni paternum
Nomen habente.

Sæculares ludi quo tẽpore editi.

Coniicio ludos sæculares edi solitos centesimo quoque anno post vrbem conditam, ex his Metelli verbis, de Roma,

Læta plenum conditionis annum
Percelebrando.

Idque die Natali vrbis, ipsis Palilibus.

Vt enim ciuitates mori, ita & nasci dicuntur. Plin. lib. 3. c. 5. Casilini morientis reliquias vocat. Lib. 5. Anthol. cap. 70.

ἁδ' ἐγὼ ἁ τλήμων ἄπολις πόλις ἄμμιγα νεκροῖς D
ἐνναεταῖς κεῖμαι ἁ παναποτμοτάτα.

Ego illa misera vrbs, non vrbs, cum mortuis ciuibus promiscuè iaceo infelicissima.

Fortunæ vrbiũ natalis.

Fortunæ vrbium Natalis fuit. γενεθλίων τῆς κατὰ καισαρέων νομιζομένης τύχης ἡμέρα ἐτελειώθη. Dies natalium fortunæ, quæ existimabatur vrbis Cæsareæ exacta erat. Erat & Alexandriæ Natalis terræ motus, cùm sub Iuliano desertore terra mouisset, & maris eluuio ingens fuisset. Sozomenus lib. 6. cap. 2. ἡ θάλασσα ἐπινοστήσασα αὖθις ἐξ ἐπιδρομῆς τοὺς ἰδίους ὅρους παρήμειψε, καὶ μεχρὶ πολλοῦ τὴν ξηρὰν κατέκλυσε, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν κεράμων ἀποχωρήσαντος τοῦ ὕδατος, θαλάττια εὑρεθῆναι σκάφης ἀμέλειτοι τὴν ἡμέραν καθ' ἣν τά δε συνέβη, ἣν γενεσία τοῦ σεισμοῦ προσαγορεύουσι εἰσέτι, καὶ νῦν ἀλεξανδρεῖς ἐτησίαν ἑορτὴν ἄγουσι, λύχνους τε πλείστους ἀνὰ πᾶσαν τὴν πόλιν καίοντες: *Mare exundans & rursum affluens ex incursu proprios terminos transilijt, & longè lateq; per multos dies terram inundauit, ita vt in imbricibus & tegulis marinæ scaphæ repertæ* E *sint, cùm aqua se in alueum recepisset. quare diem, qua hæc contigerunt, terræ motus Natalem vocant, & hodieq; Alexandrini annua festiuitate colunt, lucernas plures per vniuersalem vrbem accendentes.*

Natalis Imperatoris celebratio.

Sed de Natali Imperatoris audiendus Plinius in Panegyric. Nam quòd eum potissimum mensem attribuisti, quem tuus Natalis exornat, quàm pulcrum nobis, quibus edicta, quibus spectacula celebrare continget, diem illum triplici gaudio lætum, qui principem abstulit pessimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit. Nos sub oculis tuis augustior solito currus accipiet, nos inter secunda omina, & vota certantia, quæ præsenti tibi conferentur, vehementer alacres & incerti ex vtra parte maior auribus nostris accidat clamor. Domitianus enim decimo Kal. Octobr. occisus apud Suet. quo mense Natalis Traiani celebrandus Plinio, qui consul Traiano suffectus fuerat.

Ludi natali Imperatoris celebrati.

Ludos Natali Imperat. celebratos indicat Euseb. lib. 8. eccles. histor. ἔθους τὸ πρὶν ὄντος ἐπὶ βασιλέων, εἰ καὶ ἄλλοτε τὰς φιλοτίμους θεὰς πλείους τοῖς θεαταῖς ἐμπαρέχειν θυμηδίας καινῶν καὶ

ξένων

A ξένων, τά τε σωήθη ϖολλαπλάσιον τ̃ θεαμάτων ζώων, ἔσ' ὅπη τ̃ ἐξ ἰνδίας, ἢ αἰθιοπίας, ἢ ἀλλοθεν εἰσκομιζομένων, ἢ κ) ἀνδρῶν ἐντέχνοις ποὶ σωμασκίαις ϖολλὰς ψυχαγωγίας τ̃ις ὁρῶσι ἐνδεικνυμένων, ϖάντως ϖᾶν ἐ τ' τε οἷα βασιλέως ἄξις θεὰς ϖαρεχονΓ ϖλέον τι ἐ ϖολλάδοξον ὑϖαρξαι τ̃ φιλοτιμίας, ἐ τ̃ λεγομένῳ ἀπὸ ἡλιόθλιον ἡμέραν: *Cùm antea moris esset sub Imperatoribus, si alias spectacula magnifica plura spectatoribus exhiberi, & voluptates (θυμηδίας τε) nouorum & peregrinorum animalium, quæ vulgaria superarent spectacula, siue ex India, siue ex Aethiopia, aut aliunde arcesserentur, & artificiosis quibusdam corporum exercitationibus oblectationes inusitatas spectatoribus prouidere, id maximè temporis cùm ipse Imperator spectacula ederet, ludos splendidiores, adeoq; supra omnium exspectationem ipsius Imperatoris Natali esse oportuerunt.* Persæ dies Natales coluerunt. Sozimus libro 2. de Hormisda, τ̃ ϖατρὸς ἀυτ̃ βασιλεύοντΓ, κ) τὴν ἡλιόθλιον ἡμέραν ϑπιτηδεύοντΓ κ) ϯ τ̃ ϖαρσῶν νόμον, *patre eius regnante, & Natalem, vt Per-*

B *sis moris est, celebrante.* Astyages die Natali amicis epulum præbuit, vt Xenoph. libr. 7. παιδείας.

CAPVT III.

De Natali Romæ, & alijs diebus Natalibus.

C DE Natali Romæ Cic. lib. 2. de Diuinat. Vrbis etiam nostræ Natalem diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus, Romamq; cùm esset in iugo luna, natam esse dicebat. Quare dies 11. Kalend. Maias quo Roma, & dies quintus Idus Maias, quo Constantinopolis condita, publica lætitia culti. l. 7. c. de feriis, Natalitij harum vrbium inter feriarum dies numerantur. leg. Plin. lib. 18. c. 26. Propert. lib. 4. el. 1. Natalibus autem agitata conuiuia vulgò scitum est. Capitolinus in Albino, cùm rarum esset aquilas in locis his videri, in quibus natus est Albinus, septima eius diei hora conuiuij, quod celebritati pueri deputabatur, cùm ei fierent nomina, septem aquilæ paruulæ de nidis allatæ sunt. *Natalis Romæ quo die celebrari solitus.*

Natalitia dare dicebantur, cùm dies suos Natales celebrarent. Cic. 2. Philip. Plaut. in Captiu. scen. 2. actu 1. Iulianus in Misopog. ἐ ἡλιόθλια μὲν τις ἑαυτῶν ἱκανῶς ϖολυτελίζει δεῖπνον ἐ ἄειστον, ϑπὶ πολυτελῆ τραπέζαν τὰς φίλους ϖολλαμβάνων: *Natalitia quis celebrans abundè prandium parat, & ientaculum, amicos mensa magnifica excipiens.* Plutarchus in Bruto, λαμπροτέραν ὑϖοδοχὴν ἐποιεῖτο. κ) γὰρ ἐν ᾧ ἡμέρᾳ καθ' ἣν ἐγεγόνει ϖερῶτον ὁ βρᾶτΓ, *splendidum dabant epulum. Erat enim dies, qua primùm in lucem editus erat.* Idem in Antonio, κεκλημένη εἰς τὴν ὑστεραίαν ϑπὶ δεῖπνον ὑϖ' αὐτ̃ ἡλιόθλιον ὄσαν: *Vocata ab eo in crastinum ad prandium, quæ dies ei Natalis erat.* In Catone, συγγενὴς πνὸς ἐν ἡμεθλίοις καλέσαντΓ ϑπὶ δεῖπνον: *Cognatus quidem die Natali cùm ad prandium vocasset.* Simocata libr. 8. τέτῳ γὰρ δὴ τῷ ἐμπόρῳ ϖαννυχΓ ἦν ἡ ϖανήγυεις. ἑβδομαίαν γὰρ ἡμέραν ἦγε ὁ γύναιον, ἄρσεν ϖαιδίον τῷ αὐδρὶ λοχεύσαμένον. σώνηθες γὰρ τοῖς ἐγχωρίοις ϑπὶ τοῖς λοχευμένοις ϖαιδίοις ἑβδομαίαν ἄγεσι τὴν ἡμέραν συμποσίων ἑορταῖς καϖαννυχίζεσ: *Natalitia dare, quid.*

D *Huic mercatori tota nox in ludo & hilaritate transacta est. Vxor enim eius filio masculo edito septimum diem agebat. Indigenæ enim Alexandrini de more natis filijs septimum diem in conuiuio, & festiuitate pernoctant.* Sed quanta celebritate Natalis Romæ cum honore

E Imperatorum iungeretur, indicat Mamertinus Genethl. Maximiani. Cùm omnibus festis diebus sacratiss. Imperator, debet honor vester diuinis honoribus exquiri, tum præcipuè celeberrimo isto, & Imperantibus vobis lætissimo die, veneratio numinis tui cum solemni sacræ vrbis religione iungenda est. Hoc die, quo immortalis ortus dominæ gentium ciuitatis vestra pietate celebratur, quem similitudo ista stirpis tuæ, ac vis tacita naturæ ad honorandum Natalem Romæ diem tam liberalem facit. Imperator occidentis licet esset in Gallia, tamen celebrabat in ea vrbe, vbi agebat Natalem Romæ. Mamertinus, Interim tamen te gentium domina, quoniam hunc optimum principem in Galliis suis retinet ratio Reip. quæsumus, si fieri potest, ne huic inuideas ciuitati, cui nunc ille similitudinem maiestatis tuæ confert Natalem diem, celebrando in ea consuetudine magnificentiæ tibi debitæ. Hic mihi dies videtur illustrior, magisque celebrandus, qui te primus protulit in lucem. Etenim illi ipsi dies, quibus imperij auspicia sumpsistis, ob hæc sancti sunt, & religiosi, quod tales declarauerit Imperatores. Et certè virtute, quibus ipsum or-

natis imperium, & ingenium vestri procreauere Natales, quos quidem quoties annis voluentibus reuertuntur, vestri pariter ac vestrorum numinum reuerentia colimus. Eumenius Panegyr. Constantini, Quamuis igitur ille felicissimus dies proxima religione celebratus imperij tui Natalis habeatur, quoniam te isto habitu primus ornauit. Sicut video hanc fortunatissimam ciuitatem (de quadam vrbe Galliarum loquitur,) cuius Natalis dies tua pietate celebratur, ita cunctis mœnibus resurgentem, vt se quodam modo gaudeat, olim corruisse, auctior tuis facta beneficiis. Video circum maximum æmulum credo Romano. Constantinus veris initio natus erat. ait enim: De te igitur mihi, Cæsar inuicte, hodiernæ gratulationis exordium diuinus ille vestræ maiestatis ortus ipso, quo illuxit, veris auspicio illustrior. O Calendæ Martiæ, sicuti olim annorum voluentium, ita nunc cæterorum auspices Imperatorum. Panegyr. dictus Maximiano Natalem Imperatorum solemni religione celebrari ait. Eo die milites dona imperialia percipiebant. lib. 6. histor. tripart. c. 30. Editi tum ludi Circenses, vt Cassiodor. in Chronico, sub Philippo Imperat. Marianus Scotus in Chronico sub annum Christi 445.

CAPVT IV.

De Augustalibus.

Augustalia, ludi Augustales, sacerdotiũ Augustalium.

NATALITIIS Imperatorum libet pauca subiicere de Augustalibus. Fuere Augustalia, & ludi Augustales, & Augustalium sacerdotium. Augustalia tribuni plebis procurabant, ait Dio. Tacitus lib. 3. Annal. Ludos Augustales tunc primum cœptos turbauit discordia ex certamine histrionum. erant enim ludi scenici. lib. 1. Annal. Inter quæ tribuni plebeij petiuere, vt proprio sumptu ederent ludos, qui de nomine Augusti fastis additi, Augustales vocarentur. Sed decreta pecunia ex ærario, vtq; per circum triumphali veste vterentur. Curru vehi haud permissum. Mox celebratio annua ad prætorem translata.

Augustaliũ institutio.

Augustalia instituta sunt, cùm Augustus ex Sicula profectione redux Fortunæ reduci, aram poni, & diem qua redierat, inter festos numerari passus esset ex decreto senatus. Dio, τύχη τε ἐπαναγώγῳ βωμὸν ἱδρυθῆναι, καὶ τὴν ἡμέραν ἣν ἀφίξοιτο, ἔν τε τῶν ἱερομηνίαις ἀριθμεῖσθαι. καὶ αὐγουστάλια ὀνομάζεσθαι. τὰ δὲ αὐγουστάλια ἃ καὶ νῦν ἄγεται, τό τε πρῶτον ἐκ δόγματος ἐτελέσθη. De Augustalium sacerdotio Tacit. lib. 1. Ann. Idem annus nouas ceremonias accepit, addito Augustalium sacerdotio, vt quondam Titus Tatius retinendis Sabinorum sacris, sodales Titios instituerat. Sorte ducti è primoribus ciuitatis vnus & viginti. Ludicrum Circense, vt genti Iuliæ apud Bouillas, ita Claudiæ Domitiæque apud Antium ex decreto edebatur, ait Tacitus lib. 15. Annal.

CAPVT V.

De Regibus ab Imperat. Rom. institutis.

Insignia regib. ab Imperatoribus collata.

IAM olim Romani sociis benemeritis regna & regum insignia contulerunt, sellam eburneam, scipionem, coronam. Dionysius libr. 5. ἡ δὲ τῶν ῥωμαίων βουλὴ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν τυῤῥηνῶν συνελθοῦσα, ἐψηφίσατο πορσένῳ μὲν πέμψαι θρόνον ἐλεφάντινον, καὶ σκῆπτρον, καὶ στέφανον χρύσεον, καὶ θριαμβικὴν ἐσθῆτα, ὑφ' ἧς οἱ βασιλεῖς ἐκοσμοῦντο. *Roman. Senatus cùm Tyrrhenis abeuntibus conuenisset decreuit Porseno thronum eburneum, & sceptrum, & coronam auream, & vestem triumphalem qua reges ornari sueti.* Liuius libr. 30. Scipio, inquit, in tribunal ascendit, & Massinissam regem apepllatum aurea patera, aurea corona, sella curuli, & scipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donauit. Dio, Adrianus Pharasmani Ibero qui Romam cum vxore venerat, τήν τε ἀρχὴν ἐπηύξησε, καὶ θῦσαι ἐν τῷ καπιτωλίῳ ἐφῆκε: *ditionem auxit, & passus est in Capitolio sacrificare.* Apud Capitolinum, Anton. Pius Lazij Regem Pacorum dedit. Adrianus

A nus Malassam regem Lazis Scythis qui Colchidem insederant primus dedit, vt Arrianus in epistol. Geograph. ad Adrian. Liuius libr. 42. Regi Eumeni tradit, omnes à senatu honores habitos, donáque amplissima data, cum sella curuli, atque eburneo scipione. lib. 30. Senatus ad Massinissam sagula purpurea duo cum fibulis aureis singulis, & lato clauo tunicis, & equos duos phaleratos, bina equestria arma cum loricis, & tabernacula, militarémque suppellectilem, qualem præberi consuli mos est, muneri misit. Quod ius à senatu ad se Imperatores transtulerunt. Tacitus lib. 4. Cognitisque dehinc Ptolemæi per id bellum studiis repetitus ex vetusto mos, missusq; è senatoribus, qui scipionem eburneum, togam pictam, antiqua patrum munera darent, regémque & socium atque amicum appellarent.

Dio regem Armeniæ à Tiberio nominatum ait, Tiridatem à Nerone. ἃ γάρ σοι ὅτε ὁ πατὴρ κατέλιπεν, ὅτε οἱ ἀδελφοὶ δόντες ἐτήρησαν, ταῦτά ἐγω χαρίζομαι, καὶ βασιλέα τὸν Ἀρμενίας ποιῶ, ἵνα καὶ σὺ, καὶ ἐκεῖνοι μάθωσι, ὅτι καὶ ἀφαιρεῖσθαι βασιλείας, καὶ δωρεῖσθαι δύναμαι. ταῦτα εἰπὼν καθιζηθέντι αὐτῷ ὑπὸ τὸν πόδα τὸ διάδημα ἐπέθηκε, ait Dio: *Quæ enim neque pater tibi reliquit, neque fratres, qui dederant, conseruarunt, ea tibi trado in manus, & regem Armeniæ facio, vt & tu & illi discant me & regna auferre, & donare posse. Hæc cùm dixisset, ei sedenti ad pedes diadema imposuit.* Augustus Aretæ infensus fuit, ὅτι τῷ Ἀρχλῳ μὴ δι' ἐκείνου καθ' αὐτὸν ἔλαβε. ἐγνώκει γὰρ τῷ Ἀρχελαΐαν ἡρῴδη διδόναι, *quòd per se non exspectata Augusti voluntate regnum arripuisset. Constituerat enim Arabiam Herodi dare*, ait Iosephus libr. 14. cap. 26. l. 16. cap. 16. λυθέισης δὲ τῆς βουλῆς μέσον ἔχοντες ἡρῴδην αὐτόνιός καὶ καῖσαρ ἐξήεσαν προπεμπόντων ἅμα τῶν ἄλλων ἀρχόντων τῶν ὑπάτων θύσαντες τε, καὶ τὰ δόγματα καταθησόμενοι εἰς τὸ καπετώλιον. εἰσία δὲ τῷ πρώτῳ ἡμέραν τῆς βασιλείας αὐτόνιος, καὶ ὁ μὲν ὕστερος τὴν βασιλείαν λαμβάνει: *Senatu dimisso Antonius & Cæsar medium habentes Herodem exierunt deducentibus consulibus vnà cum alijs magistratibus, vt sacrificarent, & senatusconsulta, quibus regnum ei datum erat, in Capitolio deponerent. Prima autem die Antonius Herodi epulum dedit, qui regnum hac ratione accepit.* Euseb. l. 2. histor. cap. 4. C. Caligul. τὸν Ἰουδαίων ἀρχῆς ἀγρίππα τὸ διάδημα περιέθηκε, *Iudæorum regni Agrippæ diadema circumponit.* Nero & Traianus ἐστάτωσαν ὅτι τοὺς ἀρμενίους, ὅτι μὴ τὸ διάδημα ὑπ' αὐτῶν εἰλήφει, ἀλλὰ παρὰ τῶν παρθῶν βασιλέως ὁ τῶν ἀρμενίων βασιλεύς. Iosephus lib. 19. cap. 4. Claudius διάγραμμα προέθηκε τῷ τε ἀρχλῳ τῷ ἀγρίππα βεβαιῶν: *Edictum proposuit, regnumq; Agrippæ firmans.* Et lib. 2. Excidii. Claudius Agrippæ regnum patris donauit, καὶ τῷ μὲν δήμῳ διὰ τάγματος δωρεὰν ἐδήλωσε. τοῖς ἄρχουσι δὲ προσέταξε ἐγχαράξαντας χαλκοῖς πλαξὶ δόσιν εἰς τὸ καπιτώλιον ἀναθεῖναι: *Et populo quidem donum edicto significauit, imperauitq; magistratibus, vt æreis tabulis donationem inciſam in Capitolio reponerent.* Tacitus lib. 2. Annal. Mauros Iuba rex acceperat dono populi Rom. Augustus regna, quibus belli iure potitus est præter pauca iisdem, quibus ademerat, reddidit, aut alienis contribuit. Sueton. lib. 2. cap. 48. Reges amici atque socij, & singuli in suo quisque regno cæsareas vrbes condiderunt, & cuncti simul ædem Iouis Olympici Athenis antiquitus inchoatam perficere communi sumptu destinauerunt, genióque dedicare, ac sæpe regnis relictis, non modò Romæ, sed prouincias peragranti quotidiana officia togati, ac sine regio insigni more clientum præstiterunt. Eutropius Breuiar. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν βασιλέων αὐτῶν ἐπιθυμίᾳ τῆς ἀυγούστου θέας εἰς τὴν ῥώμην ἀφικόμενοι, τὴν ῥωμαϊκὴν μεθῆλθον στολὴν, ὅτε τε αὐτῷ κατηκολούθουν ὅτι τῆς πόλεως, ἢ ἐφ' ἅρματος, ἢ ἐφ' ἵππου φερομένῳ. Diaconus lib. 7. Reges multi sponte habitu Romano, ad vehiculum Augusti vel ad equum cucurrerunt. Plus maiestatis mihi fuisse videtur in tali comitatu quàm potestatis in regibus creandis. Sueton. Caligula, quosdam summis honoribus functos ad essedum sibi currere togatos per aliquot passuum millia iussit. Iuuen. sat. 10.

Potestas Imperatorũ in reges.

——hinc præcedentia longi
Agminis officia, & niueos ad fræna Quirites.

Sed & libera Rep. reges ad Luculli & Pompeij essęda pedites ambularunt. Lucianus παρεπεσῆς τῷ Φορείῳ. Plutarchus in Lucullo, βασιλεῖς δὲ πολλοὶ μὲν ἦσαν θεραπεύοντες αὐτὸν, τέσσαρες δὲ, ὃς μὲν ὠθεῖ αὐτὸν ἅρμα ὥσπερ ὀπαδὸς, καὶ δορυφόρος ἵππον ἐλαύνοντα περιὸν παρήλαυνε ἐν τοῖς χιλιάρχοις. Ad vehiculum Diocletiani Galerius Cæsar purpuratus cucurrit, cùm à Persis victus esset, ait Diaconus lib. 10.

Imperator ad Mauritaniæ reges hæc regni insignia mittebat, baculum argenteum supra inauratum, pilum argenteum, qui non totum caput obtegeret, sed veluti corona loris argenteis circumpendentibus ornaretur, tunicam albam variè distinctam, soleam

Mauritaniæ regũ regni insignia.

auratam,pallium album aurea fibula chlamydis ſpecie ad dextrum humerum deuinctum. A
Procopius lib. 1. Vandal. νόμος γὰρ ἦν μαυρουσίων ἀρχὴν μηδένα καὶ ῥωμαίοις πολεμίως ἢ, πρὶν αὖ αὐτῷ τὰ γνωρίσματα τῆς ἀρχῆς ὁ ῥωμαίων βασιλεὺς δοίη. ἔστι δὲ τὰ ξύμβολα ταῦτα, ῥαβδός τε ἀργυρᾶ καταχρυσωθεῖσα, καὶ πῖλος ἀργυρᾶς ἁλύσεως ἐπιπλέον, ἀλλ' ὥσπερ στεφάνη τῇ μαρμάροιν ἀργυρᾶς φαντάζουσιν ἀνεχόμενον, ἔς τε ἡνιόχιόν τι λιθοῦν εἰς χρυσῆν ζώνην καὶ ἣ δέξιον ὦμον ἐν χλαμύδος χήματι θατέρωθεν ξυνιὸν, χιτῶνά τε λιθοῦς ποικίλματα ἔχοντα, καὶ ἀσπίδα ἐπίχρυσον. Tzatzes rex Lazorum Conſtantinopolim profectus eſt, vt Agathias lib.3.ait ἀφῖκτο, τιμῶν τε παρεῶσαν ἀρχὴν ἔς τὰ ταύτης ἀξιώματα πρὸς τῶν βασιλέως ῥωμαίων ἢ ἐξ ἐκ παλαιοῦ νενόμισται δεδεγμένον. εἰσὶ δὲ ταῦτα, στέφανον χρυσοῦς λιθοκόλλητον, ἔς χιτῶνιον ποδήρη ὑπόχρυσον, πέδιλά τε κεκοσμαφῆ, ἔς μίτρα ὁμοίως χρυσῷ ἔς λίθοις πεποικιλμένη, χλαμύδα τε ἁλουργῆ τοῖς βασιλεῦσι τῶν λαζῶν ἐνθέμις ἀμπίσχεσθαι, λευκὴν ἢ μόνον, ἐ μὴν τοῖς γε φαντάζεσθαι πᾶσι γε κοινὴν, ἔτι ἔς εἰθισμένην. ἀμφὶ γὰρ τὸ μεσαίτατον ἑκάστη χρυσῷ ὑφάσματι ἑκατέρωθεν καταλάμπει, βασιλικὸν δὲ τὸ ἐμπρέπημα ἡ χλαμὺς λίθοις τε ἔς ἐκπρεπέσι, ἔς τῇ ἄλλῃ κατασκευῇ ἀξιωτέρα, ſuſcepturus patritum regnum, & eius inſignia à rege Romano. Sunt autem iſta, corona aurea lapillis intexta, tunica talaris auro inſignis, calcei cocco tincti, & mitra auro & gemmis diſtincta. Nefas autem eſt regi Lazorum chlamyde purpurea vti, ſed alba tantùm, non vſquequaque communi & vulgari. In medio enim chlamys aureo ſubtemine vtrinque lucet, fibula autem regia, qua vincta eſt chlamys lapillis, & monilibus, & alio ornatu ſplendet.

Abimelechi nomẽ Syriæ regibus attributum.

Libet his ſubiicere quemadmodum Romæ Auguſti, Cæſares, & Antonini dicti ſunt principes,ita & olim in Syria reges omnes dictos Abimelechos, in Ægypto Pharaones, & Ptolomæos,in Thracia Cotyes,in Ionia palmes,Langobardos,& Gotthos Flauios,Parthos Arſacidas,Latinos Murrhanos,Albanos,Syluios,in India Taxilas,in Æthiopia reginas Cãdaces,Hunnorum reges Cahanos,proconſules Africæ ſcipiones. D.Baſilius pag.33. οἱ βασιλεῖς τῶν ἀλλοφύλων κοινὸν μὲν εἶχον ὄνομα τὸ ἀβιμέλεχ. Eucherius ad Salonium & lib.2. de Nominib.Hebraic.Manaſſes in Politicis. ἐν βασιλεῦς μὲν μικρὸν γέγονεν αἰγυπτίοις, ἔς πρῶτοι βασιλεύσαντες τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων αἰγύπτιοι κατήρξαντο, ἔς τῶν φορολογεῖσθαι: *Paulò poſt*, inquit, *rex fuit Aegyptijs, & primi hominum Aegyptij regio imperio ſe ſubdiderunt, primi tributa ſoluerunt, & reges Pharaones habuerunt.* Tzetzes Chiliade 5.cap.10. τοῖς λύδοις, ἐν ὥσπερ τοῖς ἐν ἑῴοις τόποις πρὶν παλαιοῖς βασιλεῦς ὁ σύμπας ἐκάλουν.

Nomina regibus communia.

Diaconus lib.3.c.16.de geſtis Langobard.& Rhegino in Chronico,reges Langobardorum Flauij,Feſtus, Albanorum reges Murrhani. Seruius tamen ad libr.6. Æneid. Albani omnes reges dicti ſunt Syluij,ab huius nomine,ſicuti hodie Imperatores Rom. Auguſti vocantur, Ægyptij Ptolomæi,Perſæ Arſacidæ,Latini Murrhani. Q.Curt.lib.8.Onuphris rex Indiæ regium inſigne ſumpſit, & more gentis ſuæ nomen,quod fuerat patris, Taxilem appellauere populares, ſequente nomine imperium in quemcunque tranſiret. Reginæ Æthiopiæ Candaces in actis Apoſt.cap.8.Hungorum reges Cahani, vt Greg.Turon. lib. 4. c. 24.hiſt.Franc.vel Chagani. Proconſules Africæ Scipiones,vt Capitol.in Gordiano.Regis Æthiopum inſignia P. Diaconus lib.16.his verbis deſcribit. Rex Archetes nudus erat,habens circumcincturam, & in lumbis linea veſtimenta auro contexta. Circa ventrem verò portauit indumenta ſciſſa cum margaritis pretioſis,& in brachiis quinos circulos,& aureas armillas in manibus ſuis, in capite autem pannum gemmatum habentem ex vtroque ligamento plectas quatuor, & torquem aureum in collo ſuo, & ſtabat ſuper quatuor elephantes habentes iugum, & rotas quatuor, & ſuperius currum velatum aureis petalis,vt ſunt principum currus, & ſtans ſupra illos ferebat ſcutum paruiſſimum rotundum, & duas lanceolas aureas, & ſenatus omnis eius erat cum armis, canentes modulationes, muſicas.

Regis nomẽ à Senatu datum.

Olim bene agi cum iis regibus putabant, quos ſenatus reges appellaſſet, idque in magna laude & gloria ponebant. Cicero pro Deiotaro,rex quem ſenatus hoc nomine honorificentiſſimis ſæpe decretis appellauerat. Orat. de Haruſp. Reſponſis. Sed alter eſt rex iudicio ſenatus per nos,pecunia Bogitarus per te appellatus. Apud Liuium lib.31. Siphacis filius pro magno beneficio à ſenatu petiit, vt rex ſociúſque, & amicus ab ſenatu appellaretur. Cicero pro Sextio conqueritur reges appellatos à populo, qui id nunquam à ſenatu petiiſſent. Dio lib.39.Ptolomæus,inquit,multas pecunias impendit, ὅπως τὴν τε ἀρχὴν βεβαιώσῃ, ἔς φίλος, ἐν σύμμαχος ὠνομασθῇ. vt regnum firmaret, & amicus ac ſocius P. R. appellaretur. Huic rei originem arceſſit Strabo à bello Aſiatico aduerſus Antiochum, σωθὲν ἢ νίκᾳ πρῶτον οἱ ῥωμαῖοι τὰ κατ' ἀσίαν διῴκησαν νικήσαντες ἀντίοχον, φιλίας ἔς συμμαχίας ἐποιήσαντο πρός τε ἔθνη, ἐν τὰς βασιλέας. *Contigit Antiocho victo, quo primum tempore Romani res*

Aſiæ

A *Asiæ administrabant, vt amicitias & societates contraherent cum nationibus & regibus.* Cappadocibus cùm rex defecisset dederunt, vt suis legibus viuerent, pro amicitia & societate, quæ cum ea gente fuit.

Regibus munera à senatu data ostendimus. Liuius lib. 27. Ptolomæo & Cleopatræ togam & tunicam purpuream, sellam eburneam, pateram auream ex quinque pondo factam lib. 31. Masinissæ vasa aurea, argenteaque, toga purpurea, & palmata tunica, cum eburneo scipione, & toga prætexta cum curuli sella. Appianus in Libycis. Masinissæ, στεφανόν τε ἀπὸ χρυσοῦ, & σφραγίδα χρυσῆν ἔπεμπον, & ἐλεφαντίνου δίφρον, & πορφύραν, & σολλὸν ῥωμαϊκὸν, & ἵππον χρυσοφάλαρον, & πανοπλίαν: *Coronam auream, sigillum aureum miserunt, sellam eburneam, purpuram, togam Romanam, equum auro faleratum, & arma cataphracti equitis.* Procop. 1. Pers. Iustinianus Arethæ Gabalæ filio, principi Sarracenorum in Arabia ἀξίωμα
B βασιλέως ἐπεδήμησε, *regium nomen & dignitatem attribuit*, lib. 2. σύμβολα τῆς ἀρχῆς. Imperator τῷ ἀναδεξαμένῳ τὴν βασιλείαν τῶν λαζῶν ἔπεμπε. lib. 1. Gotth. Theodoricus βασιλέως μὲν τῶν ῥωμαίων οὔτε τῶν χρημάτων οὔτε τῶν ὀνομάτων ἐπιβατεύσας ἠξίωσεν, ἀλλὰ ῥῆξ τε δικαίως καλεῖσθαι. P. Diaconus lib. 15. Lazorum rex à Iustino acceptam portauit coronam, & chlamydem imperatoriam albam. Agathias, cùm Tzatzes à Iustiniano regni Lazorum insignibus honestatus esset, cum ἐπιβαίνει τῆς ἱππάδος, & τῇ βασιλείῳ στολῇ πεκοσμημένον, αὐτίκα οἵτε στρατηγοὶ & ὁ πᾶς ὁ τῶν ῥωμαίων στρατὸς, δεξιούμενοί τε & τὰ εἰκότα γεραίροντες προσηγέντο ἐξωπλισμένοι ὡς ἐπιφερέστατα, & ἅτε τῶν ἵππων οἱ πλεῖστοι ὀχούμενοι. οἱ δὲ λαζοὶ σοιχηδὸν οἱ παφλαγόνων σάλπιγγά τε παίοντες ἐπήχουν, & τὰ σημεῖα εἰς ὕψος ἐπῆρον, & ἵππῃ ἡ πομπὴ φαιδρά τ' ἐπιφανῶς ἅμα γινομένη. Constantinus Porphyrog. in Chorographia ῥηγάτον regnum vocat.

Insigne regum Sarracenorum est annulus. ibidem, ἐνβαλόντες ἐπὶ τῶν χειρῶν τὰς ἑαυτῶν
C δακτυλίους ἐδώκασι δυσὶ γέρουσι· ὃ ὡς δὴ σημεῖόν τῆς ἀρχῆς τῶν ἀναφλωῶν ἐν τῇ ἡμέραις καιόλε τῷ μεγάλε ἀδελφῷ τῶν ὑπολοιπῶν ῥηγῶν ἐπέλιπεν ῥηγα ἑαυτὸν καλέσαι. Diaconus libr. 16. Introiuit Byzantium Arethas patricius, & princeps Sarracenorum debita deferre Imperatori filiorum suorum, & debiti gratiam, vt scilicet post obitum suum tenerent principatum tribus suæ. Panegyr. Mamertini. Nam ille quidem magnus Alexander iam mihi humilis videtur Indo regi sua regna reddendo, cum tam multi reges Imp. vestri clientes sint, cùm per te regnum receperit Genebon: Esatech verò munus acceperit. Quid ille aliud expetiuit ad conspectum cum omni sua gente veniendo, nisi vt tunc demum integra auctoritate regnaret, cùm te Maximiane placasset, Constantinus Porphyrog. lib. 2. de Themat. ὅτε ἐβασιλεύετο ὁ βοσπόρου κότυϊ τῷ βοσπορειανῷ βασιλεῖ, ᾧ & διάδημα ἐπέδυσε φορεῖν ὁ καῖσαρ, καὶ τὰς πόλεις αὐτῷ καθυπέταξε, *Cæsar Cotyem Bosporanis regem præfecit, eumq. diadema ferre iussit, vr-*
D *bes ei subdidit.*

Munera à Senatu regibus data.

Annulus insigne regũ Sarracenorum.

CAPVT VI.

De funere Imperatorum.

DE Imperatorum Apotheosi, & funere censorio supra egimus, iam de luctu & funeris ritu paucis explicemus. Imperator si carus senatui, populóque Rom. langueret, questus & lamenta tota vrbe audiebantur. Ira Romæ, postquam Germanici valetudo percrebruit, cunctaq;, vt ex longinquo in deterius afferebantur, dolor, ira, & erumpebant
E questus, ait Tacit. lib. 2. Ann. Hos vulgi sermones audita mors adeò incendit, vt ante edictum magistratuum, ante senatusconsultum, sumpto iusticio desererentur fora, clauderentur domus, passim silentia, & gemitus, nihil compositum in ostentationem, & quanquam neque insignibus lugentium abstinerent, altius animis mœrebant. Qua defunctus est die, lapidata sunt templa, subuersæ Deum aræ, lares à quibusdam familiares in publicum abiecti, partus coniugum expositi, quin barbaros ferunt, velut in domestico, communiq; dolore consensisse ad inducias, regulos quosdam barbam posuisse, & vxorum capita rasisse, ad indicium maximi luctus. Regum etiam regem, & exercitatione venandi, & conuictu megistanum abstinuisse, quod apud Parthos iusticij instar est, vt Sueton. Calig. Zonaras, δημόσιον ἐπὶ τῷ τηλικούτῳ βασιλεῖ ἐποίησε πένθος. *Publicum luctum ob Imperatoris mortem fecit.* Capitolin. in Macrino, funus regium vocat. Spartian. in Ælio Vero imperatorium. Dies quo reliquiæ Germanici tumulo Augusti infere-

Luctus Imperatorũ & funeris ritus.

bantur,modò per ſilentium vaſtus, modò ploratibus inquies,plena vrbis itinera,conlucen- A
tes per campum Martis faces. Illic miles cum armis,ſine inſignibus magiſtratus, &c. fue-
re,qui publici funeris pompam requirerent,compararentque,quæ in Druſum patrem Ger-
manici honora,& magnifica Auguſtus feciſſet. Ipſum quippe aſperrimo hyemis,Ticinum
vſque progreſſum, neque abſcedentem à corpore ſimul vrbem intrauiſſe, circumfuſas le-
cto Claudiorum, Iuliorúmque imagines, defletum in foro, laudatum pro roſtris, cuncta à
maioribus reperta , aut quæ poſteri inuenerunt cumulata, &c. Vbi illa veterum inſtituta?
Præpoſitam thoro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina,& laudationes,& la-
chrymas,vel doloris initamenta , ait Tacit. libr. 3. Annal. Ad nuntium è Pannonia de M.
Antonini obitu , confuſa luctu publico vrbe , ſenatus in curia veſte atra amictus lachry-
mans conuenit , ait Victor. Auguſti reliquias legerunt primores equeſtris ordinis tunicati
& deſcincti,pedibuſq; nudis,ac in Mauſoleo condiderunt. Id opus inter Flaminiam viam, B
ripamq; Tiberis Sexto ſuo conſulatu exſtruxerat , circumiectasq; ſyluas , & ambulationes
in vſum populi tunc iam publicarat, ait Sueton. Gręgoras lib. 3. Ἐ τὸ τοῖς βασιλεῦσι πρέ-
πον δημόσια τίσασθαι πένθος. luctum qui debetur regibus,publicè conſtituere. Senatus Li-
uiæ luctum imperauit fœminis per totum annum , ei arcum decreuit, quod nulli vnquam
antea fœminæ. Dio, ἡ βουλὴ πένθος αὐτῇ παρ' ὅλον ἐνιαυτὸν ἐψηφίσατο. ἀνέδα αὐτῇ, ὃ μη-
δεμίᾳ ἄλλῃ γυναικὶ, ἐψηφίσατο.

Iuſticium in funere principum indictum.

Iuſticium Romæ indictum in funere principum, mutata veſtis, quod in luctu ſolemne
Lucanus,

———ferale per vrbem
Iuſticium , latuit plebeio tectus amictu
Omnis honos, nullos comitata eſt purpura faſces. C

Iuuenalis. Pullati proceres,differt vadimonia prætor. Dio , τὼ βουλευτικὼ ἐσθῆτα καταθέ-
μενοι , καὶ τῇ ἱππάδι τὼ γερουσίαν , ὥσπερ ἔθει μεγάλου τινὸς πένθους συναγαγόντες : *Senatoria veſte
depoſita, in equeſtri ſenatum, vt in magno luctu conuocantes.* Plebs ipſa veſtem mutabat, ſenatus
equeſtrem & anguſticlauiam, equites plebeiam , plebs ſordidam veſtem ſumebat. Liuius
lib.6.plebem veſtem mutaſſe , capillum ac barbam promiſiſſe. Mulieres purpuram , atque
aurum deponebant , viri capillum ac barbam promittebant. Liuius l. 34. Mulieres quid
aliud in luctu quam purpuram atque aurum deponunt,quid cùm eluxerunt ſumunt ? Die-
bus luctus lugentes in pellibus erant,ait Feſtus.κτενέαν laneæ vittę funebres.Liuius,Taber-
næ circa forum clauſæ , iuſticiumq; in fora ſua ſponte cœptum, priuſquam indictum , lati
claui,aurei annuli poſiti. Polyb.lib.de legation. Ἐ πέναρα ἐσθῆτα μεταμφιασάμενον , Ἐ κοι- D
νὸν , Ἐ πώγωνα τρέφων. *Sordidam veſtem,& communem induens,alens barbam.* Liu.lib.43.Prin-
cipes ciuitatis in conſpectu populi annulis aureis poſitis veſtem mutarunt.

Clauũ à ſenatoribus in funere Imperatorum ſumptum.

In funere Imperatorum ſenatores in theatro penulati , anguſtum clauum ſumunt , non
alias,vt Dio. Commodus παρήγγειλεν τοῖς βουλευταῖς ἔν τε τῇ σολῇ τῇ ἱππάδι, Ἐ ἐν τῷ πανδύ-
ας εἰς τὸ θέατρον εἰσιέναι, ὅπως ὅτι ἄλλως ποιοῦμεν εἰσιόντες εἰς τὸ θέατρον , εἰ μὴ τὸν αὐτο-
κράτορά τις μεταλλάξῃ. *monuit ſenatores,vt in veſte equeſtri, & in penulis in theatrum inirent,quod
non aliter facimus, quàm ſi exceſſerit vnus aliquis ex Imperatoribus.* Iulianus Conſtantij funus ſe-
quutus *detracto diademate,* τὸν περφυρᾶν παραλόμενον τὸ διάδημα.

Septizoniũ curſic dictũ.

Septizonium ea fini à Seuero exſtructum , qua Mauſolæum ab Auguſto, dictum autem
ſeptizonium, quia tæniis quibuſdam diuerſi columnarum ordines diſtinguebantur. Spar-
tian.Getą illatus maiorum ſepulcro , hoc eſt, Seueri, quod eſt Appia via euntibus ad por- E
tam , dextrum ſpecie ſeptizonij exſtructum , quod ſibi ille viuus ornauerat. vnde ſequitur
Antoninorum ſepulcrum,& Seueri ſeptizonium eiuſdem Mauſolæi partes fuiſſe, quia Se-
ueri cineres in Antonineum illati. Ammianus libr.15. regiæ ſepulturæ Vlimaëchus Nym-
phæum condidit. Heroum Iulio,& reliquis Imper.Romani apud Dionem ἀυγουστεῖον.

Corpus Imperatoris ſenatus humeris delatum.

Corpus mortui Auguſti ſenatus humeris in campum delatum, crematumq;,vt Sueton.
lib.2.Tacit.libr.1.Dio , τὸ μὲν σῶμα τὸ τοῦ αὐγούστου περφυρᾷ κατ' ἐκάστην πόλιν ἐκ διαδοχῆς ἐβά-
στασαν. περὶ μὲν δὴ τὴν ῥώμην γενόμενοι ἱππεῖς παρελάβοντες νυκτὸς ἐς τὸ ἄστυ ἐκόμισαν , τῇ δ' ὑστε-
ραίᾳ βουλὴ ἐγένετο , Ἐ ἐς αὐτὼ οἱ μὲν ἄλλοι τὼ ἱππάδα τολὼ ἐνδεδυκότες συνῆλθον , οἱ δ' ἄρ-
χοντες τὼ βουλευτικὼ , πλὼν τοῦ ἱματίου περιπορφύρων. ὁ δὲ δὴ πρόεδρος Ἐ ὁ δρόμος ἱερὸς αὐτοῖ
φάμενοι τὸν ἀγοραῖον τρόπον πεποιημένω εἶχον , ᾗ τὸν μὲν λειψανωτὸν ᾗ αὐτοὶ ἔθυσαν. *Corpus Auguſti
primi per vrbes quaſque tulerunt per vices. Romam vbi ventum , equites de nocte in vrbem intulerunt.
Die ſequenti ſenatus habitus eſt , in quem alij equeſtri veſte conuenerunt , magiſtratus veſte ſenatoria,*

ſine

A *siue prætexta, Tiberius & Druſus eius filius pulla veſte plebeio more, & thus ipſi adoleuerunt.*

Cineres Druſi tribunorum, centurionúmque humeris portabantur, præcedebant incompta ſigna, verſi faſces, atque vbi Colonias tranſgrederentur atrata plebes, trabeati equites, pro opibus loci veſtem, odores, aliáque funerum ſolemnia cremabant, etiam quorum diuerſa oppida, tamen obuij & victimas, atque aras Diis manibus ſtatuentes, lachrymis, & conclamationibus dolorem teſtabantur, ait Tacit. lib. 3. Ann. In quibus verbis illud trabeati equites, non poſſum concoquere. Putem Tacitum ſcripſiſſe, atratum plebes, pullati equites. Pedo elegia ad Liuiam, *Cineres Druſi humeris portati.*

Quos primum vidi faſces, in funere vidi,
Et vidi verſos, indiciúmque mali.

Virgil. lib. 11. Æne.

B *——— & verſis Arcades armis.*

Lib. 6. *——— Et ſubiectam more parentum*
Auerſi tenuere facem.

Omnia enim honoris argumenta verſa, ipſi auerſi officium præſtabant. Neruæ corpus, à ſenatu, vt quondam Auguſti, humeris delatum, in ſepulcro Auguſti, in campo Martio ſepultum.

In medio campo Martio fuit culina, ſeu καύστρα Auguſti. Strabo, ἐν μέσῳ ἢ τῷ πεδίῳ ὁ τὸ καύστρας αὐτὸ περίβολος, ἡ ἔτι λίθῳ λευκῷ, κύκλῳ μὲ περικείμενον ἔχων σιδηροῦν περίφραγμα, ἔντος ἢ αἰγείρους κατάφυτος, *in medio campo vſtrinæ eius ambitus ex lapide albo, ferreo vallo cinctus extrinſecus, intrinſecus populis conſitus.* Seneca tamen in ludo Claudij Mauſolæum Au- *Culina Auguſti in cãpo Martio.*

C guſti via Appia ponit & vſtrinam. Diaconus lib. 8. Traiani cineres in vrna aurea Romam relati, humatíque in Traiani foro ſub eius columna, cuius altitudo 140. pedes habet, & imago poſita ſicut triumphantes ſolent in vrbem inuecta, ſenatu præeunte, & exercitu. Appianus tradit primum Syllam per honorem ſepultum in campo Martio, poſtea in eodem fuit tumulus Iuliæ, Iulio, Auguſto. Tacit. lib. 1. Annal. In campo Martis ſede deſtinata. Strabo in deſcriptione campi Martij monet τὸ τὸ καύστρας ἓν ἀυγούστου τόπον, diuerſum à Mauſolæo fuiſſe.

Buſta autem Imperatorum, non tantum Mauſolæa, religione ſacra fuere, ideo conſepiebantur materia. Sueton. lib. 6. Denique buſtum eius conſepiri, niſi humili, leuique materia neglexit. Ibidem, in eo monumento ſolium Porphyretici marmoris ſuperſtante Lunenſi ara circumſeptum eſt de lapide Thaſio. Statius in tumulo Priſcillæ, *Buſta Imperatorũ religione ſacra.*

D *——— tantas venerabile marmor*
Sepit opes.

Virg. Culice,

——— tumulus formatum creuit in orbem.
Quem circum lapidum læui de marmore formas
Conſerit.

Sed hæc de monumento.

Seueri corpus militari more ornatum in pyram miſſum, de curſione militum & puerorum honeſtatum eſt. Oſſa in vrnam Porphyretici lapidis iniecta Romam delata ſunt, & in Heroum Antoninorum condita. Dio, τὸ σῶμα στρατιωτικῶς κοσμηθὲν ὅπλοις πυρᾷ ἐτέθη, καὶ τῇ τε τῶν στρατιωτῶν, καὶ τῇ τῶν παίδων περιδρομῇ ἐπιμήθη. τὰ ὀστᾶ ἐς ὑδρίαν πορφυρᾶ λίθου ἐμβληθέντα ἔστε τὴν ῥώμην ἐκομίσθη, καὶ ἐς τὸ ἀντωνινεῖον ἀπετέθη. Dio lib. 51. crepidinem Iulij Heroi, κρηπῖδα commemorat, quam Pauſanias 2. Elias περιοικοδομὴν interpretatur, ſeptum vndique ædificium.

Mauſolæum Cæſarum, cùm derepente patuiſſet omen mortis Imper. fuit, vt Sueton. in Veſpaſ. c. 23. Dio templum vocat in Seuero. κάλπιν ἔνθα ἓν τὰ σεβήρου λείψανα ἀπέθητο ἐν τῷ νέῳ ἔνθα βασιλέων ἱερὰ μνήματα: *Vrnam in qua erant reliquiæ Seueri, repoſuit in templo, vbi principum ſacra erant monumenta.* Hadrianus ad fluuium ſepultus eſt ad pontem Ælium. Ibi enim monumentum exſtruxerat, quia Auguſti Heroum plenum erat, & iam in eo nemo condebatur. Liuia in Auguſti monumento ſepulta. Cedrenus, Hadrianus ἐτάφη πρὸς αὐτῷ τῷ ποταμῷ πρὸς τῇ γεφύρᾳ τῇ αἰλίᾳ. ἐνταῦθα γὰρ τὸ μνῆμα κατεσκεύασεν. τὸ γὰρ τὸ ἀυγούστου ἐπεπλήρωτο, ὡς οὐκέτι δύνεις ἐν αὐτῷ ἐτέθη. Liuia ἐν τῷ μνημείῳ τῷ ἓν ἀυγούστου. *Mauſoleũ Cæſarũ patens omen mortis Imperatoris.*

Non ſatis intelligo, vnde Zonaras hauſerit Auguſto mortuo, Tiberium & Druſum præiuiſſe luctui cadaueris, quod omnino non attigerint, quia nefas fuit Imperatoribus *Mortuũ attingere Imperatoribus nefas.*

mortuum attingere. θεσπεσίως δ' πένθος τ νεκρὸν παντελῶς μὴ ἀπομόψας. ὃ γὰρ ἐξὸν τοῖς μο- A
ναρχοῦσι. Hoc scio, Pontifici Max. nefas fuisse videre mortuum, ideóque Drusi cadauer obuolutum, & obtectum in foro propositum, qua die Tiberius eum pro rostris laudauit. Tiberium autem non attigisse corpus Augusti contra fidem historiæ esse videtur, cùm apud Tacitum lib. 1. Tiberij edictum fuerit, quo patres in curiam vocabat de honoribus patris consulturus, neque abscedere à corpore, idque vnum ex publicis muneribus vsurpare. Augustus ipse dedit Druso mortuo, vt ab eius corpore non abscederet, vt Tacit. lib. 3. Ipsum quippe Augustum asperrimo hyemis Ticinum vsque progressum, neque abscedentem à corpore vrbem simul intrasse. Eutropius lib. 8. Caracalla funere publico elatus est. ἐγχώνην ἢ ὠτὸς τὰ νενομισμένα ὤφλε δ' στρατῷ, *ei iusta persoluta ab exercitu.* Britannicus veneno sublatus à Nerone, *per forum elatus est.* Dio, λεχθὲν δ' ἀγορᾶς ἀγομένης. Iulij *cadauer in foro propositum, orationem funebrem Antonius super eo habuit,* τ νεκρὸν ἐς τὴν ἀγορὰν προτεθέντ, τὸν λόγον B
ἐπ' ὠτὸς δ' αὐτονίου εἰπόντ. ait Dio. Adrianus imaginem Traiani curru triumphali vexit apud Spartianum. Caracallus & Geta *properarunt Pomam, reliquias patris deportantes. Corpus enim eius igni tradiderant, cineréfque cum aromatibus in vrnam Alabastri conditos Romam tulerunt, vt in sacris monumentis Imperatorum reponerent.* Aurel. Victor & Herodian. li. 3. εἰς τε τὴν ῥώμυλον ἠπείχοντο κομίζοντες τὰ παλαιὰ λείψανα. τὸ γὰρ σωμάτιον πυρὶ φθείραντες, πίτε κόνιν σὺν τοῖς ἀρώμασι εἰς κάλπιν ἀλαβάστρου ἐμβαλόντες ἀπεκόμιζον εἰς τὴν ῥώμην εἰς τὰ βασίλεια ἱερὰ μνήματα ἀποθησόμενοι. Gordiano Iuniori Heroum exercitus exstruxit, vicesimo milliario à Circesso ait Eutropius.

Fœminarũ luctus nona die post mortem Imperatorum.

Constantinopoli moris fuit, vt nona die à morte regis fœminæ omnes illustres conuenirent in monasterium Sosandron, vel aliud templum, vbi corpus Imper. sepultum esset, vt solemni luctu defungerentur, & memoriam eius celebrarent. Aderant omnes magi- C
stratus & subditi. Cùm autem sacri hymni adhuc canerentur. ἐνάτη μὲν ἡμέρα παρὼν μὴ τὸν τελευτῶντ τ βασιλέως, ἐν ἅπασιν τ ἐνδόξων σωθῆσαι γυναῖκες, ὅπη τῇ μονῇ τ σωσανδρων, Seruatorum humani generis, ἔνθα ἐν τὸ δ βασιλέως τεθαπται σῶμα, τὸ νενομισμένον τελεσαι πένθ, & τὰ μνημόσυνα. παρῆσαν δ' ὁμοῦ ἐν πάντες ἄρχοντες, ἐν δεχόμενοι. ἐπ τ ἱερὰς τελεμένης ὑμνῳδίας. vt Gregoras lib. 2. lib. 9. ἔνθα δὴ ἐν τὸ πένθ βασιλέως κατ' ἔτ ἐπ' ἐννέα ἡμέρας τετέλεσται. In æde Sosandrorum ex more quotannis luctus Imperatoris nouem diebus actus est.

Imagines Iuliæ in funere principum præferri solitæ.

Imagines Iuliæ gentis in funere principum prælatas esse contritum est. Tacitus lib. 3. Drusi funus imaginum pompa maximè illustre fuit, cum origo Iuliæ gentis Æneas, omnésque Albanorum reges, & conditor vrbis Romulus, post Sabina nobilitas, Appius Claudius, cæteræque Claudiorum effigies longo ordine spectarentur. Imperatoribus & ceteris D
quos consecratio manebat si alibi quàm Romæ obiissent funus duplex factum est. Priùs enim more communi corpus eorum crematum, dein relatæ Romam reliquiæ mausolæo illatæ sunt & consecrationis ritus peractus. Anton. Pius ludos Puteolis Adriano facto Pialio, Εὐσέβεια vocauit, ait Spartianus, qui certamen quinquennale vocat. Artemidor. lib. 1. cap. 28. μέλλων ἀγωνίζεσθαι σαφῶς εὐσέβεια τὰ ἐν ἰταλίᾳ ἀχθέντα τοῦ βασιλέως αὐτωνίνου ὅπη τὰ πατρὶ ἀδριανῷ in vet. lapide sacrum certamen, & εὐσεβασμὸν dicitur. Iuliani corpus defuncti pollinctum, conditúmque in loculis. Iouianus etiam tum protector domesticus, cùm regia prosequi pompa Constantinopolim vsque iussus est prope necessitudines eius humandum, ait Ammianus lib. 21. Eique vehiculo insidenti, quod portabat reliquias, vt principibus solet, annonæ militaris offerebantur indicia, vt ipsi nominant proba, & animalia publica monstrabantur, & ex vsu crebrescebant, occursúsque, & alia similia. E

Arca lapidea in qua Imperatorũ corpora condita.

Constantinopoli corpora Imper. cremare non fuit moris, sed ea includebant arca lapidea. & in Diuorum Petri & Pauli æde humabant condebántque, ἐν τῇ ἐπωνύμῳ τ ἁγιοσόλων ἐκκλησίᾳ, *quasi sacerdotium cum maiestate regia eiusdem honoris esset,* ὡς τ ἱερατικὴν ὁμοτίμως δ βασιλείας ἔσης, vt Cedrenus.

Porphyretica arca, in qua Imperatorũ corpora inclusa.

Iuliani corpus in arca Porphyretica tereti cylindri forma inclusum est, ὃ γὰ δύσλυον σῶμα ἀπεκομίσθη ἐν κωνσαντίνου πόλ, ἐν ἐθέτη ἐν λάρνακι πορφυρᾷ κυλινδροειδεῖ ἐν ᾧ ἐπέγραψεν ἐλεγεῖον τὸ ᾗ, ait Cedrenus. Arcadij corpus positum in templo sanctorum Apostol. in porticu ad meridiem, vbi & eius vxor Eudoxia, ἐν τῇ μεσημβρίνῃ στοᾷ, eodem auctore. Sic & Theodosij iunioris corpus positum in templo sanctorum Apost. vbi & Theodosij maioris corpus. Constantini magni corpus *positum in arca Porphyretica, seu Romana,* ipse & mater eius Helena, ἀπέθετο ἐν τῇ λάρνακι πορφυρᾷ, ἥτοι ῥωμαίῳ. Iustini secundi corpus positum in Heroo Iustiniani in arca Proconnesia, cum Sophia vxore. Constantinus magnus apud

Zonaram

A Zonaram in æde sanctorum Apostolorum positus est ἐν ἰδιαζούσῃ μὲν τῇ στοᾷ, ἣν ἐπὶ τῇ ταφῇ τοῦ πατρὸς αὐτὸς ᾠκοδόμησε κωνστάντιος, *in porticu propria, quam ad sepeliendum patrem exstruxit Constantius.* Cedrenus in Iustino secundo moris fuisse ait Constantinopoli, vt corpora Imper. conderent *in arca Porphyretica & viridi, & Proconnesia,* ἐν λάρνακι πορφυρετικῇ, καὶ πρασίνῳ. Idem ait Heroum Constantinopoli fuisse, vbi corpora Constantini, Eusebiæ, & Hélenæ sint condita.

Solemne item fuit in funere principum, vt laudationes haberentur, quas primùm vsurpatas volunt Athenis à Pericle, vt prodit Thucydides, deinde Romæ. Iulius Cæsar quæstor Iuliam amitam, & vxorem Corneliam defunctas laudauit de more pro rostris, vt Suetonius. Antonius in foro laudationem Cæsaris habuit. Tiberius ἐπηνέθη ὑπὸ τοῦ καίου, vt Dio. laudauit filium pro rostris Tiberius, ait Tacit. lib. 3. funus imaginarium Pertinaci B ductum est, & Censorium, & ab ipso Seuero funebri laudatione honoratus est, vt Capitolin. Drusus Augustum è commentario laudauit. προτεθείσης δὲ τῆς κλίνης ἐπὶ τοῦ δημαγορικοῦ βήματος, ἀπὸ μὲν ἐκείνου ὁ δρῦσός τι ἀνέγνω, ἀπὸ δὲ τῶν ἑτέρων ἐμβόλων τῶν ἰουλείων ὁ τιβέριος δημόσιον δή τινα καὶ δόγμα λόγον ἐπ' αὐτῷ ἐπελέξατο, *lecto proposito in suggestu, vnde conciones habentur, inde Drusus legit aliquid, id est, pro rostris, ex alijs rostris Iulijs Tiberius publicè laudationem Augusti ex decreto senatus habuit.* Tiberius in senatum ingressus *cùm laudationem conuenientem filij fecisset, domum relatus est.* καὶ τὸν προσήκοντα ἐπὶ τῷ παιδὶ ἔπαινον ποιησάμενος, οἴκαδε ἐκομίσθη. Idem Epitaphium amici defuncti per se in publico recitauit Seuerus. ἀνέβη ἐπὶ τὸ βῆμα τὸ τῶν ἐμβόλων, καὶ ἀνέγνω τὸ ἐγκώμιον τοῦ περτίνακος, ait Dio, Seuerus *ascendit in rostra, & laudationem Pertinacis legit.*

Laudationes in funere principũ habitæ.

Funus Vespasiani centies HS. fuit, in quo mimi adhibiti, qui dicta dicerent, & lecto C funebri præirent. Suetonius Vespas. c. 19. Sed & in funere Fauo Archimimus personam eius ferens, imitánsque, vt mos est, facta & dicta viui, interrogatis palam procuratoribus, quanti funus & pompa constaret? vt audiit HS. centies, exclamauit. Morem autem hunc seruatum in nobilium funeribus indicat Dionysius Halycarnasseus lib. 7. εἶδον δὲ καὶ ἐν ἀνδρῶν ἐπισήμων ταφαῖς, ἅμα τοῦ ἄλλαις πομπαῖς προηγουμένους, τῆς κλίνης σατυριστὰς χορούς, κινουμένους τὴν σικίννην ὄρχησιν, μάλιστα δὲ ἐν τοῖς εὐδαίμοσι κήδεσι: *Vidi etiam in funere virorum illustrium, cum alia pompa prætereuntes choros satyricos, saltantes saltationem Sicinnicam, maximè si diuitum exsequiæ essent.* Huc pertinet ille scurra, de quo in Tiberio c. 57. Scurram qui prætereunte funere elato mortuo mandarat, vt nuntiaret Augusto, nondum reddi legata, quæ plebi reliquisset.

Sumptus in funere Imperatorum.

Ritum qui seruatus in funere Iustiniani Imperatoris bellè descripsit Corippus lib. 3.

Ritus in funere Imperatoris Iustiniani seruatus.

D ———*passimque per aulam*
Porticibus longis stabat cum plebe senatus.
Interius flentes famuli, vasa aurea mille,
Mille columnarum species, argentea mille,
Quæ super impositis implebant atria ceris
Ordine cuncta suo, patrum sic more parata.
Triste ministerium latam feruebat in aulam,
Alta superpositis radiabant stramina gemmis,
Tempore quas prisco Romana potentia cœpit.
E *Tura Sabæa cremant, flagrantia mella locatis*
Infundunt pateris, & odoro balsama succo.
Centum aliæ species, vnguentáque mira feruntur
Tempus in æternum sacrum seruantia corpus.
———*non plura moratus*
Augustus nutu tolli sublime feretrum
Imperat, & tota populus processit ab aula,
Mœstáque funereas accendunt agmina ceras,
Omnis in exsequias sexus conuênit, & ætas,
Hinc Leuitarum venerabilis ordo canentum,
Virgineus tonat inde chorus.

Attonitæ

Attonitæ matres resolutis crinibus ibant, A
Transitus ob causam multi Pia tura cremabant,
Donec Apostolici subeuntes atria templi,
Inclyta sacrato posuissent membra sepulcro,
Quod prius ipse sibi puro construxerat auro.

Paulæ & Fabiolæ funus.

Eadem penè in funere Paulæ, & Fabiolæ vsurpata ostendit D. Hieronymus, Paula mortua translata est episcoporum manibus, & ceruicem feretro subiicientibus, cùm alij pontifices lampadas, cereósque præferrent, alij choros psallentium ducerent, tota ad funus eius Palæstina concurrit. Nihil pallor mutauerat faciem, sed ita dignitas oris compleuerat, vt eam putares dormientem. (Hic mihi nota vultu & ore aperto Paulam in feretro elatam) Psalmi personabant, non solùm triduo, donec subter ecclesiam conderetur, sed B per omnem hebdomadam. In epitaphio Fabiolæ sonabant psalmi, & aurata tecta templorum reboans in sublime, quatiebat alleluia.

Sepulchrum Macedoniæ regum apud Ægas.

Apud Ægas Macedoniæ vrbem, reges Macedoniæ sepulti, vt Plin. lib.4. c.11. De funere Syllæ Appianus legendus. ἐφέρετο ὁ νέκυς τοῦ σύλλα διὰ τῆς ἰταλίας εἰς τὸ ἄστυ ἐπὶ κλίνης χρυσηλάτου, &c. ἐφέρετο δὲ αὐτοῦ σημεῖα, καὶ πελέκεις ὅσοις περιὼν ἔτι ἐκοσμεῖτο. &c. τὸ δὲ λέχος ὑποδοῦντες ἀπὸ τῆς βουλῆς ἄνδρες εὐρωστοι διεκόμιζον, ἐς τὸ πεδίον ἄρειον ἔνθα βασιλεῖς θάπτονται μόνοι: *Ferebatur cadauer Syllæ per Italiam in vrbem in aureo lecto. Ferebantur signa, vexilla, secures, & fasces, quibus viuus vsus. Senatores robustissimi humeris lectum in campum Martium intulerunt, vbi soli reges sepulti.* De funere Hephæstionis lege Ælianum l.7. c.8. var. hist.

Mortuos cernere olim dijs nefas.

Imperatoribus quia Censores & Pontifices fuere, nefas fuisse monuimus mortuum spectare, tum quia Dij habiti Imperatores, Diis autem nefas mortuos cernere. Euripides C in Hippolyto,

οὔ μοι θέμις φθιτοὺς ὁρᾶν,
οὐδ' ὄμμα χραίνειν θανασίμοις ἀναπνοαῖς,

Non mihi fas videre mortuos, nec oculos polluere à spiritu mortuali, ait Diana Hippolyto mortuo. Idem in Alcesti

μή με μίασμα ἐν δόμοις κίχῃ
λείπω μέλαθρα.

Ne me, inquit Apollo, *piaculum in domo inueniat* relinquo domum, cùm moreretur Alcestis. Dio, οὔτε γὰρ τῷ ἀρχιερεῖ ἀπείρητο νεκρὸν ὁρᾶν, οὔτε τῷ τιμητῇ, πλὴν ἂν τὸ τέλος τοῦ ἀπογραφαῖς μέλλει ἐπάξειν. ἂν γάρ τινα πρὸ τοῦ καθαρσίου ἴδῃ, ἀνάδαστα τὰ πραχθέντα αὐτῷ πάντα γίγνετο. *Nec enim interdictum est Pontifici mortuum videre, nec censori cùm censum egerit, & lustrum condiderit.* D *Ante id tempus si mortuum viderit, & aliquid in censu egerit, omnia irrita sunt.* De Pontifice supra id falsum ostendimus. Augustus Agrippam mortuum laudaturus παραπέτασμα iniecit, in Octauiæ funere Augustus περιπετάσμασι ἐπὶ νεκροῦ χρησάμενος, καὶ αὐτός τ' ἐκεῖ τὸν ἐπιτάφιον εἶπεν: *Velis vsus supra cadauer, laudationem habuit.* Tunicati, discincti, pedibus nudis ossa legebant, Suetonio narrante in Augusto c.101. Tibullus,

Pars quæ sola mei superabit corporis, ossa
Incinctæ nigra candida veste legant.

Augustus bis laudatus, pro æde D. Iulij à Tiberio, pro rostris sub veteribus à Druso Tiberij filio, Suetonius c.100. Dio lib.54. lib.55. Qui mos ab Augusto inductus, cùm priùs semel tantùm laudarentur.

Aurum, vestes preciosæ & gemmæ sepulchris Imperatorũ inclusæ.

Sepulcris inclusum aurum, vestis pretiosa, gemmæ. Plautus in Pseudolo, ex hoc sepulcro vetere viginti minas effodiam. Pet. Diaconus de notis. I. M. I. S. B. A. In memoria ista sunt bona abscondita. malim in monumento isto. item, I N. H O. M N. S P. S N. F N. In hoc monumento sunt pecuniæ sine fine. In veteri monumento, E

Plutoni sacrum munus ne attingite fures.

Cassiodorus lib.4. c.18.34. Phædrus fab.37. Sidonius ep.12. lib.3. Opertorium posuit pro tumulo. Ambrosius ep. 34. Operculum quo regales exuuiæ teguntur. Iordanus histor. Gotth. Attilæ corporis coopercula auro, argento, ferro communiunt.

Lucus tumulis prætexi solitus.

Lucus interdum tumulis prætextus. Statius lib.5.

Et magno tumulum prætexere luco.
Est locus ante vrbem qua primùm nascitur ingens
Appia.

Vbi

Vbi monumenta, Heroa, tumuli.

A De funere Bruti vide Dionysium Halycarnasseum. Ammianus scribit, Valentiniani corpus post conclamata suprema conditum ad sepulturam, vt missum Constantinopolim inter Diuorum reliquias conderetur.

Loca in agris religiosa fiebant ad sepulturam. Hora. s. 8. lib. 1. *Loca in agris religiosa ad sepulturam.*

Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agris
Hic dabat, hæredes monumentum ne sequeretur.

De tumulo Cyzici Apollonius Rhod. lib. 1. Argon. p. 51. Nimius sum in hoc argumento. Detur tamen hoc & iuuentuti, & otio meo, vt paucula de ritu funerum subiiciam, ab aliis prætermissa.

Non tantum Romæ, sed etiam in Persis, Græcis, & aliis gentibus sepulturæ magnifi- *Magnificẽtia sepulturæ sepulcrorúmque Imperatorum.*
B centia, sepulcrorúmque spectata, de qua consule Arrianum sub finem libri sexti, vbi de monumento Cyri agit, Plutarchum in Arato, de cuius sepultura, vt intra mœnia præter morem fieret, Delphicum oraculum consultum. νόμου δὲ ὄντος ἀρχαίου μηδένα θάπτεσθαι τειχῶν ἐντὸς, ἰσχυρᾶς δὲ τῷ νόμῳ δεισιδαιμονίας προσούσης ἔπεμψαν εἰς δέλφους.

Pyra Imperatoribus quomodo sit exstructa, supra ostendimus. Isidorus lib. 15. pyram ædificium sepulcri esse ait quadratum, & fastigiatum à lato incipiens, in angustum desinens. Vitruuius lib. 2. c. 9. Pyram alternis trabibus transuersis componi ait turris instar. Virgil. lib. 6. *Pyra quid sit.*

———arámque sepulcri
Congerere arboribus, cœlóque educere certant.
C *Itur in antiquam syluam*, &c.

Nicetas sepulcrum Imperatorum *ex lapide fuisse scribit, qui in 7. vertices assurgeret*, σὲ μὲν ὁ ἑπτακόρυμβος οὗτοσὶ συνέξει λίθος.

In monumentis incisa elogia, velut hoc ab portam de Calatino, vno ore cui plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum, apud M. Tullium lib. 2. de finib. & Tuscul. 1. An tu egressus porta Capena, cum Calatini, Scipionum, Seruiliorum, Metellorum sepulcra vides. Maiores nostri statuas multis, paucis sepulcra decreuerunt. Ædiles curules edictum, quod de funeribus habeant Sulpitij funeri mittere, vtique locum sepulcro in campo Exquilino consul pedes 30. quoque versus assignet, quo Sulpitius inferatur, quod sepulcrum ipsius sit, & posterorum, vti quod optimo iure sepulcrum publice datum, apud eundem Philipp. 9. Indictiuum illud funus fuit, ad quod per præconem po- *Elogia in monumentis incisa.*
D pulus euocatus, ait Festus. Funus Hephæstioni ab Alexandro magnificentissimum apud Diodorum Siculum p. 624. libri græci.

Corpora Imperatorum purpura vestita, priusquam efferrentur. Corippus lib. 1. *Vestimenta ad Imperatorũ sepulturam parata.*

Purpureáque in veste iacens requiescere somno.

Gregorius Turon. lib. 4. c. vlt. lib. 6. c. 9. Exinde ablutus atque vestitus in ecclesiam defertur. Ennius, Neque terram iniicere, neque cruenta conuestire mihi corpora licuit. vulgò Romæ toga vestiti. Iuuenal.

Pars magna Italiæ est, si verum admittimus in qua
Nemo togam sumit nisi mortuus.

Ridet hunc ritum Lucianus lib. de luctu, λαμπροῦς ἀμφιέσαντες, ἵνα μὴ ῥιγῶεν δηλονότι παρὰ
E τὴν ὁδόν. ὁ δὲ εὐσχήμων καὶ καλὸς, καὶ καθ' ὑπερβολὴν ἐστεφανωμένος ὑψηλὸς πρόκειται, καὶ μετέωρος, ὥσπερ ἐς πόμπην κεκομμημένος: *Splendidè amicientes, ne rigerent in via. Ille autem speciosus, & pulcher, & supra modum coronatus, altus propositus, & sublimis ad pompam ornatus.* Chrysostomus serm. 1. de Iob. οἱ κατὰ σάρκα γονεῖς, ὅταν ἔχωσιν υἱὸν τῆς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς συνεχόμενον περικαθίζονται, λόγων τελευταίων ἀκροῶνται, χεῖρας αὐτοῦ περιπτύσσονται, συνταγὰς περὶ τῶν ἀδοκήτων συνάπτουσι, στόμα φιλοῦσι, τὰ τελευταῖα τῶν πατέρων φιλήματα. ἀποδέδωκε τὴν ψυχὴν ὁ παῖς, ὡς ὁ δεδωκὼς ἐκέλευσεν, οἱ γονεῖς σχηματίζουσι, χεῖρας ἀποτείνουσι, ὀφθαλμοὺς ἀποκλείουσι, τὴν κεφαλὴν διορθοῦσι, τοὺς πόδας ἐκτείνουσι, ἀπολούουσι, τοῖς ἀξίοις ἀμφιάζουσι ἐνταφίοις, καὶ τὴν ἰδίαν συμφορὰν παραμυθοῦνται. *parentes secundùm carnem, cùm filium habent extrema spirantem circumsident, postremos sermones audiunt, manus eius complectuntur, præcepta de insperatis coniungunt, osculantur postrema oscula. Puer reddidit animam,* vt qui dederat iussit, parentes eum formant, manus extendunt, oculos claudunt, caput erigunt, pedes exporrigunt, lauant, veste digna amiciunt, & suam calamitatem consolantur.

Nonnulli

Armati Imperatores sepulturæ dati.

Nonnulli armati sepulturæ dati. Thucydides lib. 5. Amphipolitæ Brasidam σὺν ὅπλοις δημοσίᾳ ἔθαψαν ἐν τῇ πόλει πρὸ τῆς νῦν ἀγορᾶς ἔσης, καὶ περιέρξαντες αὐτοῦ τὸ μνημεῖον ὡς ἥρωι τε ἐντέμνουσι, καὶ τιμὰς δεδώκασι, καὶ ἀγῶνας, καὶ ἐτησίας θυσίας: *Cum armis publicè sepelierunt in vrbe ante forum, quod nunc est, & monumentum eius sepientes, vt Heroi faciunt, & honores deferunt, & certamina & sacrificia annua.* De funere regio Spartæ Herodotus lib. 6. legatur. A

Ludi in funeribus principum.

De ludis in funeribus virorum principum, Isocrates in Euagora, τιμῶντά σε τὸ τάφον τοῦ πατρὸς, οὐ μόνον τῷ πλήθει καὶ τῷ κάλλει τῶν ὀπιφερομένων, ἀλλὰ καὶ χορεῖς, καὶ μουσικὴν, καὶ γυμνικοῖς ἀγῶσι, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἵππων τε καὶ τεταγῶν ἁμίλλας: *Cùm honorares tumulum patris, non solùm multitudine & pulcritudine eorum, quæ inferuntur, sed choris, & musica, & gymnicis certaminibus, & insuper equestri, & nauali prælio.* De funere Attilæ Iornandes, crinium parte truncata Hunni mortuo Attila, informes facies cauis vulneribus turpauere in mediis campis, & intra tentoria serica cadauere collocato, equites in modum Circensium ambientes cursibus facta eius cantu funereo referebant, &c. Alaricum vt humarent, Bazentium fluuium ab alueo suo auerterunt, & fossores simul occiderunt, mox fluuium in alueum reuocarunt. In Timoleontis funere Syracusiorum plebiscitum fuit, τιμῶν ἐτήσιον, τέτταρα δὲ διακοσίων μνῶν, τιμᾶσθαι δὲ εἰς τὰ ἅπαντα χρόνον ἀγῶσι μουσικοῖς, καὶ ἱππικοῖς, καὶ γυμνικοῖς, *vt anniuersarium ei honorem haberent, eúmque sepelirent minis ducentis, & in perpetuum honorarent certaminibus musicis, equestribus, gymnicis.* Romæ mortuos veste candida ornatos efferebant. Plutarch. Romaic. cap. 25. τὸ σῶμα ἐσθητι τεθνηκότος ἀμφιέννυσι λευκῇ. Arcam in qua Iulianus Aug. depositus γλωσσόκομον vocat Theodoritus lib. 3. B

Purpureus color cur mortuis proprius habitus.

Spartæ ἐν φοινικίδι, sepulti in chlamyde purpurea, quia sanguis animæ possessio est, ait Isidorus lib. 11. Inde genas lacerare mulieres solent, vnde & purpureæ vestes, & flores purpurei mortuis præbentur. Silius lib. 15. de Marcelli funere, C

——————*vos ite superbæ*
Exequias animæ, & cinerem donate supremi
Muneris officio.

Sacella & templa mortuis posita.

Sacella & templa mortuis posita ostendimus. Vet. Inscript. in oppido Alcantara in Hispaniis sacellum Neruæ. Alia Inscriptio.

Templum in rupe Tagi superis & Cæsare plenum,
Ingentem vasta pontem quod mole peregit
Sacra litaturo fecit honore sacer.

Item, *Romuleis templum cum Cæsare diuis*
Constituit, felix vtráque causa sacri. D

Lapis niger morti destinatus.

Niger lapis morti Romuli destinatus, deinde Faustulus nutricius Romuli, ibidem sepultus, ait Festus. Dionysius Halycarnas. lapidem hunc λέοντα λιθινὸν, *leonem lapideum* vocat. ὃς ἔκειτο τῆς ἀγορᾶς τῆς τῶν ῥωμαίων ἐν κεραίῳ χωρίῳ πρὸ τῆς ἐμβόλοις, *qui situs erat in pulcerrimo loco fori Romani ad rostra.* Varro pro rostris Romuli sepulcrum, vbi duo leones erecti. Ideo pro rostris mortui laudantur. Regum funebres tunicæ è quodam genere lini textæ, quod igni non vritur, corporis fauillam ab reliquo separant corpore, vt Plinius lib. 19. c. 1.

Columellæ sepulcris additæ.

Columellas sepulcris addebant cum titulo. Cicero Tusc. 5. Columellam non multum è dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura & cylindri: ad basim aduersam accessimus, apparebat epigramma de monumento Archimedis. Ante vrbium portas erant tumuli, columnæ, Pyramides. Lucianus in Necricis, τὰ πρὸ τῶν πόλεων ἐκεῖνα τὰ χώματα ὁρᾶς, καὶ τὰς στήλας, καὶ πυραμίδας. νεκροδοχεῖα, σωματοφυλάκια. οἱ δὲ πυρὰν νήσαντες πρὸ τῶν χωμάτων, καὶ βόθρον τινὰ ὀρύξαντες κάμσι ταυτὶ τὰ πολυτελῆ δεῖπνα, καὶ εἰς τὰ ὀρύγματα οἶνον καὶ μελίκρατον ἐσχέασι. Illi ante tumulos Pyram aggerentes, fossámque fodientes vrunt cœnas dapsiles, & in specus vinum & mulsum infundunt. Qui in bello mortui erant Athenis *publicè sepulti, eorum ergo certamina facta roboris, sapientiæ, opum.* Lysias in Epitaphio, θαπτοῦ δημοσίᾳ καὶ ἀγῶνες τίθενται ἐπ' αὐτοῖς ῥώμης, καὶ σοφίας, καὶ πλούτου. E

Sepeliendi mos apud Hispanos.

Hispani rogo exstructo armati decurrunt cum tripudiis, motibúsque armorum, & corporum suæ cuique genti assuetis, vt Liuius lib. 25. Vitellius exstructis in campo Martio aris inferias Neroni iecit, cæsæ publicè victimæ, crematæque, faces Augustales subdidere. Tacitus lib. 2. hist. Lege Virgilium lib. 6. & lib. 11. Æneid.

Tum geminas vestes auróque ostróque rigentes
Extulit Æneas, &c.

Imago

A Imago quædam Imperatorij funeris esse videtur apud Platonem lib. 12. de Rep. τελευτήσασι δὲ προθέσεις τε, καὶ ἐκφοράς, καὶ θήκας διαφόρους ἔν τ' ἄλλων πολιτῶν, λοῦκλῳ μὲ τῷ στελῷ ἔχειν πᾶσαν, θρηνοῦντε καὶ ὀδυρμῷ χρεὼν γίγνεσθαι, κρεῖσσον δὲ χορὸν πέντε καὶ δέκα, καὶ ἀρρένων ἕτερον, θεισαμένας τῇ κλίνῃ ἑκατέρας: *Mortuis viris præclaris collocationes, elationes, & thecas esse alias à reliquis ciuibus, & habere omnem vestem albam sine nænia & comploratione. Chorum autem puellarum 5. & 10. totidémque puerorum circumstare lectum funebrem.*

Septem dies cadauera Romæ asseruabantur domi, antequam efferrentur, Athenis secunda die à morte collocabatur corpus, tertia efferebatur. Demosthenes in Macartatum, ἢ τὸν τεθνεῶτα προτίθεσθαι ἔνδον ὅπως ἂν βέλῃ, ἐκφέρειν δὲ τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ἂν πρεσβῦ, πρὶν ἥλιον ἔχειν. βαδίζειν δὲ τοὺς ἄνδρας πρόσθεν ὅταν ἐκφέρωσι, τὰς δὲ γυναῖκας ὄπισθεν: *Collocari mortuum domi vbi voluerit, die sequenti collocationem efferri ante solis ortum, viros in exsequijs præire,* B *sequi mulieres.* Antiphon. in Chor. πρώτη ἡμέρα ἧς ἀπέθανεν ὁ παῖς, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ἧς προέκειτο, τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἧς ἐξεφέρετο. *Tempus quo cadauera domi seruabantur ante sepulturam.*

De funere Caroli magni veteres Annales Francorum, corpus eius aromatizatum est, & in sede aurea sedens, positum in curuatura sepulcri ense aureo accinctum, euangelium aureum tenens in manibus, & genibus, reclinatis humeris in cathedra, & capite honeste erecto, ligato aurea catena ad diadema, & in diademate lignum sanctæ crucis positum est. Repleuerunt sepulcrum eius aromatibus & musco. Vestitum corpus eius vestibus Imperatorum, & sudario sub diademate facies eius operta est. Cilicium ad carnem eius positum est, quod secreto semper induebatur, & super vestimentis imperialibus pera peregrinalis aurea posita est, quam Romam portare solitus erat. Sceptrum aureum, & scutum aureum, quod Leo Papa consecrauerat, ante eum posita sunt pen- C dentia, & clausum & sigillatum est sepulcrum eius. Sudarij illius meminit Nonnus ad Iohannem, *Caroli magni funus.*

καὶ κεφαλῆς ζωστῆρα παλίλλυτον ἄμματι χαίτης,
σουδάριον τὸ πὲρ εἶπε σύριον ὑπόδημα σουδή.

Et capitis cingulum nexu comæ resolutum, quod vernacula Syrorum lingua sudarium vocat. Imò, Latina. De funere Achillis Q. Calaber lib. 3. legendus.

Omnia olim delubra Deum fuere hominum Mausolea, vt docet Clemens Alexandr. in Protreptico p. 18. 19. νεὼς μὲν ὑφήμως ὀνομαζομένους, τάφους δὲ γλωμένους: *Templa bonæ fœuæ caussa nominata, cùm essent tumuli.* ἐν τῷ νεὼ τὸ ἀθλώσας ἐν λαείοις ἐν τῇ ἀκροπόλει τάφον ὄζιν ἀκεισίν. Consulatur ibidem. *Mausolea quæ olim fuerint.*

Imperatores exsequias amicorum vsque ad rogum frequentarunt, ait Suetonius in Ti- D berio c. 3. Drusus tamen Tiberij filius, *eius corpus humeris suis extulit, à quo scriptus hæres erat,* κληρονόμον ὑπό τινος καταλειφθεὶς τὸ σῶμα αὐτὸς συνεξήνεγκε, vt Dio. Vltra portas ad monumentum non procedebant honestiores. Propertius, *Exsequiæ amicorum ab Imperatoribus frequentatæ.*

Si piguit portas vltra procedere, at illud
Iussisses lectum lentius ire meum.

Marcus Antoninus leges sepeliendi sanxit, vt si quis vellet, fabricaret sepulcrum, ait Capitolin. Funus viri clarif. per vespillones elatum, pullati præcessere honorati, complures nudatis capitibus adúsque sepulcrum incedentes pedibus. Quosdam etiam complicatis articulis præire mandauit Imperator, narrante Ammiano. Cremata est Agrippina conuiuali lecto, vt Tacitus lib. 14. In funere Coriolani Romæ γυναῖκες ὑποφέρυαι χρυσόν τε, καὶ πορφύραν, καὶ τ' ἄλλον ἅπαντα κόσμον μέλασι ἀμφιασμοῖς χρώμεναι τ' ἐνιαύσιον ἐπένθησαν χρόνον, E *mulieres purpura & auro, omnique alio ornatu depositis, pullatæ totum annum in luctu fuerunt.* *Sepeliendi leges.*

De honore qui habitus Cæsaribus in funere Sueton. in Caligula c. 4. & 5. in Claudio c. 1. in Nerone c. 50. in Galba c. 6. in Vitellio c. 11. Virgil. 3. Æneid. *Honor Cæsaribus in funere habitus.*

——— stant manibus aræ
Cæruleis mœstæ vittis, atráque cupresso,
Et circum Iliades crinem de more solutæ.
Inferimus tepido spumantia cymbia lacte.
——— & magna supremum voce ciemus.

Statius lib. 2. lib. 5. lib. 3. Sylu.

Ipse etiam tecum nigræ solemnia pompæ
Produxi, & fœuos damnati thuris aceruos, &c.

Plutarchus in Othone, τῇ πυρᾷ λαμπάδας ἀφέντες ἑαυτὸς ἀπέσφαξαν : *cùm misissent faces in pyram se ipsos trucidarunt.* Vide Valerium Flac. lib. 3. Argonaut. Homerum lib. 6. Iliad. & in funere Patrocli & Hectoris. Albinouanum ad Liuiam. A

Scytharum mos in sepeliendis regibus.

Scythæ vnà cum rege sepeliunt pocillatores, coquos, pellices. Dio Chrysost. de fuga, ἔθος γάρ ὄστιν ἐν σκύθαις τοῖς βασιλεῦσι συνθάπτειν οἰνοχόες, καὶ μαγείρες, καὶ παλλακάς. De funere Viriati legendus Appianus in Ibericis. De funere Diomedis Polyænus lib. 8. Sed è diuerticulo redeamus, & Imperatores inspiciamus.

Constantini funus.

Funus & luctum in funere Constantini Eusebius lib. 4. diligenter expositi, his verbis, οἱ δὴ τὰ νόμιμα τελοῦντες θεσμὸς ἀπεπλήρων θείους, καὶ τ' ἀπορρήτων μετεδίδοσαν, ὅσα χρὴ προσδέχεσθαι μύστας. Sacerdotes autem iusta & solemnia facientes, diuinos ritus legésque impleruntque, & eum participem arcanorum mysteriorum fecerunt cum ea, quæ oportet adornassent. Solus igitur ex omnibus Imperatoribus Constantinus Christi passione, & martyrio regeneratus, sacris mysteriis initiatus est, diuinóque sigillo honoratus spiritu exsultabat. Renouabatur, & lumine replebatur diuino, &c. vbi quæ oportuit impleta sunt, splendidis & regiis vestibus luminis instar lucentibus amictus est, & in lecto candidissimo requiescebat, iam purpuram attingere detrectans, &c. Eo mortuo δορυφόροι μὲν αὐτίκα καὶ πᾶν τὸ σωματοφυλάκων ἦθος ἐθνήτας προῤῥηξάμενοι, σφᾶς τ' αὐτοὺς ῥίψαντες ἐπ' ἐδάφες τὰς κεφαλὰς ἤρασσον, κωκύτες, φωνάς οἰμώγας τ' ἅμα καὶ βοὰς ἀφιέντες, τὸν δεσπότην, τὸν κύριον, τὸν βασιλέα, οὐχ' οἷα δεσπότην, πατέρα δ' ὥσπερ γνησίων παίδων δίκην ἀνακαλέμενοι. ταξίαρχοι δὲ, καὶ λοχαγοὶ τὸν σωτῆρα, τὸν φύλακα, τὸν εὐεργέτην ἀνεκαλοῦντο. τά τε λοιπὰ τραπωτικὰ σὺν παντὶ κόσμῳ τῷ πρέποντι οἷα ἐν ἀγέλαις τὸ ἀγαθὸν ἐπόθουν ποιμένα, *stipatores statim, & vniuersi protectores scissa veste se ipsos ad terram mittentes, capita ad terram allidebant, & planctum ac voces lamentabiles cum clamore mittentes Dominum, regem, Imperatorem, vt patrem liberorum naturalium appellabant, tribuni & centuriones seruatorem, custodem, benefactorem salutabant. Cæteri exercitus quasi greges bonum pastorem desiderabant.* Populi quoque per omnem vrbem circumcurrabant, *intestum animi dolorem* (ἄλγος ἐνδύμυχον) testificati clamore. Alij deiecto vultu stupentibus similes, vno quoque priuatum luctum agente, pectúsque plangente, quasi communi omnium bono ex omnium vita sublato. Milites corpus tollentes in arcam auream intulerunt, quam purpureo stragulo tectam Constantinopolim intulerunt, deinde in loco palatij maximè illustri supra gradus altos deposuerunt, & accensis in ambitum luminibus in aureis vasis spectaculum præbebant, quale nullum vnquam fuit. Intus enim in palatio in media aula corpus in arca aurea sublimi positum erat, purpura & diademate ornatum, quod multi pernigiles die noctéque circum obseruabant. Duces exercitus, comites & dignitates, quibus adorare principem lex erat, de more introeuntes principem in arca positum, quasi viuentem genu nixi salutabant; ipsíque adeo senatores, & dignitates omnes, hominésque plebeij cum vxoribus & liberis ad spectaculum veniebant. Quod tanto tempore factum, donec filij principis aduenientes, patris corpus cum honore & reuerentia extulerunt. Mausolæi non meminit, quod Constantino magno factum, cum in beatorum Apostolorum æde sit conditum. Columnas tamen, & pyramidas Porphyreticas, marmoreas fuisse dubium non est, cùm priuati homines Constantinopoli sibi Mausolæa insanis substructionibus ædificarint. Claudianus lib. 2. in Ruffin. B C D

Qui sibi pyramidas, qui non cedentia templis
Ornatura suos exstruxit culmina manes. E

Cæsareum principis Mausoleũ.

Cæsareum vocat Iosephus principis Mausoleum lib. 15. c. 13. τὸ καισάρειον ἐν τῷ ὄρει τῷ πανίῳ λεγομένῳ κατεκαυθὲν ὑπὸ Ἡρώδου : *Cæsareum in monte Panio ab Herode exustum.* τὸ ἀγρίππειον, Agrippæ Mausolæum ab Herode factum. Herodis monumentum, ἡρώδειον, ἀλεξανδρειον, Alexandri. Codinus in Constantinopoli μνημοθέσια, *monumenta regum* vocat. Tzimisces *è materia condidit Chalcen, vbi sepultus est,* ἐκ τῆς ὕλης ἔκτισε τὸν χαλκῆν, ἔνθα καὶ ἐτάφη. Iulianus sepultus in æde B. Apostolorum Petri, & Pauli. Ioannes episcopus Citri in Respons. δείκνυσι δὲ καὶ δυσεβῶν βασιλέων τάφοι ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἁγίοις ναοῖς, ὡς καὶ ἐν Βάσκατε ἰουλιανὸν ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων καὶ πανσόφων ἀποστόλων. Inueniuntur tumuli principum impiorum in templis Christianorum, vt & Iuliani desertoris in templo sanctorum & benedictorum Apostolorum. Galieni sepulcrum ab vrbe aberat per viam Appiam millibus nouem, ait P. Diaconus. Hæc enim via Mausoleis principum assignata. Cum Imperatoribus pretiosissima quæque condebantur. Nicetas lib. 1. Alexij. ἔγνω δὲ τοῖς ἀλάλοις καὶ

πανσόφοις

A κωφοῖς τ βασιλέων ἐπιθέσ μνήμασι. ἐτυμωρυχοῦτο οὖν τὰ μνήματα, ὡς τοῖς πώποτε ῥωμαίων ἄρξασι, καὶ ὅσων αἱ πρεάξεις πρόδοξοι τὰς λαίνας μόνον χιτῶνας: *Statuit inuolare in monumenta surda muta Imperatorum, quæ effodiebantur, vt Romanis priscis Imperatoribus, quorum præclara facinora, solæ lapideæ tunicæ relinquerentur.*

Eusebius lib. 4. scribit Constantinum magnum beatis Apostolis P. & Paulo templum ornatissimum exstruxisse. αὐτὸς γοῦν αὐτῷ εἰς δέον τὰ καιρὸν τ αὐτ τελούτης τ ἐν ταυτοῖ τόπον ἐταμιεύετο, τ τ ἀποστόλων προστάσεως κοινωνὸν τ ἑαυτῆ σκιῶν, &c. δώδεκα οὖν αὐτόθι θήκας ὡσανεὶ στήλας ἱερὰς ἀπὶ τιμῇ καὶ μνήμῃ τ τ ἀποστόλων ἐγείρας χορῷ, μέσῳ ἐπίθετο τῷ αὐτ αὐτὸς λάρνακα, ἧς ἐκατέρωθεν τ ἀποστόλων ἀνὰ ἓξ διέκειντο: *Ipse igitur sibi ipsi locum disposuit in tempus mortis, qui appellationis Apostolorum particeps esset corpori suo condendo. Ibi 12. thecas quasi sacras columnas in honorem & memoriam 12. Apostolorum cùm excitasset, medium posuit inter eas* B *conditorium sui corporis, ad quod vtrinque sex Apostolorum thecæ dispositæ erant.* Choniates lib. 2. Manuel, τὰ ὅσια τῷ πατρὶ ἐκτελέσας, *cùm patri iusta fecisset.* Hic mos tenebat, vt Celliotæ imperatoris ad sepulcrum eius vsque ad prima sacra funeralia perseuerarent, ait Phranses lib. 2. cap. 1. Theodorit. lib. 2. c. 16. τ μακαρίτην κώνσαντα, mortuum Constantem vocat. Sozomenus sub finem lib. 2. funus Constantini magni describit, quem si lubet adito. Spartianus in Adriano socrus suæ Marcianæ sorori Traiani honores præcipuos impendit ludis gladiatoriis, ceterísque officiis. Post ceteras immensissimas voluptates in honorem socrus suæ aromatica populo donauit. Vet. Lapis Seuerinæ sacerdoti D. Marcianæ. Parentalium die fiebat in plebem diuisio specierum variarum, vt vini, olei, pecuniæ, κρεοκόρανσις in theatro. Adrianus balsama & crocum per gradus theatri fluere iussit in honorem Traiani fabulas omnis generis more antiquo in theatro dedit: histriones aulicos publi- C cauit, vide Dion. in Traiano. Ludi gladiatorij solemnis honor funereus Imperatorum. Ausonius,

Tres primum Thracum pugnas tribus ordine cellis,
Iuniadæ patris inferias misére sepulcro.

Templum à Constatino magno Petro & Paulo exstructũ.

Simocatta de obitu Tiberij libr. 1. καὶ πολὺς αὐα τὸ ἄσυ ἐπεκύμαινε θρῆνος. πολλῶν γὰρ ὀφθαλμῶν ῥεῖθρον διήνοιξε, καὶ φλέβας δακρύων ἀνέτεμε, ὃ μέγα τ τ πολλῶν ψυχαῖς ἀνέφοιτα πένθος. τὸ φαιδρὸν τ σολῆς διερρήγνυτο, τότε κατηφὲς τ ἐσθῆτος ἀντελαμβάνετο. Ad mœstum illud theatrum acroama conuocabat, vt in aulam imperatoriam turmatim confluerent. οὐκ εἶχε τὰ πρεαύλια φύλακας τοῖς πολλοῖς πρεπετάσμασι μόγις τοῖς ἐν ἀξίᾳ φιλοτιμουμένοις τὴν εἴσοδον. Vestibula non habebant custodes, cùm plura aulæa vix iis qui in dignitate D erant aditum aperirent. Tristis hymnodia tota nocte erat lucernis lucentibus iniucundum spectaculum præbens. Cum sole populus omnis in funus imperatoris se effundit, eúmque prædicatione & lachrymarum imbribus prosequitur. Phranzes lib. 1. c. 3. dies ab obitu imperatoris nonus illuxerat, cum quantum erat nobilium matronarum in Sosandrum monasterium, vbi corpus eius compositum iacebat, ad defuncti memoriam solemni luctu cohonestandum confluit. Primores ac plebeij sacris intersunt, cúmque adhuc liturgiæ daretur opera stringuntur enses. P. Diaconus lib. 10. de Marci morte nuntio Romam peruecto, confusa luctu publico vrbe senatus in curiam veste tetra amictus conuenit, & quod de Romulo ægrè creditum est, omnes pari sensu præsumpsere, Marcum cœlo receptum esse. Paulus Diaconus lib. 11. corpus Constantini in aureo locello collocatum Constantinopolim est deuectum, & in palatij celso loco repositum, quod in multis ho- E noribus atque veneratione quasi viueret habebatur. Postea ab Oriente Constantio veniente cum imperialibus exsequiis funus eius sepultum est in ecclesia Apostolorum in sepulcro porphyretico. lib. 14. Honorius Romæ mortuus, corpúsque eius iuxta Beati Petri Apostoli in Mausoleo sepultum est. Placidiæ & Astaulphi filium θάπτουσιν ἐν λάρνακι καταθέντες ἀργυρᾷ, *sepelierunt in arcula argentea conditum.* Constantinus Porphyrog. lib. de Administ. Imper. ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ τὰ σκῆπτρα τ τ ῥωμαίων βασιλείας κρατήσαντος. Claudio non diuinum vocabulum modò, sed ex auro quoque statuam prope ipsum Iouis simulacrum in Capitolio, atque in curia clypeum ipsi aureum proceres sacrauere. Contigit Diocletiano, quod nulli post natos homines, vt cùm priuatus obiisset, inter Diuos tamen referretur, ait P. Diaconus.

Tiberij funus.

CAPVT VII.

De Honoribus qui mortuis Imperatoribus decreti.

Honores mortuis Imperatoribus delati à quo fluxi.

QVEMADMODVM imperij nomen à Iulio fluxit, sic & honores qui viuis, mortuísque Imperatoribus delati. Appianus lib. 2. populus lectum, in quo Cæsaris corpus, detulit in Capitolium, vt sanctum, sepulturi in templo, & posituri inter Deos. Deinde relatum in forum cremarunt, & in rogum pompam funeris splendidissimam intulerunt, coronas & ἐφιστία dona militaria. ἔνθα βωμὸν πρῶτον ἐτέθη (ita lego) νυῦ δ' ὅτι νεὼς αὐτοῦ καίσαρος θείων τιμῶν ἀξιώματος : *Vbi ara primum posita, nunc autem est templum ipsius Cæsaris, vbi diuinis honoribus colitur*, ab Octauio positum. B

Iulij Cæsaris funus.

Disertius Suetonius, funere Iulij Cæsaris indicto rogus exstructus est in campo Martio, iuxta Iuliæ tumulum, & pro rostris aurata ædes ad simulacrum templi Veneris collocata, iuxtáque lectus eburneus, auro ac purpura stratus, & ad caput tropæum cum veste, in qua fuerat occisus, præferentibus munera, quia suffecturus dies non videbatur. Præceptum est, vt omisso ordine, quibus quisque vellet itineribus vrbis portaret in campum: Inter ludos cantata quædam ad misericordiam, &c. Laudationis loco consul Antonius per præconem pronuntiauit senatusconsultum, quo omnia ei diuina simul, atque humana decreuerat. Item, iusiurandum, quo se cuncti pro salute vnius adstrinxerant. Lectum pro rostris in forum magistratus, & honoribus functi detulerunt. Quem cùm pars in Capitolini Iouis cella cremare, pars in curia Pompeij destinaret, repente duo quidam gladiis succincti, bina iacula gestantes, ardentibus cereis succenderunt, confestimque circumstantium turba virgulta arida, & cum subselliis tribunalia, quicquid præterea ad donum aderat congessit. Deinde tibicines & scenici artifices vestem, quam ex instrumento triumphorum ad præsentem vsum induerant detractam sibi, atque desciſſam iectæ flammæ, & veteranorum militum legionarij arma sua, quibus exculti funus celebrabant. Matronæ pleræque ornamenta sua, quæ gerebant, & liberorum bullas atque prætextas in summo publico luctu, exterarum gentium multitudo circulatim suo quæque more lamentata est, præcipuéque Iudæi, qui etiam noctibus continuis bustum frequentarunt. Plebs solidam columnam prope 20. pedum lapidis numidici in foro statuit, scripsitque parenti patriæ. Apud eandem longo tempore sacrificare, vota suscipere, controuersias quasdam interposito per Cæsarem iureiurando distrahere perseuerauit. In Deorum numerum relatus est, non ore modò decernentium, sed & persuasione vulgi. Siquidem ludis, quos primos consecratos ei hæres Augustus edebat, stella crinita per 7. dies continuos fulsit exoriens circa vndecimam horam, creditúmque est animam esse Cæsaris in cœlum recepti. Et hac de causa simulacro eius in vertice additur stella. Curiam in qua occisus est, obstrui placuit, Idúsque Martias parricidium nominari, ac ne vnquam eo die senatus ageretur, ait Suetonius. Dio lib. 44. βωμὸν δέ τινα ἐν τῷ τοῦ πυρὸς χωρίῳ ἱδρυσάμενοι, θύειν τ' ἐπ' αὐτῷ καὶ κατάρχεσθαι τῷ καίσαρι, ὡς καὶ θεῷ ἐπεχείρουν : *Aram quandam in loco, vbi pyra fuerat, cùm exstruxissent, aggressi sunt sacrificare in ea, & initiari Cæsari, vt Deo.* Aram ponit Dio non columnam, quam tamen agnoscit Cicero Philip. 1. Talisque euersio illius exsecratæ columnæ, quam Appianus à Pseudomario positam ait. Iulio apud Dionem, ἔστε τὰ θέατρα τότε δίφρον αὐτοῦ τὸν ἐπίχρυσον, καὶ στέφανον αὐτοῦ τὸν ἀμάλιθον, καὶ ἀμάχρυσον ὀξ ἴσα τοῖς τῶν θεῶν ἐσκομίζεσθαι. καὶ τὸ ἱπποδρομίας ἔχον εἰσάγεσθαι ἐψηφίσαντο, *decreuerunt, vt sella eius inaurata in theatro, & corona eius lapillis, & auro distincta ex æquo cum Dijs inferretur & in circum thensa eius induceretur.* Appianus lib. 2. Ciuil. orationem in funere Cæsaris ab Antonio habitam scribit, aitque, Antonius τὸ λέχος ὡς ἐπὶ σκιρὸς στείσης, κατακύψων τε ἐς αὐτὸ, καὶ ἀνίσχων, ἐφορᾶν μὲν ὡς θεὸν ἐφίστιον ὕμνει, *supra lectum feralem in loco editiore vt in scena astitit, subinde in eum demittens oculos, ac introspiciens, tum se attollens, ac primò laudabat vt aliquem cælitum.* τὸ σῶμα τοῦ καίσαρος ἐγύμνα, καὶ πλὴν ἐσθῆτα ἐπὶ κόντῳ φερομένῳ ἀνέσεισε λελακισμένην ὑπὸ τῶν πληγῶν, *nudauit corpus Cæsaris, & vestem conto sublatam excussit, vt erat ictibus lacera.* Contum illum doctissimus Casaubonus putat esse trophæum, cuius meminit Suetonius, his verbis: Iuxtáque lectus eburneus, & ad caput trophæum cum veste, in qua fuerat occisus. Nescio quàm bene. Addit Appianus, vnusquisque piam ceream Cæsaris effigiem

A effigiem ſupra lectum extulit. nam corpus in lecto ſupinum iacens non cernabatur. τὸ δὲ εἰδωλεῖον ἐκ μηχανῆς ἐπετρέφετο πάντῃ, καὶ σφαγαὶ τρεῖς, καὶ εἴκοσιν ὤφθησαν, *effigies autem ex machina verſatili apparebat omnibus, & 23. vulnera cernebantur.* lib. 56. de Auguſto, μετὰ δὲ τοῦτο ἡ σκηνὴ αὐτὴ ἐξήρετο. κλίνη ἦν ἔκτε ἐλέφαντος, καὶ χρυσῷ πεποικιλμένη, καὶ στρώμασι ἁλουργοῖς διαχρύσοις κεκοσμημένη, καὶ ἐν αὐτῇ τὸ μὲν σῶμα κάτω που ἐν θήκῃ συνεκέκρυπτο. εἰκὼν δέ τις αὐτοῦ κηρίνη ἐν θριαμβικῷ στολῇ ὄψεφαίνετο: *Poſtea corpus eius elatum eſt. Lectus ex ebore, & auro factus, & ſtragulis purpureis auro intextis ornatus, & in eo corpus deorſum in theca occultum erat. Imago autem quædam eius cerea in triumphali veſte apparebat.* Hanc à palatio ducebant conſules deſignati, altera aurea ex curia, tertia in curru triumphali ferebatur, poſt has auorum ipſius ac cognatorum qui obierant, excepta Iulij Cæſaris, qui inter Semideos relatus erat, aliorúmque qui Romæ vnquam factis ſuis præclari fuiſſent imagines, facto initio à
B Romulo ferebantur. Feretrum poſitum ad roſtra, deinde triumphali porta ex Sen. conſulto elatum. Aderant ducendo funeri ſenatus, equitatúſque, cum coniugibus, prætorianíque milites, ac ferè omnes qui tum Romæ agebant. Poſtquam corpus in rogum miſſum eſt in campo Martio, ante alios Pontifices omnes circumierunt. Luxere eum viri haud multos dies, mulieres autem integrum annum, ex Sen. conſulto. ἐψηφίσθη ὅπως τὰ αὐγουσταλια οἱ δήμαρχοι ὡς καὶ ἱεροφορεῖς ὄντες ἄγωσι, &c. τὴν ἐδρὰν τὴν θριαμβικὴν ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ ἐχρήσαντο, ἅρμα δέ τι καὶ ἄρματι ἐπέδειξαν. χωρὶς δὲ τούτων ἡ λιτὰ ἰδίαν τινὰ αὐτοῦ πανήγυριν ἔθετο τρεῖς ἡμέρας ἐν τῷ παλατίῳ ἐποίησεν, ἣ καὶ δευτέρα ἀεὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν ἀεὶ αὐτοκρατόρων τελεῖται. τὸ πλῆθος, τῶν ὀρχηστῶν τινος μὴ θελήσαντος ἔτι τῷ τεθριάμβῳ μιμεῖσθαι εἰς τὸ θέατρον ἐν τοῖς αὐγουσταλίοις εἰσελθεῖν, ἐστασίασε: *Decretum eſt, vt tribuni plebis, qui ſacroſancti, Auguſtalia diſponerent. Vſi ſunt Circenſi ſpectaculo triumphali veſte, ſine curru. Adhæc Liuia propriam quan-*
C *dam Panegyrim Auguſto triduo in palatio fecit, quæ ſecunda ſemper ab ipſis principibus celebratur. Cùm Pantomimus quidam nollet Auguſtalibus in theatrum venire ordinaria mercede, populus turbauit.* Tacitus lib. 1. Inter quæ tribuni plebis petiere, vt proprio ſumptu ederent ludos, qui de nomine Auguſti faſtis additi Auguſtales vocarentur, ſed decreta pecunia ex ærario, vtque per circum triumphali veſte vterentur, curru vehi haud permiſſum. Mox celebratio annua ad prætorem tranſlata, cui inter ciues & peregrinos iuriſdictio euenisſet.

Imagines Imperatorũ in vexillis militum poſitæ.

In ſolemni equitum tranſuectione imagines Imperatorum pro vexillis equites ſequuti, ait Tacit. lib. 6. Idem lib. 2. Honores vt quis amore in Germanicum, aut ingenio validus, reperti decretíque, vt nomen eius Saliari carmine caneretur, ſedes curules ſacerdotum Auguſtalium locis, ſupérque eas querceæ coronæ ſtatuerentur, ludos Circenſes eburnea
D effigies præiret, neue quis flamen, aut augur in locum Germanici, niſi gentis Iuliæ crearetur. Arcus additi Romæ, & apud ripam Rheni, & in monte Syriæ Amano, cum inſcriptione rerum geſtarum, ac mortem ob Remp. obiiſſe, ſepulcrum Antiochiæ, vbi crematus, tribunal epidaphne, quo in loco vitam finierat. Cùm cenſeretur clypeus auro & magnitudine inſignis inter auctores eloquentiæ, adſeruit Tiberius, ſolitum, parémque cæteris dicaturum. Equeſter ordo cuneum Germanici appellauit, qui iuniorum dicebatur, inſtituitq; vti turmæ Idibus Iuliis imaginem eius ſequerentur, & imago aurea Circenſibus per pompam ferenda, & vt ſaliari carmine nomen eius inſereretur. Marcello imaginem auream, & coronam auream, ſellámque curulem in theatrum ludorum celebritate inferri, & in medio magiſtratuum editorum reponi iam olim iuſſerat Auguſtus auunculus, cùm balneis frigidis ab Antonio Muſa paratis periiſſet, ait Dio lib. 55. καὶ εἰκόνα χρυσῆν, καὶ στέφανον χρυ-
E σοῦν, φέροντε ἄρχοντε ἐς τὸ θέατρον ἐν τῇ τῶν ῥωμαίων πανηγύρει εἰσφέρεσθαι, καὶ ἐς τὸ μέσον τῶν ἀρχόντων τῶν τελωτῶν αὐτὰ τίθεσθαι ἐκέλευσε. Honori enim vel maximo fuit, *ſellas curules aut inauratas in circum aut theatrum viuis vel mortuis inferri.* Dio lib. 58. φέρειν τε ἐπιχρύσους εἰς τὰ θέατρα ἀμφοῖν ἐσέφερον, Tiberio & Seiano. Pertinaci *auream effigiem curru eburneo in circum induci, & in reliqua theatra iuſſit Seuerus, & ſellas tres inauratas ipſi poni*, ait Dio. καὶ χρυσῆν εἰκόνα αὐτοῦ ἐφ' ἅρματος ἐλεφάντων ἐς τὸ ἱππόδρομον ἐσάγεσθαι, καὶ ἐς τὰ λοιπὰ ἐκέλευσε θέατρα, θρόνους τε τρεῖς καὶ χρύσους αὐτῷ ἐσκομίζεσθαι. Mortuis enim Imperatoribus, aut abſentibus ſella poſita cum corona in theatro. Græci θρονισμὸν vocabant. Ita & Eumenes apud Æmilium Probum, in principiis nomine Alexandri ſtatuit tabernaculum, in eóque ſellam auream cum ſceptro & diademate. In pompa item Circenſi, vt oſtendimus libro de Circo, cum ſimulacris Deorum inferebatur principis imago in thenſa & ferculo, ſicut imagines Deorum. Ita & apud Athenæum lib. 5. in pompa Ptolemæi Philadel. ſuper throno Ptolemæi ſoteris στέφανος ἐπέκειτο ἐκ μυρίων κατεσκευασμένος χρυσῶν. *Corona impoſita erat ex decies*

mille aureis conflata. Decretum Iulio Cæsari, vt in circum thensa eius induceretur. Adrianus dedit ludos natalitios, parentalitios & parthicos in honorem Traiani. Antoninus Pius Adriano apud Baias mortuo, reliquias illius peruexit sancte, ac reuerenter, atque in horto Domitiæ collocauit. προὔθηκε, id est, in vestibulo domus lugendum proposuit, ait Dio: sic Tiberius Augusti reliquias, Caligula Germanici, ait Sueton. Antoninus Pius Hadriano templum pro sepulcro apud puteolos constituit, & quinquennale certamen, & flamines & sodales, ait Spartianus. A

Probi sepulcrum & funus.

Milites Probo ingens sepulcrum elatis aggeribus pariter omnes fecerunt cum titulo huiusmodi inciso marmori, Hic Probus Imperator, & verè probus situs, victor omnium gentium barbararum, victor etiam tyrannorum, ait Vopiscus in Probo. Dignitatem Probi Imperatores nostri prudenter & consecrandam vultibus, & ornandam templis, & celebrandam ludis Circensibus iudicarunt. Hic honos Tacito habitus, vt eum omnes pictum haberent, ait Vopiscus. Sacrilegus iudicatus, qui Marci imaginem in sua domo non habuit, auctore Capitolino. Claudius funeratus est solemni principum pompa, & in numerum Deorum relatus, quem honorem à Nerone institutum, abolitúmque, recepit mox per Vespasianum, vt Sueton. Vespasianus fecit Diui Claudij in Cœlio monte templum, cœptum quidem ab Agrippina, sed à Nerone prope funditus destructum, c. 9. Vespas. Vt palam factum est excessisse Titum, non secus atque in domestico luctu mœrentibus publicè cunctis, senatus priusquam edicto conuocaretur ad curiam cucurrit, obseratísque adhuc foribus, deinde apertis, tantas mortuo gratias egit, laudésque, quantas congessit, ne viuo quidem vnquam, atque præsenti. B

Faustinæ honores post mortem.

Marcus Antoninus petiit à senatu, vt honores Faustinæ, ædémque decernerent, laudata eadem. Nouas puellas Faustianas instituit, in honorem vxoris mortuæ. Diuam etiam Faustinam à senatu appellatam gratulatus est, ait Capitol. in Marco. Nummi, Diua Faustina, Pia, sideribus recepta senatusconsulto. Vetus Lapis, Sæniæ Cn. filiæ Balbillæ sacerdoti D. Faustinæ decuriones ære collato ob merita eius. Vt imago eius cunctis Circensibus poneretur. C

Antonini in funere honores.

Tantus amor in M. Antoninum die regij funeris claruit, vt nemo illum plangendum censuerit, certis omnibus quod à Diis commodatus, ad Deos redisset. Denique priusquam funus conderetur, vt plerique dicunt, quod nunquam antea factum fuerat, neque postea, senatus populúsque non diuisis locis, sed in vna sede propitium Deum dixit. Et parum sanè fuit, quòd illi honores diuinos omnis ætas, omnis sexus, omnis conditio ac dignitas dedit, nisi quod etiam sacrilegus iudicatus, qui eius imaginem in sua domo non habuit, qui per fortunam vel potuit habere vel debuit. Denique hodiéque in multis domibus M. Antonini statuæ consistunt inter Deos penates. M. Antoninus quia ludi Iouis Opt. Max. erant, interpellari eos publico luctu noluit, iussitque vt statuæ tantummodo filio mortuo decernerentur, & imago aurea Circensibus per pompam ferenda, & vt Saliari carmini nomen eius insereretur, ait Capitoli. D

Peplũ Mineruæ in quo bene meriti de Rep. intexi soliti.

Non absimile apud Athenienses, quod bene meriti de Rep. peplo Mineruæ intexebantur. Aristophanes in equitibus,

εὐλογῆσαι βουλώμεθα τοὺς πατέρας ἡμῶν, ὅτι
ἄνδρες ἦσαν τῆς γῆς ἄξιοι, καὶ τοῦ πέπλου.

Fauere volumus patribus nostris, quòd fuere hac patria, & peplo Mineruæ digni. Diodorus Sicul. lib. 20. ἐνυφαινόντων αὐτοὺς εἰς τὸν τῆς ἀθηνᾶς πέπλον κατ' ἐνιαυτὸν, *cùm eos intexerent quotannis in peplum Mineruæ.* Plautus in Mercatore, quinto quoque anno in peplum Mineruæ intexi solitos. Honori fuit Iulio Cæsari, quòd intra Pomœrium crematus est, ait Dio, qui honor conditoribus tantum vrbium, virginibus Vestalibus, aut rarò bene meritis ciuibus tributus. Apud Asconium tamen populus duce Sexto Clodio, corpus Pub. Clodij in curiam intulit, cremauítque subselliis, & tribunalibus, & mensis, & codicibus librariorum. E

Ædes lignea in qua Imperatorũ corpora omnium oculis exposita.

Post Iulium Cæsarem Imperatorum corpora in foro proposita, in æde lignea ad eam rem exstructa, vt dum laudarentur pro rostris omnium oculis exponerentur. Dio in funere Pertinacis, ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ ῥωμαίᾳ βῆμα ξύλινον ἐν χρῷ τοῦ λιθίνου κατεσκευάσθη, καὶ ἐπ' αὐτοῦ οἴκημα ἄτοιχον περίστυλον, ἔκτε ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ πεποικιλμένον ἐτέθη, καὶ ἐν αὐτῷ κλίνη ὁμοία: *Exstructus erat in foro suggestus ligneus pone suggestum lapideum. Supra fuit ædes sine parietibus, columnis in ambitum cincta, ebore & auro varie distincta, & in æde illa lectus consimilis.* Eiusmodi fuit ædes in funere Iulij, de qua Suetonius his verbis. Et pro rostris aurata

ædes

A ædes ad simulacrum Veneris genitricis collata. Ante Iulij ætatem lectus pro rostris positus sine pegmate,vel ædicula.

Corpus tamen interdum erectum propositum, interdum decumbens, vt Polyb. συντελεσθείσης τῆς ἐκφορᾶς κομίζεσθαι μὲν τὰ λοιπὰ κόσμια εἰς τὰς καλουμένας ἐμβολὰς εἰς τὴν ἀγοράν, πρὸ μὲν ἑστὼς ἐναργὴς, ἀπανίους δὲ καταπεπλιγμένος. Cùm ritus, inquit,efferendi corporis perfectus est, fertur cum reliquo ornatu cadauer ad rostra in forum interdum erectũ & aspectabile,rarò decumbens. Galbæ statuam senatus decreuerat, rostratæ columnæ superstantem in parte fori qua trucidatus est,ait Sueton. Templum B.Apostolis P.& Paulo à Constantino magno excitatum esse ostendimus,vbi corpora Imperatorum conderentur,quod templum vel instauratum à Iustiniano magno,vel aliud eodem nomine exstructum,in quo & Patriarchæ, & Imperatores sepelirentur. Euagrius lib. 4. cap. 31. εἴργασο δὲ αὐτὸν ὁ τῶν θεσπεσίων ἀποστόλων ναὸς ἐν ᾧ οἵτε βασιλεῖς, οἵτε ἱερωμένοι τὴν νενομισμένην ταφὴν τυγχάνουσι : *Factum est ab eo diuinorum Apostolorum templum,in quo & Imperatores, & sacerdotes,seu potius Patriarchæ consecrati sepulturæ honore donantur.* Apud Sozomenum lib. 2. cap. 3. Athanasius vocat Constantinum μακαρίτην, μακάριον. *beatum.* Euagrius lib.3.cap.4. τὸν ἐν μακαρίᾳ καὶ θείᾳ τῇ λήξει γενόμενον βασιλέως Θεοδοσίου, *Theodosij qui fruitur beata,& diuina sorte.*

Corpus Imperatorum erectum aut decumbens ferri solitũ.

De honore qui habitus Constantino magno mortuo, legatur Socrates lib. 1. cap. vlt. Idem lib.2.cap.38. ὁ οἶκος ἔνθα ἡ λάρναξ ἐν ᾗ τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως κωνσταντίνου ἀπέκειτο πλῶσιν ἠπείλησε. Macedonius voluit ossa eius transferre, ne arca rueret. Quod populus prohibere conatus dixit non referre ossa Imperatoris transferas,an effodias. Macedonius transtulit corpus Imperatoris in ecclesiam, vbi reliquiæ Martyrij Acacij repositæ erant. Quod indignè tulit Constantius,& Macedonium solio pontificio expulit. Apud Socratem lib.3. C Iulianus vocat Constantium Imperatorem mortuum τὸν μακαριώτατον. Iulianus ipse epist.ad Hermogenem ὕπαρχον Ægypti,Constantium vocat μακαρίτην.

Honor Constãtino magno mortuo habitus.

CAPVT VIII.

De Imperatorum aduentu, & honore.

D QVOTIES è longinquo Imperatores aduentarent, receptum fuit, vt senatus populúsque Rom.festa fronde coronatus obuiam procederet, aræ exstruerentur,faces accenderentur,odores adolerentur, victimæ cæderentur,quem occursum non modò sibi,verùm & Seiano fieri Tiberius iussit, vt ex Dione ostendimus. Caligula vt à Miseno mouit, quamuis lugentis habitu, & funus Tiberij prosequens, tamen inter altaria,& victimas, ardentesq; tædas, densissimo, & lætissimo obuiorum agmine incessit super fausta nomina,sidus,& pullum, & puppum,& alumnum appellantium. Olim Diis hic honos exhibitus, cùm transferrentur eorum imagines. Cicero lib.4.in Ver. Quid hoc tota Sicilia est clarius, quàm omnes Segestanas matronas & virgines conuenisse,cùm Diana exportaretur ex oppido, vnxisse vnguentis, complesse coronis & floribus,thure, odoribúsque incensis vsque ad agri fines prosecutas esse? Tacitus lib. 2.histor. Vitellij genio,& victoriæ aras positas docet in reditu. Nec minùs inhumana pars viæ,quàm Cremonenses lauro,rosisq; constrauerant, exstructis altaribus, cæsisq; victimis E regium in morem. Fluxit is mos ab Ægyptiis & Græcis. Iustinus lib.24.Arsinoë prægressa virum festum diem vrbi indicit, domos, templa, cæteraq; omnia exornari iubet, araſque vbique, hostiásque disponi. Valerius lib. 9. de luxur. Quid sibi voluit princeps suorum temporum Metellus Pius,cùm in Hispania aduentus suos ab hospitibus aris,& thure excipi patiebatur.

Mos obuiã procedendi Imperatoribus aduentantibus.

Q. Curtius lib. 5 de Alexandri ingressu Babylonem, Plures obuiam ingressi sunt, inter quos Bagophanes arcis & regiæ pecuniæ custos, ne studio à Mazæo vinceretur totum iter floribus,coronísque constrauerat, argenteisq; altaribus vtroque latere dispositis, quæ non thure modò,sed omnibus odoribus cumulauerat.Heliod.histor.Æthiop.lib.7. ὑπὸ λαμπάσιν ἡμμέναις ὅτε τὸν νεὼν ἴσιδος κατήγεν ὁ θρεσβύτης ὑπὸ κέρτῳ, καὶ λιβανωτοῦ πολλῆ δορυφορέμενος. Herodianus lib.4. Caracalla exceptus à Parthis βωμοὺς ἐστεμμένους, θυσίας παρεσκευασμένας. αὐθεσι τοῖς ἐπιχωρίοις κατεστεμμένοι παρὰ τοὺς αὐλοὺς ἐσκίρτων λιβάνωτος. Lamprid. in Heliogab.Scrobe auri porticum strauit & argenti,dolens quod non posset & electri,idq;

Ingressus Alexandri Babylonem.

frequenter quacunque fecit iter pedibus vsque ad equum vel carpentum vt fit hodie de auroſa arena. Syneſ.orat.de regno ὑμῖν δεῖ τὴν χρυσῖτιν ὄπιφορὰν ἰὼν ἐπ' τ πέραν ἠπείρων ὑμῖν ἀπὴν αἴτε ϛ ὁλκάδες ἀγαπομίζεσι: *Vobis oportet auroſam arenam inferre quacunque pedibus iter facitis quam ex longinquis continentibus & vltra marinis naues & plauſtra ferunt.* Herodianus, χῆ ἡ χρυσίζοσα παμπλείση ὑπέρρωτο, *quacunque incederet terra auroſa multa ſubſternebatur.* Ioſephus cap.8.lib.11. orig.Cùm Alexander Hieroſolymam iniit Deus monet Pontificem στεφανῶ-ſας τὴν πόλιν, τὰς μ̀ ἄλλας λαμπρὰς ἐσθῆσιν ποιεῖσθ τὴν ὑπαάντησιν. Sueton. Neron. cap. 25. Neroni Olympionicæ incedenti paſſim victimæ cæſæ, ſparſo per vias identidem croco,ingeſtæque aues, ac lemniſci & bellaria. Idem in Galba,cap.18. Cùm per omne iter dextra ſiniſtráque victimæ cederentur. Plutarchus in Dione, ἀνῆει διὰ τ ἀκραδίνης, ἑκατέρωθεν πῇ τὴν ὁδὸν τ συρακουσίων ἱερεῖα ϛ τραπέζας, ϛ κρατῆρας ἑσώτων, ἐν καθ' ὃς χύοιτ' ἀφεχύτας τε βαλλόντων: *Aſcendit per Acradinam,cùm Syracuſij vtrinque in vijs victimas,menſas,crateras ſtatuerent,& molam ſalſam,quà tranſiret,iacerent.* Ita olim excipiebantur in ſuas vrbes,qui Olympia viciſſent,omnibus flores,vittas iactantibus.

Sacrificia aduẽtãtibus Imperatoribus facta.

Octauio & Antonio pace inita Romam aduentantibus,παρεδύοσαν αὐτοῖς,οἷα σωτῆρσιν ἐγίγνονθ θυσίαι, *tranſeuntibus ſacrificia facta.* Plinius Panegyrico, aduentante Traiano,plena altaribus, auguſta victimis cuncta. Philoſtratus lib. 5. de Veſpaſiano per Ægyptum, ἀφεστόνθ ἢ τῷ αὐτοκράτορι τὰ μ̀ ἱερὰ πρὸ πυλῶν ἁπλᾶ, καὶ τὰ τ αἰγύπτ τέλη, aduentanti Imperatori occurrebant victimæ ante portas, & Ægypti magiſtratus. Panegyrico ad Maximianum, totámque hanc vrbem repentina tua in hoſtes eruptione ſollicitam lætitia, & exultatione, & aris flagrantibus, & ſacrificiis, & odoribus accenſis numini tuo impleſti.

Flores, coronæ & alia aduẽtãtibus Imperatoribus ſtrata.

De floribus, coronis & reliquo ornatu, Dio in Seuero. ἡ πόλις πᾶσα ἀνθεσι ϗ δάφναις ἐστεφάνωτο, ϛ ἱματίοις ποικίλοις ἐκεκόσμητο, φῶτ τε ϛ θυμιάμασι ἔλαμπε, ϛ οἱ ἀνθεφόροι λευχειμονοῦντες, ϛ οἱ σφαγεῖα ἐν τῖς ὅπλοις ὥσπερ ἐν πανηγύρει τ πομπῆς ἀνεσρέφοντο, *Vrbs omnis floribus & lauro coronata erat,& varijs veſtibus ornata, lucernis ac ſuffitibus effulgebat, & viri albati,& milites in armis,vt in Panegyri & celebritate pompæ verſabantur* : Maximino interempto à militibus per Italiam omnes λευκειμονοῦντες, ϛ δαφνηφόροι ἀφήκοντε, ϛ ἐφυλλοβόλουν τ μάξιμον, *albati,laureati bonis ominibus Maximum proſequebantur,& folijs ſpargebant.* Plutarchus in Pompeio, τὰς ἢ ἀπαντώσας πανταχόθεν ὁδοὺς ἐχώρει πρᾶ, ἀλλὰ ὁδοί τε κατεπίμπλαντο, ϛ κῶμαι, ϛ λιμένες διωχεμένων, ϛ θυόντων, πολλοὶ ἢ ϛ στεφανηφορῦντες ὑπὸ λαμπάδων ἐδέχοντο, ϛ παρέπεμπον ἀνθοβολέμενον. Nullus locus capere poterat occurrentes vndique,ſed vię implebantur,& vici,& portus epulantibus, & ſacrificantibus, multi autem coronati cum facibus excipiebant, & deducebant floribus ſparſum. Morem ortum diximus ab Olympionicis,quibus per initia ἆθλα, deinde ἀγερμὸς, tum φυλλοβολία, & στέφαν, vt Clemens Alexand.lib.2.cap.8.Pædag.Vet.Scholiaſt.Euripid.ex Eratoſthene,Olympionicis,οἱ μ̀ ἔγγυς καθήμενοι στεφάνες ἐπετίθεσαν, οἱ ἢ ἀνωτέρω ἔβαλλον τοῖς ἄνθεσι ϗ φύλλοις. ϛ νῦν μ̀ ὅτι τὰς ὅπιφανῶς ἀγωνιζομένας, περιβάλλεσι ζώνας πέπλα, χιτωνίσκας, πέπλους, κρηπῖδας. Pauſanias Meſſeniac. Ariſtomeni ex prœlio reduci,& Andaniam ingredienti mulieres ταινίας, καὶ ὡραῖα ὑπιβάλλεσι. Liuius 32. Flaminius ruente turba coronas, lemnicóſque iacientium haud procul à periculo fuit. φυλλοβολίαν Tertul.florum aſperginem, Apuleius iacula floris ſerti ac ſoluti. Seruius ad lib.5.Æneid.

Faces regibus aduentãtibus præferri ſolitæ.

In honorem regnm cum facibus procedebatur à populo. Herodianus lib. 8. & lib. 4. δαδεχίας τε ϛ ἀνθέων βολαῖς ἐτίμων τ ἀντωνῖνον: *Facibus accenſis, & floribus ſparſis honorabant Antoninum.* Nicetas in reditu Imperatoris μύρεις ταῖς ἀγυιὰς τέγγοντες, ϛ τοῖς ἐνδικοῖς ξύλοις, ϛ καρυκεύτοις ἀρώμασι τ ἀέρα διαβάζοντες, *vicos vnguentis tingentes, & lignis indicis, & aromatis conditis.* Herodian.lib.4.cùm Alexandriam Caracalla ingreſſus, ἀρωμάτων παντοδαπῶν ϛ θυμιαμάτων ἅλμιδες διωδίαν παρεῖχον τ εἰσόδοις, *aromatis in omne genus, & ſuffituum vapores in aditibus ſuauem odorem efflabant.* Polybius, ϛ παῦ μ̀ τέμενθ ἐκοσμεῖτο, πᾶς ἢ ναὸς ἔγεμε πλήθονων ϛ θυμάτων. Omne fanum ornabatur, omne templum refertum placentis & victimis. In reditu Chryſoſtomi Conſtantinopolim ἅπαντες ὑπελύτησαν τὰς ἐκ κήρε λαμπάδας περιπτοῦντες. *Omnes occurrerunt,lampadas cereas accendentes*, ait Theodoretus lib.5.c. 34.Sozomenus lib.8. ἔφερον ἢ κηρὰς ἡμμένας οἱ πλέες. *Plures cereos accenſos ferebant.* Heraclitus cùm à Perſis victor rediret Conſtantinopolim, μ̀ κλάδων ἐλαίων, ϛ λαμπάδων τοῦτον ὑποδεξάμενοι, *cum ramis olearum,& lucernis eum excipientes*, ait Cedrenus.

Attali aduentus Athenas.

Athenienſes in ingreſſu Attali, ἐξ ἑκατέρε τ μέρες παρέσησαν τὰς ἱερείας ϛ τὰς ἱερεῖς, μ̀ ἢ ταῦτα πάντας τὰς ναὸς ἀνέωξαν, ὅτι πᾶσι θύματα τοῖς βωμοῖς παρασήσαντες ἱλιώθησαν αὐτὸν θῦσαι,

A θῦσαι, *ex vtroque latere sacerdotes mares & fœminas constituerunt, postea omnia templa aperuerunt, & in omnibus victimas statuentes rogarunt eum vt sacrificaret*, ait Polybius lib. 7. de legat.

Cæsar è Galliis cùm rediret, nihil relinquebatur quod ad ornatum portarum, itinerum locorúmque omnium, quà Cæsar iturus esset, excogitari posset. Cum liberis omnis multitudo obuiam procedebat, hostiæ omnibus locis immolabantur, tricliniis stratis fora, templáque occupabantur, vt vel exspectatissimi triumphi lætitia præcipi posset, ait Appius lib. 8. belli Gallici. Apud Athenæum Persæ τὰς τε ὁδοὺς μυρσίνοισι ἐστόρεσαν, καὶ ἐθυμίων θυμιάματα, vias Myrtheis frondibus sternebant, & suffitus adolebant. *Cæsaris reditus è Galliis.*

Persius de Herodianis, qui Herodem pro Messia, & populi Iudaici seruatore habebant, & natalem eius colebant, *Herodes ab Herodianis pro Messia populi Iudaici habitus.*

B ——— *at cùm*
Herodis venêre dies, vnctáque fenestra
Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Non video, cur venerit in mentem erudito viro, verba Persij ad Iudæorum sabbata referre, quæ nunquam ea religione Romæ culta fuere, vt lucernæ è fenestris sabbatis accenderentur: Tertullianus Apolog. Quàm recentissimis, & ramosissimis laureis postes præstruebant, quàm clarissimis & elatissimis lucernis vestibula enubilabant, quàm cultissimis toris forum sibi diuidebant.

Ingressus triumphantium cuiusmodi fuit? Pallia expandebant. Vopiscus, pallium purpureum, quod in ingressu eius expansum fuerat ita decidit, vt humeros eius tegeret. Item, Senatores tanta lętitia elati, vt domibus suis hostias cęderent, imagines frequenter aperirẽt, C albati sederent, conuiuia sumtuosa præuenirent. Synes. lib. 2. de Prouident. Osiri reducto in regnum, δῆμοι στεφανηφόροι συγκαταγαγόντες αὐτὸν σὺν θεοῖς ἤπειρον ὅλην ἐπὶ τῷ προπομπεῦσαι κατίοντας ἀμείψασθαι, καὶ παννυχίδες, καὶ δαδουχίαι, καὶ δίκνομαι γερῶν. lego κατίοντες, & deleo ἀμείψασθαι: *Populi coronati reducentes eum cum Dijs exulem, solemni pompa præcedentes, continentem omnem peragrantes pernoctationes, faculæ accensæ, præmiorum distributiones.* Plutar. Pericle, καταβαίνοντα αὐτὸν ἀπὸ τοῦ βήματος γυναῖκες ἐδεξιοῦντο, καὶ στεφάνοις ἀνέδουν, καὶ ταινίαις ὥσπερ ἀθλητὴν νικηφόρον, *descendentem eum de suggestu fœminæ amplexabantur, & coronis reuinciebant, & vittis, vt Athletam sacris certaminibus victorem.* Datus & plausus, & acclamationes. Plutarchus Pompeio, Curionem κρότῳ, καὶ βολαῖς στεφάνων, καὶ ἀνθῶν, populus excepit exeuntem è senatu cum plausu, sparsis coronis & floribus. Cæsari δῆμος ἀντήχησε λαμπρῶς δεξάμενος κρότῳ ἐν ἀγορᾷ, *populus acclamauit splendidè, excepitq́ plausu in foro.* In Mario, milites ἐνοπλίῳ τινὶ κρότῳ, καὶ πατάγῳ συναλάλαξαν ὑφ' ἡδονῆς, *armato ac bellico plausu ac sonitu præ voluptate Pæanem citarunt.* *Ingressus triumphantium cuiusmodi fuerit.*

D Aduentantibus autem Imperatoribus præibant Mazaces, & equites Numidæ, qui aduentum eorum nuntiarent. Sueton. Nerone c. 30. Nero iter fecisse traditur phalerata cum Mazacum turba, atque cursorum. Mazaces sunt Afri. Tacitus lib. 2. hist. Aderat sane citus equo Numida cum atrocibus mandatis, quibus Otho increpita ducum segnitia rem in discrimen mitti iubebat. Martialis lib. 10. e. 6. *Mazaces & Numidæ equites aduentantibus Imperatoribus præire soliti.*

Quando eques, & picti tunica Nilotide Mauri
Ibitis, & populi vox erit vna, venit.

Seneca e. 124. omnes sic iam peregrinantur, vt illos Numidarum præcurrat equitatus, vt agmen cursorum antecedat. Iuuenalis sat. 5.

E ——— *tibi pocula cursor*
Getulus dabit.

Seneca epist. 88. Cursores & Numidas, & multum ante se pulueris agentes.

Sed ad lucernas, quæ aduentantibus Imperatoribus accensæ, redeamus. Tertull. lib. de Idolat. cap. 15. Sed luceant, inquit, opera vestra, at ne luceant tabernæ & ianuæ nostræ. Plures iam inuenies Ethnicorum fores sine lucernis, & laureis quàm Christianorum, &c. Ergo, inquis, honor Dei est lucernæ pro foribus, & laurus in postibus. Martialis lib. 10. e. 6. de aduentu Traiani. *Lucernæ aduẽtãtibus Imperatoribus accensæ.*

Quando erit ille dies, quo campus & arbor, & omnis
Lucebit latiâ culta fenestra nuru.
Quando moræ dulces, longúsque à Cæsare puluis,
Totáque flaminia Roma videnda via.

Arrianus

Arrianus lib. 1. differt. Epict. cap. 10. ἠξίωσε δημαρχίας. πάντες οἱ ἀπαντῶντες συνήδονται. ἔρχεται εἰς οἶκον, εὑρίσκει λύχνους ἀπομαδύοντας: *Honestatus est tribunatu plebis. Omnes qui occurrunt, gratulantur, &c. Venit domum, repperit lucernas accensas.* Ammianus lib. 21. Eumque suburbanis propinquantem amplis, nimiúmque protentis, militaris, & omnis generis turba cum lumine multo, & floribus, votisque faustis, Augustum appellans, & dominum duxit in regiam. Ita & apud inferos pias matronarum vmbras è superis aduentantes à Proserpina excipi fabulatur Statius lib. 5. Syluar.

Præterea si quando pio laudato marito
Vmbra venit, iubet ire faces Proserpina lætas,
Egressasque sacris veteres Heroidas antris
Lumine purpureo tristes aperire tenebras,
Sertáque, & Elysios animæ prosternere flores.

Seneca in Thyeste,

Ornetur altum columen, & lauro fores
Lætæ viresçant, dignus aduentu tuo
Splendescat ignis.

Theodor. lib. 5. cap. 34. ὁ πιστὸς λεὼς, ἀκάλυψαν τοῖς πορθμείοις τὸ περιπόδιον τὸ σῶμα. ἅπαντες ἐκαλώτησαν ταῖς ἐν χερὶ λαμπάδας περιάπτοντες. cap. 36. πάλιν ὁ πιστὸς ὄμιλος βοσπόρου τὸ περὶ τὴν περιπυτίδι σῶμα τῶν λαμπάσι κατέκρυψε: *Cùm populus fidelis certior factus est* de reditu Ioannis Chrysostomi, *omnes nauigiolis fauces propontidis texerunt, & cereis accensis obuiam ierunt. Rursum cum corpus Chrysostomi relatum Constantinopolim, turba pia Bospori lucernis fauces propontidis texit.* Concurrit igitur populus obuiam Chrysostomo.

Concursus populi Constãtinopolitani Imperatore aliquò procedente.

Verùm & Constantinopoli, quoties Imperator aliquò procederet, tantus erat populi concursus eo spectaculo frui cupientis, vt vici replerentur. Socrates lib. 6. cap. vltim. ἐν τῇ κωνσταντινουπόλει οἶκός ὅστις μέγιστος καροίαν ἔχων ἐπώνυμον. ἔστι δὲ ἐν αὐλῇ τοῦ οἴκου δένδρον καροία ἐφ' ἧς κρημαθῶσι λόγοι τὰ μαρτύρια ὠφέλιον, &c. πάντες δὲ οἱ περιοικοῦντες τὸ βασιλικὸν οἶκον ὅτε τῇ θεάσασθαι τὸ βασιλέα συνέτρεχον. οἱ μὲν ἔξω τῆς οἰκίας ὑπερθύροι περικαταλαβεῖν τὰς παρόδους ἐπεδίαζον ἀφ' ὧν φανερώτερόν τε τοῦ βασιλέως τὸ πρόσωπον, τῷ περὶ αὐτὸν δορυφορείαν ἡγοῦντο θεάσασθαι. ἄλλοι δ' ἐπηκολούθουν, ἕως ἅπαντες σὺν γυναιξὶ, τοῖς παιδίοις ἐντὸς τοῦ οἴκου ἐγένοντο. Hæc ad verbum Paulus Diaconus ex Socrate mutuatus est, lib. 13. cuius verba hoc eodem capite alio loco subiiciemus. Constantinus Copronymus victis Bulgaris ingressus vrbem cum exercitibus armatis, & laudibus plebium celeberrimis diffamatus, ex hylopanduris constrictos trahens Bulgares captos.

Templa Deũ ab Imperatoribus vrbes ineuntibus primùm adiri solita.

Soliti erant Imperatores, cùm vrbes inirent, ante omnia adire templa Deûm, dein fora, gymnasia, porticus, basilicas, ambulationes, hypethras publicas. Panegyr. Theod. Sed quod facere magnas vrbes ingressi solemus, vt primum sacras ædes, & dicata numini summo delubra visamus, tum fora, atque gymnasia, & pro suis extenta porticibus ambulacra, & clausira miremur. Ferebant se obuiæ tripudiantium cateruæ, cuncta cantu, & crotalis personabant. Hic tibi triumphum chorus, ille contra tyranno funebres nænias, & carmen exsequiale dicebat, hic perpetuum victis abitum, ille victoribus crebrum optabat aduentum. Iam quocunque tulisses gradum sequi, circumcursare, præcedere, vias denique, quibus ferebaris obstruere, &c. Aræ incendebantur, thura ponebantur, vina libabantur, victimæ cædebantur, Geneth. Mamert. Concursare inter se agricolæ, nuntiare foris visa, (ita lego, non totis,) aræ incendi, thura poni, vina libari, victimæ cædi, cuncta gaudio calere, cuncta plausibus tripudiare, Diis immortalibus laudes, gratésque cantari, Panegyr. Constantini, tecta ipsa vt audio commoueri, & altitudo culminum videbatur attolli, quacunque numen tuum tardo nolimine currus inueheretur, tanta te populi densitas, tanta senatus stipatio prouehebat, simul & attinebat. Eumenius Paneg. Constantini, cùm Flauiam Hæduorum iniret Constantinus, exornauimus vias, quibus in palatium peruenitur, paupere quidem suppellectile, omnium signa collegiorum, omnium Deorum nostrorum simulacra pertulimus, pauciſſima clarorum instrumenta modulorum per compendia sæpius tibi occursura pertulimus.

Viæ quomodo in aduẽtu Imperatorum ornari solitæ.

Ornabantur enim viæ signis, toreumatibus argento, & auro infecto, floribus, coronis, vittis. Eumenius Panegyr. Vidisti, Constantine, Apollinem tuum comitante victoria coronas tibi laureas afferentem, quæ tricenum singulæ ferunt omen armorum, cum Flauiam

Hæduo

A Heduorum veniſti. Populus acclamabat Imperatori ζῆσας, Imperator adorabat populum. Claudianus in ſexto conſ. Honor.

O quantum populo ſecreti numinis addit
Imperij præſens ſpecies, quantámque rependit
Maieſtas alterna vicem, cùm regia circi
Connexum gradibus veneratur purpura vulgus.

Salutabat item exercitum Imperator. Claudianus lib. 2. in Rufinum,

Exercitus ab aduẽtãte Imperatore ſalutari ſolitus.

Arcadius veneranda prior vexilla ſalutat,
Rufinus ſequitur.

B Cùm exercitus victor Conſtantinopolim rediiſſet, Michael Palæologus recepta Conſtantinopoli Gallis pulſis, non ante in vrbem ingreſſus eſt, quàm diuina imago ſanctiſſimæ Dei virginis Ductricis, ſeu odegetriæ per portam auream ingreſſa eſſet. Id autem erat triumphum ducere magno concurſu hominum clariſſimum iuſſu Imperatoris, cùm Cæſar, à quo vrbs Latinis erepta, per vrbem in pompa veheretur, non tantùm Cæſaris inſignibus ornatus, verùm, & corona ſummi pretij penè regia. Nicephorus Greg. lib. 4. πρὶν ἢ τὴν θείαν εἰκόνα τ ὑπαράγνε θεομήτορ τ ὁδηγητρίας εἰς τὴν χρυσῆν πύλην εἰσηλυθέναι. τ ἢ ἵν θείαμβον συγκροτηθῆναι πολυανθρωποτάτον & θειφανέσατον κελεύσῃ ὁ αὐτοκράτωρ, & ὅπ τούτῳ τ καίσαρα πομπεύσαι μὲ πάσης τ πόλεως, ὁ μόνον τοῖς τ καίσαρ φιλοσήμοις κοσμούμενον, ἀλλὰ πᾶς τύπις & στεφάνῳ πολυτελεῖ, & μικρῷ δέον λέγειν βασιλικῷ. Nicetas Choniates in Ioanne Comneno Antiochiam ineunte, tota vrbana multitudo obuiam effuſa eſt ſacris

C imaginibus, & pluribus ornamentis in vicis expoſitis, ad ingreſſum eius honeſtandum, τὸ ἀσικὸν πλῆθ ὅλον ἑαυτ αὐηρτήσατο, ὡς & μθ' ἱερῶν εἰκτύπων & πλείσης ὅπ φιλοκαλίας τ ἀγυιῶν λαμπρυνθὲν ἐκείνῳ ἀναθήσαι τὸ εἰσιτήριον, lib. 3. Manuelis. Antiocheni ὁ μόνον τ πυλῶν διεχυθέντες μὴ θελικὰ χήματ, ἢ φερνήματ ὑπωπάζον, ἀλλὰ & τὴν εἴσοδον αὐτῷ ἐς τὸ σωματικώτερον διεσκεύασαν, τάς τε ἀγυιὰς & ἀμφόδους ὅπλοις, & ἔπεσι διεκόσμων, καὶ δένδρων νεοδρεπέσι κλῶσι κατηγλαΐζον, ἔς τ λιμώνων, & αὐλέων χάεις ἐς τὸ ἄστυ μέσον δεχομενοῦντες, καὶ φιλότιμον αὐτῷ τὴν ὁδὸν ἀναθάζοντες. Nicetas de Alexio Manuel. filio, ἐπεὶ δὴ ἡ κυρία τ αὐτοῦ ἐνδημήσῃ, ὁπόσοι τ τέλ, καὶ ὅσοι τ βημάτ, τ καλῶ ἔτερφον ἔρωτα, καὶ ὁ τ πόλεως ἅπας δῆμ εἰς τὸ ἱερὸν φροντιστήριον σωρευόμενοι, λαμπρύνειν ἐκείνῳ σωτηρίοις τὴν ὁδὸν μύροις ἔς τε ἀγυιὰς τέγγοντες, & τοῖς ἰνδικοῖς ξύλοις, & καρυκευτοῖς θρώμασι τ ἀέρα διαθάζοντες. *Die reditus inſtante, omnes magiſtratus, omnes ſacerdotes honeſtatis amantes, & tota vrbis*

D *multitudo concurſu ad monaſterium facto progreſſionem ciues ſplendidiſſimam effecerunt. Vici vnguentis delibuti, ſuffitus ex lignis Indicis, & aromatibus facti*, tanta multitudine comitante, vt veſperi demum in magnum Sophiæ templum peruenirent. Imperatoris procedentis ad bellum magnificentia graphicè depingitur à Simocatta lib. 5. cap. vlt. Mauricius ὅπ ῥόμφ ὑγρόμενον ὑπὸ τ σωματοφυλάκων περιεπομπεύετο. ἡ ἢ ἔκθεξις εἰς μῆκ διέτεινεν. ὁ ἢ αὐτοκράτωρ περιεχάννυτο τὸ χήκαπ τ ἐκθέξεως τ περιπεμπούσης δυνάμεως. τὸ ἢ μάχιμον καλόπιν ἐθάδισε τό τε ξύλε τ σωρὸς ἔ χρις ἐς ὕψ ὅπ δοράτ χρυσᾶ ἀπηώρητο, & περιηγεῖτο, τότε βασιλέως, καὶ τ περιπόλε δυνάμεως. Cùm Imperator procederet quopiam, populus præibat, & ſequebatur, vt eo ſpectaculo frueretur. P. Diaconus lib. 13. Conſtantinopoli domus eſt maxima caryæ dicta, id eſt, nucis, vbi oratorium. Hanc Arcadius videre volens ad orationem venit, votóque completo reuertebatur. Proinde cuncti circa oratorium habitantes, volen-

E tes Imperatorem videre, currebant. Et alij quidem foris domum præceſſerant, vt melius aſpectum principis, & ordinem viderent obſequij, alij ſequebantur. Dumque omnes cum mulieribus atque filiis ſimul mancipiis extra domum fuiſſent egreſſi.

De lucernis Amm. 12.

Lucernæ in aduẽtu Imperatoris accenſæ.

Cuncta nitent, longos erexit ianua ramos,
Et matutinis operatur feſta lucernis.

Dio in Nerone triumphante, πάσης τ πόλεως ἐστεφανωμένης, & λυχνοκαυτούσης. Cùm Nero Tiridati diadema impoſuit πᾶσα πόλις ἐκεκόσμητο & φῶσι, & στεφανώμασι. Plutarchus in Cicerone, qui cùm Lentulum necaſſet, τὰ φῶτα πολλὰ κατέλαμπε κὴ τὰς στενωπάς, &c. αἱ ἢ γυναῖκες ἐκ τ στεγῶν προέφαινον ὅπ τιμῇ, ἢ θέα & ἀνδρὸς. Themiſtius ſerm. 13. αἰγύπτιοι τὴν ἀθηναῶν τὴν ἐν σαὶ σέβουσ ἐνιαύσιον ἑορτὴν ἄγοντες λυχνοποιΐαν. οἱ πολλοὶ & λύχνα ἐνθέμενοι ἐν τ βαρέσι πλέουσι διὰ τ νείλε ὅπ τ σάν, & ἀφικόμενοι εἰς τ νεὼν & λύχνα ἀνακάουσιν ὑπαθροι πρὶ & τὰς σκιάς. Per angiportus multæ lucernæ accenſæ. Mulieres ex tectis al-

lucebant

lucebant lucem ob Ciceronis honorem & spectaculum. A

Minerua lucernis accensis honorata.

Ægyptij Mineruam Saiticam honorant annua celebritate lucernis accensis. Multi cum lucernas in nauigiolis posuerint, nauigant Nilo vecti ad Sain, & ingressi templum sub Dio accendunt lumina circa tabernacula. Gregorius Nazianzenus steliteut. 2. contra Iulianum, ἀδελφοὶ πανηγυείσωμεν μὴ φαιδρότητι σώματος, μηδὲ ἐσθῆτος ἀλλαγαῖς & ποικίλαις, μηδὲ κώμοις καὶ μέθαις, μηδὲ αὐθεσι σέψωμεν ἀγυιὰς, μηδὲ μύρων αἰσχύναις τραπέζας, μηδὲ θύραις καλλωπίσωμεν, μὴ τῷ αἰσθητῷ φωτὶ καταλαμπέσωσαν αἱ οἰκίαι, μηδὲ συμφωνίαις, καὶ κρότοις περιχέσωσαν, *fratres, celebritates agamus non splendore corporis, & ornatu, non vestium summutationibus & varietatibus, non comessationibus, & ebrietatibus, neque floribus coronemus vias, neque mensas probrosis vnguentis, ac pudendis, neque vestibula frondibus exornemus, neque ædes lumine in oculos incurrente luceant, neque tibicinibus & plausibus circumsonent.*

Magnificentia qua Constantinopolitanus Imperator à Venetis exceptus.

Vide apud Phransem lib. 2. cap. 14. qua magnificentia Constantinopolitanus Imperator à Venetis exceptus sit, deinde à Pontifice Romano Ferrariæ cap. 15. cap. 16. lib. 2. πρόοδος Græci vocant, recentiores πρεσβείας, μακρηγόρους, *processus, profectiones*, itinera Imperatorum. Eusebius lib. 4. de Constan. σωφρόνως μὲν λογοχαρῶν, σωφρόνως δὲ τὰς πρόοδους ποιεῖσθαι, νομοθετῶν δὲ σωφρόνως: *Stato tempore progrediebatur, stato leges ferebat.* Idem li. 3. exponit pompam, qua Constantin in concilium Episcoporũ ingressus est. σχολὴ μὲν τὰς πάντας εἶχε προσδοκία τὴν βασιλέως πρόοδον. εἰσῆσαν δὲ ἐκ μὲν τῶν θεωμένων, καππάδοκες, δολοφύλακες, ἐκ τρίτου τὸν ἀμφὶ βασιλέα: *Omnes Episcopi silebant exspectantes progressum Imperatoris. Ex ijs autem, qui corpus Imperatoris circumstant, vnus ingressus est, deinde alter, tum tertius.* Præibant autem & alij non stipatores, & cataphracti, sed aulici fidi, & amici. Cùm autem omnes assurrexissent, dato signo aduentante Imperatore, ipse per medios transiit, quasi quidam Dei Angelus cælestis, cornscans vt radiis ignitis purpurea chlamyde, fulgore lucens radianti, ornatus auri & gemmarum lumine pellucido. C

Claudian. in 3. consul. Honorij, studium populi in eius Romam aduentu describit,

Quanti tunc iuuenes, quantæ spreuere pudorem
Spectandi studio matres, puerisque seueri
Certauêre senes.

Plinius Panegyr. Traiani, qui dies ille, quo exspectatus desideratusq; vrbem tuam ingressus es, quàm mitus lætúsque? Nam priores inuehi & importari solebant, non dico quadriugo curru, & albentibus equis, sed humeris hominum quod arrogantius erat, tu sola corporis proceritate elatior aliis, & excelsior, non de patientia nostra quendam triumphum, sed de superbia principum egisti. Ergo non ætas quenquam, non valetudo, non sexus retardauit, quominus oculos insolito spectaculo impleret. Te paruuli noscere, ostentare iuuenes, mirari senes, &c. D

Herodianus scribit, Romæ cùm Heliogabalus Deum suum introduceret, *populum vtrinque cum facibus accurrisse*, ἑκατέρωθεν παρέθει μὴ δαδιχίας ὁ δῆμος. Eusebius lib. 10. histor. λαμπρὰς δὲ ἐτέλεν καὶ πανηγυρικὰς ἑορτὰς ἡμέρας. ὧν δὲ φωτὸς ἔμπλεα πάντα. Cùm metus sublatus esset, splendidos & Panegyricos festiuitatum dies celebrabant.

Cerei apud veteres Ecclesiæ patres in supplicationibus vsurpati.

In rebus sacris, maximè in supplicationibus apud veteres Christianæ ecclesiæ patres cerei vsurpati. Sozomenus lib. 8. σανρὸν λέγυρα σημεῖα ὑπὸ κήροις ἡμμένοις προηγοῦντο αὐτῶν. *Crucium argentea signa cum cereis ardentibus præibant illis.* Eusebius lib. 4. de vita Constantini, ait optimum Imperatorem peruigilium Paschatis accensis luminibus illustrasse, κήρια κίονας, ἡμερινὰ φῶτα, *turres cereas, diurna lumina* vocat. Gregorius Nazianzenus de Paschate, καλὴ μὲν ἡμῖν λαμπροφορία, καὶ φωταγωγία, ὧν ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ σπευσησάμεθα δαψιλεῖ τῷ πυρὶ τὰς νύκτας καταφωτίζοντες: *Pulcra est hesterna nobis facium ac luminum gestatio, quam priuatim iuxta, publicéq; peregimus, largo igne noctem collustrantes.* S. Paulinus hymno 30. E

Aſt alij pictis accendunt lumina ceris,
Multi forêsque cauis lychnos laquearibus aptant,
Vt vibrent tremulas funalia pendula flammas.

Et Natali 3.

Limina ceratis adolentur odora papyris
Nocte diéque micant.

D. Hieronym. in Vigilantium, Videmus moles cereorum sole fulgente accendi. Quod pietatis argumentum esse ait Hieronymus, non idololatriæ. Gregorius Nazianz. Diem Epiphaniæ, τὸ φώτων ἡμέραν vocat.

Non

A Non tamen inficias iuerim ab Ethnicis faces per dies festos accensas. Ouid. lib. 1. Fast. *Faces ab Ethnicis per dies festos accensæ.*

Cernis odoratis, vt luceat ignibus æther.

Sed Christiani à Mosis institutis, non ab Ethnicis, cereos suos mutuati sunt. P. Diaconus lib. 18. populus Constantinop. audito aduentu Heraclij intolerabili cuncti desiderio in Leriam obuiam illi vnà cum Patriarcha, & Constantino Imperatore filio eius egressi sunt portantes ramos oliuarum & lampades, laudantes eum cum gratulatione & lachrymis.

CAPVT IX.

De Consistorio, Auditorio, Secretario, Silentio.

B

CONSISTORIVM propriè dicitur concilium, in quo Imperator de grauioris rei negotiis cognoscit, cuiusmodi est, quod consilium priuatum apud regem Galliæ vocatur. Hesychius θεῖον συνέδριον, vet. glos. συνέδριον βασιλικὸν, Suidas συνέδριον ἐς τὸ σύστημα ἔνθα περὶ τῶν ἐπειγόντων βουλεύονται, id est, *consessus, vbi de negotijs grauibus, & vrgentibus deliberatur.* Vet. gloss. Consistorium, vel prætorium, vel tribunal locus est, in quo more ius redditur. Consistorium, σεκρεταριον βασιλικὸν, *consistorium sacrum principum.* l. 28. de prætoribus & quæstor. præter eos, qui sacri consistorij nostri arcanis interesse meruerunt. l. 2. C. Theod. de primicerio & notar. Notariorum primicerios, si de consistorio nostro siue administratione discesserint, Proconsulibus æquari sanci- *Consistoriũ quid propriè.*

C mus. Quinquaginta Iureconsultos doctissimos, quos Alexander in consilio habuit, quorum sententiis senatusconsulta faceret, consistorium principis Lampridius vocat, & l. vltim. C. de offic. diuers. iudic. Consistorij secreta l. 7. de priuileg. eorum. C. Theodos. Ausonius in Panegyric. in illa verò sede, vt ex more loquimur, consistorij, vt ego sentio, sacrarij tui.

Vnde Consistoriani comites Ammiano lib. 31. lib. 28. Cùm intromissi in consistorium hæc referrent, negantem Valentinianum se id statuisse. Ambrosius ep. 33. Principes virtutum viri comites Consistoriani. e. 25. 27. Vbi sedit Maximus in consistorio, ingressus sum, assurrexi, vt osculum daret, ego autem inter Consistorianos steti. V. manus. Orator in consistorio principum vir illustris. Basilicon ecloga 54. ἡ διάταξις καταλέγει τινὰς ἀπηλλαγμένους προνομίων, τυχὸν συγκλητικοὺς, ἐς τοὺς κόμητας κονσιστωριανοὺς. Iustinianus Nouel. 13. τοὺς περι- *Cõsistoriani comites.*

D βλέπτους κόμητας κονσιστωριανοὺς vocat. Ammianus, consistorium intimum solus ingressus. Tit. 12. lib. 6. C. Theod. Eos qui tranquillitatis nostræ consistorij dici comites meruerunt, proconsulibus æquari. titulo 30. Comites sacri consistorij. Comites diuini consistorij proconsulibus æquantur. l. 2. C. Theod. ad l. Cornel. de Sicar. de nece virorum illustrium, qui consiliis & consilio nostro intersunt.

Dicitur & Sacrarium C. Theod. de legatis & decr. legat. Quæcunque ciuitas legatos ad sacrarium nostrum voluerit ordinare l. 16. admisósque sacrariis nostris semper sui Imperatoris aspectu decoratos esse legatos. l. 1. de quæstorib. magist. off. C. Theod. eorum honores, qui sacrario nostro explorata sedulitate obediunt. l. 11. de pœnis, ibid. neminem de numinis nostri sacrario prodeuntem arena suscipiat. *Sacrarium pro cõsistorio principis vsurpatum.*

Auditorium dicitur, ἐν πλάτει, vbi audiuntur Oratorum, Poetarum, Philosophorum re- *Auditoriũ quid dicatur.*

E citationes, vbi caussidici caussas orant, magistratus iura dicunt, vbi Imperator per se cognoscit, vel per Præfectos, ac iudices. Symmachus lib. 2. e. 30. Auditorij sacri contumeliam lib. 10. e. 55. Auditorij sacri iudicem. e. 51. auditorij sacri cognitorem. lib. 8. e. 17. sacri auditorij cognitio. Iudices, quibus Imperator vices suas delegabat habere dicti sacrum auditorium, sacram cognitionem, sacrum examen, Symmachus lib. 10. e. 53. Ennodius ad Laurentium Mediolan. Episcop. Te sacrarum iudex, & consilij comitem meruit, & laboris, id est, iudex sacrarum cognitionum, meruisti esse comes consilij. Præfecturæ vrbanæ sedes tuetur vicem principum, vt Symmachus lib. 10. e. 53. l. 2. de pact. C. Theod. Post sententiam sacri auditorij depactam esse commemoret. l. 13. ibid. de appellat. Sed grauitatis tuæ, cui nostram vicem commisimus, sacrum auditorium exspectari. alloquitur Præfectum vrbi, cuius auditorium sacrum. l. 40. ad auditorij sacri venire iudicium. l. 44. vel ad nos, vel ad cognitorem sacri auditorij solemniter causa mittatur. l. 48. Sacro auditorio totius negotij examinatio reseruetur. Nicetas in Alex. Manuel. σέκρετον οἰκειακῶν. Simocatta lib. 8.

Mauricius μᾶλλον δ' ὥσπερ ῥωμαίοις λεγομένη σεκρέτα. τὴ ἀσηκρῆτις θεόδωρον, τὴ βασιλικῶν τα- A
γηράφων ἄνδρα δήσημον. Mauricius *transit ab eo, quod dicitur secretum. Theodorum à secretis regium notarium.*

Sacrũ consistoriũ, auditoriũ & socrarium. Sacrum consistorium, sacrum auditorium, dicitur & sacrarium Imperatoris oraculi. Ausonius in Panegyrico, non in sacrario modo Imperatoris oraculi. Ibidem fastigium auditorij sacri. Symmachus lib. 2. e. 8. principis oracula loqui lib. 10. e. 21. & 47. sacrum oraculum, lib. 7. e. 65. quod per quæstorem redditur, qui vox Imperatoris est. Solemne oraculum lib. 7. ep. 55. Sed oracula illa de rescripto Imperatoris, aut responso, quod per se, vel per quæstorem reddit, sunt exaudienda, vt vet. gl.

Sacrũ oraculum quid. Sacrum oraculum est rescriptum, quod Imperator precibus & supplicationibus respondens rescribit, vel ei fieri, vel non fieri debere quod postulat, sacra rescripta, sacros affatus, sacra oracula. Symmach. & l. vlt. C. de diuers. rescr. Nec aliquem fructum precator oraculi B
percipiat impetrati. ibidem vocatur diuinum responsum. Nouel. 114. c. 1. Glorioſissimi quoque quæstoris subscriptio est necessaria, in qua contineatur, & inter quos, & ad quẽ iudicem, & per quem sacrum dirigatur oraculum. Vt auditorium fuit Præfecti P. sic & secretarium. Cassiod. lib. 11. e. 36. Nostis omne quod loquimur, neque enim in cubiculis nostris secretaria nostra peracta sunt, quòd egimus cohortes nouerunt. Alexius Comnenus Nouell. 3. καταστρωθήτω δὲ τὸ παρὸν πιττάκιον ἐν τοῖς τ' ὑφ' ἡμᾶς σεκρέτοις διχείοις.

Cornicularius & secretaria quid. Cornicularius præfuit cornibus secretarij Prætoriani. Secretaria autem interdum dicta sunt Imperatoris consistoria & consilia arcana, interdum conclauia vltima, vbi consilia seorsim remotis arbitris capta, iudicia secretaria. l. vlt. C. de off. diuers. iud. l. vlt. C. vbi senat. vel clariss. Secretum minus vocatur in decreto synodali, quod aurea bulla Nicephorus Botoniates signauit, ἐν τῷ μικρῷ σεκρέτῳ. Secreta iudicum auditoria l. 2. & 5. c. de proxim. sacr. C
scrin. in quibus tribunalia sæpe fuere, C. Theod. de proxim. comitib. dispos. l. 5. Si consistorium nostrum ingredientibus, secretarij iudicum non patuerit ingressus. Procopius secreta, ἀπόῤῥητα interpretatur lib. 2. Pers. ἰούλιανὸν τὸ τ' ἀπορρήτων γραμματέα, ἀσηκρήτις καλέσι τοῦτο τὸ ἀξίωμα ῥωμαῖοι. σηκρῆτα γὰρ τὰ ἀπόῤῥητα: *Iulianum notarium arcanorum, quem à secretis Romani vocant. Secreta enim sunt arcana non vulganda.* Symmach. lib. 10. e. 36. hic iussu eius ad commune secretarium, quo faciendæ obligationis gratia summates quosque condixeram. Seruius ad lib. 1. Æneid. Ducuntur iudices vsque ad secretarij fores, ibidemq; officium remanet. Illi verò ingressi solium ascendunt, & sedent. Ruffinus in versione hist. Euseb. lib. 7. c. 25. Cedrenus in Leone, ἐν τοῖς ἀσηκρητείοις δηλ βήματι ἐκάθισε. *in secretario sedit pro tribunali*, vt cognosceret de crimine. Nouella 2. καὶ χολάδειός ὅστις, ἢ σεκρέτοις ὑπηρετῶν. Euseb. lib. 7. c. 30. de Paulo Samosateno, σηκρῆτον ἔχων ὥσπερ οἱ τ' κόσμου κρατοῦντες ἔχων τε, καὶ ὀνομάζων: *Secretum habens & appellans, vt mundi domini.* Secretum vet. gl. δικαστήριον. Constantinus Anagnosta in ἡμιάμβοις, δόξῃ κατακόσμητε, λόγῳ θειοδότητε, κεκοσμημένε φρονήσει, τ' σεκρέτων θεφότητε, *gloria ornate, orationis laude celebris, prudentia nobilis, secretorum princeps.* Nicetas lib. 1. λογοθέτης τ' σεκρέτων, καὶ δηλ τ' κείσεων, γεγωνὸς ἢ καὶ ἔφορος, καὶ κριτὴς τ' βήλου, *rationalis secretorum & iudiciorum præpositus, & cognitor, & iudex veli.* λογοθέτης τῶν σεκρέτων δηλ δ' ἄκρου σῆσαι τ' συγκλήτου βατῆρος, *rationalis secretorum Imperatoris socer in summo vertice senatus stetit.* Zonaras t. 3. p. 80. & 139. Corippus lib. 1.

Hinc secreta sacræ tractans Demetrius aulæ.

Suidas τῶν ἀπορρήτων γραμματέα, τουτέστι νοτάριον ἀσηκρῆτις καλέσι οἱ ῥωμαῖοι, *Romani vocant à secretis eum, qui sit notarius & scriba arcanorum.*

Priuatarũ secretũ Constantinopolitanum. Constantinopoli fuit secretum priuatarum, vbi asseruabantur instrumenta vrbis & iura, E
& secretum publicarum, quod dicitur & secretum generale, vbi seruabantur secreta publica imperij. Secreti priuatarum meminit Alexij Comneni constitutio. ὁ μὲν δὴ δημόσιος λόγος τ' σεκρέτου τ' οἰκιακῶν τὰ τοῖς συμβολαίοις ἐγκείμενον ἐξ ἐρωτήσεως: *Publicus enim per secretum priuatarum ex interrogatione id quod contractibus incumbit dispiciens.* Balsamon ad Marcum Patriarcham responso 29. καταστρωθὲν ἐν τῷ σεκρέτῳ τῶν οἰκιακῶν κῦ μηνὸς νοεμβρίου: *Constratum & relatum in secreto priuatarum mense Nouembri.* Nicetas in Alexio Manuelis. σὺν οἷς καὶ τὸ τ' πανυπέρτατα θεοδώρου θειοκαλὲς οἴκημα ἐπάρχου ὄντος τ' πόλεως, καὶ τὸ τῶν οἰκιακῶν διέποντος σέκρετον τῷ δικαιοδοτικῷ τῷ θρόνῳ ἐμπρέποντος, καὶ αὐτὸς μὲν ἐξήλυξε θρασμὸν τῷ πεσεῖν, καὶ δὴ ἐνόντα διηρπασάμενοι δὴ' αὐτῶν τῶν δημοσίων τόμων ἀπέχοντο, οἱ τὰ δίκαια τ' πολιτείας θεῖα τ' θεφότων βασιλέων ἔχουσιν ὑπογεγραμμένοι: *Cum quibus inuaserunt in domum pulcherrimam Theodori viri omnibus artibus exculti Præfecti vrbis, qui secretum priuatarum administrabat, quiq; iuridico tribunali excellebat. Et ipse quidem fuga euasit cùm cecidisset. Quæ autem in domo erant cùm diripuissent, ne*

abstinue

A *abſtinuerunt quidem ab ipſis publicis tomis, in quibus iura ciuilia, quæ priſci Imperatores tulerant, ſcripta erant.* Libri igitur conſtitutionum Imp. de rebus ciuilibus aſſeruabantur ab eo, qui ſecretum priuatarũ adminiſtraret. In ſecretariis erant tribunalia, vt loca quæ hic afferimus probant.

Publicarum ſecretum.

• De ſecreto publicarum loquitur Cedrenus, *χάειν τ̃ λαμβανόντων ὀφφίκια, κ̀ ἀξιώματα αὐτ̃ῶν κατέρᾳ εἰς τ̀α δημόσια, κ̀ σεκρέτα πρόσταγμα τ̃ ἀοιδίμου βασιλέως: Gratia eorum qui accipiunt officia, & dignitates immunium, conſtitutio celeberrimi Imperatoris in publica ſecreta relata eſt.* Curopalates in Leone Baſilij, *μ̃ θάνατον γ̀ρ τ̃ λέοντ̃ος τυραννήσας ὁ κωνσαντῖν̃ος ἀνῃρέθη ἐν τ̃ῷ ἁγί̃ῳ σεκρέτῳ: Poſt mortem Leonis, cùm tyrannus fuiſſet Conſtantinus, in publicarum ſecreto interemptus eſt.*

Iudiciũ ſecretarium.

Secretarium verò iudicium erat, vt conſiſtorium principis l. 3. Cod. lib. 3. vbi ſenator vel clariſs. Eo qui in crimen vocatus erit, (id eſt, in iudicium de crimine,) ne quàs ante proba-
B tiones iniurias patiatur, ſedendi quoque in aliqua ſecretarij, parte quæ iudicibus inferior, altercantibus verò ſuperior eſſe videatur, habituro licentiam. Loquitur de ſecretario ſacri cognitoris, qui vice ſacra iudicat. l. 3. C. de off. diuerſ. iud. Si honoratis viris, quibus etiam conſiſtorium noſtrum ingrediendi facultas præbetur, ſecretarij iudicum non patuerit ingreſſus. Principes enim, & cornicularij, & primates officiorum, ſæpe aditu prohibebant. Caſſiod. lib. 11. Præfat. Quapropter adminiſtrator ampliſſimus, (id eſt, Præfectus prę̃t.) ſi vacaſſe credatur, opprobrium eſt, cuius etiam ſecretum dicitur, quod tumultuoſis actionibus verberatur. Secretum vocat auditorium Præfecti P. Apertis ſecretarij foribus l. 2. C. Theod. de off. rect. prouin. Iudex non in ſeceſſu domus de ſtatu hominum, vel patrimoniorum ſententiam ferat, ſed apertis ſecretarij foribus, intro vocatis omnibus, aut pro tribunali locatus. Secretaria publica l. vlt. de denuntiat. vel edict. reſt. C. Theod. Lamprid. in Alexand. in
C Hemicyclo templi S. Martinæ Romæ, quod olim pop. Rom. ſecretarium fuit, ad forum Rom. V. Inſ. Saluius dominis noſtris Honorio & Theodoſio ſacrarium ampliſſimi ſenatus Præfectus V. vice ſacra reparauit.

Secretius & ſanctius cõſilium.

Certè *ἀσηκρητ̃ῆον* dicebatur ſecretius & ſanctius conſilium. Cedrenus in Leone, *ἐξάμβροι τ̀ας μυήσεις ὁ βασιλὲὺς ἐν τ̃οῖς ἀσηκρητ̃είοις ἐπάιδισε, κ̀ ἀκειβ̃ῆς ἐξέτασιν τ̃ μυηθέντων ἐγίνετο. Imperator cùm accepiſſet indicia, ſedit in ſecretario, & exactus quæſitor fuit iudiciorum.* Curopalates in Michaele Theophili, *ἡ φυγὴ ἦ πρ̀ὸς τ̀ὸ ἱπποδρόμιον κ̀ τ̀α ἀσηκρητ̃εία. ἐπ̀αῖσε γ̀ρ τότε τ̀ὸ τ̃ ἀσηκρήτ̃ις ἰδ̃ῶ καταγώγιον: Fuga erat ad Hippodromum propter ſecretaria. Illic enim domicilium erat eorum, qui ſunt à ſecretis.* Suidas *ἀσηκρήτ̃ις γραμματ̀ὺς νοσ̃ῳ.* Manaſſes in Politicis carmin.

αὒάκτων ὑπογραμματ̀ὺς ὃν φασὶν ἀσηκρήτ̃ιν.

Menander in eclogis, *τ̃ τις ὧδ̀ὲ πέρσαις τ̃οῖς βασιλικ̃οῖς τε κ̀ δημοσίοις πράγμασιν ὑπηρε-*
D *τ̃ηθ̀έντων, ὃς εἴτις λατίνων χρήσαιτο φων̃ῇ, ἀσηκρήτ̃ις τε πρ̀οσαγορ̀ὺσθεν: aliquis eorum apud Perſas, qui ſeruiunt regijs & publicis negotijs, quos Latini à ſecretis vocant.* Carolus magnus de cultu imaginum lib. 4. c. 9. Mox vt Leontius Aſecreta conſpexit.

Primus à ſecretis quis olim dictus.

Inde *πρωτοασηκρήτ̃ις.* Codinus in origine Conſtantinop. *καθ̀ὼς φησὶ πλούταρχ̃ος πρωτοασηκρήτ̃ις κ̀ ὑπομνηματογράφ̃ος ἰουστινιαν̃ῷ, vt ait Plutarchus primus à ſecretis, & ab epiſtolis Iuſtiniani.* Codinus lib. de offic. *τ̀ὸ τ̃ πρωτοασηκρήτ̃ις ὑπηρέτημα δ̃ῆλον, κ̀ ἀπ̀ ἀυτ̃ῆ τ̃ ὀνόματ̃ος. πρωτ̃ος γ̀ρ τ̃ σεκρέτων λέγε̃ται.* Conſtantinus Anagnoſta in Semiambis vocat *τ̃ σεκρέτων πρότισον.* Is poſtea *πρωτοκαγκελλάρι̃ος* dici cœpit. Hincmarus ep. 3. c. 16. Cui ſociabatur ſummus cancellarius, qui à ſecretis olim appellabatur, erantq; illi ſubiecti prudentes & intelligentes, ac fideles viri, qui præcepta regia abſque immoderata cupiditatis venalitate ſcriberent, & ſecreta fideliter cuſtodirent. *ὁ δ̀ὴ τ̃ σεκρέτων* fuit, eccleſiaſticus, *ἀσηκρέτις* Politicus. Aliud
E eſt illud ſecretum de quo Suet. in Calig. c. 23. Auiæ Antoniæ ſecretum petenti denegauit, id eſt, vt poſſet cum eo colloqui in ſecreto. In Othone, ſecreto captato binos libellos ad ſororem exarauit. In Domitiano c. 3. Secretum ſibi horarium ſumere ſolebat. Herodianus lib. 7. Gordianus Imp. milites ad Vitalianum Præfectum P. Romæ miſit, mandauitq; manè *ὀπτ̃ησήναι ἔτι δικάζοντι, κ̀ αὐακεχωρηκ̀ότι τ̃ῷ βιταλιαν̃ῷ ἐν τ̃ῷ τ̃ δικαστηρ̀ίῳ οἰκίσκῳ ἔνθα μόν̃ῳ τ̀α ἀπ̀όῤῥητα κ̀ κρυπτ̀α δοκε̃ῖ τ̀α ὑπ̀ὲρ τ̃ σωτηρίας τ̃ βασιλέως πράσσειν τε, κ̀ ἐξετ̀άζειν, vt præſto eſſent adhuc iudicanti, & iam iam abituro Vitaliano in domuncula ſecretarij, vbi ſolus arcana & occulta ſuper ſalute Imperatoris inquirebat.* Harmenopul. lib. 3. tit. 4. *βεβαι̃ῶται ἡ πρᾶσις ἐν τ̃ῷ σεκρέτῳ, confirmetur venditio in ſecreto.*

Silentiũ, pro ſecreto, edicto vel reſponſo Imperatoris vſurpatum.

Iam verò ſilentium interdum pro ſecreto Imperatoris accipitur, interdum pro edicto vel reſponſo. Cedrenus, Phocas *ἐν τ̃ῷ σιλεντ̃ίῳ αὐτ̀ελεῖ μαυρικ̃ίῳ, in ſilentio*, id eſt, in ſacro conſiſtorio, *contradicebat Mauricio.* Item Leo Pater Copronymi ſilentium *ποιήσας*, id eſt, edictum. Diaconus lib. 21. ſilentium Leo Conon celebrauit in tribunali decem & nouem

accubituum contra ſanctas imagines.lib.23. Irene ſilentio in triclinio Iuſtiniani facto Byzantiis ciuilia donauit tributa. In diſputatione Gregentij, ἐξανέστη ὁ βασιλεὺς, καὶ διέγνω τὸ σιλέντιον, *ſurrexit rex, & dimiſſum eſt ſilentium.* Zonaras in Leone Philoſopho, ὡς μὴ δυνηθῶσι διαλεχθῆναι τῇ συγκλήτῳ περὶ νηφάλιας τοῦ σωληνᾶ διάλεξιν, ἣ καλεῖται σιλέντιον, *vt non potuerit ſolemnem diſſertatiunculam in ſenatu de ieiunio habere, quod dicitur ſilentium.* Nicetas lib.7. κατηχητικὰς ὠδίνε λόγους, ἃς φασὶ σιλέντια. *ſermones catecheticos*, quibus rudes inſtituuntur, *apud ſe concoquebat, & meditabatur, quæ ſilentia dicuntur.* Cedrenus, σιλεντίῳ γνωρίμῳ τοῦ θυμέλη καθαίρεσιν ἐποιήσαντο, ſilentio facto Euthymium de gradu deiecerunt. Landulphus Sagax in Leone, ſilentium contra ſacras & venerabiles celebrauit imagines. A

Sigillũ pro ſilentio ſeu edicto poſitum.

Sigillium pro ſilentio, ſeu edicto ponitur apud Conſtantinum Porphyrogen. in chorograph. ἐποίησε δὲ σιγίλλιον ὁ ἀείμνηστος, καὶ ἀοίδιμος βασιλεὺς, *fecit ſigillium*, id eſt, edictum, *ſigillo ſuo ſignatum, ſemper commemorandus, ac concelebrandus rex.* B

CAPVT X.

De Silentiarijs.

Silentiũ pro edicto vſurpatum.

SILENTIVM pro edicto poſitum oſtendimus, item pro loco, vbi conſilium principis haberetur. Paul.Diaconus hiſt.Miſcel.li.22. De Conſtantino Copronymo, ſilentium per dies ſingulos faciens aduerſus imagines. lib. 23. Facto ſilentio Imperator apud Magnauram expoſuit populo. Item, fecit ſilentium adducens Patriarcham, & iubens recitari eorum confeſſiones. C

Silentiariũ quid.

Silentiarium locus fuit prope triclinium. Idem lib.16. Cùm Imperator Iuſtinianus ſero in triclinio ſuo eſſet, occidebant eum habentem homines ſuos ſibi cooperantes, intus abſconditos in ſilentiario. Vnde Silentiarij dicti, qui ad eum locum excubarent, darentq; operam, ne ſilentium principis interpellaretur. Quam militiam fuiſſe indicat Simocatta lib.8. Θεόδωρος σιλεντιαρίᾳ στρατεύματι ἐκεκόσμητο, *Theodorus Silentiarij militia ornatus erat.* Eam militiam ſplendidam fuiſſe arbitror contra Zonaram, vt iam apparebit. Vetus auctor, πελάγιον τὸν ἀπὸ σιλεντιαρίων, ἄνδρα σοφὸν πατρίκιον, *Pelagium ſilentiarium, virum ſapientem, Patricium.*

Silentiarij quũ dicti.

Silentiarij erant excubitores in conſiſtorio, vel palatio principis ſtantes fere ad limina. Fiebant enim Senatores, clariſſimi & ſpectabiles erant, & militia confecta, cùm Senatores eſſent, priuilegia ſilentiariorum retinebant. Gubazes, qui poſtea rex Colchorum fuit, apud Iuſtinianum fuerat ſilentiarius, narrante Agathia, qui ſibi ſtipendia decem annorum deberi ait: vide l.3.C.de dign. l.30.C.de inoff.teſta. Statuti tantùm erant 30. ſilentiarij, decuriones tres poſt excubias annorum 13. l.3.C.de ſilent. Iudicem habuerunt magiſtrum officiorum. Procop. Perſ.2. Gubazes dicebat καὶ οἱ αὐτῷ δημόσιον τὰς σωληνᾶξις ὀφείλειν ἐνιαυτῶν δέκα ἐπεὶ ἐν τοῖς σιλεντιαρίοις ἐν παλατίῳ τασσόμενον ἐδέν κεκοσμισμένον ἔνθεν εἶη. Ibidem ait Adolaum in palatio principis, ad ea quæ ſunt quietis adminiſtraſſe. Euagr. lib.4. hiſt. eccleſ. σιλεντιαρίᾳ τοῖς βασιλείοις κελεύμασι διακονούμενος, *cùm ſilentiarius regijs iuſſis miniſtraret.* Claudianus, D

——ſacróque adhibere ſilentia ſomno.

Conſtantinus Porphyrog. in chorograph. διὰ τῶν βήλων ὑπὸ τῶν σιλεντιαρίων συρόμενον: *Cùm per vela tractus eſſet à ſilentiarijs.* Vetus Inſcriptio, ſilentiarius ſacri palatij, τὸ χαμαιζήλων δὲ τοῦτο ἀξιωμάτων. eſt dignitas humilis, inquit Zonaras de Anaſtaſio. Amm.lib.20. Palatij decuriones dicuntur l.1.C.de ſilentiariis. Erant immunes à ſordidis muneribus. Verè milites non erant. l.omnimodo, C.de inoff.teſtam. Hi fuere clariſſimi, poſtea ſpectabiles, depoſito poſt annos 13. officio erant illuſtres. Sub obſequio fuere Præfecti cubiculi, C.de ſilentiar. Agathias lib.5. ὃς δὴ τὰ πρῶτα τυγὼν ἐν τοῖς περὶ τὰ βασιλέα σιγῆς ὑπηρέταις, γνώσεώς τε κοσμήμασι δόξῃ, *qui primò inter eos militans, qui principis quieti ac ſilentio præpoſiti ſunt, & generis gloria ornatus.* Dorotheus Doctr.23. In palatio magni ſunt ac ſplendidi magiſtratus, finge ſenatum, Patricios, magiſtros equitum, Præfectos, ſilentiarios, qui omnes magiſtratus venerabiles ſunt. Procopius lib.4. de Ædificiis Iuſtini, Θεόδωρος τῷ βασιλεῖ τὴν ὑπουργίαν παρέχετο σιλεντιάριος τὴν ἀρχὴν, *Theodorus miniſtrabat regi ſilentiarius dignitate.* Vnus tantùm fuit ordo ſilentiariorum, inter quos decuriones digniſſimi. E

CAPVT

A

CAPVT XI.

De Consilio Imperatoris iudicantis.

MOs olim fuit, vt cùm princeps causſas cognoſceret, Senatores & equites Romanos in consilium vocaret, ſententiámque ex omnium deliberatione proferret, ait Spartianus in Hadriano. Quo more quid iuſtius à ſubditis expeti, à principe præſtari potuit, cùm nihil ipſe de prouincialium controuerſiis, niſi vt Iouem in cœlo fabulantur Poëtæ, de conſilio Deorum duodecim ſtatueret. Hoc ingenio fuit Auguſtus
B Cæſar, qui ætate affecta ſibi viginti viros iuris ſcientia, & prudentia claros aſciuit, quorum iudicio res omnes grauioris negotij, quæ in dies emergerent, componeret, vt prodit Xiphilinus. Tiberius ipſe Auguſti veſtigia legens viginti ſibi patricios viros conſilij cauſſa legerat, narrante Diacono lib. 7. Zonaras de Auguſto, qui ſibi quindecim συμβέλους εἰς ἑξάμηνον παρελάμβανεν, ὥστε δι' αὐτῶν καὶ πᾶσι κοινοῦσθαι τὰ βουλεύματα. ἔστι δ' ὅτε καὶ μετ' αὐτῶν, *Conſiliarios ad ſex menſes legerat vt per eos cum omnibus, ea quæ in conſultationem veniſſent communicarentur.* Interdum in iudicando eos aſſeſſores habebat. Capitolinus de Marco Phil. habuit ſecum præfectos quorum & auctoritate & periculo ſemper iura dicauit. Vſus eſt autem Scæuola præcipuè Iuriſconſulto. Igitur formulam à Iuriſconſultis præſcriptam ſecutus eſt, vnde in Codice Iuſtiniani, Sententias ex periculo recitare dictum. Marcus Comitiis (id eſt, iudiciis) vſque ad noctem frequenter interfuit.
C Dio, καὶ ἑνδεκάκις πολλάκις, καὶ δωδεκάκις ἡμέρας τὴν αὐτὴν δίκην καὶ ἐς νυκτὸς ὅσην ὅτε δικάζων ἐκείνην: *Vndecim, & 12. ſæpe diebus eandem litem interdum & nocte iudicauit.*

Iudicandi mos apud Imperatores.

Sueton. de Auguſto ius dixit aſſiduè, & in noctem nonnunquam. Plin. in epiſt. ad Vrſum: Ius dixit Theophanes in noctem, atque etiam nocte illatis lucernis. Apud Spartianum Adrianus de iudicibus omnibus ſemper cuncta ſcrutando tandiu requiſiuit quandiu verum inueniret. Contra Vitellius apud Tacitum breui auditu quamuis magna tranſigebat. Marcus lib. 1. vitæ ſuæ ὥσπερ τὸν πατρὸς τὸ ζητικὸν ἀκριβῶς ἐν τοῖς συμβουλίοις, καὶ ἀπίμονον, ἀλλ' ἀφαπτὸν τῆς ἐρεύνης ἀρκούσης τὰ προχείρως φανταζόμενα: *A patre diligentiam inquirendi, & conſtantiam in conſultationibus, ſed non ab inquiſitione abſcedebat, contentus vana & prompta rerum imagine.*

Nocturna iudicia.

Etiam apud barbaros diligentis & ſynceræ conſultationis magna fuit dignatio. Apud
D Getas, qui erat regi à conſiliis dicebatur θεός, ait Strabo, quòd natum à Zamolxi, quem Deum habuerunt, ob ſingularem prudentiam. Decæneus εἶχε ταύτην τὴν τιμήν, *hunc*, ait Strabo, *honorem habuit.* Ideo ſacrarium principis dicitur, l. vlt. §. legati. ff. de muneribus & honorib. Dicitur & ſacer comitatus, & noſtri numinis comitatus l. 7. de legat. & decret. legat. non viritim legatos mittant ad noſtri numinis comitatum. l. 8. Quæcunque ciuitas legatos ad ſacrarium noſtrum voluerit ordinare. Sed de comitatu & ſacrario ſupra diximus. Vocatur & conſilium. Lampridius, Alexander eum notarium, qui falſum cauſſæ breuem in conſilio Imperatoris retuliſſet.

Barbarorũ iudicandi mos.

Iudicaſſe autem Imperatores, & pro tribunali ſententiam dixiſſe, non eſt obſcurum. Auguſtus iudicum decurias recognouit, τὰ πολλὰ ἢ μὴ τῶν ὑπάτων, ἃ μὴ τῶν ἀρίστων ἐπισκοπέμενος. καὶ γὰρ καὶ πέντε καὶ δέκα τῶν βουλευτῶν τοὺς κλήρῳ λαχόντας συμβούλους εἰς ἑξάμηνον παρελάμβανε, καὶ ὅσην ὅτε καὶ ἐδίκαζε μετ' αὐτῶν, ait Dio, *multa cum* Cos. *aut cum optimis expendens. Aſſumebat enim quindecim Senatores ſortitò ad ſex menſes, cum quibus interdum iudicabat.*
E

Sententiam dicere & iudicare olim Imperatores ſolebant.

Cùm autem non poſſet, ait Dio, propter ſenectutem atque imbecillitatem corporis, omnibus, qui eius opem implorabant, ſatisfacere, τὰ μὲν ἄλλα αὐτοὺς μὴ τῶν συνεδρων διεσκέψατο, καὶ ἐδίκαζεν ἐν τῷ παλατίῳ ἐπὶ βήματος προκαθήμενος, *alia ipſe cum aſſeſſoribus diſcutiebat & indicabat in palatio, pro tribunali ſedens.* Dio, μάκρα ἢ πνὸς ῥῖμα αἰτίαν ἔχοντος, ὅτι τὴν μακεδονίας ἀρχὴν ὀδρύσαις ἐπολέμησε, καὶ λέγοντος ἐν τῷ δικαστηρίῳ ποτὲ μὲν τῇ ἀυγούστῃ, ποτὲ δὲ τῇ μαρκέλλῃ γνώμην τὴν πεποιημένην, ἐς τὸ δικαστήριον αὐτεπάγγελτος ἦλθε, καὶ ἐσφωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ εἰ προσάξειε τῷ ῥῖμῳ πολεμῆσαι, ἔφαρνος ἐγένετο. Idem de Tiberio. Tiberius interdum iudiciis aderat πρόεδρος, καὶ ὅτε δὲ βάθρα δὲ καταντικρὺ δικαστῶν κειμένῳ καθήζων ἔλεγεν ὅσα ἐδόκει αὐτῷ. lib. 52. Mecænas ad Auguſtum, ἐδίκαζε μὲν ὠτὸς ἰδίᾳ τά τε ἐφέσιμα, καὶ ἀναπόμπιμα, ὅσα αὖ τῶν τε τῶν μέζόνων δεχόντων, καὶ τῶν τοῦ ὑπατεύοντος τότε πολιάρχου,

Aſſeſſores cur ab Imperatoribus aſſumpti.

καὶ τὴν ὑποψίαν, καὶ τὴν ἐπαρχὸν, τότε τὴν σὺν Ὀδρυσιοπόλῃ, καὶ τὴν νυκτοφυλακτόλῃ ἀφικνῆται. A
Marco primò accusato, quòd Macedoniam regens bellum intulit Odrysis, cùm diceret in iudicio interdum se Augusti, interdum Marcelli iussu hoc fecisse, non vocatus venit in iudicium Augustus, & à prætore rogatus an insisset, negauit. Tiberius iudiciis aderat, *præses in subsellio è regione iudicum sedens, dicebatq; quæ vellet. Iudicabat ipse priuatim, quæ venia dignaerant & appellationes, quæ à maioribus magistratibus, & procuratoribus, & Præfecto vrbis, & successore, & Præfectis, & annonæ curatoribus, & tribuno vigilum veniunt.* Tiberius magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium, assidebatque mistim, vel ex aduerso in parte primori, & si quem reorum elabi gratia rumor esset subitus aderat, iudicésque aut è plano, aut è quæsitoris tribunali legum, & religionis, & noxæ, de qua cognoscerent, admonebat, ait Sueton. Caligula vt leuior labor iudicantibus foret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit. Claudius ius & consul, & extra ordinem laboriosissimè dixit, etiam suis suo- B
rumq; diebus solemnibus, nonnunquam festis quoque antiquitus & religiosis. Nec semper præscriptam legum duritiam secutus, lenitatémve multorum, ex bono & æquo, perinde vt afficeretur, moderatus est, ait Sueton.

Neronis supplicio damnatorũ subscribentis dictum.

Nero cùm de supplicio cuiusdam capite damnati, vt ex more subscriberet, admoneretur, Quàm vellem, inquit, nescire litteras. In iurisdictione postulatoribus nisi sequenti die, ac per libellos non temere respondit. In cognoscendo morem eum tenuit, vt continuis actionibus omissis, sigillatim quæque per vices ageret. Domitianus ius diligenter & & industriè dixit, plerumque & in foro pro tribunali extra ordinem ambitiosas sententias centumuirorum rescidit. Recuperatores ne se persuasoriis assertionibus accommodarent, identidem admonuit. nummarios iudices cum suo quemque consilio notauit. Zonar. t. 2. Traianus πολλάκις μὲν τὸ βῆμα τὸ ἐκεῖνον, sæpe pro tribunali iudicabat. Hadrianus ἔπραττε C
μὲν τὰ βουλευτήρια πάντα τὰ μεγάλα, καὶ ἀναγκαιότατα, καὶ ἐδίκαζε μετὰ τῶν σοφῶν, ὁτὲ μὲν ἐν τῷ παλατίῳ, ὁτὲ δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ, τότε φανθήῳ, ἢ ἄλλοθι πολλαχόθι ἀπὸ βήματος, ὥστε δημοσιεύεσθαι τὰ γινόμενα, καὶ τοῖς παροῦσιν ὀξὺν ὅτε δικάζοι συνεγίνετο, *faciebat per senatum omnia magna, & maximè necessaria, & iudicabat cum proceribus, interdum in palatio, nonnunquam in foro & Pantheo, & alibi multis locis pro tribunali, ita vt vulgarentur quæ facta erant, & aliquando erat cum consulibus iudicantibus.* Hadrianus, εἰ πινὰ τὸ τέκνα ἐχόντων ὠφλήκοι φανέντος τι ἔδει, ἀλλ' οὐ πρὸς γε τὸν ἀριθμὸν τῶν παίδων, καὶ τὰς τιμωρίας αὐτῶν ἐπεκόφισεν : *Si ex iis, qui liberos haberent, aliquem omnino puniri oporteret, supplicia eorum mitigabat pro numero liberorum*, ait Dio. Senator vix nisi ex senatus sententia puniebatur ex edicto Hadriani, vt Ammianus lib. 28.

Maiestas Imperatoris in iudicãdo.

Quæ fuerit in Imperatore iudicante, maiestas colligi potest, ex eorum, qui vices eius in D
iudicando sustinerent, auctoritate, vel potius maiestate, quam describit Agathias lib. 4. ὁ ἀθανάσιος ἐπὶ θάκου τινὸς ὑψηλοῦ καθῆστο ἐσθῆτι λαμπρᾷ περιβεβλημένος, ὥσπερ ἀμέλει οἱ ἀσπαζόμενοι τὸν ἡγεμόνα. παρῆσαν δὲ αὐτῷ ἀνδρες γράφειν τε εἰς τάχος πεπαιδευμένοι, καὶ ὑπογεχάδιον ἀναλέγεσθαι τὰ γεγραμμένα. ἄλλοι τε ὑπηρέται σύχ ἥκιστα σπουδαῖοι, καὶ ἐμβριθεῖς, καὶ δαιμονιώδεις τὰ τῶν δικαστηρίων κομψεῖα, κήρυκες τε μεγαλόφωνοι, καὶ οἱ τῶν μαστίγων ὑπασπισταί. ἅπαντες δὲ ἦσαν ἐκ τοῦ ἐν βυζαντίῳ ἀρχείου ἐπιλεγόμενοι. ἐπεφέροντο δὲ οἷς τὸν ἀνδρα δεσμοὶ τε, καὶ σιδηρᾶ ἀμφιδεδεμένοις, κλινοπρόφιά τε, καὶ ποδοστράβας, καὶ ἄλλα ἄττα ὄργανα κολαστήρια. Athanasius δικαστὴς κεῖσιν ἐπῆλθ ἀναγραπτον ἐν ᾗ διέκειτο θάνατον αὐτὸς διαφθαρῆναι ὑπὸ τῶν δικαστικῶν μάχαιραν γινομένης, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀφαιρουμένης : *Athanasius cognitor de morte Gubazis à Iustiniano constitutus, in alto quodam tribunali sedebat, chlamyde honestè amictus, vt solent qui inter magistratus cultus sunt studiosissimi. Aderant illi notarij veloci manu in scribendo, & lingua volubili in* E
scriptis recitandis, alijq; ministri ferociores ac vehementiores, & pompæ iudiciorum ac scenæ gnariores, præcones voce Stentorea, & flagellis præpositi. Omnes isti ex prætorijs Byzantinis lecti. Ferebant autem ij, quibus id muneris erat, vincula, numellas, boias, ferrea collaria, compedes, pedicas, & alia instrumenta suppliciorum. Athanasius *iudex sententiam de tabella tulit, qua iussit eos subitò plecti, & gladia percuti.* Simocatta lib. 3. τῆ ἢ βασιλέως τεμφθεὶ δοκιμῆτὸν τὸ βάσανον καὶ κατηγορίας δυσσεβέστερον ἐκαρτύσατο : *Cùm Imperator probationem accusationis, ac cognitionem religioni iudicum piè commisisset.* Vide an pro τεμφθεὶ legendum sit τῷ μέρει. Sub Caligula recep-

Pœna à senatu vel alijs illata ab Imperatoribus mitigata.

tum, vt iudicia quædam senatus tractaret, ita tamen vt ab eo princeps appellaretur, ait Dio libr. 58.

Imperatores pœnam mitigabant à senatu, vel ab aliis illatam, vt Sidonius lib. 1. e. 7. Imperatores Valentinianus, Valens, & Gratianus, l. 10. C. Theodos. de pœnis. Quoties in senatorij ordinis viros pro qualitate peccati austerior fuerit vltio proferenda, nostra potissimùm

explo

A explorentur arbitria. l. 13. C. Theod. de accusat. & inscript. integro non causæ, sed capitis statu referat ad scientiam nostram. Tacitus l. 14. Annal. Sæpius ad principem senatusconsulta referebat senatus. Valentinianus maior durior fuit in reos, nullum damnatum eripuit morte subscriptionis elogio leui, cùm id etiam principes feri fecerint, ait Ammianus. Philostratus lib. 8. ἤδη μέτρα βασιλεῖ ὕδωρ. *Metire*, Imperator, *aquam ad causam dicendam.*

Præfectus vrbi, & Præfectus Pr. vice sacra iudicabant. Symmachus lib. 2. e. 10. Cognitor sacri auditorij. Erant & alij, quos vice sacra cognoscere princeps volebat. l. 44. C. Theodos. de appellat. Sacri cognitoris tribunal. Cognitores ordinarij l. 1. C. Theodos. de relig. Ouidius, *Vice sacra cognoscere quibus datum.*

Inter ephemeridas melius, tabulásque iacerent,

B *Quas aliquis duro cognitor ore legat.*

CAPVT XII.

De Edictis, Rescriptis, Adnotatione, epistolis Imperatoris.

DICTA Plutarchus in Marcello διαγράμματα τῶν ἀρχόντων, καὶ δόγματα vocat, Dio lib. 42. προγραφὴν. V. gloss. Edictum, νόμῳ λεγόμῳ ἀπὸ προστάξεως. Dionys. lib. 5. τὰ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων ἐπιτάγματα, καὶ ἀφορισμούς. Iosephus lib. 14. c. 22. M. Antonius ad Tyrios, Διάταγμα ἐμὸν ἀπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς, ἵνα ἀντὶ εἰς τὰς δημοσίας ἐνταξητε λόγχας γράμμασι ῥωμαϊκοῖς, καὶ ἑλληνικοῖς ἐν τῷ ἐπιφανεστάτῳ, &c. *Misi ad vos edictum meum, vt illud in acta publica inseratis literis latinis & græcis, & in illustri loco ponatis.* Euagrius lib. 4. c. 39. τὸ καλούμενον πρὸς ῥωμαίων ἴδικτον γράφει. Theodor. Anagnosta ecl. 1. δι' ἑτέρας ἰδίκτου καταλύσας τὰ πρότερα. Theophilus institut. de iure naturali. Edictum est *omne, quod motu suo Imperator definit, ad subditorum vtilitatem*, ὅπερ ἐξ οἰκείας φύσεως κινηθεὶς ὁρίζει ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν τῶν ὑπηκόων ὠφέλειαν, καὶ λυσιτέλειαν. Edicere, iubere. Sueton. Caligulam edixisse matrimonium sibi repertum exemplum Romuli, & Augusti, id est, edicto, & publico programmate significasse. Cic. Philip. 1. Cúmque de via languerem, nisi pro amicitia, qui hoc ediceret, id est, Antonio significaret. Plinius epist. 71. lib. 10. Edictum D. Claudij. Martial. lib. 5. e. 8. *Edictum Domini, Deique nostri* *Edictũ quid dicatur.*

D *Quo subsellia certiora fiunt,*
Et puros eques ordines recepit.

Plin. e. 66. lib. 10. Edictum D. Traiani. l. 6. C. de custod. & exhibit. Diuus Pius, cùm prouinciæ Asiæ præerat, caput mandatorum sub edicto proposuit.

Edictis & constitutionib. Imperat. diem & consulem adiungi oportuit. l. 1. C. Theodos. de constit. princip. Nicetas lib. 2. Manuel. eum μελεδωνὸν μεσιδόντα, καὶ τῶν οἰκείων ὑποδρησῆρα διαταγμάτων τίθησι, *suarum constitutionum sequestrum, & ministrum rex constituit, & erat is semper in oculis regis, & mandata ex ore eius, quæ maioris negotij essent, excipiebat*, καὶ ὧν ὁ μὲν τῷ προσώπῳ τοῦ βασιλέως ἀεὶ ὀπαδόμῳ, καὶ τὰ τότε ἐπιτάγματα ὅσα καὶ ἐμφάσεις ὁπόσα κρείττων μοίρας *Constitutionibus & edictis Imperatorũ dies & consul adiunctus.*

E διήκομεν. ibidem βασίλεια vocat διατάγματα, ἐμφάσεις responsa & oracula regis. lib. 2. Andronici φάκελον τῶν βασιλικῶν διαταγμάτων θεσπίσματα ἐν γράμμασι βασιλικὴν ἐρυθρόδανον. τὸ ἐν τοῖς γράμμασιν ἐρυθρόν: *Fasciculus Imper. edictorum. oracula & responsa in litteris. Rubrum rescriptum. rubrum in litteris.* l. 39. ff. de religios. Diui fratres edicto admonuerunt. Edictum id dicitur monitorium.

Iulianus Iuliani Didij auus edictum perpetuum composuit. Eutropius lib. 8. ἰουλιανὸς ὁ ἔκγονος οὗ ὃς καὶ τὸ διηνεκὲς διάταγμα τοῖς ἀδριανοῦ χρόνοις συνέταξεν, ὃ μέχρι νῦν ἀδριάνιον καλεῖται, καὶ τῇ τῶν ἰταλῶν φωνῇ ἤδικτον προσηγόρευται: *Iuliani nepos erat Didius Iulianus, qui sub Hadriano perpetuum edictum digesserat, quod hodiéque dicitur Hadrianium.* Constitutio principis dicitur & forma. Capitolin. de Anton. Pio, Ex amicorum sententia formas composuit. Vlpian. l. 4. ad edictum. Et repeto ante formam à D. Marco datam, Diuum Pium rescripsisse. Herodianus lib. 7. ὁ δὲ βαλβῖνος οἴκοι μένων διάταγμά τι προθεὶς ἐκέλευε τὸν δῆμον εἰς ὁμόνοιαν χωρῆσαι. Balbinus domi manens edicto proposito orauit populum, vt in concordiam rediret. *Perpetuum edictum.*

Vocatio patrum in curiam edicto facta.

Edicto patres in curiam vocati. Tacit. lib. 1. Annal. Ne edictum, quo Tiberius patres in curiam vocabat, niſi tribunitiæ poteſtatis præſcriptione poſuit ſub Auguſto acceptæ. lib. 3. vtque premeret vulgi ſermones monuit edicto, multos illuſtrium Rom. ob Remp. obiiſſe, neminem tam flagranti deſiderio celebratum. Sueton. lib. 3. non edictis inhiberi luctus publicus potuit. c. 20. lib. 2. quam voluntatem edicto his verbis teſtatus eſt, ita mihi ſaluam ac ſoſpitem Remp. ſiſtere in ſua ſede liceat. Aurelianus, cùm Firmum viciſſet, tale edictum Romæ proponi iuſſit, Amantiſſimo ſui populo Romano Aurelianus Auguſtus ſalutem dicit, vt Vopiſcus. Sueton. lib. 5. A

Claudij futilia edicta.

Claudius vno die viginti edicta propoſuit, inter quæ duo, quorum altero admonebat, vt vberi vinearum prouentu bene dolia picarentur, altero, nihil æquè facere ad viperæ morſum, quàm taxi arboris ſuccum. Seneca epiſt. 95. Præcepta ſapientiæ, quæ affectus noſtros velut edicto coërcent, & obligant. Simocatta lib. 4. ὑπαγόρευσε ἢ τῇ ἐπιστολῇ τὴ βασιλικὴ ὑποτύπωσις. Conſtant. Porphyrog. in chorograph. ἐντελματικῶς ἐσταλμένος, miſſus cum mandatis. Nicetas in Alexio Manuel. fil. Protoſebaſtus δόγμα ἐκ βασιλέως ἐξώνεγκε μὴ ἄλλως ὑπαράδεκτα εἶναι ὅσα ἡ βασιλικὴ χεὶρ ὑποσημαίνοι γράμματα, εἰ μὴ πρότερον ὀφθείη τῷ ἀλεξίῳ, ἢ ὅπως τὴν δεξιὰν τῷ βαλαχείῳ ἐπιδὺς χρώματι, τὸ τῆς ἐπιρρήσεως, ὑποσημασίαν βεβαιώσειε. *Protoſebaſtus edictum à rege tulit, non aliter rata eſſe, quæ rex ſignaſſet, niſi priùs Alexius ea vidiſſet, & ita manum admouens viridi colori ſignificationem probaſſet, qua ratum edictum fuiſſe oſtenderetur.* B

Reſcripta principũ diuina appellata.

Reſcripta principum, diuina reſcripta Symmach. li. 4. e. 8. Diualia conſtituta li. 7. e. 95. Diuale remedium li. 11. e. 42. Diuina ſcripta lib. 11. e. 55. ſacri affatus l. ſacri, de diuerſ. reſcript. C. ſacri affatus quoſcunque noſtræ manſuetudinis in quacunque parte paginarum ſcripſerit auctoritas, non alio vultu penitus, aut colore, niſi purpurea tantummodo inſcriptione luſtrentur, ſcilicet, vt cocti muricis & triti conchylij ardore ſignentur, eáque tantummodo fas ſit proferri, vel dici reſcripta in quibuſcumque iudiciis, quæ in chartis, ſiue membranis ſubnotatio noſtræ ſubſcriptionis impreſſerit. Hanc autem ſacri encauſti confectionem nulli ſit licitum, aut conceſſum habere, vt ſcribit Leo Auguſtus Hilariano magiſtro officiorum. Sacrum oraculum l. 7. c. ſi contra ius. Etſi legibus conſentaneum ſacrum oraculum mendax precator attulerit, careat penitus impetratis. l. 7. C. de precib. Imper. offer. Reſcripta contra ius elicita ab omnibus iudicibus refutari præcipimus. C

Conſtitutiones ſacræ.

Sacræ conſtitutiones l. 5. §. ſi tutor ff. de adminiſtrat. reſcriptum ſacrarum conſtitutionum l. 43. ff. de actione empti. Vet. gloſſ. βασιλέως ἀνάγραμμα, ἔγγραφος πέλδυσις βασιλέως, ἀνταγραφὴ λέγε) ἡ βασιλικὴ πρόσταξις. Reſcribit princeps ad epiſtolas, ſubſcribit libellis, reſcribit ad libellum l. 23. ff. de vſufruct. leg. Et hoc nuper Antoninus ad libellum reſcripſit l. 6. § quid tamen, ff. de rupto. D

Reſcriptiones quæ dicantur.

Reſcriptiones dicuntur, quibus princeps negotia ad præſides prouinciæ remittebat. l. generaliter ff. de offic. præſid. Volcatius in Auidio, reſcriptum Marci de Auidio Caſſio, epiſtolam tuam legi. Capitolinus Macrino, fuit in iure non incallidus, adeò vt ſtatuiſſet omnia reſcripta veterum principum tollere, vt iure, non reſcriptis ageretur, nefas eſſe dicens leges videri Commodi, & Caracallæ, & hominum imperitorum voluntates.

Reſcriptorũ principum vis.

Reſcripta principum magnam vim habuere, quia multati iudices, qui reſcripta contempſiſſent, aut diſtuliſſent l. 5. C. Theod. de diuerſ. reſcript. Simocatta lib. 3. p. 150. αὐτοκρατορικὰ γράμματα vocat. item βασιλικὸν δόγμα.

Adnotationes, epiſtolæ ſacræ, & pragmatica.

Ad reſcripta pertinent adnotationes, epiſtolæ ſacræ. V. gl. ὑπόμνησις ἐστὶν ἡ τὰ κυριώτερα τῶν λελεγμένων περιλαμβάνουσα, καὶ γράφουσα ταῦτα ὡς ἐν συνόψει, καὶ δι' ὀλίγων ὁποῖα ἔδοξεν ὄντα τὰ παλαιὰ βασιλικὰ σημειώματα. *Adnotatio* l. vlt. C. de prox. S. ſcrin. *eſt quæ præcipua capita eorum, quæ dicta ſunt, præcipit, & ea ſcribit, vt in compendio, qualia videmus vetera reſcripta Imper.* Pragmatica verò fit de conſilij ſententia ſolemniter ſuggeſtione aliena, precibúſve. E

Adnotatio quid ſignificet, & adnotatio ſacra.

Adnotatio reſcriptum principis ſignificat ſacra manu ſcriptum Nouel. Maioriani de homicidio caſu fac. l. 5. C. ad leg. Cor. de Sicar. ſecundùm id, quod adnotatione noſtra comprehenſum eſt. l. 10. C. de ſacroſanct. eccleſ. Iubemus nullam nauem excuſari poſſe, nec ſi cœleſte contra proferatur oraculum, ſiue adnotatio ſit, ſiue diuina pragmatica ſanctio. Adnotatio ſacra Theodoſij & Valentin. Nouel. 2. de bon. fab. Adnotationes diuinæ l. 3. de collat. æris. Vet. gloſſ. Adnotatio ſacra eſt illud ſcriptum, quod Imperator proprio mentis motu alicui indulget. l. vlt. C. de Monop. Iubemus, ne quis ſacro iam elicito,

aut

A aut in posterum eliciendo rescripto, aut pragmatica sanctione, vel sacræ nostræ pietatis adnotatione monopolium audeat exercere. l. 23. C. de decurionib. lib. 10.

Pragmatica sanctio est illa constitutio, quam constituit Imperator, habito prius tractatu cum principibus, vt vet. gloss. Pragmatici typi Nouel. 26. Euagrius lib. 2. *ἀναγνωσθῶσι δέομαι τύπες*, *precati vt literæ sacræ legerentur.* Nouel. 62. *θεῖα γράμματα, πραγματικοὶ τύποι, προστάξεις δεχθῆναι, θεῖοι τύποι εἴτε πραγματικοὶ, εἴτε ἄλλοι.* Theodorus Anagnostes *τύπῳ νομικῷ προσέταξεν ὁ βασιλεύς*, *Imperator generali edicto iussit.* Pragmaticæ sanctiones, iussionésque principum l. 10. C. de sacr. eccles. l. vlt. C. de diuers. rescript. Pragmatica diuina Theodos. & Valent. nouel. vn. de rescind. vendit. Pragmaticæ decretum Theodos. & Valentin. nouel. vnic. in dam. pub. *Pragmatica sanctio quæ dicatur.*

Pragmatica iussio lex Valent. & Mart. Nouel. vn. de præd. ciuil. om. Pragmaticum l. 52. B de Hæretic. l. 3. de decur. & silent. C. Theodos. Pragmatici præceptum Theod. & Valentin. nouel. vn. de pecun. Afr. cred. Nouel. vnic. de corporib. vrb. Romæ, l. vlt. C. de diuersis rescript. vniuersa rescripta siue in personam precantium, siue ad quemlibet iudicem manauerint, quæ vel adnotatio, vel quæuis pragmatica sanctio nominentur, sub ea conditione proferri præcipimus, si preces veritate nitantur. Nam & vir magnificus quæstor, & viri spectabiles magistri scriniorum, qui sine præfata adiectione qualescunque diuinum responsum dictauerint, reprehensionem subibunt, & qui illicite dictata scribere ausi fuerint, cuiuscunque scrinij memoriales, seu pragmaticarij, vel adiutores primicerij, amissione cinguli feriantur. Pragmaticas præterea sanctiones non ad singulorum preces super priuatis negatis proferri, sed si quando corpus, aut schola, vel officium, vel curia, vel ciuitas, vel prouincia, vel quædam vniuersitas hominum ob causam publicam fuderit pre- C ces, manare decernimus. *Iussio pragmatica.*

Epistolam pro rescripto principis posuit Plin. lib. 10. ep. 92. Extat epistola D. Neruæ, qua dicitur epistolis Domitiani standum esse, quas obseruari debere ait Traianus epistola 70. Sueton. in Domiti. c. 13. Epistolam formalem vocat, quia de concilij sententia, & solemni iuridicorum verborum formula componebatur. Pari, inquit, arrogantia, cùm procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit. Græci vocant *ἐγκυκλίους* epistolas quæ ad plures eadem de re, iisdem verbis velut in circulum mittuntur. Euseb. hist. eccles. lib. 6. c. 18. *πολλὰς ἤ κῃ τῶν ἰδιωτικῶν ἐπῆλθον ἀλλὰ τὰ ἐγκυκλία γράμματα.* Anticyclia dicta, quibus contraria mandabantur, Euagrius lib. 3. c. 7. *ἐκεῖνον τ' αὖ ἐξαρνήσασθαι τὰ ἀντεγκύκλια ἐξεπέμποντο.* Sic in iure pontificio formatæ dicuntur epistolæ, quæ certa forma commeatus causa clericis aliò euntibus dantur. Dio, *ἔξω τῶν ἐγκυκλίων* in M. Antonino, ex- D cepto quotidiano in rem familiarem sumptu. Suidas in Curino, *ὧν ἐγκύκλιον αὐτῷ*, erat ei cottidianum, & ordinarium. Euagr. lib. 2. *θείᾳ γεάμματι ἴσον δ' ὁσιωτάτῳ βασιλέως δὲ τὰ αὐτόγραφα σώζει ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις.* c. 10. lib. 3. cap. 35. *τὸ θεῖον ἐγκύκλιον δὲ βασιλικὰ χαλκεῖα γέγραπται τῷ ῥητεῖ.* *Epistola pro rescripto principis posita.*

Formalis epistola, qua statuitur aliquid, quia in vim legis transitura maiori cura, certè de consilij sententia certa aliqua formula scriberetur. Symmachus lib. 9. e. 21. Orphiti pulsatur hæreditas obtentu epistolæ, qua D. Constantius, id quod operibus publicis constabat, impensum integrari per eum statuit. Eæ epistolæ legis vigorem habent lib. instit. tit. 2. epistolare rescriptum l. 1. C. Theodos. si cert. petat. de chirogr. *Formalis epistola quæ dicatur.*

Commonitorium dicitur *ὑπομνηστικὸν προστάξεως*, commonitoria *θεῖα* ad *ἀρχοντας*. Nouel. 50. Euagrius lib. 2. c. 17. *κομμονιτώριον ἢ ἐλπίδιον ὀνομάζεται.* Nouel. 138. *μηδὲ εἰ πραγματικὸν,* E *ἢ ἄλλον τύπον, ἢ θεῖον κομμονιτώριον λάβοι, ὀνομάσειεν αὐτῷ τι γιβέτον.* Elpidium ferre commonitorium. Neque si pragmaticum, aut alium typum, aut diuinum commonitorium acceperit, permittere illi aliquid tale. Vet. gloss. Commonitorium *ὑπομνηστικόν.* Commonitorium Pado lib. 1. Dialog. D. Gregor. Synodo Carthagin. *προεκομίσθη κομμονιτώριον.* Commonitorium commemorat Diaconus lib. 20. Symmach. e. 22. 21. 26. lib. 5. ep. 62. lib. 1. ep. 47. lib. 6. l. 28. Ammianus commonitorium cum Augusti literis tradidit. l. 2. C. Theod. si certum petat. de suffra. Concil. Chalced. actio. 1. & 11. Conc. Afric. c. 59. 101. Optatus Afer vocat commemoratorium. Symmachus breuiarium lib. 6. e. 65. Indiculum e. 48. lib. 6. Paul. Diaconus lib. 15. Commentarium scriptum. Ammianus lib. 28. Commonitorium repertum est, scriptum manu Hymelij. Anastasius in Gregorio 2. Rescriptis commonitoriis, nisi ad catholicam conuertentur fidem, extorrem à sacerdotali officio mandauit. Suidas, commonitorium *ὑπομνήσει προστακτικῇ ἀποστελλομένῳ εἰς χώρας*, Vet. gloss. *ὑπομνήσει ἀποστελλομένῳ μὴ προστάξεως.* Augustinus ep. 129. 158. Cassiodor. lib. 7. e. 27. *Commonitorium quid.*

Commo

Commonitorij forma.

Commonitorij formam proponit. Non dubitamus eſſe gratiſſimum, quando quis commonetur officium implere ſuſceptum. Quapropter ad illam vos prouinciam iubemus accedere. Symmachus pro eodem monitorium vſurpat. Vincentius Lyrinenſis aduerſus proph. relig. obliuionis meæ gratia commonitorium mihimet paraſſe ſufficiet. Sidon. ep. 11. lib. 8. Zozimus Papa ad clerum Rauennatem, commonitorium presbyteris. Vincentius Lyrinenſis commonitoria duo catholicis. Oerontius commonitorium fidelibus heroico carmine ſcripſit. Sed ad epiſtolas & litteras Imperatorum redeamus. A

Epiſtolæ principũ eædem cũ litteris & reſcriptis.

Epiſtolæ principum eædem ſunt cum litteris & reſcriptis, l. 5. §. 1. ff. de iure immunit. l. 3. ff. de iuris & facti ignorant. Quodcunque Imperator per epiſtolam & ſubſcriptionem ſtatuit, l. 1. ff. de conſtit. princip. Theophilus epiſtolam definit. ἀντιγραφὴ βασιλέως πρὸς ἄρχοντα ἀναφορᾶν περί τινος ἀμφιβόλου παράτμησιν ἠνομωμένου, reſcriptum Imperatoris ad relationem magiſtratus de re ancipiti. Epiſtolæ D. Veſpaſiani, D. Titi, D. Domitiani, Plin. lib. 10. e. 66. 77. Epiſtolas D. fratrum, ſacras conſtitutiones. D. fratrum vocat Martianus l. 5. ff. de manumiſſ. l. 4. Epiſtolares principis in ſacro auditorio acta excipiebant, l. 36. C. de palat. ſacrar. largit. l. 32. 35. C. de appel. Epiſtolare reſcriptum l. 1. ſi certum pet. de Chirog. C. Theodoſ. epiſtulares chartæ l. 3. ff. de penu legata. ſacræ literæ C. Theod. de mandat. princ. Imp. Gratianus Valent. & Theodoſius, ſi quis aſſerat cum mandatis noſtris ſe venire ſecretis, omnes ſciant nemini quicquam, niſi quod ſcriptis probauerit, eſſe credendum, nec vllius dignitate terreri, ſiue notarij, ſiue comitis præferat poteſtatem, ſed ſacris noſtris litteris eſſe credendum. In reſcriptis autem oportuit authentica ipſa, atque originalia reſcripta, & diuina manuſcripta non exempla eorum inſinuari, vt ſcribunt Imperat. Diocletianus & Maximian. l. 3. C. de diuerſis reſcript. B

Sacræ epiſtolæ, ſacra reſponſa, ſacri apices.

Sacræ autem epiſtolæ, ſacra reſponſa dicuntur, ſacri apices Sidonio lib. 1. e. 5. Honorius ad Bonifacium, gaudium noſtrum ſacrorum apicum atteſtatione ſignamus. Corippus in Panegyrico Anaſtaſij, C

Hæ ſacros monſtrant apices.

Simocatta lib. 4. c. 10. ἡ ἐγχαράξας βασιλέως καρέας, litteras, apices, τά τε σήμαντρα τὰ ὀξυσικὰ προελομένου, ὅτι αὖ ἡ ταῖς δέλτοις ἐνεπεχάραξε διεροῦνᾶτο ἀνελέσθαι, ἢ ἀναγνῶναι. item P. Diaconus lib. 16. & Imperator Iulianum magiſtrum cùm ſacra deſtinauerit ad Archetem regem Æthiopum. Cùm autem ſuſcepiſſet Imperatoris ſacram, oſculatus eſt ſignaculum, quod habebat pectuſculum Imperatoris. Cedrenus, παρεσκεύασε τὴ βασιλέα γράψαι πρὸς κύριλλον σάκρα: *Induxit regem, vt ſcriberet ſacram ad Cyrillum.* Gregorius in Regiſtro, per ſacros apices euocabantur ad comitatum principis, vel aliquo deſtinabantur. Auguſtinus lib. ad Donatiſtas poſt collat. c. 31. Illi portant multorum Imperatorum ſacras, nos ſola portamus euangelia. Menander de legat. ἐξέρχθη ὢν ὥστε τὰς λεγομένας τῇ λατίνων διαλέκτῳ σάκρας ἐξ ἀμφοιν τὴν βασιλέοιν αὐτῷ ὑπομιθῶσαι: *Ita carus fuit, vt quæ dicerentur latina lingua ſacræ, ad eum ab vtroque Imperatore afferrentur.* Actione 11. Chalcedon. concil. Direxit ſacras Hormiſda Papa in indiculo, Imperatorem rogate, vt deſtinatis ſacris innoteſcat. Baſilic. ecloga 7. titulus, περὶ συνηθειῶν διδομένων παρὰ τῶν ἐπαρχιωτῶν τοῖς διαπεμπόμενοις ἢ ἐμφανίζουσι τὰς ὁπὸ βασιλέως ὑποτεταγμένας σάκρας, ἤτοι ἐπαναγνωστικά: Paul. Diaconus lib. 21. ſacra populo recitanda. Sacra relecta, per eam certior effectus. D

Sacra Imperatoris, quæ.

Epiphanius lib. 4. hiſto. tripart. ſacra monſtrauit Imperatoris. Hormiſda Papa in indiculo, Imperator conſentiens debet pietatis ſuæ ſacra generalia ad vniuerſos epiſcopos deſtinare. Sacram Martiani, in fine concil. Chalcedonenſis. lib. 4. c. 18. hiſtor. tripart. ſacra Iuſtini Imp. ad Hormiſdam P. P. Landulphus Sagax in Iuſtino 2. Cùm autem ſuſcepiſſet Imperatoris ſacram 2. concil. Conſtantinop. act. 1. Sacra Conſtantini Pogonati ad dominum Papam. Lupus Ferrarienſis c. 78. Manaſſes in Theodoſio. In liberati Carthagin. Archidiaconi breuiar. & concil. Epheſ. 1. ſacram Honorij t. 1. epiſt. pontifical. l. 6. C. de cohortal. prim. cornic. C. Theodoſ. Data epiſtola Præfecto, cui hæc ſacra fuerat ante lata. Nouel. de poſtul. ad præceptum ſacræ noſtræ. Domitianus epiſtolas, orationéſque, & edicta alieno formabat ingenio. E

Litteræ circulares.

Supra de formatis & encycliis litteris aliquid poſuimus, hoc addo, ἐγκύκλια γράμματα vocari *litteras circulares*, Euagrius lib. 2. c. 8. ἐγκυκλίοις ᾗ χρῆται γράμμασι λέων τῶν ἀνὰ τὴν ῥωμαϊκὴν πολιτείαν ὑπισκόπων συνθανόμενος. & c. 9. σύγκειται ᾗ τὰ ἐγκύκλια τέτοις τοῖς ῥήμασιν. *Leo circularibus vtitur litteris, cùm morem epiſcoporum in adminiſtratione eccleſiæ Romanæ accepiſſet. Circulares litteræ his verbis conceptæ ſunt.* Circulares dicuntur quæ ad plures iiſdem verbis ſcribuntur. Euagrius lib. 2. cap. 10. σύγκειται ᾗ ἐγκύκλια τέτοις τοῖς ῥήμασι, *conſcriptæ ſunt*

encycliæ

A *encyclicæ literæ his verbis.* Antencyclia diximus esse litteras encycliis contrarias, Nicephorus Callistus in Indice, φοξηθεὶς ὁ βασιλίσκος ἐναντία τῷ πρώτερον γράψας ἐξαπέστειλεν ἀντεγκύκλια.

Sacra auctoritas sæpe pro rescripto accipitur. Symmachus lib. 7. e. 122. sacra auctoritate Libycarum mihi emptio præbetur. lib. 10. e. 53. Anastasius Biblioth. Pontif. 6. de Tiberio. Tunc missa auctoritate per Catulinum agentem in rebus. cap. de Hormisda, Iustinus direxit auctoritatem suam ad Papam Hormisdam. *Sacra authoritas pro rescripto accepta.*

Breue sæpe epistolis Imp. subiungebatur. Synodo Carthagin. τὸ βρεβίον ὅπερ τῇ αὐτῇ βασιλικῇ ἐπιστολῇ προσέδησαν. breue quòd ipsi epistolæ adligarunt. Breuigerulus qui breue gerit, vt Isidor. in gl. Cassiod. li. 1. e. 6. secundum breue subter annexum. Gregor. ma. in regis. li. 6. Indict. 5. c. 201. Vopiscus in Aureliano breue nominum conscripsit. Lamprid. in Alexandro, habuit in cubiculo breues militantium. Symmach. lib. 10. e. 48. mittendis censuum breuib. Eusebius eccl. hist. li. 10. c. 6. ἅπασι τοῖς προφερομένοις καὶ τὸ βρεβίον τὸ πρὸς σὲ παρ' ὁσίου ἀποσταλὲν, ταῦτα τὰ γράμματα διαδοθῆναι κέλευσον: *Omnibus prædictis secundùm breue ad te ab Osio missum, has litteras tradi iubeto.* Symmachus lib. 10. e. 48. Præfectus annonæ fecit indicium præfecturæ Prætorianæ, missis de more breuibus, quæ angustias patefacerent conditorum. Suetonius in Vespasiano c. 21. Vespasianus de nocte vigilabat, deinde perlectis epistolis, officiorúmque omnium breuiariis amicos admittebat. Lamprid. post meridianas horas subscriptioni, & lectioni epistolarum, Alexander Seuerus semper dedit operam, ita vt ab epistolis, & à libellis, & à memoria semper assisterent. Anna Comnena in Alexiade, ἐν τὰ βιβλία ἐν μέσῳ πλινθεῖσι, βρεβία ταῦτα ἡ συνήθεια οἶδε καλεῖν, ἐν οἷς ἀναγράφει τὰ ἐν ἑκάστῳ τεμάχει ὄντα κειμήλια: *Libri tunc in medium allati sunt, vulgò breues* C *vocantur, in quibus thesauri cuiúsque ecclesiæ describuntur.* Iustinianus in edicto 9. ὧν οἱ ἀργυροπραται καταγράφουσιν ἐν τοῖς ἀντιγράφοις, ἢ αὐτογράφοις βρεβίοις. *Quam argentarij describunt in codicibus rescriptis, aut breuibus manu sua scriptis.* Basilicon ecloga 7. ἀργυροπρατικὰ βρεβία, *breuia argentariorum.* Iulianus epistola ad commune Iudæorum. πλείονα ἢ τότων ἔμαθον δι' ὧν τὰ βρέβια τὰ καθ' ὑμῶν φυλαττόμενα: *Plura his didici, cùm legerem breuia contra vos asseruata.* In constitutione Alexij Comneni, ἀπογραφήσονται ἐν τῷ βρεβίῳ τῆς μονῆς, *describentur in breui monasterij.*

Breuiatores dicti, qui breuia conficiebant. Iustinianus Nouel. 105. τῷ γὰρ ἀπογραφῶ διὰ τῶν ἐπὶ τῆς θείας σου δόσεως βελόμεθα, ἵνα μηδ' αὐτοῖς ἐξῇ παραβαίνειν. μηδὲ τοῖς καλουμένοις βρεβιάτωρσι νοθεύειν τι τῶν παρ' ἡμῖν διατεταγμένων: *Edictum ideo ex tuo tribunali emitti volumus, vt ne ipsis liceant transgredi, neque ijs qui dicuntur breuiatores, adulterare aliquid eorum, quæ* D *à nobis constituta sunt.* *Breuiatores quinam appellati.*

A breuibus illis breuiaria. Breuiarium βρεβιαρικὴ. V. gloss. βρέβιαρος breuiarius. Augustin. ep. 50. ad Bonifac. Plin. lib. 7. c. 26. breuiarum Pompei. Sueton. c. vlt. lib. 2. breuiarium imperij, & li. de clar. gram. c. 10. breuiarium Eutropij, Sexti Rufi, Adonis. Seneca ep. 39. Breuiarium dici cœptum, quod antea summarium. Breuiaria officiorum omnium exhibentur Imperatori. Sueton. c. 21. Vespas. Anna. lib. 6. Alexiad. καὶ προστάξει ἀνελίξειν τὰ βρέβια, ἵνα καταφανὴ γένηται τὰ ἀφῃρημένα τῆς ἐκκλησίας, *& iubet euoluere breuia, vt appareret quid ablatum esset ecclesiis.* *Breuiarium & breuiarius.*

Litteræ à principe emissæ, dicta diplomata. Tacit. 2. histor. diplomata Othonis. Sueton. Caligul. C. 38. Prolata D. Iulij & Augusti diplomata, vt vetera, & obsoleta difflabat. Ita propriè dictæ litteræ, quæ ad vsurpationem cursus publici à principibus concedebantur, E sine quibus nemini cursus publicus liber fuit. Plutarchus in Galba τῶν δὲ ὑπάτων οἰκέτας δημοσίους προχειρισαμένων τὰ δόγματα κομίζοντας τῷ αὐτοκράτορι καὶ τὰ καλούμενα διπλώματα σεσημασμένα δόντες, ἃ γνωρίζοντες οἱ κατὰ πόλιν ἄρχοντες ἐν τοῖς ὀχημάτων ἀμοιβαῖς ἐπιταχύνουσι τὰς προπομπὰς τῶν γραμματοφόρων: *Cùm consules seruos publicos ad manum habuissent, qui decreta ferrent ad senatum, & quæ dicuntur diplomata, signata dedissent, quibus lectis magistratus vrbium* (lego καὶ πόλεις) *in summutandis curribus accelerant cursum eorum, qui litteras ferunt.* Ibidem, Nymphidius Candidatus imperatoriæ maiestatis diplomata data esse à Coss. fert iniquissimè, tanquam partes imperatorias illis vsurpantibus. Quia solius Imperatoris fuit diplomata ad cursum dare. Idem in Othone, Claudius Rufus φησὶ κομισθῆναι εἰς Ἰβηρίαν διπλώματα οἷς ἐκπέμπουσι τοὺς γραμματοφόρους, *ait lata esse in Iberiam diplomata, quibus mittunt eos, qui litteras ferunt.* Tacitus lib. 2. histor. causa fingendi fuit, vt diplomata Othonis, quæ negligebantur lætiore nuntio, reualescerent, eúmque huiusmodi nuntio rapidum in vrbem vectum fuisse. Aliæ item litteræ, indices concessi beneficij, dictæ diplomata. Suetonius in *Diploma pro litteris à principibus emissis.*

Nerone,

Nerone, diplomata ciuitatis Romanæ vocat codicillos, quibus delatum erat ius ciuitatis A
c.12. quibus diplomata ciuitatis Romanæ singulis obtulit. Idem lib. 2. in diplomatibus, libellísque, & epistolis signandis initio sphinge vsus est Augustus. Simocatta lib.4. ἐν βασιλικῇ διφθέρᾳ τὴν πόλιν δάρας ὁ χορεύης ὑπήκοον ἐγγεγράφεται μανεικίῳ. lib.7. c.1. ἐνεχαράξει βασιλικὰς ἐπιστολὰς μανείκιος. σηλίβρια τῷ πλήθει τὰς βασιλικὰς συλλαβὰς, βασιλικὰ θεσπίσματα. Constantinus Porphyr. διαχαράξας τὰς ὑπὸ τῶν οἰκείων πάλαι ἀνορθίνως γεγονότας τύπους. Eusеb. lib.4. histor. c.9. ἀνήγεγραφὼς Imperatoris vocat rescriptum, ex latino græca consuetudine donatum. ἀνήγεγραφον τὸ ἐπιστολὴν ἀδριανοῦ. Imperatores literis ad senatum ita ordinantur, εἰ αὐτοί τε καὶ οἱ παῖδες ὑμῶν ὑγιαίνετε οὗ αὖ ἔχοι, ἔγω καὶ τὰ στρατεύματα ὑγιαίνομεν, si vos, & liberi vestri valetis, bene est, ego & exercitus valemus. Otho diplomatibus, primísque epistolis suis ad quosdam prouinciarum præsides Neronis cognomen adiecit apud Sueton. in Othone c.7. Symmachus epist.38. lib.5.diploma sacrum vocat. Plinius lib.10. B
epist.60. Sidonius Auito,

———referens diplomate Auitum
Jam Geticas intrare domos.

Symmachus ep.35. lib.5. Ad huius celebritatem voto alacri cucurrissem, nisi diplomatis sacri tarda perlatio arctasset interuallum dierum. Tertul. Apologet. ô nuntios tardos, & somniculosa diplomata. Capitolin. Pertinace, dein Præfectus cohortis in Syriam præfectus Tito Aurelio Imper. à Præside Syriæ, quod sine diplomatibus cursum vsurpauerat, pedibus ab Antiochia ad legationem suam iter facere coactus est. Plin. epist. penult. lib.10. Herodian. lib.7. l.137. §. cùm ita. D. de verborum obligat. Quod si diplomate vsus, vel felici nauigatione maturius quàm quisque peruenerit Ephesum. Ioan- C
nes Salsberiensis

Accelera gressus tanto diplomate pergens.

Diplomata cur sic dicta.

Diplomata à duplicibus tabellis dicta. Ouid. li.1. Amor. e.12.

Tunc ego vos duplices rebus pro nomine sensi.

δίπτυχα Suidæ δύο βιβλάρια ἔχοντα, ὡς τὸ μὲν ὑποτερῶσθαι, τὸ δ' ἕτερον ὑποβεβλῆσθαι. Diptycha duo inuolucra habent, quorum alterum substernitur, alterum subiicitur. lego, ὑποτερεβεβλῆσθαι, *superiicitur.* Græci vocant δίπλας. Apollonius Thyan. ad Euphraten, ἐπῆλθες ἔθνη τὰ μεταξὺ τῆς ἰταλίας ἀπὸ συρίας ἐξαμιλλώμενον, ἐπιδεικνὺς σεαυτὸν ἐν τοῖς τοῦ βασιλέως λεγομέναις δίπλαις: *Adijsti gentes, quæ sunt interiectæ ad Italiam, exorsus à Syria, ostentans te ipsum in principis diplomatibus.* Postea vocat βασιλικὰ γράμματα. Constantin. Porphyrogen. ἐκ προσάξεως τοῦ βασιλέως ἔλαβε τὸ πιττάκιον τοῦ πάλεικίου σιμεὼν τοῦ ἀσηκρήτις: *Litteras ex mandato Impe-* D
ratoris à patricio Simeone à secretis accepit. In chorogr. Item τύπον ἐπράτησε παλαιός. vetus erat institutum. Dicitur & euectio, synthema, vt Hiero.combinæ tractoriæ. Plin.e.123.lib.10. τὴν πορείαν αὐτῆς διετύπωσε. l.4.de vita Const.Eusеb.iter illis diplomate firmarat. Literæ aliæ Imperatorum, quibus aliquid iuberetur, dictæ sunt ἁπλᾶ. Eusеb. li.8. ἡ πλεῖστον παντάχοσε βασιλικὰ γράμματα τὰς ἐκκλησίας εἰς ἔδαφος φέρειν. ἡ πλεῖστον καὶ πόλεις βασιλικὰ διατάγματα. Literæ quæ scriberentur ad Imperatorem, si aliquid arcani esset, duplicibus tabellis inscribebantur. Gordianus ἔδωκε κατασεσημασμένα γράμματα ἐν πτυκτῆς πίναξι, δι' ὧν τὰ ἀπόρρητα καὶ κρυπτὰ ἀγγέλματα τῆς βασιλείας ἀπιστέλλεται, ait Dio, *dedit literas signatas in duplicibus, quibus arcana principibus nuntiantur.*

Diptychi libri & diptycha sacra.

δίπτυχα gemini libri, in quorum altero nomina viuorum, in altero mortuorum, vt Iustinianus in edicto de fide orthod. Pugillares dicuntur à triangulari forma ad imitationem E
literæ Δ δέλτοι, & δελτάρια βιβλία. Diptycha sacra scriptores ecclesiastici. Diptycha pugillares eburnei. Symmachus lib.5.ep.56.ep.109.lib.9. Varro, in tabulis dedolatis ante vsum chartæ scribebant, sed cera obducebantur. Propert. lib.3. el.20.

Non illas fixum caras effecerat aurum,
Vulgari buxo sordida cera fuit.

Ouidius lib.1. Amor. el.11.

Odi cum latè splendida cera vacat.
Comprimat ordinibus versus, oculósque moretur,
Margine in extremo littera rasa meos.

Duplices litteræ ab Imperatoribus mitti solitæ.

Imperatores interdum duplices litteras mittebant, quarum primæ vulgabantur, secundæ latebant. Zozimus Romam βασιλικὰ γράμματα πεμφθέντα συλληφθέντα σιλιχωνατέως

A τῶς ἐν ἀδέσμῳ παρ' αὐτῷ ἔχειν φυλακῇ, *litteræ regiæ missæ, quibus iubebatur, vt Stilicho, qui comprehensus erat, id temporis haberetur in libera custodia.* Cùm ex ecclesia retractus esset, ἀπεδίδοτο δεύτερα γράμματα παρὰ τοῦ κελεύοντος τὰ δεύτερα θανάτου πεφορόμενα τὰ κατὰ τὸν πολιτείας ἀμπλανόμενα τιλιχῶνι, *redditæ sunt secundæ litteræ ab eo, qui priores attulerat, quæ capite multabant Stiliconem ob ea, quæ in Rempubl. peccauerat.* Diptycha Suetonius vocat duplices tabellas lib.2. c.26. Ausonius bipatens pugillar. Martial. lib.14. ep.3.

Secta nisi in tenues essemus tigna tabellas,
Essemus Libyci nobile dentis opus.
Esse putes ceras, licet hæc membrana vocetur,
Delebis quoties scripta nouare voles.

B Erant enim pugillares eburnei, membranei, citrei, qui stylo exarabantur, & eius obtusa parte delebantur. Diploma dat Constantinus episcopis apud Euseb. lib.10. ἵνα λαβὼν παρὰ τοῦ λαμπροτάτου λατρωνιανοῦ τοῦ κεντικτορίου σπειλιας δημόσιον ὄχημα συζεύξας ἑαυτῷ, καὶ δύο μὲν ἵππους, καὶ τρεῖς παῖδας τοὺς δεσποσομένους υἱοὺς καὶ τὸν ὁδὸν ὑπηρετήσαιτο παρὰ λαβών. Imperatores sæpe manu sua scripsere ad amicos. Theodos. Ausonio parenti: Amor meus qui in te est facit, parens iucundissimè, vt morem principibus aliis solitum sequestrarem, familiarémque sermonem αὐτόγραφον ad te transmitterem. Ita & Gratianus ad Ausonium manu sua scribit in Paneg. Ausonij, & Theodosius ad Ambrosium epist. 25. 27. litteræ Imperatorum missæ ad exercitus ad signa lectæ. Tacit. lib.5. histor. Instituit pessimum facinus, vt epistolæ aquiliferis traderentur, à quibus ante militi, quàm ducibus legantur. Spartian. in Pescen. Nigro in epistola M. Antonini, itaque misi literas recitandas ad signa. *Pugillares eburnei, membranei, &c.*

C Consules olim & duces epistolas non nisi transuersa charta scriptas mittebant Sueton. in Iulio. epistolæ quoque eius ad senatum exstant, quas primus videtur ad paginas & formam memorialis libelli conuertisse, cùm antea consules & duces non nisi transuersa charta scriptas mitterent.

Postremum hoc admoneo, epistolas Imperatorum non tantùm encausto & purpura decoratas, sed etiam sigillum auro ductum fuisse, vel argento. Themist. in orat.4. vocat σφυρήλατα, & orat. 6. ἔγω μὲν τοι οὐκ ἐπ' ἐκείνῃ τῇ δέλτῳ, ἀλλ' ἐπ' ἄλλῃ μείζονι, καὶ τελεωτέρᾳ ἢ καὶ τὰς δέλτους ἐκείνας ἤδη ἔχει ἐπ' ἐξουσία, ἵν' οὐκ ἐποίησαν ἐλεφαντουργοὶ, οὐδὲ χρυσοχόοι, litteras malleo ductas, χρυσοῦν βέλα auream bullam. ego non illo rescripto, sed in alio maiori & perfectiori, quod iam illa rescripta habet in potestate, quodque non fecere eboris artifices, aut auri fusores. *Sigillũ Imperatorum auro vel argento ductum.*

D Inauspicatum fuit, si in litteris omitteretur salutis præscriptio, vt Plaut. pseudolo, sc. 16. vel cùm principes ad magistratus scriberent l.1. C. Theod. de priuil. eorum qui in sac. pal. l.1. de matern. bonis l.32. de appellat. aut etiam ad priuatos l.1. ne liceat potent. C. l.13. C. de appellat. Gellius c.3. lib.9. Alexander infra maiestatem suam esse putauit salutem præscribere, vt Plutarch. Græci χαίρειν, Plato εὖ πράττειν, Epicurus εὖ ζῆν, vt Laërt. in Platone, præscribebant Pythagorei ὑγιαίνειν. Legatur interpres Aristoph. ad nubes. Plin. lib.1. ep.11. vnde incipere priores solebant, Si vales bene est, ego quidem valeo, qui mos ætate Senecæ exoleuit, vt Seneca ep.15. postea salus præscripta hac forma. Sidonius Serrano suo salutem lib.2. ep.13. sed contrita ista sunt, abstineo, & his quæ supra dicta sunt, hanc appendicem subiungo. Inter epistolas erant fidei publicæ litteræ, de quibus Phranses lib.3. c.8. In rescriptis & epistolis nomina Imperatorum, si plures essent, certo ordine po- *Salutis præscriptio in literis.*

E nebantur. Manasses, Romanus, qui à genero Constantino factus erat Imperator, filios suos imperij consortes fecit, καὶ ἐπιτροφθεν ἐπίστευε πάντας τοῦ κωνσταντίνου ἐν τῇ ἀνακηρύξει, ἐν γράμμασιν, ἐν θεάτροις, *eósque omnes in proclamationibus, epistolis, scenis, ac tribunalibus ante Constantinum ponebat.*

Litteræ Imp. pendebant plerunque in pilis, & porticibus, vnde de plano legi possent. Ausonius Panegyr. Has ego literas tuas, si in omnibus pilis, atque porticibus, vnde de plano legi possint, instar edicti pendere mandauero. Euagrius libr.3. cap.14. epistolam Zenonis ad conciliandas ecclesias vocat, ἑνωτικὸν ζώων. Eusebius lib.9. histor. eccles. 24. τῶν προγραμμάτων καὶ νόμων συγκεχωρήκεσαν. c.10. προστάγματα vocat, & διατάγματα. τοῦτο γὰρ τὸ διάταγμα προστεθῆναι ἐνομοθέτησαμεν. διατάγματα ἐν πήλαις αὐτεθήμενα. διατάξις ὑπὲρ χριστιανῶν καὶ νομοθεσίαν σωτήριον. lib.3. de Constant. ἐπίταγμα, πρόσταγμα, νόμιμα βασιλικόν. Edicta, constitutiones, iussa, leges, mandata placita, decreta, constituta Imperatorum. Pro edictis, quæ proponerentur, dicunt δογματίζειν, νόμους διατυπῶσαι, ἀπογράφαι. Euseb. lib.9. c.9. νόμων ὑπὲρ *Litteræ à pilis & porticibus pendemes.*

χρισιανῶν τελεώτατον πληρέστατα διατυπῶν), Constantinus, & Licinnius. lib. 10. c. 5. ταύτην τὴν βέλησιν τὴν ἡμετέραν ἐδογμάτισαμεν. Legem pro Christianis perfectissimam Constantinus & Licinius promulgant. *Decretum hoc nostrum ac placitum promulgauimus.* ἄπνα ὅπως δρέσκειν ἡμῖν ἀντιγράψαι ἀκόλουθον ἦν. *Quæ ita placere nobis rescribere consentaneum erat.* Typi vocantur. Paulus Diac. lib. 19. Iustinianus perturbans typos, qui à patre ordinabiliter facti sunt. ἁπλοῦς βασιλικὸν νόμον dixit Euseb. lib. 9. histor. nutum Imperatoris explicari. τὰ μὲν δὴ τῆς παλινῳδίας ἕνεκα τοῦ τεθέντος βασιλικοῦ νόμου ἅπαντα τῆς οἰκείας πάντῃ, καὶ παντάχοῦ. Palinodia mandati Imperatorij vbique in Asia promulgabatur. A

Propositæ litteræ.

Vocat & προτεθὲν γράμμα, litteras propositas. τὸ προεκτεθέντα νόμον ἐν ἀδήλῳ θείς, *Legem ante propositam in abscondito ponens.* προγράμματα, διατάγματα, ἀγραφα προτάγματα vocat ibidem. ἄρχοντες χρηστοῖς περὶ ἡμῶν προγράμμασι, καὶ ἡμέροις διατάγμασι τὴν καθ' ἡμῶν πυρκαϊὰν ἀποσβεννύοντες ὁ μαξέντιος ἀγεγάφῳ προστάγμασι τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἄρχουσι προσέταξε. Præf. Pr. per epistolam interdum voluntatem Imperatorum aperiebat. ὁ γοῦν παρ' αὐτοῦ τοῦ τὰ ἐξοχώτατον ἐπάρχων ἀξιώματα τετιμημένῳ σαβίνῳ πρὸς τοὺς κατ' ἔθνος ἡγεμόνας τὸ βασιλέως ἐμφαίνοι γνώμην διὰ ῥωμαϊκῆς ἐπιστολῆς. Imperatores enim Præfectis P. mandata dabant, & quid vellent indicabant, quæ illi cæteris magistratibus latinis epistolis significarent. B

Epistolarũ ab Imperatoribus missarum verba.

Epistolæ verba fuere, ἡ θειότης τῶν δεσποτῶν ὑμῶν τὸ δυνατωτάτων αὐτοκρατόρων ἐκέλευσε διὰ τῆς ἐμῆς καθοσιώσεως τῆσδε ἀξιόνοιάς διαγράψαι, *Diuinitas Dominorum nostrorum potentissimorum Imperatorum iussit per meam deuotionem tuæ prudentiæ hæc scribere.* Tua industria scribere debet ad omnes rationales, prætores, duces, præpositos pagorum cuiusque vrbis. διὰ τοῦτο οἱ κατ' ἐπαρχίαν, Propter hæc magistratus prouinciæ existimantes consilium eorum, quæ scripta erant, & mentem veracem esse, rationalibus, strategis, & iis, qui per agros præpositi erant, per litteras voluntatem Imperatoris manifestam faciant. c. 4. ὧν δὴ καὶ αὐτῶν τοῖς ψηφίσμασι δι' ἀπογεγραφῆς ἀσμένεστατα ἐπινεύσαντος τοῦ τυράννου, *Quorum decretis libentissime annuente tyranno per epistolam* c. 7. βασιλικῶν περὶ ταῦτα διατάξεων ἀπογεγραφαὶ σήλαις ἐντετυπωμέναι χαλκαῖς ἀνωρθοῦτο, *rescripta Imperatoris mandatorum excussa tabulis æreis erigebantur.* C

Tabulæ æreæ in quibus literæ proscriptæ.

In tabulis enim & columnis æreis proscribebantur. αὐτὰ δὴ ταῦτα ἐν σήλαις ἀνατεθεῖσαν τοῦ μαξιμίνου γεγραμμένα ἐνταῦθα περὶ ἡμῶν δι' ἐγγεγράφων νόμων ἐδογμάτισε: *Hanc ipsam Maximini scriptionem in tabulis propositam in leges de nobis scriptas referre decreuit.* verba epistolæ Maximini ad Sabinum P. P. εἰ καὶ τῇ σῇ καθοσιώσει πρὸ τούτου χρόνου διὰ γραμμάτων ἐπέσταλτο, καὶ δι' ἐντολῶν ὁμοίως κεκέλευστο: *Quanquam tuæ deuotioni ante hoc tempus per epistolas mandatum est, & iussis imperatum* ἵνα ἡ αὐτὴ ἡμῶν ἡ κέλευσις εἰς γνῶσιν πάντων τῶν ἐπαρχιωτῶν τῶν ἡμετέρων ἔλθῃ διαβάσματι σοῦ πρόδηλα τὰ κεκελευσμένα ὀφείλοις δηλοῦσαι, *vt ista nostra iussio innoteſcat omnibus nostris prouincialibus, declarabis quæ iussa sunt, edicto à te proposito.* lib. 9. & 10. vocat ἀπόγραφον βασιλικῶν διατάξεων, *transumptum mandatorum Imper.* ἐν ἐκείνῃ τῇ ἀπογραφῇ, *in illis literis.* ἀπογραφὴ *rescriptum* est Imperatoris, ἀπόγραφον, transcriptum ex Imperatoris exemplari, quod lib. 10. ἀντίτυπον τῶν ἐγγράφων vocat. ἅπλωνε καὶ πάντα τόπον ὁ νικητὴς βασιλέως φιλανθρωπίας ἔμπλεοι διατάξεις, νόμοι τε, promulgabantur. lib. 1. de vita Constant. ἁπλοῦν ἦν βασιλικὸν ἀπαράχαρακτον γράμμα. exemplar vocat authenticum. εἴληπται δ' ὀξ αὐθεντικοῦ τοῦ παρ' ἡμῖν φυλαττομένου βασιλικοῦ νόμου, ᾧ καὶ τὸ αὐτοῦ δεξιᾶς ἔγγραφον ὑποσημείωσις τὸ τοῦ λόγου πιστώσεως, οἷα τινὶ σφραγῖδι καταση μαίνει τὴν μαρτυρίαν: *Sumptum est ex authentico Imp. legis, quæ seruatur apud nos, quo signum scriptum ipsius manu, fidei quæ sermoni habenda est, quasi quodam sigillo significat testimonium.* Ibidem lib. 3. ἐπιστολὰς διατυπώσαντος, *formare epistolas.* νόμων διατάξεις, *legum constitutiones.* πλείστας δ' ὅσας ἐπιστολὰς διετύπου. *plurimas epistolas formabat.* τοῖς ἄρχουσι αὐθεντία βασιλικὴ διὰ τῶν πρὸς ἕκαστον, ἐπισταλέντων γραμμάτων ἐπεφοίτα διακελευομένη, *auctoritas regia per litteras ad vnumquemque missas ibat iubens.* lib. 4. κατελάμβανεν ἄλλος βασιλικὸς ἀνὴρ ἐπαπέρχων τὴν σύνοδον σὺν γράμματι βασιλικῷ: *Comprehendit eos alius nuntius ab Imperatore missus, iubens accelerare synodum cum litteris regijs.* lib. 7. histor. Galienus διὰ τῆς ἀντιγραφῆς προστάξας per rescriptum iubens. Theodoret. lib. 4. c. 19. Valens cùm vellet scribere legem de exsilio Basilij, *ἀδεμίαν στοιχείων κεραίαν ἐξέτεινεν, ne apicem quidem elementi vnius ducere potuit*, quia calamus σωλεύθη, *disruptus est.* Cùm autem & secundus, & tertius calamus ruptus esset, καὶ βεβαιῶσαι τὸ δυσσεβὲς νόμον ἐφολονείκει, ἐσείετο μὲν ἡ δεξιά: *Cùm legem illam impiam firmare pertenderet, manus eius dextera contremuit.* D

Libellus quo honor magistratui ademptus.

Zozimus lib. 4. Libellum quo adimitur honor magistratui, γράμματα τῆς ἀρχῆς ἀφαιρούντα vocat, qualia misit Valentinianus secundus ad Arbogasten. Simocattæ verba græca supra posuimus è c. 1. lib. 7. latina reddimus, Mauricius exarat imperatorias E

epistolas.

A epistolas. promulgare in vulgus regias syllabas, regia oracula. lib. 4. In regia membrana vrbem Daras Chosroës subditam esse Mauricio scribit. Constantinus Porphyr. cùm turbasset typos & constitutiones, quas pater eius ordinauerat. Verba Eusebij lib. 10. latina facimus, vt cum acceperis à clarissimo Latroniano contectore (forte correctore, aut protectore) Siciliæ currum publicum tibi iungas, duósque aut tres pueros sumas, qui tibi in itinere ministrent. Eusebius lib. 4. Constant. ἐκ τ̃ ἀυθεντίας τ̃ γράμματ@ ἡμ῀ λαβεῖν σε πρ@σήκει, *Ex auctoritate nostrarum litterarum te capere oportet.* Euagrius lib. 3. c. 4. θεσπίζομεν τὸς πανταχ῀ ἁγιωτάτ@ς ἐπισκόπ@ς ἐμφανίζομέν@ τ῀ θείῳ τόπῳ ἡμ῀ ἐγκυκλίῳ γράμματι κἀυτογράφειν : *Decernimus, vt omnes vbique sanctissimi episcopi huic nostræ encycliæ epistolæ subscribant*, vbi ad eos deuenerit. Idem lib. 3. c. 7. ἀντεγκύκλια σωιστῶσα τῶ ἐν χαλκηδόνι σώοδον.

B Litteræ encycliis contrariæ, quibus synodus Chalcedonem vocatur. rescriptum de nostris altaribus meruit. ita Impp. Honorius & Theod. A. A. loquuntur l. 7. C. Th. de locat. fund. Impp. Leo & Zeno A. A. Erithrio P. P. ipsas authenticas, quæ diuinam nostræ pietatis continent adnotationem cum subscriptione administrantium. l. vlt. C. de diuer. offic. leg. penul. ex authenticis tantum, sacris probatoriis nostra manu subscriptis. Princeps ita subscripsit, A. M. D. id est, Augusti manu diuina, Nouel. Valentin. de homicidio casu facto. Et quia notis subscribebant, puncti diuina manu dicebantur, quorum litteris Imperator subscribebat, l. 4. c. de aduocat. diuer. iudic. Diuina subnotatio l. 1. fine C. de Iustin. Cod. confer.

Litteræ encyclijs contrariæ.

C

CAPVT XIII.

De Codicillis ad cædem.

IMPERATORES eos in libello atque breui adnotare soliti erant, quos ad mortem deposcerent. Et tribuni, ac centuriones, cùm mandato Imperat. aliquem occidissent, se feciſse id, quod iussi essent, renuntiabant. Tacit. lib. 1. Annal. de nece Agrippæ, qui Tiberij iussu occisus erat, nuntianti centurioni, vt mos militiæ, factum esse quod imperasset, neque imperasse sese, & rationem facti reddendam apud senatum respondit. Sueton. Tiberio, Renuntianti tribuno factum esse

D quod imperasset. & in Claudio de nece consularis viri, renuntiante centurione factum esse quod imperasset. Vopiscus Aureliano, incidit autem, vt Mnestheum quendam, quem pro notario secretorum habuerat, infensiorem sibi minando redderet. Mnestheus breue nouum conscripsit, mixtis iis, quibus Aurelianus verè irascebatur cum iis, de quibus nihil asperum cogitabat, addito etiam suo nomine, ac breue legit singulis, quorum nomina continebat. Herodianus lib. 1. Commodus meridie λαβὼν γραμματεῖον τόπων δή τ̃ ἐκ φιλύρας εἰς λεπτότατα ἠσκημμένων, ἐπαλλήλῳ τε αὐανλάσει ἀμφοτερόθεν ἐπιτυγχάνων, *sumpto in manus libello, quales de Philyra tenuissimi, atque in vtramque partem replicabiles fiunt, scribit eos, quos ea nocte occidi vellet, quorum prima Marcia*, γράφ῀ ὅσ@ς χρὴ τ̃ νυκτὸς φονοβλῶπα, ὧν πρ῀τη ἡ μ῀ρκία. lib. 3. ἔθ@ς γὰρ τῶν τυραννικὸν, εἴ τινα ἐκπέμποιεν ὅπ῀ φόνον ἄκοντα, ἐντέλλεσθ τῶν διὰ γραμμάτων, ἵνα μὴ γινόμενον ἢ ἀκατασήμαντον : *Mos hic obtinuit tyrannicus, si quempiam indemnatum neci dederent, vt id per codicillos imperarent, ne cùm id factum esset, sine mandato factum diceretur.* Sueton. in Caio. Hunc tribunus custos adpositus occidit, lectis codicillis, quibus, vt id faceret, iubebatur. Dio in Domit. καὶ σφῶν τὰ ὀνόματα ἐς σανίδιον φιλυρινὸν δίπτυχον εἰσγράψας : *Et eorum nomina in tabellam ex Philyra biforem cùm inscripsisset*, ad necem designauit. Philoni in Flaccum, Caius misit centurionem Alexandriam, qui ἔπίτροπον, *procuratorem* Ægypti Flaccum dolo captum, ad pœnam deportaret. Herodianus lib. 3. Saturninus γραμματεῖον ἤτησε τ̃ φόνου φέρον τὰς ἐντολὰς, *codicillos petijt, qui mortem imperarent.* Tacitus lib. 1. Annal. Salustius Crispus ad tribunum miserat codicillos de nece Agrippæ. Herodianus lib. 7. de quæstore misso ad cædem Vitaliani, cum datæ duplices. Philo ad Caium, οὐκ ὄσιον αὐτοκρατόρων ἀπογόνους πως ἑτέρων αὐαιρεῖσθ, *cùm nefas esset Imperatorum liberos, aut nepotes ab alijs, quàm à seipsis occidi.* Ideo Caius Tiberij nepotem occidere se iussit. Tacitus lib. 15. Annal. Pœna Flauij Nigro tribuno mandatur. Lateranus manu Statij tribuni trucidatur plenus constantis silentij. Arrianus lib. 1. C. 1. dissertat.

Adnotari in libris ab Imperatoribus qui soliti.

Supplicio destinati ceruicē iussi præbebant.

Epicteti, κλίνας τράχηλον ἢ πληγείς. rogatus à tribuno, vt ceruices præberet, *extendit collum, & ictus periit.* Tacitus lib. 11. Messalina ictu tribuni transigitur. Seneca epist. 14. Caius Cæsar iussit Lepidum Decio tribuno præbere ceruicem. Alias speculatores fere ad sumenda supplicia destinati, non insignes milites, nisi de capite viri alicuius principis ageretur. Tacitus lib. 15. Flauius admonitus fortiter extendere ceruicem. Feriebantur non securi, sed gladio, quod fuit honoratius. In Panegyrico Theodosij, poplitem flectere, ceruicem extendere ad plagam fortasse non vnam. Iubebantur enim ij, in quos animaduerteretur in genua procumbere, vt ceruix facilè pateret ad vulnus. Erant ad eam rem milites decollandi artifices, qui gladio sectas ceruices humeris deiicerent. Suetonius in Caligula, c. 32. miles decollandi artifex, quibuscunque è custodia capita amputabat. Lucanus,

Nondum artis erat caput ense rotare.

Hirtius de bello Africo, militibus ceruices incisas scribit. Seneca lib. 1. de Ira c. 16. Damnatus extra vallum deductus est, & iam ceruicem porrigebat, cùm subito apparuit ille commilito, qui occisus dicebatur. Tunc centurio supplicio præpositus condere gladium speculatorem iubet. Caracalla speculatori dixit, qui Papinianum securi percussérat, gladio exequi oportuit meum iussum. Xenophon lib. 2. de expedit. Cyr. κατειμηθέντες τὰς κεφαλὰς ὥσπερ κάλλιστον θάνατον ἐδόκει εἶναι, *inciſi capita, quæ mors omnium pulcherrima videbatur esse.*

CAPVT XIV.

De infulis & fascibus.

Infula quid.

INFVLA est fascia vt Isidor. lib. 19. Orig. cap. 30. sacerdotalis capitis alba in modum diadematis, à quo vittæ ab vtraque parte dependent, quæ infulam vinciant, vnde & vittæ dictæ, quod vinciant. Infulare, amicire, velare. Infula autem plerumque lata erat, plerumque tortilis de albo & cocco. Varro lib. 6. de ling. Lat. Infulas dictas apparet in hostiis, quod velamenta è lana, quæ adduntur infulæ intra hostiarum cornua velamenta erant. Itaque cùm ad sepulcrum ferunt frondes atque flores, addunt nunc lanas, sed velatas frondentes comas. Festus, Infulæ sunt velamenta lanea, quibus sacerdotes & hostiæ, templáque velabantur. Prudentius,

——sacerdos
Mirè infulatus festa vittis tempora nexus.

Lib. 3. Georg. Poëta,

Linea dum nuea circumdatur infula vitta.

Silius lib. 15.

Cassíde cornigera dependens infula sacros
Præ se terrores, Diuúmque ferebat honorem.

Statius lib. 4. Syluar.

Nunc alios crines, alio subit infula nexu.

Infula sacerdotum insigne.

Quia autem infula sacerdotum insigne fuit, infulæ ad magistratus traductæ sunt. Spartianus in Hadriano infulis ornatum Turbonem Pannoniis præfecit. Dio Chrysost. orat. de gloria, τὰς μὲν ἐπ' ἀγορᾶς ταινίας ὀλίγων δραχμῶν ἀγοράσεις, τὰς δ' ἐπ' ἐκκλησίας πολλάκις ἁπάσης τῆς οὐσίας: *Infulas è foro paucis denarijs emes, infulas è comitijs, aut concione populi sæpe tota substantia tua.* Item στεφάνους, περιστερίας, ταινίας, κηρύγματα: *Coronas, sessionem ante alios, infulas, præconia.* D. Bernhard. ad Eugenium Papam. Nudus egressus es de vtero matris tuæ. Nunquid infulatus, nunquid micans gemmis, aut floridus sericis, aut coronatus pennis, aut suffarcinatus metallis?

Corona pro infula.

Coronam vocat infulam Iustinianus l. vlt. C. de quadrien. præscript. Pollio in Gallienis, Odenatus obtinuit totius Orientis imperium, idcirco præcipuè, quòd se fortibus factis dignum tantæ maiestatis infulis declarauit. Ammianus lib. 15. Die quinta, antequam susciperet infulas principatus. Iornandes lib. 1. Mutatáque regali dominatione populus

A populus ad consulum infulas se conferret. Petrus Rauennas serm.109. Quis non vocatus ad aulæ regalis se proripuit seruitutem? Quis scire titulo militari militem se ausus est profiteri? Quis sine dignitatis infulis nomen dignitatis inuadit. P.Diaconus lib.11.infulas imperij suscepisset. Iouiano Infulas Imperatoris imponunt. Ambrosius lib.1. officiorum c.1. raptus de tribunalibus, & administrationis infulis ad sacerdotium. Infula fuit lorum illud & diadema, quo cingebant causias, & pileos suos Macedonum reges. Vet.gloss. Infula sacerdotalis vitta, & administratio iudicialis. *Infulæ sacræ στέμματα.* Infulæ iudiciales tæniæ ἀρχοντικαί. Vetus auctor scriptus, μὴ τῶν ἀμφίων τῆς ἀξίας ἐκαύθη, *crematus est cum dignitatis infulis.*

Quemadmodum infulæ fuere magistratuum insignia, sic & fasces. Sidonius epist. 6. lib.3.ep.12.lib.2.per amplissimos fascium titulos.lib.1.e.4. Macte est, vir amplissime, fasci- *Fasces magistratuum insignia.*
B bus partis dote meritorum. Cassiodorus ep.3.lib.1. Symmachus lib.8.ep.14.& 21. Prætoriis meis fascibus ad nouos fasces consulis euocato. l.1.C.Theodos.qui à præbit.tyro.fasces ciuilium partium consequuti. Tyrones præbere nolumus illustres viros Præfectos, cum gerunt infulas dignitatis. Vicarij fasces suscipiebant, & merebant securem, l.7.C.Theod.de honor. codicil. Sed inter Proconsulares viros, qui tamen eiusdem potestatis securem meruerint, fascésque susceperint. Germanicus consul cùm Athenas venisset, fœderi sociæ ac vetustæ vrbis datum, vt vno lictore vteretur, quia lictores terrorem denuntiabant. Antonius prodibat Athenis in publicum sine signis potestatis. σὺν δύο φίλοις, καὶ σὺν ἀκολούθοις δύο εἰς διδασκάλων διατριβὰς, ἢ ἀκροάσεις, *cum duobus amicis, & duobus comitibus, ad Doctorum commentationes audiendas*, ait Appianus lib.4.ciuil. Sueton.c.11. Tiberius Rhodi sine lictore, aut viatore, gymnasia interdum obambulans. Augusto datum vti consulari potestate sem-
C per esset, fascibúsque 12. in vrbe vteretur. Dio li.54. ὁ δὲ αὔγουστος τὴν τῶν ὑπάτων ἐξουσίαν διὰ βίου ἔλαβεν, ὥστε καὶ δυόδεκα ῥάβδοις ἀεὶ καὶ πανταχοῦ χρῆσθαι. καὶ ἐν μέσῳ τῶν ἀεὶ ὑπατευόντων ἐπὶ τῶν ἀρχικοῦ δίφρου καθέζεσθαι. Domitianus 24.fasces sumpsit apud Suet.Tacit.li.13. Ob res à Quadrato & Corbulone gestas laurum fascibus Imperatoris addi placuit.

Dio in triumpho Iulij ἀριθμὸς ὁ τῶν ῥαβδούχων ἐπέχθατος, ἅτε μήπω πρότερον τοσούτου ἅμα ἑωρακόσι, *numerus lictorum Cæsaris odiosus, cùm nunquam antea talem vidissent.* Claudian.Paneg. Honor.4. Cons. *Lictores Cæsari odiosi.*

Ipsa palatino circumuallata senatu
Iam trabeam Bellona gerit, parmámque remouit
Et galeam, sacris humeris vectura curules,
D *Nec te laurigeras pudeat gradiue secures*
Pacata gestare manu.

Ibidem, *Crinitúsque tuo sudabit fasce Sueuus,*
Vltima fraternas horrebunt Bactra secures.

Constantinopoli senescente imperio fuere lictores, qui virgás gererent. Nicetas Choniates, sub Alexio filio Manuelis ῥαβδοφόρους fuisse ait, lictores, & προεστῶτας ῥαβδοφόρων, *Præfectos lictoribus*, lib.1. Alexij f. Manuel. lib.2. Andronici, οὐ πελεκυφόρος βάρβαρος, οὐχ οἱ τὰ ὑσγινοβαφῆ φοροῦντες ῥαβδοῦχοι: *Non barbari securigeri, non lictores coccino amicti.* De fascibus, si plura desideras, consule Lipsium in Electis. *Lictores virgas gerentes.*

Principum fasces semper laureati, qua nota distincti à cæterorum fascibus. Herodianus lib.3. αἵτε ῥαβδοὶ ἐδαφνηφόρουν, ὅπερ ἐστὶ σύμβολον εἰς τὸ διαγνῶναι τὰς βασιλικὰς ἀπὸ τῶν ἰδιο- *Laureati principum fasces.*
E τικῶν. Capitolinus in Maximinis. Inde Chartaginem venit cum pompa regali, & protectoribus, & fascibus laureatis. Imò & inaurati principum fasces. Claudia. Panegyr.6.

———agnoscunt rostra curules
Auditas quondam proauis, desuetáque cingit,
Regius auratis fora fascibus Vlpia lictor.

De securibus. Horat. lib.3. O.2. *Secures à lictoribus latæ.*

Nec sumit aut ponit secures
Arbitrio popularis auræ.

Lucretius lib.3.

Qui petere à populo fasces, sæuásque secures
Imbibit.

Claudian. Panegyr. in 3. conſ. Honor. A

Latiæ redeant ad ſigna ſecures.

6. Æneid. ———*faſcéſque videre receptos?*

Conſulis imperium hic primus, ſæuáſque ſecures

Accipiet.

CAPVT XV.

De Oſculo Imperatoris. B

Oſculorum communis vſus.



SCVLA inter amicos vbique penè gentium in vſu fuere. Dio Chryſoſt. in venatore. δῆμος ἐγέλα ὅτι ἐφίλουν ἀυτὸς ἐν τῷ θεάτρῳ. τότε ἔγνων ὅτι ἐν τῇ πόλεσιν οὐ φιλοῦσιν ἀλλήλους: *Populus ridebat, quia ſe oſcularentur in theatro. Tunc cognoui, quod in vrbibus non ſe mutuò diligerent.* Liceat mihi paululum in hoc argumento vagari ne illotis manibus ad oſculum imperatoris accedam. Apud Pollucem χύτρα dicitur, *cùm arreptis auriculis pueros oſculantur.* λαβοῦσα τῶν ὤτων φιλήσω χύτραν. Theocritus,

μὲ πρὶν οὐκ ἐφίλησε τῶν ὤτων καθελοῦσα.

Non me priùs oſculata eſt, auribus arreptum. Lucianus in Etæricis. ἔ ὠὸς ἄκρου ἐφαψάμενος ἀναπλάσας τὸ ἀυχένα τούτης ἐφίλησεν, *ſumma auricula tacta collum cùm inflexiſſet, eam oſculatus eſt.* C Tibullus lib. 2. e. 5.

———*natúſque parenti*

Oſcula comprenſis auribus eripiet.

Ouidius lib. 4. de Ponto e. 9.

Gratatúſque darem cum dulcibus oſcula verbis.

Partes ab imperatoribus oſculari ſolitæ.

Oſculabantur manus, oculos, ceruices. Euripid. in Ione, δὸς χερὸς φίλημά μοι σῆς. Homerus Odyſſ. π.

κύσε δέ μιν κεφαλὴν ἠ, ἠ ἄμφω φάεα καλά,

χεῖράς τ' ἀμφοτέρας θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ.

Oſculatus eſt ei caput, & ambos oculos pulcros, & vtramque manum, & ei lachrymæ calidæ ex oculis excidere. Idem lib. 10. Odyſſ. D

ὀδυσῆος ἠ λαβὼν κύσε χεῖρα θῆτι καρπῷ.

Vlyſſes ei manum arreptam oſculatus eſt in vola. Plinius tamen monet, manum auerſam ad oſcula præberi ſolitam. Xenophon lib. 1. παιδ. Perſæ abeuntes & redeuntes *lege Perſarum conſanguineos oſculantur*, συγγενεῖς φιλοῦσι νόμῳ πέρσικῳ. Martial. lib. 2. e. 10.

Baſia dimidio quæ das mihi Poſthume labro

Laudo, licèt demas hinc quoque dimidium.

Lib. 2. e. 2.

Oſcula das alijs, alijs das poſthume dextram,

Dicis vtrum mauis elige, malo manum.

Epiſt. 94. lib. 7. E

Audes tu tamen oſculo niuali

Omnes obuius hinc & hinc tenere.

Lib. 1. ep. 60. lib. 11. ep. 99. lib. 3. ep. 40. Lucanus lib. 2.

———*ſpes vna ſalutis*

Oſcula pollutæ fixiſſe trementia dextræ.

Propert. lib. 2. ep. 5.

Quinetiam falſos fingis tibi ſæpè propinquos,

Oſcula nec deſunt qui tibi iure ferant.

Plutarchus in Romulo, & in capitibus Romanis cauſam aperit, cur cognati cognatos oſculentur. lib. 4. Dionyſiac. Nonni, Harmonie

ἠλέκτρης κύσε χεῖρα, ἠ ὄμματα, ἠ πόδας ἄκρους.

Seneca

A Seneca lib.2.de Ira. Ille me parum humane ſalutauit, oſculo meo non adhæſit. Horatius lib.1.

Nulli plura tamen oſcula diuidit.
Quam dulci lamiæ, memor
Actæ non alio rege puerities.

Oſcula ab Imperatoribus in diſceſſu & aditu amicis data.

Sed ad Imperatores accedamus, qui amicos in diſceſſu & aditu oſculabantur. Sueton. lib.3.cap.10. Tiberius in diſceſſu paucos oſculatus eſt. cap. 34. Quotidiana oſcula edicto prohibuit. Mamert. Paneg.Iulia. Iulianus, Aue, inquit, conſul ampliſſime. Dignatus oſculo oris illius diuinis affatibus conſecrati dexteram dedit. Sueton.lib.3. cap.72. Cùm Tiberij manum oſculandi cauſa apprehendiſſet.lib.4.gratias agenti oſculandam manum of-
B ferre formatam, commotamq; in obſcænum modum. Tacitus lib.1.hiſt. Oſculari Othonis manum Capitolin. M. Antoninus magiſtro ante Præfectos Prætorio ſemper oſculum dedit. Dio Caligula τοῖς πλείστοις τ βελόντων ἀ τὴν χεῖρα, ἢ τ πόδα προσκυνεῖν ὤρεγε. Dio, Otho φιλήματα τοῖς ἑκάστοις ἀφ' τ δακτύλων ἔπεμπε. lego, δακτυλίων. *Oſcula amicis per annulos mittebat.* Capitolinus, Maximinus iunior manum porrigebat, genua ſibi oſculari patiebatur, & nonnunquam etiam pedes. Plinius Panegyrico, Traianus rediens ſenatum oſculo excepit, quem cum oſculo dimiſerat. Non tu ciuium amplexus ad pedes tuos deprimis, nec oſculum manu reddis. Sueton. Domitianus Cænidi patris concubinæ ex Iſtria reuerſæ, oſculúmque, vt aſſueuerat offerenti, manum præbuit, cap.12.

Oſculandi mos apud Ammianũ.

Ammianus lib. 28. morem oſculantium ſuo æuo facetè ridet. Ex his, inquit, quidam cum ſalutari pectoribus oppoſitis cœperint, oſculanda capita in modum taurorum mina-
C cium obliquantes adulatoribus offerunt genua ſuauianda, vel manus. Xenophon. in Pædia, κύρῳ χεῖρας ἢ πόδας καταφίλειν. Manaſſes in Politicis, Athenodorus Philoſophus κύψας αὐτῷ πρὸς ἀκοὰς ὡς δὴ καταφιλήσων τὸν λόγον πρὸς αὐτὸν ὑπέθετο κρυφίως, μὴ πρὶν τὰς ψήφους ἐνέφερε, πρὶν ἐν σαυτῷ λαλήσας τ τ γραμμάτων ἀριθμὸν τ ἑπτὰ τεσσάρων, *applicans ſe ad eius aures, quaſi oſculaturus hunc ſermonem ei ſubiecit occultè, ne priùs ſententiam feras, quàm apud te litterarum numerum 24.percurreris.*

Epiſtolæ amicorũ oſculatæ.

Oſculabantur & epiſtolas ab amicis miſſas, & ad oculos admouebant. Iulianus in epiſt. ὡς δ' ἔλαβον πρῴην σε γράμματα ἐφίλουν, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς προσῆγον, καὶ ἄπειρ ἐχόμην, ὥσπερ δεδιὼς μὴ λήθη με ἀπέπλη ἐν τῇ τ γραμμάτων ἀναγνώσει τ' δ σῆς εἰκόνος ἴνδαλμα, vt accepi tuas litteras, oſculabar & ad oculos admouebam, & arctè tenebam, quaſi veritus, ne tuæ imaginis ſpecies mihi per obliuionem euolaret in legendis tuis litteris. Arrianus lib. 1. diſſert. Epict. cap. 19. κἀκεῖ
D δέ τις δημαρχίας, πάντες οἱ ἀπαντῶντες συνήδονται. ἄλλος τὰς ὀφθαλμὰς καταφιλεῖ, ἄλλος τὸν τράχηλον, οἱ δ' ἄλλοι τὰς χεῖρας: *Aliquis tribunus plebis creatus eſt, omnes obuij gratulantur, alius oculos oſculatur, alius collum, ſerui manus.* Plutarchus in Bruto, καὶ συνεδέησε πάντες καμόντα, ἁπτόμενοί τε χειρῶν, καὶ στέρνα, καὶ κεφαλὰς καταφιλοῦντες: *Simul omnes precabantur Cæſarem, manus attingentes, & pectus ac caput oſculabantur.* Theodoretus lib.5.de Meletio Epiſcopo, à quo Theodoſius coronatus erat, ἀπεπήδησεν, καὶ κατεφίλει μέγεθος ἱερέως, ἢ ὀφθαλμὰς, ἢ χεῖλη, ἢ στέρνα, ἢ κεφαλὴν, ἢ στεφανώσασαν δεξιάν. Theodoſius Meletium oſculabatur & oculos, & labra, & pectus & caput, & manum, qua coronatus erat. Arrianus lib.2. cap.26. diſſert. Epict. ἀδέποτέ σε τὸ λάειον ἐκολάκευσας, ἀδέποτε αὐτῷ τὰς πόδας καταφίλησας, καὶ τοι τ καίσαρος ἂν σέ τις ἀναγκάσῃ, ὕβριν αὐτὸ ἡγῇ: *Nunquam blanditus es ſeruulo tuo, nunquam eius pedes oſculatus es, & ſi quis te pedes Cæſaris oſculari iubeat, iniuriam exiſtimas.*

Numidæ oſculorũ inimici.

E Valerius Maximus Numidas laudat, qui more gentis ſuæ nulli mortalium oſculum ferebant. lib.2.

Oſculorum vſus apud Iudæos.

Iudæis oſcula nota, & Aſſyriis. Laban oſculatus Iacobum, Iacob Rachelem ἐν συναντήσει. Gen. cap. 29. Abnerem oſculatur, & pugione confodit. Abſalon intrantibus oſcula præbet. Ambroſius e.69. Quid tam ſolemne, quàm oſculum inter auunculum & nepotem, quod iſte quaſi filiæ debet, hæc quaſi parenti. Optatus durius accipiebat, quòd Donatiſtæ in præfuncta ſalutatione oſcula ſolita denegarent. lib.4. Theocrit. Idyl.29.

ξεῖνον τέρψομαι ἰδὼν, ἢ αὐτφιλήσομαι.

Hoſpitem cùm videro delectabor, & mutuo oſculo accipiar. Apuleius Mileſ.1. Me Pythias amanter agnitum inuadit, amplexuſq; ac comiter deoſculatus. Cicero epiſt. ad Tyronem, tuóſque oculos diſſuauiabor. Apule. lib.6. Eius bucula appreſſa, manúque ad os ſuum relata conſuauiat. Apollonius lib. 3. ἐπφρύασσα παρειὰς κῦσε ποτιχρωφῶν: *Attrahens & reuelans genas oſculata eſt adhærens.* Sueton. cap. 3. lib. 6. Nero nec aduenientes, neque proficiſcens quem-

quam osculo impertiuit, ac ne resalutatione quidem. Ammianus lib. 22. Iulianus osculo A
susceptum rectorem prouinciæ, adscitúmque in consessum vehiculi.

Purpureæ adoratio. Adorare dicebantur purpuram, cùm eam oscularentur. l. fin. C. de principe agent. in rebus. l. 2. C. de priuileg. schol. Primus in officio Proconsulis Achaiæ fuit princeps ex ducenariis scholæ agentium in rebus, qui clarissimus vocatur, & adorata clementia principali cum insignibus transacto biennio exit. Hieronym. in Rufinum. Duo vestem principis purpuream attollebant, quam adorans osculabatur. Procopius lib. 2. Vandalici. Gilimer & Bellisarius iussi ab his, qui imperatoriam purpuram sustinebant, Iustinianum supplices adorauerunt. De iis, qui salutarent Imperatorem, Plin. Panegyr. Cum candidatis, vt quemque nominaueras, osculo occurreres, deuexus quidem in planum, & quasi vnus ex gratulantibus. Alij velut affixi curulibus suis manum tantum, & hanc cunctanter, & pigre, & imputantibus similes promerent. Traianus cum Præfectus Prætorio, quem otio B
reddiderat, abeunte prosequeretur, non temperarat sibi, quominus exeunti in littore amplexus osculum ferret.

CAPVT XVI.

De Orationibus Imperatorum.

Orare Imperatores in Senatu quinam soliti.



IBERA Repub. consules & senatores dicendo sæpe diem extrahebant. Iulius Cæsar cùm summæ rei præesset, vt erat disertus, in senatu sæpe orationes habuit. Solus post Iulium Cæsarem in Curia recita- C
uit orationes Iulianus, si P. Diaconus audiendus lib. 11. Cæteri per quæstores recitandas in senatu curabant, aut per præconem apud populum. Augustus tamen Romam reuersus, Ægypto in prouinciæ formam redacta, ἐβουλαγόρησε, καὶ ἐδημηγόρησε τε τὰ ἔργα, καὶ τὴν πολιτείαν ἑαυτοῦ καταλέγων, καὶ τὰ εἰρημένα συγγράψας, τῷ βιβλίον ἔδωκε: *In senatu & apud populum, quæ à se acta essent, edisseruit, & suæ administrationis rationem exposuit, & quæ dixerat, relata in libellum, vulgauit.* Idem Sexto Pomp. victo, κατά τε πάτρια τά τε πεπραγμένα οἱ ἀπελογήσατο, *more veteri rationem eorum, quæ egerat, reddidit,* ait Dio.

Orationes principũ in æs incisæ. Principum orationes in æs incisæ Kalend. Ianuariis recitabantur. Tacitus lib. 13. Die funeris Claudij laudationem eius princeps exorsus est. Adnotabant seniores, quibus otium est vetera & præsentia contendere, primùm ex iis, qui rerum potiti essent, Neronem alie- D
næ facundiæ eguisse. Nam Dictator Cæsar summis oratoribus æmulus, & Augusto promta & profluens, quæ deceret principem, eloquentia fuit. Tiberius quoque artem callebat, qua verba expediret, tum validus sensibus aut consilio ambiguus. Etiam C. Cæsaris turbata mens vim dicendi non corrupit, nec à Claudio, quoties meditata dissereret, eloquentiam requireres. Nero puerilibus statim annis viuidum ingenium in alia detorsit. Cæterùm paratis tristitiæ imitamentis curiam ingressus, & de auctoritate patrum, & consensu militum præfatus. Hæc oratio Neronis adeò grata patribus, vt in argenteam columnam incisa sit, & Kalend. anni noui, cùm consules ineunt, ex decreto deinceps lecta, vt Dio. ὥστε καὶ ἐς ἀργυρᾶν στήλην ἐγγραφῆναι. Idem lib. vlt. Cùm legerent orationes quasdam Augusti & Tiberij ex senatus consulto, ita vt ad vesperam senatus detineretur, legentes Claudius inhibuit, ἀρκοῦν εἶναι φήσας ἐν τῇ στήλαις αὐτοὺς ἐγγράφεσθαι, *satis esse dicens, quod eæ* E
in columnis in æs incisæ essent. Plinius in Panegyrico, Acclamationes nostras, ne qua interciperet obliuio P. C. in publica acta mittendas, & incidendas in ære censuistis. Ante orationes principum tantum eiusmodi genera monumentorum mandare æternitati solebant, &c. Augustus Mutinensi bello in tanta mole rerum & legisse, & scripsisse, & declamasse quotidie traditur. Nam deinceps neque in senatu, neque apud populum, neque apud milites loquutus est vnquam, nisi meditata, ac composita oratione, quamuis non deficeret ad subita extemporali facultate, vt Sueton. in Augusto cap. 84. Alexander Seuerus in latinis non multum profecit, vt ex eiusdem orationibus apparet, quas in senatu habuit, vel in concionibus, quas apud milites, vel apud populum, vt Lampridius in Alexandro. Vulcatius in Auidio, ad senatum autem, qualem orationem miserit, interest scire ex oratione M. Antonini. Capitolinus in Gordiano, exstat oratio Gordiani ad senatum, qua de rebus gestis scribens Misitheo Præfecto suo, & socero ingentes gratias agit. Capitolinus in Macrino,

ponit

A ponit capita ex oratione Macrini, & Diadumeni Imper. ad ſenatum, cuius hoc exemplum eſt. Vopiſcus orationem Probi ad ſenatum commemorat. Tacitus primam orationem ad ſenatum talem dedit, ait Vopiſcus. Pollio in Macriano, in oratione ſua, quam ad ſenatum è Perſidis finibus miſerat Valerianus. Capitolin. in Pio, orationes plærique alienas eſſe dixerunt, quæ ſub eius nomine feruntur. Impp. Diocletian. & Maximianus aiunt, oratione D. Pij liberalium ſtudiorum profeſſores non etiam calculatores contineri. Lib. 2. inſtitut. tit. 17. D. Pertinacis oratione cautum eſt. Oratio conſtitutionem & reſcriptum ſignificat. Oratio Imp. miſſa ad ſenatum, id eſt, ſcriptum, lib. 1. c. 89. Symmach. lib. 6. c. 62. lib. 10. e. 2. l. 2. de curat. Cal. C. Th. Spartianus Caracalla, edictis propoſitis, aut orationibus editis. Conſtantinus Ὡς θεοφερπεῖς τῆς ἀκροάσεως διδασκαλίας, apud ſenatum & alios de rebus ſacris agere ſolitus. ait Euſeb. lib. 4. de Conſtant. cæteri Imperatores habuerunt in ſe-

B natu orationes de ieiunio, quæ ſilentia vocant, vt ſupra oſtendimus.

Honori ſibi vel maximo eſſe putabant ij, quibus recitatio ſacrarum orationum in ſenatu commiſſa eſſet, Symmach. lib. 1. ep. 89. Conteſtare apud inuictos principes gaudium meum, qui humanæ voci diuinas litteras crediderunt, quorum victorias ex mei oris promptuario ſenatus audiuit, cùm mihi à principibus æternis legenda in concilio patrum delegaretur oratio lib. 10. ep. 2. lib. 6. c. 62. Super impetratis tamen adhuc ſperatur oratio. Oratio miſſa ad ſenatum l. 2. de curat. Kalend. C. Theod.

Sacrarum orationũ recitatio magno honori attributa.

Non ſemper recitabatur per quæſtores, ſed & per alios, quibus hunc honorem haberet Imperator. Symmach. Gratiano Auguſto. Scio amore factum, quo ſummates viros plerumque dignamini, vt ſacræ orationi veſtræ lector adhiberer. Sueton. lib. 2. c. 65. De filia abſens, ac libello per quæſtorem recitato, notum ſenatui fecit Auguſtus. Nero de quibuſ-

C dam rebus orationes ad ſenatum miſſas, præterito quæſtoris officio per conſulem plerumque recitabat. Tacitus lib. 16. Per quæſtores, qui candidati principis dicti. Vlpianus l. 1. ff. de off. quæſt. Epiphan. hiſtor. Tripert lib. 9. cap. 1.

Recitatio Imperatoriarum orationum per quos fieri ſolita.

Orationes autem Imp. latina lingua fuere, item epiſtolæ, & reſcripta, licet in media Græcia verſarentur, vt Euſeb. lib. 3. de vita Conſtant. vt maieſtatem Imperij Rom. tuerentur. Quanquam Iuliani Auguſti orationes & epiſtolæ græcæ plures.

Orationes Imperatorũ qua lingua fuerint.

CAPVT XVII.

D

De Nuptijs Imperatorum.



VM vxorem duceret Imperator, toto imperio fuere choreæ, ludi, coronæ, celebritates, vt Zozimus in Arcadio. ὡς ἢ τῷ ἅπτι τοῦ γάμου προάξειν ἐθεάσατο καταθωμῶν ὁ δυνάστης αὐτῷ, χορεύειν τὸν δῆμον, καὶ στεφανηφορεῖν ὡς ἅπτι βασιλικοῖς ἐπέλθοι γάμοις. ἐπεὶτα ἢ βασιλεὺς πρέπουσαν, καὶ κόσμον ἐκ τῶν βασιλέων λαβὼν, ταύτῃ τε φέρειν δοὺς βασιλικοῖς ὑπηρέταις ἦγε διὰ μέσης τῆς πόλεως ἡγουμένου τοῦ δήμου: *Vt eunuchus vidit omnia de nuptijs ex animi ſententia ſibi ceſſiſſe, imperauit populo, vt choreas ageret coronatus in nuptijs Imper. Veſtem autem rege dignam, & ornatum ex veſtiario regio cùm cæpiſſet, dedit ferendum miniſtris regijs, per mediam ciuitatem populo præeunte.* Cùm autem omnes putarent iſta

E deferri ad filiam Rufini, & cum iis, qui ferebant, incederent, vbi deuentum eſt ad domum Promoti, ingreſſi ſunt cum populo, & dederunt eius filiæ virgini, quæ alebatur apud filium Promoti, & futuram Imperatoris vxorem oſtenderunt. Dabitur, opinor, mihi hæc venia, vt in hoc argumento exerrare longius mihi liceat, & de ritu qui in nuptiis, cùm Romæ, tum alibi ſeruatus eſt, pauca eaq; ab aliis minus obſeruata proponere.

Nuptiarũ Imperatorũ celebratio.

In nuptiis ianuæ feſta fronde ornatæ ſunt, feneſtræ igne micuerunt. Iuuenal. ſ. 12.

Cuncta nitent, longos erexit ianua ramos
Et matutinis operatur feſta lucernis.

Ianuæ in nuptijs Imperatorũ ornatæ.

Luctui olim decem menſes definiti, ante quos vxori viro amiſſo alteri nubere nefas. Ariadne tamen 40. diebus poſt Zenonis Imp. & viri ſui mortem nupſit Anaſtaſio Dichoro. ἤδη ἢ τεσσαρακοστὴς ἐκδαρρυείσης ἡμέρας μὴ τῷ ταφῷ τοῦ ζώωνος, καὶ τὸς γάμους ἐτέλεσε. Totam noctem inſomnem ludo ducebant, qua nuptiæ celebratæ, Euſeb. lib. 6. hiſtor. ἀπῆλθ ἢ Διωχησόμενος γάμους. διαπαννυχίζειν γὰρ αὐτοῖς ἐν τοιαύταις συνόδοις ἔθος: *Abijt, vt nuptiale epulum*

epulum præberet. Moris enim est, vt pernigilent in eiusmodi celebritate. Adhibitæ id temporis omne genus oblectationes, A

Tibia pro lituis, & pro clangore tubarum
Molle lyræ festumque canant, epulentur ad ipsas
Excubias, medijs spirent crateres in armis,
Laxet terribiles maiestas regia fastus,
Et sociam plebem non indignata potestas.
Confundant turbæ proceres. ait Claudian.

Sponsæ Imperatorũ pilento vectæ. Sponsæ Imperatorum pilento vectæ. In nuptiis Honor.

Ante fores iam pompa sonat, pilentáque sacram B
Præradiant ductura nurum. Calet obuius ire
Jam princeps, tardúmque cupit discedere Solem.

Pater puellæ floribus aspersus, corona vinctus.

Nec miles pluuiæ flores dispergere ritu
Cessat, purpureóque ducem perfundere nimbo.
Hæc quoque velati lauro myrtóque canebant.
——— vincire corona,
Insere te nostris contento iure choreis.
Tu festas hymenæe faces, tu gratia flores
Elige, tu geminas concordia necte coronas. C

Vibratio facium in nuptijs. Vibrabantur faces per nuptias, quassabantur coronæ. Epithalamio Palladij,

——— Marcentes cupio quassare coronas,
Et vibrare faces, & noctem ducere ludo.

Dextras sponsi, sponsæque iungebant,

Tum dextram complexa viri, dextrámque puellæ
Tradit, & his vltro sancit connubia dictis.
Viuite concordes, & nostrum discite munus,
Oscula mille sonent.

Nuptiæ quomodo apud barbaros celebratæ. Etiam apud barbaros in nuptiis ludi & choreæ. Sidonius carm. 5. D

Barbaricus resonabat hymen, Scythicisque choreis
Nubebat flauo similis noua nupta marito.
——— plaustris rutilare videres
Barbarici vaga festa thori, coniectáque passim
Fercula, captiuásque dapes, cirróque madente
Ferre coronatos redolentia serta lebetas.

Virorũ domus in nuptijs coronari solita. Viri domus infulis coronata. Lucanus lib. 2.

Infuláque in geminos discurrit candida postes.

Imperator Constantinopolitanus sæpe nuptiarum solemnia 40. diebus celebrabat. P. Diaconus libr. 23. Coronauit Imperator filius Irenes Theodaten cubiculariam in Augustam, E & desponsauit eam, & cum ea celebrauit nuptiarum principia in palatio S. Marniæ per dies 40. ludos dabant equestres in nuptiarum celebritate. Idem libr. 17. Phocas filiam suam Domentiam Prisco patritio, & comiti excubitorum iunxit, & factis in palatio Marniæ nuptiis iussit fieri ludum equestrem. Demarchi autem vtriusque partis apud quatuor columnas cum imperialibus signis statuerunt Prisci & Domentiæ signa. Phocas iussit Demarchos decollari. Cùm enim misisset Protocursorem, vt interrogaret eos, quo præcipiente fecerint hoc, dixerunt, quia secundùm consuetudinem lineatoris fecerunt. Porrò lineatores, siue mensores interrogati, quamobrem id fecerint, dixerunt, quia cùm Imperatores ab omnibus nominati sunt, hoc à nobis ipsis fecimus. Ex quibus verbis colligas, capitale fuisse alterius cuiuscunque signa, & imagines cum Imperatoris imagine in circo statuere iniussu ipsius Imperatoris.

Lineatores ac mensores, qui. Deinde lineatores ac mensores fuisse, quos alij dissignatores vocant, qui suum cuique

A que in circo locum assignarent, circúmque ipsum arbitratu suo ornarent. Claudianus Panegyric. 1. Stilic.

——radijs auri, Tyriáque superbit
Maiestate torus, comitata parentibus exit
Purpureis virgo. Stabat pater inde trophæis
Inclytus, inde pium matri regina gerebat
Officium, grauibus subnectens flammea gemmis.

Iulianus orat. 1. de nuptiis Constantij, Filiam eius dignam coniugio suo Imperator arbitratus est, & nuptias post triumphos illos magnificè celebrauit, in quibus gentes integras, & ciuitates, & musas conuiuiis excepit. Iam vero, si quis audire illa cupit, quomodo ex
B Macedonia cum matre sponsa deducta sit, quæue pompæ illius ratio fuerit, cùm currus omnes atque equi, & vehicula generis omnis auro & argento, atque aurichalco summo cum artificio elaborata essent, τῷ δυγατέρα ἢ βασιλὶς ἑαυτῇ συνοικεῖν ἄξιον ἔκεινε, καὶ ἔδρασε τ γάμον λαμπρῶς μ τὰ τρόπαια, &c. ἱματίων πολυτελῶν, & δώρων παντοίων, ὁρμῶν τε & στεφανῶν, & καλλοῦν τ ὅσ βασιλέως μακρὸν πινα τῶν ἄδοντες, *Exquisitarum vestium ac donorum generis omnis, & monilium ac coronarum ab Imperatore missarum ingentem quendam catalogum instituimus.* Nec quemadmodum huic aduentanti populi excepturi, & gratulantes obuiam processerunt. ἀλλ' ἐπειδὴ τ βασιλέων εἴσω παρῆλθε, & τ ἐπωνυμίας ταύτης ἠξιώθη: *Postquam in regiam introducta est, atque Imperatricis nomen est adepta.* P. Diaconus libr. 22. Anno 29. imperij Constantini ingressa est Irene ab Athenis veniens cum dromonibus & chelandiis plurimis adornatis sericis palliis, & proceribus vrbis cum vxoribus obuiam occurren-
C tibus & præcedentibus eam. Cúmque venisset patriarcha ad palatium in ecclesiam Phari, facta sunt ad eandem Irenem sponsalia Leonis Imp. & decima sexta Kalend. Ianuar. coronata est in triclinio Augusta Imperatrix Irene. Euseb. lib. 4. Constant. τῷ δευτέρῳ τ παίδων συνετέλεσε γάμους. θαλίαι ἦ & ἑστάσεις ἤροντο νυμφοστολοῦντος αὐτὸ βασιλέως τ παῖδα, ἑστιῶντος ἦ λαμπρῶς & συμποσιάζοντος: Constantio *alteri filio nuptias conciliauit* Constantinus. *Lusus, festiuitates, conuiuia eo vxorem ducente agitabantur, cùm pater filium epulo exciperet.* Opulentæ largitiones virorum thyasis, & fœminarum alibi choris separatis, vrbibúsque ac populis factæ sunt. Constantinus Porphyrogenneta, ἔγγια προγάμια νέμει τῇ τότε κόρῃ. *munera ante nuptias sponsalia dat eius filiæ.* Cùm autem epulum nuptiarum celebraturus esset, patrem vxoris coronat Imperatorem. ἤδη ἦ γαμοδαίσια μέλλων τ νύμφης δύειν, & τὸν γυναικοπάτορα κεφαλῆς στέφει, ait Manasses. Constantinus Porphyrog. lib. chorograph. Διάταξις φοβερὰ, καὶ
D ἀπαράβατος & μεγίστη & ἁγίᾳ κωνσταντίνῳ ἐναπογεγραμμένη ἐν τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τ καθολικῆς τ χριστιανῶν ἐκκλησίας τ ἁγίας σοφίας τ μηδέ ποτε βασιλέα ῥωμαίων συμπενθερεύσαι μετ' ἔθνους παραλλαγμένους & ξένοις ἤθεσι χρωμένῳ τ ῥωμαϊκῆς καταστάσεως, μάλιστα ἦ ἀλλοπίστῳ καὶ ἀβαπτίστῳ εἰ μὴ κ μόνον τ Φράγκων, &c. *Constitutio tremenda, & quam infringere non licet, Maximi & sancti Constantini inscripta est in sacra mensa Christianæ Cathol. ecclesiæ S. Sophiæ, ne vnquam Imperator Rom. affinitatem nuptiarum contraheret cum gente moribus alienis ac peregrinis à Romana fide, maxime alterius fidei, non baptizati, nisi cum solis Francis.* Panegyr. Maximiani, & Constan. Quæ sunt huius propria lætitiæ, qua tibi Cæsari additur nomen imperij, & istarum celestium nuptiarum festa celebrantur. Equidem scio, gaudentium studia nunc ita toto orbe florescere, quacunque fama vltra naturam, qua fingitur discursus volucres mutuata, & plus quam mille vocibus sonora percrebruit, vt omnium nationum gratulationibus con-
E secretur. O diuinum tuum, Maximiane, iudicium, qui hunc tibi iure adoptionis nepotem, maiestatis ordine filium etiam generum esse voluisti. Videntur à socru tædæ Constantinopoli sublatæ, cum nurum ab aula produceret ad domum viri. Honor. 3. cons. Claudian.

Per tædas quas ipsa tuo regina leuauit
Coniugio, sociáque nurum produxit ab aula.

Toga qua genialis lectus Imperatorũ sterni solitus.

Toga olim lectum genialem sternebant. Arnob. lib. 2. Cùm in thalamum conuenitis, toga sternitis lectulos. Limina ramis prætexebant. Claudian. lib. 2. Proserp.

Pars aulæa tenent, alijs prætexere ramis
Limina, & in thalamis cultas extendere vestes.

Pauimentũ in nuptijs Imp. purpura stratum.

Sed & pauimentum purpura stratum. Idem de nupt. Honor.

——Sidoniáque solo prosternite vestes,

Plurima

Plurima ventura suspendite lumina nocti, A
Hi nostrâ nitidos postes obducere myrto
Contendant.

Tertull. Apologet. Cur die læto non laureis postes adumbramus, nec lucernis diem infringimus. Claudianus de nupt. Honor. Amicos & famulos sponsi candidatos fuisse ostendit,

Candidus interea positis exercitus armis
Exsultat socerum iuxta.

Horat. ——— *Dierum*
Festos albatus celebret. B

Patriarcha Constantinopoli nubentium principum dextras iungebat.

Preces diuino numini in nuptijs Imperatorũ fusæ.

Mauricius cùm ducturus esset Constantinam Tiberij filiam, accito Ioanne Patriarcha in magno thalamo iuxta aulam palatij amplissimam, cui Augustali nomen est, rogat eum vti precibus faustas, fortunatasq; sibi nuptias à benuolo numine precetur. Ille Imperatoris voluntatem officiosè complexus vota concipit, & apprehensa vtriusque dextera eos connubio coniungit, coniugibus optabili affatu bona omnia à Deo exoptat.

Coronæ capitibus spõsorũ & spõsarum impositæ.

Capitibus quoque amborum coronas imponit, & mysteriis eos Dei hominisque impertit, ὡς σωήσθες τοῖς θρησκεύουσι τὸν φανερῶ ταύτῃ, καὶ ἀκίβδηλον πίστιν. εἶτα μετ' ἐκεῖνο εἰσέφησαν ἔνδον τὸν βασίλειον παστάδα οἱ τῆ κορυφαῖς τῶ ἀξιωμάτων ἐκλαμπόμενοι, &c. *vt moris est ijs qui* Christi *fidem sacrosanctam & synceram colunt. Deinde intulerunt eos in regium thalamum ij, qui præcipuis dignitatibus illustres erant*, quos & parentes rex vocare non dedignatur, C beneuolentiam proseminantes. Isti ductores regis, & anteambulones in vestibulo aulæ, acclamationibus obsecrabant Cæsarem sponsum in throno sedentem apparere exercitibus, & nuptialia munera subditis dare. Iam verò thalamus Imperatoris magnificè exornatus visebatur. In circuitu Imperatorum simulacra erant auro & lapillis conspicua, parietesque velamina è purpura Tyria tincturæ optimæ vestiebant. Filia Tiberij virgo sponsa præibat Imperatori in thronum nuptialem, vt in abscondito, quasi non visa populis, tenuibus textis confertim quasi de industria distinctis. Consule Simocattam libr. 1. cap. 10.

Ataulphi cum Placidia nuptiæ.

Candidus in historia Gotthica apud Photium p. 108. ὅτι ἀδαύλφῳ ἀγαθῇ καὶ ὑποθήκη καινοθέντα, ὁ θεὸς πλακιδίαν συντυχεῖται γάμῳ, &c. ἔνδον τῆ πόλεως ναρβωνῳ ἐν οἰκίᾳ ἰγγενίς τινος θεασάμενος τὴν ἐν τῇ πόλ. ἔνθα θεοκαθεδείσης πλακιδίας, ἐν παστάδι τε ῥωμαϊκῶς ἐσκοσμημένῃ D & χήματι βασιλικῷ, συγκαθεζέσθη αὐτῇ & ἀδάυλφος, ἐνδεδυμένος χλαμύδα, & τὸν ἄλλον ῥωμαίων ἐσθῆτα. ἐν οἷς μὴ τὰ ἄλλων γαμικῶν δώρων δωρεῖται ἀδαυλφὸς & ν. δούλους νεανίας σπειρικὸν ἐνδεδυμένους ἐσθῆτα, φέροντας ἑκάστε τὴν χερσὶν ἀνὰ δύο μεγίστας δίσκους, ὧν ὁ μὲ χρυσίε πλήρης, ὁ δὲ τιμίων λίθων, μᾶλλον δὲ ἀτιμήτων ἐυρίσκων, &c. εἶτα λεγόν ἔνθαλαμίοι, ἀτάλα θεοῦτον εἰπόντος, εἶτα ῥεσκιάς, & φοιβαδίε, & συντυχεῖται ὁ γάμος παίζόντων, & χαιρόντων ὁμοῦ τῶν τε βαρβάρων, & τῶν ἐν αὐτῆς ῥωμαίων. *Quòd nuptiæ Ataulphi cum Placidia studio Candidiani celebratæ sunt Narbone in domo ingenui cuiusdam principis in vrbe viri. Vbi cùm præsedisset Placidia in lecto Romano more strato, regio apparatu Ataulphus cum ea sedit, chlamyde amictus, & omni alio Rom. habitu. Inter quæ cum alijs donis nuptialibus dedit Ataulphus, 50. speciosos iuuenes serica veste indutos, quorum singuli duos magnos ferebant discos, alterum auro plenum, alterum lapillis impensi pretij, &c. Postea cantati epithalamij cantus, Attalo primo canente, deinde Rustacio & Phœbadio, & fiunt* E *nuptiæ magna omnium lætitia.*

Nouæ nuptæ quomodo apud Romanos viris olim traditæ.

Romæ olim tabulæ signabantur, nouæ nuptæ à patribus, aut proximis tradebantur, auspices adhibebantur, tædæ, coronæ, flores, conuiuia, lecti geniales fuere. Catullus in nuptiis Pelei,

Puluinar verò Diuæ geniale locatur
Ædibus in medijs, Indo quod dente politum
Tincta tegit roseo conchilis purpura fuco.

Iuuenalis Satyr. 2.

Signatæ tabulæ, dictum feliciter, ingens
Cœna sedet, gremio iacuit noua nupta mariti.

Dio, ἐγήματο αὐτὸν καὶ τὸ συμβόλαιον ἐκδόντος αὐτὸν τῆ πελλίνης ὥσπερ ὁ γάμος ἐπελούσε, καὶ τὰς

A τὸς γάμους αὐτῶν οἱ ἕλληνες πάντες ἑόρτασαν, *duxit eam vxorem secundùm contractum Tigellino collocante eam in matrimonium, & eius nuptias Græci omnes celebrarunt.* Domus tota lauris obsita, tædis lucida obstrepebat hymenæum. Mater ipsa sponsam in gremio fouens amiciebat. Tunc me gremio suo mater tolerans mundo nuptiali ornabat, ait Apuleius Milesia 4. Lucanus libr. 2.

Festa coronato dependent limine serta,
Infuláque in geminos discurrit candida postes,
Legitimæque faces, gradibúsque acclinis eburnis
Stat thorus, & picto vestes discriminat auro,
Turritáque premens frontem matrona corona
B *Tralata vetuit contingere limina planta.*
Non timidum nuptæ leuiter tectura pudorem
Lutea demissos velarunt flamea vultus.
Baltheus haud fluxos gemmis astrinxit amictus,
Colla monile decens humeris hærentia primis,
Suppara nudatos cingunt angusta lacertos,
Non soliti lusere Sales, nec more Sabino,
Excepit tristis conuiuia festa maritus.

Statius lib. 1. Syluar.

C *Vix dum emissa dies, & iam socialia præsto*
Omina, iam festa feruet domus vtráque pompa,
Fronde virent postes, & feruent compita flammis.

Principes sæpe eadem die vxores duxere, & regia corona cinxere. Zonaras tom. 3. pa. 115. ταύτην καὶ τῷ γαμηλίῳ στεφάνῳ, καὶ τῷ βασιλικῷ διαδήματι ταινιοῖ. Olim adhibiti, qui obsignarent. Iuuenalis, *Vxores à principibus ductæ eadẽ die corona cinctæ.*

——— *veniet cum senatoribus auspex.*

Vet. glos. auspex, *pronubus*, παρανύμφιος. Noua nupta audiuisse auspicum verba, subisse, sacrificasse apud Deos, discubuisse inter conuiuas, suscipiendorum liberorum causa con-
D uenisse dicebatur. Tacitus lib. 11. Annal. Adhibitis, qui obsignarent, velut suscipiendorum liberorum caussa conuenisse, atque illam audisse auspicum verba, subisse, sacrificasse apud Deos, discubitum inter conuiuas lib. 15. Inditum Neroni flammeum, missi auspices duo, & genialis thorus, & faces nuptiales.

Aurum videtur oblatum in nuptiis pro sportulis. Ammianus libr. 14. Quidam vigore artuum imminuto rogati ad nuptias, vbi aurum dextris manibus cauatis offertur, impigre vel vsque Spoletum pergunt. An Caligula matrimonia contraxerit turpius, an dimiserit, an tenuerit, non est facile discernere. Liuiam Orestillam C. Pisoni nubentem, cùm ad officium & ipse venisset, ad se deduci imperauit, intráque paucos dies repudiatam biennio post relegauit, quod repetiisse vsum prioris viri tempore medio videbatur. Alij dicunt, adhibitum cœnæ nuptiali mandasse ad Pisonem contra accum-
E bentem, Noli vxorem meam premere, ait Suetonius. Heliogabalus duxit Corneliam Paulam. *Aurum in nuptijs oblatum.*

In nuptiis non Senatus modò, & equester ordo, sed & vxores senatorum quandam largitionem acceperunt, & populus centum quinquaginta drachmis, & milites ducentis quinquaginta conuiuio excepti sunt, gladiatorum munus fuit, cum ipse togam prætextam induisset. Xiphilinus, ἔγημε κορνηλίαν παῦλαν. ἐν δ' οὖν τοῖς γάμοις οὐχ' ὅπως ἡ γερουσία, ἥτ' ἱππὰς, ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες αἱ τῶν βουλευτῶν διανομήν τινα ἔλαβον, ὅτε δῆμος πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν δραχμαῖς, καὶ οἱ στρατιῶται ἑκατὸν πλείοσιν εἱστιάθησαν. Cum nuptiæ Antonini filij Seueri, & Plautillæ filiæ Plautiani factæ sunt, Plautianus filiæ suæ tot ac tanta dedit, quanta quinquaginta reginis satis essent. Vidimus ea per forum ferri in palatium, conuiuioque inter ista sumus accepti, partim regio, partim barbaro, cocta omnia, quæ solent & cruda, viuentiáque, & alia cùm accepissemus, ait Dio. ἐποιήθησαν δὲ οἱ γάμοι τοῦτε ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ τοῦ σεβήρου, καὶ τῆς πλαυτίλλης τῆς τοῦ πλαυτιανοῦ θυγατρὸς. καὶ τοσαῦτα τῇ θυ- *Largitiones Imperatorũ in nuptijs.*

γαῖρε σοῦτ' ἔδωκεν, ὅσα καὶ πεντήκοντα γυναιξὶ βασιλίσσαις ἤρκησαν ἄν, &c. Claudianus in nuptiis Honorij & Mariæ ornatum sponsæ describit. A

Dixit, & ornatus dederat quos nuper ouantes
Nereides collo, membrisque micantibus aptant.
Ipsa caput distinguit acu, substringit amictus,
Flammea virgineis accommodat ipsa capillis.
Ante fores iam pompa sonat.

Vnguenta, serta, coronæ, &c. in nuptijs adhibita.

Moris fuit, vt capilli vnguento illinerentur, thalamus sertis ac coronis redimiretur, ipsæ vestes cocco spargerentur. Capella lib. 2.

Nunc thalamum redimire iuuat, tu serta probato. B

Ouidius in Cydippe,

Sæpe coronatis stillant vnguenta capillis,
Et trahitur multo splendida palla croco.

Tertullianus libr. de corona, coronant & nuptiæ sponsas. Apuleius libr. 4. Tabulis nuncupatis maritus ad nuptias officio frequenti agnatorum stipatus, templis victimas mactabit.

Lætitia in nuptijs acta.

Lætitiam in nuptiis graphicè depingit Eurypides in Aulide,

τίς ἀρ' ὑμεναῖος διὰ λωτοῦ λίβυος, C
μετά τε φιλοχόρου κιθάρας,
συρίγγων θ' ὑπὸ καλαμόεσσαν
ἔστασαν ἰαχὰν?
ὅτ' ἀνὰ πήλιον αἱ καλλιπλόκαμοι
πιερίδες ἐν δαιτὶ θεῶν
χρυσεοσάνδαλον ἴχνος
ἐν γᾷ κρούουσαι
πηλέως εἰς γάμον ἦλθον
μελῳδοί.

Quis sanè hymenæus per Libycam è loto tibiam, cum cithara choros amante & fistulis, sonitum dedit ex arundinibus. Quando pulchrè cincinnatæ pierides per Pelium montem inter Deorum epulas vestigia cum aureis sandalis in terra pulsantes, ad nuptias Pelei melos canentes venerunt. Sidon. ep. 5. lib. 1. Interueni nuptiis patricij Ricimeris, cui filia perennis Augusti in spem publicæ securitatis collocabatur. Vix per omnia theatra, macella, prætoria, fora, templa, gymnasia, thalassia, Fescenninus explicaretur. Iam quidem virgo tradita est, iam corona sponsus, iam palmata consularis, iam cyclade pronuba, iam toga senator honoratur, iam penulam deponit inglorius, & nondum cuncta thalamorum pompa defremuit, quia nec dum ad mariti domum noua nupta migrauit. D

Virgines nubentes à quibus viris tradi solitæ.

Virgines autem tradebantur à patribus, aut iis, qui proximè locum patris tenerent. Quintil. Declamat. 306. Vis scire quid sint nuptiæ? Aspice illam virginem, quam pater tradidit, euntem die celebri, comitante populo. Idem legatur Declam. 247. 291. Tertul. de velandis virginib. Et ideo penes Israel illicitum est ad virum tradere, nisi post contestatam sanguine maturitatem. Saluianus Hypatio & Quietæ. A vobis sum viro tradita, à vobis coniugi mancipata. Sponso, inquam, vel paranymphis, à patre sponsa tradita, vt Burchardus lib. 9. c. 2. Legis Langobard. tit. 67. §. 3. & tit. 66. §. 2. Nubentibus depositis prætextis à multudine puerorum obscęna clamantur, ait Festus. Prętextam virgo antequam in domum viri deduceretur, deferebat ad fortunam virginalem. Innubere sponsæ dicebantur, quæ ad domum viri transirent, ait Nonius. E

Puellæ in Græcia quomodo in domũ viri ducerentur.

Puellæ in Græcia curru vehebantur in domum viri. Euripides in Helena, καὶ λαμπάδων μεμνήμεθα, ἃς τετραόροις ἵπποις τροχάζων παρέφερον. σὺ δὲ ἐν δίφροις σὺν τῷ δὲ νύμφη δῶμα ἔλιπες ὄλβιον: *meminimus lampadum, quas equis quadrijugis currens ferebam. Tu autem curru nympha cum sponso isto domum felicem reliquisti.* Isæus in Cirrone, ἐκδίδωσιν αὐτὴν ναυσιμένει λοχαγῷ σὺν ἱματίοις καὶ χρυσίοις, πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς ἐπιδοὺς, *Pater collocat eam Nausimeni Præfecto agminis cum vestibus & aureis, vigintiquinque minas adiungit.* De nuptiis Imperatoris Constantinopolitani

politani, legendus Codinus lib. de off. conſt. De lætitia in nuptiis Mauricij legendus Euagrius lib. 6. c. 1. Apuleius Apologia 2.

Conuiuium in nuptiis iam olim vſurpatum diſcas è cap. 14. Iudic. vbi Samſon vxore ducta ἐποίησεν ἐκεῖ ποτὸν ἡμέρας ἑπτά, ὅτι οὕτως ἐποίουν οἱ νεανίσκοι, *fecit epulum dies ſeptem, quia ſic iuuenes ita ſolebant.* Polyæ. lib. 4. Nicæa ἀσμένη μέρακίῳ βασιλεῖ ⁊ θεὸς γάμον αὐτῷ ἀπέδωκεν, *volentem ſe regi Demetrio adoleſcenti ad nuptias tradidit,* quia ſui iuris erat, non ſub manu patris, aut cura parentum. ὧι θυσία μεγαλοπρεπὴς, φωνήγυεις ἑλλωικὴ, ἀμοιβοὺς κιθαρωδεῖν ἔμελλε, πολλὴ σπουδὴ θεὸς τῶι θέαν ὧι. τῶι νικῶμαν αὐτῶι ἐν φορείῳ βασιλικῶς κεκοσμημένῳ κρυφῶσαν, καὶ θρυπομμένῳ δορυφόροι παρεξέπεμπον. ἐς ᾧ τὸ θέατρον ἐπείσης: *Erat ſacrificium magnificum, celebritas græcanica, Amœbeus cithara canere debebat, ſummo ſtudio ibatur ad ſpectaculum. Niceam ipſam in lectica regio more ornata delitiantem ſatellites deducebant. Cùm autem iniret in theatrum.* Antiſthenes Rhodius cùm nuptias filiæ ſuæ celebraret, epulum dedit ciuibus in angiportibus, in quibus ſinguli habitabant, & currus ſponſam ſequebantur 800. Adhæc non ſolùm equites ex vrbe Acragante, ſed & multi ex finitimis vrbibus vocati ad nuptias deduxerunt ſponſam. Aiunt fuiſſe magnificentiſſimum hominis apparatum. Aras in omnibus templis, & in angiportibus per omnem ciuitatem lignis impleuit. Vide nuptias magnificentiſſimas apud Diodorum Siculum lib. 13. Deſponſata erat Maximo iuniori iunia Fadilla proneptis Antonini. Manſuerunt apud eam arræ regiæ, monolinum de albis nouem, reticulum de praſinis vndecim, dextrocherium cum coſtula de hyacinthis quatuor, præter veſtes auratas, & omnes regias, ait Capitolinus, monolium vocat gemmas vnico filo in lineam miſſas.

Conuiuiũ in nuptijs vſurpatum.

Annuli à ſponſis puellis dati pro arris. Priſcus Rhetor. in hiſt. Attila dixit Honoriam ἐξ αὐτοῦ ἁρμοσμένῳ θεὸς γάμον τελμήειον ποιεμένῳ ⁊ παρ' αὐτῆς πεμφθέντα δακτύλιον. De Meſſalinæ nuptiis Iuuenal. ſ. 10.

Annuli à ſpõſis puellis pro arrhis dati.

dudum ſedet illa parato
Flammeolo, Tyriúſque palam genialis in hortis
Sternitur, & ritu decies centena dabuntur
Antiquo.
Longa per anguſtos figamus pulpita vicos,
Ornentur poſtes, & grandi ianua lauro.
nectę coronam
Poſtibus, & denſos per limina tende corymbos.
nec illud,
Quod prima pro nocte datur cum lance beata.
Dacicus, & ſcripto radiat Germanicus auro.

Aliquot ſolidi dabantur nouæ nuptæ pro prima nocte, ait vetus Interpres, lib. 6. Epigr. græcor. fit mentio annuli nuptialis,

χεῖρα περισφίξω χρυσοδέτῳ πραδάλῃ.

Manum vinciam auro ligato ornamento. Coronatum ſponſum oſtendit Sidonius lib. 1. ep. 5. Artemidorus lib. 2. c. 54. ⁊ γὰρ τὰ ὠὰ ἀμφοτέροις συμβαίνῃ, τῷ τε γαμοῦντι, ⁊ τῷ ἀποθνήσκοντι, οἷον στεφανοῦσθαι φίλων ἀνδρῶν τε ⁊ γυναικῶν, ⁊ στέφανοι, ⁊ ἀρώματα, ⁊ μύρα, ⁊ συγγραφὴ κτημάτων, *eadem eueniunt nubenti & morienti, vt deduci ab amicis, viris & mulieribus, & coronæ, & aromata, & vnguenta, & deſcriptio opum.*

Solidi nouæ nuptæ pro prima nocte dati.

Sacrificia in nuptijs ante omnia vſurpata.

Sacrificia ante omnia in nuptiis vſurpata ſunt. Seruius ad lib. 3. Æneid. Apud veteres neque vxor duci, neque ager arari ſine ſacrificiis peractis poterat. Plaut. Aulular. ſponſus ait, eo lauatum, vt ſacrificem. Heſychius προτελεία ἡ περὶ τοὺς γάμους θυσία ⁊ ἑορτή. τέλος δὲ ὁ γάμος ἀπὸ τοῦ εἰς τελειότητα ἄγειν: *Protelea ſacrificium & celebritas ante nuptias.* maluiſſem περὶ τοῦ γάμων τέλος *enim nuptiæ, quod ad perfectionem deducant.* κτυπίων τὸ ὑπόκρεμάτων τοῦ θαλάμου ἃ ὑπέκτυπεῖσι ἔξωθεν ὅσαν συγκαλινῇ τῷ νυμφίῳ ἡ γαμετρώη. κτυπία ὁ ὑπόθαλάμιος κτύπος: *Crypia ſonitus, qui fit ad thalamum. teſtarum crepitus, quos foris edunt cùm nupta cum ſponſo in lecto collocatur.* προγάμια, γαμήλια, Plutarchus in Eroticis. ἕως ἡ κόρη κῇ τὰ πάτρια ὑπὸ τῶι κισσόεσσαν καλυμμένῳ κρήνῃ κατιῇ, τοῦ νύμφας τὰ προτέλεια θύουσα: *Donec puella ſecundùm patriæ morem ad hederis veſtitum fontem deſcendat, nymphis protelea ſacrificatura.* Pollux lib. 1. c. 3. τὸ ὑπόλειμμα τοῦ γυναικὸς ἑαυτὸς ⁊ καλύπτρα, τοῦ ᾗ πρὸ τῆ δύνῃ πρόσπασμα παιδός. ὕστερον δὲ

ἐξέδυν πρὸ δ' θαλάμυ, ὥσπερ ⸫ κόσκινον ἡ παῖς ἔφερε. ἡ πρὸ γάμυ θυσία προτέλεια, ⸫ πρὸ γάμεια, προγαμίαζ ἢ ἐλέγοντο δ' μόνον αἱ νύμφαι, ἀλλὰ ⸫ οἱ νυμφοι: *Operimentum nuptæ, eanus & calyptra, peplus seu flameum, velum lectum ambiens pastos. Pistillum alligabant ante thalamum, puella ferebat cribrum. Sacrificium ante nuptias protelea, progamea. Initiari sacrificijs illis dicebantur & sponsæ & sponsi.* Matrimonium dicebatur τέλειον perfectum. Coniugium ἥρα τέλεια, à Iunone, quam virgines illis sacrificiis placabant, vt & Dianam, & parcas. Comæ primitias Deabus illis virgines dicabant. A

Dierũ nuptialiũ appellationes.

Quæ primò nubit προμνήστρια dicitur. προαύλιος dies, qui nuptias antecedit, ἐπαύλια repotia, dies post nuptias. ἀπαύλια dies, in qua sponsus in soceri ædibus cum sponsa consuescit. Apaulisteria vestis est, quæ sponso à sponsa eo die muneri datur. Paranymphus, nympheuta, parochus dicitur pronubus. bigis, vt plærumque sponsæ transibant in domum viri, καλεῖν) ἢ ⸫ δᾶδες νυμφικαὶ, ⸫ στέφανοι, ⸫ στολὴ, *faces quædam nuptiales dicuntur, corona nuptialis & stola. ἀνακαλυπτήρια ἡμέρα ἐν ᾗ ἐπικαλύπτει τὴν νύμφην ὁ νυμφίος, anacalypteria dies, qua sponsus sponsam retegit.* B

Anacalypteria quæ.

Imò & dona sponsi ad sponsam eo nomine vocant Anacalypteria, & ἐπαύλια, vt Suidas. ἀταύρωτος γυνὴ ἀζυξ, ⸫ παρθένος, ἁγνὴ ⸫ ἄμικτος, ἄζυγος. *non experta virum puella.* ἀθίκτορες ἀνέπαφοι, παρθένοι ἀνανδροι, *virgines intactæ.* τὸ ᾠδὴ ἐπιθαλάμιον ᾄδουσι αἱ παρθένοι πρὸ δ' θαλάμυ, ἵνα δ' παρθένυ βιαζομένης ὑπὸ δ' ἀνδρὸς μὴ φωνὴ ἀκουσθῇ) : *Epithalamium canunt virgines ante thalamum, vt cùm virgini vis offertur à viro, eius vox non audiatur.*

Epithalamiũ Gallieni inter centum poetas præcipuum.

Gallieni epithalamium est, quod inter centum Poetas præcipuum fuit. Nam cùm fratrum suorum filios iungeret, omnes Poetæ græci, latiniq; (lego, omnesq; Poetę) epithalamia dixissent, idque per dies plurimos, quum ille manus sponsorum teneret, vt quidam dicunt, sæpius ita dixisse fertur: C

Ite ait ô pueri, pariter sudate medullis
Omnibus inter vos, non murmura vestra columbæ,
Brachia non hederæ, non vincant oscula conchæ.

Isidorus ἐπίβλημα capitis, flameum Mauorte virginale vocat. Maforte operimentum capitis muliebris. κοιτωνοφύλαξ, νυμφαγωγὸς τῆ κοιτῶνος ὀπιμελεμένη, *mulier lecti custos.*

Motinus Deus nubẽtium.

Motinus Deus est in cuius sinu pudendo nubentes præsident, vt illarum pudicitiam prælibasse videretur. Lactantius libro 1. cap. 20. λεκάνης κομίζουσα λουτροφόρος, ἀθλίωσι μὲν ἐκ δ' καλλιρόης, εἶτ' αὖθις ἐκ δ' ἐννεακρούνυ κληθείσης, *Aquigerula mulier lauacra ferens*, (latini aquariolam vocitarunt,) *Athenis ex Callirhoe hauriunt fonte, deinde ex eo, quem enneacrunon vocant.* D

Hymenæi origo vnde ducta.

De Hymenæo Tzetzes Chiliade 13. οἱ ᾽Αθηναῖοι ὑμέναιόν τινα ἁρπαγμένας ὑπὸ λῃστῶν ἀφηρπαγμένας, ὅπερ ἐν γάμοις ἔπεισε νομίμοις ἁρμοσθῆναι. ἔκτοτε ᾽ὑμέναιον τῷ γένει τῶν ἑλλήνων εἰώθασιν ἐπάδεσθαι τοῖς χρόνοις τοῖς τῶν γάμων τὸ μὴ (non τὸ) ἐξαπόλλυσθαι ἀφαίνοις τῶν γάμων, τὸ ᾽ὑ (non τὸν) τὸν τὸ Ἀττικὸν ὑμέναιον ἔννομον συζυγίαν: *Alij Atticum Hymenæum aiunt repperisse virgines quasdam à prædonibus raptas, quibus persuasit, vt legitimis nuptijs copularentur. Ex eo moris fuit, vt Hymenæus Græcis caneretur in nuptijs, partim vt deprecarentur interitum nuptiarum, partim vt legitimam Attici illius copulam sibi vouerent.*

Aqua genitalis ad sponsos lauãdos.

Sponsi nuptiarum die aqua genitali lauabantur. Nonnus lib. 3. Dionysiacon. ὅτι νύμφιον ἠθάδι θεσμῷ (non δεσμῷ) ζωογόνοις πρὸ γάμοιο καθικμαίνουσι λοετροῖς: *Quia sponsum more solemni ante nuptias lauant lauacris genitalibus.* lib. 2. E

ὠκεανὸν ᾽ὑ ⸫ ἀυτὴν
νυμφοκόμῳ τυφῶνι κομίσατε σίγονον ὕδωρ.

Ferte & ipse cognatam Oceani aquam ad Typhonem sponsæ ornatorem, vt eam lauet.

Ignis cum aqua nuptijs præferri solitus.

Ignem quoque & aquam nuptiis præferri moris fuit in Græcia, si Valerius Flaccus audiendus libr. 8.

——— Ignem Pollux, vndámque iugalem
Prætulit, vt dextrum pariter vertatur in orbem.

Loquutus est ex more Rom. vt Varro lib. 4. de lingua Lat. Ignis & aqua in nuptiis in limine adhibentur, quod mas ignis, aqua fœmina. Hesychius ἑδνα φέρνη, ⸫ ὑπὸ τ μνησήεσθαι ταῖς μνηστευομέναις διδόμενα. μέλια ᾽ὑ ⸫ ὑπὸ τ γονέων τ γαμουμένης: *Edna ferne, quæ à sponso dantur*

A *dantur ſperatæ, Melia quæ à parentibus nuptæ.* ἔδνι@ χιτὼν ὃν πρῶτον ἡ νύμφη τῷ νυμφίῳ δίδωσι. ὀπήϊα τὰ ἐν τοῖς ἀνακαλυπτηρίοις διδόμενα δῶρα τῇ νύμφῃ. *Opteria dona, quæ dabantur ſponſæ, cùm retegeretur,* vt Heſychius. θυρωρὸς ὁ τὴν θύραν τ θαλάμου κλείων. Ianitor, qui claudit fores thalami. λυσίζωνο@ γυνὴ ἡ ἀνδρὶ πλησιάζουσα. αἱ γὰρ παρθένοι μέλλουσαι πρὸς μίξιν ἔρχεσθαι ἀνετίθεσαν τὰς παρθενικὰς αὐτῶν ζώνας τῇ ἀρτέμιδι.

Luſizona mulier virum experta. Puellæ enim cùm ad ſponſum ituræ eſſent, zonas ſuas ſuſpendebant. Dianæ. Bœotis & Locris ara Dianæ eucleæ, & ſimulacrum in foro fuit, vbi nubentes viri & fœminæ ante nuptias ſacrificarent. Plutarchus in Ariſtide, βωμὸς ἀρτέμιδι εὐκλείᾳ καὶ ἄγαλμα ἵδρυται πᾶσαν ἀγοραὶ, καὶ προθύουσι αὐτῇ γαμοῦντες. *Zonæ à puellis ad ſponſũ ituris ſuſpenſæ.*

Tibiæ in nuptiis adhibitæ.

Tibiæ in nuptiis adhibitæ. auctor ad Herennium lib. 4. Non illæ te nuptiales tibiæ eius
B matrimonij commonebant. Suidas, λωτοὶ ὑπθαλάμιοι. λωτοί.

ἦχον, ⁊ θαλάμων ἐπλατάγησ θύρας.
διδύμους τε λωτοὺς τοὺς κερατόας:

Loti ſonabant, & thalami fores ſtrepebant. Duplices lotos cornu clamantes. ἐπαύλιοι λωτοὶ vocantur ibidem. *Veſpertini loti,* ſeu tibiæ. Heſychius μνήστια γάμου δῶρα, malim μνησεῖα *nuptiarum dona.* μνήστωρ ὁ δοὺς τ γάμου ἀρραβῶνα, μνῆστρον ὁ γάμος ἀρραβών, *mneſtor qui dat nuptiarum arrabonem, mneſtron nuptiarum arrabo.* ἀθρέμματα δῶρα πεμπόμενα πρὸς τ συζύγων τ γαμουμένων παρθένοις πρὸς λεσβίους. Heſychius. *Athremata Lesbijs dona, quæ mittuntur ab affinibus, virginibus nubentibus.* Euripides in Aulide, ἔξαρχε καλὰ. στεφάνους τε κρᾶτα, ὑμναῖον ἀναπέπτυξο. ⁊ καλαστέψας ἐγὼ νιν ἦγον ὡς γαμευθοῦν: *Incipe à Calathis, & primus è caniſtris coronam cape. caput coronato, Hymenæum inſtruito. Coronatã eam ego nunc adduxi, vt nupturam,* ⁊ κἀγὼ δόμους λωτὸς βοάσω, ⁊ ποδῶν ἔστω κτύπο@, *tibia ſonet in ædibus, & pedum ſit ſtrepitus.* Lucianus Sympoſio, ἐπὶ τὸ ζυγὸς ἀναθεὶς, ἐφ' ᾧ τὴν νύμφην ἀπάξειν ἔμελλον, *in plauſtrum impoſitus, in quod nympham abducturus eram.*

C Clinis dicebatur ſtragulum in plauſtro, in quo ſedet nympha inter parochũ & ſponſum. κλίνης τὸ ἐπὶ τ ἁμάξης καταστρωννύμενον, ὅταν μετιῶσι τὰς νύμφας, ἐφ' ᾧ κάθηται ἡ νύμφη μεταξὺ τ παρόχου ⁊ τ νυμφίου, ait Pollux lib. 1. Nemo alius in plauſtrum inſilire auſus. Rex Ippoclus, quia in plauſtrum per iocum & luſum inſilierat, ab amicis ſponſi occiſus eſt, ait Euſtathius. Quæ Heſychius ſupra vocauit ἀθρήματα, Suidas vocat ἀναθρέμματα, δῶρα τὰ διδόμενα τ γεγαμηκόσι. Suidas, ἐπαύλια τὰ μετὰ τὴν ἑκτὸν ἡμέραν τ γάμων πρὸς τ τ νύμφης πατρὸς δῶρα φερόμενα τῷ νυμφίῳ, ⁊ τῇ νύμφῃ ἐν πομπῆς σχήματι: *Epaulia dona, quæ ſecunda die nuptiarum à patre ſponſæ dantur ſponſo & ſponſæ per ſpeciem pompæ.* Puer enim dux eſt, amiculum al-
D bum habens, & lampadem accenſam, poſt eum Canephora puella calathos ferens, deinde reliquæ ſequentes ordine ferentes aureos pelues, ſmegmata detergentia, ſellas, pectines, lectos, alabaſtros, ſandalia, thecas vnguenta, interdum & ſimul ferunt dotem ſponſo. πρῶτος μὲν ἡγεῖται χλανίδα λαμπρὰν ἔχων ⁊ λαμπάδα καιομένην. ἔπειτα μετὰ τοῦτον κανηφόρος, εἶτα ⁊ λοιπαὶ ἀκολουθοῦσαι ἐφεξῆς φέρουσαι χρυσία, λεκανίδας, σμήγματα, φορεῖα, κλίνας, κοίτας, ἀλαβάστρους, σανδάλια, θήκας, μυροθήκας pigmenta, ἐνίοτε μὲν ⁊ τὴν προῖκα τῷ νυμφίῳ φέρουσι. Hæc è Græcis auctoribus attulimus, quibus pauca quædam è Latinis ſubiiciemus. Sarracenis vxores mercenariæ ſunt conductæ ad tempus ex pacto, atque vt ſit ſpecies matrimonij, dotis nomine futura coniux haſtam & tabernaculum offert marito, poſt ſtatum diem ſi id elegerit diſceſſura, ait Ammianus lib. 14.

Clinis in nuptijs, quis.

Cùm Alexandro nuberet Roxane, iuſſit Alexander afferri patrio more panem. Hoc erat
E apud Macedones ſanctiſſimum coeuntium pignus, quem diuiſum gladio vterque libabat, ait Q. Curtius lib. 8. Credo eos parco & parabili victu oſtendere voluiſſe iungentibus opes, quanto contenti eſſe deberent. ἐμβασκοίτης nouis nuptis thalamum ineuntibus præferebat facem, ait Petronius in Satyr.

Panis cur nubentibus afferri ſolitus.

Nuptiarum pretia Gotthis equi argenteo colore veſtiti, quales decuit eſſe nuptiales, ait Caſſiodorus. Vſu, farre, coëmptione generalis lecti ſacramenta conducunt, habent ſperatas, habent pactas, habent interpoſitis ſtipulationibus ſponſas, vt Arnobius lib. 4. Sportula dabatur amicis à ſponſis. Symmachus lib. 3. e. 24. Nuptialem mihi ſportulam detuliſti. Lib. 4. ep. 24. Nunc honor ſportulæ ſuſcipiendæ, culmine tuo & more, & amore ſoluendus eſt, quia filius meus vxorem duxit. e. 55. Veritus ne à te nomiſma ante cenſum deſiderarem, potui iacturam ſportulæ facere. lib. 9. e. 88. Honore Sportulæ te proſequor. Duos igitur ſolidos offerendos tibi miſimus, paruum munuſculum ſi æſtimetur pretio ſui religioſum ſi amore.

Gotthorum munera in nuptijs.

Croci vsus in nuptijs.

Croco lectus aspersus, Martianus Capella lib. 9. A

Conscia iam Veneris noua serta parate Napeæ,
Crocúmque lecto spargite,
Jnque thorum violas certatim fundite conchis,
Puluinar altum comite.

Vide ibidem elegans epithalamium. Nubentes oliua coronabantur. Sidonius

Tum Diua comes viridantis oliuæ
Pace ligat, nectit dextras, ac fœdera mandat.

Apulei. Milesi. 4. Sponsum vnguentis madidum, coronis floridum. Plautus Casina, sed eccum progreditur cum corona & lampade. Sidonius lib. 1. ep. 5. Iam corona sponsus honoratur. B

Corollæ nubentium.

Festus corollam nouæ nuptæ de floribus verbenis, herbísque à se lectis sub amiculo ferebant. Harmenopulus lib. 4. tit. 4. μηδεὶς μυστικῶς στεφανέσθω, ἀλλὰ φανερῶς τῶν πλειόνων: *Nemo clam coronetur ad nuptias, sed in oculis plurium.* Ornatur sponsa apud Martianum Capellam lib. 1. Iuno quoque ex purgatioris auri splendente vena addiderat crinibus sociale vinculum. Tritonia etiam interula resoluto ricinio, strophióque instar flammarum è cocco, atque ipso sacri pectoris amiculo virginem virgo contexit.

Obstetrices sponsæ virginitatẽ explorantes.

Obstetrices interdum adhibitæ, quæ virginitatem sponsæ explorarent. Augustinus lib. 1. de Ciuitate, c. 17. Obstetrix virginis cuiusdam integritatem manu velut explorans siue maleuolentia, siue inscitia, siue casu dum inspicit, perdidit. Plaut. Casina, villicus hic cum corona candidè vestitus, &c. Age tibicen suaui concentu concelebra omnem hanc plateam Hymenæo. Claudian. lib. 2. C

Nunc sociat flores seseque ignara coronat.
——libertatémque comarum
Jniecta voluit tandem frænare corona.
Flammea sollicitum præuelatura pudorem.
——stat pronuba iuxta,
Stellantes mox picta sinus, tangénsque cubile
Omina perpetuo genitalia fœdere sanxit.

Nicetas libr. 2. Alexij, ὧν ἐν ὁμοδοξίᾳ ἀνθεσπέσιον θαλιάζοντων, κύμβαλα ἠδὲ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἐκείνης ἀλαλάζοντα καὶ τύμπανα φοινικοπάρυφα καὶ ὀρχησταὶ τὸ πόδε παρενσαλεύοντες καὶ χορεὶ γυναικῶν τῆς ὑμεναίοις σεσοφορα ἄδοντες. ἡ δὲ γυνὴ τοῦ νεονύμφου αἰδεσιμώτερον νόμον ἐκράτησε εἶχε τοῦ ἀνδρὸς ἀμφιβώμων. Phranzes lib. 3. cap. 4. fit bulla aurea, cui manu sua subscripsit, vt filia regis esset sibi vxor, & despœna Constantinopolis, & Imperator manu sua eo vidente tres cruces cinnabari in fronte bullæ ad confirmationem pro consuetudine exprimit, bullamque auream in manus legato tradit. Idem cap. 5. Commater tua vxor mea per meum compatrem postquam de dote rem confecimus, sacráque preces subarationis, & gaudia sponsalia peregimus. lib. 2. cap. 17 Duxi vxorem Helenam filiam Alexij Palæologi Exemplaconis, qui Canicleo præerat. Eius coniugij paranymphus Dominus meus Constantinus Despota fuit, qui pro consuetudine Græcorum serta nobis imposuit. D

E

CAPVT XVIII.

De nato Jmperatoris filio.

Celebritates in natiuitate filiorum Jmperatorũ.



VBI Imperatori filius natus esset, vbique per vrbes dies festi, celebritates, ludi, lucernæ accensæ. Persius Sat. 5. Statius lib. 4. Syluar.

Pande fores superum, vittatáque templa Sabæis
Nubibus, & pecudum fibris spirantibus imple.

Lactantius lib. 6. cap. 2. Mactant opimas & pingues hostias Deo quasi esurienti, profundunt vina tanquam sitienti, accendunt lumina velut in tenebris agenti. Caligula Cæsoniam enixam vxorio nomine dignatus est, vno atque eodem die professus & maritum se eius, & patrem infantis ex ea natæ.

Infantem

A Infantem autem Iuliam Druſillam per omnium Dearum templa circumferens, Mineruæ gremio impoſuit, alendámque & inſtituendam commendauit, vt Suet. Vulgo lætitiam patres natis filiis agitarunt, quia liberi munimenta familiæ. Tacitus lib.1. Annal. quo pluribus munimentis inſiſteret. Statius lib.4. Syluar. quod alma prole fundaſti vacuos penates. Lycophron, σύλοι γὰρ οἴκων παῖδες εἰσιν ἄρσενες. Idem, vocat Hectorem κίονα δόμων. Apuleius lib.7. quæ decimo ſtipendio familiam fundauerat. Statius lib.4. Syluar.

——nueo natorum pignore fultus.

Artemidorus lib.2. cap.10. per columnas, κίονας, filij ſignificantur. Tacitus lib.5. hiſtor. non legiones, non claſſes proinde firma imperij munimenta, quàm numerum liberorum, Euripides, φῶτα τυράννοις παῖδας ἔρυμα δώμασι: *Naſci filios regibus munimentum domibus.* Philoſtratus lib. 5. σπείζῃ δ' ἐπ' ἀμιῶν, ᾗ ἐπ' ὠτὸν οἱ παῖδες. Veſpaſianus *innititur filijs,* B *& filij innituntur in patrem.* Ita & Seneca filios vocat adminicula Auguſti, Suetonius ſubſidia aulæ. Idem in Galba, Quod vt nuntiatum eſt, deſpectui eſſe, non tam ſenectutem ſuam, quàm orbitatem ratus, Piſonem pro concione adoptauit. Ideo Nerua λεγὸ τὸ γῆρας ὅτι καταφρονέμφ, (deleo ὅτε) *contemptui cùm eſſet ob ſenium*, ait Xiphilinus, aſcendit in Capitolium, & Traianum adoptauit. lib.2. Anthol. ἔρκῳ ἐοικὼς παιδὶ τέκῳ, *filius munimentum fuit patri*, ac vallum.

Filij Imperatorum columnæ & adminicula Imperij dicti.

Lætitia autem non tantum ab Imperatoribus, ſed etiam à priuatis nata prole celebrabatur. Iuuenal.9.

Tollis enim, & libris actorum ſpargere gaudes
Argumenta viri, foribus ſuſpende coronas,
Iam pater es.

Lætitia à priuatis nato Imperatori filio celebrata.

C Statius lib.4. Sylu.

Nec ſolùm feſtas ſecreta Neapolis aras
Ambiat, & ſocij portus, dilectáque mitis
Terra Dicarchei, nec non plaga cara madenti
Surrentina Deo ſertis altaria cingat.

Idem, *Feſtos cumulare altaribus ignes,*
Et redimire chelyn, poſtéſque ornare iuberet.

Marcus Philoſophus liberales cauſſas ita muniuit, vt primus iuberet apud Præfectos ærarij Saturni vnumquemque ciuium natos liberos profiteri intra trigeſimum diem nomine D impoſito. Per prouincias tabulariorum publicorum vſum reſtituit, apud quos idem de originibus fieret, quod Romæ apud Præfectos ærarij, ait Capitol. Cùm apud Præfectum ærarij more Romano profeſſus filium publicis actis nomen eius inſereret Gordianus, ait Capitol. in Gordiano.

Epulum ſæpe publicum natali die dabatur. Euripid. Ione act.4.

κῆρυξ ἀνεῖπε τὴ θελούσᾳ εἰσιέναι
εἰς δαῖτα χορεῖν.

Epulũ publicum natali Imperatoris filij die datum.

Præco prædicato, vt qui ex indigenis voluerit, ad epulum veniat. Martianus Capel. lib.1. Natali die Pſychæ ad conuiuium corrogati multa contulerunt. Septima nati Albini die hora conuiuij, quod natali pueri deputabatur, cùm ei fierent nomina, vt Capitol. Cæſariana familia hoc ſpeciale habuit, vt paruuli domus eius in teſtudineis alueis lauarentur, E ibidem Capitol. Iulia Auguſti filia cum Caium peperiſſet, βεβυσία τέ τις τοῖς γλυκυθλίοις αὐτὸ αἴσιον ἐδόθη, ᾗ τοῦτο ὡσὶ ἐπὶ ψηφίσματος, *ſacrificium natalibus eius auſpicatum datum ex ſenatuſconſulto.* Dio lib.54. Regis Perſarum γλυκυθλία πᾶσα θύει, ᾗ ἑορτάζει ἡ ἀσία, *natales vniuerſa ſacrificijs celebrat Aſia, & ludis*, ait Plato in Alcib.1. Nicetas Chonniates, καὶ γλυκύθλιον ᾗ ὀνομαστήριον τῆ παιδὸς ἡμέραν, ὡς εἴθισται τοῖς βασιλεῦσι ῥωμαίων τὰς ἐπιφανεστέρας τῶν πολιτῶν μετὰ κλάδων ᾗ θαλιῶν εἰς δαῖτα ἐκάλει, *Die natali pueri, & nominalibus, vt ſolemne eſt Romanorum regibus, honoratiſſimos ciues cum ramis & frondibus oleaginis ad epulum vocabat.* Sozomenus lib.6. λύχνους πολλὰς ἀνὰ πᾶσαν τὴν πόλιν ἀνακαίοντες, Natali Imp. *multas lacernas tota vrbe accendentes.* Chryſoſt. homil.3. ad c.3. Matt.

Solent reges nato ſibi filio indulgentiam in ſuo regno donare, ſed ante tranſmittunt exactores acerbiſſimos, qui omne, quod inuenerint, exigunt, ita vt indulgentia crudelior ſit, quàm ipſa exactio. Gregor. Turon. lib.6. hiſt. Cùm natus eſſet filius Chilperico regi, iuſſit omnes cuſtodias relaxari, vinctos abſolui, compoſitiones negligentium fiſco debitas

Indulgentia à regibus nato filio donata.

componi. Ephippus in Gerione apud Athenæum lib. 9. ἔπειτα πῶς ἡ στέφανος, ἀλλ' εἰς ὀσφρησιν ἀφ' ἧς ἂν ἡ θύρα, ἡ κνίσα κρέων ῥινὸς ὑψηχῆς ἄκρας ἀμφιδρομίων ὄντων ἐν οἷς νομίζει ὀπτᾶν τυρόν, καὶ χερρονησίτας ῥῖνας: *Deinde quomodo nulla corona est ad fores, non nidor pulsat summum narium fastigium Amphidromijs, in quibus solet assare segmenta caseï Cherronesitæ.* Amphidromiis enim epulum dabatur, fores puerperæ frondibus inumbrabantur, *ipsa cramben comedere quasi antidotum iubebatur.* ἡ τεκυίας κρόμμυα παρεσκεύαζεν, ὥστε ἀντιφάρμακον εἰς τροφὴν, ait ibidem Athenæus. A

Amphidromia quinta die à natiuitate filiorum Imperatorum celebrata.

Celebrabantur autem Amphidromia quinta die à partu. Suidas, ἀμφιδρόμια ἐπὶ πέμπτῃ ἄγουσιν ὅτι τοῖς βρέφεσι, ἐν ᾗ ἀποκαθαίρουσι τὰς χεῖρας, αἱ συναφάμμαι τῆς μαιώσεως, τὸ βρέφος περιφέρουσι τὴν ἑστίαν τρέχοντες, καὶ δῶμα πέμπουσι οἱ προσήκοντες σηπίας καὶ πολύποδας: *Amphidromia celebrant die quinta à partu, qua manus expurgant obstetrices, & infantem circa focum circumferunt curriculo, & affines sepias, ac polypodas domum mittunt.* Hesychius septima die Amphidromia ponit, ἀμφιάφιον ἥμερ ἀμφιδρόμια. ἔστι δὲ ἡμέρα ἑπτὰ ἀπὸ τῆς γενέσεως ἐν ᾗ τὸ βρέφος βαστάζοντες περὶ τὴν ἑστίαν γυμνοὶ τρέχουσι: *Dromiaphion, dies, Amphidromia. Est autem à partu dies septima, in qua puerum ferentes circa focum nudi currunt.* Tertullianus lib. de Idololat. Septima die scribenda fata aduocant. Ausonius, B

Me tibi, me patribus clarum decus esse professus
Dictasti fatis verba notanda meis.
Non ignota tibi nostræ quoque formula vitæ,
Signatis quam tu condideras tabulis.

Maribus nono die, fœminis octauo nomina ponuntur.

Lustricus infantium Imperatorũ dies.

Festus, Lustricus infantium dies dicitur puellarum octauus, puerorum nonus, quia his lustrantur, atque eis nomina imponuntur. Plutarchus in Romaïois cap. 102. τοῖς ἄῤῥησιν ἐννεαταίοις, θήλεσιν ἑβδόοις ὀνόματα τίθεσθαι. Suetonius in Nerone c.6. Eiusdem futuræ infelicitatis signum die lustrico exstitit. Nam C. Cæsar rogante sorore, vt infanti, quod vellet, nomen daret. Vet. gloss. *Nominalia*, ὀνοματθέσια, Harpocration, pueris natis septimam diem, & decimam sacras ducebant, & nomina imponebant, alij septima, alij die decima. τοῖς ἀποτεχθεῖσι παιδίοις τὰς ἑβδομάδας, καὶ τὰς δεκάτας ἦγον, καὶ τά γε ὀνόματα ἔθεντο αὐτοῖς, οἱ μὲν ἑβδόμῃ, οἱ δὲ δεκάτῃ. Hesychius *decima die sacrificamus, qua nomina infantibus imponunt. Aristoteles septima die imponi ait.* δεκάτῃ θύομεν, ᾗ τὰ ὀνόματα τοῖς βρέφεσι ἐπίθεσαν. ὁ Ἀριστοτέλης ἑβδόμῃ φασι. Suidas, ἔθος ἦν παίδων συγγενομένων τοῖς ἀθλιωτάτοις τῇ δεκάτῃ τῆς νυκτὸς ἀπὸ τῆς γενέσεως συγκαλεῖσθαι τοὺς πατρὸς καὶ μητρὸς οἰκείους, καὶ παρόντων ἐκείνων, τότ' ὀνόματα τοῖς παισὶ τίθεσθαι, καὶ καλλιερεῖσθαι, ἔπειτα διωχεῖσθαι: *Moris fuit, cùm infantes nati essent, Atheniensibus, vt decima nocte à partu domestici patris & matris conuocarentur, & illis præsentibus nomina pueris ponerentur, perlitarentque, & postea epularentur.* Iasoni cùm filius natus esset, & nomen ei esset ponendum, proceres ipse Thessaliæ vocauit, & vnà fratrem Myrona, vt præesset celebritati. Tum in domum fratris profectus ab œconomis aliquot argenti talenta cum extorsisset, vt rediit, permisit fratri, vt libationes ac sacrificia inciperet, eique potestatem imponendi nominis fecit. τῷ ἀδελφῷ σπονδῶν καταρχειν ἐπέτρεψε, καὶ κύριον αὐτὸν εἶναι τῆς θέσεως ὀνόματος, ait Polyænus. C D

Nomina cur non ante septimam diem à Romanis imponi solita.

Nomina autem imponebant post septimam diem, quia multi infantes ante septimam diem morerentur, quæ si præteriissent, vitalem puerum esse rebantur. Aristoteles τὰ πλεῖστα ἢ ἀναιρεῖται πρὸς τὴν ἑβδόμην, διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθεσθαι, ὡς πεισθέντες τότε μᾶλλον τῇ σωτηρίᾳ. Aristophanes in Auibus, ἐς δεκάτην παιδιὰν κληθεὶς ἔπινον ἐν ἄστει, *vocatus ad decimum diem pueri bibebam in astu.* Legatur eo loco Aristophanis Scholiastes. Euripides in Ægeo. τί σε μήτηρ ἐν δεκάτᾳ τόκον ὠνόμασεν; Quid te mater decima die infantem nominauit? Aristophanes, θύων τὴν δεκάτην ταύτης ἐγώ. E

Nundina dea vnde dicta.

Dea nundina à nono nascentium die dicta, qui lustricus dicitur, quo infantes lustrantur, & nomen accipiunt, sed is maribus nonus est, fœminis octauus, vt Macrobius lib. 1. Saturnal. c.16. Phocas vetus Poëta

Insuper his genitor nati dum fata requirit,
Populeam sterili virgam mandauit arenæ,
Altior eminuit cunctis.

Natus si erat vitalis, aut sublatus ab obstetrice, vt auspicaretur rectus esse, Diis coniugalibus Pilumno & Picumno in ædibus lectus sternebatur, ait Varro lib.2. de vita Pop.R.

Nascenti

A Nascenti Dij quatuor præstites, δαίμων, τύχη, ἔρως, ἀνάγκη, *dæmon, fortuna, amor, necessitas*, ait Macrobius lib.1. Satur.c.19. Nascuntur vt plurimum infantes sub auroram, ideo Nonnus in Dionys. ἠὼ λοχείην vocat, auroram quæ partubus præest. Recens nati in Græcia in apio, ἐν σελίνοις, ponebantur, Romæ humi, si vitales erant, tollebantur à parentibus aut patronis. Statius lib.5. Syluar. *Dij quatuor nascentibus præstites, & qui.*

———tellure cadentem
Excepi, fouique sinu.
Lib.2. *Natum protinus, atque humum per ipsam.*
———Primo murmure dulce vagientem,
Blando Calliope sinu recepit.
B Lib.1. *Si me tellure cadentem*
Fouisti gremio.

Suetonius Augusto c. 5. se esse possessorem ac velut ædituum soli, quod primum D. Augustus nascens attigisset. in Nerone c.6. tantum quod exoriente sole, pene vt radiis prius, quàm terra contingeretur. Tertullianus, dum prima etiam constitutio infantis super terram, statim ei Deæ sacrum est. Statinam Deam intelligit, cuius numine sublatus ex terra puellus erigitur, vt rectus esse incipiat. Plinius lib. 7. c. 1. Hominem natum, & in nuda humo natali die abiicit. Natum vincula excipiunt, & omnium membrorum nexus, itaque iacens manibus pedibúsque deuinctis.

Opem Deam rogabant, vt natos propitio sinu exciperet, quod non antea vocem dari putarent, quàm terram attigissent. Consulatur Plinius lib.7.c.14.19. vnde & Dea Leuana. Statius in Epicedio Glauciæ *Terra in natiuitate infantium cur vocari solita.*

C *———raptum sed protinus aluo*
Sustulit exultans, ac prima lucida voce
Astra salutantem, dominus sibi mente dicauit,
Amplexúsque sinu tulit.

Claudianus in Rufinum,
Quem prima meo de matre cadentem
Suscepi gremio.

Terentius Adelphis,
D *Qui in suo gremio positurum puerum dicebat.*

Lactantium lege lib.1. Institu. c.16. Statius Epicedio in filium,
Meus ille meus, tellure cadentem
Excepi, & vinctum genitali carmine foui.

Qui non sublati essent, pro reiiculis habebantur. Terent. Heautontimor.
Mihi magnopere interminatum, si puellam
Parerem, nolle tolli.

Infantes nascentes linteamine excipiebantur. Capitol. De Albino, ita candidus, vt linteamen quo exceptus est vinceret. S. Hiero. ad cap.16. Ezech. tenera infantium corpora pannis inuoluuntur vt & sale siccetur corpus quod pannis ne defluat seruatur, & strin- *Linteamina quibus nascẽtes infantes excepti.*
E gitur ne membra deprauentur. vnde & corpora barbarorum Romanis rectiora sunt, quia vsque ad secundum annum pannis semper inuoluuntur. Pueri sanguinolenti nascuntur. Iuuenal. *Et adhuc à matre rubentem.* C. de iis qui sanguinolentos. Artemidor. lib.1. cap.15. τὸ ἀφ' αἵματος βρέφος ἀποβεβλῆσθαι, *infantum à sanguine eiectum esse.* Proiectitiis suspendebantur crepundia è collo, vnde agnosci possent. Plautus rudente, Bulla aurea est pater, quam dedit mihi natali die. Terentius in Andria, & Heautontim.

Ritum in natali Imperatorum explicat Nicetas lib. 5. Manuel. Cùm Imperatrix partui propinqua esset, disposita est, & adornata purpura, (cubiculum fuisse ostendimus, vbi parerent Imperatrices, quod non vidit VVolfius) ad partum suscipiendum. Cùm autem vrgerent dolores, & in purpura esset domina, aderat & Imperator, intuens & consolans, & dolores eius leuans. τὸ δὲ πλέον τοῦ βλέμματος εἶχε πρὸς τοὺς ἀστέρας, καὶ τὸν καιρὸν καθ' ὃν ἔμελλε τὸ παιδίον τεχθήσεσθαι: *Oculi eius maximè ad astra erant intenti, & tempus, quo infans in lucem ederetur.* Vt infans natus est mas, & scientia Matheseos docuit diuitem fore, & vnigenitum, & *Ritus in natali Imperatorum.*

patriti

patriti imperij ſucceſſorem, Deo grates gratiæ actæ, & ſubditi omnes plauſibus & voluptati indulgebant. Ipſe verò Imperator, vt diem natalem celebriorem redderet, ciues honoratiores vti moris erat, die nominalium ramos geſtantes conuiuiis excepit, & puerum Alexium nominauit. Anna lib. 6. Alexiad. ἐθέλοντες ποί γαρ οὡ τῶπὶ τ̀ παιδίον εἰς τὼ αὐτοκράτορ@ θεωπλὼ ἀναβιβάσαι, ἢ κλῆρον οἷον αὐτῶ τὼ βασιλείων ῥωμαίων καταλιπεῖν εἰς τὼ ἅ θεὸ μεγάλω θεωπλὼ τ̀ θεὸ βαπίσματ@, ἢ τ̀ φέρες αὐτὸ ἀξιῶσι. Constantinus Porphyrogen. Bulgari θεὸς τ̀ ἄρχοντα σερβίας σωτεκνίαν ποιέμβροι ἢ ὁρκῳ βεβαιώσαντες μὴ παθεῖν τι, Bulgari *cum principe Seruiæ per ſuſceptos è ſacro baptiſmatis lauacro filios ſpiritalem affinitatem contraxerunt, & iureiurando firmarunt, ſe nihil durius paſſuros.* Eius affinitatis per ſuſceptos ex ſacro fonte filios ſæpe meminit Phranſes.

CAPVT XIX.

De filiorum Imper. inſtitutione.

Liberi Imperatorum quomodo inſtituti.

IMPERATORVM ac regum liberi non in vmbra & otio, ſed in puluere ac ſole, inter arma, tubarúmque clangores ab ineunte ætate alebantur. Apud Perſas certè cùm filius regi natus eſſet, ait Plato, lib. 1. Alcibiad. publica lætitia, feſtiuitáſque agebatur. Deinceps autem eo viuo, qui primogenitus erat, quotannis regij natales tota Aſia ſacrificiis, ludíſque celebrati ſunt. Alebatur autem non à muliere, ſed ab eunuchis omnium honeſtiſſimis & optimis, qui vt natus infans regia forma eſſet membrorum directione, ac conformatione laborabant. Cùm puer ſeptimum annum attigiſſet, equitare diſcebat, venarique.

Pædagogi quatuor filijs Imperatorum dati.

Anno ætatis 14. pædagogis in diſciplinam traditus, viris quatuor è tota Perſide lectiſſimis, quorum vnus ſapientiſſimus Zoroaſtri Oromazi magiam docebat, qui Deorum cultus dicitur, & muneris regij partes oſtendebat. Alter iuſtiſſimus iuſtitiæ & veritatis documenta tradebat. Tertius continentiſſimus eum ad temperantiam inſtituebat, vt voluptatum imperio duci ſe non pateretur. Quartus *fortiſſimus eum intrepidum faciebat,* ὁ ἢ ἀνδρειότατ@ ἄφοβον, ἢ ἀδεᾶ ποιῶν σκυδάζων, εἴ τι δείσῃ δεῖλον ὄντα, *vt qui ſeruus ſit, ſi aliquo metu percellatur.* Quod idem docet Clemens Alexander lib. 1. pædag. c. 6. οὐκ ἔλαθον ἡμᾶς οἱ παρὰ πέρσαις καλέμβροι παιδαγωγοὶ, ὃς τέτταρας ἀριςίνδην ἐκλέγοντες ἐκ πάντων ἀρίςων τοῖς σφῶν αὐτῶν ἐφίστων παισί. Plutarchus in Artoxerxe *ſacerdotem fuiſſe ait eum, qui magiam docuit Artoxerxem.* ἱερέα ἢ ὁ μαγεύειν διδάξας τὸν ἀρτοξέρξην, ἢ τ̀ νομιζομένης ἐν παισὶν ἀγωγῆς ὕπερθεν ἡγεμόν@. Plato tamen libr. 3. de legib. Cyrum arguit, qui filios ſuos mulierculis educandos tradiderit, ſed opinor ad annum vſque quintum aut ſeptimum.

Inſtitutio Principis Rom.

De Principis Rom. inſtitutione Iulianus orat. prima ad Conſtantium. Nimirum, inquit, tibi regia educatione opus erat, quæ partim corpus ipſum ad firmitatem ac robur, optimúmque habitum ac pulcritudinem conformaret, partim animum ad fortitudinem, iuſticiam, temperantiam, ac prudentiam ſcite compararet. τ̀ μὴ οὡ ὕπνελείας τ̀ θεὶ τὼ ἰσχὺν ἀ τὸ θεὸς τὰς ὑπιδείξεις ἁρμόζων ἤσκησας, ἧκιστα βασιλεῖ πρέπειν ὑπολαβὼν τ̀ τ̀ παλαίστρας καταιλιφότων τὼ θρυλλεμμένω δίξαν: *Igitur quo ad virium exercitationem attinet, non ea vſus es, quæ ad oſtentationem ſolam refertur. Neque enim decantatam illam corporis conſtitutionem, quæ Palæſtritarum propria eſt, regi conſentaneam* eſſe iudicaſti, qui verorum certaminum particeps eſſe debeat. Cùm illa ſomnum breuem, cibum tenuem deſideret, neque ipſum vel copia, vel qualitate, vel vſurpandi tempore cunctis eodem modo definitum. Tu verò parabili cibo ac vulgari contentus eras, cùm per negotia capere liceret. Itaque ad comparandas vires exercitatione opus eſſe putaſti, quæ varia fuit & militaris, *ſaltare in armis, decurrere, equitare,* χορείαν τὼ ἐν ὅπλοις, δρόμον τ̀ ἐν τέτοις, τὼ ἱππικὼ τέχνω, in quibus ſingulis tantum conſequutus es, quantum cæterorum nullus. Ex iis enim alius pedes bonus eſt, malus eques, alius equeſtri ſcientia præditus, pedeſtre ad certamen deſcendere veretur. tibi hoc vni palmare eſt, vt inter equites optimus ſis, & inter pedites robore omnes, & agilitate pedum ſuperes. ἢ ὀβίσκοπα τοξεύειν ἤσκησας, & ſagittas ad ſcopum dirigere didiciſti. Claudianus Panegyr. Honorij tertium conſulis.

Mox

A *Mox vbi firmasti recto vestigia gressu*
Non tibi desidias molles, nec marcida luxu
Otia, nec somnos genitor permisit inertes,
Sed cruda teneras exercuit indole vires.
Frigora sæua pati, grauibus non cedere nimbis,
Æstiuum tolerare iubar, transnare sonoras
Torrentum furias, ascensu vincere montes,
Planiciem cursu, valles & concaua saltu,
Nec non in clypeo vigiles perducere noctes
B *In galea potare niues, nunc spicula cornu.*
Tendere, nunc glandes baleari spargere funda.
Quóque magis nimium pugnæ inflammaret amorem,
Facta tui numerabat aui.

Auson. grat. act.

Cuius vnquam egressus auspicatior fuit, aut incessus modestior, aut habitudo cohibitior, aut familiaris habitus condecentior, aut militaris accinctior. In exercendo corpore quis cursum tam perniciter incitauit? Quis palæstram tam lubricus expediuit? Quis saltum in tam sublime collegit? Nemo abductius iacula contorsit, nemo spicula crebrius iecit, aut certius destinata percussit, &c. Quum idem arcum intenderes, & habenas remitteres, aut
C equum segnius euntem verbere concitares, vel eodem verbere intemperantiam coërceres, consulatur eo loci Ausonius. Spartian. de Adriano. Armis & pilo se semper exercuit. Pilum erat grauissimum. Seneca ep. 88. Maiores nostri rectam iuuentutem exercuerunt hastilia iacere, sudem torquere, equum agitare, arma tractare. Vopisc. de Aureliano, nullum vnquam diem prætermisit quamuis festum, quamuis vacantem, quo non se pilo, & sagittis ceterísque armorum exerceret officiis. Adrianus venatu frequentissimè leonem manu sua occidit. Verus ita infirmus fuit vt scutum solidum iactare non posset. Olim principes scutum quatientes variis motibus exercebantur in campo. Ammian. lib. 21. Iulianus scutum iactabat in campo. lib. 24. clypeum vibrabat.

Sagittæ Gratiani νοῦν ἔχειν dicebantur, quia destinata petebant. Sidonius Carm. 2. *Gratiani Imperatoris fortitudo.*

At postquam primos infans exegerat annos
D *Reptabat super arma patris, quanquam arcta terebat*
Lamina ceruicem, gemina complexus ab vlna
Liuida laxatis intrabat ad oscula cristis.
Ludus erat puero raptas ex hoste sagittas
Festina tractare manu, captósque per arcus
Nunc tremulum tenero iaculum torquere lacerto,
Inque frementis equi dorsum cum pondere conti
Indutas chalybum saltu transferre catenas,
Inuentas agitare feras, & fronde latentes
E *Quærere, deprensas modo claudere cassibus arctis,*
Nunc toto penetrare veru, &c. Non principe nostro
Spicula direxit melius Pythona superstans
Pæan cùm vacua turbatus pene pharetra
Figeret innumeris numerosa volumina telis.

Carm. 7. ———*lactantia primum*
Membra dedit niuibus, glaciémque irrumpere plantis
Iussit, & attritas paruum ridere pruinas
Surgentes animi musis formantur, & illo
Quo Cicerone tonas.

Eusebius l. 4. Constant. τὰ θεοσεβείας αὐτοῖς ἐνίει σπέρματα, θείοις μὲν προάγων μαθήμασι, διδασκά *Constantini Imperatoris virtutes.*

διδασκάλους δ' ἐφιστὰς δόκιμα δεδοκιμασμένους ἄνδρας, καὶ τ' ἔξωθεν ἢ λόγων καθηγητὰς ἑτέρους A
ἤκοντας εἰς ἀκρὸν παιδεύσεως. ἄλλοι πολεμικῶν ἐξήρχον αὐτῆς μαθημάτων; ἕτεροι ἢ πολιτικῶν ὑπη-
γνώμονας αὐτὰς καθίστων; οἱ ἢ νόμων ἐμπείρους ἐργάζοντο. βασιλικὴ δ' ἐκάστῃ τ' παίδων κεκλήρωτο
παιδαγωγία, ὁπλῖται, δορυφόροι σωματοφύλακες, στρατοκόμων τε τάγματα παντοῖα. Constantinus
filijs suis cultus Dei semina instillabat, promouens eos ad diuinas disciplinas, magistris eos tradens, qui pietate probati essent, alios doctores liberalium artium litteris omnibus excultos, alios rei militaris præceptores, quosdam qui ciuilia negotia & leges eis traderent: vnicuique è filijs suus comitatus assignatus, armati, satellites, stipatores, & exercituum ordines omnes.

Theodosij iunioris probati mores.

De Theodosio iuniore Sozomenus lib. 9. ἱππικὴν μὲν ἐν τοῖς ὅπλοις, καὶ τοῖς λόγοις ἄσκησιν
παρὰ τ' ὑπισημόνων ἐξεδιδάσκετο. αἰδοῖ ἢ τὰς προόδους κόσμιος ἦν, καὶ βασιλικὸς παρὰ τ' ἀδελφῆς
ἐρρυθμίζετο: *Equestrem exercitationem in armis, & in sermonibus à peritis docebatur. Soror eius Pulcheria eum formabat ad honestatem, & regiam maiestatem, cùm in publicum procederet.* Videor mi- B
hi audire Persium canentem,

Exigite vt mores teneros seu pollice ducat,
Vt si quis cera vultum facit
Artificémque tuum ducat ceu pollice vultum.

Cymbrorum & Scytharum durior disciplina.

Fuit illa durior disciplina Cimbrorum & Scytharum, de qua Sidon. in Panegyr.

Excipit hic natos glacies, & matris ab aluo
Artus infantum molles nix Cymbrica durat,
Pectore vix alitur quisquam, sed ab vbere raptus
Plus potat per vulnus equum.
Mox pugnam ludunt iaculis, hos suggerit illis C
Nutrix flaua iocos.

In Germania pueri per hyemem fluuios natatu transmittunt. Spartæ infantes rigida aqua lauantur, quod ab Italis factitatum, auctore Virgil. lib. 9. Æneid.

——natos ad flumina primùm
Deferimus, rigidóque gelu duramus & vndis,

Baiuli apud Imperatores qui dicti.

Qui morum Imperatoribus pueris erant rectores, qui præerant educationi, dicti Baiuli quia infantes portarent. Cedrin. in Theodos. Præpositum & patricium Baiulum suum fecit Patriarcham. Moschopulus, παιδαγωγὸς καὶ παιδοτρίβης ὁ λεγόμενος βαΐυλος. Scholiastes Oppiani lib. 1. Halieut. διδάσκαλοι, κολασταί, σωφρονες, ὑπομνηστικοὶ αἰδοῦς καὶ τ' σωφροσύνης. εἰσὶ ἢ D
οἱ λεγόμενοι βαΐυλοι: *Præceptores, castigatores, curatores pudoris & prudentiæ dicuntur Baiuli.* Apud Codinum μέγας βαΐυλος. Milesia 2. Apul. Ego sum Byrrhena illa, cuius forte sæpicule nomen inter tuos frequentatum educatores tenes. Milesio 10. Ad quendam compertæ grauitatis educatorem senem protinus refert. Iustinianus lib. 1. Instit. tit. Qui & ex quibus causis. Pædagogum aut nutricem, aut educatorem, alumnum, alumnamve. παιδίον, παιδίου. Tacitus lib. 1. Annal. Seianum rectorem Druso Tiberius dedit. Vetus Inscriptio rector morum Drusillæ. Sueton. Caligula Lollius comes ac rector Caligulæ. Lupus Abbas ep. 54. Monitores quos Baiulos vulgus appellat. Hincmarus epist. 2. ad Carol. Crass. c. 2. Regibus nostris maturos ac prudentes, atque sobrios Baiulos constituite.

Institutores regij, qui.

Manuel Palæologus præceptis ad Ioannem filium vocat institutores regios, παλαιοτέρους
ἄνδρας θαυμασίους τ' σῶν ἐθῶν διδασκάλους σκοπησαμένῳ εἰς τὸν τ' καλῶν ἄσκησιν. τίς γὰρ πως E
κάλλιον γνοίη πρὸς τὸ ἀγαθὸν χειραγωγῆσαι νεότητα τετανὶ τ' εἰρημένων ἀνδρῶν φρονήσει τε καὶ ὑπο-
σήμῃ, καὶ σωφροσύνῃ, καὶ δίψυχίᾳ, καὶ φιλοτιμίᾳ πρὸς λογικὸν τε καὶ πολιτικὸν μάθησιν τὸ λυσιτελὲς ζη-
τησάντων: *Viros ætate prouectiores, admirabiles, tuorum morum rectores possidere ad ea, quæ sunt honesta indaganda. Quis enim melius sciat manu ducere iuuentutem ad bona, quàm isti viri prudentia, scientia, studio, præclara indole naturæ, industria, inquirentes id, quod conducit ad rationalem & politicam disciplinam. Mihi quidem, qui pater sum, licet libere dicere quod sentio, quæ res plurimum potest, & maximè necessaria est prædotribæ, institutori, doctori, & omnibus adolescentium mores formantibus, cæteris verò non licèt, τὸ γὰρ δὴ μετ' ἐξουσίας εἰπεῖν, ὃ πολλὴν τὴν δύναμιν ἔχει καὶ παιδοτριβῆσαι, καὶ διδασκάλῳ, καὶ παντὶ διορθωμένῳ φύσεις νέων, ἢ πλάθοντι, ἐμοὶ μὲν ἔξεστι πανταχῶς, σοὶ δ' οὐδαμῶς*: dixerat priùs φέροντι ἢ τῇ ψυχῇ παιδείας ἃ φῶλον μέρος ἐμπειρίαν τε τέξον, καὶ θήρας, ἦλθε μὲν σοι παρ' ἡμῶν πρὸς ἅπαν ἑρπετωτικὸν ὑπόθημα τὰ γιγνόμενα οὐδὲν νεὼς ἐκβαίνοντι: *Tibi, quam primum è mare exscendisti, à me præcepta data sunt ad*

omnem

A *omnem militarem disciplinam, cùm iam animo percepisses non minimam institutionis partem, sagittandi & venandi artem.*

Mirificè mihi probatur dictum illud Manuelis palæologi, ὁποίους εἶναί σοι θέλεις τοὺς ὑπό σε τεταγμένους, τοιόσδε δήπουθεν ἔσῃ τῷ τῶν ὅλων αὐτὸς δεσπότῃ. εἰ δὲ μὴ πολλὰ μὲν ὄντως πονήσεις, ὀλίγα δὲ πάντως ἀνύσεις: *Quales tibi vis esse subditos, talem te Deo vniuersi huius Domino præbeto. Alioqui multum laborabis, nec quicquam perficies.* alterum præceptum est, σὲ πρὸ πάντων ἄγειν δεῖ τὴν σε πρὸ πάντων ἄγουσαν ἐκκλησίαν: *Tibi rebus omnibus anteponenda est ecclesia, quæ te quoque cunctis anteponit*, & instar omnium est tibi secundùm Deum. λειμῶνας μὲν ἄνθη κοσμεῖ, καὶ οὐρανὸν ἀστέρων χοροὶ, τὸ δὲ φιλαληθὲς ἄρχοντα. ὦ δὲ φροντίς ἐστιν ἄληκτος, σώζεσθαι λαούς τε καὶ πόλεις, ὅτι κεν κεφαλῇ κατανεύσῃ πιστὸν εἶδος καὶ πολεμίοις: *Flores ornant prata, & cælum chori astrorum, principem studium veritatis.* Ac nauium quidem robur in carina consistit, ædium in B fundamento, *eius autem cui perpetua cura populorum est, & vrbium salus in hoc, vt quicquid adnuerit capite, vel ipsis seruetur hostibus*, quod existimare debeat, ne viuendum quidem sibi violata fide. Alia præcepta ex eodem pete.

Præcepta ad institutionē principum spectantia.

Sed ad institutorem redeamus, Marullus Græculus quidem, & nuperus, sed non vsquequaque ineptus Poëta, libello de institutione principis, post quartum ætatis annum,

Institutio Principum.

Tradendúsque puer iam tum, vitaéque magistro
Spectatæ, & simul eloquij, rerúmque perito,
Qui grauis, & dudum neruoso incoctus honesto.
Hinc arte ingenio, illinc præstantibus actæ
C *Ætatis iuuet exemplis.*
Atque ideo puerum à cœtu, & muliebribus arcent
Illecebris, residésque auertunt pectore curas,
Aut duro illum venatu, castóque labore
Syluarum exercentes.

Plura ex eodem auctore subiicerem, ni Græculus & nuperus esset.

Monitores dicti, qui regunt mores principum. Aurelius Victor in Claudio c.4. Stolidorum ingenia proinde agunt, vt monitores sunt. In Valentiniano, si ei probatis, eruditísque monitoribus vti licuisset. Veteres gloss. magistrum morum vocant, αὐτόνομον. Sed ad censuram id magisterium pertinet. Sueton. in Augusto c.48. Rectorem solitus est ap- D ponere ætate paruis, ac mente lapsis, donec adolescerent aut resipiscerent, ac plurimorum liberos & educauit simul cum suis, & instituit.

Monitores Principum, qui.

CAPVT XX.

De Equo Regio Imperat.

E VT nemini fas in regia sella sedere, ita neque in regio equo, si regiis ephippiis ornatus esset. Purpureis stragulis, auro, gemmis insignes erant equi Imperatorum, imo & consulum, & iam olim virorum principum. Apuleius lib. 10. faleris aureis, fucatis ephippiis, purpureis tapetis, frenis argenteis, pictilibus baltheis, tintinabulis perargutis exornatum equum. Iliad. 4. Homer.

Ornatus equi regij.

ὡς δ' ὅτε τις ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ
μήονις, ἠὲ κάειρα παρήϊον ἔμμεναι ἵππῳ,
κεῖται δ' ἐν θαλάμῳ, πολέες τέ μιν ἠρήσαντο
ἱππῆες φορέειν, βασιλῆϊ δὲ κεῖται ἄγαλμα.

Vt cùm mulier Mæonis, aut Cara ebur sanguineo ostro violauit, vt esset equo antilena, & ad maxillas ornamentum, iacet autem in thalamo, multi equites illud ferre optarunt, sed regi ornamentum seruatur.

Consulum equis insignia fuere consularia. Tacit. lib. 15. Turbatus equus, qui insignia consularia gestabat, retro euasit. Plutarch. Crasso. ἵππος δὲ τῶν στρατηγικῶν ἐπιφανῶς κεκοσμημένος βίᾳ συνεπισπάσας τὴν ἡνίοχον: *Equus consularibus insignibus splendidè ornatus per vim*

Equorū insignia consularia.

abripiens sessorem. Iulius obsequens equum Pansæ phaleratum. Dionys. Halycarn. lib.10. A
ἵππους φαλάροις κεκοσμημένους εὐπρεπέσι. Virgil.3. Æneid.

———ostróque insignis & auro
Stat sonipes, & fræna ferox spumantia mandit.

Statius lib.9. Thebaid.

———equus quem discolor ambit
Tigris, & auratis aduerberat vnguibus armos.

Equorũ regiorum ornamenta.

Supra ostendimus Romanos misisse ad reges equos χρυσοχαλίνους, aurifrenes. Gregoras lib.9. βασιλικοὺς ἵππους μετὰ τῶν ἐρυθρῶν ἐφεστρίδων. Regios equos cum ephippiis purpureis. Hesychio δεῤῥιστὴρ περιδέῤῥαιον ἵππου monile equi. Codic. lib.11. tit.12. Nulli licere in frenis equestribus, sellis & in baltheis margaritas, & smaragdos, & hyacinthinos aptare, aliis autem gemmis frena & sellas, & baltheos priuatis exornare permittimus. Regium equum graphicè pingit Claudian. B

Sanguineo virides morsu vexare smaragdos,
Et Tyrio dignum terga rubere croco,

Item,

O felix sonipes, tanti cui frena mereri
Numinis & sacris licuit seruire lupatis,
Accipe regales cultas, & crine superbus
Erecto virides spumis perfunde smaragdos,
Luxurient tumido gemmata monilia collo, C
Nobilis auratos iam purpura vestiat armos,
Et medium te zona liget variata colorum
Floribus, & castæ manibus sudata serenæ,
Persarum gentile decus.

Virgil. lib.7.

Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis,
Aurea pectoribus demissa monilia pendent,
Tecti auro fuluum mandunt sub dentibus aurum.

Claudian. lib.2. Stilic. D

Spumis fumantem serica frena
Eucherius flectebat equum.

Virgil. lib.8.

Ducunt exsortem Æneæ, quem fulua leonis
Pellis obit totum præfulgens vnguibus aureis.

Claudian. Pan. Hon.4. Cos.

Vtque tuis primùm sonipes calcaribus arsit
Ignescunt patulæ nares, non sentit arenas
Vngula, discussæque iubæ sparguntur in armos,
Turbantur phaleræ, spumosis morsibus aurum E
Fumat, anhelantes exsudant sanguine gemmæ:
Ipse labor, puluisque decet confusáque motu
Cæsaries, vestis radiato murice solem
Combibit, ingento crispatur purpura vento.

Gẽmæ equis Imperatorũ adaptatæ.

Codinus equos Imperatorum ornatos gemmis ad collum & pone sellam ait, χαιώματα ἐπάνω τῶν σκαπουλίων ὄπισθεν τῆς σέλλας ἐκ μαργάρων καὶ λίθων συγκείμενα. Ornamenta illa dicuntur χαιώματα, quia humeris hærent & collo, χεῖν ὤμους. Idem, ἔθος ἐστὶ καθ' ἑκάστην ἑτοίμους εἶναι ἵππους ἑπτὰ οἳ καὶ καλοῦνται στρώσια, ἐκδεχομένους τὸν βασιλέα καβαλλικεῦσαι οἷον ἂν ἐκ τούτων βούλοιτο. οἱ δὲ λοιποὶ ἀκολουθοῦσι οἳ καὶ καλοῦνται συρτὰ, *moris est, vt cottidie septem equi sternantur, quæ dicta Strofia, excepturi Imperatorem, quemcumque conscendere velit, cæteri sequuntur: dicta Syrta,* ἀπὸ τοῦ σύρεσθαι, quia trahuntur habenis. Quem morem à Theophilo Imperatore ortum docet

docet Codinus. ὑδρασυρτάριοι famuli dicti, qui equos illos circumducebant. Nicephorus ὑδρασυρτάτους. ὑδραδρομ. πολ. cap. 11. ἀναλαμβανέως τὸν λαὸν ἀπὸ τὴς ὑδρασυρτάτας.

Senescente imperio equis imperatoriis circum talos tibialia rubra alligabantur, quas metaxas rubras vocat Codinus. μικρὸν δ' ἀνωθεν τῶν ἀσραγάλων ὑποδεδεμένας μεταξας ἐρυθρὰς, ἃς ὀνομάζουσι τήβια. Achmes c.244. τήβια νέα, σκέπτρῳ τῶν σκελῶν interpretatur, tibialia noua, tegimen crurum. Idem c.268. discrimen ponit inter τήβια & ὑποδήματα. Plautus in Querulo tubulos vocat. Omnino tubia ista sunt soleæ, quas inducebant equis. *Tibialia equis Imperatorum alligata.*

Plinius lib.33. c.11. Iumentis suis soleas aureas induebat Poppæa. Catullus, *Soleæ aureæ equorũ Imperatorum.*

Et supinum animum in graui derelinquere cœno
Ferream vt soleam tenaci in voragine mula.

B Artemidorus ἔδοξέ τις ὑποδήματα ἵππῳ ὑποδεδέσθαι, *visus est quispiam sibi soleis equi subligatum esse.* veter.gloss. χαλινάεια & ἐναέια, σαγμάτια, ὑποδήματα, κεντὰ χόρτου, *frena asselli, sella, soleæ, hordeum, fœnum*, Pollux. Xiphilin. in Nerone τὰς ἡμιόνους σαφρὰ ὑπέχουσι ὑποδεδέσθαι. Poppæam *mulis soleas inauratas induxisse.* Claudianus

Ipsa manu volucres ostro texebat & auro,
Frænáque, quæ volucrem Xanthum, Balióque decerent,
Æquore quæsitis onerabat sedula gemmis.

Olim non habuere ἀναβολὰς, seu ἀναβολέας, staphas, & stapedas vulgo dicunt, vel à stratoribus in equum efferebantur, vel ipsi insiliebant, Plutarch. Crasso, καὶ οἱ ἀναβολεῖς αὐτὸν ὑπέμενοι παρεβίβασαν, *Stratores eum in equum sustulerunt.* Euagrius lib.3. c.24. Theodoricus Gotthus ἀναβολῆ οὐκ εἰωθὼς χρῆσθαι τῷ ἵππῳ προσήλατο, *non solitus vti stapede aut stratore, in* C *equum insiluit.* P.Diaconus lib.17. Imperatoris equus, qui aureo erat circumdatus ornatu. Claudianus de zona equi Arcadij, *Staphas vel stapedas antiqui in equis non habebant.*

Dúmque auro phaleræ, gemmis dum frena renident,
Hac vterum zona cinge frementis equi.
Stamine resplendens, & mira textilis arte
Baltheus alipedis regia terga ligat.

Spartianus stratorem vocat in Caracalla, Auctor vitæ S.Cypriani, equistratores. Anna lib.1. Alexiad. τὸ ἱππόκομον τῆς βρυεννίκ ἵππου ὑπεσυρμένον τῇ τε ἀλουργῷ ἐφεστρίδι κεκοσμημένον, καὶ καθεζόμενα τὰ φάλαρα ἔχοντα: *Equisonem Bryennij equum trahentem sella purpurea ornatum, & inauratis phaleris.* Nicetas lib.2. Andron. ἵπποι χρυσοφάλαροι βασιλικοί. lib.3. Isaaci, καὶ φά- D λαρα ὑξυβαφῆ αὐτῷ ἐνέδωκεν ἔχων, καὶ ἐφεστρίδα τοιαύτῃ ἐν τῷ ἱππόδρῳ κεκτῆσθαι. Isaacius Theodoro auunculo phaleras rubras habere permisit (lego ἔχειν ὑξυβαφῆ rubro tinctas interpretor,) & sellam coccinam inter equitandum possidere. ἐφεστρίδα sellam, vel ephippia equi, quanquam sagulum plerumque significat, & chlamydem. Lib.1. Alexij, ὁ μὲν ἵππος προσάγεται ὑπὸ δὲ παραστράτορος ὑπὸ τὴν χαλινὸν ἑλκυσθείς, *equus adducitur, quem habena protostrator trahebat.* Sapor quandiu vixit, incuruato Valeriano pedem ceruicibus imponens equum conscendere solitus erat, ait Diaconus. Xenophon lib. de institut. Cyri, ἵππον χρυσοχάλινον, καὶ φιάλια, καὶ ἀκινάκια χρυσοῦν, καὶ στολὴν περσικὴν munera reges Persarum amicis donant τίμια. Iulianus tertia orat. ἐπὶ τὴν ἵππων νισυῶν κάλλη, καὶ χρυσοκολλήτων ἁρμάτων ἀστράπτειν αἴγλην vocat. *Equistratores & equisones, qui.*

Moris Constantinopoli fuit, vt Imperator electo Patriarchæ pedum aureum lapillis & E margaritis distinctum, & electum equum de regis stabulo, sella & phaleris, regificè & sumptuosè ornatum, albo & aureo ephippio tectum donaret, & Patriarcha illi insidens è palatio toto procerum collegio stipante cum faustis acclamationibus in patriarchium reuerteretur, ait Phranz. lib.3. c.19. Pontifex Rom. equitabat cum ephippio gemmis insigni vt Imperatores, ait Balsamon lib.de Priuileg. Rom. Pontif. καὶ καβαλλικεύῃ μὴ ἀληθινῷ σελοχαλίνῳ καὶ τοῖς βασιλεῦσι. Idem ἀληθινὰ πέδιλα vocat κοκκοβαφῆ, *calceos cocco tinctos.* Idem in Donat.Constant. magni καὶ τὰ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων, *& ornamenta regiorum equorum.* θεωρίζομεν καὶ τοῦτο ἵνα οἱ πλεικοὶ τῆς ἁγίας ῥωμαίων ἐκκλησίας καβαλλικεύωσιν ἄλογα κεκοσμημένα δὲ ὀθονίων λευκῶν: *Decernimus & hoc, vt clerici eiusdem sanctæ ecclesiæ mappulis & linteaminibus*, id est, *candidissimo colore decoratos equos inequitent*, vt Ado & Hincmarus: Anastasius in Conone Papa, Constantinum Diaconum rectorem in patrimonio Siciliæ constituit, sed & mappulo ei ad caballicandum vti licentiam concessit. Mappulum vocat mappam albam, seu linteamen. Idem in Constantino. Pontifex *Equus regificè & sumptuosè ornatus ab Imperatore Cõstantinopolitano electo Patriarchæ donari solitus.*

autem & eius primates cum sellaribus imperialibus, sellis & frenis inauratis, simul & mappulis ingressi sunt ciuitatem. Auctor visionis S. VVelini Augiensis c. 12. & equis linteaminum subtilitate candentibus. Strabus c. 21. A

Et lini obsequitur candentia fila caballus
Plurimus, hunc ornat species fulgentis habenæ.

Balsamon in Donatione Constantini, ἡμεῖς δὲ διότι οὐκ ἤθελεν ὁ ἅγιος σίλβεστρος ἐκ χρυσίου στεφάνην τὸν ὑπέρλαμπρον λῶρον τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ αὐτοῦ ἰδίαις χερσὶν ἐπεθήκομεν, καὶ κρατοῦντες τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου αὐτοῦ στράτορος ὀφφίκιον ἐποιήσαμεν: *Nos autem, quia sanctus Syluester auream coronam repudiauit, Phrygium candido nitore splendidum eius sanctissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenentes frenum equi ipsius stratoris officium exhibuimus.*

Francorum reges Papā magnis honoribus prosequuti.

De Pipino certè Francorum rege, sub quo beatissimi Papæ auctoritas ad hanc amplitudinem, in qua hodiéque est, merito euecta est, verius scribunt Iuo Carnotensis & Anastasius, Rex descendens de equo suo cum magna humilitate terræ prostratus eundem suscepit Pontificem, cui & vice stratoris vsque in aliquantulum locum iuxta eius sellam properauit, & cum gloria ad palatium duxit. Anastasius in Nicolao de Ludouico secundo. Augustus obuius in aduentum eius occurrit, frænúmque Cæsar equi Pontificis suis manibus adprehendens pedestri more, quantum sagittæ ictus extenditur traxit. Hermoldus lib. 1. c. 81. veniente Domino Hadriano in castra rex festinus occurrit, & descendenti de equo tenuit strepam, duxítque per manum eum in tentorium. Cùm dextram deberet tenere, strepam tenuit sinistram. Liber 1. Cerimoniarum Rom. eccles. sect. 5. c. 4. Cæsar tradito sceptro, & pomo vni ex suis præuenit ad equum Pontificis, & tenet stapham quoad Pontifex equum adscenderit, & deinde accepto equi fræno, per aliquot passus ducit equum Pontificis. Glossæ Isidori Phrygium de quo superius egimus, interpretantur mitram. Balsamo Meleta de officio chartularij χρυσόπαστον λῶρον. μετὰ χρυσοπάστου λώρου τὸν τοῦ ἁγίου σιλβέστρου κεφαλὴν καὶ τὸν μετ' αὐτῶν ἀρχιερέων τῆς ῥώμης κατακαλλύνεσθαι. Sed extra plantam euagamur. B C

Hermogeniani, palmati, & canonici Imperatorum equi.

Inter equos Imp. fuere Hermogeniani, & palmati, quos, si quis occupasset, pro singulis singulas auri libras soluebat, pro aliis sex auri vncias. Erant enim alij etiam greges, vt Imperatores Arcadius, & Honorius A A. Cæsario P. P. scribunt, C. Theod. de grege Dominio. Erant & equi canonici, pro quibus in singulos bini solidi comitibus stabuli pro sportulis dabantur, ipsi equi vicenis & ternis solidis adærabantur. l. 1. l. 3. C. Theodos. de equor. collat. Exigebantur illi equi à colonis & obnoxiis, l. 2. dicuntur illi equi curatoritio nomine flagitari. forte procuratoritio. quia lege prima dixerat, fraude procuratorum equos ipsos pro vicenis & ternis solidis offerri. l. 1. C. Theod. de equis cur. Palmatis & Hermogenis equos (lego, Hermogenianis equis) ex horreis fiscalibus alimoniam præberi decreuimus. Ibidem erant equi Hispani sanguinis. Ibidem, Græcorum equorum nomina mutari vetantur. D

Curatoricij & curules Imperatorū equi.

Equos curatoricios commemorat Arcadius l. 29. C. Theod. de Annona & trib. Sunt illi quidem curules, sed tamen à procuratoribus potius, quàm à cursu eos dictos putem. Curules dicuntur l. 3 de spectac. exceptis senatoribus atque honoratis, sed & his, qui prouincias administrant, veteranis etiam, qui sub armis militia functi sunt, cæteris equos alere nefas. l. 1. C. Theod. quibus equor. vsus. Interdum equi prouincialibus indicebantur, l. 15. C. Theod. de proximis comitib. disposit.

CAPVT XXI. E

De Stratoribus.

Protostratores, Statores vel Stratores, qui, & eorum officium.

STRATORES dici ostendimus ἀναβολεῖς, Paulin. in Eucharistico

Vt mihi pulcher equus, falerisque ornatior esset,
Strator procerus.

Metellus in Quirinalibus,

Stratores vt equos parent.

Statores alij appellant. Zonaras tom. 3. pag. 119. πρωτοστράτωρ τοῦ βασιλέως. Codinus πρωτοστράτωρ, vel πρωτοστάτωρ, διὰ τὸ προηγεῖσθαι παντὸς αὐτοῦ τοῦ στρατοῦ, *qui præeat vniuerso exercitui*, & cursores defendat, id est, milites nulli ordini adscriptos

in co

A in codice scripto, προτοστράτωρ τοῦ μεγάλου δομεστίκου ἀπόντος φέρει τὴν βασιλέως σπάθην, *Protostrator, absente magno Domestico, fert principis ensem.* Stratores in officio Præsidis aut Proconsulis equum fræno tenent, & conscendenti magistratui opem ferunt, equos militares probant, qui à prouincialibus conferuntur, C. de stratoribus. A stratoribus vnus tantum solidus probæ nomine exigitur, in offerendis equis certam formam, staturam, ætatem prouinciales custodiunt, lib. 6. C. Theodos. tit. 33. Ammianus lib. 29. Constantinus strator paucos militares equos ausus mutare ex his, ad quos probandos missus est in Sardiniam. Manil. lib. 5. Aut onerabit equos armis, aut ducet in arma, id est strator erit, ἀναβολεύς, equistrator. Zonaras tomo 3. p. 132. τοῖς ἰδίοις ἱπποκόμοις τοῦτον ὑπέστησε προτοστράτωρα. Proprij equi sonibus eum præfecit, protostratorem vocant, quæ dignitas illustris & familiarium ac affinium regis, anteponebatur Præfecto cubiculi. ἡ δὲ ἀξία τοῦ ἐπισήμων, καὶ τοῦ οἰκειωμένων
B τῷ βασιλεῖ ἤδη δὲ καὶ παρακοιμωμένῳ προεβάλετο.

Protostrator Gallis dictus Mareschallus, vt scribit Nicetas in Balduino Flandro. Μαρίσκαλκος ἦν τὸ ἀξίωμα ἀνήρ. δηλοῖ δὲ καθ' ἕλληνας ἡ φωνὴ προτοστράτωρα. Spartianus in Caracalla, cùm eum in equum strator eius leuaret. Diaconus lib. 20. Rufus primus stratorum obsequij pone auream portam intrauit. Idem meminit Domestici stratorum, Theophylactum protospatharium, & primum imperialium stratorum fuisse ait. in vet gloss. à stratura. στρατορίκιον, locus editior, è quo strator principem in equum subleuabat. apud Codinum. στρατούρια ἀλόγων σάγματα, *stragulæ vestes* in Lexico Cyrilli. Vetus Inscriptio βασιλείου στράτωρος, καὶ δρουγγαρίου γεγονότος. VVarnefridus lib. 4. cap. 27. de gestis Langobard. A Foca, qui fuit strator Prisci patricij, occiditur. Ioannes Curopalates in Theophilo, προτοστράτωρα interpretatur, ἱπποκόμων πρῶτον. Codinus, ὅτε οὖν ὁ βασιλεὺς μέλλει τὸν ἵππον ἐπιβήσεσθαι,
C ὁ προτοστράτωρ ἀπὸ τοῦ χαλίνου λαβὼν σύρει τὸν ἵππον μεχρὶ τοῦ τετάρτου ἢ πέμπτου τῆς παλατίου αὐλῆς μέρους. Cùm princeps equum inscensurus est, protostrator equum freno arrepto trahit vsque ad quintam ab aula partem.

Marescallus apud Gallos idem quod Romanis Protostrator.

CAPVT XXII.

De Carruca aurea Imperatoris.

D CARPENTO vsi Imperatores, vt Ammianus in Constantio, carpento vsi Præf. Præt. & Præf. vrbi, carrucis vsi vulgo viri honorati, carruca imperatoria aurea fuit. Paulus Diaconus lib. 23. Paschalis festiuitatis secunda feria processit Irene à sanctis Apostolis in curru aureo vecta, qui quatuor albis equis trahebatur, & à quatuor patriciis tenebatur, Bardanio videlicet Prætore Tracesiorum, Sisinnio Prætore Thraciæ, Niceta Domestico scholarum, & Constantino Boyla iactans liberaliter Hypatiam. Idem lib. 17. Phocas introiuit in regalia super imperialem sedens carrucam. Simocata libr. 8. ἁρμαμάξην βασιλικὴν vocat, cui insidens Phocas iniit in vrbem. Idem postea τέτριππον λευκὴν, *quadrigas albas* appellat, quibus vsi triumphantes olim, postea Imperatores, vt laureatos fasces, ita & currus triumphales vsurparunt.

Carpentorũ vsus apud Roman. Imperatores.

Quadriiugi currus & albentium equorum meminit Plinius in Paneg. Ante principes
E fastidio nostri, & quodam æqualitatis metu vsum pedum amiserant. Illos ergo humeri ceruicesq; seruorum super ora nostra, te gloria, te ciuium pietas super ipsos principes vehunt. Nam priores inuehi, & importari solebant, non dico quadriiugo curru, & albentibus equis, sed humeris hominum, quod arrogantius erat. Cùm Imperator Romam iniret, ante currum eius procedebat senatus. Claudian. Panegyr. Honor. 6. Cos.

Quadriiugi Imperatorũ currus.

——— moderatáque laudant
Tempora, quod clemens aditu, quo tempore solus
Romanos vetuit currum præcedere patres.

Igitur ante Honorium senatus viam præibat principi curru vecto. Ibidem Honorius eodem curru cum Stilichone vectus dicitur,

Tum tibi magnorum mercem fortuna laborum
Persoluit Stilicho, curru cùm vectus eodem

Vrbe triumphantem generum florente iuuenta
Conspiceres.

Lamprid. de Alexand. Seuer. Præsides prouinciarum, quos vere non factionibus laudari comperit in itineribus secum semper in vehiculo habuit. Sueton. de Augusto, nunquam iter fecit nisi vt vehiculo nepotes anteirent, Eginhartus in vita Caroli magni, quocunque eundum erat carpento ibat, quod bubus iunctis & bubulco rustico more agente trahebatur. Symmachus lib. 10. epistol. 33. faciendæ carrucæ impendium de sacro ærario decretum est.

Carrucæ gemmeæ Imperatorum.

Carrucas gemmeas commemorat Metellus in Quirinalibus, sed eas non de carrucis Imperatoriis, verùm de quadrigis agitatorum in circo exaudio,

Ioant in theatrum data
Auro largiflui munera Cæsaris,
Carrucas ibi gemmeas
Thraces regis equis abripiunt feri.
Jt cælo populi fremor,
Solem nube tegit puluis olympicus
Sudant cornipedes citi
Ardent ire rotæ pondere stridulæ.

Ista omnino ad circum pertinent.

Turriti elephantes.

Quæ sequuntur de turritis elephantis, sub Decio in circum eos veniſſe non puto.

Turmas belligeras vehit
Turri dispositas indica bellua.
Castris mobilibus fuit
Innox pugna diu, percita bestijs,
Quas cursus vice præpetes
Certarunt pedites vincere velites.
Illæ sed celeres ruunt
Acres horridulo gutture barriunt.
Hostes ore truci petunt,
Et proboscidibus proxima verberant,
Quis nomen vetus hoc erat
Lucas nosse boues plebs auet vrbica.
Hos lucanica primitus.
Vrbi victa dedit sub duce nobili,
Tandem Græcia subdita
Nomen dans animal fert elephanteum.

CAPVT XXIII.

De Villa Imperatoris.

Renuntiati Imperatores statim in villam excurrebant.

IMPERATORES, vt primum renuntiati erant, in villam excurrebant otio & voluptati operaturi, & ibi 30. diebus vindemiabant, vt Rhegino in Chron. lib. 1. Greg. Turon. in histor. Franc. Tiberius Imperator creatus procedens ad villam, vt iuxta ritum imperialem triginta diebus iocundaretur ad vindemiam. Qui mos ab antiquo fluxit. Tacit. lib. 11. vt Messalina non alias solutior luxu, adulto autumno simulacrum vindemiæ per domum celebrabat, vrgeri præla, fluere lacus, & fœminæ pellibus accinctæ assultabant, vt sacrificantes & insanientes bachæ, ipsa crine fluxo thyrsum quatiens, iuxtáque Silius hedera vinctus gerere cothurnos, iacere caput, strepenti circum procaci choro. Ferunt vectium Valentem lasciuia in prælaltam arborem

A rem conniſum interrogantibus quid aſpiceret, reſpondiſſe tempeſtatem ad oſtia atrocem.

Menſe Octobri vindemiæ, ſacrum liberi, vt eſt in veteri Hemerologio, forte fuere ſacra liberi, quæ Iulius C. primus celebrauit, vt Seruius ad hæc Virgil.

Vindemiarũ feſtum ab Imperatoribus celebratum.

Daphnis & Armenias curru ſubiungere tigres
Inſtituit.

Hoc, inquit, aperte ad Cæſarem pertinet, quem conſtat primum ſacra liberi patris tranſtuliſſe Romam. Lamprid. Halagabalo, cùm ad vindemiam vocaſſet amicos nobiles, & ad corbes ſediſſet, grauiſſimum quemque percontari cœpit, an eſſet promptus in Venerem, &c. Vere liberam vindemiam eſſe, quam ſic celebrarent. Lipſius Liberi vindemiam reponit, parum commode. Ferunt multi, ait Lamprid. ab ipſo primùm repertum,

B vt in vindemiarum feſto multa in dominos iocularia & audientibus dominis dicerentur. Feſtum οἰνομάτων dictum, de quo Plinius in epiſt. D. D. Cyprian. & Ambroſ. Capitol. in M. Antonino, vindemias priuato modo cum amicis agebat. P. Diaconus lib. 3. de geſt. Langobard. cap. 6. legendus.

IVLII



IVLII CÆSARIS

BVLENGERI

LODVNENSIS,

DOCTORIS THEOLOGI,

ET IN ACADEMIA

Pisana Professoris,

LIBRI NOVEM:

Quorum octo de Dignitatibus & Officiis vtriusque Imperij Orientis & Occidentis seruato Imperatorum, à quibus officia quæque instituta sunt, ordine, dilucidè tractant.

Postremo verò libro Vectigalia vtriusque Imperij omnia doctè subducuntur.

Accessere De Officiis regni Galliæ, tum magnæ Ecclesiæ Constantinopoleos Appendices duæ, non illaudabiles.



LVGDVNI,

Apud Hæredes Gulielmi Rouillij.

M. DC. XVIII.

CVM LICENTIA ET PRIVILEGIO.



Apud Hæredes Gulielmi Rouillij.

CVM LICENTIA ET PRIVILEGIO.

ILLVSTRISS. PRINCIPI,

CAROLO MEDICES,

REVERENDISS. S. R.

ECCLESIÆ CARDINALI

IVL. CÆS. BVLENGERVS

S. P. D.

SCRIPSERAM *superioribus annis*, Illustriſs. Cardinalis, *paulò ante quàm in Hetruriam venirem, tres Libros de Imperatoris Romani titulis, & eos Coſmo II. Medices Sereniſſimo magno Hetruriæ Duci fratri tuo, cuius vocatu in Italiam veniebam, inſcripſeram; qui Libri tam præcipiti negotiatione per Europam diſperſi ſunt, vt iam apud Typographos nulli reperiantur. In Hetruriam poſtquam veni, nouem Libros de Dignitatibus & Officijs vtriuſque Imperij, occidentis, & orientis, ſcripſi, ſeruato Imperatorum à quibus officia quæq; inſtituta ſunt, ordine. Ex veteribus inſcriptionibus plæraq; recenſui, & poſtremo libro vectigalia vtriuſque Imperij omnia ſubduxi, quæ tibi literarum maximè ſtudioſo, & plurimum ſcienti, do, dico, & qua es humanitate, munus acceptum fore non dubito. Multa ex Notitia Imperij Romani hauſi, multa ex Caſſiodoro, Symmacho, Sidonio, Codino; plurima ex Codicibus Theodoſij, & Iuſtiniani; plæraq; ex Conſtantino Porphyrogenneto, & alijs cum Græcis, tum Latinis auctoribus: de eodem argumento ſcripſere & alij noſtra ætate, in primis Pancirolius, qui Notitiam Imperij Romani doctis commentarijs illuſtrauit. Sed quominus res ei ex animi ſententia ſuccederet, multa in cauſa fuerunt; in primis literarum Græcarum ignoratio, ſine quibus ſcriptio hæc procedere non poteſt, cum ex Dione, Herodiano, Zoſimo, Euſebio, Socrate, Theodorito, & alijs tum veteribus, tum recentioribus Græcis plæraq; petenda ſint. Diligenter ea, quæ ex Codice Iuſtiniani ſumi poſſunt, perſecutus eſt, quanquam in quibuſdam eſt allucinatus. Omnes quæcunque toto terrarum orbe dignitates hodie vſurpantur, aut inſtituuntur, ex vtriuſque Imperij notitia velut perenni fonte deriuatæ ſunt. Nullum vnquam imperium eo ſplendidius, aut illuſtrius fuit, ſiue amplitudinem prouinciarum, quas Romani ſub leges ſuas miſere, ſpectes, ſiue magiſtratuum ciuilium, ac militarium numerum, ſiue legionum, turmarum, ala-*

rum,cohortium, auxiliorum copias, siue ipsa vectigalia, quæ tam incredibilia fuere, vt centum quinquaginta auri milliones annui reditus, & amplius, reficerent. Splendor ille imperij ad Theodosium vsque superiorem perseuerauit. Ex eo difluere,ac dilabi cœpit,cum alia ex parte Franci in Gallias,alia Gotthi in Thraciam,deinde in ipsam Italiam irrumperent : mansere tamen sub Gotthis in Italia vetera Dignitatum,& Officiorum nomina,quæ sensim sub Langobardis, deinde sub Carolo Magno, & Imperatoribus Germanis vel exoleuerunt,vel summutata sunt. In Imperio occidentis sub Heraclio Saracenis, Mahomete duce,ex Arabia in orbem exundantibus,magna rerum inclinatio facta est, à quibus Persis, Babylonia, Ægyptus, Africa, Hispania, & aliæ Prouinciæ vastatæ sunt,& nomina Dignitatum,& Officiorum immutata,vel penitus sublata. Tandem sub Comnenis, Lascaribus, Palæologis, cum res imperij plurimum accisæ essent, nouæ, & eximiæ in speciem Dignitates repertæ sunt, sed quò nomina splendidiora erant,eò res ipsæ deteriùs procedebant. Hoc ego argumentum octo libris complexus sum,quos tibi, Cardinalis illustrissime, dico, vt sub tuo nomine in manus hominum veniant. Debent literæ Serenissimæ Genti tuæ quod viuunt,& spirant,quas iacentes ante centum & quinquaginta annos Gentiles tui vltro erexerunt, & amico sinu fouerunt. In ea Gente est benignus ille propitiæ fortunæ sinus,& ipsa pene dixerim liberalitatis præcordia,quibus eruditi omnes animantur. Pergite porro, Serenissimi Principes de literis, & literatis optimè mereri, Tuque, Cardinalis illustrissime, cuius alta indoles artibus honestis copiosa pleno gradu ad clarissima quæq; consurgit, macte virtute, & meum, qualiscunque est, ad rem literariam illustrandam conatum, benigna fauoris tui aura prosequere.

INDEX

INDEX CAPITVM
LIBRI PRIMI.

Cap. I. De varia Magistrat. Rom. origine. 281
II. De offic. Domestic. ex veteri inscriptione. 282
III. De Offic.militarib. 283
IV. De Offic.publicis. 284
V. De Magistr.maior.ordin. 287
VI. De Magistratib.maior.extra ordinem. 287
VII. De Magistratibus minoribus ordinarijs. 288
VIII. De Magistr.min.extra ord. ibid.
IX. De Magistr.prouincialib. 289.
X. De Magistratibus quorum obscura origo. ibid.
XI. Descriptio prouinciarum ab Augusto & Hadriano. ibid.
XII. Descriptio Magistratuum & prouinciarum à Constantino magno. 290
XIII. Descriptio Magistratuum & prouinciarum imperij occidentalis post Constantin.mag.291
XIV. Spectabiles Palatinæ dignitates. 292
XV. Spectabiles prouinciarum Magistratus. 293
XVI. Dignitates imperij Constantinopolitani sub postremis Imperatoribus ex Codino & alijs. 293

INDEX CAPITVM
LIBRI SECVNDI.

Cap. I. De Diœcesibus. 295
II. De Prouincijs. 296
III. De Magistratibus in genere.304
IV. De Metropoleon matrice Roma. 305
V. De Titulis & elogijs vrbis Rom. 312
VI. De Donatione Constantini magni. 317
VII. De Romæ virtutibus ac vitijs. 320
VIII. De noua Roma seu Constantinopoli. 324
IX. De alijs metropolib.imperij. 334
X. De Comitijs. 335
XI. De Codicillis. 337
XII. De Probatorijs. 338
XIII. De Laterculo, notitia, breuiario in quo nomina Magistratus. 339
XIV. De Insignib.magistratuum. 341
XV. De Mandatis. 342
XVI. De Honorarijs dignitatibus. 343
XVII. De Vacantibus. ibid.
XVIII. De Egregijs. ibid.
XIX. De Clarissimis. 344
XX. De Spectabilibus. 347
XXI. De Illustribus. ibid.
XXII. De Perfectissimis. 350
XXIII. De Illustribus ex Notitia. ibid.
XXIV. De Salario Magistratuum. 351

INDEX CAPITVM
LIBRI TERTII.

Cap. I. De Patricijs. 353
II. De Præfecto Prætorio.355
III. De Tribunali,carpento & gladio Præfect. 362
IV. De 4. Præfectis Præt. sub Constantino. 365
V. De Legionibus, fœderatis & soc. 368
VI. De Scholis & candidatis. 370
VII. De Socijs & fœderatis. 372
VIII. De Limitibus imperij & clusuris. 375
IX. De ijsdem. 377
X. De Senatu Romano. 380
XI. De Præfecto vrbi. 386
XII. De Magistris militum. 391
XIII. De Præposito sacri cubiculi. 393
XIV. De Magistro officiorum. 395
XV. De Quæstoribus. 397
XVI. De Comite largitionum. 400
XVII. De Comite priuatarum. 403
XVIII. De Comite sacri patrimonij. 406
XIX. De Procuratoribus Cæsaris. 407
XX. De Procuratoribus rei priuatæ. 409
XXI. De Rationalibus. ibid.
XXII. De Logistis & Logothetis, &c. 411
XXIII. De Ærarijs populi Rom. 413
XXIV. De Præfectis ærarij. 416
XXV. De Actoribus. 417
XXVI. De Fisco. 410
XXVII. De Massa fiscali. 423
XXVIII. De Rectorib.prouinc.tributa curantib. ibid.
XXIX. De Discussoribus. 424
XXX. De Thesaurensibus. 425
XXXI. De Primipilo. ibid.
XXXII. De Comitibus Domesticorũ, Tribunis, Primicerijs. 426
XXXIII. De Prætorianis & vrbanis cohortibus. 428
XXXIV. De Speculatoribus. 429
XXXV. De Germanis, Anglis, &c. 430
XXXVI. De Excubitoribus & alijs stipatoribus. 431
XXXVII. De Protectoribus. 433
XXXVIII. De Domesticis & stipatoribus. 434
XXXIX. De Armigeris. ibid.

INDEX CAPITVM
LIBRI QVARTI.

Cap. I. De Primicerio cubiculi. 440
II. De Viro spectabili Castrensi. 441
III. De Primicerio singularium. ibid.
IV. De Primicerio Notariorum. 442
V. De Notarijs & Librarijs. ibid.
VI. De Numerarijs. 446
VII. De Tabularijs. 447
VIII. De Tabellionibus. 448
IX. De Tabulario vbi chartæ erant. 449
X. De Carthularijs & Deputatis. 450
XI. De Magistris 4. scriniorum. 451
XII. De Scriniarijs. ibid.
XIII. De Memoriali. 454
XIV. De Epistularibus Imperatorum. 455
XV. De Latinis epistolis. 457
XVI. De Supplicibus libellis. 458
XVII. De Scrinio dispositionum. 459
XVIII. De Referendarijs. 460
XIX. De Regerendario. ibid.
XX. De Exceptoribus. 461
XXI. De Responsis Principum, Responsalibus seu Apocrisiarijs, & Oratoribus. 461

XXII. De Legatis & oratorib. 464
XXIII. De Nuntijs. 466
XXIV. De Comitibus. 470
XXV. De Comite orientis. 471
XXVI. De Comite rei militaris. 472
XXVII. De Comitibus primi, secundi, tertij ordinis. 473
XXVIII. De Comite sacri stabuli. 473
XXIX. De Comite Scholarum. 474
XXX. De alijs Comitibus. 476
XXXI. De Præfecto Ægypti. 478
XXXII. De Vicarijs. 480
XXXIII. De Ducibus. 484
XXXV. De Drungarijs & Drungis. 487
XXXVI. De Turma & bandis. 488
XXXVII. De Consularibus. 489
XXXVIII. De Correctoribus. 492
XXXIX. De Præsidibus. 493
XL. De Clamyde Rectorum prouinciæ. 495

INDEX CAPITVM LIBRI QVINTI.

Cap. I. DE Prætoribus. 497
II. De Moderatore. 499
III. De Legatis. 500
IV. De Præfecto legionis & Præfecto limitis & tribunis. 501
V. De Laborum Præpositis. 503
VI. De Præpositis. 504
VII. De Principe Iuuentutis. 505
VIII. De Portibus centenarijs. ibid.
IX. De Pocillatore. ibid.
X. De Præfecto Vigilum. ibid.
XI. De Præfecto Vigilum. ibid.
XII. De Præfecto Castrorum. 506
XIII. De Præfecto frumenti diuidendi. 507
XIV. De Præfectis. ibid.
XV. De Præfecto Latinarum. ibi.
XVI. De alijs Præfectis. ibid.
XVII. De Curatoribus viarum & vicorum. 508
XVIII. De Curatore Tiberis & cloacarum. 511
XIX. De Curatoribus alijs. 512
XX. De Comite Formarum. ibid.
XXI. De Castellis. 516
XXII. De Curatoribus vrbium & aliarum rerum. 518
XXIII. De Iudicibus & sceptro. 519
XXIV. De Imperatore indicate. 522
XXV. De Centumviris. 523
XXVI. De Decemviris. 524
XXVII. De Iudicibus rerum capitalium. ibid.
XXVIII. De Quinquennijs. 525
XXIX. De Relatione iudicum. 526
XXX. De Viginti viris. ibid.
XXXI. De Proceribus. ibid.
XXXII. De Appellationibus. 527
XXXIII. De Cognitoribus. 528
XXXIV. De Sportulis. 529
XXXV. De Seuiris militarib. 530
XXXVI. De Palatinis munerationum. 530
XXXVII. De Notoria. ibid.
XXXVIII. De Notarijs. 531
XXXIX. De Curatore operum publicorum. ibid.
XL. De Officio. 532
XLI. De Opinatore. ibid.
XLII. De Tribunis plebis. 533
XLIII. De alijs Tribunis. ibid.
XLIV. De Censu per prouincias agẽdo. 534
XLV. De Tetrarchis. 535
XLVI. De Decadarchis. ibid.
XLVII. De Toparcha. ibid.
XLVIII. De Tesserarijs. ibid.
XLIX. De Triumviris ad transuectionem equitum. ibid.
L. De Tribunis fori suarij. 536
LI. De Triumviris legendo Senatui & alijs. ibid.
LII. De Principe Dalmatiarum. ibid.
LIII. De Sufete & Saphiat. 537
LIV. De Principe officiorum. ibid.
LV. De Primatib. regionum vrbis. 538
LVI. De Triumviris Mensarijs. ibid.
LVII. De Duumviris naualibus. ib.
LVIII. De Triumviris ad dilectum. ibid.
LIX. De Tribunis rerum nitentium. ibid.
LX. De Tribunis militum. 539
LXI. De Vicario Tribuni. ibid.
LXII. De Legatis municipalib. ibid.
LXIII. De Villico vrbis. 540
LXIV. De Campidoctoribus. ibid.
LXV. De Mandatore & Cantore. 541
LXVI. De Buccellarijs. ibid.
LXVII. De Optimatibus. 542
LXVIII. De Icanatis. 543
LXIX. De Themate obsequij. ibid.
LXX. De Candidatis. ibid.
LXXI. De Militibus ostensionalibus. 544
LXXII. De Militibus ordinarijs. ibid.
LXXIII. De Cingulo militiæ. ibid.
LXXIV. De Tironibus. 545

INDEX CAPITVM LIBRI SEXTI.

Cap. I. DE Annona. 546
II. De Præfecto Annonæ. 547
III. De Inuectione frumenti. 548
IV. Quib. Annonæ darentur. 549
V. De Horreis. ibid.
VI. De Classe frumentaria. 551
VII. De Nauicularijs. 553
VIII. De Auctoritate Præf. Annonæ. 554
IX. De frumentatione pop. Rom. 555
X. De Canonicarijs. ibid.
XI. De Canone. 556
XII. De Erogatore obsoniorum. 557.
XIII. De Alimentarijs pueris & alimentis. ibid.
XIV. De Panum erogatione. 558
XV. De rei frumentariæ cura. 559
XVI. De Accenso. 563
XVII. De Apparitoribus. 564
XVIII. De Officialibus. 566
XIX. De Cohortalibus. 567
XX. De Præconibus. 569
XXI. De Lictoribus & viatoribus. 570
XXII. De Statoribus. 571
XXIII. De Carnifice. ibid.
XXIV. De Interprete. 572
XXV. De Nomenclatore. ibid.
XXVI. De Scribis. 573
XXVII. De Cursoribus & Brutianis. 575
XXVIII. De Cursu publico, Angarijs & parang. 577
XXIX. De Euectionibus. 578
XXX. De Euocatoria Principis. 579
XXXI. De Bastagarijs. ibid.
XXXII. De Vehiculatione. 580
XXXIII. De Curiosis & animalib. 581
XXXIV. De Verhedarijs & Parauerh. 582
XXXV. De Parippo & Clauola. 583
XXXVI. De Vehiculis, Rhedis, Parauerh. 584
XXXVII. De Bubus, Asinis, Equis, Animalibus. 585
XXXVIII. De Protallogatore. 586
XXXIX. De Cursu publico Turcarum. ibid.
XL. De Mancipibus cursus publici & Mansionib. 587
XLI. De Cortelinis. 588
XLII. De Agentibus in rebus & frumentarijs. ibid.
XLIII. De sacri Palatij Decurionibus. 592
XLIV. De Principibus agentibus in rebus. ibid.
XLV. De Allectis. 592
XLVI. De Cornicularijs. 593
XLVII. De Commentarijensibus & Optionibus. 594
XLVIII. De Proximis. 597
XLIX. De Adiutoribus. ibid.
L. De Ducenarijs & Centenarijs. 598
LI. De Exactoribus & Executoribus. 600
LII. De Mutendarijs. 601
LIII. De Prosecutoribus. ibid.
LIV. De Arcarijs. ibid.
LV. De Sajon. 603
LVI. De Decurialibus. ibid.
LVII. De Actis & Actuarijs. ibid.
LVIII. De Censualibus. 606
LIX. De Magistro Census. 607
LX. De Formularijs. ibid.

De

LXI. De Aduocatis. 608
LXII. De Aphoplistis. 609
LXIII. De Latrunculatoribus. 610
LXIV. De Metatoribus & Mensoribus. ibid.
LXV. De Mensuris publicis. 611
LXVI. De Glabrariis Cæsarum. 615
LXVII. De Brambaricariis & aliis Artificibus. 616
LXVIII. De Baphiorum Procuratoribus. 618
LXIX. De Magistris lineæ vestis & priuatæ. 622
LXX. De Procuratoribus Gynæciorum. ibid.
LXXI. De Deputatis. 624
LXXII. De Domino. ibid.
LXXIII. De Fabricensibus. ibid.
LXXIV. De Corporatis. 625
LXXV. De Unguentariis. 626
LXXVI. De Rationali vinorum. 628
LXXVII. De Præposito calcis. ibid.
LXXVIII. De Lectricariis & Decanis. ibid.
LXXIX. De Delegationibus, 629
LXXX. De Beneficiariis. ibid.

INDEX CAPITVM LIBRI SEPTIMI.

Cap. I. De Municipijs. 631
II. De Principalibus. ibid.
III. De Curialibus. 632
IV. De Curijs Ciuitatum. 633
V. De Oneribus Curialium. 636
VI. De Priuilegijs Decurionum municip. 637
VII. De Magistratibus municip. 638
VIII. De electione Decurionum & Magistratuum municipalium. 638
IX. De potestate Duumvirum. 639
X. De Susceptoribus. ibid.
XI. De Vindicibus. 640
XII. De Defensoribus Ciuitatum. 641.
XIII. De Iuridico Alexãdriæ. 642
XIV. De Jure anulorum aureorum. 643
XV. De Ædilibus. ibid.
XVI. De Curatore Calendarij & diuersorum negotiorũ. 645
XVII. De Commissarijs. 647
XVIII. De Vsuris & fœneratorib. ib.
XIX. De Collectarijs. 649
XX. De Zygostate. 650
XXI. De Limenarchis. ibid.
XXII. De Jrenarchis. 651

INDEX CAPITVM LIBRI OCTAVI.

Cap. I. De Despotis. 653
II. De Sebastophoro. 654
III. De Sebastocratore. ibid.
IV. De Cæsare. ibid.
V. De Sebasto & Protosebasto. 655
VI. De Panyperſebasto. ibid.
VII. De Protouestiario & Protouestiarite. ibid.
VIII. De Magno Duce. ibid.
IX. De Magno Domestico. 656
X. De Protostratore. ibid.
XI. De Magno Logotheta. ibid.
XII. De Stratopedarche. 657
XIII. De Magno Primicerio. ibid.
XIV. De Conostaulo magno. 658
XV. De Caniclei Præfecto. ibid.
XVI. De Pincerna. 659
XVII. De Magno Bajulo. ibid.
XVIII. De Protouestiarite. ibid.
XIX. De Domestico. ibid.
XX. De Præposito Mensæ. 660
XXI. De Curopalate. ibid.
XXII. De Accubitore fundæ. 661
XXIII. De Accubitore cubiculi. ibid.
XXIV. De Magno Tzaulio ibid.
XXV. De Prætore populi. 661
XXVI. De Protospathario. 662
XXVII. De Magno Archonte & Tata. ibid.
XXVIII. De Archontopulo. ibid.
XXIX. De Logotheta cursus. ibid.
XXX. De Logotheta Secretorũ. 663
XXXI. De Consule philosophorum. ib.
XXXII. De Magno Chartulario. ibid.
XXXIII. De Primo à secretis. ibid.
XXXIV. De Ductore exercitus. 664
XXXV. De Domestico scholarum. 665
XXXVI. De Primicerio Aulæ. ibid.
XXXVII. De Judice Beli. ibid.
XXXVIII. De Magno Interprete. ibid.
XXXIX. De Magno Logotheta Gregum. ibid.
XL. De Dicæophylace. 666
XLI. De Acolutho. ibid.
XLII. De Judice castrorum. ibid.
XLIII. De Domesticis murorum. ib.
XLIV. De Protonotario. ibid.
XLV. De Protallagatore. ibid.
XLVI. De Orphanotropho. 667
XLVII. De Archontibus. ibid.
XLVIII. De Archidiacono. ibid.
XLIX. De Adnumiaste. 668
L. A Secretis. ibid.
LI. De Logotheta priuatorũ. 669
LII. De Magno Logoriaste. ibid.
LIII. De Actuario. ibid.
LIV. De Libellis præposito. ibid.
LV. De Scuterio. ibid.
LVI. De Quæstore. ibid.
LVII. De Logotheta militaris ararij. 670
LVIII. De Proedris. ibid.
LIX. De Imperatore Trapezuntis. ibid.
LX. De Scutario. ibid.
LXI. De Protosyncello. 671
LXII. De Judice Secreti. ibid.
LXIII. De Rabduchorum primicerio. ibid.
LXIV. De Caballario. 672
LXV. De Præposito Castri. ibid.
LXVI. De Protocomite. ibid.
LXVII. De Centurionibus. ibid.
LXVIII. De Mystico. ibid.
LXIX. De Basileopatore. 673
LXX. De Zoste. ibid.
LXXI. De Antisagittatore. ibid.
LXXII. De Phiala. 674
LXXIII. De Spatharocubicularijs. ib.
LXXIV. De Protocynego. ibid.
LXXV. De Protoierachario. ibid.
LXXVI. De Spatharijs. 675
LXXVII. De Spatharocandidato. ibi.
LXXVIII. De Principe Pagi. ibid.
LXXIX. De Protocarabo. ibid.
LXXX. De Protomœstore. 676
LXXXI. De Sacellario. ibid.
LXXXII. De Ameralio. ibid.
LXXXIII. De Amirais. 677
LXXXIV. De Tribuno Excubitorũ. ib.
LXXXV. De Jlarche. ibid.
LXXXVI. De Comite Buccinatorũ. ib.
LXXXVII. De Defensoribus. ibid.
LXXXVIII. De Cursoribus. ibid.
LXXXIX. De Secundis. 678
XC. De Spatho. ibid.
CXI. De Logotheta generali. ibi.
XCII. De Magno Papia. ibid.
XCIII. De Eparcho seu Præfecto vrbi. 678
XCIV. De Magno Drũgario 679
XCV. De Magno Etæriarcha. ib.
XCVI. De Præposito seu procubitore cubiculi. ibid.
XCVII. De Præfecto vestiarij. 680
XCVIII. De Domesticis Thematum. ibid.
XCIX. De Præposito magni palatij. ibid.
C. De Præf. Blachernarũ. 681
CI. De Alogatore. ibid.
CII. De Anestiario. ibid.
CIII. De Stratopedarche Monocaballorum. ibid.
CIV. De Stratopedarche murtatorum. 682
CV. De Stratopedarche Tzaconum. ibid.
CVI. De Stratopedarche Tzangratorum. ibid.
CVII. De Memoriali. ibid.
CVIII. De Magno Diœceta. 683
CIX. De Nomophylace. ibid.
CX. De Vestiaritis Etæriarchi. ibid.
CXI. De Præf. Jumentis. ibid.
CXII. De Satrapis. ibid.
CXIII. De Magno Myrtaite. 684
CXIV. De Sultano. ibid.
CXV. De Protopapa. ibid.
CXVI. De Præfecto aurei triclinij. ibid.
CXVII. De Principibus Peloponesi, Achaiæ, &c. ibid.
CXVIII. De Cortinarijs. 685
CXIX. De θ a Phialæ. ibid.
CXX. De Exusiocratore. ibid.

INDEX CAPITVM
LIBRI NONI,

De Vectigalibus.

Cap. I. DE Tributorum origine. 686
II. De Tributo & vectigali. 688
III. De Publican. & exactoribus. 690
IV. De Agris vectigal. 696
V. De Agris Quæstor. & assignatis. 697
VI. De Portorio. 700
VII. De Comitibus Port. Rom. & Rauen. 701
VIII. De Decumis in genere. ibid.
IX. De Decumis frumenti. 702
X. De Inuectione frumenti. 704
XI. De Scriptura. 705
XII. De Tributo & Censu. 706
XIII. De Census Magistro. 710
XIV. De Censu agendo. ibid.
XV. De Iugis & iugatione. 711
XVI. De Nouis illationibus. 712
XVII. De Capitatione. ibid.
XVIII. De Indictionibus. 714
XIX. De Indulgentijs. 716
XX. De Superindictis & Augm. 718
XXI. De Salinis. ibid.
XXII. De Metallis & fodin. 719
XXIII. De forma exigendi vectigal. 720
XXIV. De Consuetudinibus. 721
XXV. De Massa auri & augmento. ibid.
XXVI. De Vectigalibus Afric. & Hispan. 722
XXVII. De Auro Coronario. ibid.
XXVIII. De Embolic. specieb. 723
XXIX. De Oneribus variarum gentium. ibid.
XXX. De Speciebus adæran. ibid.
XXXI. De Diligent. exigen. ibid.
XXXII. De Scrinijs. 724
XXXIII. De vectigali Macel. ibid.
XXXIV. De quinta & octaua. 725
XXXV. De Decima hæredit. ibid.
XXXVI. De Trientibus & Semissibus. ibid.
XXXVII. De Vini portorio. ibid.
XXXVIII. De vectig. Matrimony. 726
XXXIX. De vicesima Manumiss. ibid.
XL. De vicesima Hæredit. ibid.
XLI. De vicesima quinta Mancip. 727
XLII. De Quadrageſima. ibid.
XLIII. De Quinquageſima. 728
XLIV. De Centeſima venal. ibid.
XLV. De Chrysargyro. ibid.
XLVI. De Octaua libert. 730
XLVII. De Tributo Artificum. ibid.
XLVIII. De Vectigali è fluminibus. ibid.
XLIX. De Vectig. lupanar. 730
L. De Ædilit. vectig. 731
LI. De Tributo in mensem. ibid.
LII. De Tributo pro mortuis. ibid.
LIII. De Solario. ibid.
LIV. De Apostole. 732
LV. De Monopolio. ibid.
LVI. De Siliquatico. ibid.
LVII. De Siliqua. 733
LVIII. De Folibus. ibid.
LIX. De octaua Mercium. 734
LX. De Quinquageſima proferis. ibid.
LXI. De Sextario. ibid.
LXII. De Tributo Tertiarum. ibid.
LXIII. De Tyrocinio & Chrysotelea. 735
LXIV. De Tributis Illyrici. 736
LXV. De Metœcio & enœcio. 737
LXVI. De Canone. ibid.
LXVII. De Gleba Senatorum. 738
LXVIII. De oblationib. Senator. 739
LXIX. De collatione Syriarch. ibid.
LXX. De auro negotiator. 740
LXXI. De vectigali ex lacub. ibid.
LXXII. De Piscinica. 741
LXXIII. De Fisco. ibid.
LXXIV. De vectigali fumi. 742
LXXV. De Exagio. 743
LXXVI. De Trientib. & Semiss. ibid.
LXXVII. De Commercijs. 744
LXXVIII. De Pactis & commer. ibid.
LXXIX. De Alleleng. & Chart. 745
LXXX. De Mesarno. ibid.
LXXXI. De Pesceſio. ibid.
LXXXII. De Metriatico. ibid.
LXXXIII. De Ergasteriaco, Capel. 746
LXXXIV. De Alemannico. ibid.
LXXXV. De Charatzio. ibid.
LXXXVI. De Campanistico. ibid.
LXXXVII. De Tributo ex vicis. 747
LXXXVIII. De Tetramœria & Xylarcho. ibid.
LXXXIX. De Ansario. ibid.
XC. De Auiarijs & seruis Vectigal. ibid.
CXI. De Tributo Isaur. 748
XCII. De ijs qui constituunt vectigalia. ibid.
XCIII. De Iudicibus vectig. ac tributor. ibid.
XCIV. De Opib. ærarij Rom. 750
XCV. De summa vectigal. 751
XCVI. De Tributis regni Gallia. 754
XCVII. De vectigalibus Regis Turcorum. 756

IVLII

IVLII CÆSARIS

BVLENGERI DE MAGISTRATIBVS ET OFFICIIS IMPERII ROMANI,

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

De varia Magistratuum Romæ origine.

A  AGISTRATVS Imperij Romani alij fuêre sub regibus, & Consulibus, de quibus olim Fenestella, narrante Plinio, & nostra ætate plærique accuratè scripserunt, alij sub Imperatoribus, qui Romæ & Constantinopoli sedem imperij posuere, de quibus Historici veteres, Notitia Imperij Romani, Codinus, & alij plærique. Nobis consilium est ea in vnum contrahere, quæ veteres, ac recentiores sparsim, ac variè de officiis ac magistratibus qui iam inde ab Augusto in vtroque imperio fuere prodiderunt. Imperatores enim non eandem omni æuo magistratuum formam, aut numerum obseruarunt. Augustus B Præfectum vrbi, Præfectum Prætorio, Præsides, Legatos, Procuratores Cæsaris, & alios magistratus instituit. Noua etiam officia vt loquitur Suetonius lib. 2. cap. 37. excogitauit, Curam operum publicorum, viarum, aquarum, aluei Tiberis, frumenti populo diuidundi, præfecturam vrbis, Triumuiratum legendi Senatus, & alterum recognoscendi turmas equitum, quotiescunque opus esset. Censores creari desitos longo interuallo creauit, numerum prætorum auxit. Curam ærarij à quæstoribus vrbanis ad prætorios, prætorésve transtulit. Statuit vt centumuiralem hastam quam quæstura functi consueuerant cogere, Decemuiri cogerent. Hadrianus magistratuum numerum auxit, & ex parte immutauit. Qua de re Spartianus loquitur in hæc verba. Hadrianus labantem disciplinam retinuit ordinatis & officiis & impendiis. Victorinus, Hadrianus, inquit, officia siue publica, & palatina, necnon militiæ in eam formam statuit quæ paucis per Constantinum immu- C tatis perseuerant. Quare in Panegyrico Theodosij, Romam Augustus mœnibus ornasse, legibus Hadrianus imbuisse, finibus Traianus auxisse dicuntur. Constantinus magnus, Theodosius, Iustinianus, Alexius Comnenus & alij imperatores auxerunt, immutarunt, aliis nominibus prodiderunt, & officia quæ olim domestica erant, & à seruis, aut libertis curabantur, publica, fecerunt. Cubicularij enim, & qui ab epistolis, aut commentariis dicti olim in officio domestico erant, qui postea ad imperij curam traducti sunt, aut in palatinis officiis censeri cœperunt. Quod vt clarius appareat libet hic ex veteribus inscriptionibus exempla quædam officiorum domesticorum subtexere, quibus officia militaria, & publica ex eodem penu subiiciam.

Magistratus alij sub regibus, alij sub Imperatoribus.

CAPVT II.

Officia Domestica ex veter. Inscript.

A



Bibliotheca Græca palatina.
A Bibliotheca latina Apollinis.
Ab argento potorio Liuiæ.
Ab argento scenico.
Ab auro escario. Tacitus tamen libr. 2. Annalium scribit sub Tiberio decretum ne vasa auro solida ministrandis cibis fierent. Dio, ne vasa ex auro, nisi quæ ad sacra destinarentur.
Ab hortorum cultura.
Ab Epistulis.
A Cura amicorum.
A diplomatibus.
A Cura Catellæ Liuiæ.
A marmoribus magister. Vetus lapis, M. Vlpio Augusti liberto Phædimo D. Aug. Trajani à potione.
Ab ornamentis.
Ab vehiculis.
Accensus Drusi Cæsaris.
Adcensus Patroni.
A Commentarijs beneficiorum.
A Commentarijs rationis hæreditatum.
A Commentarijs rationis vehiculorum.
Actor Cæsaris.
A cubiculo Domitiæ Augustæ.
A laguna, & tricliniarcho, proximo lictori.
A Cubiculo S. Pompeij.
A frumenti ministratione.
A Iano abatrienſi.
A laguna.
A libellis.
A mundo muliebri.
A manu.
A potione Liuiæ.
A marmoribus.
A Quæstionibus.
A rationibus.
A studijs D. Claudij Aug.
A suppellectili domus aurificum.
A suppellectile.
A veste.
A patrimonio.
A veste magna Liuiæ.
A veste matutina.
A veste regia.
A veste Imper. primota.
A veste regia, & Græcula.
Ab epistolis Latinis.
Ab epistolis Græcis.
A rationibus tabularum.
Adiutor tabulariorum.
A pendice cedri S. Pompeij.
Ad argentum potorium.
Adiutor tabulariorum à rationibus.
Adiutor tabularior. rationis hæredit. Cæsaris.
Adiutor à libellis.
Ad vestem.
Architectus Augusti.
Atri curandi.
A veste.

C

CASTELLARIVS aquæ Claudiæ.
Comes Augusti.
Consiliarius Augusti.
Corinthiarius Agrippæ.
Cubicularius Cæsaris.
Corpore custos Neronis Cæsaris.
Curator triumphi Germanij.

D

DECVRIO larum Volusianorum.
De pædagogio.
Designator Cæsaris August.
Dispensator Augusti.
Dispensator Capitolij.
Dispensator Montanus Imper. Domitiani seruus.

E

EVOCATVS Augusti ab actis fori.
Euocatus Augusti à Quæstionib.
Exactor operum dominicorum.
Exactor prædiorum Lucilianorum.
Exactor tributorum in Hel.
Exactor S. Pompej.
Exactor hæreditatum.
Exactor legatorum.
Exactor peculiorum.
Exceptor Augusti.

H

HOSPES Tiberij Cæs.

I

IATPOΣ καίσαρος.
Imitator Cæsaris.

L

LECTICARIVS Liuiæ.
Lictor proximus Trajani Imp.

M

MAGISTER larium Augustal.
Magister Imper. Antonini & Lucij.
Minister Germanicianus.
Medica Liuilles.
Ministrator Cæsaris.

Medi

Medicus à Bibliothecis.
Medicus ab oculis.
Mulio S.Pompeÿ.

N

NECESSARIVS Augusti & comes per omnes expeditiones.
Nomenclator Augusti.
Nomenclator à Censibus.

O

OFFICINATOR à statuis.
Optio tabellariorum stationis marmorum.
Officialis.
Ornator glabrorum Tiberÿ Cæs.
Ornatrix.
Ostiarius.

P

PATRIMONII tutor.
Præfectus Neruæ Cæsar.
Præpositus argenti potorÿ.
Præpositus argenti escarÿ.
Præfectus testamenti.
Præguſtatorum procurator.
Præpositus à fibÿs.
Præpositus à cristallinis.
Præpositus velariorum domus Aug.
Procurator { *ab epistolis.* / *ab ephemeriè.* / *à mandatis.* / *à patrimonio.* / *ad prædia Gallicana.* / *patrimonÿ.* / *prouinciarum.* / *viæ Ostiensis & Campan.* / *Augusti ab alimentis.* / *Aug. à rationib.* / *XX. hæreditatum.* / *Thermar. Antoninian.* / *saltus Domitiani.* / *Cæsaris.* }
Proximus ab epist. Græcis.
Proxim. à Rationib.
Procurator Deu. Num. Maj. Q. Aurel. Seueri Alexand.
Procur. fisci Asiatici.
Procur. prouinciæ Belg.
Procur. vtriusque German.
Procur. saltus Domitian.

Q

QVAESTOR Augusti.
Quæstor Augustalium.
Quæstor Cæsaris.
Rationalis purpurarum.

S

SCRIBA cubiculi.
Seruus lectÿcarius.
Sarcinatrix liuiæ.
Seruus Claud.Cæs.à marmorib.magister.
Seruus dispensator Tib.Claud.German.
Seruus ministrator Domitia.
Seruus tricliniarius S.Pomp.
Seruus villicus.
Strator Cos.
Supra velarios de domo Augusta.

T

TABVLARIVS faustinæ.
Tabularius à munerib.
Tabul. { *à ration.* / *à vehicul.* / *hæredit.* / *marmorum lunens.* / *patrimonÿ tutor.* / *Mesor.ædificiorum.* / *rationis patrim. Cæsarum.* / *rationis fisci frumenti.* / *rationis hæredit.Cæsarum.* / *villæ Tiburtis.* / *prouinciæ Lusitaniæ.* }
Tonsor S.Pompeÿ.
Tonstrix.
Tricliniarcha.
Tricliniarius seruus.
Tutor patrimonÿ.

V

VELARII de dom. Aug.
Vicarius rationis.
Vicarius arcari Tiber.Claudÿ Augusti.seruus.
Vnctor Augusti.
Villicus hortorum Maianorum.
Villicus Cæsarum.
Viator apparitor D.Claudi.

CAPVT III.

Officia militaria ex veter. inscript.

A

Copÿs militaribus.
A militÿs.
A ratione militaris frumenti.
A tabulario Castr.
Actuarius leg.VII. Gemin.
Adiutor corniculariÿ.
Adlectus ad munera præfecturarum leg.Septimæ.
Armorum custos.

B

BENEFICIARIVS Pr.

C

CAMPIDOCTOR.
Centurio statorum.

Centurio frumentariorum.
Cohortis doctor.
Cornicularius legionis 3.
Cornicularius præf. præt.
Custos legionis à locis ægris.

D

DENDROPHORI Romani.
Decurio Germanor. Tiber. German.
Ducenarius vir.
Duplarius.

E

EVOCATI stratorum.
Exercitatores.
Explorator legionis sextæ.
Frumentarius.
Miles speculator.

O

OPTIO in Centuria.
Optio signiferorum.

P

PRAEFECTVS hastatorum.
Præfectus ærarij milit.
Præfectus militum.
Præfect. auxilior. omnium.
Præfectus classis.
Præfect. cohortis.
Præfectus { *equitum.* *fabrum.* *hastarum.* *iuuentutis.* *legionis.* *ripæ Danub.* *vehiculor.* *vigilum.* *vigilum & armorum.* *legionum.*
Præpositus vexillationis.
Principalis beneficiarius trib.
Procurator August. legion. 7.

S

SCHOLA speculatorum legion. primæ.
Secutor tribuni.
Seuir equitum.

T

TERCENARIVS.
Tribunus cohort. prætorian. & vrbanarum trium.

V

VIR Ducenarius.
Seuir equitum Rom. turmæ primæ.

CAPVT IV.

Officia Publica.

AB actis fori.
Ab actis Senatus.
Ab ærario Saturni.
A commentarijs XV. virũ.
Adiurator procurationis ornamentorum.
Adiutor summi Choragij.
A libris Pontifical.
Ab opera publica.
Accensus velatus.
Adlectus Decurio.
Adlectus inter immunes.
Adlectus inter patricios.
Adlectus inter prætorios.
Adlectus inter tribunitios.
Aduocatio vrbana.
Aduocatus Reip.
Aequidicus.
Annonaria potestas.
Augustalis.
Augustalis honor.

C

CENSITOR ciuium Rom.
Censit. Coloniæ victricens. in Britannia.
Comes consistorij.
Comes in consistorio primi ord.
Comes domesticorum.
Comes domesticus ordinis primi.
Comes ord. primi.
Candidatus Augusti.
Candid. Cæsaris in prætura & in trib. plebis.
Candid. D. Hadriani in omnib. honorib.
Comes ordinis primi intra palatium.
Comes ord. primi intra consistor.
Comes ord. secundi.
Comes orientis Aegypti & Mesopotam.
Comes stabuli sacri.
Comes & magister vtriusque milit.
Consularis Campaniæ.
Consul. Aemiliæ.
Consular. Europæ & Thraciæ.
Consular. Siciliæ.
Consular. Thusciæ & Vmbriæ.
Corrector Flaminiæ & Piceni.
Correct. Italiæ.
Correct. Thusciæ & Vmbriæ.
Correct. Venet. & Histriæ.
Cura Kalendarij.
Curator Kalend.
Curator aluei & ripar. Tiberis & cloacarum vrb.

Curator

Curator annonæ.
Curator aquarum & Minutiæ.
Curator aquæ ducendæ.
Curator ciuium Roman. Moguntiaci.
Curator frumenti.
Curator frumenti comparandi.
Curator instrument. Veronens.
Curator locor. public.
Curator Pecuniæ publ.
Curator Pecuniæ sacræ.
Curator regionis vrbis.
Curator Reipub.
Cur. { *Sartor. tector. oper. publicor.* / *Thermarum varianarum.* / *Viæ Flaminiæ & Tiburtinæ.* / *Viarum.* / *Viarum sternendar.* / *Vici quadrati.* / *Viæ Nomentanæ.*

D

DECVRIALIS ædil. pleb. Cerialium.
Decurionatus honor.
Decurionum ornamenta.
Decurionalium muner. 4. viralis.
Denuntiatores regionum vrbis.
Denuntiat. Puteolani.
Dissignator.
Ducenarius vir.
Duce Ducenario.
Duumvir.

E

ELECTVS ad cognoscendas vice Cæsar. cognitiones.
Exactor oper. public.
Exactor tributi ciuitatum Galliæ.
Exarchus.
Expræfecto Præt. Cos. ordinarius designatus.

I

IVDEX ex delegationibus sacris.
Iudex quæstionum.
Iudex sacrarum cognit.
Iudex selectus ex V. Decuriis.
Iuridicus Aegypti.
Iuridicus Assyriæ & Galleciæ.
Iuridicus per Picenum & Apuliam.

L

LEGATVS Augusti pro prætore.
Legatus & comes Claudij Cæsar.

M

MAGISTER à Bibliotheca Apoll.
Magister cognitionum sacrar.
Magi-stri { *Epistularum.* / *Equitum peditumq.* / *Horreorum Galbianor.* / *Libellorum.* / *Memoriæ.* / *Officiorum omnium.* / *Pagi.* / *Vici.* / *Vtriusque milit.* / *Augustales.* / *Fontis Lollioni.* / *Vicorum vrbis Region. 14.*
Ministrator Decuriæ IIII.

N

NOMENCLATOR Censorius
Notarius & tribunus.
Notarianus Prætorianus.

O

OCTVMVIRI.
Omnibus officijs in caliga functus.
Orator caussarum tribunalis Africani & in consistorio principum.

P

PATRONVS Castri.
Patr. Collegio fabr. & centonar. & dendroph.
Patr. { *Coloniæ.* / *Corporis.* / *Municipij & plebis.*
Præfecti Præt. Arcarius.
Præf. Præt. Cellaris.
Peræquator census prouin. Galleciæ.
Præfectus 15. Populor. Hetruriæ.
Præf. { *ærarij militaris.* / *ærarij Saturni.* / *Aegypti.* / *Alimentorum.* / *Annonæ vrb. sacræ cum iure glad.* / *Frumenti dandi.* / *Iure dicundo.* / *Iuuentutis.* / *Monetæ Triuericæ.*
Præfectus Prætorio Illyr. & Orient.
Præf. oræ maritimæ.
Præf. ripæ Danubij.
Præses Prouinciæ Aquitanicæ.
Præpositus sacri palatij.
Præses prou. German. superior.
Præt. { *inter ciues.* / *Candidatus.* / *Tutelaris.* / *XV. Populis Hetruriæ.* / *Tiburtinus.* / *De fideicommissis.* / *Iuuentutis.*
πρεσβύτης & αὐτοκράτωρ.
Primæuus in consistorio.
Princeps iuuentutis.
Princeps in Senatu.
Procu-rator { *à rationibus.* / *ad alimenta.* / *ad bona damnat.* / *Alpium Atrectianarum.* / *Augustal. viæ Ostiæ & Campan.*

Præf. { *Hæreditat.* / *Hiſpaniæ citerioris.* / *Oper. publ.* / *Prouinciæ Lugdun.* / *Prou. Belgic.* / *tractus Chartag.* / *XX. hæreditat.*

Prolegatus Prouinc. Rhetiæ & vindel. & vall. Pæmn.

Promagiſter XX. hæredit.

Pro præfectus Prætor. in vrbe Roma, finitimiſq; Prouincijs.

Queſt. { *Alimentar.* / *Aerarius.* / *Anni primi.* / *Candidatus.* / *Collegij Centonariorum.* / *Deſignatus.* / *Prouinciæ.* / *Veronæ & Brixiæ.* / *Vrbanus.* / *Quinquennalitius iuuenum.* / *Quinquennalitius perpetuus.*

R

RATIONALIS.
Rector Prouinciæ.
Reſtitutor Reip. Veronenſ.

S

SACRARVM Remunerationum.
Scriba Quæſtorius.
Scriba Armamentarij.
Senator Summus.
Senator Maximus.
Silentiarius ſacri palatij.
Stator Auguſtorum.

T

TABELLARIVS à porta Fontinali.
Tabularius à Ripa.
Tabul. Prouinciæ Hiſpaniæ liter.
Tribunus Prætorianus.
Tribunus fori ſuarij.
Tribunus & notarius Prætorian.

V

Viator { *ædilis plebis.* / *Collegij magni.* / *Conſularis.* / *Conſular. & Prætorius.* / *Quæſtorius.*

Vicarius Aſiæ.
Vicar. Italiæ.
Vicar. Præfecti per Hiſpanias.
Vice ſacra cognoſcens.
Vice ſacra iudicans.
Duumvir Anconæ.
Duumvir iure dicundo.

Triumvir { *ære aur. arg. flando feriendo.* / *ad agros diuidendos.* / *Capitalis.* / *locorum perſequendor.* / *loc. publicorum.* / *Monetæ auri arg. ær. flandi.* / *Reip. conſtituendæ.*

Quadruumvir Aedilitiæ poteſtatis.
Quatuorvir iure dicundo.
Quinquevir Veronæ.
Quinquevir Viarum.
Quinquevir viarum curandarum.
Quinquevir Slitibus iudicandis.
Seuir Auguſtalis.
Quinque vir ex decuria armamentaria.
Seuir equitum Roman.
Seuir iure dicundo.
Octumvir ædilis plebis poteſtate.
Septemuir epulonum.
Decemuir agris dandis ad I I. Iudic.
Decemuir Slitibus iudicandis.
Quindecimvir agris dandis.

HÆC è veteribus Inſcriptionibus excepimus, quæ iam pluribus illuſtrare animus non eſt, quod ordine & via ingrediendum arbitramur. Primùm igitur Magiſtratus ordinarios maiores & minores percurremus à Romulo ad Conſtantinum Magnum, tum extraordinarios maiores & minores exſequemur. Sua quibuſque tempora reddemus. Deinde eos qui à Conſtantino inſtituti ſunt è Zozimo & notitia Imperij Romani ſublegemus. Officia eorum aſcribemus. Hæc vbi velut in tabella delineauerimus magiſtratus qui ſub regibus & conſulibus fuerunt ad Onufrium & Roſinum relegabimus, nosq; vtriuſque imperij Romani & Conſtantinopolitani ſpatiis includemus.

A

MAGISTRATVS POP. ROMANI SVB REGIBVS, CONSVL. IMPERATORIBVS vsque ad Constantinum Aug.

CAPVT V.

Magistratus maiores ordinarij.

B

REx. Reges 7. fuere. Primus Romulus, vltimus Tarquin. Super.
Tribunus celerum à Romulo institutus primus fuit Fabius celer, nouissimus l. Brutus. A celeribus equester ordo profectus. Liuius lib. 1.
Consules duo creati anno vrbis 245. Liuius lib. 2.
Censores duo anno 311.
Prætor primum vnus, tum duo, deinde 4. mox 6. sub Sylla Dictatore octo.
Prætor de Ambitu. P. De veneficio, vel falso.

Prætor
- Vrbanus.
- Peregrinus.
- De maiestate.
- De vi.
- De repetundis, seu de Peculatu.
- De crimine inter sicarios.

C

Sub Iulio Cæsare X. fuere, duo Cereales.
Sub Augusto XII.
Claudius duos addidit qui de fideicommisso ius dicerent, quorum vnum detraxit Titus, restituit Nerua, qui inter fiscum & priuatos ius dicerent, vt Sueton. in Claudio, Pomponius l. 2. De orig. iuris. M. Antoninus Prætorem tutelarem instituit, vt Capitolin. Pomponius Prætores sub Augusto XVI. fuisse vult. Quod Dio lib. 56. anno vrbis 764. accidisse ait, sed paulo post eundem ad XII. reuocasse Tiberius apud Tacitum lib. 1. Annal. se numerum XII. Prætorum non excessurum iurat, falso. Anno enim vrbis 786. Prætores XV. creauit, narrante Dione lib. 58. Interdum vno duobúsque plus aut minus
D creauit. Claudius aliàs XIV. aliàs XVIII. vt Dio lib. 60.
Imperatores Cæsares Augusti Principes Senatus.
Principes iuuentutis, πρῶτοι δ νεότητος, vt Tacit. & Dio, qui postea Cæsares, Nobilissimi, Despotæ. Tacit. lib. 1. Annal. lapis Ancyran. Zozimus, Codinus.
Præfectus vrbi ab Augusto institutus, πολιάρχος. Dio vrbis custos. Seneca ep. 84.

CAPVT VI.

Magistratus maiores extra ordinem.

E

RÆFECTVS vrbi absente ordinario magistratu à Romulo institutus quorum primus Denter Romulius. Pomponius l. 2. de orig. iuris.
Interrex post Romuli mortem creatus ante Numæ regnum.
Dictator & magister equitum anno vrbis 256. Liuius.
Decemuiri legibus scribendis consulari potestate anno 303.
Tribuni militum consul. potestate anno 310. Liuius.
Triumuiri Reip. constituendæ Octauius, Antonius, Lepidus sub annum 710. Dio lib. 46.

A

CAPVT VII.

Magiſtratus minores ordinarij.



VÆSTORES ordinarij duo, qui & quæſtores vrbani à Tullo Hoſtilio rege creati, vt vult Vlpianus D. l. 1. De quæſtorib. vel vt Plutarch. à Valerio Poblicola.

Tribuni plebis duo anno vrbis 260. poſtea decem creati.

Ædiles plebis duo eodem anno.

Ædiles curules duo anno 386. vel vt alij, 388.

Ædiles cereales à Cæſare Dictatore.

B

Curatores omnium tribuum Romæ. Varro lib. 5. l. l.

Vicorum magiſtri. Varro lib. 5. de lin. lat.

Triumviri capitales. Tacit. libr. 5. Annal. qui & Treſviri vel Treviri capitales anno vrbis 465.

Triumviri nocturni. Liuius lib. 9. Tacit. lib. 5.

Triumviri valetudinis in nummo argenteo. M. Acilius III. vir valetud.

Triumviri monetales auro, argento ære flando, feriendo. Pompon. l. 2. De orig. iuris.

Quatuorviri viarum curandarum. Pomponius.

Decemviri Slitibus iudicandis. Pompon.

Centumviri litibus iudic. Feſtus. Pomp.

C

Præfecti ærarij ab Auguſto inſtituti. Suet.

Curatores operum publicorum ab Auguſto.

Curatores aluei Tiberis & cloacarum ab Auguſto.

Curatores viarum ſingularum. Plutarch. in Gracc.

Præfectus prætorio.

Præfectus frumenti populo diuidundi ab Aug.

Curatores regionum. Suet. ab Aug.

Denuntiatores regionum.

Magiſtri vicorum vrbis regionum 14.

Aduocatus vel patronus fiſci à M. Antonino philoſopho. Capitol.

D

CAPVT VIII.

Magiſtratus minores extra ordinem.



VVMVIRI perduellionis à Tullo Hoſtilio rege. Liuius.

Quæſtores Parricidij Feſtus Pompon. Quæſt. Parricidij. Quæſitores rerum capitalium. iidem. lex 12. tab. meminit.

Præfectus annonæ. Liuius l. 4.

Quinqueviri menſarij anno vrbis 402. Liu. lib. 7.

Triumviri menſarij. Liuius lib. 23.

E

Duumviri Nauales. Liu. l. 9. 10. 41.

Triumviri qui conquirerent iuuenes idoneos ad arma ferenda, militéſque facerent. Liu. l. 23.

Decemviri qui iudicant ſuper ſacramento & libertate. Cicero.

Decemviri diſtribuendorum donatiuor. Liuius.

Triumviri legendi ſenatus. Sueton. l. 1. c. 37.

Triumviri recognoſcendorum equitum Rom. Suet. Aug.

CAPVT

A

CAPVT IX.

Magistratus Prouinciales.

PROCONSVLES, proconsulibus, ἀνθύπατοι. Dio.
Proprætores proprætoribus. Liuius.
Legati proconsulum. Liuius.
Legati proprætorum. Cicero.
Quæstores prouinciales primùm duo, deinde sex, postremo à Sylla. Tacit.
B Proquæstores seu proquæstoribus.
Præfectus Ægypti qui & Augustalis ab Aug. Suet.
Præfecti præfecturarum. Fest.
Consulares 4. qui per Italiam ius dicerent ab Hadriano. Spartia.
Iuridici Italia à Marcophil. Capitol.
III. viri, V. viri, VII. viri, X. viri Coloniæ deducendæ. Liuius.
V. viri, VII. viri, XX. viri agris dandis attribuendis. Cicero.
Quinqueviri vel XV. viri agror. metiendor. diuidendorúmque. Liu.
Triumviri, vel V. viri, ad inspiciendos fines, litésque dirimend. Liu. l. 3.

C

CAPVT X.

Magistratus quorum obscura origo, in vet. Inscr.

PROCVRATOR à rationibus,
Præfectus: Operum publicorum, Cæsaris, XX. hæreditatum, Alimentorum, Frumenti, Vehiculorum, Curatorum annonæ, Tabulariorum publicorum, Muneris publici.

D

CAPVT XI.

Descriptio prouinciarum ab Augusto & Hadriano.

E ANNO vrbis 727. Imperatore Cæsare Augusto 7. & M. Agrippa III. Cos. Augustus Cæsar prouincias quæ pacatæ erant, & imbelles, militúmque præsidiis non indigebant populo tradidit, quas in XII. diœceses descripsit, duas proconsulares, X. prætorias. Prouincias verò firmiores in quibus exercitus habendi essent, vt sibi vniuersum imperij robur attribueret, Cæsaris prouincias esse, & dici voluit, in quas legatos, proprætores, procuratores dignitate proprætoria misit, qui equestri loco exercitibus præessent. Quos omnes communi vocabulo Rectores vocauit. Ægypto præfecit Augustalem. Strabo lib. 17. Dio. Prouinciæ Cæsaris in XIIII. diœceses descriptæ. vide S. Rufum.

Hadrianus Italiam in XVII. diœceses descripsit, quarum aliis consulares, aliis correctores, nonnullis præsides præposuit. In Hispania prouincias 4. præsidiales fecit. In Galliis Aquitania, & Britannia prouincias XVIII. In Illyrico XVII. In Thracia prouincias VI. In Africa VI. quarum prouincia Africa cuius metropolis Chartago, proconsularis est. Numidia & Byzacium consulares Tripolitana, Mauritania Sifensis, Maur. Cæsariensis consula

consulares Asiæ descriptio ab Hadriano facta desideratur. Ad ætatem Constantini magni A
prætoriani milites Romæ fuere in castris prætoriis, quæ à Constantino excisa, & prætoriani milites quia steterant à Maxentio exauctorati sunt.

CAPVT XII.

Descriptio magistratuum & prouinciarum à Constantino magno.

PRIVSQVAM ad notitiam imperij veniamus, in qua descriptio magistratuum, & officiorum quæ sub Theodosio maiori fuit, vt à Constantino paucis immutatis facta est, plene continetur, Zozimi verba lib.2. præmittemus. Constantinus, ait ille, conturbauit magistratus B
iam olim institutos, τὰς πάλαι καθεσταμένας ἀρχάς. Nam cùm duo essent præfecti prætorio, qui hoc officium in commune iuxta gerebant, non Palatini tantùm ordines eorum cura & potestate regebantur, sed etiam ij quibus custodia vrbis commissa erat, & quotquot limitibus curabant. Hic enim præfectorum magistratus, qui ab Imperatore secundus habebatur, & annonas erogabat, & contra militarem disciplinam admissa pro delicto vindicabat. Constantinus autem recte constituta loco mouens, vnum hunc magistratum in quatuor discerpsit. Nam præfecto prætorij orientis totam Ægyptum cum Libyæ Pentapoli, & orientem ad Mesopotamiam vsque, & præterea Cilices, Cappadoces, Armenios, orámque maritimam totam à Pamphylia Trapezuntem vsque, & castella propter Phasidem ficta permisit. Eidem & Thracia
tradita, & Mysia, & Hæmi, ac Rhodopes, & Toperi opidi finibus circumscripta, præterea C
Cyprum adiecit, & Cycladas insulas, Lemno & Imbro, & Samothracia exceptis. Præfecto prætorij Illyrici attribuit Thessalos, Cretenses, Græciam, & circum assitas insulas, Epirum vtrámque, Illyrios, Dacas, Triballos, Pannonios Valeriam vsque, Mysiam superiorem. Præfecto præt. Italiæ totam Italiam, Siciliam, & circum assitas insulas, Sardiniam, Corsicam, Africam à Syrtibus Cyrenen vsque. Præfecto prætor. Galliarum Transalpinos, Celtas, & Hispanos, cum insula Britannia.

Ita diuiso præfectorum pr. magistratu, aliis quoque modis eorum potestatem imminuit. Nam cum præessent vbique militibus, non modo centuriones, & tribuni verum & duces (sic enim dicti, qui quolibet in loco prætorum vicem obtinebant) magistros militum instituit, alterum equitum, peditum alterum, & in hos translata potestate militum ordinandorum, & coërcendi delinquentes, hac etiam in parte præfectorum auctoritati de- D
traxit. Id vero tam pace, quàm bello detrimentum rebus attulit. Cum enim præfecti prætorio vbique terrarum tributa per apparitores suos exigerent, & militarem ex iis sumptum facerent, iidémque milites dicto audientes haberent, in sustinendis ob delicta pœnis, prout præfectis prætorio videretur, non ab re milites cum animis suis cogitantes eum qui annonam, & stipendia præberet delinquentes etiam punire, nihil agere præter officium audebant, partim annonarum ademptionem, partim præsentem coërcitionem veriti. Nunc cum alius stipendium exhibeat, alius milites coërceat, omnia licentius agunt, cum interim non minima annonæ pars ducis & apparitorum lucro cedat. Aliud & à Cõstantino factum est, quod barbaris aditum in ditionem pop. Romani aperuit. Nam cum imperium Rom. in limitibus vbique à Diocletiano oppidis, castellis, & burgis incluſum esset (ἐφαπὰς vocat) omnésque limitanei milites in iis agerent, barbaris aditus intercluſus erat. Quæ munimen- E
ta & præsidia Constantinus sustulit, nouúmque Romæ veteri æmulam Byzantij exstruxit, diuisóq; senatu, cum vniuerso orbi ciuitas Romana iam olim ab Antonino Caracalla (imo ab Antonino Pio data esset) senatores omnes ex occidentalis imperij prouinciis lectos Romæ morari voluit, ex orientalis vero Constantinopoli. Consulum item alterum Romæ, alterum Constantinopoli designari voluit. Demum eò res deducta est, vt Romæ duo, Constantinopoli totidem Coss. crearentur. Vrbi deinde Constantinopoli præfectum alterum, Romæ alterum instituit, & omnia priuilegia, dignitates, quibus Roma ornata pridem erat, cum ciuitate Constantinopoli communicauit. Ceterum duos in occidente præfecto prætorio instituisset, præfectum præt. Italiæ, & præf. prætorio Galliarum, totidem in oriente, præfectum præt. Illyrici, & præfect. præt. orientis, sub eorum potestate magistratus omnes Rom. esse voluit, quorum descriptionem è notitia Imperij Romani pete, nisi si forte his quæ hoc loco subiiciam contentus esse potes.

CAPVT

A

CAPVT XIII.

Magistratuum, & prouinciarum Imp. occidentalis descriptio, post Constantinum mag.

IMPERATOR Cæsar Augustus.

Consul occidentalis.

Præfectus prætor. Italiæ vir illustris, sub cuius dispositione Italia, Illyricum, Africa. Præfectus annonæ Africæ, & præfectus fundorum patrimonialium, qui Gildonis patrimonium procurabat.

B Ministri magistratuum libera Rep. fuere, scribæ, accensis præcones, lictores, viatores, carnifices, diribitores, rogatores, custodes, nomenclatores, diuisores qui magistri curiarum dicuntur à Plauto. Apparitores, interpretes. Diribitores singulis tribubus tot dabant tabellas quot erant candidati comitiis, quorum rationem haberi oportere iudicatum esset. Rogatores ante legem tabellariam rogabant sententias, post legem tabellariam cistam proponebant mittendis tabellis. Custodes tot puncta notabant, quot cuique candidato tabellæ obtigissent.

Officium viri illustris præfecti prætorio Italiæ, adiutor commentariensis, ab actis, numerarij, subadiuuæ, cura epistolarum, Regerendarius, exceptores, adiutores singularij.

Præfectus prætorio Galliarum sub quo Hispaniæ VII. prouinciæ, Galliarum XVII. prouinciæ, Britanniarum V.

C Officium præfecti præt. Gall. idem fuit quod præfecti præt. Ital.

Sub præfectis prætorio fuere proconsules, vicarij, consulares, correctores, præsides.

Quintus occidentis magistratus fuit vir illustris præfectus vrbis Romæ, sub cuius dispositione fuere, præfectus annonæ, præfectus vigilum, comes formarum, comes riparum, & aluei Tiberis, & cloacarum, comes portus, magister census, rationalis vinorum, tribunus fori suarij, consularis aquarum, curator operum maximorum, curator operum publicorum, curator statuorum, curator horreorum Galbianorum, centenarius portus, tribunus rerum nitentium.

Officium eius pene idem fuit cum officio præfecti prætorio. Pro numerario ponitur primiscrinius, siue numerarius. Deinde tres subiunguntur qui in officio præfecti prætorio non sunt, censuales, nomenclatores, singularij.

D Sextus magister peditum in præsenti vir illustris, sub cuius dispositione fuere sex comites rei militaris, duces limitum X. legiones Palatinæ XII. auxilia Palatina LXV. legiones. Comitatenses XXXII. Pseudocomitatenses XVIII. omnes classes, Veneta, Rauennas, Comensis, Misenas, Viennensis, Bracaria, Massilienſis, Ararica, Anderetiana cum earum præfectis, tribuni omnes cohortium, & militum præfecti per occidentem.

Officium eius princeps numerarius, commentariensis, adiutor, regerendarius, exceptores, & reliqui apparitores.

Septimus vir ill. Comes & magister equitum præsentalis, sub cuius dispositione vexillationes Palatinæ IX. vexillationes Comitatenses XXXII.

Officium eius idem cum magistro peditum præsentiali. Additus est primiscrinius alius à

E numerario.

Octauus vir il. magister equitum Galliarum, cuius officium, princeps ex officiis magistrorum militum præsentialium vno anno à parte peditum, altero à parte equitum.

Officium eius commentariensis, numerarij ex viris, & officiis singulares, adiutor, regerendarius, exceptores, & reliqui apparitores.

Nonus vir il. præpositus sacri cubiculi, sub quo primicerius, cui parebant Decani. Item comes Castrensis qui mensam & palatium curabat, sub quo primicerius mensorum, Primicer. Cellariorum, Primicer. pædagogiorum, Primic. lampadariorum, quorum alij erant primæ formæ, secundæ formæ, tertiæ formæ. Sub præposito sacri cubiculi sunt & tres decuriones XXX. silentiariorum, chartularij sacri cubiculi tres scribebant, comes domorum.

Officium tanquam magistratus habebat, cuius princeps erat vnus mittendariorum ex officio comitis largitionum l. 3. Cod. de palat. sacr. larg.

Decimus

Decimus vir illuſtris magiſter officiorum qui præeſt ſcholæ primæ, & ſecundæ ſcutariorum, ſcholæ armaturarum ſeniorum, ſcholæ gentilium ſeniorum, ſcholæ tertiæ ſcutariorum, ſcholæ agentium in rebus, & deputatorum eius ſcholæ, ſcriniis memoriæ diſpoſitionum, epiſtolarum, libellorum, Admiſſionalibus, cancellariis, fabricis XIX. ſcutorum, Baliſtarum, armorum omnium. A

Officium eius de ſchola agentium in rebus Adiutor, ſubadiuuæ adiutoris, ſubadiuuæ fabricarum diuerſarum, curioſus curſus publici in præſenti, Corioſi omnium prouinciarum, interpretes omnium gentium.

Vndecimus fuit vir il. Quæſtor, ſub cuius diſpoſitione ſunt leges, dictandæ preces, habet ſubadiuuantes, Adiutores, memoriales de ſcriniis diuerſis.

Duodecimus vir ill. Comes ſacrarum largitionum, ſub cuius diſpoſitione ſunt comites largitionum per Illyricum, comites largitionum Italicianorum, titulorum largitionalium per Africam, comites veſtiarij auri, rationales ſummarum, procuratores monetæ, præpoſiti theſaurorum, procuratores gynæciorum, procuratores lanificij, procuratores Baphiorum, præpoſiti Brambaricariorum, ſiue argentariorum, præpoſiti Baſtagarum, comes commerciorum per Illyricum. B

Officium eius Primicerius totius officij, Primic. ſcriniorum canonum, Prim. ſcrin. tabulariorum, Primic. ſcr. numerariorum, Primicer. ſcriniorum aureæ maſſæ, Primic. ſcr. auri ad reſponſum, Primic. ſcrinij veſtiarij ſacri, Pr. ſcrinij ab argento, Pr. ſcrinij à milliarenſibus, Primic. ſcrin. à pecuniis. Secundicerius officij, qui primicerius eſt exceptorum, tertiocerius officij qui tractabat baſtagas.

Decimustertius v. il. Comes rerum priuatarum ſub cuius diſpoſitione comes largitionum priuatarum, comes Gildoniaci patrimonij, rationales rerum priuatarum per varias prouincias. Rationalis rei priuatæ fundorum domus diuinæ per Africam, procuratores rei priuatæ per varias regiones, procuratores rei priuatæ Cynegiorum Triberorum, procurator Gynæcij Iuuarenſis rei priuatæ, &c. Præpoſitus Baſtagæ rei priuatæ orientalis inferioris, Præpoſitus Baſtagæ priuatarum Galliarum. C

Officium eius Primicerius totius officij, Primicer. Beneficiorum, Primiſcrinius rationum, Primiſcrin. ſecuritatum, Primiſcrin. largit. priuatar. Secundicerius totius officij qui tractat chartas officij, Comes Gildonici patrimonij habet procuratores præpoſitos, & rationales per diuerſas prouincias, & Secundocerium totius officij qui tractat chartas officij.

Decimusquartus Comes domeſticorum equitum vir illuſt.

Decimusquintus Comes domeſtic. peditum vir illuſt. D

CAPVT XIV.

Spectabiles Palatinæ dignitates.

PRIMVS vir ſpectabilis Primicerius ſacri cubiculi.

Secundus vir ſpectabil. Caſtrenſis ſacri palatij qui menſam Imperat. & totum palatium curabat, ſub cuius diſpoſitione miniſteriales Dominici, Curæ Palatinorum. E

Officium eius Tabularius Dominicus, Tabularius Dominæ Auguſtæ, Adiutor, Chartularius, & ſcrinium ipſius, & ceteri palatini officiorum.

Tertius vir ſpect. Primicerius notariorum, ſub cuius cura eſt notitia omnium dignitatum, & adminiſtrationum tam ciuilium quàm militarium. Officium non habet, ſed adiutores.

Quartus magiſter ſcriniorum, memoriæ, epiſtolarum, libellorum. Magiſter memoriæ annotationes omnes dictat & emittit. Reſpondet tamen & precibus. Magiſter epiſtolarum legationes ciuitatum, conſultationes & preces tractat. Magiſter libellorum cognitiones & preces.

CAPVT

A

CAPVT XV.

Spectabiles prouinciarum magistratus.

PRIMVS sp.proconsul Africæ cuius Vicarij sex. Vicarius vrbis Romæ. Vic. Africæ. Vic. septem prouinciarium. Vicar. Italiæ. Vic. Hispaniar. Vic. Britanniar. Officium eius Princeps ducenarius de schola agentium in rebus, Cornicularius, Numerarij duo, Primiscrinius, Commentariensis, Adiutor, ab Actis, Subadiuuæ singulares, & reliquum officium.

Secundus vir spectabilis Vicarius vrbis Romæ sub cuius dispositione consulares Campa-
B niæ, Tusciæ, & Vmbriæ, Piceni suburbicarij, Siciliæ, correctores Apuliæ, & Calabriæ, Brutiorum & Lucaniæ præsides Samnij, Sardiniæ, Corsicæ, Valeriæ. Idem habet officium quod proconsul Africæ.

Tertius vir spect. Vicarius Africæ sub cuius dispositione consulares Bizani, Numidiæ, præsides Mauritaniæ Sitifensis, Mauritaniæ Cæsarensis.

Quartus vir spect. Vicarius Hispaniar. sub cuius dispositione consulares Beticæ, Lusitaniæ, Galleciæ, præsides Tarraconensis, Carthaginensis, Tingitanæ, insularum Balearium.

Quintus v. s. Vicarius septem prouinciarium. Idem dicitur Vicarius Galliarum seu septem, & decem prouinciarum.

Sextus v. spect. Vicarius Britanniarum.

C Septimus v. s. Comes Africæ limitaneus, sub cuius dispositione XVI. præpositi limitum.

Comes Tingitaniæ limitaneus vir illustris vocatur, sub cuius dispositione præfectus alæ Herculeæ, Tamuco præsidens, & sex tribuni cohortium.

Octauus vir spect. Comes lictoris Saxonici per Britanniam, sub cuius dispositione præpositi VIII. numerorum, militum, equitum, legionum, & tribunus cohortis primæ Vetasiorum Regulbio præsidens.

Nonus vir s. Comes Britanniæ sub cuius disposit. prouincia Britannia.

Decimus v. s. Comes Italiæ sub cuius disposit. tractus Italiæ circa Alpes.

Vndecimus v. s. Comes Argentoratensis.

Duodecimus v. s. Comes Illyrici.

Decimustertius v. s. Comes Hispaniarum.

D Sequuntur in notitia XII. viri spectabiles. Duces limitum XII. Consulares XX. Præsides XXI. Item variæ præposituræ Magistri peditum præsentialium à parte peditum in Italia, quas tu require ex Pancirolio viro doctissimo ad notitiam imperij Romani. Ex eodem fonte Magistratus imperij orientis petes. Nos id agimus vt omnia officia vtriusque imperij persequamur, & quæ Pancirolius vel aliorum industriæ reliquit, vel parum accurate explicauit, expediamus.

CAPVT XVI.

E

Dignitates Imperij Constantin. sub postremis Imperat. ex Codino & alijs.

ΔΕΣΠΌΤΗΣ.
σεβαστοφόρος, Cedrenus.
σεβαστοκράτωρ.
πανυπερσέβαστος.
καῖσαρ.
προτοσέβαστος.
σεβαστός.
πρατοβεστιάριος.
βεστάρχης. Zonaras.
μέγας δοὺξ.
μέγας δομέστικος.
δομέστικος τοῦ δεσποινικοῦ.
προτοστράτωρ προτοστάτωρ.
μέγας λογοθέτης.
στρατοπεδάρχης ὁ μέγας.
πριμικήριος ὁ μέγας.
κονόσταυλος ὁ μέγας.
ὁ ἐπὶ τῶν κανικλείου.
πιγκέρνης.
ὁ παρακοιμώμενος τῆς μεγάλης.

σφενδόνης.
ὁ παρακοιμώμενος τῶν κοιτῶνος.
ὁ μέγας βαΐουλος.
κουροπαλάτης.
προτυβεστιαρίτης.
δομέστικος.
ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης.
λογοθέτης τῶν γενικοῦ.
μέγας παπίας.
προτυπροέδρος.
ἔπαρχος.
μέγας δρουγγάριος τῆς βασιλικῆς βίγλης.
μέγας ἑτερειάρχης.
ὁ λογοθέτης δρόμου.
ὕπατος τῶν φιλοσόφων.
ὁ μέγας χαρτουλάριος.
μύστικος.
προτυασηκρήτης.
δικαιοδότης.
ὁ ἐπὶ τῶν στρατοῦ.
ὁ μέγας δρουγγάριος τοῦ στρατοῦ.
μέγας δρουγγάριος τῶν στόλου.
δομέστικος τῶν σχολῶν.
πριμικήριος τῆς αὐλῆς.
μέγας τζαούσιος.
πραίτωρ τοῦ δήμου.
προτοσπαθάριος.
μέγας ἄρχων.
ταιτᾶς τῆς αὐλῆς.
λογοθέτης τῶν οἰκειακῶν.
μέγας λογαριαστής. λογιστής. φροντιστής.
ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων.
ὁ ἀρχιδιάκονος.
ὁ σκουτέριος.
προτυκυνηγός.
ἀμιράλιος.
ἀκτουάριος.
μέγας ἀδνουμιαστής.
κοιαίστωρ.
λογοθέτης στρατιωτικοῦ.
προτοιερακάριος.
κριτὴς βήλου.
μέγας διερμηνευτής.
λογοθέτης ἀγελῶν.
δικαιοφύλαξ.
ἀκόλουθος.
λογοθέτης τῆς βουλῆς.
διαιτητὴς.
ὀρφανοτρόφος.
κριτὴς φοσσάτου.
δομέστικος τειχιστῶν. δομέστ. τοίχων.
προτυνοτάριος τοῦ δρόμου. Cedr.
προτυνοτάριος.
προταλλαγάτωρ.
ἀλογάτωρ.
δομέστικος τῶν θέματος.
ἀβεστιαρίου. βεστιάριος. ὁ τῶν βασιλικοῦ βεστιαρίου ἄρχων.
στρατοπεδάρχης μονοκαβάλλων.
στρατυπεδάρχης τῶν μουρτάτων.
στρατοπεδάρχης τζακώνων.
στρατυπεδάρχης τζακοντόρων.
ὁ ἐπὶ τῶν ἀναμνήσεων.
προκαθήμενος κοιτῶνος.
προκαθήμενος τῶν βεστιαρίου.
δομέστικος τῶν θεμάτων.
προτυκόμης.
δομέστικος ἀνατολικῶν θεμάτων.
δομέστικος δυτικῶν θεμάτων.
προκαθήμενος μεγάλου παλατίου.
προκαθήμενος μεγάλων παλατ.
προκαθήμενος βλαχερνῶν.
λογαριαστὴς αὐλῆς.
μέγας διοικητής.
νομοφύλαξ.
βεστιαρίται τῶν ἑτερειάρχου.
ἄρχων τῶν ἀλογίων.
ὁ μέγας μυρταΐτης.
κριτὴς σεκρέτου.
ῥαβδοῦχοι.
καβαλλάριος.
προκαθήμενος κάστρου.
δρουγγάριος στόλου.
κόμης.
προτυκόμης.
κεφαλάδες κεφαλάδαι.

IVLII

IVLII CÆSARIS

BVLENGERI DE MAGISTRATIBVS ET OFFICIIS IMPERII ROMANI,

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

De Diœceſibus.

A PRIVSQVAM de magiſtratibus, & officiis vtriuſque imperij per partes agam, pauca in genere præmittam de diœceſibus, prouinciis Metropolibus, & aliis communibus, ac late fuſis, quæ ad cætera præcurſionem facere debent, vt omnia magis in aperto ſint.

Diœceſis igitur propriè adminiſtrationem domus ſignificat, quod Græci domum *œcum* vocant, vnde diœcetæ adminiſtratores domus, & quia quod paterfamilias in domo, id eſt imperator in imperio, diœceſis pro adminiſtratione imperij accipitur. Æſchines διοίκησιν τῆ πόλεως, *adminiſtrationem ciuitatis vocat*, Plato lib.de legib. διοίκησιν δ' δήμε, *ſtatum popularem*. Euſebius lib.8.ecc. hiſt. διοικήσεως βασιλικῆς ἠρχεν τὴν κατ' ἀλεξανδρείας. *Diœceſis quid ſit.*

Olim prouinciæ vox latius patebat quàm diœceſeos, cùm in vna prouincia plures diœ-
B ceſes eſſent. Cicero lib.13. epiſtol. ad P. Seruilium, ex prouincia mea Cilicienſi cui tres diœceſes Aſiaticas attributas fuiſſe, nullo ſum vſus familiariùs quàm Adrone. Idem lib.3. ad famil. Vt me omnium illarum diœceſium quæ cis Taurum ſunt, omniúmque illarum ciuitatum magiſtratus, legationéſque conuenirent. Sub imperatoribus diœceſes dictæ ſunt adminiſtrationes multarum ſimul prouinciarum, quæ in vnum coactæ per præfectos, & eorum vicarios regebantur. *Prouinciæ & diœceſeos differentia.*

Diœceſis & tractus vocatur l.1. C. vt omnes iudices tam ciuil. Septem orienti, ſex occidenti tribuuntur diœceſes, quæ tractus dicuntur l. 11. C. de fund. patrimon. Marcellinus, Conſtantij nomine per omnes orientis tractus abolito. Concil.Chalced.actione XV. regiones appellantur, Epiſcopi Ægyptiacæ regionis. Orientis diœceſes hæ ſunt Oriens, Ægyptus, Aſiana, Pontica, Thracia, Macedonia, Dacia l.2. de militari veſte, l.1. vt nemo
C ad ſuum patroc. Quinque tantum orientis diœceſes numerantur, vt & l.5. C.de temporib. & reparat. appel. Harum diœceſium vna quæque plures prouincias complectebatur. Orientis diœceſis quindecim prouincias continebat, Ægyptiaca ſex, Aſiana 10. Pontica 10. Thracia 6. Præfecturæ prætorianæ Illyrici diœceſes duæ ſuberant, Macedoniæ in qua prouinciæ ſex, Dacia in qua quinque. Diœceſes quinque priores ſub præfecto orientis erant. Occidentis diœceſes ſex, Italica, Illyricana, Africana, Gallicana, Hiſpanica, Britannica. Prouinciæ Italiæ 17. Illyrici 6. Africæ 7. Galliæ 17. Hiſpaniæ 7. Britanniæ quinque, vt eſt in notitia imperij Rom. *Tractus pro diœceſi vſurpatus.*

A

CAPVT II.

De Prouincijs.

Prouinciæ trium generum,

PROVINCIÆ libera Republica trium generum fuere; quædam enim consulares, seu proconsulares erant, aliæ prætoriæ, nonnullæ quæstoriæ. In consulares missi cum imperio lege curiata, finito magistratu, qui consulatum gesserant. Cæsar lib. 1. bel. ciuil. Cic. de prouinc. consul. Moris fuit ex lege Sempronia, vt antequam consules, & prætores designarentur in annum sequentem sub finem Iulij mensis, duæ prouinciæ consulares, & octo prætoriæ à senatu futuris consulibus & prætoribus decernerentur, in quas irent finito magistratu, quas ipsi vel sortiebantur, vel comparabant inter se, vel arbitratu senatus accipiebant. Cic. pro Sestio, vt vni helluoni bis eadem de re deliberandi, & rogata lege potestas fieret prouinciæ commutandæ. lege Ciceronem lib. 1. epist. ad famil. ep. 10. Liuius lib. 4. & 7. Censuit senatus vtrique legiones scribi, consulésque prouincias sortiri iussit. lib. 30. Cn. Seruilius Cepio, & Cn. Seruilius Geminus consules cum de Rep. bellóque & pace ad senatum retulissent, censuerunt patres, vt consules inter se compararent, sortirentúrque lib. 28. Sicilia extra sortem concedente collega, Scipioni delegata est. Cicero actione 2. in Ver. Cùm prætores designati sortirentur. Sueton. in Aug. cap. 3. ex prætura Macedoniam sortitus. Post impetratum lege curiata imperium, nouum Senatusconsultum fiebat, quo de finibus prouinciæ, de exercitu in eam ducendo, & militum stipendio cauebatur, item legatus dabatur qui ab Appiano dicitur ὁ τῷ ἡγεμόνι τῶν ἐθνῶν ὃν ἂν βουλῆς ἐπόμπῳ εἰς βοήθειαν, *Qui sequebatur Rectorem prouinciæ, vt eum iuuaret.* Tunc ornari prouincia dicta, κόσμον τῇ ἀρχῇ προστιθέναι. Cautum eodem senatusconsulto de viatico, atque instrumento prætoriæ domus. Sueton. in Iulio, Ex prætura vlteriorem sortitus Hispaniam, neque more, neque iure, antequàm prouinciæ ornarentur profectus est. Cicero lib. 2. ad Q. fratrem, referebatur de prouinciis quæstorum, & de ornandis prætoribus. lib. 3. ad Attic. epist. 24. cùm scripsissetis consulares prouincias ornatas esse. Pro lege Manilia: Ornatæ prouinciæ lege curiata. 2. in Rull. de decemuiris quos Rullus agris diuidundis instituere volebat: Ornat eos apparitoribus, scribis, librariis, præconibus, architectis, præterea mulis, tabernaculis, cantheriis, supellectili, sumptum haurit ex ærario. Sueton. in Augusto cap. 36. Ne magistratus deposito honore statim in prouinciam mitterentur, vt proconsulibus ad mulos, & tabernacula, quæ publicè locari solebant certa pecunia constitueretur.

B C D

Supellex cur sic dicta.

Inde supellex dicta, quod olim his qui in legationem proficiscerentur locari solerent quæ sub pellibus vsui forent, l. 6. D. de supel. legata. Vasarium Cic. vocat in Pisonem. Nonne H S. centies & octogies quod quasi vasarij nomine in venditione mei capitis adscripseras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti. Lamprid. in Alexandro, iudices cùm promoueret exemplo veterum, & argento, & necessariis instruebat, ita vt præsides prouinciarum acciperent argenti pondo vicena, mulos, & equos binos, vestes forenses binas, domesticas singulas, balneares singulas, aureos centenos, coquos singulos, & si vxores non haberent singulas concubinas, quod sine iis esse non possint, redditurí deposita administratione mulas, mulos, equos, muliones, & coquos, cætera sibi habituri si bene gessissent. Liuius lib. 42. initio, Lucius Popilius Albinus iratus Prænestinis prius quàm ab Roma proficisceretur literas Prænestè misit, vt sibi magistratus obuiam exiret, locum publicè pararet, vbi diuerteretur, iumentáque cum exiret, inde præsto essent. Ante hunc consulem nemo vnquam sociis in vlla re oneri, aut sumptui fuit, ideo magistratus mulis, tabernaculísque, & omni alio instrumento militari ornabatur, ne quid tale imperarent sociis, priuata hospitia habebant, ea benigne, comitérque colebant, domúsque eorum Romæ hospitibus patebant, apud quos ipsis diuerti mos esset. Legati qui repente aliquò mitterentur singula iumenta per oppida irer qua faciendum erat imperabant, aliam impensam socij in magistratus Rom. non faciebant. Dio lib. 53. prodit Augustum cum olim vbi magistratu abiissent, prætores statim in prouincias irent, statuisse, μηδένα πρὸ πέντε ἐτῶν μὴ τὸ ἄρξαι ἐν τῇ πόλει κληρῶσθαι, *ne quis ante quinque annos à magistratu gesto in vrbe sortiretur*, vt iret in prouinciam. τὸ μὲν γὰρ πάλαι ἐργολαβοῦντές τινες παρὰ τῶν δημοσίων πάντα σφισὶ τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέροντα παρεῖχον: *Nam olim quidam erant, qui præbenda ituris in prouinciam publice redimerent, & quicquid ijs muneris sui causa*

E

A *cauſa opus eſſet exhiberent.* Apud Gellium lib. 15. c. 4. Ventidius Baſſus fuit ἐφολάβος, & præbendorum manceps. Ea veteris Reip. conſuetudo, non circa rectores tantùm prouinciarum ab Auguſto ſublata eſt, ſed reliquos quoque magiſtratus vrbicos, quibus de publico data merces annua, & cibaria: circa eoſdem tamen ſeruatus in parte mos vetus in tabulis, chartis, cæteríſque aliis huiuſmodi.

Verba Senatuſconſulti de curatoribus aquarum publicarum.

Verba Senatuſconſulti de curatoribus aquarum publicarum Auguſto principe facti ſic habent: Vt qui ita delati eſſent, iis prætores ærarij mercedem, cibaria quanta præfecti frumento dando dare, deferréque ſolent, annua darent, & attribuerent, iíſque pecunias ſine fraude ſuas facere liceat, vtique tabulas chartas, ceteráque quæ eius curationis cauſa opus eſſet iis curatoribus præbenda Q. Ælius. P. Fabius Coss. ambo, alterue ſi iis videbitur, adhibitis prætoribus qui ærario præſint, locent. Ad viaticum pertinebat annulus
B qui, teſte Zonara, magiſtratibus peregrè proficiſcentibus de publico dabatur. Sed Appij verba audiamus apud Cicer. lib. 1. ep. ad famil. ep. 10. Appius in ſermonibus antea dictitabat, poſtea dixit etiam in ſenatu palam, ſeſe, ſi licitum eſſet legem curiatam ferre, ſortiturum eſſe cum collega prouinciam, ſi curiata lex non eſſet, ſe pacturum cum collega, tibíque ſucceſſurum, legémque curiatam conſuli ferri opus eſſe, ſibi neceſſe non eſſe ſe, quoniam ex Senatuſconſulto prouinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in vrbem introiiſſet. Ex quibus apparet eos qui legem curiatam non habuiſſent, rem militarem attingere potuiſſe, viatico tamen publico caruiſſe, ſed ſuis ſumptibus in prouincias iuiſſe.

Prætorũ & proconſulum in ducendo exercitu poteſtas.

Omnino proconſulum, & prætorum qui ductarent exercitus magna poteſtas fuit, vt non mirum ſit tanto ambitu magiſtratus captatos. Strabo lib XII. de Paphlagonia lo-
C quens, & Cappadocia à Pompeio certis finibus terminatis, ὕστερον ὑπ' οἱ τ ῥωμαίων ἡγεμόνες ἄλλως κ' ἄλλως ἐποίησαν μερισμὸς, βασιλείας τε κ' δυναστὰς καθιστάντες, κ' πόλεις τὰς μὲν ἐλευθερώντες, τὰς δ' ἐγχειρίζοντες τῆς δυνάμεως, τὰς δ' ὑπὸ δῆμῳ τ ῥωμαίων ἐῶντες: *Poſtea Romanorum duces alias atque alias contributiones fecerunt, reges, & dynaſtas conſtituentes, ciuitatúmque partim immunitate donarunt, partim potentatibus attribuerunt, partim ſub populo Romano reliquerunt.* Subiungit, huius regionis partem Amaſini obtinent, partem Pompeius Deiotaro dedit, vt Pharnaciæ, & Trapezuntiæ adiacentia, vſque in Colchidem, & minorem Armeniam. Appianus in Mithridatico, Tigranes, inquit, ἐδίδα πομπήῳ μὲν τάλαντα ἑξακισχίλια, εἰς τὼ στρατιὰν δ' δραχμὰς πεντήκοντα ἑκάστῳ, κ' λοχαγῷ χιλίας, κ' χιλιάρχῳ μυρίας, *dedit Pompeio ſex millia talentorum, vnicuique militi quinquaginta drachmas, centurioni mille, tribuno decem millia.*

Opes prætoribus & proconſulibus Romanis cur tanta olim fuerint.

Non mirum igitur ſi proconſules & prætores opulenti è prouinciis Romam redirent
D cùm rei faciendę tam pręclarę occaſiones ſæpe naſcerentur. Ex hoc fonte Luculli opes, qui extremo triumphi ſui die aureum ſimulacrum Mithridatis 6. pedum longitudinis, clypeúmque gemmis conſertum, cum immani ſumma auri & argenti facti, ſignatíque in ærarium, intulit, ait Plutarch. Cicero in Piſonem ſibi laudi ducit quod prouinciam, & ex ea lucra, & commoda contempſerit. Ego Antonium collegam cupidum prouinciæ patientia, atque obſequio meo mitigaui, ego prouinciam Galliam ſenatus auctoritate exercitu, & pecunia inſtructam, & ornatam, quam cum Antonio communicaui, quod ita exiſtimabam tempora Reip. ferre, in concione depoſui. Idem ep. ad Attic. Poſtea quàm Taurum tranſgreſſus ſum, mirifica expectatio Aſiæ noſtrarum diœceſum. Ciuitates locupletes ne in hybernis milites reciperent magnas pecunias dabant, Cypria talenta Attica 200. Idem pro lege Man. Difficile eſt dictu, Quirites, quanto in odio ſimus apud exteras nationes propter
E eorum quos ad eas hoc anno cum imperio miſimus iniurias, ac libidines. Quod enim fanum putatis in illis terris veſtris magiſtratibus religioſum? quam ciuitatem ſanctam, quam domum ſatis clauſam ac munitam fuiſſe? vrbes iam locupletes, & copioſæ requiruntur, quibus cauſa belli propter diripiendi cupiditatem inferatur. Idem in Piſonem, Rabocentum Beſſicæ gentis principem cùm trecentis talentis regi Cotto vendidiſſes, ſecuri percuſſiſti. Nonne cum ducenta talenta tibi Apolloniatæ Romæ dediſſent ne pecunias creditas ſoluerent. Ibidem Piſoni centies & octogies H S. vaſarij nomine decretum eſſe ait, id eſt, quadringenta & 50. millia aureorum noſtrorum. Sunt & alia genera pecuniæ imperandæ ciuitatibus, quam magiſtratus in rem ſuam vertebant. Cic. in Piſon. Qui modus tibi fuit frumenti æſtimandi? qui honorarij? frumentum æſtimandum eſt quod in cellam prætoris imperabatur. Honorarium, quod honoris cauſa eidem offerebatur. Ibidem, Mitto aurum coronarium quod te diutiſſimè torſit, cùm modò velles, modò nolles. Sed vt paucis explicemus profectionem magiſtratuum in prouinciam, vbi geſto conſulatu S. C.

& lege curiata imperium obtinuerant, & in capitolio solemnia pro Repub. vota nuncuparant inde paludamento, & lictoribus sumptis, ad portam vrbis ibant, & amicis bona verba dicentibus, in prouinciam pergebant, nisi Tribun. plebis edicto, aut dirarum obnuntiatione prohiberent, tum ex itinere certiores de aduentu suo faciebant eos quibus succedebant. Muneris autem prouincialis duæ fuere partes, potestas cognoscendi, imperium belli gerendi. vide l. 1. C. vt omnes iudices tam ciuiles, quàm militares post administrationem depositam quinquaginta dies in ciuitatibus vel certis locis permaneant, lege Cornelia 30. tantùm dies præscripti erant quibus in prouincia manerent. Cic. in Pison. Exire de prouincia, educere exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum iniussu populi aut senatus accedere lex Cornelia maiestatis, Iulia de pecuniis repetundis planissimè vetant. Iam verò si quo ordine singulas prouincias Romana Respublica adsecuta sit, scire aues ex Rufi Festi Breuiario indicabo. Prima prouinciarum Sicilia facta est. Eam victo Hierone Siculorum rege Marcellus consul obtinuit. Deinde à prætoribus recta, postea est commissa præsidibus, nunc à consularibus administratur. A B

Rebellationes quarundā prouinciarum.

Sardiniam & Corsicam Metellus vicit, triumphauit de Sardis, rebellauere sæpe Sardi. Iuncta administratio harum insularum fuerat, post suos quæque prætores habuit. Nunc Siculæ à Præsidibus reguntur. (Omittit Rufus post Sardiniam & Corsicam Hispanias in prouinciæ formam redactas esse.) In Africam pro defensione Siculorum Romana arma transmissa sunt. Ter Africa rebellauit, ad extremum deleta per Africanum Scipionem, Chartago prouincia facta est, nunc sub proconsulibus agit. Nolo hîc Rufi breuiarium tibi exscribere. Tu illum consulito. Strabo lib. 11. Duas Cappadocias esse ait, quarum alteram, Macedones *βασιλείαν* fecere, alteram *μεγάλην καππαδοκίαν*, *magnam Cappadociam* dictam. Cæsar, *ἣν ἡ σύγκλητος ἔγνω ἐπαρχίαν εἶναι ῥωμαίων δεχέλαϊ τελευτήσαντι, ἐπ' ἐκείνῃ ἦ εἰς δέκα στρατηγίας διηρημένης τὴν χώραν, οἱ ῥωμαῖοι ἐνδεκάτην, & Senatus Rom. prouinciam fecit mortuo Archelao, à quo ea regio in* 10. *diœceses diuisa erat, Romani vndecimam addiderunt.* Ibidem ait Pompeium ex Colchide & Bithynia prouinciam vnam effecisse, *ὥστε ἐξ ἀμφοῖν ἐπαρχίαν γενέσθαι μίαν.* C

Consulares prouinciæ quando fuerint.

Prouinciæ consulares ætate Ciceronis fuere Hispania citerior, Hispania vlterior, Gallia Cisalpina, Gallia Transalpina, Illyricum & Dalmatia, Cilicia, Syria. Prouinciæ prætoriæ octo fuere, prima Sicilia, secunda Sardinia & Corsica, tertia Africa & Numidia, quarta Macedonia, Achaia & Græcia, quinta Asia, Lydia, Caria, Ionia & Mysia, sexta Pontus & Bithynia, septima Creta insula, octaua Cyprus insula. Præter prouincias proconsulares, & prætorias fuerunt & quæstoriæ prouinciæ, quanquam per initia quæstoribus nullæ prouinciæ ordinariæ assignabantur, sed ij cum proconsulibus, & prætoribus in prouincias proficiscebantur ad publicas pecunias exigendas. Quod si proconsules, aut prætores abesse cogerentur, totum prouinciæ regimen quæstoribus demandabatur. Actione 4. in Verrem, quæstores vtriusque prouinciæ qui isto prætore fuerant, cum fascibus mihi præstò fuere. Cic. ad Atticum lib. 6. epistol. C. Cœlium quæstorem prouinciæ per absentiam suam præfecit. Varro lib. 2. R. R. cap. 4. Scropha quæstor cùm esset Licinio Neruæ prætori in Macedonia prouincia relictus, qui præesset exercitui, dum prætor rediret. D

Fasces quæstoribus quo tempore habere permissum.

Quæstores fasces non habebant, nisi per absentiam prætoris prouinciam regerent, auctore Gellio lib. 13. cap. 12. & 13. videntur tamen quæstorum collegio quædam prouinciæ propria fuisse. Sueton. in Claudio cap. 24. Collegio quæstorum pro stratura viarum gladiatorium munus iniunxit, detractáque Ostiensi, & Gallica prouincia. Cic. pro Murena, Tu illam cui cum quæstores sortiuntur etiam acclamari solet Ostiensem, non tam gratiosam & illustrem, quàm negotiosam, & molestam. Habebat autem hæc prouincia frumentariam procurationem, vt Cic. pro Sestio. Liuius lib. 17. Ostienses coloni maritimi dicti. Aquaria prouincia eadem est cum Ostiensi. Cic. in Vatinium, in eo magistratu cùm tibi magno clamore Aquaria prouincia sorte obtigisset. Falluntur enim qui duas prouincias fuisse autumant. Aquariam, & Ostiensem. Altera prouincia fuit Gallica, quod frustra negat Torrentiùs ad cap. 24. Suet. in Claudio. Dio lib. 55. *ταμίας ἐν τε τῇ Ἰταλίᾳ τῇ πρὸς τῇ πόλει, ἢ ἐν ἑτέροις τισὶ τῶν ἰταλίας χωρίοις ἀρχὴν ἐποίησε. Quæstores præfecit oræ maritimæ ad vrbem, & quibusdam aliis Italiæ locis*, inter quæ loca pars aliqua fuit Galliæ Cisalpinæ. In veteri Republica ante Syllam cùm octo quæstores essent, ex iisque duo militares, duo vrbani, quatuor reliqui prouincias in Italia, aut Sicilia habuere, externis prouinciis imperio nondum adiunctis. Eæ fuere Aquaria seu Ostiensis, cuius meminit Cicero pro Plancio, altera Gallica Arimini, Tertia Calibus ad Vulturnum flumen, de qua Tacit. lib. 2. Annal. E

A Annal. Erat iisdem regionibus Curtius lupus quæstor, cui prouincia vetere ex more Cales euenerat. Is tractui Campano Sidicinóque præerat Brundusium vsque. Quarta Lilybæ, vt Lipsio placet, quia semper in Sicilia duo quæstores, Syracusanus, & Lilybæanus.

Prouinciæ quæ sub Imperatoribus fuêre.

De Prouinciis quæ fuerunt libera Rep. egimus, ad eas veniamus quæ sub Imperatoribus fuerunt. Tria prouinciarum genera sub principibus fuere, proconsulares, prætoriæ, & præsidiales. Lampridius in Alexandro Seuero, prouincias prætorias præsidiales plurimas fecit, proconsulares ex senatus voluntate ordinauit. Paulo aliter Capitolinus in M. Antonino, prouincias ex proconsularibus consulares, aut ex consularibus proconsulares, aut prętorias pro belli necessitate fecit. Proconsulares vocat eas quę ab aliis dicuntur prędidiales, quia prędides, & legati prouinciarum postea dicti sunt proconsules. August. nisi Capitolinum loqui dicas de prouinciis in quas consulares ab Adriano missi, quę ipsę consulares di-

B ctæ. Sed vt ex mente Lampridij loquamur.

Prouinciarũ & præsidialium prouinciarũ differentia.

Proconsulares, & prætoriæ fuere in populi potestate, prędidiales propriè principis ex institutione Cæsaris, quas sæpe summutarunt principes, cum temporaria permutatio ius prouinciæ non mutet, l. 134. D. de reg. iuris. Dio lib. 53. pag. 341. Augustus ἔθνη τὰ μὲν ἀθενέστερα, ὡς ἧσσον ἐφλωβᾶτο, καὶ πόλεμα τῷ δήμῳ ἀπέδωκε, τὰ δ' ἰσχυρότερα, ὡς μὴ σφαλερά, καὶ ὑποκίνδυνα, ἢ ὅτι πολεμίους τινὰς περιοικοῦντας ἔχοντα, ἢ καὶ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ μέγα τι νεωτερίσαι δυνάμενα κατέσχε: *prouincias imbecilliores vt pacificas, & belli securas reddidit populo, validas, vt dubias & periculo propiores, aut quibus hostes finitimi essent, aut quæ possent res per se nouas moliri retinuit,* specie quidem vt senatus securè imperij pulcherrimum fructum caperet, ipse labores & pericula sustineret, reuera, vt hoc prætextu populus, & senatus inermes & imbelles essent, ipse solus arma haberet, & milites aleret. Ideo Africa, Numidia, Asia, Græcia cum ipsa

C continente, & Dalmatia, Macedonia, Sicilia, Creta, Libya propter Cyrenem, Bithynia, Sardinia, & Bætica populo & senatui relictæ sunt. Cæsari data Iberia ad Tarraconem, Lusitania, Gallia Narbonensis, Lugdunensis, Aquitanica, Celtica, & eorum Coloniæ. Celtarum enim quidam quos Germanos dicimus, qui Celticam omnem ad Rhenum obtinent, Germaniam appellari fecerunt, eam quæ superior est, & quæ ad Rheni fluuij fontes, & inferiorem aliam vsque ad oceanum Britannicum. Syria item Caua Cæsari accessit, Phœnice, Cilicia, Cyprus, Ægyptus. Postea Cyprum, & Galliam Narbonensem populo reddidit, & sibi Dalmatiam ascripsit. Strabo sub finem lib. 17. αὖγε δὴ πᾶσαν τὴν χώραν, καὶ τὴν μὲν ἀπέδειξεν ἑαυτῷ, τὴν δὲ τῷ δήμῳ. Cum Augustus patria totius imperij administrationem permiserit, & pacis & belli toto vitæ tempore arbiter sit omne imperium in duas partes diuisit, quarum vnam sibi ascripsit, alteram populo. Sibi quidem eam quæ militari cu-

D stodia indigeret. Ipsa autem est barbara, & gentibus nondum subactis finitima, sterilis & cultu difficilis, vt propter ceterarum rerum inopiam iugum detrectet, populo reliquam concessit, quæ pacata est, & facile sine armis retinetur, vtramq; partem in prouincias complures diuisit, quarum aliæ Cæsaris, aliæ populi dicuntur: vnde Theodorus Hermopolitanus, Augustus, διεῖλε τὰς ἐπαρχίας, καὶ τὰς μὲν παρεκράτησεν ἑαυτῷ, τὰς δ' ἀφῆκε τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων: *diuisit prouincias & alias sibi reseruauit, alias assignauit populo Rom.* Hoc bene, reliqua confusim, τὰ δὲ τοῦ δήμου ἐλέγοντο κυρίως, καὶ κατ' ἀκρίβειαν φισκάλια, ἤτοι δημόσια, καὶ διεφέροντο τῷ δήμῳ δεσποτικῶς, καὶ ὀλιγωρίᾳ παρ' αὐτὰ καὶ παύλα τρόπον τινὰ ἐκποιήσεως.

Tributa fiscalia & publica.

Tributa populi dicebantur propriè & exactè fiscalia, & publica, & referebantur ad populum domini iure, & ab eo alienabantur per omnem modum alienationis. Confundit fiscalia, & publica, & imperitè loquitur. Ita & Theophilus lib. 2. institut. titul. 1. φιπενδιάρια

E ἢ, καὶ τριβουτάρια λέγει τὰ ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ δημόσια κτήματα βασιλικῇ κελεύσει ὑπὸ τὸ δήμου κατέμβαλε. Deleo vocem, τριβουτάρια quia κτήματα stipendiaria dicit esse populi, tributaria vero principis. Ex his verbis Capitolin. in M. Antonino, prouincias ex proconsularibus consulares, aut ex consularibus proconsulares, aut prætorias pro belli necessitate fecit, vir eruditus putat omnes prouincias sub Imperatoribus fuisse proconsulares, aut consulares, correctorias, aut præsidiales, nullas prætorias. Admonui supra Lampridium in Alexandro Seuero disertius locutum, Prouincias, inquit, prætorias, præsidiales plurimas fecit, proconsulares ex senatus voluntate ordinauit, vbi disertè vides quasdam id temporis prouincias fuisse prætorias, nullas autem dici correctorias, postea tamen quædam correctoriæ fuere.

Proconsulares prouinciæ reliquis dignitate priores.

Proconsulares reliquis omnibus auctoritate & dignitate antecellunt Nouel. 103. Aliæ omnes fere pares, quæ solum imperatoris nutum respiciebant, cum princeps ex senatus iudicio proconsulares ordinaret. Orientis diœcesis vt cap. 1. monuimus ex notitia impe-

rij, quindecim habuit prouincias, quarum quinque consulares, Syria, Palæstina, Phœnice, A
Cilicia, Cyprus, Præsidiales decem, Palæstina secunda, Palæstina salutaris, Phœnice liba-
ni, Euphratensis, Syria salutaris, Mesopotamia, Oschœna, Cilicia secunda, Arabia, &
Isauria. Cilicia secunda dicta est & Trachea, cui Vespasianus prouinciæ formam dedit.

Syriæ prouinciæ excellentia.

Syriæ prouincia celeberrima fuit. Herodian. lib. 2. συείας ἡγεῖτο πάσης, πολλῷ ὢν ἐν μεγίστῃ ἀρχῇ τότε· ἔθνος δὴ Φοινίκων ἔθνος πᾶν τὸ, ἐν μέσῃ διῆκε γῆς ὑπὸ τῷ νίγρῳ ὄντι ὑπήκοον ἐξουσίᾳ. *Præfectus erat toti Syriæ, quod regimen erat tunc multo maximum, cùm gens omnis Phœnicum vsque ad Euphratem sub Nigrino esset.* Adiuncta ei fuerat Iudæa, quam προσθήκην τῆς συείας, *additamentum ad Syriam* vocat Iosephus. Mox omnis Palæstina Syriæ adempta est, & Proconsularis primum prouincia facta, Nouel. 103. S. Hieronym. epist. 27. Cúmque proconsul Palæstinæ, qui familiam eius optime nouerat, iussisset præmissis apparitoribus parari prætorium. Zozimus lib. 4. ἱλάρου δὲ τὸ μεγεθος τῆς ἐπαίνου, ἀξιωθὲις ἀρχειν ὑπὸ βασιλέως ἐπέμφθη παλαιστίνης ἁπάσης: Sophista. *Hilarius ob excellentem virtutem à Theodosio Imp. impositus est vniuersæ Palæstinæ.* Adrianus item Phœnicen Syriæ abscidit, eamq; nouam prouinciam consularem effecit. Concil. Chalcedon. act. 9. Theodosius in primam & secundam diuisit, Primæ Tyrus Metropolis fuit, Secundæ Berytus l. 1. de Metrop. Ægyptus omnis in sex prouincias diuiditur, Ægyptum, Thebaidem, Libyam superiorem, Libyam inferiorem, seu Pentapolis, & Arcadiam quæ à Præsidibus reguntur, & Augustanicam, quæ à Correctore. Ammianus lib. 22. Tres tantùm Ægypti prouincias olim fuisse ait, Ægyptum, Thebaidem, & Libyam, duas deinde adiectas, Pentapolim, & Augustamnicam. In 6. Can. Nicænæ Sy. hæ tres numerantur, Ægyptus, Libya, Pentapolis, & apud Theodoretum lib. 1. cap. 9. In epist. Synodi Alexandrinæ Thebais adiicitur, ἡ ἁγία συνοδος ἡ ἐν ἀλεξανδρίᾳ συναχθεῖσα ὑπὸ τε τὴν αἰγύπτε, καὶ θηβαΐδος, καὶ λιβύης, καὶ πενταπολεως. B C

Ægypti prouinciæ quot olim fuerint.

Decem tandem fuerunt Ægypti prouinciæ in epist. Theodos. & Valentin. ad Dioscor. actione 1. Concil. Chalcedon. De Oriente, & Ægypto diximus, ad Asianam diœcesim veniendum, quæ in notitia vndecim prouinciis constat, si Asiam principem eius prouinciam, quam à prima sede sciolus aliquis deiecerat restituas. Ea proconsulem habuit, Pamphylia, Hellespontus, Lydia, consulares erant, Pisidia, Licaonia, Phrygia prima, seu Pacatiana, Phrygia, secunda, seu salutaris, Lycia, Caria, Insulæ, præsides habuerunt. In Pontica vndecim item prouinciæ, Galatia, & Bithynia consularibus paruerunt, Correctori Paphlagonia, Præsidibus Honorias, Cappadocia prima, Cappadocia secunda, Hellenopontus, Pontus Polemonianis, Armenia prima, seu maior, Armenia secunda, minor, Galatia secunda salutaris. Thraciæ sex prouinciæ fuere, quarum Europa, & Thracia consulares, Hæmimontus, Rhodope, Mœsia secunda, Scythia præsidiales. Theodoretus lib. 5. cap. 28. D
ἐπιᾶρ τὴν προμηθίαν τῶν θρᾳκῶν ἁπάσης, εἰς ἓξ αὐτὴν ἠγεμονίας διήρηῦ τὴν τῆς ἀσίας ὅλης, ὑπὸ ἑνδεκα ὢν καὶ αὐτὴν δεχόντων ἰθυνέῦ, εἰ μέ τι καὶ τῶν ποντικῶν τοῦτοις κατακόσμῦ τοῖς νόμοις, ἰσαιθμους ὢν καὶ αὐτὴ ἔχῃ τῆς ἀσίας τοὺς ἡγεμόνας: *Curam gerebat vniuersæ Thraciæ, quæ in sex prouincias diuisa est, & vniuersæ Asiæ quæ ab vndecim rectoribus regitur, atque adeò Ponticam his legibus ornauit, quæ totidem habet, quot Asia rectores.*

Macedoniæ prouinciarũ diuisio.

In Macedonia sex prouinciæ fuere, quarum Achaia proconsularis, Macedonia & Creta consulares, Thessalia, Epirus vetus & noua, cum parte Macedoniæ salutaris præsidiales.

Daciarum prouinciæ.

In Dacia quinque prouinciæ fuere, Dacia Mediterranea consularis, Dacia Ripensis, Mœsia prima, Dardania, Prævalitana, cum parte Macedoniæ salutaris præsidiales. In has omnes prouincias mittebantur proconsules, præsides, correctores, comites, consulares, & alij de quibus suo loco agemus. Sub Imperatoribus tres prouinciarum ordines fuere, quædam maiores, aliæ mediæ, nonnullæ minores. Iustinianus §. illud in authentica de appel. veneranda vetustatis auctoritas ita magistratus digessit, vt alij maiores, alij medij, alij minores essent. Idem l. 1 §. Deo nobis, C. de off. præfect. prætor. Africæ, Carthago, Byzacium, & tripolis rectores habeant consulares. Reliquæ præsidibus gubernentur. Zeno in l. 1. C. vt omnes iudic. tam maior. quam min. Nemo ex præsidibus clarissimis, vel consularibus, aut correctoribus, vel qui administrationis maioris insulas meruerunt, quales sunt viri spectabiles, proconsules, aut præfectus Augustalis, aut comes orientis, audeat exire de locis quos rexisse noscitur. Maioribus prouinciis maiores magistratus, id est spectabiles, proconsules, comes orientis, mediis consulares, & correctores, minoribus præsides, sunt præfecti, vt libera Repub. Maioribus proconsules, mediis prætores, minoribus quæstores, qui ius quidem pro prætoribus dicebant, verùm ius gladij non habebant, vt docet Dio lib. 53. Hi prius proconsules comitabantur, & tributa exigebant, postea per se ipsi ignobiliores pro-

E

uincias

A uincias adminiſtrarunt, l.1.D. de off. quæſtor. Quod ſupra diſertius oſtendimus. Libera Repub.

Duæ tantùm fuere quotannis prouinciæ proconſulares, niſi plures coniunctæ vni proconſuli ſimul regendæ darentur. Sic enim Hiſpaniæ, citerior & vlterior vni Pompeio, Galliæ, Ciſalpina, & Tranſalpina vni Cæſari proconſuli attributæ. Sub principibus proconſulares prouinciæ vndecim fuere, poſtea tres, Aſia, Achaia, Africa, demum duæ Africam Vandalis obtinentibus l.1.C.de ration.oper.publ. Iuſtinianus Africa recepta eius proconſulem renouauit. Idem Cappadociam, Armeniam primam, & Palæſtinam proconſulares fecit. Nouel. 30. & 31. Quas in numero maiorum eſſe voluit, ſicut & illas quibus comites, prætores, & moderatores dedit, qui ius etiam in milites habebant, erantque ſpectabiles. Edicto 4. de præſide Phœnic. & libani, & Nouell. 20. Mediæ vero erant Prouinciæ
B conſulares, non conſulum, aut proconſulum, ſed in quas Senatores cum conſularibus ornamentis mittebantur.l.1.C.vt omnes iudices tam ciuil. De conſularibus iſtis fortè exaudiendus eſt Capitolin.in M.Antonino, prouincias, inquit, ex proconſularibus conſulares, aut prætorias, pro belli neceſſitate fecit.

Proconſulares prouinciæ quot fuerint.

Mediæ prouinciæ correctoribus commendatæ ſunt, qui conſularibus in hoc inferiores fuere, quod ornamentis conſularibus non vterentur, ſed militibus præeſſent, & enſem ac chlamydem geſtarent, quibus proconſules carebant. Minores prouinciæ à præſidibus regebantur deſidente imperio. Sub Auguſto enim Præſidibus maximi momenti prouincias, & exercitus attributos ſupra oſtendimus. Sed ſub Zenone, & Iuſtiniano minores prouincias adminiſtrarunt, l.1.§. Deo nobis, C.de off.præf.præt. Africæ. Et dicti ſunt ordinarij, l. ordinariorum, C.de cohortal. Iuſtinian. Nouel. 103. Palæſtinam, inquit, quondam proC conſul tenuit, ſed eo amiſſo ad magiſtratum, quem vocant ordinarium deuenit, id eſt, præſidem. Ordinario enim iure is prouincias regere dicitur, l.vlt.C.de modo mulctæ. Sed & conſulares erant ordinariæ. Iuſtinian. Nouel.31.§. penult. Conſiſtat, inquit, ipſa in forma ordinariorum magiſtratuum, conſularis à nobis facta.

Mediæ prouinciæ correctoribus cõmendatæ.

Omnes prouinciarum rectores in prouincia quam regebant cunctis maius imperium habebant, & in ſontes animaduertebant l.1.l.illicitas, D.de offic. præſid. & Senatorem in in prouincia morantem iudicabant, l.2.C.vbi ſenat. vel clariſ. Magiſtratibus omnibus in prouincias venientibus per aliquot ſtadia decuriones occurrebant exceptis aduocatis, qui portis egredi non cogebantur, l.1.C.quibus muner. excuſ. Nullus rectorum cum prouincias circumiret ad priuatos diuertere poterat, ſed in Manſionibus curſus publici hoſpitabatur. Aliæ domus ad quas declinaſſent publicabantur, l.4.C.Theodoſ. de off. Rect. proD uinc. Rectores omnes officia cohortalium habebant, l.1.C.de off.præf.præt.afr.§.Deo nobis. Deſidente imperio nullæ prouinciæ prætoriæ fuere, ſub Auguſto populus prætorias, & proconſulares prouincias ſuffragio ſuo aſſignabat. Strabo lib.vlt. ὁ εἰς μὲν τὰς καίσαρος ἡγεμονίας, ὁ διοικητὴς καίσαρ πέμπει, διαίρων ἄλλοτε ἄλλως τὰς χώρας, ὁ ποῖς τὰς καιρὸς πολιτεύεται, εἰς δὲ τὰς δημοσίας ὁ δῆμος στρατηγὸς ὁ ὑπατικὸς : *In Cæſaris prouincias procuratores mittit Cæſar diuidens alias aliter prout tempora ferunt. In prouincias populi proconſules populus, & prætores mittit.* Pluribus olim prouinciis vnus præfuit, ſuum quæque poſtea nacta eſt Rectorem. Dio libr. 53. ταῦτα μὲν οὕτω κατέλεξα, ὅτι νῦν χωρὶς ἑκάσην αὐτῶν ἡγεμονεύει· ἐπεὶ τό γε ἀρχαῖον καὶ ὅτι πολὺ ὁ σωσθυο, καὶ σώτεια τὰ ἔθνη ἅμα ἤρχετο : *Prouincias hoc modo recenſui, quoniam ſuum nunc quæuis habet præſidem, cum antiquitus duæ vel tres ſimul ab vno regerentur.*

Rectorum prouinciarũ poteſtas & imperium.

E Auctus deinde ſeneſcente imperio prouinciarum numerus, maxime poſt Conſtantini magni ætatem. Præcipua cura Rectorum omnium fuit vt vectigalia ſedulo exigerentur, omnibus Rectoribus codices mandatorum principis, & codicillos magiſtratus cum inſignibus depictos Notarij maioris laterculi exhibebant, pro quibus aliquot aureos ſoluebant. Nouel. 24. Cohortales Rectores omnes in publicum prodeuntes præcedebant. Nicephorus lib.10. cap.22. Iulianus Auguſt. prohibuit ne apparitores præſidibus præirent quando delubrum ingrederentur Deorum honoris gratia. Aliàs permiſit vt lictores cum faſcibus & ſecuribus præirent. De lictoribus legendus Lipſius in Electis.

Numerus prouinciarũ poſt Conſtantinũ auctus.

Omnes Rectores eadem fermè inſignia gerebant, librum ſcilicet mandatorum abaco impoſitum ſubſtrato tapete. Iiſdem vultus principum in ſumma aurea pila expreſſi præferebantur, vt Caſſiodor.in for.conſularit. Iidem purpura, & torque aureo ornabantur. Tertul.lib.de Idololat. Igitur purpura illa, & aurum ceruicis ornamentum eodem more apud Ægyptios, & Babylonios inſignia erant dignitatis, quo more nunc prætextæ, vel trabeæ, vel palmatæ,

Inſignia rectorum prouinciarum.

palmatæ,& coronæ sacerdotum prouincialium. S.Ambros.de obitu Valentiniani,torques insignia victoriæ esse dubitari non potest. A

Cingulũ rectorib. datũ. Rectoribus omnibus cingulum datum l. 1. C. vt dignit.ordo ser. Omnibus Assessores fuere, omnibus annonæ datæ,id est, alimenta & pabula equis,l.2.C.de cursu publ. Respublica, inquit Constantinus, præsidibus annonas, & alimenta eorum pecoribus submini-strat. Quod vetus institutum fuit. Lege enim Iulia prouinciæ proconsulibus, & prætoribus fœnum, ligna,lectos, supellectilem & tectum dabant. Cicero ad Atticum, Nos Asia accepit mirabiliter, aduentus noster ne minimo quidem sumptui fuit,scito non modo nos fœnum, aut quod de lege Iulia dari solet non accipere, sed ne ligna quidem, nec præter quatuor lectos, & tectum quidquam. Multis locis tot tectum quidem, & in tabernaculo plærumque manere.

Argentũ ex publico rectorib. prouinciarum datum. Ex publico item argentum datum. Cicero lib.5. in Verrem, Hominem qui cum potestate ex legatione in prouinciam esset profecturus, tam amentem esse putauerunt,vt emeret argentum, dabatur enim ex publico vt nostis. Theodosius iunior certam magistratibus pecuniam numerari præcepit l.1.C.de Annon.& Capital. B

Prouinciarũ occidẽtis enumeratio. Cùm autem de orientis prouinciis suprà egerimus, quas ex notitia quindecim fuisse ostendimus, consentaneum videtur, vt & prouincias occidentis percurramus. In Italia 10.& 7.prouinciæ fuere, quarum 8.à consularibus,duæ à correctoribus, 7.à præsidibus regebantur. In Illyrico 6.prouinciæ, quarum 4. præsidibus, vna consulari,altera correctori parebat, tertia duci. Breuiarium Rufi septimam Illyrico prouinciam tribuit,quæ fuit Valeria, tertia scilicet Pannonia Duci obnoxia. Zozimus lib. 2. Δάκας, & τελεάλλης, καὶ τὰς ἄχρι τῆς βαλερίας παίωνας. Ammianus lib. 19. Valeriam partem Pannoniæ prouinciam à Diocletiano institutam, filiæq; nomine illustriorem factam prodit. Optat.lib.2.tres Pannonias numerat. C

Africæ prouinciæ quot olim fuerint. In Africa 6.prouinciæ, 10.& 7. Galliarum, quas ex notitia require. Olim in Italia vndecim tantùm prouinciæ, quas Pollio commemorat in Tetrico seniore : correctorem, inquit, totius Italiæ fecit, id est,Campaniæ,Samnij, Lucaniæ,Brutiorum, Apuliæ, Calabriæ, Etruriæ, atque Vmbriæ, Piceni, & Flaminiæ, omnisq; annonariæ regionis. Imò extra priscos fines Italiæ Flaminia. Acro ad Horat.od.4.lib.4. Metaurus, inquit, fluuius est,de Piceni prouincia oriens, in Flaminiam decurrens, quæ regio Gallia dicebatur. Gallia enim ab Italia diuidebat olim Rubico. Aucta est postea Italia ad Varum vsque. Lucanus:

Finis & Italiæ promoto limite Varus.

vulgò legitur, *promoto milite.* Malè.

D

———*Gallica certus*

Limes ab Ausonijs disterminat arua colonis.

Annonaria regio. Annonaria regio Pollioni est Picenum annonarium & suburbicarium, de quo l. 12. C. Theod.de indulgent.debitor. Annonarium Picenum in notitia Flaminiæ adnexum, quod ab eodem magistratu regeretur V.lapis,Fabio Titiano V.C.Correctori Flaminię,& Piceni. In Africæ 6.prouinciis sola Carthaginensis, vel Zeugitana in occidente proconsularis est, cuius ob id episcopi, & Synodi proconsulares Consil.Carthag. αὐθυπατικοὶ dicuntur. Victor Tunnensis in Chronico, proconsularis Concilij prouinciæ Africanæ sacerdotes. Vet. lapis, L.Aradio,Val.Proculo V.Clar. proconsuli prouinciæ Africæ vice sacra iudicanti,eidemq; iudicio sacro per prouincias, proconsularem, & Numidiam, Byzancium,ac Tripolim, itemq; Mauritaniam Sitifensem, & Cæsarienſem perfuncto. Duæ Numidiæ ponuntur Synodo Carthaginensi, τοποτηρηταῖς τῶν ἀφρικανῶν ἐπαρχιῶν, τατέστι, τῶν δύο νομιδιῶν τῆς βυζακινῆς, μαυρετανίας, καισαριανῆς, & τριπόλεως, & βικεντίῳ κολωσιτανῷ φορτουνατιανῷ νεαπολίτῃ. *locum tenentibus,seu legatis prouinciarum Africanarum,id est,duarum Numidiarum, Byzacenæ,Mauritaniæ,& Tripoleos,& Vincentio Colusitano,Fortunatiano,Neapolitano.*restituendum, *Byzacenæ,Mauritaniæ Sitifensis,& Mauritaniæ Cæsarianæ.* Corruptus locus Latinæ editionis ope ita restituendus est. τῆς βυζακινῆς, μαυρετανίας σιτιφένσις, & μαυρετανίας καισαριανῆς. Ortelius,Sarianam, & Anthypatianam ex locis corruptis nouas & inauditas prouincias fecit. Demum Iustinianus Africam in 7.prouincias partitus est, Tingitanam, Carthaginem, Byzacium, Tripolim, Consulares; Numidiam,Mauritaniã,& Sardiniam præsidiales l.1.C.de off.p.p.Afr. Quidam pro Tingitana Zeugitanam reponunt : malè. quia Zeugitana erat eadem cum Carthaginensi, & proconsulari.Victor Vticensis lib.1. Exercitui Zeugitanam,vel proconsularem funiculo hæreditatis diuisit. Dio lib.60. Scribit Claudium Mauritanias ab initio E

in

A in Tingitanam, & Cæsariensem diuisisse. Stephanus μαυριτανίαι δύο, ἡ μὲν τεγγιτανὴ, ἡ δὲ καισαρεία, quæ simpliciter Mauritania à Iustiniano vocatur, nomine Sitifensis abolito. In Tingitana ἑπτὰ ἀδελφοι, (quod monti nomen) ponuntur à Ptolemæo. Septum vocat Procopius lib. 1. Vandal. σέπτον καλοῦσι φρούριον οἱ ἐπιχώριοι λόφων τινῶν ἑπτὰ φαινομένων ἐνταῦθα. *Septum vocant munimentum indigenæ, quod ibi septem iuga appareant.*

Iam verò ex 17. Galliæ prouinciis secunda Narbonensis olim proconsularis fuit. Auson. in Narbone, *Narbonēsis prouincia olim consularis fuit.*

——tu Gallia prima togati
Nominis attollis Latio proconsule fasces.

Vet. lapis, Luc. Ranio V.C.Cos. Curatori Reip. Mediolanensium, Curat. Reip. Nolanorum, procos. prouinciæ Narbonensium.

B Iulius Galliam in tres partes, Augustus in 4 descripsit, Belgicam, Aquitanicam, Lugdunensem, & Narbonensem, vt Strabo. V. lapis, L. Mussio Æmiliano trium prouinciar. Galliæ Lugdunensis, Narbonensis, & Aquitanensis procos. Prætermissa est Belgica, in qua Lugdunum, quod Germaniarum caput dicitur, in itinerario Antonini. Postea 7. in Galliis prouinciæ fuere, Germania, Belgica, Lugdunensis, Aquitania, Narbonensis, Viennensis, Alpes. Viennensis olim Narbonensis pars fuit. Procopius lib. 1. Gotth. γαλλίας τὰς ἐντὸς ῥοδανοῦ, *Rhodanum Galliarum limitem statuit.* In Bonifacij Pontific. Max. epistola Bonifacius episcopus Patroclo, Remigio, & ceteris episcopis per Gallias, & 7. prouincias constitutis. Ponuntur item in Gallia quinque prouinciæ. In Concilio Valentino, & Taurinensi: dilectissimis fratribus per Gallias, & quinque prouincias constitutis. Symmachus lib. 4. Dum aut treuiros ciuica religione, aut quinque prouincias otij voluptate commutatas. *Galliæ diuisio in tres, in quatuor, & in septē partes.*

C Notitia imperij. Extenditur tractus Armoricani, & Neruicani limitis per prouincias quinque, per Aquitaniam primam, & secundam, Senoniam, secundam Lugdunensem, & tertiam. Philastrius in catal. hæres. cap. 60. In Hispania, & quinque prouinciis latitare dicuntur. Maximus Tyrannus in epist. ad Syricium episcopum tom. 1. epist. Rom. Pontific. Omnium vel qui intra Gallias, vel qui intra quinque prouincias commemorantur. In C. Theodos. Proclianus quinque prouinciarum vicarius vocatur in inscriptione l. 15. de Paganis, sac. & temp. ex qua emendari, & suppleri debet inscriptio l. 3. de Paganis, C. vbi mendosè legitur, Macrobio, & Præliano vicario: pro, Macrobio præfecto prætorio Hispaniarum, & Procliano vicario quinque prouinciarum. Quinque illæ prouinciæ in Hispania fuere. Nam & ipsa Hispania in quinque prouincias descripta est. Sed in Gallia quinque prouinciæ fuere, duæ Narbonenses, Viennensis, & Alpes maritimæ, atque Pœninæ, quæ quinque prouinciæ vna primum Narbonensi continebantur. Ausonius: *Imperij notitia.*

D

Insinuant quà se Sequanis Allobroges oris,
Excludúntque Italos Alpina cacumina fines,
Quà Pirenæis niuibus dirimuntur Iberi,
Quà rapitur præceps Rhodanus genitore Lemanno,
Interiusque premunt Aquitanica rura Cebennæ,
Vsque in Tectosagas primæuo nomine Belcas,
Totum Narbo fuit.

Hæ sunt in quibusdam Galliæ notitiis quinque Viennenses. Iam verò decem & 7. Galliæ prouinciæ ita numerantur: Viennensis, Lugdunensis prima, Germania prima, Germania secunda, Belgica prima, Belgica secunda: quæ sex prouinciæ consulares, reliquæ 11. præsidiales, Aquitania prima, secunda, tertia, seu Nouempopulania, Lugdunensis secunda, tertia, quarta: quæ Senonia appellatur. Maxima Sequanorum, Narbonensis prima, & secunda: Alpes maritimæ, Alpes pœninæ, cum Graiis. Aquitania ipsa interdum à Galliis distinguitur. Ausonius in Arelate:

E

——Populos alios, & mœnia ditas.
Gallia quis fruitur, gremióque Aquitania lato.

Hispaniarum diœcesis in notitia septem prouinciis distinguitur. Consulares sunt Lusitania, Betica, Gallecia: pręsidiales, Tarraconensis, Carthaginensis, Tingitana, Baleares insulę. Principio Hispania omnis in tres, tum in quinque, demùm in septem prouincias, descripta est, vbi admonebo pręfectum prętor. Galliarum interdum dici pręf. prętorio Hispaniarum *Hispaniarū sub Imperio existentium diuisio.*

rum, quanquam Hispania nunquam proprium præfectum prætorio habuit. Ioannes Gerundensis episcopus, lib. 1. Postea verò ad tempora Constantini Pij diuisa est ipsa Hispania in prouincias quinque apud Appium, Tarraconensem, Chartaginensem, Beticam, Lusitaniam, & Galatiam. A

Britanniæ diuisio. Denique Britannia in quinque prouincias diuisa est, maximam Cæsariensem, & valentiam consulares, Britanniam primam, & secundam, & Flauiam Cæsariensem præsidiales. Consule Pithana Philippi Berterij viri doctissimi præsidis Tolosani.

CAPVT III.

De Magistratibus in genere. B

Magistratus quare esse oporteat. PRIVSQVAM de Metropolibus agam, libet hîc de Magistratibus pauca subiicere, quæ S. Ioannes Chrysostomus homil. 6. ad popul. Antiochenum habet. χρήσιμος ὁ τῶν ἀρχόντων φόβος ὅτι, καὶ ὅτι χρησίμη καὶ ἡ ἐντεῦθεν παράκλησις. ἐκείνων μὲν γὰρ φόβος οὐκ ἀφίησι τοῦ τῆς ῥαθυμίας ἀκλύεσθαι. ταύτης δὲ ἡ παράκλησις οὐκ ἀφίησι τοῦ τῆς ἀθυμίας καταπίπτειν: *Ecclesia subijcit nobis metum à magistratibus vtilem esse, & consolationem ab ecclesia salutarem.* (malè interpres vertit, & quod vtilis etiam hinc correctio.) *Illorum enim metus non sinit nos torpore dissolui. Ecclesiæ consolatio nos tristitiæ succumbere non patitur,* & per vtraque Deus salutem nostram disponit. Nam & magistratus ipse armauit, vt lasciuientes terreant. καὶ δι' ἀμφοτέρων ὁ θεὸς τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν οἰκονομεῖ. εἰ γὰρ τὰς ἀρχοντίας ἀπὸ τῆς πόλεως ἄνελοις, ἵνα φοβῶσι τοὺς ἀσυγκαίνοντας. εἰ γὰρ τὰ δικαστήρια ἀνέλοις, πᾶσαν τὴν ζωῆς ἡμῶν ἀνεῖλες τὴν δικαίαν. *Si iudicum sustuleris tribunalia, omnem vitæ nostræ sustuleris ordinem.* Et sicut si gubernatorem naue exemeris scapham submerseris, & si ducem ab exercitu abduxeris vinctos hostibus milites tradideris. οὕτω καὶ τῶν πόλεων τὰς ἀρχοντίας ἂν ἀνέλοις, θηρίων ἀλόγων ἀλογώτερον βιωσόμεθα βίον δάκνοντες ἀλλήλους: *Ita si magistratus vrbibus ademeris, brutis magis brutam, & feram vitam vixerimus inter nos admordentes & deuorantes,* pauperem potente, lenem proteruo lacerante. C

Dignitates gratis datæ. Ideò Romæ Imperator, Consul, Præfecti prætorio fuere, Præfecti vrbis, vicarij, & alij magistratus, quos Iustinianus gratis ad has dignitates euehi ait, vt gratis ius reddant. Nouel. 8. εἰ τοὺς ἡγεμόνας τῶν ἐθνῶν ὅσοι τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς τῶν ἐπαρχιῶν ἔχουσι καθαρᾶς πάντας ἀπολαύσαιμεν χειρὸς τῆς χερσὶ, καὶ παντὸς ἀπέχεσθαι λήμματος μόνοις ἀρκεῖσθαι τοῖς ἀπὸ δημοσίᾳ διδομένοις. D ὅπως οὐκ ἄλλως γένοιτο, εἰ μὴ καὶ αὐτοὶ τὰς ἀρχὰς ἀμίσθους παραλαμβάνοιεν: *Si Præfectos prouinciarum quotquot ciuiles magistratus gerunt puris velimus manibus vti, & omni abstinere lucro, quia ijs quæ à principe dantur contenti sunt. Quod non aliter fieri possit, nisi & ipsi gratis magistratus accipiant.* ἢ δὲ πάλιν ὅτιν φανερὸν, ὅπως ὁ χρυσίον διδοὺς, καὶ ὅτῳ τὴν ἀρχὴν ὠνέομαι, οὐκ αὐτὸ δίδωσι μόνον ὅσον προφάσει τῶν καλεμένων ἐπενοήθη σεφραγίων: *An verò omnibus manifestum non est, quod qui aurum dat, quique eo pacto officium redimit, non hoc tantum dat, quod prætextu suffragiorum excogitatum est,* sed etiam aliud extrinsecus multo amplius accumulat, vt prius ab iis gratiam ineat, qui vel conferre officium, vel ambire solent. πρόσηκον ὅτι τοσοῦτον ἐκ τῆς ἐπαρχίας λαβεῖν ὁπόσον ἀκλύσει μὲν αὐτὸν τὰ ὀφλήματα, &c. *Consentaneum est, vt is qui pecunijs magistratum emit, tantum ex prouincia exigat, quantum satis sit ad nomina expedienda, &c.* Ibidem pagin. 47.48.p.40. ostenditur quid pro suffragiis solueretur. p.46. hortatur episcopos, vt principem moneat de præsidum delictis. E

Salaria & supellex magistratibus, cùm in prouincias ibant, data. Vt igitur Magistratus in prouinciis integrius versarentur, & salaria illis de publico, & supellex data cùm in prouincias irent. l. Labeo. D. de supellect. legata. Plutarchus in Catone: Diuertebant ad hospites legati, si repentè aliquò mitterentur singula iumenta per oppida imperabant. Augustus pro supellectili pecuniam numerauit. Dio lib. 53. Sueton. in Augusto cap. 36. Lampridius in Alexandro: Cùm iudices promoueret argento, & necessariis instruxit, ita vt præsides prouinciarum acciperent argenti pondo vicena, &c. Constantius alimenta præbuit. l. 2. C. de cursu publ. Theodosius minor pecuniam, l. 1. C. de annon. & capitat. Iustinianus pro victu vnius hominis solidos quinque taxauit. Pro capitatione, id est, pabulo equi solidos quatuor. l. 1. & 2. C. de præfect. præt. Andronicus Comnenus minoribus magistratibus 40. minas, maioribus 80. id est, 800. aureos nostrates. Niceras lib. 2. Antea ciuitas quam magistratus inibat per triduum eum alebat. Præfectus prætorio præ

A rio præſtanda alimenta taxabat,Nouel.Maioriani de Curialib. vbi nouus rector in prouinciam venerat, is cui ſuccedebatur exibat,nec vltra tres menſes in itinere morabatur.l.2.D. ad leg.Iul.maieſt. Dio lib.53. Nemo pecuniam prouinciæ imperat, niſi Imperator. Olim nemo prætor ante annum ætatis 30. nemo quæſtor ante 22. Dio lib. 53. Antoninus Pius, 7. annis rectores in prouinciis adminiſtrare iuſſit, vt Capitolin. Romam proconſules reuerſuri ex prouincia prius ad ſenatum ſcribebant, vt Cicer. in Piſonem. Ad portam vrbis inſignia magiſtratuum deponebant, l.vlt. D. de offic. proconſ. Præſides egreſſi prouincia ſtatim inſignia deponebant, omnes in prætoriis habitabant, Nouel.24.l.vltim.C. de offic. præfect.prouinc.l.1.& 2.C.de nauicular.Hæc prætoria ab hoſpitibus,& militibus recipiendis erant immunia. Magiſtratus extra fines prouinciæ exire,vel bellum indicere non poterant,l.2.D.ad l.Iul.maieſt.

B Id honoris magiſtratibus habitum eſt, vt ante quàm dignitate exiiſſent conueniri non poſſent. Tertull.lib.de Idololat. Magiſtratus Chriſtianus neque ſacrificet, neque ſacrificiis auctoritatem ſuam accommodet, non hoſtias locet, non curas templorum deleget, aut vectigalia earum procuret, nihil ſolemne pronuntiet, aut edicat, ne iuret quidem. Quæ omnia fiebant à profanis magiſtratibus. Hi ſucceſſoribus obuiam procedebant.Metellus tamen apud Saluſtium bello Iugurthino, Mario obuiam non proceſſit. Apuleius in Apolog. l. obſeruare, D. de offic. proconſ. Antequam verò fines prouinciæ decretæ ſibi proconſul ingreſſus ſit, edictum debet de aduentu ſuo mittere, continens commendationem aliquam ſui. Rectè autem, & ordine faciet, ſi edictum deceſſori ſuo miſerit, ſignificétque qua die fines ſit ingreſſurus. Magiſtratus ante omnia mandata Principum accipiebant. Nouel. 17. Iubebantur μεμνῆσθαι τῶν ὁρκῶν ὧν ὄμνυσι τούτοις παρέχεσι, *meminiſſe iuriſiurandi,quod de obſeruandis mandatis dabant.* οἱ πρόγονοι τοῖς εἰς τὰς ἀρχὰς στελλομένοις, ῥητὰ παρεῖχον προστάγματα.

Conueniri olim magiſtratus ante, quã dignitate exiſſẽt, non poterãt.

C *Maiores noſtri ijs,qui in prouincias ibant, certa mandata dabant.* Primum erat vt δόσεως ἀπούσης χωρὶς προσκλήσεως τῷ ἀρχῷ, *ſine vllo munere magiſtratum acciperent.* Conſule Nouel.17. p.61.& Nouel.4. Iuſtini p.425.Nouellam 24. Prætura πρῶτα δίδωμι ἀεὶ, *præturam ſemper gratis damus.* Iubentur ἀνδροφονίας τε, καὶ μοιχείας ἐξελαύνειν τῆς χώρας, καὶ παρθένων ἁρπαγὰς, καὶ τῶν ὑδάτων ὄλκους, καὶ γεφύρας, καὶ τείχη, καὶ ὁδὸς αὐδεῖν ἐπανορθοῦν, *homicidia, ſtupra, virginum raptus prouincia pellere,& aquæductus,pontes, mœnia, vias corrigere.* τοὺς ἄρχοντας πεντήκοντα ἡμέρας μὴ τῷ ἀρχῷ, ἐν τῇ ἐπαρχίας διατρίβειν, εἴτε στρατιωτικῷ, εἴτε πολιτικῷ ἔχοιεν ἀρχῷ: *Magiſtratus 50.dies poſt exactum magiſtratum in prouincijs morari, ſiue militare.ſiue ciuile imperium habeant.* Nouel.95 .pag.249.

Mandata à maioribus ijs qui in prouincias ibãt data.

D Rectores prouinciarum cellarij nomine aliquid exigebant à prouincialibus. Cellarij item dicti famuli qui annonam aulicis dabant. Lampridius in Heliogabalo, mittebat & paraſitis per cellarios ſalaria annua. Cellarius propriè qui cellæ penuariæ præpoſitus eſt: cellaria pro annonis accipiuntur. Sulpicius Seuerus lib 2.Hiſtor. ſacræ: Quadringenti, & aliquanto amplius occidentales epiſcopi conuenere, quibus omnibus annonas, & cellaria dare Imperator præcepit: vnde cellarienſes ſpecies.l.penult.C. Theodoſ. de indulg. debit. Frumentum quod dabatur in cellam prætoris, Cicero in Piſonem vocat frumentum æſtimandum,vt ſupra oſtendi.

Cellarij & cellaria quid propriè ſignificent.

E

CAPVT IV.

De Metropolibus, & de Metropoleon matrice Roma.

INGVLÆ diœceſes metropoles ſuas habuerunt, quarum omnium Roma caput fuit, ſedes imperij,cuius deinde Conſtantinopolis æmula nouæ Romæ ſibi nomen aſſumpſit. Vt igitur ordine & via ingrediamur de Roma primùm,tum de Conſtantinopoli,denique de cæteris metropolibus agemus.

Romæ & Conſtãtinopoleos dignitas.

Vrbem Romam à Romulo conditam adeò contritum eſt,vt ſi quis ſtudioſiùs id obtrudere velit,meritò ſe ridendum propinet. Eius fundamenta iacta ſunt 12.Kal.Maias,qui dies Parilia,vel Palilia dictus, Olympiadis 6.anno 3. Plutarchus in Romulo, ἡ κτίσις ἤρξατο τῇ πρὸ ἑνδεκα Καλ. Μαΐας, ἥτε παλίλια βοτη-

Romæ antiquitas & cõmendatio.

ρικὴ ἑορτὴ, *condendæ Romæ dies sit vndecima Kalend. Maias. Tunc festum est Pascuorum.* Propert. libr. 4. A

Vrbi festus erat, dixere Palilia patres,
Hic primus cæpit mœnibus esse dies.

Ouid. libr. 3. Fastor.

Apta dies legitur, qua mœnia signet aratro,
Sacra Pales aderat, inde mouetur opus.

Ea vrbs à paruis initiis sensim in caput orbis euasit.

Palatinus collis à quo primũ munitus.

Palatinum collem Romulus, in quo ipse educatus erat, primùm muniit, auctore Liuio: qua de re Manasses in Politicis, Ὁ γὲν Ῥωμύλος πορῳθὼν ὅπι πνα πολίχνιον ὑπὸ Ἕ κτισὲ πάλλαντ@ παλλάντιον κληθὲισαν, τὸ χῆμα τὸ τ πόλεως ἐπὲισε δμαγράφ. ἄῤῥενα ταῦρον κρατεῶν, Ϲ δάμαλιν συζύξας, ὧν ὁ μ ταῦρος ἔνεμν ἔξω πὸς τὸ πεδίον· ἡ τότω συζυγῶσα δάμαλις πὸς τ πόλιν· συμβολικῶς δ' ἐπηύχετο Ῥωμύλος Δι τότων, τὸς ἄνδρας μ τὸς ἐξωθεν ἡμύνεσθαι φερεκαλέας, τὰς ὴ γυναῖκας ἔσωθεν γονίμους δημιατίζειν, πιστὰς μ ὔσας, οἰκυρὰς, Ϲ φύλακας τ ἔνδον. ἔπειτα βλὸν τῇ χειρὶ λαβόμνον τ ἔξω, ἔνδον ῥίπτει τ πόλεως, ἀχόμν@ ἐπαύξειν τὰ πρόσγματα τ πόλεως ὑπὸ τ ἀλλοτρίων, ἡ ταῦτα διαθέμν@ ἐν σάλπιγξι σημαίνῃ τὴν κλῆσιν τὴν τ πόλεως, Ϲ Ῥώμλν ὀνομάζῃ: *Romulus igitur cùm in oppidulum quoddam veniſſet, à conditore Pallante Palatinum dictum, formam vrbis ibi deſcribit. Marem taurum validum, & iuuencam cùm iunxiſſet, è quibus taurus paſcebat foris in agro, iuuenca cum eo iugata in vrbe. Per hæc ſigna Romulus vouebat, viros quidem foris confluentes in vrbem eſſe terribiles* (fortè, τοῖς ἔξωθεν, *externis* eſſe terribiles) *fœminas autem domi fecundas, fideles, domum ſeruantes, cuſtodes rerum quæ ſunt intus. Deinde limen* (lego βῶλον, *cæſpitem*, ſeu *glebam*) *quod extra vrbem erat, manu captum intra vrbem mittit, precatus vt res vrbis augerentur ex alienis: Hæc cùm diſpoſuiſſet, tubæ cantu ſignum dat appellandæ vrbis, & eam Romam vocat.* B C

Fori Romani, Capitolij & montis Quirinalis, &c. munitio.

Forum Romanum, & Capitolium non à Romulo, ſed à Tito Tatio additum eſt, ait Tacit. lib. 12. Imo & mons Quirinalis ab eodem munitus, quemadmodum & Cælius à Romulo, vt ſcribit Dionyſ. Halicarn. lib. 2. Liuius tamen Tullum Hoſtilium addito vrbi Cælio monte pomœrium protuliſſe monet. Ancus Martius Auentinum adiunxit, Seruius Eſquilium & Viminalem, narrante Strabone lib. 5. Auctor de viris illuſtribus Ancum Martium Auentinum & Ianiculum vrbi addidiſſe, noua mœnia circumdediſſe prodit.

Roma à quibus munita.

Tarquinius Priſcus vrbis muros, ruderibus ad eam diem ædificatos, ſaxis quadratis exſtruxit, quos Seruius Tullius perfecit, vrbemq; aggere, foſſis, & muro lapideo circumdedit. Tarquinius Superbus immenſo ab oriente aggere addito Romam vallauit. Meſſala Coruinus lib. de progenie Auguſti; Tullus Hoſtilius, inquit, Cælium montem vrbe incluſit, Ancus Martius Ianiculum vrbi adiecit, pontem ſublicium ſupra Tiberim fecit, carcerem primus inſtruxit. Tarquinius Priſcus muro lateritio circuiuit vrbem, Eſquiliis regiam ſuam poſuit. Sylla primus poſt reges, deinde Iulius Cæſar, & Auguſtus vrbis ambitum auxerunt. Tiberius Caſtra Prætoria inter portas Viminalem & Tiburtinam poſuit, Claudius Auentinum collem vrbis pomœrio incluſit. Nero deinde, & Traianus pomœrium protulere. Aurelianus campum Martium pomœrio complexus eſt. Conſtantinus Magnus caſtro prætorio exciſo vrbis ambitum ampliorem fecit. D

Muri Romæ vetuſtate dilabates reſtituti.

Arcadius, & Honorius muros vetuſtate dilabantes reſtituerunt, qui poſtea bellorum iniuria proſtrati à Beliſario, & Narſete inſtaurati ſunt, vt Procopius lib. 4. Gotthico. Ante Aurelianum vrbem muris caruiſſe putat Zozimus lib. 1. ἐτειχίσθη ὴ τότε ἡ Ῥώπη, πρότερον ἀτείχιστος ὖσα, Ϲ λαβὼν τὴν ἀρχὴν ἐξ αὐρηλιανὲ συνεπληρώθη βασιλέως πρόβε τὸ τεῖχος: *Roma*, inquit, *tunc muris cincta eſt, quibus prius caruerat, & cœptus ab Aureliano murus Probo imperante perfectus eſt.* Quæ verba ita exaudio, mœnia vetuſtate collapſa reſtituta, & aucta eſſe ab Aureliano & Probo. Roma enim quaſi duplex fuit, altera clauſa muris à Seruio Tullio, cuius ambitus eſſet 22. milliarium, altera non clauſa muris, quæ tamen in orbem circumiecta eſſet, & continentibus ædificiis inſtructa, quam Aurelianus & Probus muris ſepſerunt, vt ambitus vtriuſque vrbis eſſet 50. milliarium, auctore Vopiſco in Aureliano, vel 42. milliarium, vt Martinus Polonus his verbis ſignificat. In exercitu Romæ ſunt milliaria 22. præter Tranſtiberim, & Leoninam ciuitatem, cum quibus dicitur habere 42. milliaria. Hanc vrbem muris olim non clauſam Plinius lib. 3. cap. 5. vocat extrema tectorum. Præter duas illas vrbes erant ſuburbia, quæ Tibur, Ocriculum, Ariciam, Oſtiam excurrebant, vt Plinius ibidem oſtendit, cuius verbà ſic habent: Vrbem tres portas habentem Romulus E

reliquit,

A reliquit,aut,vt plurimas addentibus credamus,quatuor. Mœnia eius collegere ambitu imperatoribus, cenſoribúſque Veſpaſianis, anno conditæ 828.paſſuum 23.millia,200.complexa montes 7. ipſa diuiditur in regiones 14. compita Larium 265. Eiuſdem ſpatij menſura currente à milliario in capite Rom.fori ſtatuto ad ſingulas portas, quæ ſunt hodie 37. ita vt 12.portæ ſemel numerentur, prætereanturq; ex veteribus quæ eſſe deſierunt, efficit per directum tria millia 765. (ita lege cum Lipſio, non 30.millia: numerus enim ille ſupra fidem) Ad extrema vero tectorum cum caſtris Prætoriis ab eodem milliario per vicos omnium viarum menſura colligit paulo amplius 7.millia paſſuum (ita lege, non ſeptuaginta, millia,qui numerus falſus. Procopius 14.tantum portas, & aliquot portulas numerat lib. 1.Gotth. ἔχει μὲν τὸ πόλεως ὁ περίβολος δὶς ἑπτὰ πύλας, καὶ πυλίδας πινάς. ἐν λόφῳ οἱ τῶν πόλεως μύλωνες ἐπὶ παλαιᾶς πάντες πεποίληνται, ἅτε ὕδατος ἐνταῦθα πολλοῦ ἀφθόνως
B ἐς τὸν τῶν λόφων ὑπερβολὴν, ἐς τὸ κατάντες ἡ σὺν ῥύμῃ μεγάλῃ ἔνθενδε ἰόντος, διὸ δὴ οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι τόνδε λόφον, καὶ τὸν κατ' αὐτὸν τοῦ ποταμοῦ ὄχθον τείχει περιλαβεῖν ἔγνωσαν, ὡς μήτε τοῖς πολεμίοις δυνατὰ εἴη, τάς τε μύλωνας διαφθεῖραι, καὶ ποταμὸν διαβᾶσιν ἀπόπτως τὰ τῆς πόλεως περίβολον ἐπιβουλεύειν: *Ambitus*,inquit, *vrbis habet 14.portas,& aliquot portulas. In colle ſunt molæ vrbis ab antiquo exſtructæ,quia illic aqua multa per canalem ad tumuli cacumen fertur, & in præceps magno impetu ex eo loco defluit. Quare veteres Romani collem & ripam fluuij muro includere inſtituerunt, ne ab hoſtibus molæ labefactari poſſent, & fluuio traiecto vrbis ambitus infeſtari.* Dionyſius Halicarn.lib.4.

Ambitum vrbis 20.tantum milliarium eſſe ait,cuiuſmodi fuit ambitus Athenarum cum Pyræo, & longis muris. Quæ verba de veteri vrbe, quam Seruius Tullius muris cinxerat, accipienda ſunt. Vopiſcus verò murorum ambitum ad quinquaginta millia produci pu-
C tat. Sed ambitum intelligit quo inferiorem vrbem Aurelianus complexus eſt. Eius verba ſic habent. Adhibito conſilio Senatus muros vrbis Romæ dilatauit: nec tamen pomœrio addit eo tempore,ſed poſtea. Pomœrio autem nemini principium licet addere, niſi ei qui agri barbarici aliqua parte Romanam Rempubl. locupletauerit. Addidit autem Auguſtus, addidit Trajanus, addidit Nero, ſub quo Pontus Polemoniacus, & Alpes Cortiæ Romano nomini tributæ, &c. Muros vrbis Romæ ſic ampliauit, vt quinquaginta propè millia murorum eius ambitus teneat. Apud Suetonium Nero deſtinarat Oſtia tenus mœnia promouere, atque inde foſſa mare veteri vrbi inducere: ſed non perfecit. *Ambitus vrbis Romæ.*

Ariſtides in encomio Romæ,vrbem ad mare vſque deſcendere ſcribit, ſed de ſuburbiis exaudiendus videtur. ἡ μὲν πόλις καλύπτει μὲν ἄκρας θεῶνας, καλύπτει δὲ πλὴν ἐν μέσῳ γλυφῆς,
D καταβαίνει δὲ καὶ μαχρὶ θαλάττης, ἵν' τὸ κοινὸν ἀνθρώπων ἐμπόριον, καὶ ἡ κοινὴ τῶν ἐν γῇ φυομένων διοίκησις: *Vrbs tum iuga montium,tum mediam tegit terram, deſcendit autem & vſque ad mare, vbi publicum eſt emporium, & communis rerum è terra naſcentium adminiſtratio, ὅπερ ἡ τῶν ἀνθρώπων γίγνοιτο, οὐδέν ἐστι τὸ κωλύον ὁμοίως ἔχειν ἐν μέσῳ, nec impedit quicquam, quominus quamcumque vrbis partem occupes, in media tamen conſiſtas.* Nec verò ſuperficiem duntaxat occupat, ſed longè ſupra exemplum altiſſimè in aërem aſcendit, *vt iam altitudo eius non ex niue quam continet, æſtimanda ſit, ſed magis ex ipſis iugis.* ὡς εἰ μὴ χιόνα καλήν τὸ ὕψος ἐφυψήκασιν, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτῆς τοῖς ἐρέσσιν. Canterus hæc verba ita vertit, vt iam non magis niui,quàm iugis ipſis comparanda veniat:minus benè. Hæc vrbs, inquit,cùm tantum terræ ſpatium contineat,& alias æquales ſibi ſuperimpoſitas vrbes,alteram ſuper alteram ferat, vt eius fert nominis ratio, tota robur eſt. ὥστε εἴ τις αὐτὴν ἐθέλησε καθαρῶς ἀναπτύξαι, καὶ τὰς νῦν μετεώρους
E πόλεις ἐπὶ γῆς ἐρείσας θεῖναι ἄλλην παρ' ἄλλην, ὅσον νῦν Ἰταλίας ἀφλοιπόν ἐστιν, ἀναπληρωθῆναι τὸν πᾶν, ἂν μοι δοκεῖ, καὶ ἑνιαία πόλις μία ἐπὶ τὸ ἰόνιον τείνουσα: *Quocirca ſi quis ipſam diligenter explicare vellet, & quæ nunc in ſublimi ſunt vrbes,humi iuxta ſe inuicem deponere exiſtimarem fore vt omnis Italiæ reliqua pars compleretur, atque vna vrbs ad Ionium vſque mare continua protenderetur.* *Suburbia vrbis Romæ.*

In montibus enim qui mœnibus vrbis incluſi erant, tot ædificia,tam ampla & ſuperba, exſtructa fuerunt,vt aliæ vrbes in collibus,aliæ in radicibus,quædam in planitie poſitæ viderentur. Certè Flaminia tota Ocriculum vſque ab vrbe ædificiis ex vtraque parte plena fuit,Oſtienſis item via,Oſtia vſque.Dionyſ.Halicar.lib.4.de Seruio Tullio, τῇ δὲ πόλει προσέθη κεφάλαιον λόφος τόνδε ἰουνάλιον καλούμενον, καὶ τὸ ἰσκυλῖνον, ὧν ἑκάτερος ἀξιολόγως πόλεως ἔχει μέγεθος. οὗτος ὁ βασιλεὺς τριττοῖς ἤυξησε τὸν περίβολον τῆς πόλεως, &c. περισσοτέρῳ δὲ καὶ ἔτι προσῆλθεν ἡ κατασκευὴ τῆς πόλεως, τοῦ ἐώντος, ὡς φασι, τὸν δαίμονα, *vrbi addidit duos colles, Viminalem, & Eſquilinum, quorum vterque vrbis non contemnendæ magnitudinem habet. Hic rex vltimus* *Ædificia in montibus Romæ exſtructorum cõmendatio.*

auxit ambitum vrbis, &c. *Vlterius non processit vrbis ædificatio, religionibus vt fertur, non permittentibus.* ἀλλ' ἔστιν ἅπαντα τὰ περὶ τὴν πόλιν οἰκήματα χωρία, πολλὰ ὄντα καὶ μεγάλα, γυμνά, καὶ ἀτείχιστα, ἃ ῥᾴστα πολεμίοις ἐλθοῦσιν ὑποχείρια γίνεσθαι. εἰ μὲν οὖν εἰς ταῦτά τις ὁρῶν τὸ μέγεθος ἐξετάζοιν βουλήσεται τῆς ῥώμης, πλανᾶσθαί τε ἀναγκασθήσεται, καὶ οὐκ ἔχει βέβαιον σημεῖον ἐφ' ὧν, ὡς δηλωθήσεται μέχρι τοῦ προβαίνουσα ἡ πόλις ὄγκου, καὶ ποθὲν ἄρξεται μηκέτι εἶναι πόλις. *Suburbia*, inquit, *quàm latè vrbi circumfusa sunt, multa illa & magna, immunita, & hostium incursibus obnoxia, quæ adeò vrbi coniuncta sunt, vt si quis oculis in ea conuersis Romæ exquirere magnitudinem velit, longè fallatur, ne certò dignoscere queat, quousque se vrbs extendat, & vbi vrbs esse desinat*: ita vrbanis ædificia suburbana perpetuo nexu cohærent, in infinitam longitudinem porrectæ, vrbis existimationem spectantibus præbentia. Quòd si quis mœnibus inuentu quidem difficilibus propter vndique coniunctas ædes, vestigia tamen veteris structuræ multis in locis seruantibus, metiri ambitum eius voluerit, & conferre cum eo quo Athenienſis vrbs continetur, non multo capacior apparebit Romæ ambitus. Idem lib. 9. in anno 291. Erat, inquit, tunc vrbis ambitus non maior quàm Athenarum, & pars eius in tumulis, abruptisq; sita rupibus, ab ipsa natura sic communita, vt exiguo egeret præsidio, pars à Tyberi non secus ac muro defendebatur.

Amplificatio vrbis Romæ.

Post Dionysij Halicarnassei ætatem quantum ea vrbs cum imperio creuerit, indicat Aristides his verbis. αὖ τις φαίη ἂν περὶ τῆς δὲ τῆς πανταχοῦ μεγάλης, ὡς ἄρα οὐκ ἀνήλωτον τὸ δυνάμιν τῷ τοσούτῳ μεγέθει κατεσκεύασται: *Si quis dixerit & de hac vbique maxima vrbe, potentiam eius tantæ vrbis magnitudini non respondere*, meritò dixerit. Quanquam si totum consideres imperium, vrbem nequaquam admiraberis, quæ tantula tori imperet terræ: sin ad ipsam vrbem, eiúsque terminos respicias, non amplius miraberis totum orbem tantæ vrbi subiici. Quod enim de Asia dixit auctor quidam, quantamcumque sol peragraret regionem, huic vnum imperare regem; id iam verum est effectum, quando & solis cursus vestro æqualis est imperio, & vestram vrbem sol peragrat. Non enim maris scopuli, nec Chelidoneæ, vel Cyaneæ insulæ, nec equi cursus diurnus mare versus vestrum definit imperium, nec certis vos imperatis finibus, neque alius regni terminum vobis præscribit, sed & mare instar cinguli per vestrum æquè imperium ac orbem terrarum medium protenditur. τοσαῦται γὰρ ἀφικνοῦνται δοκοῦσι νομίζεσθαι πρὸς πάντων ὁλκάδες ἀπὸ πάσης μὲν ὥρας, πάσης δὲ φθινοπώρου πρόσοπλοι ὥστε εἰκέναι τὴν πόλιν κοινῷ τινι τῆς γῆς ἐργαστηρίῳ, *tot onerariæ naues Romam appellunt, ab omnibus gentibus omni tempore, omni autumni conuersione, vt ea vrbs communi totius orbis officinæ non sit absimilis.* Claudianus libro de Bello Getico Romæ immortalitatem pronuntiat:

Surge precor veneranda parens, & certa secundis
Fide Deis, humilémque metum depone senectæ,
Vrbs æquæua polo: tunc demum ferrea sumet
Jus in te Lachesis, quum sic mutauerit axem
Fœderibus natura nouis, vt flumine verso
Jrriget Ægyptum Tanais, &c.

Ambitus Romæ auctus.

Eius ambitum ab Aureliano diximus auctum, quod Paulus Diaconus lib. 10. Historiæ miscellæ docet, his verbis: Aurelianus muris validioribus & latioribus vrbem sepsit, templum solis ædificauit, in quo infinitum auri, gemmarúmque constituit. Porcinæ carnis vsum populo instituit. Eandem Constantinus ornauit, narrante Nazario in Panegyrico, Longum est, inquit, ex illo percensere beneficia principis, quæ in vrbem sine modo redeuntia contexta eius benignitate fulserunt, ita infinita numero, commodis magna, vt nunquam obliuione gratiam obductura sit vel multitudo omnium, vel vtilitas singulorum. Sensisti Roma tandem arcem te omnium gentium, & terrarum esse reginam, cum ex omnibus prouinciis optimates viros Curię tuæ pigneraueris, vt Senatus dignitas non nomine, quàm re esset illustrior, cùm ex totius vrbis flore constaret. Populi verò Romani vis illa & magnitudo venerabilis ad imaginem antiquitatis relata, non licentia effrenis exultat, &c. Celeberrima quæque vrbis nouis operibus enitescunt, nec obsoleta modo per vetustatem rediuiuo cultu insigniuntur, sed illa ipsa quæ antehac magnificentissima putabantur, nunc auri luce fulgentia indecoram maiorum parcimoniam prodiderunt. Idcirco ipsæ maximæ sublimes porticus, & rutilantes auro columnæ, tantum inusitati ornatus dederunt, vt illo non minus cupidè conueniatur loci gratia, quàm spectaculi voluptate. Ornata est igitur

A igitur & aucta cùm ab Aureliano, tùm à Constantino Augustis, vsque adeò vt non tantùm πρεσβυτέρα ῥώμη dicatur à Sozomeno sub finem lib.2.& cap.1. lib.4. Sed μεγαλόπολις, μεγάλη πόλις, μεγάλη ῥώμη ab eodem lib.1.Claudianus in Ruffinum lib.2.

Vrbs etiam magnæ quæ dicitur æmula Romæ.

Regia Roma. Socrates lib.2.c.15. ἐν τῇ βασιλευούσῃ ῥώμῃ δείσιον). cap.34. ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν ῥώμην πόλιν ἀπιών: *Cùm in Regiam Romam vrbem abijsset.* Augustus mœnibus Romam ornasse, legibus Hadrianus imbuisse, finibus Traianus auxisse dicuntur in Panegyr. Theod. Cùm mœnibus Augustus ornaret, legibus Hadrianus imbueret, finibus Traianus augeret. Symmachus lib.10.e.20. *Roma regia appellatur.*

Martiam Romam vocat.ep.6. Plebem Martiam, Silius Itali.lib.12. Martigenam. Socrates lib.4. τὴν παλαιὰν ῥώμην. Antiquam Romam. *Martia Roma quare dicta.*

B Ea describitur à Strabone lib.5.his verbis, ἐν ᾗ τῇ μεσογαίᾳ πρόκειται μὲν ὑπὲρ τῶν ὠστίων ὅδιν ἡ ῥώμη: *In mediterranea regione prima supra Ostiam Roma est*, sola Tiberij imposita, de qua iam dictum est, eam non delectu, sed necessitate conditam esse. Ibidem scribit ante Ancum Martium tres tantùm colles Capitolinum, Palatinum, Quirinalem muris esse munitos, quibus Ancus, Cælium, Auentinum, & iacentem inter hos campum adiunxerit, Seruius Esquilinum, & Viminalem, muris per initia imbecillis, διότι ῥωμαίοις προύκειτο οὐκ ἀπὸ τῶν ἐρυμάτων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὅπλων, καὶ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἔχειν τὴν ἀσφάλειαν: *quia non à locorum munitionibus, sed ab armis, innataq; virtute tutelam, & ceterarum rerum facultatem habere Romanos decebat*, existimantes non viris mœnia, sed viros mœnibus propugnaculo ac munimento esse. Cùm igitur virtute ac labore terram suam effecissent, ἐφαίνη συῤῥεούσης ἀγαθῶν ἅπασαν εἰς αὐτὴν ἐπιῤῥέπουσα: *quidam bonorum concursus affluxisse visus est, qui omnem naturæ bonitatem su-* *Vrbis Romæ descriptio.*

C *peraret.* Quare adeò ciuitas creuit, vt commeatu, lignis, & lapidibus ad ædificia perduret quæ sine fine faciunt, cùm tot casus, tot incendia, tot permutationes assiduè accidant. Cernere licet stratas in agris vias, excisis collibus, exaggeratis vallibus, & nauigiorum onera plaustris excipiantur. Cloacæ duro cameratæ lapide peruias carris stramentorum semitas reliquerunt. Tanta autem per aquæductus aquarum vbertas influit, vt per vrbem atque cloacas amnes inundare videantur, & vniuersæ fere ædes subterraneos meatus, siphones ac salientes habeant, &c. Campi Martij admirabilis magnitudo, & ludos curules, & alia equestria certamina expedita suppeditat. Locum item ad pilam, palæstram, & palatia campi defixo circo tironibus exercitandis. Huic campo alter assitus est, & innumerabiles circumporticus, horti nemorosi, theatra tria, amphitheatrum vnum, templa magnificentissima inter se contigua. Colles herbis virentibus vestiti ad fluminis vsque alueum in am-

D bitum excurrunt, & oculos grato spectaculo pascunt. Mausoleum in excelsis fundatum collibus lapide niueo, & perpetuæ viriditatis arboribus ad summum vsque verticem obumbratum, & ad fluuij ripam exstructum animos stupore implet. In summo positum est simulacrum æreum Augusti. Sub aggere ipso cineres ac loculi gentis eius positi sunt: à tergo lucus est in quo mirificæ ambulationes. Im medio campi spatio, busti ambitus niueo lapide structus plantatas interius populos alens ostentansq;. Quid stupenda opera commemorem quæ in veteri foro, in Palatio, in Capitolio, in Liuiæ porticu visuntur. Consule Strabonem, Theodoret.lib.5.cap.8. & 9. ὅπισκόποις τοῖς συνῆλυθόσι ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει ῥώμῃ, ἡ ἁγία σύνοδος τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων τῶν συνῆλυθότων ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει κωνσταντίνου πόλει: *Episcopis qui conuenerunt in magnam vrbem Romam: sancta Synodus Episcoporum orthodoxorum, qui conuenerunt in magnam vrbem Constantinopolim.* Vtramque magnam appellat, &

E pene exæquat. Egregiè Claudianus de veteri Roma Panegyr.3. Stiliconis,

Proxime Dijs Consul tantæ qui prospicis vrbi,
Qua nihil in terris complectitur altius æther.

Libanius βασιλικὴν εἰς κωνσταντίνου. Constantinus ἀπαλλάξας τὴν μεγάλην πόλιν τῆς ἐπικειμένης νεφέλης, cùm liberasset magnam vrbem nebula incumbente.

Accedat Belisarij de Roma sententia, quam apud Procopium lib.3. de bello Gotth.his verbis ad Totilam exponit. ῥώμη μέντοι πόλεων ἁπασῶν ὅσαι ὑφ' ἡλίῳ τυγχάνουσι οὖσαι μεγίστη τε, καὶ ἀξιολογωτάτη ὁμολογεῖται εἶναι. οὐδὲ γὰρ ἀνδρὸς ἑνὸς ἀρετῇ ἐργασθῆναι, οὐδὲ χρόνου βραχέος δυνάμει ἐς τοσοῦτο μεγέθους τε καὶ κάλλους ἀφικέσθαι, ἀλλὰ βασιλέων μὲν πλήθει, ἀνδρῶν δ' ἀρίστων συμμιξίαι πολλαὶ, χρόνου τε μήκει, καὶ πλούτου ἐξουσίας ἐπιῤῥεούσης, τάδε ἄλλα πάντα ἐκ πάσης τῆς γῆς, καὶ τεχνίτας ἀνθρώπους ἐντεῦθεν ξυναγαγεῖν ἴσχυσαν, ὅτου τε τὴν πόλιν γεωτέρων, οἷαν ὧδε ὁρᾷ, καὶ βραχὺ τεκτηνάμενοι, μνημεῖα τῶν πάντων ἀρετῆς τοῖς ὕστερον ἐπέλιπον, &c. καὶ ἀμφὶ *Belisarij de Roma sententia.*

λάξας κτῆμά τι ὡς τὸ εἰκὸς τῶν πάντων κάλλιστον πλεστήσῃς: *Romam omnium vrbium, quæ sub sole* A
sunt, vrbem maximam & nobilissimam esse in confesso est. Neque enim vnius viri virtute ac opera ex-
structa est, neque breui tempore ad tantam magnitudinem, speciemq; prouecta, sed multi reges, longinqua
ætas, fortissimorum virorum numerus frequens, & diuitiarum ac potestatis excessus, cùm alia omnia ex
toto orbe, tùm verò artifices eo congregare potuerunt, & ita paulatim tantam vrbem, quantam vides, ar-
chitectati, monumenta virtutis omnis posteris reliquerunt. Quam si conseruaris, possessionem omnium
pulcherrimam habebis. Nihil igitur mirum cùm tot Romæ fuerint decora, tot ornamenta, si præter cæteros homines Romani suam vrbem adamarint.

Procopij de Roma sententia.

Qua de re Procopius lib.4.Gotth. καί τοι ἀνθρώπων μάλιστα πάντων ὧν ἡμεῖς ἴσμεν φιλοπόλιδες ῥωμαῖοι τυγχάνουσιν ὄντες, θεραπείᾳ τε τὰ πάτρια σώζειν ἐν σπουδῇ ἔχουσι, ὅπως δὴ μηδὲν ἀφανίζῃ. ῥώμη δὲ παλαιὰ κόσμῳ, οὔτε τῳ πολιῷ πνα βεβαρβαρωμένοι αἰῶνα, τάς τε πόλεως διεσώσαντο οἰκοδομίας, τῆ τε ἐγκαλλωπισμάτων τὰ πλεῖστα ὅσα οἷόν τε ἦν. χρόνῳ B
τε τοσούτῳ τὸ μῆκος, τῆ τε ἀπιμελείᾳ, δι' ἀρετὴν τῶν πεποιημένων αὐτέχει, ἔτι μήν τι τῆ ὅσα μνημεῖα τῆς γῆς ἐλλείπτο, ἔτι, ἐν τῆς τῆ νεὼς αἰνείᾳ τῆς τῆ πόλεως οἰκιστοῦ, τῆ εἰς τόδε κείμενα θέαμα πάντῃσι ἄπιστον. νεώσοικον γὰρ ποιησάμενον ἐν μέσῃ τῇ πόλει πλησίον τῶν δὲ ποταμοῦ ὄχθῃ, ἐνταῦθα τε αὐτὴν καθεῖρξαν ἐξ ἐκείνου τηροῦσι. μονήρης ἡ νεὼς ἥδε, τῆ θαυμάσιος ἄγαν: *Omnium certè hominum quos scimus, Romani maximè vrbem suam amant, studentq; omnia quæ à patribus ac-*
ceperunt, conseruare, & procurare sedulo, vt nihil veteris decoris Romæ antiquæ pereat, qui longo iam
tempore cùm à barbaris regantur & obtineantur, ædificia publica conseruarunt, & ornamenta plurima,
quantum fieri potuit. Et tanto tempore cùm Roma neglecta sit ab Imperatoribus, ob structuræ præstan-
tiam diuturnitati resistit, & monumenta generis quæcunque relicta sunt, conseruantur. Inter quæ nauis
Aeneæ conditoris vrbis, ad hanc diem durat spectaculum incredibile. Sacellum enim in me-
dia vrbe cùm fecerint ad ripam Tiberis, & ibi cum eam posuerint, ex eo tempore il- C
lam conseruant. Est autem moneres, & oblonga, cùm vno tantùm remigum versu agatur.

Tubi & canales vrbis Romæ.

Idem lib.1.Gotth.de canalibus & tubis fontium: ῥώμης ἡ ἐχέτοι τέσσαρες καὶ δέκα μὲν τὸ πλῆθός εἰσι, οἳ ἐκ πλίνθου ὠπτημένης τῆς πάλαι ἀνθρώποις πεποίληνται, ἐς τοσοῦτον βάρος τε βάθος διήκοντες, ὥστε ἀνθρώπῳ ἵππῳ ὀχουμένῳ ἐνταῦθα ἱππεύειν δυνατὴν εἶναι: *Romæ tubi & canales sunt 14.*
numero, ex latere coctili iam olim facti, tam lati & alti, vt eques in ijs equum agere possit.

Mausolæum Hadriani.

Idem de Mausoleo Hadriani, p.199. Ἁδριανοῦ δὲ ῥωμαίων αὐτοκράτορος τάφον ἔξω πύλης αὐρηλίας ὄζιν, ἀπέχων τῆ τοῦ κύκλου ὅσον λίθου βολήν. θέαμα λόγου πολλοῦ ἄξιον. πεποίηται γὰρ ἐκ λίθου παρίου, καὶ οἱ λίθοι ἐς ἀλλήλους μεμύκασι, μηδὲν ἄλλο ἐντὸς ἔχοντες. πλευραὶ τε αὐτοῦ τέσσαρές εἰσιν ἴσαι ἀλλήλαις, μέγος μὲν χαλκοῦ τι ἐς λίθου βολὴν ἑκάστη ἔχουσα, μῆκος δὲ ὑπὲρ τὸ τοῦ πόλεως τεῖχος, ἀγάλματά τε ἄνω ἐκ λίθου εἰσὶ τῆ αὐτοῦ ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων θαυμάσια ὅσα. τέτταρα δὴ τὰ τάφου οἱ D
παλαιοὶ ἀνθρωποι, ἐδόκει γὰρ, τῇ πόλει ἐπιτειχίσματι δύο (lego δυσὶ) ἐς αὐτὸν ἀπὸ τῆ θεοδόσιου διήκουσι, μέρος ἓν δὲ τείχους πεποίληται· ἔοικε γὰρ πύργῳ ὑψηλῷ πύλης τὸ ἐκείνῃ προβεβλημένῳ. διὸ μὲν δὴ τὸ ἐνταῦθα ἰσχύρωμα ἱκανώτατον: *Hadriani Rom. Imperatoris monumentum est extra por-*
tam Aureliam, abestq; ab ambitu mœnium quasi ad lapidis iactum. Spectaculum egregium. opus enim
est ex lapide Pario, & lapides inter se spectant ex aduersum positi, nihil aliud intus habentes. latera eius
quatuor sunt æqualia, latitudinem ad iactum lapidis habent singula, longitudinem & altitudinem su-
pra murum vrbis, & supra statuæ ex lapide Pario hominum & equorum stupendæ. Hoc monumentum
veteres, vt videtur, duabus substructionibus ad ambitu murorum ad ipsum pertinentibus struxerunt, vt
esset vrbi pars muri. Videtur enim esse turris alta ante portam Aureliam pro munimento & propugna-
culo posita. Ibi igitur erat propugnaculum sufficiens.

Viuarium Roman.

Erat & viuarium extra vrbem, & septum feris alendis ad venationem, sed propter por- E
tam Prænestinam. ἀμφὶ πύλῃ θεραπεύειν δὴ μοῖραν τῆ θεοδόσιου τοῦ ῥωμαῖοι βιβάριον καλοῦσι, καὶ ἡ τὸ τεῖχος ὀπιμαχώτατον μάλιστα· τὸ ἐκείνῃ τεῖχος ὅτῳ ὀπλειστον διερρύηκε, ὡς τὸ πλίνθων μὴ λίαν τοῦ ξυνδήκου ξωιέσθαι· τείχισμα δὴ ἄλλο βραχὺ θεοδόσιον ἔξωθεν αὐτοῦ οἱ πάλαι ῥωμαῖοι, οὐκ ἀσφαλείας τινὸς ἕνεκα, ἀλλὰ τρυφῆς τινὸς οὐκ ὠφελίμου χάριν, ὅπως δὴ λέοντας καὶ τἄλλα θηρία καθείρξαντες ἐνταῦθα τηρῶεν. διὸ δὴ καὶ βιβάριον τοῦτο ὠνόμασαν. ὅτῳ γὰρ ῥωμαῖοι τὰ χωρία ἃ αὖ τὰ ζῴων ἃ μὴ χρεών θηρεύειν εἰώθεν, ait Procopius p.190. *Propè Portam Prænestinam ad partem ambientis muri, quam Romani viuarium vocant, qua murus facillimè ex-*
pugnari potest, qui vsque adeò collapsus erat, vt laterum coagmentatio dissoluta esset, extrinsecus breuem
alium murum circumiecerant veteres, non propugnaculi caussa, sed delitiarum parum honestarum, vt leo-
nes & alias feras inclusas ibi seruarent. Ideo & viuarium illud appellatur. Ita enim Romani locum vo-
cant, vbi animantia non mansueta alere solent.

Iani templi descriptio.

Idem p.204.205.de Iani templo hęc habet. ὁ δὲ ἰανὸς ἔχει τὰ νεὼν ἐν τῇ ἀγορᾷ πρὸ τοῦ βουλευτηρίου

ὀλίγου

A ὀλίγον ὑπερβάντι τὰ τρία φάτα. οὕτω γὰρ ῥωμαῖοι τὰς μοίρας νενομήκασι καλεῖν. ὅτε νεὼς ἅπας χαλκοῦς ἐν τετραγώνῳ σχήματι ἕστηκε. τοσοῦτον μὲν ὅσον τὸ ἄγαλμα τοῦ ἰανοῦ σκέπειν· ἔστι δὲ χαλκοῦν οὐχ ἧσσον ἢ πηχῶν πέντε τὸ ἄγαλμα τοῦτο, τὰ ἄλλα πάντα ἐμφερὲς τῷ ἀνθρώπῳ: *Ianus habet templum in foro ante curiam, paulo supra tria fata. Ita enim Romani Parcas vocare solent. Sacellum omne æneum forma quadrata stat, tanta amplitudine quæ sit tegendo Iani simulacro. Simulacrum autem illud æneum est quinque cubitorum, cætera simile homini.*

Idem portum ad Ostiam describit: τὸ λιμένα, ὃν δὴ ῥωμαῖοι πόρτον καλοῦσι, καταλαβεῖν ἔγνω, ὃς δὴ ἀπέχει μὲν τῆς πόλεως ἓξ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίους. μέτρῳ γὰρ τοσούτῳ τὸ μὴ ἐπιθαλασσία εἶναι διείργει ῥώμη. ἔστι δὲ ἡ ὁ ποταμὸς τίβερις τὰς ἐκβολὰς ἔχει, *portum occupare constituit, qui abest Vrbe 126. stadijs, tanto enim interuallo Roma à mari disiungitur. Est autem quà Tiberis in mare se exonerat.* Tiberis enim Roma fluens, ait Procopius, sacram insulam efficit, quæ B quindecim stadiis abest à portu. Ad dextram in littore vrbs est quæ Portus dicitur, mœnibus firmis communita: ad læuam alia vrbs Ostia dicta, mœnibus carens, vtraque sita est ad eum locum vbi Tiberis in mare dextra læuáque influit. *Ostiæ portus descriptio.*

Neronis campus erat extra vrbem, vbi stadium magnum ab antiquo, in quo gladiatores olim depugnabant, & multa ædificia circa stadium illud veteres ædificarant, vnde circumquaque multi erant angiportus. lib.2. Gotth. ἐν νέρωνος πεδίῳ στάδιον μέγα ἐκ παλαιοῦ ἐστιν. ᾧ δὴ οἱ τῆς πόλεως μονόμαχοι τὰ πρότερον ἠγωνίζοντο, πολλά τε οἱ πάλαι ἀνθρώποι ἀμφὶ στάδιον τοῦτο οἰκήματα ἐδείμαντο, καὶ ἀπ' αὐτοῦ στενωποὺς πανταχόθι τῷ χωρίῳ συμβαίνει εἶναι. Iulianus A. orat. 1. τὴν ῥώμην διδάσκαλον ἀρετῆς καλεῖ, ὃ τὸ κάλλιστον τῶν ἐγκωμίων ἐστὶ, *Romam vocat magistram virtutum, quod pulcherrimum omnium est encomium.* *Neronis campus.*

Muri eius sub Honorio refecti sunt, qui ab Alarico Gottho labefacti erant. Claudianus C in Panegyr. Honor.6. Consulis. *Refectio murorũ vrbis Romæ sub Honorio.*

Sic oculis placitura tuis, insignior auctis
Collibus, & nota maior se Roma videndam
Obtulit, addebant pulcrum noua mœnia vultum,
Audito perfecta recens rumore Getarum,
Profecitque opifex decori timor, & vice mira,
Quam pax intulerat, bello discussa senectus.
Erexit subitas turres, cinctósque coëgit
Septem continuo montes iuuenescere muro.

D Exstat Romæ inscriptio in hanc rem, S. P. Q. R. Imp. Cæss. D. D. N. N. Inuictissimis principibus Honorio & Arcadio, victoribus ac triumphatoribus semper Augg. ob instauratos vrbis æternæ muros, portas ac turres, egestis immensis ruderibus ex suggestione viri C. & inlustris militis, & Mag. vtriusque militiæ Fl. Stilichonis, ad perpetuitatem nominis eorum simulacra constituit, curante Fl. Macrobio Longimano V. C. præfecto vrbi D.N.M. Q. eorum. Romam Deam galeatam hoc schemate expresserunt, quod à Claudiano Panegyr. Olybrij graphicè pingitur.

Roma Probo cupiens dignas persoluere grates,
Ire parat: famuli currum iunxere volantem
Impetus horribilisque metus, qui semper agentes
E *Prælia cum fremitu Romam comitantur anhelo.*
Ipsa triumphatis quæ possidet æthera regnis
Insilit innuptæ ritus imitata Mineruæ.
Nam neque cæsariem crinali cingere cultu,
Colla nec ornatu patitur mollire retorto.
Dextrum nuda latus, niueos exerta lacertos
Audacem retegit mammam, laxúmque coërcens
Mordet gemma sinum: nodus qui subleuat ensem,
Album puniceo pectus discriminat ostro.
———galeæque minaci
Flaua cruentarum prætenditur vmbra iubarum.

Et formidato clypeus Titana lacessit A
Lumine.

Clypeus Romæ. Rutilius de Romæ clypeo.

Perpetuósque ignes aureus vmbo vomat.

Sidonius carm. 2. 5. & 7. ei galeam, hastam, & clypeum tribuit. Claudianus lib. de Bello Gildon.

———solidatam crista resurgens
Erexit galeam, clypeique recanduit orbis,
Et leuis excussa micuit rubigine conus.
———Roma humeris vix sustinet ægris B
Squallentem clypeum, laxata casside prodit
Caniciem, plenámque trahit robiginis hastam.

CAPVT V.

De Titulis, & elogijs vrbis Romæ.

Tituli vrbis Romæ vnde originē ducant.



ITVLI vrbis Romæ ab eius maiestate & magnitudine originem ducunt, quæ gentes omnes non magis imperio domina & victrix, quam gremio parens complexa est. C

Hæc est in gremium victos quæ sola recepit,
Humanúmque genus communi nomine fouit,
Matris non dominæ ritu, ciuésque vocauit
Quos domuit, nexúque pio longinqua reuinxit.

ait Claudianus lib. 3. de Stilic. Ea est omnium gentium patria, non tam vrbs quàm orbis. Rutilius in Itinerario.

Fecisti patriam diuersis gentibus vnam:
Profuit inuitis te dominante capi.
Dúmque offers victis proprij consortia iuris, D
Vrbem fecisti, qui prius orbis erat.

Iam olim suaserat Mæcenas Augusto vt sociis ciuitatem daret, amplius præstitit Antoninus Pius, qui cunctos imperij subditos iure ciuitatis donauit, ait Victor c. 16. Vlpianus l. 17. D. tit. de statu homin. In orbe Romano qui sunt ex constitutione imperatoris Antonini, ciues Romani effecti sunt. Legendus Iulianus antecessor nouel. 72.

Libera cur Roma appellata. Ideo libera ciuitas dicitur Symmacho lib. 1. ep. 17. & Suetonio in Tiberio c. 28. Tiberius dixit in libera ciuitate, linguam mentésque liberas esse debere. Lucanus lib. 7.

———extremique orbis Iberi,
Armenij, Cilices. Nam post ciuilia bella
Hic populus Romanus erit. E

Iulianus Aug. oratione 1. τῷ μετέχειν ἅπαντας ἤδη τοῦ πολιτεύματος, καὶ τοῖς ἐκεῖθεν ἡμῖν καταδειχθεῖσιν ἔθεσι καὶ νόμοις χρῆσθαι πολῖται γεγόνασι: *Ciues sunt eo quòd omnes ciuitate donati iam sint, & ijsdem nobiscum legibus, & moribus vtantur.* Sidonius lib. 1. e. 6. Romam patriam libertatis. Paulo alia mente Iuuenalis, liberam Romam dixit, antequam imperio Cæsarum opprimeretur.

Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

Corippus lib. 1.

Altricem imperij, libertatisque parentem.

Ennodius Ticinensis libro pro Symmacho Papa, sacrarium libertatis. In ea vrbe quemadmodum & in aliis liberis ciuitatibus simulacrum Marsiæ fuit, qui est in tutela Liberi patris, ait Seruius ad lib. 4. Æneid. Mæcenas apud Dionem lib. 52. τῆς πολιτείας πᾶσί σφισι μεταδοθῆναί φημι δεῖν, ἵνα καὶ πάντες ἰσομοιροῦντες πιστοὶ συμμαχοὶ ἡμῖν ὦσιν, ὥσπερ τινα μίαν τὴν

ἡμετέραν

A ἡμετέραν πόλιν οἰκοῦντες, καὶ ταύτην μὲν ὄντως πόλιν, τὰ δὲ δὴ σφέτερα ἀγροὺς, καὶ κώμας νομίζοντες, ait Mæcenas, *Ciuitatem aio subditis omnibus esse dandam, vt omnes æquo iure vtentes fidi socij nobis sint, nostram vrbem vt vnam quandam omnium ciuitatem incolentes, & hanc quidem re vera vrbem, cæteras autem agros & vicos existimantes.* De ea Erinna Poëtria scitè canit,

χαῖρέ μοι ῥῶμα θυγατὴρ ἄρηος
χρυσεόμιτρα, δαΐφρων ἄνασσα,
σεμνὸν ἃ ναίεις ἐπὶ γᾶς ὄλυμπον
αἰὲν ἄθραυστον.
σοὶ μόνᾳ πρέσβιστα δέδωκε μοῖρα
κῦδος ἀῤῥήκτω βασιλῆον ἀρχᾶς,
ὄφρα κοιρανῆον ἔχουσα κάρτος
B ἁγεμονεύῃς.
σᾷ δ' ὑπὸ ζεύγλᾳ κρατερῶν λεπάδνων
στέρνα γαίας καὶ πολιᾶς θαλάσσας
σφίγγεται. σὺ δ' ἀσφαλέως κυβερνᾶς
ἄστεα λαῶν.
πάντα δὲ σφάλλων ὁ μέγιστος αἰὼν
καὶ μεταπλάσσων βίον ἄλλοτ' ἄλλως
σοὶ μόνᾳ πλησίστιον οὖρον ἀρχᾶς
οὐ μεταβάλλει.
ἡ γὰρ ἐκ πάντων σὺ μόνα κρατίστους
ἄνδρας αἰχματὰς μεγάλως λοχεύεις
C εὔσταχυν δάματρος ὅπως ἀνεῖσα
καρπὸν ἀπ' ἀνδρῶν.

Salue mihi Roma, filia Martis aurea mitra decora, prudens regiat, quæ incolis in terra venerandum cælum semper inuiolabile. Tibi soli Parca canitie honoranda dedi regium honorem imperij imperrupti, vt regium robur habens imperes. tuo autem sub iugo fortibus loris pectora terræ, & cani maris stringuntur. Tu securè gubernas vrbes populorum, & maximum æuum, quod omnia euertit, mutátque vitam alias aliter, tibi soli ventum secundum implentem vela non mutat. Tu enim ex omnibus sola fortissimos homines bellatores magnificè paris, quasi edens fructum vberem Cereris ex hominibus.

Dionysius lib. de situ orbis, Romam honorandam matrem omnium vrbium vocat, imperatorum regiam. *Honoranda mater Roma appellatur.*

D ῥώμην τιμήεσσαν, ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων,
μητέρα πασάων πολίων.

ὅπερ δὲ πόλις τοῖς αὐτῆς ὁρίοις καὶ χώραις ἐστὶ τοῦτο ἡδὲ ἡ πόλις τῆς ἁπάσης οἰκουμένης, ὥσπερ αὖ τῆς χώρας ἄστυ κοινὸν ἀποδεδειγμένη· φαίης ἂν περιοίκους ἅπαντας, ἢ κατὰ δῆμον οἰκοῦντας ἄλλον χῶρον, εἰς μίαν ταύτην ἀκρόπολιν εἰσέρχεσθαι, *ait Aristides, Quod autem vrbs est suis finibus, & regionibus, hoc Roma est totius orbis prouincijs, quasi commune omnis habitabilis terræ oppidum. Dixeris finitimos omnes, aut per populos, alium locum habitantes in hanc vnam arcem conuenire:* (legerem libenter, ὥσπερ ἁπάσης χώρας.) ἡ δὲ οὐδὲ πώποτε ἀπεῖπεν, ἀλλ' ὥσπερ τὸ τῆς γῆς ἔδαφος φέρει πάντας, οὕτω καὶ ἥδε δέχεται μὲν τοὺς ἐξ ἁπάσης γῆς, ὥσπερ τοὺς ποταμοὺς θάλαττα: *Illa autem nemini se negat, sed vt solum terræ fert omnes, ita & ista recipit quidem omnes ex toto orde, sicut mare fluuios,* Paulò ante hæc verba præmiserat: Ita fit vt nec mare, nec intermedia regio ciuitate quemquam
E prohibeat, nec hic ab Europa distinguatur Asia, cunctis in medium propositis, nec peregrinus censeatur quisquam, qui vel magistratu, vel fide dignus fit, ἀλλὰ καθέστηκε κοινὴ τῆς γῆς δημοκρατία, ὑφ' ἑνὶ τῷ ἀριστῷ καὶ κοσμητῇ, καὶ πάντες ὥσπερ εἰς κοινὴν ἀγορὰν συνίασι, τευξόμενοι τῆς ἀξίας ἕκαστοι: *Verùm communis totius terrarum orbis popularis status ab vno principe optimo regitur, omnésque velut in commune forum conueniunt, ius suum singuli pro merito consequuturi.*

Sidonius carmine 5. de Roma. *Roma à Sidonio laudata.*

——tum quæque suos prouincia fructus
Exposuit, fert Indus ebur, Chaldæus amomum,
Assyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæus,
Attis mel, Phœnix palmas, Lacedæmon oliuum,
Argos equos, Epirus equos, pecuaria Gallus,

Arma

Arma Chalybs, frumenta Lybes, Campanus Iacobum, A
Aurum Lydus, Arabs guttam, Panchaïa myrrham,
Pontus Castorea, blattam Tyrus, æra Corinthus,
Sardinia argentum, naues Hispania defert.

Hoc idem Aristides asserit, φόρτους μὲν ἀπ' ἰνδῶν, εἰ βούλει δὲ καὶ τῶν εὐδαιμόνων ἀράβων τοσούτους ὁρᾶν ἔξεστιν, *ac mercis ab Indis, & si velis ab Arabia felice tot ac tantos videre est.* Non immeritò igitur Cicero tertia Catilin. Romam arcem terrarum, arcem prouinciarum omnium, Nazarius in Panegyrico, arcem omnium gentium, Symmachus lib. 10. e. 34. arcem terrarum appellant. Patriam communem Symmachus ep. 94. l. 5.

Roma populorũ omniũ parens.

Populorum omnium parentem lib. 3. e. 11. Cunctarum prouinciarum parentem l. 4. e. 62. Frontinus æternam vrbem lib. de aquæductibus vt & Antoninus in Itinerario, Ammia. lib. 14. 15. Ausonius, B

Ignota æternæ ne sint tibi tempora Romæ.

Roma cur magna appellata sit.

Romam magnam Symmach. ep. 18. l. 4. Horatius lib. 1. Satyr.

Egressum magna me accepit Aricia Roma.

Lampridius in Halagabalo, Intellectum quàm magna Roma esset, collectis aranearum decem millibus pondo. Auctor de Limitibus Agrorum editus à Turnebo, Babylonem Romam vocat ob amplitudinem. Martialis,

Terrarum Dea, gentiúmque Roma,
Cui par est nihil, & nihil secundum.

Roma, Regina & Domina orbis appellatur.

Frontinus, Regina & Domina orbis, quæ terrarum Dea, gentiúmque consistit, cui par nihil, & nihil secundum. Claudian. C

Qua nihil in terris complectitur altius æther,
Cuius nec spatium visus, nec corda decorem,
Nec laudem vox vlla capit, quæ luce metalli
Æmula vicinis fastigia conserit astris,
Armorum, legúmque parens, quæ fundit in omnes
Imperium, primíque dedit cunabula iuris.
Hæc est exiguis quæ finibus orta tetendit
In geminos axes, paruáque à sede profecta
Dispersit cum sole manus, hæc obuia fatis D
Innumeras vno gereret cum tempore pugnas,
Et Gallum terris prosterneret, æquore Pœnum,
Nunquam succubuit damnis, & territa nullo
Vulnere, post Cannas maior, Trebiámque fremebat.

Laudatur ea vrbs ab omnibus, & in posterum laudabitur, sed eius magnitudo laudatione extenuatur, quæ silentio & admiratione veneranda est. Aristides, τὴν δὲ πόλιν ἄδουσι μὲν πάντες, καὶ ἄσονται, τοσούτῳ δὲ ἐλάττω ποιοῦσι, ἢ σιωπῶντες, ὅσω παρὰ μὲν τὴν σιωπὴν οὔτε μείζονα, οὔτ' ἐλάττονά ἐστι ποιῆσαι τῆς οὔσης, ἀλλ' ἀκέραιος τῇ γνώσει μένει, οἱ δὲ λόγοι τοὐναντίον ἢ βούλονται ποιοῦσιν. ἐπαινοῦντες γὰρ οὐ δεικνύουσιν ἀκριβῶς ὃ θαυμάζουσι: *Vrbem,* inquit, *celebrant omnes, & celebraturi sunt, sed eo minorem faciunt dicendo quam tacendo, quod silentio neque minor quam est, neque maior fieri potest, sed integra cognitioni relinquitur, laudatio contra facit quam velit. Celebrantes enim vrbem non exactè ostendunt quod admirantur.* De ea quippe non tantùm pro dignitate dicere, sed ne spectare quidem ipsam satis licet, nisi quis Argus oculis plenus, aut potius ipsius custos osculatus Deus opem ferat. Etenim quis vel tot montium iuga occupata, campósque exstructos, vel tantum terræ in vnius vrbis nomen coactum ex vlla specula contemplari possit: Non temerè igitur est, quod ei templa posita sunt, vt Suetonius in Augusto, & terrarum Dea vocata est à Martiali, vrbs sacratissima à Marcel. lib. 21. à Symmacho ep. 26. in Auctuario à Cassiodoro li. 6. Vrbs Augusta Paulino ad Auson. E

Augusta latiaris in vrbe Quirini
Fulget.

Prudent. in Hippolyto.

Vrbs

A *Vrbs Augusta suos vomit, effunditque Quirites.*

Apollonius de excidio Hieros. lib. 3.

——— sub præside Tito
Lætus ad Augustam sedem patriámque reuertar.

Augustissima Roma C. de offic. Rect. Prouinc. Augustissima omnium sedes Ammiano lib. 16.

Smyrnæi primi templum vrbi Romæ statuere M. Portio Consule, magnis quidem iam populi Rom. rebus, nondum tamen ad summum elatis, stante adhuc punica vrbe, & validis per Asiam regibus, sub annum vrbis quadringentesimum octauum, vt Tacitus lib. 4. Annal. Secuti sunt exemplum Alabandenses vicesimo quarto post anno, eíque Diuæ ludos anniuersarios instituerunt, narrante Liuio lib. 33. Prudent. in Symmachum, lib. 1. *Templum à quibus primùm vrbi Romæ statutum.*

B *Ac sacram resonare viam mugitibus ante*
Delubrum Romæ. Colitur nam sanguine, & ipsa
More Deæ, noménque loci ceu numen habetur,
Atque vrbis, venerisque pari se culmine tollunt
Templa, simul geminis adolentur tura deabus.

Sueton. lib. 2. templa quamuis sciret etiam proconsulibus decerni solere, nulla tamen Augustus in prouincia recepit, nisi communi suo, Romæque nomine. Diuam hanc adorat Rutilius.

Exaudi regina tui pulcherrima mundi
C *Inter sidereos Roma recepta polos*
Exaudi genitrix hominum, genitrixque Deorum.

Templum Romæ fuit in colle Palatino. Claudianus,

Conueniunt ad tecta Deæ, quæ candida lucent
Monte Palatino.

Sacra vrbs dicitur l. 2. C. Theod. de Can. frum. vrb. Rom. venerabilis vrbs l. vlt. C. Theod. de Nauicular. Eadem Metropolis Romani orbis dicitur ab Athanasio, sermone ad omnes solitariam vitam agentes. καὶ οὐκ ὅτι ἀποστολικός ἐστι θρόνος ἠδέσθησαν, οὐδ' ὅτι μητρόπολις ἡ ῥώμη τῆς ῥωμανίας ἐστὶν ἠυλαβήθησαν: *Neque reuerentia ducti sunt, quod Apostolicus thronus esset, neque vllo respectu, quod Roma metropolis Romani orbis.* Martianus Heracleotes lib. de situ orbis: *Roma vrbs sacra dicitur, & Metropolis Romani orbis.*

D ἐν τοῖς ἔθνεσι τούτοις δὲ ῥώμη ἐστὶ πόλις
ἔχουσα ἐφάμιλλον τῇ δυνάμει καὶ τοὔνομα,
ἄστρον τι κοινὸν τῆς ὅλης οἰκουμένης.

Inter has gentes est vrbs Roma, cuius nomen cum potentia certat, astrum commune totius orbis. Seneca lib. de Consolat. ad Albinum, c. 6.

Romam communem patriam appellat: non quod id temporis omnes Romani imperij subditi ciuitate donati essent: id enim ab Antonino Pio præstitum esse aliquot post annis ostendimus: sed quod in eam vrbem, velut in patriam omnes gentes confluerent. Eadem mente Plinius dixit cap. 5. l. 35. Romam esse vnam cunctarum gentium in toto orbe patriam. Athenæus lib. 1. c. 15. οἰκουμένης ἐπιτομήν. *Roma communis patria appellatur.*

E Orbis compendium, seu breuiarium. Cassiodorus l. 6. c. 4. Romæ nomine contineri vniuersa. Epictetus in Dialogo cum Hadriano: Quid est Roma? fons imperij orbis terrarum, mater gentium, rei possessor. vide an melius legatur, reip. possessio, vel rei possessio. *Roma orbis compendiũ appellatur.*

Hanc Aristides comparat cum mari: quia vt mare fluuiorum accessione non crescit, nec abscessu minuitur, quasi ipsius capacitas cum illis fato quodam connexa sit; ita nec in hac quicquam est præ magnitudine conspicuum, nec hominum accessione crescit, nec discessu minuitur. οὔτε γὰρ ἐκείνη μείζων ὑπὸ τῆς ἐμβολῆς τῶν ποταμῶν γίνεται, ὡς συνειμαρμένου τούτου σὺν αὐτοῖς, εἰς ῥοῦν αὐτὴν ἔχειν τὸ μέγεθος, id est, quasi hoc fato ipsis datum sit, vt mare fluxum eorum capere possit. Mœnia vrbis à Seruo Tullio quadrato lapide structa esse ostendimus, quæ cùm vetustate dilapsa essent, ab Arcadio & Honorio restituta sunt. Ea mœnia fuere pulcherrima, vnde & ab Imperatoribus l. 3. de calcis coctorib. vrb. Rom. C. Theod. Dignitas publicorum mœnium vrbis æternæ vocatur, & à Symmacho lib. 10. e. 34. cultus mœnium. Pulcra mœnia à Prudentio lib. 1. in Symmachum. Cassiodor. *Maris cum Roma comparatio.*

lib. 3.

lib.3.e.21. nullibi tantam mœnium pulcritudinem repperiri poſſe. Ea Theodoricus reſti- A
tuerat, Totilas tertiam murorum vrbis partem poſtea diſiecerat, quam reſtituit Beliſa-
rius, vt indicat Procopius lib. 3. de bello Gothico: ſed opus fuit tumultuarium & minùs
ſuperbum.

Mœnia vrbis Romæ quo tempore pulchriora fuerint.

Sub Theodorico mœnia fuere magnificentiſſima. Caſſiodor. lib.29.multa decora mœ-
nium eſſe ait. lib.7.for.15. mirabilem ſyluam mœnium Romanorum. Idem in fine Chro-
nici, Theodoricus, inquit, admirandis mœnibus deputauit per annos ſingulos maximam
vim pecuniæ. Totilas apud Procopium li.3.p.311. αὐοικοδομεῖαζ ὅπ τάχιςα πάνζα ἐκέλδυεν,
ὅσα καθελών τε ἢ πυροπλήσας ἀυτὸς ἔτυχεν ἰδίκα ῥώμλυ τὸ πρότερον εἶλε: *Reſtituenda quamprimum ea quæ ipſe deſtruxerat, & igne vaſtarat, cùm vrbem cœpiſſet curauit.* Ante Totilam Beliſa-
rius, λίθυς ἄγχιςά πη ὄνλας ξυναγαγὼν ἐπ' ἀλλήλοις ἀδένι κόσμῳ ξυνέβαλεν, ἀδὲν τὸ παράπαν
ἐντὸς ἔχονλας ἐπεὶ ἀδὲ πίτανον, ἀδέ τι ἄλλο τοιῦτον ἐν παρασκελῇ εἶχεν, ἀλλ' ὅπως μόνον τὸ τῆ οἰκο- B
δομίας σώζοιτο πρόσωπον. σκολόπων τε μέγα τι χρῆμα ἔξωθεν ἵσησιν. ἐτύγχανε ἢ ἢ τάφρος βαθείας
ἀμφὶ ἢ πρίβολον ὅλον ὀρύξας πρότερον, *lapides, qui propè erant, coaceruans, nullo ornatu compoſuit, nulla prorſus intermixtos materia, quia neque gypſum, neque aliud quidpiam eiuſmodi promptum habebat, ſed vt facies tantùm ſubſtructionis ſeruaretur, ſudiúmque magnam vim extrinſecus conſtituit. Circa ambitum vniuerſum foſſas profundas priùs defoderat.*

Muri vrbis Romæ deſcriptio.

Murus autem vrbis ita fuiſſe ex Procopio videtur. Ab vna parte Tiberim verſus muri
principium erat, haud longè ab Hadriani ſepulcro, & ponte Ælio, qui in eum deſinebat, è
regione ædis S.Mariæ Tranſpontinæ qui producebatur verſus portam S.Angeli,Hadriani
ſepulcro vicinum. Inde murus ductus paulò infra medium burgum,vt vocant, flectebatur
in gyrum verſus Xenodochium S.Spiritus, ad cuius portam propè Tiberim terminabatur,
ſic vt baſilica Petri, & montis Vaticani pars, quæ hodie muro clauſa eſt, excluderetur. C
Qua ratione murus duas comprehendebat portas, Triumphalem, & Aureliam. Quod ex
verbis Procopij apparet. Aurelianam, inquit, portam ex altera parte hoc modo Gothi in-
uadunt. Hadriani A. ſepulcrum extra portam Aureliam extat, ad lapidis iactum à mœ-
nibus procul exſtructum, ſpectatu dignum. Pario enim marmore ædificatum eſt, ſaxa
quadrata illi inuicem nexa, alia nulla intermixta materia, quaternis partitum pari dimen-
ſione lateribus, ita latis, vt iactus ex angulo lapis, alterum ferè pertingat: latera autem al-
titudine vrbis mœnia ſuperant: ſtatuæ quoque ex eodem marmore virorum equorúmque
miro artificio factę deſuper inſident. Quod ſepulcrum veteres ſpecie arcis vrbi impoſitum
brachiis duobus complexi ſunt: quæ à mœnibus ad id ſepulchrum porriguntur, quod ita
pars murorum effectum portæ imminet. Sed in muris vrbis nimij ſumus, elogia quæ Ro-
mæ data ſunt, exſequi pergamus. D

Elogia vrbis Romæ.

Sidonius lib.1.e.6. Romam domicilium legum, gymnaſium litterarum, curiam digni-
tatum, verticem mundi, patriam libertatis vocat, in qua vnica totius orbis ciuitate ſoli
barbari & ſerui peregrinantur.Symmachus ep.68.l.8. domicilium Latiaris facundiæ. Am-
mian. li.22. venerabilem vrbem: Capitolium, quo ſe venerabilis Roma in æternum attol-
lit. Sidon. in Panegyr. Auiti,

Teſtor Roma tuum nobis venerabile numen.

Caſſiodor. li.1.e.1. Venerandam vrbem. Ennodius ep.2. liberalis eruditionis gymnaſium.
Caſſiodo.ep.22.lib.5. ciuitatem litterarum. l.1.e.39. Eloquentiæ fœcundam matrem, vir-
tutúmque omnium latiſſimum templum. Ammianus lib.16. Imperij, virtutúmque om-
nium larem.Hieronymi li.2.aduerſus Iouinian. Vrbem potentem,vrbem dominam,vrbem E
Apoſtoli voce laudatam. Roma inquit, aut fortitudinis nomen apud Græcos eſt, aut ſub-
limitatis apud Hebræos, quibus Ros montes ſignificat. Proſper,

Sedes Roma Petri, quæ paſtoralis honoris
Facta caput mundo, quicquid non poſſidet armis
Relligione tenet.

Liuius lib.1. Nulla vnquam Reſpublica nec maior, nec ſanctior, nec bonis exemplis di-
tior. Propert. lib.4.el.1.

Omnia Romanæ cedant miracula terræ,
Natura hîc poſuit, quicquid vbique fuit.

Caſſiodor. lib.1.ep.32. Illa enim mater omnium dignitatum, viros ſibi gaudet præſidere
virtutum.Virtutum omnium domicilium.Ammian.lib.14. Lux omnium virtutum.lib.16.

Virtutum

A Virtutum omnium mater. Patria virtutum. Cassiodoro, ep. 1. lib. 2. Caput mundi, Sidonio car. 2. Item Gergithio veteri auctori. Ennodio ep. 1. Atrium libertatis dicitur. Symmachus ep. 7. lib. 2. Romam omnes exerto vbere & pleno suscepisse ait. Cassiodorus lib. 9. ep. 25. In ipsa, inquit, curia libertatis vrbs libera. Idem lib. 6. ep. 15. senatum aulam vocat libertatis. Prudentius lib. 2. in Symmachum,

Viuitur omnigenis in partibus haud secus ac si
Ciues congenitos concludat mœnibus vnis
Vrbs patria, atque omnes lare conciliemur auito.

Vide Nouel. Iustiniani 79. & Nouel. Iuliani 5. & 55. & 72. Herodianus lib. 2. τὴν ῥώμην ἔνθα ἡ βασιλειὸς ὄξιν ἐσία, *Romam vbi domicilium regni est.* Mamertin. Panegyr. ad Maximianum, Romam imperij matrem vocat. Aristides, ὥσπερ οἱ ταῖς κῦ μίαν πόλεσιν, ὅπω

B ἡ ὑμεῖς ἐν μιᾷ πόλῃ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ πολιτεύσαντε, τὲς ἄρχοντας καθίσατε ἐπ' αὐτοῖς, *vt in singulis fit vrbibus, ita vos totum orbem vt vnam ciuitatem administrantes omnibus populis magistratus constituitis.* Apud Herodianum Maximus ait, ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλῃ ἡ τ βασιλείας ἵδρυ) τύχη: *In ea vrbe imperij fortuna constituta est.* Ideo ex omnibus prouinciis ad Senatum & magistratus Romæ agentes appellatum, cùm à sententia quæ Romæ lata esset, ad aliarum vrbium magistratus non appellaretur, ait Aristides.

Cæterùm Romæ non modò palatia principum ampla, & Augusta fuere, verùm & Senatorum ædes adeò amplæ, & superbæ fuerunt, vt singulæ omnia in se haberent, quæ modicæ vrbes capere possunt, circum vbi aurigæ & equi currerent, fora, templa, fontes lauacra diuersa: quare & poëta dixit, *Ædiũ Senatorũ Romanorum amplitudo & superbia.*

C *Vrbs est quæque domus, vrbs continet oppida multa.*

Vt scribit Photius in Bibliotheca. Subiiciam hîc ex eodem paucula quæ ad Romæ magnificentiam pertinent. Erant, inquit, Romæ balneæ publicæ maximæ. Quæ autem dictæ sunt Antonianæ, habebant in vsum lauantium sellas assitas mille sexcentas è marmore scalpto. Diocletianæ bis totidem præter propter. Romæ murus quem mensus est Ammon Geometra, cum primum Gotthi armis eam infestare cæperunt, deprehensus est habere interuallum viginti & vnius milliarij. Multæ domus Romæ annui reditus ex possessionibus quadraginta auri centenaria habebant. Singula centenaria centum auri pondo effecere, præter triticum & vinum, & alias species, quæ si venderentur, tertiam partem reficerent auri, quod in reditu annuo erat. Domus quæ secundo loco fuere quindecim auri vel decem centenaria annui reditus habuere. Probus filius Alipij in prætura 12. auri centenaria

D impendit cùm Ioannes tyrannidem arripuisset. Symmachus in prætura filij 20. centenaria, Maximus 40. Septem autem diebus prætores ludos edebant. Candidus Historicus apud Photium, p. 114. ἕκας@ τ μεγάλων οἴκων τ ῥώμης ἅπαντα εἶχεν ἐν ἑωυτῷ, ὁπόσα πόλις σύμμετρ@ ἡδυώτ ἔχῃ, ἱππόδρομον, ἢ φόρες, ἢ ναὲς, ἢ πηγὰς, ἢ λετρὰ διάφορα, ἢ ὁ συγγραφὲς ἀπῤῥήγξατο,

εἷς δόμ@ ἄσυ πέλῃ, πόλις ἄστεα μυρία κεύθει.

ἦσαν ἢ λετρὰ δημόσια παμμεγέθη, αἳ δ' αὐτωνιαναὶ ἅτε καλέμεναι εἰς χρείαν τ λουμένων καθέδρας εἶχον ἀῤῥηκειμένας χιλίας ἑξακοσίας ἐκ μαρμάρε κατεσκευασμένας ξεσὲ. αἳ ἢ διοκλητιαναὶ, ἐγγὺς διπλασίες. τ ἢ τ ῥώμης τεῖχ@ μετρηθὲν ὑπὸ ἀμμων@ Ἕ γεωμέτρε, καθ' ὃν καιρὸν γότθοι πρὸ τῆσδε κατ' αὐτῆς καταδρομὴν ἐποιήσαντο, εἴκοσι καὶ ἑνὸς μιλίε διάστημα ἔχων ἀπεδείχθη. πολλοὶ οἶκοι ῥωμαίων ἐσόδες κατ' ἐνιαυτὸν εἰσέφερον ἀπὸ τ κτημάτων αὐτῶν αἱ τεσσαρὰ κεντηναρία, χωρὶς Ἕ σίτε καὶ Ἕ οἴνε, καὶ τ ἄλλων ἁπάντων εἰδῶν, ἃ εἰς τρίτον συνέτεινεν εἰ ὁπωρόσπερ τ εἰσφερομένε χρυσίε. &c. μάξιμ@ εἰς τὴν τ ἡδ' ὡραιτέραν τεσσαράκοντα κατεβάλετο κεντηνάρια. ἑπτὰ ἢ ἡμέραις οἱ ὡραίτορες τὰς θεατηρίδς ἐτέλουν.

CAPVT VI.

De Donatione Constantini Magni, & Papæ Rom.

ἰδιοκεφτοεία.

AD rem aggredior impeditam, & controuersam, quæ nostra ætate variis in vtramque partem dissertationibus iactata est, nec adhuc conquieuit, verane sit & legitima Constantini Donatio, qua Pontifici Romano singulari principis liberalitate

Roma in mancipium & nexum attributa eſt, an ſpuria, commentitia, per ambitum & falſi crimen ſubdita. A

Donationis Conſtantini Magni verba.

Donationis illius verba ſubiiciam ex ſcripto codice Bibliothecæ Chriſtianiſſimi Regis. ϑεσπισμα τ̃ μεγάλε κωνσαντίνε περὶ τ̃ πάπα ῥώμης. θεσπίζομεν πᾶσι τοῖς συγκλήτοις, καὶ τῇ συγκλήτῳ τ̃ ἡμε῀ βασιλείας, τ̀ ῥώμης ἐπίσκοπον καὶ ἀπόστολον τ̃ ἁγίων ἀποστόλων, καὶ κυρίε με πέτρε, πλείονα τ̃ βασιλείας ἐχθν ἐξουσίαν καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, καὶ πάντων τῶν πολλῷ πλέον ἢ τ̀ βασιλέα τιμᾶσθαι καὶ σέβεσθαι πεφαλώτε ἐκ τ̃ τεσσάρων ἀρχαίων θρόνων, κείνεσθαί τε πρὸς αὐτό, καὶ ψηφίζεσθαι τὰ τῇ ὀρθοδόξῳ συμβαίνοντα πίσει. δωρούμεθα γὰρ τῷ πατρί με τῷ μακαρίῳ σιλβέστρῳ καὶ τοῖς αὐτ̃ διαδόχοις τ̀ ἡμέτερον παλάτιον, τ̀ ὅπι τ̃ πεφαλῆς διάδημα ἐκ λίθων τιμίων καὶ μαργάρων συγκείμενον, τ̀ κυκλοῦ τ̀ τράχηλον, ὠμοφόριον, τὴν πορφυρᾶν χλαμύδα, τ̀ κόκκινον χιτῶνα, καὶ πάντα τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα τὰ τ̃ βασιλικῶν ἵππων ἀξιώματα, τὰ σκῆπτρα, καὶ τὰ λοιπὰ τ̃ βασιλείας κοσμήματα, καὶ τὴν δόξαν ἅπασαν τ̃ ἡμε῀ ἐξουσίας. τὸς γὰρ τῷ κλήρῳ τ̃ ἁγιωτάτης ῥώμης κατειλεγμένους, κοσμεῖσθαι κελεύομεν ὡς βαπλησίους τῇ συγκλήτῳ ἡμε῀ ἐνδύμασιν, ἵπποις ἐποχουμένους, ὑπόδησιν πεκοιμένους λευκάς. ὡς γὰρ καὶ τὰ ὑποδήματα τούτων ὑπωνίων ἐκ πεποιημένα λευκῶν, καὶ ὃς ἀναίρετο κληρικὸς ἐκ τ̃ ἡμε῀ συγκλήτου, ψεύδος τοῦτον ποιῆς τινὸς μηδαμῶς ἐργάσθαι. ὅπερ μὲν τὴν ἐκ χρυσὸς πεφανὴν φερονήματος μετεώτητα ὁ πατήρ με ὁ ἅγιος σιλβέστρος ὡς βαιτεῖται, ταῦτά τι τ̀ ὑπέρλαμπρον χρῶμα σημαίνοντα τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν, τῇ ἁγίᾳ πεφαλῇ αὐτ̃ ἰδίαις χερσὶν ἐπεθήκαμεν. ἡμεῖς γράτωρας ὀφφίκιον ὑπαγόντες, καὶ τὰ χαλινὰ τ̃ ἵππου αὐτ̃ κατέχοντες, τ̀ αὐλῆς τ̃ ἱερο῀ αὐτ̃ ἐξήμεν ἀνακτόρων, αἰδοῖ καὶ φόβῳ τ̃ κυρίε με τ̃ ἁγίε συνεχόμενοι πέτρε· τ̃ χρησίμων ἢ κομιδῆ καὶ θεοφίλων νενομίκαμεν, ἐκλῦσαι μὴ τ̀ πόλεως ῥώμης, καὶ τ̃ δυτικῶν ἁπάντων χωρῶν τε καὶ πόλεων τῷ ἁγιωτάτῳ πάπᾳ, τ̀ ἢ τ̀ βασιλείας κράτει θεὸς τὰ τ̀ ἑῴας μέρη μετενέγκειν, καὶ τὴν ἐν καλλίῳ τ̃ ὑφ' ἡλίῳ τ̃ βύζαντος πόλιν καταλαβεῖν, καὶ ἐν αὐτῇ ἱδρύσασθαι τὰ βασίλεια, ἄδικον οἰηθέντες ἐξουσίαν ἔχειν τ̀ ὅπι γῆς βασιλέα, ἔνθα καὶ ἀρχὴ τ̃ τ̃ χριστιανῶν θρησκείας ἐκ τ̃ ἀρανῶν ὑπῆρξεν ἡμῖν. ταῦτα τ̃ ἰδίαις χερσὶ γράψαντες, καὶ τῷ νεκρῷ τ̃ κυρίε με ἐπιθέμενοι πέπλου, πίσεις ἐνόρκους ποιούμεθα, ϗ μὴ ὅλως ὡς βελῶμαι, ἀλλὰ καὶ τῆς ἡμέτερον δεξαμένοις κράτει φυλάξειν ἀπαράθραυστα παρεγγυώμεθα θεὸς τ̀ πατέρα ἡμε῀ πάπαν, καὶ τὸς αὐτ̃ διαδόχους. B

Edictum, ac effatum diuinum magni Conſtantini de Pontifice Romano. Omnibus Prouinciarum rectoribus, & Senatui R. Imperij. Romanum Pontificem, ſucceſſorem Sanctorum Apoſtolorum, & Domini mei Petri, maiorem quàm imperator habere poteſtatem per vniuerſum orbem aduerſus omnes, (deeſt καὶ) *& pluſquam imperatorem coli & honorari, capútque eſſe quatuor antiquarum ſedium, & ab eo iudicari, & decerni quæ orthodoxæ fidei conueniunt, Edicimus: Donamus enim Patri meo Beato Syluestro, & ſucceſſoribus eius noſtrum Palatium, diadema capitis lapillis pretioſis & gemmis intextum, epomidem quæ collum cingat, chlamydem purpuream, coccinam tunicam, & omnia regia veſtimenta, ephippia quibus equi regij inſternuntur, ſceptra, & reliqua imperij ornamenta, & gloriam omnem meæ poteſtatis. Eos autem qui in clerum Romanum allecti ſunt, ornari iubemus ijſdem quibus Senatus noſter veſtimentis,* (lego ὡς βαπλησίοις) *equo vehi, albis veſtibus tegi. Ita & calceos eorum fieri ex pannis albis, & eum qui lectus ſit clericus, à nemine impediri poſſe, quominus ſit Senator. Quando verò coronam auream pater meus S. Syluester, quâ eſt humilitate & moderatione reſpuit, hæc ornamenta quæ ſanctam reſurrectionem, & ſuperillustrem locum ſignificant* (lego καὶ τῷ ἁγίῳ) *ſancto eius capiti impoſuimus. Nos ſtratoris officium obeuntes, & fræna eius equi tenentes, ex aula palatij exiuimus, reuerentia & metu Domini mei S. Petri. Maximè autem vtile & amicum Deo eſſe duximus cedere vrbe Roma, & omnibus occidentis locis ac vrbibus ſanctiſſimo Papæ, & robur imperij transferre ad ortum, & capere Byzantium vrbem optimo ſub ſole ſitu, & eò ſedem imperij ponere: iniquum exiſtimantes vt imperator in eo loco ſummam poteſtatem habeat, vbi Chriſtianæ fidei cælitus principium nobis fuit. Cùm hæc manu propria ſcripſerimus, & reliquijs Domini mei Petri impoſuerimus, iuſiurandum damus, non modò nos ſeruaturos quæ ſanximus, verùm & noſtros ſucceſſores, vt ſanctè ac religiosè ſeruent, obſtringimus, idque iurati patri noſtro Papæ, & ſucceſſoribus eius pollicemur.* Hanc Conſtantini donationem Iſidorus Hiſpalenſis ante mille plus minus annos, veram & legitimam eſſe aſſeruit, cuius ille inſtrumentum Latinis verbis expreſſit, & diſertis verbis in hiſtoria ſua Syluestro Papæ factam à Conſtantino confirmauit. Nauclerus generatione ſecunda Iſidori verba affert, quæ ſic habent: Conſtantinus vrbe ceſſit Pontifici, ornamentíſque imperialibus, diademate videlicet, & equo albo quo vectabatur. Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus, haud equidem ille Pontificiæ auctoritatis aſſertor æqualis Caroli Craſſi Imper. temporib. Nomocanonis c. 1. Donationem hanc legitimam aſtruit. Nolim ego hîc in re obſcura & ancipiti quidquam temerè aſtruere, maximè cùm nec Conſtantinus ipſe, nec ceteri deinceps imperatores donationem C D E

hanc

A hanc aut agnouerint, aut ratam habuerint. Conſtantinus enim teſtamento Romam, Italiam, Illyricum, Conſtanti filio natu minimo reliquit. Nepotianus Conſtante interempto Romam inſedit. Magnentio cæſo Conſtantius ouans Romam, vt ſuam, non alienam ingreſſus eſt. Valentinianus deinde, Gratianus, Theodoſius, tyrannis è medio ſublatis, Romam vt ſuam inierunt, obtinuerunt. Honorius ab Alarico Romam euerſam mœnibus inſtruxit. Valentinianus ſecundus, Valentinianus tertius, Maximus, aliique imperatores occidentis, vſque ad Auguſtulum, Romam imperij domicilium eſſe voluerunt. Theodoricus Rex Gotthorum, ὀδόακρον μάχῃ κρατήσας ὑφ' ἑαυτὸν τὴν ῥώμην ποιεῖται, ῥῆγα προσονομάσας ἑαυτόν, ait Euagrius lib.3.c.27. *Odoacro Herulorum rege victo Romam ſibi ſubiecit, regémque ſe*, non imperatorem *appellauit.* Romam Beliſarius, deinde Narſes Gothis eripuerunt, mœnibus ornarunt, Iuſtiniano reſtituerunt.

B Sed vt donatio illa Conſtantini fictitia ſit, iure diuturnæ poſſeſſionis, ac legitimæ præſcriptionis, Romanus Pontifex iuſtiori titulo Romam obtinet, quàm imperator Germaniæ Germaniam, Rex Britanniæ Britannias, Rex Hiſpaniæ Hiſpanias, & ceteri reges regna, quæ vix octingentorum annorum quieta poſſeſſione tueri poſſunt. Pontifex autem Romanus voluntate populi Romani, conſenſu non modò Italiæ, ſed omnium prouinciarum, ac principum occidentis, à nongentis plus minus annis quieto iure Romam, & aliquam Italiæ partem regia ditione obtinet, quam Græci vocant ἰδιοκρατείαν. Gotthi enim, ſiue mauis Oſtrogotthi, per vim Theodorico duce Italiam Romano imperio ſubduxerunt, Vicegotthi VVallia Rege Hiſpanias armorum iure obtinuerunt, Franci Gallias, apud quos ſtirpe regia excluſa, qui à Pipino & Hugone Capetio ſuccreuerunt, per vim ſibi ius regni aſciuerunt. Pipinus, ac deinde Carolus Magnus, iure armorum Saxonibus ac Lan-

C gobardis oppreſſis, Germaniam ac Italiam ſubdidere, & auctoritate Romani Pontificis imperatorium nomen ac faſtigium ſibi aſſumpſere. Gotthi Romanis, Sarraceni Gotthis, deinde Gotthi Sarracenis Hiſpanias eripuere, Angloſaxones in Britannias inuaſere, quas iure armorum, & diuturnæ poſſeſſionis titulo in hunc diem tenent: Pontifex neque armorum iure, neque per vim Conſtantinopolitano imperio Romam ſubduxit, ſed cùm Romani ac Itali imperatoris hæretici iugum detrectarent, & inde ab iconoclaſtis Græculis, inde à Langobardis barbaris impiè vexarentur, in fidem ac clientelam Romani Pontificis vltro ſe contulerunt, qui regum Franciæ auxilio, vtriuſque gentis iugum excuſſit, & eorumdem regum auctoritate ἰδιοκρατείαν Romæ adeptus, eam per nongentos plus minus annos omnium conſenſu tuetur.

Roma à Romano Pontifice quàm iuſto titulo poſſideatur.

Dicet aliquis, ea quæ ab initio non valuerunt, tractu temporis non conualeſcere, & in

D foro conſcientiæ ius diuturnæ poſſeſſionis, ac legitimæ præſcriptionis nullum eſſe. Cui ego reſponderim, ouium ſuarum ſaluti Romanum paſtorem conſulere debuiſſe, cui aliter id temporis conſuli non potuit, quàm ſi iugum oppreſſoris excuteretur, eorum maximè auctoritate regum, qui collapſum occidentis imperium reſtituerunt. Sed audiendus ea de re Zonaras in Leone Cononе. Διὰ ταῦτα ὁ τῆς πρεσβυτέρας τότε ῥώμης τὴν ἐκκλησίαν ἰθυνὼν χρηνόει Θ, τὸ πρὸς τὴν τῆς νέας ῥώμης προεδρεύοντα, καὶ τὰς ἐκείνης ὁμόφρονας ἅπασας κοινωνίας, ἐκείνας μὲν σὺν τῷ βασιλεῖ συνοδικῷ καθυπέβαλεν ἀναθέματι, τὰς δὲ μέχρι τότε τῇ βασιλείᾳ κομιζομένας ἐκεῖθεν φόρους ἐπέσχε, τοῖς Φράγκοις ἀπεισάμενος, ὅθεν αὐτοῖς ἀφορμὴ γέγονε τὴν κυριεύσασαν τῆς ῥώμης: *Ob hæreſim & tyrannidem* Cononis *Gregorius, qui id temporis ſenioris Romæ regebat eccleſiam, repudiata communione Pontificis nouæ Romæ, & eorum qui cum eo ſentirent, illos quidem cum imperatore ſynodico anathemati ſubiecit, & vectigalia quæ ad id vſque tempus imperio inde pen-*

E *debantur, inhibuit, icto cum Francis fœdere, vnde illi occupandæ Romæ occaſionem habuerunt.* Igitur Papa Gregorius derelicta imperatoris obedientia, ob peruerſam illius opinionem fœdus cum Francis iniit, Ἀποστήσας οὖν τῆς βασιλέως ὑπακοῆς χρηνόει Θ, διὰ τὴν ἐκείνου κενοδοξίαν τοῖς Φράγκοις ἐπείσατο, πρότερον πολλάκις διὰ γραμμάτων αὐτοῦ τὸν λεόντα τῆς μισοθείας μετανεῦκεῖν, καὶ μεταπεῖσαι τὰς ἱερὰς εἰκόνας σεβάζεσθαι, cùm prius ſæpe laboraſſet per litteras, vt Leonem ab impietate & odio Dei abduceret, atque ad cultum ſacrarum imaginum reuocaret. Non igitur ambitionis aut rebellionis ſtudio Pontifex Romanus ab imperatoris Leonis obſequio diſceſſit, ſed pietatis ac religionis, vt gregis ſui ſaluti conſuleret, regum Franciæ ope, quos Romam eo aſpectu obtinuiſſe ait, & ius ſuum deinde Romano Pontifici ceſſiſſe dubium non eſt. Idiocratoriam Pontificis Romani Græci auctores agnoſcunt. Conſtantinus lib. 2. de Thematib. οὐκ ἰῶ ὃ τὸ πρότερον ὑπὸ τὴν ἀρχὴν τοῦ βασιλέως κωνσταντινοπόλεως ἡ σικελία, ὅτε ἡ ῥώμη ἐβασιλεύετο. νυνὶ δὲ ἐγένετο ἡ καθ' ἡμᾶς ἀυτὴ διὰ τὴν ῥώμην ὑποθέσθαι τὸ βασίλειον κράτος, καὶ ἰδιοκρατορίαν ἔχειν, καὶ διαπρέπεσθαι κυρίως ὑπό τινος τῶν καθ' ἡμᾶς πάπα:

Idiocratoria à Pontifice Romano quo iure vſurpata.

Olim Sicilia *non erat sub ditione Imperatoris Constantinop. quando Roma imperio Constant. parebat.* A
Nunc autem ista innouatio facta est, quia Roma excussit iugum imperij, & dominio tenetur propriè ab aliquo qui pro tempore Papa Romanus est. Nicephorus Blemmydes Paraphrasi ἀνεκδότῳ in Psal. 8. Pontificis Romani δεσποτείαν καὶ κυριότητα ἰδιοτρόπως πρὸς πολίτας, *Dominationem, & proprium domini ius in ciues* Romanos appellat. Basilius imperator à Pontifice Romano Hadriano, sicut & à Ludouico imperatore suppetias petiit aduersus Barim Sarracenum. Vnde sequitur id temporis Pontificem Romanum ἰδιοκρατορίαν Romæ, & quarumdam Italiæ partium habuisse. Sed verba Pauli Diaconi subiungenda sunt lib. 21. Anno nono imperij sui cœpit impius imperator Leo contra sanctas & venerabiles imagines facere verbum. Quod cum didicisset Gregorius Papa Romanus, tributa Romanæ vrbis prohibuit, & Italiæ, scribens ad Leonem epistolam dogmaticam, non oportere imperatorem de fide facere verbum. Et paulo post: In seniori verò Roma Gregorius sanctissimus B
vir Apostolicus, & Petri Apostolorum principis confessor, verbo & actu coruscus, qui remouit Romam & Italiam, necnon & omnia tam Reip. quàm ecclesiastica iura in Hesperiis ab obedientia Leonis, & imperij sub ipso constituti. Paulo post: At Imperator contra Papam, atque recessum Romæ ac Italiæ sæuiebat. Idem tributa capitalia Thraciæ, parti Siciliæ, seu Calabriæ superimposuit. Ea verò quæ dicuntur patrimonium sanctorum principum Apostolorum, quæ olim ecclesiis auri dimidium, & tria conferebant talenta, publicæ rationi exsolui præcepit, considerare etiam ac describere natos mares iubens.

Iugum imperij Constantinopolitani quo tempore à Roma excussum.

Manasses arbitratur Romam imperij Constantinopolitani iugum excussisse sub Irene: cùm Carolus Magnus à Leone Pontifice, quem ab exilio in integrum restituerat, coronatus imper. Romanorum & inunctus esset: C

ἐκ κεφαλῆς μεχρὶ ποδῶν ἐλαίῳ τοῦτον χρίει.
οὕτως ὁ πρώην σύνδεσμος τῶν πόλεων ἐῤῥάγη·
οὕτω μητρὸς καὶ θυγατρὸς μέσον ἐπέπτη σπάθη,
δικάζουσα καὶ τέμνουσα μετὰ θυμοῦ ῥομφαίας
νεάνιν τὴν εὐπρόσωπον τὴν νεωτέραν ῥώμην,
ἐκ τῆς ῥυσσῆς καὶ παλαιᾶς καὶ τριπεμπέλου ῥώμης.

Leo Carolum à capite ad pedes oleo vngit, & imperatorem occidentis facit. Ita inter matrem & filiam odia accensa, enses stricti volarunt decidentes, abscindentes cum furore iuuenculam speciosam nouam Romam, à rugosa vetula capulari Roma. Iam ante sub Leone Isauro Pontifex Rom. Romam imperio Constantinopolitano subtraxerat, vt supra monuimus. Ante Leonem Iustinianus Magnus, sub quo & Papæ Romani alij auctoritate imperatoris instituti sunt, alij exilio D
mulctati, Iustinus, Tiberius, Mauricius, Phocas, Heraclius, Constantinus, Constans, qui & Romam imperium referre cogitarat, veterem illam & Principem vrbem plenissimo imperij iure tenuerunt; ipse etiam Leo Conon, quandiu bene de fide sensit.

CAPVT VII.

De Romæ virtutibus, ac vitijs.

Constantini Romam ingressus.

DE magnitudine Romæ veteris multis adhuc egimus, de virtutibus eius ac vitiis aliquid attingamus. Constantinus Romam ingressus, E
imperij, virtutúmque omnium larem, quum venisset ad rostra, perspectissimum Romanæ potentiæ forum obstupuit, pérque omne latus quò se oculi contulissent, miraculorum densitate præstrictus, alloquutus nobilitatem in curia, populúmque pro tribunali, in palatium receptus, fauore multiplici, lætitia fruebatur optata. Deinde intra septém montium culmina, per accliuitates planitiémque posita vrbis membra collustrans, & suburbana, quicquid erat primum, id eminere inter alia cuncta sperabat. Iouis Tarpei delubra, quantum terrenis diuina præcellunt, lauacra in modum prouinciarum exstructa, amphitheatri molem solidatam lapidis Tiburtini compage, ad cuius summitatem ægrè visio humana conscendit, Pantheonque velut regionem teretem speciosa celsitudine fornicatam, elatósque vertice scansili suggestus, Consulum & priorum principum imitamenta portantes, & vrbis templum, Pacísque forum, & Pompeij theatrum, & odeum,

A odeum,& ſtadium, aliáque inter hæc decora vrbis æternæ. Verùm cùm ad Traiani forum veniſſet, ſingulari ſub omni cælo ſtructura, vt opinamur, etiam numinum aſſenſione mirabilem, hærebat attonitus, per giganteos contextus circumferens mentem, nec relatu effabiles nec rurſus mortalibus appetendos. Multis igitur cum ſtupore viſis horrendo, imperator de fama querebatur, vt inualida, vel maligna, quod augens omnia ſemper in maius, erga hæc explicanda quæ Romæ ſunt, obſoleſcit. Vide Ammianum lib. 16.

Ædiũ Romanarũ mirabilis ſtructura.

Ædes Romæ in tantum exſtruxere, vt domus ad vſum & munimentum paratæ, ſint nunc periculo, non præſidío. Tanta altitudo ædificiorum eſt, tantæque viarum anguſtiæ, vt neque aduerſus ignem præſidium, neque ex ruinis vllum vllam in partem effugium ſit, ait Seneca lib.2.contr.2. Non ſatis capio verba Plinij lib.36.c.15.aut incredibile opus fuit de quo loquitur, his verbis, Bis vidimus vrbem totam cingi domibus Principum Caij &
B Neronis, & huius quidem aurea. Quæ tantæ fuere domus, quæ totam vrbem cingerent? Plinius l.3.c.5. Quod ſi quis altitudinem tectorum addat, dignam profecto æſtimationem concipiat, fateatúrque nullius vrbis magnitudinem in toto orbe potuiſſe ei comparari. Clauditur ab oriente aggere Tarquinij Superbi, inter prima opera mirabili. Namque eum muris æquauit, qua maximè patebat aditu plano. Cætero munita erat præcelſis muris, aut abruptis montibus, niſi quod exſpatiantia tecta multas addidere vrbes. Nomen Romæ, quod vulgari nefas, fuit Valentia, vt ait Solin.

Altitudo ædium Romanarum.

Vrbis ædificia ne ſupra 70. pedes attollerentur, vetuit Auguſtus. Strabo libr. 5. πρὸς τὰς ἐμπρήσεις στρατιωτικὸν ἐπὶ τῶ ἀπελεύθερον τὸ βοηθήσον. πρὸς δὲ τὰς συμπτώσεις τὸ ὕψη τῶν κοινῶν οἰκοδομημάτων καθεῖλεν, ἢ κωλύσας ὑπάρχειν πλείω ὁ, τὸ πρὸς τὰ ὁδοῖς τὰ δημοσίαις: *Auguſtus ad incendia ex libertinis milites inſtituit, qui opem ferrent ad caſus, & ruinas altitudinem*
C *communium ædificiorum ſuſtulit, vetuítque ædificia quæ ſunt ad publicas vias, ſupra 70. pedes attollere.* Traianus poſtea cùm vrbs ruinis deformaretur, cauit ne ſupra 60.pedes. Ob frequentiam autem incendiorum pilis lapideis, mœnianis, contignationibus cœnacula multiplicata, vt Vitruuius lib.11. c.9. De ruinis & incendiis Iuuenal. Sat.3.

——vt non
Deterius credas horrere incendia, caſus
Tectorum aſſiduos.
Quod ſpatium tectis ſublimibus vnde cerebrum
Teſta ferit.

Cloacarum vrbis Romæ ſtructura miranda.

Denique inter miracula æternæ vrbis nullum maius fuit cloacis, de quibus Plinius
D lib.36.c.15. Sed tunc ſenes aggeris vaſtum ſpatium,& ſubſtructiones inſanas Capitolij mirabantur: præterea cloacas operum omnium dictu maximum, ſuffoſſis montibus, atque vrbe penſili ſubtérque nauigata. A Marco Agrippa in ædilitate poſt conſulatum corriuati ſeptem amnes, curſúque præcipiti torrentium modo rapere, atque auferre omnia, coacti inſuper mole imbrium concitati vada ac latera quatiunt, aliquando Tiberis retro infuſi recipiunt fluctus, pugnántque diuerſi impetus intus, & tamen obnixa firmitas reſiſtit. Trahuntur moles internæ tantæ, non ſuccumbentibus cauſis operis, pulſant ruinæ ſponte præcipites, aut impactæ incendiis, quatitur ſolum terræ motibus, durant tamen à Tarquinio Priſco 700. propè annos, inexpugnabiles. Vniuerſitate igitur miraculorum quæ Romæ ſunt aceruata, & in quendam vnum cumulum coniecta, non alia magnitudo exſurget, quàm ſi mundus alius quidam in vno loco narretur.

Luxus & corruptio vrbis Romæ.

E Romæ decora & ornata adhuc exſequuti ſumus: quid ſi luxum eius ſeneſcente imperio ſub oculos ſubiiciamus, an de nobiliſſima omnium vrbe malè meriti videbimur? Ammianus certè Romam ſua ætate corruptiſſimam fuiſſe indicat lib.14. Verba eius aſcribemus. Tempore quo primis auſpiciis in mundanum fulgorem ſurgeret, victura dum erunt homines, Roma, vt augeretur ſublimibus incrementis, fœdere pacis æternæ virtus conuenit atque fortuna plerumque diſſidentes, quarum ſi altera defuiſſet, ad perfectam non venerat ſummitatem. Eius populus ab incunabulis primis adúſque pueritiæ tempus extremum, quod annis circumcluditur ferè trecentis, circummurana pertulit bella, deinde ætatem ingreſſus adultam, poſt multiplices bellorum ærumnas, Alpes tranſcendit & fretum: in iuuenem erectus & virum, ex omni plaga quam orbis ambit, immenſus reportauit laureæ triumphos: iámque vergens in ſenium, & nomine ſolo aliquoties vincens, ad tranquilliora vitæ diſceſſit. Ideo vrbs venerabilis, poſt ſuperbas efferatarum gentium ceruices oppreſſas, latáſque leges, fundamenta libertatis, & retinacula ſempiterna,

velut frugi parens, & prudens, & diues, Cæsaribus tanquam liberis suis regenda patrimonij iura permisit, & olim, licet otiosæ sint tribus, pacatæque centuriæ, & nulla suffragiorum certamina, sed Pompiliani redierit securitas temporis; per omnes tamen quotquot sunt partes terrarum, vt domina suspicitur & regina, & vbique patrum reuerenda cum auctoritate canicies, populique Romani nomen circumspectum, & verendum. Sed læditur hic cœtuum magnificus splendor leuitate paucorum incondita, vbi nati sint non reputantium, sed tanquam indulta licentia vitiis ad errores lapsorum, & lasciuiam, &c. Ex his quidam æternitati se commendari posse per statuas æstimantes, eas ardenter affectant, quasi plus præmij ex figmentis æreis sensibus carentibus adepturi, quàm ex conscientia honestè rectéque factorum, eásque auro curant imbracteari, quod Acilio Glabrioni delatum est primo, quum consiliis armísque regem superasset Antiochum, &c. Alij summum decus in carrucis solito altioribus, & ambitioso vestium cultu ponentes, sudant sub ponderibus lacernarum, quas in colli exerta fibulis ipsis adnectant, nimia subtegminum tenuitate peruia filis exstantes crebris à locis omnibus, maximéque sinistra, vt longioris fimbriæ tunicæ perspicua luceant varietate liciorum effigiatæ in species animalium multiformes, &c. Quum autem interuallata temporibus conuiuia longa & noxia cæperint apparari, &c. is, adhibetur qui pro domibus excubat aurigarum, aut artem tesserariam profitetur, aut secretiora quædam se nosse confingit. Homines enim eruditos & sobrios, vt infaustos & inutiles vitant quoque, &c. Quidam per ampla spatia vrbis, subuersásque silices, sine periculi metu properanter equos velut publicos signatis, quod dicitur, calceis agitant, familiarium agmina tanquam prædatorios globos post terga trahentes, ne Sannione quidem, vt ait comicus, domi relicto. Quo comitatu matronæ complures opertis capitibus & basternis, per latera ciuitatis cuncta discurrunt, vtque præliorum periti rectores primò cateruas densas opponunt, & fortes, deinde leues armaturas, post iaculatores, vltimásque subsidiales acies, si fors adegerit, inuasuras; ita præpositis vrbanæ familiæ suspensæ digerentibus sollicitè, quos insignes faciunt virgæ dextris aptatæ, velut tessera data castrensi, iuxta vehiculi frontem omne textrinum incedit. Huic atratum coquinæ adiungitur ministerium: deinde totum seruitium cum otiosis plebeiis de vicinitate coniunctis. Postrema multitudo spadonum à senibus in pueros desinens, coloris obluridi, distortáque liniamentorum compage deformis, vt quaqua incesserit quisquam, cernens mutilorum hominum agmina, &c. Paucæ domus studiorum seriis cultibus antea celebratæ, nunc ludibriis ignauiæ torrentes exundant, perflabili sono, vocali tinnitu fidium resultantes. Denique pro philosopho cantor, & in locum oratoris doctor artium ludicrarum accitur, & bibliothecis sepulcrorum ritu in perpetuum clausis, organa fabricantur hydraulica, & lyræ ad speciem carpentorum ingentes, tibiæque & histrionici gestus instrumenta non leuia. Postremo ad id indignitatis est ventum, vt quum peregrini ob formidatam haud ita dudum alimentorum inopiam pellerentur ab vrbe præcipites, sectatoribus disciplinarum liberalium impendio paucis sine respiratione vlla extrusis, tenerentur mimarum asseclæ viri, quíve id simularunt ad tempus, & tria millia saltatricum, ne interpellata quidem, cum choris, totidémque remanerent magistris. Et licet, quocunque oculos flexeris, feminas affatim multas spectare cirratas, quibus, si nupsissent, per ætatem ter iam nixus poterat suppetere liberorum. Adúsque tædium pedibus pauimenta terentes, iactari volubilibus gyris, dum exprimunt innumera simulacra, quæ finxere fabulæ theatrales, &c. Nec credi potest qua obsequiorum diuersitate coluntur homines sine liberis Romæ. Et quoniam apud eos, vt in capite mundi, morborum acerbitates celsiùs dominantur, ad quos vel sedandos omnis professio medendi torpescit, &c. Ex turba verò imæ sortis & paupertinæ, in tabernis aliqui pernoctant vinariis, nonnullis velabris vmbraculorum theatralium latent, quæ Campanam imitentur lasciuiam, Catulus in ædilitate sua suspendit omnium primus; aut pugnaciter aleis certant, &c. Hæc similiáque memorabile nihil vel serium agi Romæ permittunt. In meliora tempora incidimus, Romæ si vnquam virtus & pietas viget. De eius occasu Manasses audiendus,

ὁ παῖς ῥωμύλος τῆς ἀρχῆς ἥψατο τελευταῖον,
καὶ πόλις μεγαλόπολις ἡ τῶν ῥωμαίων πόλις
ῥωμύλον σχοῦσα κατ' ἀρχὰς ἔννομον βασιλέα,
καὶ πάλιν περιστήσασα τὸ κράτος ῥωμύλον,
οὐκ ἔτι τὴν κυβέρνησιν ἔσχεν ἐκ βασιλέων,
βαρβάροις δ' ὑποκύψασα, καὶ χωροβατηθεῖσα

ῥῆγας

A ῥήγας καλεῖσθαι ἀρχοντας, χωραρχας, σατραπάρχας.

Demum puer Romulus vltimus attigit imperium, & vrbs magna Romanorum, quæ per initia regem legitimum habuit Romulum, rursus Romulo regnum cùm dedisset, non amplius ab Imperatoribus gubernata est, sed barbaris subdita, & ab ijs incessa reges vidit, chorarchas, satraparchas. Idem de Roma,

καὶ ῥώμῃ τὴν πρωτόπολιν τὴν παλαιστάτην ῥώμην.

Romam principem vrbium veterem Romam.

Romanum autem imperium vnicum ac singulare fuit ad ætatem vsque Diocletiani. Quanquam enim Marcus Antoninus Philosophus, vnà cum Ælio Vero imperium administrauit, Caracalla cum Geta modico tempore; non tamen imperium in duo diuisum est, sed vnicum fuit, à duobus principibus ex æquo administratum. Diocletianus primus in tres partes diuisit. Constantio enim, Patri Constantini magni, Britannias, Gallias, Hispa-
B nias, Maximiano Illyricum, Italiam, Africam, sibi orientem, & Galerio Maximino attribuit. Deinde Constantinus & Licinius inter se imperium partiti. Tum Constantinus in tres filios orbem diuisit: Valentinianus sibi occidentis imperium, Valenti orientem, Gratianus Theodosio orientem, sibi & fratri occidentem assignarat. Theodosius Arcadio Constantinopolim, Honorio Romam. Deinde ad Augustulum vsque duo imperia fuere. *Sub Diocletiano Nicomediæ orientis regia fuit.* Socrates lib. 1. cap. 6. ἐν τῇ νικομηδείᾳ τὰ βασίλεια, οἱ πρὸ διοκλητιανοῦ ἐποίουν.

Romanum imperiũ quo tempore floruerit.

Sidonius Carm. 2. fines imperij orientis definit his verbis:

Fines imperij Orientis.

——*venio, non vt mihi pressus Araxes*
Impositò sub ponte fluat, nec vt ordine prisco
C *Indicus Ausonia potetur classide Ganges,*
Aut vt tigriferi pharetrata per arua Nisates
Depopuletur ouans Artaxata Caspia consul:
Non Pharij modo regna precor, nec vt hisce lacertis
Frangat Hydaspeas aries impactus Erythras,
Non in Bactra feror, nec committentia pugnas
Nostra Semiramiæ rident ad classica portæ.
Arsacias non quæro domos, nec tessera castris
In Ctesiponta datur: totum hunc tibi cessimus axem,
D *Omne quod Euphratem, Tigrimque interiacet olim,*
Sola tenes, res emta mihi est de sanguine Crassi.
Ad Charras pretium scripsi, nec inulta remansi,
Aut perijt sic emtus ager, si fallo probasti
Ventidio mactante Pacor. nec sufficit istud,
Armenias, pontúmque dedi, quo Marte petitum
Dicat Sylla tibi, forsan non creditur vni
Consule Lucullum. Taceo iam Cycladas omnes,
Acquisita meo seruit tibi Creta Metello,
E *Transcripsi Cilicas, hos Magnus fuderat olim,*
Adieci Syriæ quos nunc moderaris Isauros,
Hos quoque sub nostris domuit Seruilius armis:
Concessi Ætolos veteres, Acheloïáque arua:
Transfudi Attalicum malè credula testamentum,
Epirum retinens. Tu scis cui debeat illam
Pyrrhus, in Illyricum spectò te mittere jura
Ad Macetum terras, & habes tu Paule nepotes,
Ægypti frumenta dedi, mihi vicerat olim
Leucadijs Agrippa fretis, Iudæa tenetur
Sub ditione tua, tanquam tu miseris illuc

Insignem cum patre Titum. Tibi Cypria merces A
Fertur, pugnaces ego pauper laudo Catones.
Dorica te tellus, & Achaica iura tremiscunt,
Tendis & in bimarem felicia regna Corinthon.
Dic Byzantinus quis rem tibi Mumius egit?

Ita Roma enumerat apud Sidon. prouincias quæ Constantinopolitano imperio parebant.

CAPVT VIII.

De noua Roma seu Constantinopoli. B

Byzantij priuilegia & auctoritas.

ROMVLVS bonis auibus Romam condidit, gentium reginam ac dominam: Constantinus Magnus Byzantium auxit, & de suo nomine appellatum, sedem imperij fecit, iisdemq; priuilegiis ornauit quibus Roma vsa, vnde & noua Roma dicta. Cyrus monachus,

τὴν νέαν ὄντως ῥώμην,
ῥώμην τὴν ἀῤῥυτίδωτον, τὴν μήτοτε γηρᾶσαν,
ῥώμην ἀεὶ νεάζουσαν, ἀεὶ καινιζομένην.

Nouam reuera Romam, ruga carentem, nunquam senescentem, semper iuuenantem, semper renouascentem. Quare *bigas vrbium*, τῶν πόλεων ξυνωρίδα dixit Synesius orat. de frater. amicit. ὦ βασίλειε ζεῦ, ὦ πάτερ ἀνθρώπων, ὦ πολιοῦχε, καὶ τῆς ἑώας ῥώμης, καὶ τῆς ἑσπερίας φυλάττοις μὲν τῶν πόλεων ξυνωρίδα: *ô regalis Iuppiter, ô pater hominum, ô præses vrbium, Romæ orientalis, & occiduæ seruato geminas vrbes.* Constantinus Porphyrog. lib. 2. de Themat. Constantinopolim omnibus aliis imperare indicat his verbis, πόλις ἐστὶ βασιλεύουσα, τοῦτε κόσμου παντὸς ὑπερέχουσα: *Vrbs est dominatrix, quæ toti vniuerso præcellit, ac superior est.* Socrates lib. 1. cap. 16. Constantinus, βυζάντιον ηὔξησε τείχη μεγάλα περιβαλὼν, καὶ διαφόροις κοσμήσας οἰκοδομήμασι, ἴσην τε τῇ βασιλευούσι ῥώμῃ ἀποδείξας, κωνσταντίνου πόλιν ὀνομάσας, χρηματίζειν δευτέραν ῥώμην νόμῳ ἐκύρωσε, ὃς νόμος ἐν λιθίνῃ γέγραπται στήλῃ, καὶ δημοσίᾳ ἐν τῷ καλουμένῳ στρατηγίῳ πλησίον τοῦ ἑαυτοῦ ἐφίππου. A quo mutuatus est Diaconus lib. 11. Miscel. histor. Constantinus Constantinopolim appellari secundam Romam lege firmauit, sicuti lex ipsa in marmorea Platoma (Socrates, lapideam columnam vocat) noscitur esse conscripta, & iuxta statuam eius equestrem in strategio (prætorium intellige) est constituta. Iulianus orat. 1. ἡ μὲν βασιλεύουσα τῶν ἁπάντων πόλις ῥώμη μήτηρ οὖσά σοι καὶ τροφός. *Roma omnium regina vrbs mater & nutrix*, Constantinopoli, tibi fuit. C D

Constãtinopolis omniũ regionũ regina appellatur.

Nicetas Dauid in vita Ignatij eandem vocat *omnium regionum & vrbium reginam clarissimam*, πάσης χώρας καὶ πόλεων περιφανεστάτην βασιλίδα. Chrysostomus homil. de verbis Isaiæ, ὅλου τοῦ κόσμου μητρόπολιν, *totius orbis metropolim*, quam donatam esse priuilegiis veteris Romæ docet Imperator. l. 1. C. de priuileg. vrb. Constantinop. Sidonius Paneg. 2.

——at tu circunflua Ponto
Europæ atque Asiæ commissam carpis vtrimque
Temperiem, nam Bistonios Aquilonis hiatus
Proxima Chalcidici sensim tuba temperat Euri. E
Interea te Susa tremunt.
Porrigis ingentem spatiosis mœnibus vrbem,
Quam tamen angustam populus facit, itur in æquor
Molibus & veteres tellus noua contrahit vndas.
Namque Dicarcheæ translatus puluis arenæ
Intratis solidatur aquis, duratáque massa
Sustinet aduectos peregrino in gurgite campos.
Sic te dispositam, spectantémque vndique portus
Vallatam pelago terrarum commoda cingunt,
Fortunata satis Romæ partita triumphos.

Vt

A Vt enim Zozimus lib. 2. Ædificia Conſtantinopoli tam fuere contigua, vt habitatores, ſiue domi ſe contineant, ſiue in compitis ſint, artentur, nec ſine periculo propter ingentem hominum & animalium copiam incedant. Anthemius Procopij ſocer muro maximo vrbem circumdederat, Socrate narrante.

Longitudo vrbis, à porta aurea vſque ad littus maris directa linea, pedum habuit 14. millia & 75. Latitudo, pedum ſex millia 150. Vide Conſtantinopoleos veterem deſcriptionem. Iulianus appellationem, & nobilitatem Conſtantinopoleos arceſſit à Conſtantino Magno orat. 1. πόλιν ἐπώνυμον αὐτοῦ κατέστησεν ἐν ᾧδὲ ὄλοις ἔτεσι δέκα, τοσούτῳ τῶν ἄλλων μείζονα, ὅσῳ τῆς ῥώμης ἐλαττοῦσθαι δοκεῖ. ἧς τὴν δευτέραν τεταχθαι μακρῷ βέλτιον ἐμοί γε φαίνεσθαι, ἢ τὴν τῶν ἄλλων ἁπασῶν μείζονα καὶ πρώτην νομίζεσθαι: Vrbem Conſtantinus *ſibi cognominem decem plus minus annorum ſpatio condidit, tanto alijs maiorem, quanto Roma inferior eſſe videtur. A qua* B *ſecundum locum tenere longè magnificentius eſt, quàm aliarum omnium maiorem & digniorem haberi.* Sozomenus lib. 2. cap. 3. eiſdem priuilegiis cum Roma Conſtantinopolim honeſtatam eſſe ait. ὅπερ τῶν βυζαντίων πόλεως τὴν ἴσα ῥώμης κρατεῖν, καὶ οἰκονομεῖν αὐτῆς τὰ ἀρχῆς κατεσήσατο. Conſtantinus *edixit vt Byzantiorum vrbs eodem quo Roma iure frueretur, & principem in imperio locum teneret.* ἔγνωκεν οἰκίσαι πόλιν ὁμώνυμον ἑαυτῷ, καὶ τῆ ῥώμης ὁμότιμον. *Conſtituit condere vrbem ſuo nomine, eodem iure quo Roma.* ὁ δὴ τὸν πρὶν βυζάντιον περισταφυλοῦμβόλῳ, εἰς δολιχοείαν ἐκτείνας, *Byzantium vrbem dilatans maximis muris circumdedit.* Cùm autem indigenæ non ſatis eſſent replendæ vrbi, maximas domos per fora ſparſim ædificans, eas viris honeſtis, eorúmque domeſticis attribuit, quorum alios ex vetere Roma, alios aliunde arceſſiuit. Tributa autem cùm indixiſſet, partem in ædificia & opera publica ornandæ vrbi, partem alendis ciuibus aſſignauit, & rebus omnibus aliis ea quæ ad vrbem pertinebant, exornans, circ- C co, fontibus, porticibus, & aliis ædificiis magnificè inſtruens, nouam Romam Conſtantinopolim vocauit, & reginam ac principem vrbem conſtituit, omnium vrbium quæ Romano imperio parent ad arctum, nothum, *& ſolem orientem* (καὶ ἥλιον ἀνίσχοντα, ita lege) eiúſq; ſubdidit maria quæ in medio iacent ex vrbibus ad Iſtrum ſitis, & Epidamno, aliiſq; ad ſinum Ionium, vſque ad Cyrenem & Lybes ibi poſitos vſque ad Boream.

Conſtantinopoleos deſcriptio.

Et magnum Senatum alium inſtituit cum iiſdem ordinibus, honoribus, Kalendis, feſtis, quæ Roma obſeruantur, cui vt æmulam efficeret nouam Romam, in tantum eam auxit, ὡς καὶ τοῖς σώμασι, καὶ τοῖς χρήμασι μείζονα συνομολογεῖσθαι, *vt & corporum numero & opum maiorem hanc eſſe in confeſſo ſit.* Veterem tamen Romam nouæ anteponi dignitate, magnitudine, & merito, ſupra eſt à nobis oſtenſum. Inde eſt quod idem Sozomenus lib. 7. cap. 9. ſecundum Patriarchæ Conſtantinopolitano locum poſt Romanum Pontificem datum aſſe- D uerat, μετὰ τὸν τῆς ῥώμης, τὸν κωνσταντίνε πόλεως ἐπίσκοπον τὰ πρεσβεῖα ἔχειν, ὡς νέας ῥώμης τὸν θεόνον ὑπερτοπεῖσθαι: *Poſt Romanum Pontificem, Conſtantinopoleos Epiſcopum in ſecundis ſedere, vt qui nouæ Romæ Solium adminiſtret.* ἤδη γὰρ οὐ μόνον εἶχε ταυτὸν πρεσβείαν ἡ πόλις καὶ γερουσία καὶ τάγματα δήμου, καὶ δίκαις ὁμοίως ἐχρῆτο, ἀλλὰ καὶ τὰ σύμβολα καὶ τὰ νόμιμα τῶν ἐν ἰταλίᾳ ῥωμαίων ἐκείνην, καὶ τὰ δίκαια, καὶ τὰ γράμματα πρὸς ταῦτα ἑκατέρα ἰσάζειν: *Non enim modò vrbs Conſtantini noua Roma dicebatur, verùm & Senatu & ordine populorum, & magiſtratibus ſimiliter vtebatur, & contractus ac lites ex legibus Romanis iudicabantur, & iura & priuilegia vtriuſque vrbis per omnia æquabatur.* Libanius orat. περὶ τῆς στάσεως, *de ſeditione*, Conſtantinum magnum Senatui Romano Romæ nouæ Senatum oppoſuiſſe ait. τοῦτ' αὐτηθέντα τῇ ῥωμαίῃ βουλῇ τὴν νέαν. Certè apud Sozomenum lib. 3. cap. 8.

Senatus Cõſtantinopolitani inſtitutio.

Epiſcopi orientis principatum Romanæ ſedis, non ex maieſtate & principatu vrbis, ſed E ex Sedis Apoſtolicæ priuilegio agnoſcunt. Cùm enim Iulius Pontifex Romanus Athanaſium Alexandriæ, Marcellum Ancyræ, Paulum Conſtantinopoleos, Aſclepam Gazæ Epiſcopos in Communionem vt orthodoxos admiſiſſet, eoſdem in ſuas ſedes auctoritate, qua potiuntur æternæ vrbis pontifices, vt cum Ammiano Marcel. loquar, reſtituit, οἷα δὴ τῶν πάντων κηδεμονίας αὐτῷ προσηκούσης διὰ τὴν ἀξίαν τοῦ θρόνου, ἑκάστῳ τὴν ἰδίαν ἐκκλησίαν ἀπέδωκε, καὶ τοῖς κατὰ τὸν ἕω ἐπισκόποις ἔγραψε μεμφόμενος, ὡς οὐκ ὀρθῶς βεβουλευμένοις περὶ τοὺς ἄνδρας, καὶ τὰς ἐκκλησίας ταραττόντων, τῷ μὴ ἐμμεῖναι τοῖς ἐν νικαίᾳ δόξασιν. ὀλίγους δὲ ἐκ πάντων εἰς ῥητὸν ἡμέραν παρεῖναι ἐκέλευσε διηγησομένους δικαίαν ἐπ' αὐτοῖς ἐγκεχλῆσθαι τὸν ψῆφον. ἢ τὰ λοιπὰ οὐκ ἀνέξεσθαι ἠπείλησεν, εἰ μὴ παύσοιντο νεωτερίζοντες: *Vnicuique ſuam eccleſiam reſtituit, quod ei omnium cura propter ſedis auctoritatem ac dignationem commiſſa eſſet, ſcripſitq; orientalibus epiſcopis, expoſtulans quod non benè de viris illis ſtatuiſſent, quodq; turbarent eccleſias, quod non acquieſcerent ijs quæ Nicæno concilio definita erant: & ex omnibus paucos ſtata die Romam venire iuſſit, vt ſententiam quam ipſe de viris illis tulerat, iuſtam eſſe docerentur. Alioqui ſe in poſterum non laturum eſſe intermi*

Epiſcopi orientis maieſtas quare alijs prælata.

interminatus est, nisi noua moliri desinerent. Reſcripſerunt illi, Φέρὸν πᾶσι φιλοτιμίαν τὴν ῥωμαίων ἐκκλησίαν, ὡς ἀποστόλων θεοτισήειον, & εὐσεβείας μητρόπολιν ἐξ ἀρχῆς γεγνημένην, εἰ καὶ ἐκ τ ἕω ἐνεδήμησαν αὐτοὶ οἱ τ δόγματ@ εἰσηγηταί. ὁ ὧδε τοῦτο ἢ τὰ δεύτερεῖα φέρειν ἠξίουν, ὅτι μὴ μεγέθ ἢ πλήθ ἐκκλησίας πλεονεκτοῦσιν, ὡς ἀρετῇ & προαιρέσ νικῶντες: *In litteris ſuis fatebantur Romanam Eccleſiam apud omnes in magna eſſe dignatione & honore, vt Apoſtolorum auditorium, quæ iam ab initio metropolis pietatis extiterit, quanquam primi dogmatis auctores ac fidei interpretes ac internuntij ab Ortu profecti erant. Non tamen ideo ſe tenere ſecundas oportere, quod magnitudine Eccleſiæ ac multitudine inferiores ſint, cùm virtute & ſtudio ſint potiores.* Sed hoc temerarium reſponſum ab hæreticis profectum eſſe ſcito, qui Niceni concilij ſanctiſſima decreta oppugnabant. A

Chriſtus principatũ Eccleſiæ Petro & ſedi Apoſtolicæ dedit.

Certè ex Chriſti Domini oraculo, ex patrum omnium, qui ab Apoſtolis fidei præcepta hauſere, conſenſu principatus eccleſiæ Petro, & ſedi Apoſtolicæ attributus eſt: primus tamen Imperatorum Conſtantinus edicto principatum ei detulit, deinde ceteri Imperatores, ipſæ adeò Synodi, quod auctore Chriſto inſtitutum erat, adamarunt. Apud Gennadium juſſio Conſtantini Magni inter conſtitutiones canonicas habetur in hæc verba: Ἀποφαινόμεθα ἵνα ἡ ἱερωτάτη ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία τὴν ἀρχὴν ἔχῃ, ὡς ὅπερ τοῖς τέτταρσι θρόνοις, ἀλεξανδρείας, ἀντιοχείας, ἱερουσαλὴμ, κωνσταντίνου πόλεως, ἕτω καὶ ὅπερ πάσης τ καθόλ κόσμ ἐκκλησίας: *Edicimus vt ſacroſancta Romana Eccleſia principatum habeat vt in quatuor thronis, Alexandriæ, Antiochiæ, Hieruſalem, Conſtantinopoleos, ita & in omnibus totius orbis Eccleſiis.* Synodo Conſtantinopol. ſub Theodoſio maiore, τ μ τ κωνσταντίνου πόλεως ὑπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τ τιμῆς, μ τ τ ῥώμης ὑπίσκοπον: *Epiſcopum Conſtantinopolitanum principatum habere honoris, poſt Romanum Pontificem.* Synodo Chalcedon. cap. 28. & γὰρ τῷ θρόνῳ τ πρεσβυτέρας ῥώμης διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα, δευτέραν οὖν ἔδη τ κωνσταντίνου πόλιν, καὶ τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἔχειν: *Etenim cathedræ veteris Romæ, quòd ea vrbs domina ſit gentium, meritò patres principatum attribuerunt, ſecundam eſſe Conſtantinopolim ſtatuerunt, & eadem habere priuilegia.* B C

Conſtãtinopoleos encomia.

Sed in hoc argumento nimius ſum, ad Conſtantinopolim redeamus. Libanius ad Theodoſium, λείπ δὴ καὶεῖν@ τ σῶν δὴ τῦτο, ὁ τῇ ῥώμῃ μ ὁμώνυμον ἐγείρας πόλιν, τὸ χῆμα οὖν τ ἐκείνης ἅπαν εἰς ταύτην εἰσαγαγών: *Ille certè tuis rebus in hoc inferior eſt, qui vrbem veteri Romæ cognominem exſtruxit, formam autem illius omnem in hanc introduxit.* Claudianus lib. 2. in Ruffin.

Vrbs etiam magnæ quæ dicitur æmula Romæ,
Et Calchedonias contra deſpectat arenas. D

Idem de bello Gildon.

Cùm ſubitò par Roma mihi, diuiſáque ſumpſit.
Æquales aurora togas, Ægyptia rura
In partem ceſſere nouam, ſpes vnica nobis.
Reſtabat Libyæ, ait Roma.

Megalopolis nomẽ Cõſtantinopoli attributum.

Socrates lib. 5. τ μεγαλόπολιν & τ θρᾴκιον νεκτάριον@ κληρῦται, *magnam vrbem & Thraciam Nectarius ſortitur.* Megalopolim vocat Conſtantinopolim. Piſidas in Coſmurgia:

πύλας γὰρ ἡμεῖς κοσμικῶν οἰκητόρων
ταύτην καλέσμεν ὧν ἐπύργωσαν πόλιν.
καὶ δὸς τ ἐκ σ προσλαβόντα τὸ κράτ@ E
τ κοσμορύστην, & διωκτὴν φρενός@,
μᾶλλον οὖν τ σωσάντα & τὴν φρένα,
ὅλον κρατῆσαι τ ὑφ' ἡλίῳ τόπον.

Vrbem enim quam Conſtantinus turribus inſtruxit, vocamus ianuam incolarum orbis. Da Deus, vt qui à te imperium accepit ſeruator orbis, perſequutor, & euerſor Perſidis, magis verò qui Perſidem ſeruauit, vniuerſo orbi imperet. Fortè legendum,

ὅλων κρατῆσαι τ ὑφ' ἡλίῳ τόπων.

Priuilegia Conſtãtinopoli à Conſtantino relicta.

Socrates lib. 3. Conſtantinopolim vocat megalopolin, magnam vrbem. ὁ κωνστάντι@ μθίσησι τ ἰουλιανὸν ἐκ τ μεγαλοπόλεως εἰς τ νικομηδείαν.

De priuilegiis quæ Conſtantinopoli reliquit Conſtantinus, Sozomenus lib. 2. fine, loquitur in hæc verba, Διαθήκην ποιῆσας πρεσβεῖα τὰ μ τῇ πρεσβυτέρᾳ ῥώμῃ, ἃ οὖν ἐκ τῇ ἐπωνύμῳ αὐτ καταλιπών, *alia priuilegia Romæ veteri, alia Conſtantinopoli, quam de ſe appellarat, reliquit.*

De

A De vbertate vrbis Constantinopolitanæ Socrates lib. 4. cap. 16. ἀεὶ γὰρ δὴ κωνσταντινούπολις καὶ ἄπειρα τρέφουσα πλήθη, τὰ πολλὰ εὐθυνεῖται, τῷ τε διὰ θαλάσσης ἔχειν τῶν πάντων τῶν ἐπιτηδείων τὴν προσκομιδὴν, καὶ ὅτι ὁ εὔξεινος πόντος παρακείμενος ἄφθονον αὐτῇ ἡνίκα προσδεηθῇ παρέχει τὸν σῖτον: *Semper enim Constantinopolis innumeram multitudinem nutriens vt plurimum abundat, & quod à mari omnium quæ ad victum cultumq; corporis idonea sunt, commeatum habeat, & quod Euxinus Pontus assitus abundantem ei modum tritici, si quando opus est, præbeat.* Sed Manassem in Politicis audiamus, *Vbertas Cõstantinopoleos.*

πόλεως δὲ βουλόμενος δομήτωρ χρηματίσαι
τὴν τῶν τυφλῶν κατέλαβε καλχηδονίων πόλιν,
καὶ κτίζειν ἀπαρξάμενος πρᾶγμα κατεῖδε ξένον,
καὶ γὰρ μεγαλοπτέρυγες ὄρνιθες ἐπιπτάντες
B τοὺς λίθους ἀφαρπάζοντες μετήνεγκαν ἐκεῖθεν
ἐπὶ τὴν πόλιν βύζαντος τὴν περιφανεστάτην.
ὁ τοίνυν θεοφόρητος αὐτάναξ κωνσταντῖνος
οὐκ ἀπὸ τύχης ἐγνωκὼς, ἀλλ' οὐδ' ἐκ ταυτομάτου
συμβῆναι τὸ γενόμενον τοῦτο περὶ τοὺς λίθους,
ἐκεῖθεν ματαθέμενος στρέφει τὴν γνώμην ὅλην
ἐπὶ τὴν πανευδαίμονα πόλιν τῶν βυζαντίων,
καὶ πόλιν ὀλβιόπολιν τὴν νέαν ῥώμην,
ῥώμην ἀεὶ νεάζουσαν, ἀεὶ καινιζομένην,
ῥώμην ἀφ' ἧς προχέονται χαρίτων αἱ συρμάδες,
ἣν ἤπειρος προσπτύσσεται, θαλάσσα δεξιοῦται,
C ἠπίως ἀγχαλίζονται παλάμαι τῆς εὐρώπης,
ἀντιφιλεῖ δ' ἑτέρωθεν τὸ τῆς ἀσίας στόμα.

Constantinus cùm vellet vrbem condere, vrbem venit cæcorum Chalcedonensium, & auspicatus exstruere, rem videt nouam, aues prolixis alis inuolantes lapides inde transtulerunt Byzantium vrbem nobilem. Constantinus igitur diuinus, non fortè id factum aut temerè ratus, inde abductus animum confert ad Byzantium felicem vrbem; nouam Romam, semper iuuenescentem, semper se renouantem, à qua gratiarum cateruæ profunduntur, quam terra continens complectitur, mare ambit, molliter in vlnas accipiunt manus Europæ, & os Asiæ vtrinque osculatur. Idem de Balineo Zeuxippi, quod Seuerus exstruxit,

τοῦτον ἀκούω δείμασθαι λουτρὸν τὸ τοῦ ζευξίππου
τὸ μέγα καὶ περίπυστον τῆς βυζαντίδος θαῦμα.
D καὶ τοῦτο δὴ τὸ θέατρον τῆς ψυχαγωγίας
τὰς πόλεις ὅλας ἱκανὸν στέγειν, καὶ στεναρχίας,
ἐν ᾧ πρὸς τέρψιν θέουσιν ἁμιλλιτῆρες ἵπποι.

Hunc audio exædificasse lauacrum Zeuxippi magnum, celebre, miraculum Byzantij. Et hoc theatrum oblectationis quod potest capere integras vrbes, & gentes (lego ἐθναρχίας) *in quo ad voluptatem currunt equi certatores.*

Constans Constantini filius, Heraclij nepos, cum Heraclonæ nares, Martinæ lingua exsecta esset, Romam veterem Imperium transferre voluit. *Constantis conatus vt Imperium Romã veterẽ trãsferat.*

οὗτος ὁ κώνστας ὁ σκαῖος ἀειφυγίᾳ θλίβει
μαρτῖνον τὸν ἐπίσκοπον τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης,
πάπαν αὐτὸν ἀποκαλεῖν οἶδε ῥωμαίων γλῶσσα.
E εἰς σικελίαν ἀποπλεῖ τὴν πολυφορωτάτην.
τὴν πόλιν τὴν βασίλειον ἀποκοσμῆσαι θέλων,
καὶ τὴν ἀρχὴν χαρίσασθαι τῇ τριπεμπέλῳ ῥώμῃ.
ὡς εἴ τις ἁβροστόλιστον ἀποκοσμήσει νύμφην,
καὶ γραῦν τινα τρικώρονον ὡς κόρην ὡραΐσει.

Constans læuus Martinum Pontificem Rom. perpetuo exsilio mulctat, Papam vocant. Et regiam vrbem Constantinopolim dehonestare volens, in Siciliam nauigat feracissimam, imperium Romæ veteri restituere conatus. Vt si quis ornatum puellæ delicatæ detrahere velit, & aniculam capularem puellæ instar exornet.

Idem describit studium, seu Musæum, & Bibliothecam Imper. *Musæ Imperatoris descriptio.*

τοῦ τεμενίσματος ἐγγὺς τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας
οἶκος λαμπρὸς δεδόμητο τοῖς πάλαι βασιλεῦσι,
κῆπος ἂν εἴπῃ τις ἁβρὸς βιβλιοφόρων δένδρων

ἄλσος

ἄλσος ἀγλαοφύτων παντοδαπῆς σοφίας. A
βίβλοι γὰρ ἐν αὐτῷ περιτεθησαυρισμένοι
εἰς τρισμυρίας φθάνουσι πρὸς ἄλλας τετρακισχιλίας.
τὸ τηλικοῦτον κῆπον ἦν, καὶ τοσοῦτον ἄλσος
θεῖος ἀνὴρ πεπίστευτο περέχων ἐν σοφίᾳ.
τοῦτο σωθῆσαν ἕτεροι, καὶ σωθλῆγον ἄνδρες,
ἐπλήρων ἦν τὸ ἀριθμὸν τοῦ ζωοφόρου κύκλου,
ἄμισθοι δ' ἦσαν παιδεύται τοῖς ἐρασταῖς τοῦ λόγου.

Propè templum S. Sophiæ magnificæ ædes exſtructæ erant à prioribus principibus. Erat hic hortus arborum ferentium libros, ſaltus ſplendidè omni ſapientia conſitus. Libri enim in eo erant reconditi iam olim ad 33. millia. Tantum hortum, tam ſplendidum ſaltum diuinus vir adminiſtrabat ſapientia præſtans. Cum hoc alij erant viri duodecim, implentes numerum circuli ſigniferi, qui gratis docebant ſtudioſos. B

Bibliotheca Imperatoris cũ cuſtodibus cremata.

Hos omnes Leo Iſaurus Conon cum Bibliotheca viuos cremauit. Ibi erat τόμος εἷς ἐξαίσιος ἐκ δράκοντος ἐντερικὰς δέλτους τὰς ὁμηρικὰς φέρων ἐγγεγραμμένας, τήν τε ἰλιάδα τέ φημι, καὶ τὰ τῆς ὀδυσσείας, ait Manaſſes, *ibi erat volumen vnum ingens ex inteſtino draconis in quo erant inſcripta carmina Homeri, Ilias, & Odyſſea.* Cyrus Præfectus vrbis Theodoſij iunioris iuſſu, ἀνηγόρευσε τὸ χερσαῖον τεῖχος ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης δι' ἑξήκοντα ἡμερῶν. ὁ μὲν δῆμος τοῦ πόλεως, ὅτι τε τῷ ἔργῳ ἥσθεις, καὶ τὸ ταχυτῆτος θαυμάσας τὸ ἔπαρχον ἐξεβόησε δημοσίᾳ, κωνσταντῖνος ἔκτισε, κῦρος ἀνενέωσε. *Exſtruxit murum Cherſæum à mari ad mare 60. diebus. Populus vrbis lætatus opere, admirans celeritatem acclamauit publicè, Conſtantinus condidit, Cyrus renouauit.*

Murus longus Conſtãtinopolitanus.

Longus murus, quem vbique veteres hiſtoriæ commemorant, ab Anaſtaſio exſtructus C
erat. μέγιστον ἦ τῷ αὐτῷ βασιλεῖ κατέργασο καὶ μνήμης ἄξιον, καὶ τὸ μακρὸν καλούμενον τεῖχος, καλῶς τὸ θρᾴκης κείμενον, ὅσῃ δίεσι μὲν κωνσταντίνου πόλεως σταδίοις ὀγδοήκοντα μάλιστα, καὶ διακοσίοις, ἑκατέραν ἦ θάλατταν περιλαμβάνῃ ἀπὸ σταδίων εἴκοσι καὶ τετρακοσίων, λίμνην πορθμὸν τινος, τῷ τε πόλιν μικρὰ νῆσον ἀντὶ χερρόνησον ποιῆσαν, τάς τε βυλομένους ἀσφαλέσατα ἀπὸ τοῦ καλουμένου πόντου ἐς τὸ προποντίδα, καὶ τὸ θρᾴκιον θάλατταν εἶργον, τάς τε ἐκ βόντας βαρβάρους, ἔκ τε τοῦ καλουμένου εὐξείνου πόντου, κόλχων τε τὸ μαιώτιδος λίμνης, καὶ τῷ ὑπὲρ τὸ καύκασον, καὶ τὰς κατ' τὸ βόσπορον ἐκπεχομένους: *Magnum ab eodem rege & memorabile opus effectum eſt, longus qui dicitur murus, in loco commodo Thraciæ poſitus, qui diſtat Conſtantinopoli ducentis maximè 80. ſtadijs, & vtrumque mare comprehendit ad ſtadia 20. & quadringenta, inſtar porthmi ſeu freti inter duas continentes intercepti, facitq; vrbem penè inſulam pro Cherroneſo, ſiue terra mari circumdata, vno tantùm eoq; anguſto ſpatio continenti adiuncta & eos qui tutò traijcere volunt ab eo qui dicitur pontus in propontida, & Thracium mare arcet, & barbaros excurrentes qui effunduntur ab Euxino ponto, & palude Colchorum Mæotide, & ab eo tractu qui eſt ſuper Caucaſum in Europam.* lego διαπορθμόν, non διαπορθμόν. poſt καύκασον deleo καί. Hæc ex Euagrio depromſi. D

Romæ nouæ nomẽ pluribus vrbibus tributum.

Conſtantinopolis igitur noua Roma dicta: imò & aliæ vrbes Romæ dictæ. Arelaten Auſonius Gallulam Romam vocat. Saluianus lib. 7. Chartago in Africano orbe quaſi Roma. Capua Auſonio Roma altera. Hedui ſiue Æduos mauis, Sigeberto Celtica Roma. Aquileia quibuſdam Roma ſecunda dicta. Carolus Magnus Aquiſgranum nouam Romam vocauit, & Palatium Lateranenſe in eadem vrbe exſtruxit. Alcuinus,

Auguſtus ſed & vrbe potens vbi Roma ſecunda
Flore nouo ingenti magna conſurgit ad aſtra.
Item, *Altáque diſponens venturæ mœnia Romæ,*
Materiam Romæ certatim congregat altæ. E

In additione legum Carolinarum Anſegiſi hæc verba leges, Anno Incarnationis Dominj 817. Imperij verò glorioſiſſimi Principis Ludouici III. Idus Iulij in domo Aquiſgrani Palatij quæ Lateranis dicitur. Romæ fuit Palatium Lateranum incomparabile. Sed prima omnium Conſtantinopolis noua Roma dicta, de qua Gregorius Nazianzenus orat. 27. quam habuit Conſtantinopoli. ὑμεῖς ἡ μεγάλη πόλις, οἱ πρῶτοι μὲν τῆς πρώτης δεύτεροι ἢ μηδὲ τοῦτο παραχωρήσαντες: *Vos magna vrbs, primi ſtatim poſt primam Romam, aut ne hoc quidem concedentes.*

Roma metropolis Cõſtãtinopoleos vocatur.

Themiſtius orat. 4. Romam metropolin Conſtantinopoleos vocat, ὑμᾶς οὖ ἕνεκεν πολλοὺς γῆς ἐπῆλθον, καὶ πολλὰς πόλεις μεγάλας καὶ δαίμονας, ἀταρ δὴ καὶ τὴν μητρόπολιν ὑμετέραν (sic lego, non ἡμετέραν, vt vulgo) ἀ τὰ ἀρχαῖα μέγαρα λέγω, ἀφ' ὧν ὥρμηθησαν οἱ

τῷ

A τῷ βοσφόρῳ περατικήσαντες, ἀλλ' ἢ τ' μὲν ἄλλων πόλεων βασιλεύει, τῇ δ' ὑμετέρᾳ συμβασιλεύει: *Veſtra gratia multas terras obiui, & multas vrbes magnas & felices, & veſtram metropolin, non antiqua illa Megara dico, vnde profecti qui bosphorum accolunt, ſed eam vrbem quæ alijs quidem vrbibus imperat, cum veſtra autem diuiſum imperium tenet.*

Coloniam Romanam Conſtantinopolim vocat Pletho orat. 1. de reb. Peloponeſ. ἐπειδὴ οἱ μὲν ταῦτα τὴ λαμπρὰν ταύτην ἀπὸ τ' ἐν ἰταλίᾳ ῥώμης ἀποικίαν σεμνάμενοι, καὶ βυζάντιον ὕτω καλὴ & μεγάλη ἐπηυξηκότες τῇ περατήκῃ, πολοποννησίων οὐκ ἀλλότριοι: *Quandoquidem ij qui poſtea coloniam hanc illuſtrem Roma Italica miſerunt, & Byzantium adeò ampla, & pulcra acceſſione cumularunt, non erant à Peloponneſijs alieni.* *Colonia Romana Conſtantinopolis appellatur.*

Quare & Manaſſes in Politicis Romam matrem, Conſtantinopolim filiam vocat. Quò pertinet illud D. Auguſtini, Deus Conſtantino etiam condere ciuitatem Romano imperio
B ſociam, velut ipſius Romæ filiam, ſed ſine aliquo dæmonum templo, ſimulacróque conceſſit. Imo multis ac præclaris in vnius ac veri Dei cultum eccleſiis, eam ornari voluit, de quibus ex Manaſſe iam agemus ſi prius admonuerimus Conſtantem Heraclij nepotem Conſtantinopolim Romæ filiam vocare, & imperium Romam transferre voluiſſe, vnde agnoſcas nullam id temporis Romani Papæ fuiſſe ἰδιοκρατορείαν. βεβούλητο & τὴν βασιλείαν εἰς τὴν πρεσβυτέραν ῥώμην μετενέγκῃ, ἔλεγε δεῖν μᾶλλον τὰς μητέρας, ἢ τὰς θυγατέρας τιμᾶν: *Cùm vellet imperium Romam transferre, dicebat æquum eſſe vt matribus plus honoris haberetur quàm filiabus*, vt Zonar. & Cedren. *Roma mater, Conſtantinopolis filia.*

Conſtantinopolim Conſtantinus Magnus magnificis operibus, tum verò templis ornauit, de quibus legendus Euſebius in vita Conſtantini. Tum verò Iuſtinianus prolapſa reſtituit, noua exædificauit, vt Procopius. De templis Conſtantinopoleos, Manaſſes, *Tẽpla magnifica à Conſtantino & Iuſtiniano Conſtãtinopoli exſtructa.*

C δεῖξι ναὸν ἐδείματ' τ' φερωνῆ, τ' μέγαν,
τ' δ' θεῦ μὲ τέμνω, τ' ὀρανὸν τ' κάτω,
ὃν οἶμαι κὴ τὰ σεραφὶμ αἰδέμνα θαυμάζειν.
αἰ γὰ θεὸς καζξιοῖ μνήν ἐν χερσὶ μήτις,
ἐν τούτῳ πάντως κατοικεῖ, & πῶ γὰ ἀλλαχόθι;
ὃν μνή τις παρεικάσῃ σφαῖρᾳ μὲ ὀρανίᾳ,
πόλιν τὴν ὀλβιόπολιν τὴν κωνσαντίνου πόλιν,
τὰς δ' ναὰς τὰς ἱερὰς ἀστεροφερωνέας,
οὐκ οἶμαι τ' κατείκονι δεῖξι ἀποσφαλεῖται.
πάντες μὲ ἓν ἐκλάμπουσι ἀφθόνοις φρυκτωρίαις,
καὶ σίλβουσι τ' χάρισι, & κόσμου διαδέχουσι,
D καὶ χρηματίζουσι φαιδροὶ τοῖς ὕπὶ γῆς ἀστέρες.
ἡλίου δ' αὐώρουσε λίμνης περικαλλέος
κὴ πάντων ἀπεκρύβησαν ἀστέρων αἱ λαμπάδες,
ὑπερεκλάμπει γὰ φαιδρῶς ὡς ἐν μικροῖς ἀστρίοις
τοῖς ἱεροῖς τεμένεσιν ἄλλοις ἥλιος γίγας,
ὁ θεόδμητος ναὸς, τ' κάλλος γῆς ἁπάσης.

Iuſtinianus lucidum templum & magnum exſtruxit S. Sophiæ, Dei mei fanum, cælum terreſtre, quod puto ipſa Seraphim reuerita mirari. Si Deus dignatur morari in manu factis, in hoc omnino habitat. Vbi enim alibi? Quòd ſi quis comparet cum orbe cæleſti, vrbem felicem Conſtantinopolim, & templa eius ſacra ſtellarum inſtar fulgentia, non ab eo quod decet deerrauerit. (Lego αἴ τις ἓν παρεικάσῃ.) *omnia lucent copioſis ignibus, & ſplendent gratia, & orbi allucent, & videntur eſſe lucida aſtra in terra: cùm*
E *autem ſol emerſit & palude pulcherrima omnes aſtrorum faces occuluntur; prælucet enim clare cæteris ſacris templis ædes ſacræ Sophiæ, totius terræ ornamentum, vt ſol gigas minoribus ſtellis.* Manaſſes in Chronico Conſtantinopolim Protopolim appellat.

αὐτὸς ἢ τὴν πρωτόπολιν φθάσας ἀπείρῳ τάχει
καὶ σέφει περιθέμενος κρατήρων ἀυσονάκτων.

Comnenus ipſe primam imperij vrbem celerrimè aduolans capiti coronam regiam impoſuit.

Gregorius Nazianzenus ciues Conſtantinopolitanos oculum totius terræ habitabilis appellat, vt Conſtantinopolim ipſam orbem alterum. *Oculus totius terræ ciues Conſtãtinopolitani appellantur.*

ἄνδρες τ' κλεινὸν ὄμμα τ' οἰκουμένης
οἳ κόσμον οἰκεῖθ' ὡς ὁρᾷ τ' δύτερον,
γῆς & θαλάσσης κόσμον ἠμφιεσμένοι
ῥώμη νεαρᾶς, δύναμιν ἀνδρῶν ἐσθ'
κωνσαντίνου πόλις τε, & σήλη κράτους.

Viri, qui eſtis oculus terræ habitabilis, qui mundum incolitis vt video ſecundum, veſtiti ornatu terræ & maris, noua Roma, ſedes ingenuorum hominum, vrbs Conſtantini, & columna imperij. A

Deſcriptio Conſtantinopol. vt eſt in Notitia.

Regiones vrbis Conſtantinop.

REGIO PRIMA continet domum Placidiæ Auguſtæ, domum nobiliſſimæ Marinç, thermas Arcadianas, vicos 29. domos 118. porticus perpetuas duas, balneas priuatas 15. piſtrina publica 4. piſtrina priuata 15. gradus 4. curatorem vnum, qui totius regionis ſollicitudinem gerat: vernaculum vnum, velut ſeruum in omnibus, & internuntium regionis, collegiatos 25. qui è diuerſis corporibus ordinati incendiorum ſolent caſibus ſubuenire: vicomagiſtros 5. quibus per noctem tuendæ vrbis cura mandata eſt. B

Regio ſecunda, ab initio theatri minoris per æqualitatem ſui latenter molli ſubleuata cliuo mox ad mare præcipitiis abrupta deſcendit. Continet in ſe Eccleſiam magnam, Eccleſiam antiquam, Senatum tribunal purpureis gradibus exſtructum, Thermas Zeuxippi, Theatrum Amphiteatrum, vicos ſiue angiportus 34. domos 98. porticus magnas 4. balneas priuatas 13. piſtrina priuata 4. gradus quatuor, curatorem vnum, vernaculum vnum, collegiatos 35, vicomagiſtros 5.

Regio tertia, plana quidem in ſuperiore parte, vtpote in ea circi ſpatio largiùs explicato, ſed ab eius extrema parte, nimis prono cliuo mare vſque deſcendit, continet in ſe eundem circum maximum, domum Pulcheriæ Auguſtæ, portum nouum, porticum ſemirotundum, quæ ex ſimilitudine fabricæ ſigma Græco vocabulo nuncupatur, Tribunal fori Conſtantini, vicos ſeptem, domos 94. porticus magnas quinque, balneas priuatas 2. piſtrina priuata nouem, curatorem vnum, vernaculum vnum, collegiatos 21. vicomagiſtros quinque. C

Regio quarta, à Miliario aureo collibus dextra læuaque ſurgentibus, ad planitiem vſque valle ducente perducitur; continet in ſe idem Miliarium aureum, Auguſteum, Baſilicam, Nymphæum porticum Fanionis, Liburnam marmoream, naturalis victoriæ monimentum, Eccleſiam ſiue martyrium Sancti Mennæ, ſtadium, ſcalam Timaſij, vicos, 32. domus, 375. porticus magnas, quatuor, balneas priuatas, ſeptem, piſtrina priuata, quinque, gradus ſeptem, curatorem vnum, vernaculum vnum, collegiatos 40. vicomagiſtros quinque.

Regionis quintæ non modica pars in obliquioribus poſita locis, planicie excipiente producitur, in qua neceſſaria ciuitatis ædificia continentur, continet in ſe Thermas Honorianas, Ciſternam Theodoſianam, Pritaneum, Thermas Eudocianas, Strategium, in quo eſt forum Theodoſiacum & Obeliſcus Thebæus quadrus, Horrea holearia, Nymphæus, Horrea Troadenſia, Horrea Valentiniana, Horrea Conſtantiniaca, portum habet prosforianum, ſcalam Chalcedonenſem, vicos 23. domos 184. porticus magnas 7. balneas priuatas 11. piſtrina publica 7. piſtrina priuata 2. gradus nouem, macellos duos, curatorem vnum, vernaculum vnum, collegiatos 40. vicomagiſtros quinque. D

Regio ſexta breui peracta planicie, reliqua in diuexo conſiſtit, à foro namque Conſtantini, ſcalam vſque ſiue traiectum Sycænum, porrigitur ſpatiis ſuis. Continet in ſe Columnam purpuream Conſtantini, Senatum eiuſdem loci, Neorium portum, ſcalam Sycænam, vicos 22. domos 484. porticum magnam vnam, balneas priuatas nouem, piſtrinum publicum vnum, piſtrina 17. gradus 17. curatorem vnum, vernaculum vnum, collegiatos 49. vicomagiſtros quinque. E

Regio ſeptima, in comparationem ſuperioris planior, quamuis & ipſa circa lateris ſui extremitatem habetur in mare decliuior. Hæc à parte dextra columnæ Conſtantini vſque ad forum Theodoſij, continuis extenſa porticibus, & de latere aliis quoque pari ratione porrectis, vſque ad mare velut ſeipſam inclinat, & ita deducitur: habet autem in ſe Eccleſias tres, hoc eſt, Irenen, Anaſtaſiam, & S. Pauli, Columnam Theodoſij intrinſecus vſque ad ſummitatem gradibus peruiam, Equites magnos duos, partem eiuſdem fori, Thermas Coroſianas, vicos 85. domos 72. porticus magnas ſex, balneas priuatas vndecim, piſtrina priuata 12. gradus 16. curatorem vnum, collegiatos 80. vicomagiſtros quinque.

Regio octaua, ex parte Tauri, nulla maris vicinitate contermina, anguſtior magis quàm

lata,

A lata, ſpatia ſua in longitudinem producta compenſat, continet in ſe partem fori Conſtantini, Porticum ſiniſtram, Taurum vſque, Baſilicam Theodoſianam, Capitolium, vicos 22. domos centum octo, porticus maiores quinque, balneas priuatas decem, piſtrina priuata quinque, gradus quinque, macellos duos, curatorem vnum, vernaculum vnum, collegiatos 17. vicomagiſtros quinque.

Regio nona, prona omnis & in notum deflexa extenſi maris littoribus terminatur, continet in ſe Eccleſias duas, Cœnopolim, & Omonœam, Horrea Alexandrina, domum nobiliſſimæ Arcadiæ, Thermas Anaſtaſianas, Horreum Theodoſianum, vicos 16. domos 116. porticus maiores duas, balneas priuatas 15. piſtrina priuata 15. piſtrina publica 4. gradus 4. curatorem vnum, vernaculum vnum, collegiatos 38. vicomagiſtros quinque.

B Regio decima, in aliud ciuitatis latus à nona regione platea velut fluuio interueniente diuiditur. Eſt verò tractu planior, nec vſquam præter maritima loca inæqualis, longitudini eius latitudine non cedente, continet in ſe Eccleſiam ſiue Martyrium Sancti Acatij, Thermas Conſtantinianas, domum Auguſtæ Placidiæ, domum Auguſtæ Eudociæ, domum nobiliſſimæ Arcadiæ, Nymphæum maius, vicos viginti, domus 636. porticus maiores 6. balneas priuatas, piſtrina publica duo, piſtrina priuata 16. gradus 12. curatorem vnum, vernaculum vnum, collegiatos 90. vicomagiſtros quinque.

Regio vndecima, ſpatio diffuſa liberior, nulla parte mari ſociata eſt, verùm eius extenſio, tam plana quàm etiam collibus inæqualis, continet in ſe Martyrium Apoſtolorum, Palatium Faccilianum, domum Auguſtæ Pulcheriæ, Bouem æreum, Ciſternam Arcadiacam, Ciſternam Modeſtiacam, vicos 8. domos 53. porticus maiores 4. balneas priuatas
C 14. piſtrinum publicum vnum, piſtrina priuata 3. gradus 7. curatorem vnum, vernaculum vnum, collegiatos 37. vicomagiſtros quinque.

Regio duodecima, portam à ciuitate petentibus in longum plana omnis conſiſtit, ſed latere ſiniſtro mollioribus cliuis deducta maris confinio terminatur, quam mœnium ſublimior decorat ornatus, continet in ſe Portam auream, Porticus Troadenſes, Forum Theodoſiacum, Columnam itidem intra ſe gradibus peruiam, Monetam Portum Theodoſiacum, vicos vndecim, domos trecentas ſexaginta tres, porticus maiores tres, balneas priuatas quinque, piſtrina priuata quinque, gradus nouem, curatorem vnum, vernaculum vnum, collegiatos 17. vicomagiſtros quinque.

Tertiadecima regio, Sycæna eſt, quæ ſinu maris anguſto diuiſa ſocietatem vrbis nauigiis frequentibus promeretur, tota lateri montis affixa, præter vnius plateæ tractum, quam
D ſubiacentium eidem monti litorum tantum præſtat æqualitas, continet in ſe Eccleſiam, Thermas Honorianas, Forum Honorianum, Theatrum, Naualia, domos 431. porticum maiorem vnam, balneas priuatas quinque, piſtrinum publicum vnum, piſtrina priuata quatuor, gradus 8. curatorem vnum, vernaculum vnum, collegiatos 34. vicomagiſtros quinque.

Regio ſanè licèt in vrbis quartadecima numeretur parte, tamen quia ſpatio interiecto diuiſum eſt muro proprio vallatum alterius quodammodo ſpeciem ciuitatis oſtendit. Eſt verò progreſſis à porta modicum, ſitu planum. Dextro autem latere in cliuum ſurgente vſque ad medium fere plateæ ſpatium nimis pronum, vnde mare vſque mediocris, hæcque ciuitatis continet partem, explicatur æqualitas. Continet in ſe Eccleſiam, Palatium, Nymphæum, Thermas, Theatrum Luſorium, Pontem Sublicium ſiue ligneum, vicos 11. do-
E mos 167. Porticus maiores duas, balneas priuatas quinque, piſtrinum publicum vnum, piſtrinum priuatum vnum, gradus quinque.

Habet ergo vrbs Conſtantinopolitana, Palatia quinque, Eccleſias 14. domos diuinas Auguſtarum 6. domos nobiliſſimas 4. Thermas 8. Baſilicas duas, fora quatuor, Senatus 2. Ciſternas 4. Nymphæa quatuor, vicos 388. Porticus 52. Balneas priuatas 153. Piſtrina publica 20. Piſtrina priuata 120. Gradus 117. Macellos quinque, Curatores 15. Vernaculos 14. Collegiatos 560. Vicomagiſtros 65. Columnam purpuream, columnas inter ſe peruias duas, Coloſſum vnum, Tetrapylum aureum vnum, Auguſteum Capitolium Monetam ſcalas maritimas tres habet: ſanè longitudo vrbis à porta aurea vſque ad littus maris directa linea, pedum quatuordecim millia ſeptuaginta, latitudo autem pedum ſex millia centum quingenta.

A

De Byzantio, seu Constantinopoli ex Georgio Codino, & alijs.

Byzantiũ à quo conditũ, & quo tempore.

BYZANTIVM à Byza Neptuni, & Byziæ nymphæ filio conditum, & appellatum volunt Georgius Codinus in Constantinopoli, ὁ Βύζας κτ τ ἄκραν τ βοσπορείας ἀλὸς διεγράψε πόλιν, & ἀνῳκοδόμει τὰ τείχη λόγῳ πάντος κρείττονα. τὰς ἐν αὐτῇ πύργους ἐπὶ ὄντας ἀντιφθέγγεσθαί τε ἀλλήλοις σωλήνιζεν: *Byzas in extremitate maris Bosporij vrbem descripsit, & mœnia omni oratione meliora exstruxit. Septemq; in ea turres ita coaptauit, vt loqui inter se, & respondere videantur.* Si enim tubæ, aut alius aliquis sonitus turres percuteret, vna alteri sonum transmittebat donec ad illam perueniret quæ extrema erat. Cassiodorus in Chronico ætate Tulli Hostilij Byzantium conditum esse ait. Illud de turribus Cedrinus in Seuero paulo aliter narrat. Si quis, inquit, ad aliquam reliquarum turrium accederet, in reliquis nullus sonus sentiebatur, εἰ ἢ ἐν τῷ πρώτῳ πύργῳ ἀνεβόησεν, ἢ λίθον ἐσάλευσεν αὐτός τε ἤχει: *Si autem in prima turri clamorem sustulisset, aut lapidem mouisset, is sonus eo etiam tacente ad alteram turrim perferebatur*, indéque ad tertiam, & reliquas. *Turrim item Herculis intra muros collocatam hostium arcana prodere dicebant*: Codinus τ ἡρακλέους πύργον ἰσάμβυον ὄντος τ τείχους τὰ τ πολεμίων μυστήρια μεταδιδόναι λόγος. Idem ait in vrbe fuisse locum cui nomen strategio, vbi λουτρὸν ἀχιλλέως *lauacrum Achillis* vulgo dictum. Item ficetum palatium cui nomen à ficubus, αἱ συκαῖ ὅτι τ συκοφόρων δένδρων ἐπωνυμίαν ἐδέξαντο. Victor Cumunensis in Chronico, Theodosius Constantinopoli Sugas relegatus, totum penè palatium sua perfidia maculauit. Seuerus balneum amplissimum iuxta Iouis equestris aram siue lucum Herculis exstruxit, qui locus etiam à profligato Diomedis exercitu Zeuxippus appellatur. Locum hippodromio, seu circo proximum tabulatis, & porticibus adornauit, vt scribit Codinus. Cedrinus in Seuero, ὅτι καὶ τὸ ζεύξιππον λουτρὸν ἔκτισε βυζαντίοις, καὶ τὸ πρῶτον κτίσμα τῷ ἱπποδρόμῳ παρέδωκε, καὶ κωνήγιον, καὶ θέατρον αὐτοῖς κατεσκεύασεν: *Is Zeuxippum balneum exstruxit Byzantijs, & primam substructionem dedit circo, & amphiteatrum & theatrum ipsis adornauit.*

B

C

Antonina vrbs.

Eadem vrbs Antonina dicta ab Antonino Seueri filio. Seuerus extra vrbem balneas longè maximas exstruxit quæ dicuntur Caminia, vt scribit Codinus. Prope Sphendonem in loco prærupto & edito erat ψυχρὰ κιστέρνα, *frigidia cisterna.* In Sphendone supplicia de noxiis sumpta. Cedrenus, κελεύει δὲ ὁ βασιλεὺς πυρὰν ἐν τῇ σφενδόνῃ ἀναφθῆναι, καὶ τὸν προκείμενον ἐν αὐτῇ κατακαῦσαι: *Iubet Rex pyram in funda accendi, & præpositum in ea cremari.* Propter circum locus erat planus vsque ad æream columnam quadrilateram, ait Codinus. Nicetas lib. 2. Andronici Comneni ait in eo loco statuas fuisse cupidinum malis se petentium, eumq; locum & Tetrapleurum, & Anemodulium dictum.

D

Circi Constantinopolitanum.

De Circo Constantinopolitano vide Suidam in Seuero, qui ἀνενέωσε τὸ καλούμενον στρατήγιον, *renouauit Strategium.* Constantinus autem magnus ἐν τῷ στρατηγίῳ λεγομένῳ Φόρῳ, ἔνθα ποτὲ οἱ στρατηγοῦντες τὰς τιμὰς αὐτῶν ἀπεδέχοντο ἑαυτὸν ὅλον λιθίνης ἀνέγραψε σήλης: *In foro quod Strategium dicitur vbi olim prætores honores recipiebant seipsum lapideo cippo insculpsit*, & matris suæ imaginem columnæ imposuit, & locum Augustæum vocauit. Procopius lib. 1. de ædificiis Iustiniani forum esse ait columnis circumdatum ante palatium Augustæi cognomento. Zonaras tom. 3. forum hoc non in Strategio sed in Placoto ponit. Constantinus ad forum duos arcus excitauit, & purpuream columnam in qua ipsius statua collocata est, Codinus πόρφυρον, & ωβέλεπτον κίονα vocat. Idem eo loco senaculum exædificauit vbi Dodonæi Iouis imago & duæ Palladis statuæ positæ sunt. Zonaras ait Constantinum Palladium è Tria in forum Placotum transtulisse.

E

Templa Cõstantinopolitana.

Exstruxit item templa Irenæ, Sanctis Apostolis, Sanctæ Sophiæ templum ligno tectum ξυλόστεγον, Sancti Agathonici, Sancti Acacij, item Mausolæa, & monumenta Imperatoribus. Mœnibus exstructis vndecima Maij mensis Encænia vrbis celebrata sunt. Condidit & palatia Chalces, & Excubitorum, vbi posuit templum Sanctis Apostolis, palatij Chalces mentio fit libr. 4. Græcor. epigrammat. cap. 23. vocaturque domus Anastasij ære tecta, vbi sub Basilio Imperat. tribunal fuit, postea carcer apud Nicetam libr. 3. Isaacij Angeli. Idem Constantinus exstruxit tribunal, & quæ nunc dicuntur Numera in palatio, & nouemdecim accubita. P. Diaconus in Leone Constantini filio tribunalia decem & nouem accubituum vocat. Exstruxit item Slepsimum, & templum Sancti Stephani, &

Magnau

A Magnauram, & Domini eccleſiam, & Genicum ærarium, & Priuatum ærarium & Veſtiarium, & Cabelam, & Sigma in regione tertia vrbis, quæ porticus ſemirotunda fuit. In Magnaura illuſtres perſonas aduenientes excipiebant, vt Cedrenus ait. Item Aaton ad Nouam portam ſitum, & Lauacrum catoptron, & Palatia ſuperiora vſque ad Geranium, & Chryſocladum & magnum Balneum Oeconomij foro dulciario quod glycanyſterium dicitur proximum, & Colythabum magnum. Erat autem vnum cæleſte ſignum, & ſeptem receptacula ad imitationem ſeptem planetarum, & duodecim porticus. Codinus ait ſub Conſtantino magno Probum templum Ioannis Baptiſtæ Præcurſoris, Philoxenum Ciſternam Philoxeni exſtruxiſſe. Domninus domum in Mauriano, Darius domum Canaliſæ vxoris Scleri, Maurus domum quæ nunc dicitur Belonæ, Rhodanus domum Euurani fecerunt. Campum Tribunalij ad quem fieret ἱκεσία, *ſupplicatio.* Commemo-

B rat Codinus. Campus ſimpliciter vocatur à Diacono. τὰ τείχη ἀπὸ τ ἑξακιονίε μέχρι χρυσίας ἐξέβαλε, Theodoſius iunior, *muros à ſex columnis vſque ad auream portam diduxit,* ἀνεβίβασε τὸ παράλιον τεῖχος ἀπὸ τ ῥάβδε μέχρι χρυσίας, *murum maritimum à rabdo vſque ad auream portam produxit*, & templum Harmaſij à Sancto Antonio vſque ad Blachernas & auream portam. Conſtantinus magnus ſtruxit templum Harmaſij, Cortem ipſius, & currus ibi repoſuit, cùm Byzantios ſubiugaſſet. In nomina verò trium ſuorum filiorum condidit palatia, quæ Conſtantinianum, & Conſtans nominantur. Struxit etiam domum Tubacæ, & Oberitzæ, in qua præfectus vrbis habitat.

De ſtatuis quæ Conſtantinopoli fuere lege Georgium Codinum in Conſtantinopoli. *Statuæ Conſtantinopolitanæ.*

quinta die menſis Octobris ἐχόρευον οἱ ῥεγιονάρχαι, Præfecti regionum vrbis in Augu-

ſteone, ſeu foro dulciario choreas ducebant. In fornice cameræ fori duæ columnæ He-

C lenæ & Conſtantini poſitæ ſunt, & in medio crux. Idem γαζεῖον vult eſſe ὠλοπώλιον vnde Auguſteon dicitur in quo fuerit Iuſtiniani ſtatua equeſtris crucem & globum tenens. Suidas bene auguſteum legit, non guſteum in Ἄυγες῾. In Rabdo fuere templa Sanctorum Demetrij & Æmyliani martyrum auctore Cedreno. Porta Eugenij erat prope arcem, vt ſcribit Codinus. In milio & in campo Tribunalij capita noxiorum defigebantur, vt ait Diaconus in Copronymo & Phoca. In loco qui dicebatur Taurus ſub Valente præfectus vrbis Nymphæum exſtruxit apud Zonaram forum Conſtantini vicinum erat foro Tauri, vt ſcribit Euagrius libro ſecundo, cap. decimotertio. Huic foro proximus fuit locus à Boue dictus, cuius meminit Zonaras in Phoca: Corpus, inquit, crematum eſt ad bouem vbi erat fornax ex ære formam bouis habens, quæ ex Pergamo allata erat.

D Exacionion monaſterium fuit à ſeptem columnis dictum. Septem columnarum me- *Exacionion monaſterium.*

minit Euagrius libro primo cap. tertiodecimo. Ad portam χρυσίαν *auream* erat ſimulacrum Theodoſij maioris quod terræmotu corruit ſub Leone apud P. Diaconum. In Xerolopho erant κοχλίαι teſtudines ſedecim, & Dianæ ſtatua, & varia ſimulacra. Infra forum fuere duæ cruces, καὶ βικίον μύρε, *& vrceolas vnguenti* quo Chriſtus vnctus fuit. E regione D. Mamantis erat pons ingens duodecim fornicibus conſtans. In templo Sancti Menæ in Acropoli eſt foſſa, in qua cùm purgaretur multa oſſa inuſitatæ longitudinis hominum inuenta ſunt. In Cynegio morte mulctati proiiciebantur. In eo loco vbi fuerat fanum Sancti Pelagiæ Copronymus ſepulchretum fecit eorum qui capite damnati eſſent. Zonaras, εἰς τὰ παράλια ἐρρίπτοντο οἱ καταδικασθέντες, Magna Ciſterna condita eſt à magno Conſtantino. De ſimulacris prope milium vide Codinum pagin. 65. Prope Regiam

E ciſternam erat palatium in quo habitabat magiſter œcumenicus cum duodecim diſcipulis viris doctis. Fuit & Metatorium prope ædem Sancti Ioannis Baptiſtæ, ἀφ᾽ ἧ δεξιὰ μέρος διήρχετο εἰς τὸ μετατώριον. Cedrenus, *per dexteram partem tranſiuit in metatorium.* Codinus, τὰ πλησιάσαντα τ μεταταριέ, *quæ vicina ſunt metatorio.* In Eccleſia Sancti Sophiæ Trullum putant eſſe ex hedera: falluntur, eſt ex terra leui, & candida. Chalcocondylas libr. 1. Apicridium locum fuiſſe Byzantij adeò amplum ait, vt in eo exercitus caſtrametari poſſet. Idem libr. 2. Galatiæ vrbem quæ Pera dicitur è regione Byzantij ſitam fuiſſe.

Idem aureæ arcem munitam commemorat. Ioannes, inquit, & filius Emmanuel in- *Aureæ arcis munitio, & Aurea porta.*

greſſi ſunt aureæ arcem, ibique obſidionem tolerare parabant. lib. 7. Xyllæ palatium Byzantij fuiſſe prodit. lib. 8. Aureæ portæ meminit. Ad eum locum qui aureæ portæ dicitur caſtrametatus eſt. Idem locum commemorat ligneæ portæ cognomento. Iuxta locum, inquit, qui lignea porta appellatur exercitus tendebat.

Portus Byzantij. Portus Byzantij ad vrbem patet ſtadiis 80. & in continentem ſe porrigit ſtadiis 150. Imperatoris caſtra ad S. Romani portam fuiſſe ait. Idem ambitum Conſtantinopolis centum & vndecim ſtadia continere ſcribit. Supra portum erant Zogani caſtra. Regio Ceramariorum extra vrbem prope portum fuit. Idem ait funambulos in foro, quod Tactalum nominant, ludicra ſua feciſſe. A

CAPVT IX.

De alijs Metropolibus Imperij Romani.

Antiochia orientis matrix ciuitas. QVIA de Roma & Conſtantinopoli diximus, ad alias matrices vrbes accedamus. Secundùm Conſtantinopolim quæ ſedes imperij fuit, Antiochia orientis matrix ciuitas fuit, in qua olim auctore Strabone lib. 16. βασίλεον ἵδρυτο τῆς ἀρχῆσι τ̃ χώρας: *Regia erat regionis auctoribus.* Eam orientis pulcrum apicem vocat Ammianus lib. 22. Zozimus lib. 1. τ̃ ἑώας πάσης μητρόπολιν. Sub ea fuit Berytus apud S. Athanaſium de Chriſti imagine: πόλις ὄξι βηρυτὸς καλουμένη, τυγχάσα ὑπὸ ἀνιοχείαν. Poſtea Berytus ſecundæ Phœniciæ metropolis à Theodoſio, & Valentiniano facta eſt, l. 1. C. de metropol. B

Alexãdria metropolis Ægypti. Alexandria metropolis Ægyptiacæ diœceſeos. Pæanius interpres Eutropij eam τ̃ αἰγύπτε πάσης μητέρα vocat, *matricem vniuerſæ Aegypti.* Theodoritus libr. 1. cap. 1. Alexandria maxima eſt ciuitas, & *populoſiſſima*, πολυανθρωπ@, οὐκ αἰγυπτίων μόνον, *non Aegyptiorum ſolùm*, ſed & Thebaidis, & Libyæ quæ Ægypto adiacet principatum obtinet, λιβύων τ̃ πρὸς αἴγυπτον τὴν ἡγεμονίαν πεπιςευμένη. C

Epheſus Aſianæ totius metropolis. Epheſus totius Aſianæ metropolis fuit, teſte S. Chryſoſtomo ep. 1. ad Epheſios Theodorus actione 18. Synodi ſextæ, Theodorus miſericordia Dei epiſcopus Epheſi metropolis primæ Aſianæ diœceſeos definiens ſubſcripſi. Ponticæ metropolis Cæſarea. Gregor. Nazianzen. de laudib. Baſil. magni, eam οὐχ ἧττον λόγων μητρόπολιν, ἢ τ̃ πόλεων ὧν ὑπέρκειτ@, καὶ καθ' ὧν ἔχει δυναςείαν: *Non minus literarum, atque doctrinæ, quàm vrbium quibus præeſt metropolim.*

Heraclea Thraciæ metropolis. Heraclea Thraciæ olim metropolis fuit. Procop. lib. 4. de ædific. Iuſtiniani. ἡράκλεια ἡ πόλις, ἣ ἡ πάλαι μὲν περίνθ@, ἣ παλαι μὲν περίνθος τ̃ ἀνθρώπης ἐδίδοσαν, νυνὶ δὲ μεγάλη κωνσταντίνε πόλιν παρέχον): *Heraclia vrbs, & Perinthus, cui olim primas Europæ partes attribuerunt, &c.* D

Theſſalonica Macedoniæ metropolis. Theſſalonica Macedoniæ metropolis fuit. Antipater lib. 1. Anthol.

σοί με θρηικίης σκολιφόρε θεσσαλονίκη
μήτηρ ἡ πάσης πέμψε μακεδονίης.

Tibi me Thraciæ ſpoliatrix Theſſalonice mater omnis miſit Macedoniæ. Daciæ mediterraneæ, & Ripenſis metropolis vlpia Trajana, quæ & Zarmize gethutuſa lib. 1. de cenſib. & Sardica dicitur. Theodoritus lib. 2. cap. 4. δάκων ἐθνὲς μητρόπολις σαρδική. Theſſalonica fuit metropolis totius diœceſeos Macedoniæ, & Daciæ. Theodoritus lib. 5. cap. 17. θεσσαλονίκη πόλις ὄξι μεγίση, καὶ πολυανθρωπ@ ἐς μὲ τ̃ μακεδόνων ἔνθ@ τυγχάσα, ἡγεμόνη ὖ ἔ θεσσαλίας, καὶ ἀχαΐας, ἔ μὴν γε ἔ ἄλλων παμπόλλων ἐθνῶν, ὅσα τ̃ ἰλλυρικῶν τ̃ ὕπαρχον ἡγέμονον ἔχει: *Theſſalonica vrbs eſt maxima, & populoſiſſima, Macedonibus attributa, Theſſaliæ, Achaiæ, & quamplurimis alijs populis, quos moderatur præfectus prætor. Illyrici præpoſita.* Cedrinus in Theodoſio præfectum Illyrici vocat præfectum Theſſalonicæ, qui in ea vrbe ſedem poſuerat. Mox cum orbis Romanus variè diuiſus fuiſſet, acceſſit tandem prætorio Italiæ Illyricum: ſed deſidente imperio Valentinianus tertius orienti reddidit, vt ait Iornandes lib. de regn. ſucceſ. & Sirmium Illyrici metropolis factum: deinde profligatis ab Attila Pannoniis, ſola Theſſalonica metropolis fuit, Nouel. 11. & P. Diaconus lib. 14. Daciæ tandem Iuſtinianus metropolim fecit Iuſtinianam primam, addita ſecundæ Pannoniæ parte, quæ è clade incolumis reſtabat. Procop. lib. 4. de ædific. Iuſtiniani, hanc τ̃ ἁπάσης χώρας μητρόπολιν dixit, vbi καθεχώσια τ̃ ἐχόντων. Occidentis ſex fuere diœceſes, Italia, Illyricum, Africa, Galliæ, Hiſpaniæ, Britanniæ quas præfecti Italiæ, & Galliarum regebant. E

Mediolanũ Italiæ metropolis. Mediolanum Italiæ, Auguſta Treuerorum Galliarum metropolis fuit. Athanaſ. epiſt. ad ſolitar. vitam agentes. παυλῖν@ ὁπὸ τρεβέρων τ̃ μητροπόλεως τ̃ γαλλιῶν, ἔ ὁ διονύσι@ ὁπὸ μεδιολάνων, ἔσι ὖ ἔ ἀυτὴ μητρόπολις τ̃ ἱταλίας: *Paulinus à Treuiris metropoli Galliarum, & Dionyſius*

A *nysius à Mediolano metropoli Italiæ.* Procopius lib. 2. Gotth. πρώτη ἦ πόλεων τῶν ἑσπερίων μετὰ ῥώμλυ μεγέθει, καὶ πολυανθρωπίᾳ, καὶ τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ ἐτύγχανεν ὄσα : *Prima post Romam vrbium occidentis magnitudine, frequentia populi, & reliqua felicitate ciuitas* Mediolanum. Valentinianus iunior Rauennam Mediolano antepoſuit. Africæ Chartago, Illyrici occidentalis Syrmium metropolis, orientalis Theſſalonica. Duplex enim Illyricum fuit poſt Conſtantinum magnum. Herodianus in Maximino, ἐπανῆλθεν εἰς παίονας, ἔνθα σιρμίῳ διατρίβων τῇ μεγίστῃ ἐκεῖ πόλει δοκούσῃ. *Reuerſus eſt in Paonas, Syrmij agens, quæ maxima ciuitas ibi eſt.* In actis Synodi Aquileienſis, Amenius epiſcopus dixit, caput Illyrici non niſi ciuitas Syrmienſis. De Carthagine Stephanus, καρχηδὼν μητρόπολις λιβύης διασημοτάτη πόλις : *Carthago Libyæ metropolis vrbs clariſſima.*

Tarraco Hiſpaniæ metropolis, vt Strabo lib. 3. ταρακὼν πόλις πρὸς τοὺς τῶν ἡγεμόνων ὁπο- *Tarraco*
B δημίας εὐφυῶς ἔχει, καὶ ὄξιν ὥσπερ μητρόπολις ἃ τὸ ἐντὸς ἴβηρος μόνον, ἀλλὰ τὸ ἐκτὸς τὸ πολλῆς: *Hiſpaniæ metropolis.*
Tarraco vrbs opportuna ad magiſtratus excipiendos, eſtq; Hiſpaniæ metropolis non tantùm intra Iberum, ſed & magnæ partis eius quæ extra eſt. Auſonius tamen primas Auguſtæ Emeritæ tribuit.

Iure mihi poſt has memorabere nomen Iberum
Emerita, æquoreus quam præterlabitur amnis,
Summittit cui tota ſuas Hiſpania faſces.

Britanniæ metropolis Londinum. Ammianus Auguſtam vocari ait, vnde in Notitia præpoſitus theſaurorum Auguſtenſium in Britannis. Eboracum olim metropolis fuit Romana colonia, vbi Principis palatium, & Britanniarum prætorium, ait Spartianus. *Londinum Britanniæ metropolis.*

C

CAPVT X.

De Comitijs.

D MAGISTRATVS in imperio Romano Comitiis, aut codicillis creatos ſcitum eſt: de Comitiis primum agemus, qui populi conuentus in campum Martium, in ſepta, aut curias fuere, vt ſuffragio tabellario magiſtratus crearet, de pace aut bello ſtatueret, leges ferret de capite ciuis cognoſceret, imperium lege curiata decerneret, quemadmodum Græci ſublata manu in theatris de grauioris rei negotiis ſtatuere ſoliti erant, quod dixere χειροτονεῖν. Comitia autem variè ſub imperatoribus habita ſunt. Iulius Cæſar ius creandi magiſtratus non omne populo eripuit, ſed cum eo partitus eſt. Sueton. lib. 1. c. 41. Comitia cum populo partitus eſt, vt exceptis conſulatus competitoribus de cætero numero candidatorum pro parte dimidia quos populus vellet pronuntiarentur, pro parte altera quos ipſe edidiſſet, & edebat per libellos circum tribus miſſos ſcriptura breui, commendo vobis illum & illum, vt veſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneant. Dio lib. 43. Conſulatum Cæſar continuò antequam in vrbem intraret accepit, non autem toto anno geſſit, ſed poſtquam in vrbem venit eo ſe abdicauit, Conſuléſque fecit Q. Fabium, & C. Trebonium, Fabióque extremo magiſtratus ſui die mortuo ſtatim, in id quod temporis ſupererat C. Caninium ſubſtituit. Hac in re dupliciter præuaricatum eſt à Cæſare contra inſtituta maiorum, quòd conſulatum non toto anno geſſit, ſed ipſe viuus eo ſe abdicauit, cùm neque ex legibus patriæ, neque edicto quodam ei neceſſitas illata eſſet, aliúmque ſubrogauit. Deinde quòd is Caninius ſimul & conſul creatus eſt, & geſſit magiſtratum, & depoſuit. *Comitiorum officium & authoritas.*

Alij autem magiſtratus, verbo quidem ſuffragiis populi creati ſunt, recuſante Cæſare id muneris, vt ipſe eos conſtitueret, reuera à Cæſare, & ſine ſortitione in prouincias miſſi. οἱ ἦ δὴ ἄλλοι ἄρχοντες λόγῳ μὲν ὑπὸ τοῦ πλήθους, καὶ ὑπὸ δήμου καὶ τὰ πάτρια, τῷ γὲ δοκεῖν δεῖξιν αὐτῶν ὁ καῖσαρ οὐκ ἐδέξατο, ἔργῳ ἦ ὑπ' ἐκείνου κατέστησαν, καὶ ἐς γε τὰ ἔθνη ἀκλήρωτοι ἐξεπέμφθησαν. Formulam adſcripſit Sueronius, qua reliqui magiſtratus à Cæſare commendati, quáque ceteri Principes exemplo Cæſaris vſi, cùm ſuis candidatis honores mandari iuberent. In Senatuſconſulto quo Veſpaſiano imperium datum ita ſcriptum eſt, VTIQVE quos magiſtratuum poteſtatem, imperium, curationémve cuius rei petentes ſenatui P. Q. R. commendarit, quibusve ſuffragationem ſuam dederit, promiſerit, eorum comitiis quibúſque ratio habeatur extra ordinem. Auguſtus comitiorum ius priſtinum reduxit, ac *Magiſtratus ſuffragijs populi creati.*

multiplici pœna coërcito ambitu Fabianis, ac Scaptensibus Tribulibus suis die Comitiorum, ne quid à quoquam candidato desiderarent, singula millia nummum à se diuidebat. Sueton. in Iulio. Pristinum ius accipe à Iulio institutum. Dio lib. 55. sub finem : τούτῳ δὲ, καὶ τοῖς ἔποιτα γράμματά τινα ἐκτιθεὶς συνίστη τῷ τε πλήθει, καὶ τῷ δήμῳ : *Huic*, inquit, *candidato, & alijs deinceps libellos quosdam cùm edidisset, plebi, & populo eos commendabat.* Mos à Iulio introductus, vt ius creandi magistratus cum populo partiretur, per triumuiros exoleuerat, cùm triumuirum arbitratu omnia gererentur. Restituit Augustus apud Dionem lib. 53. Populus, inquit, ad comitia iterum conueniebat, quamuis nihil fieret quod Augusto non probaretur. Nam & ipse quosdam futuros magistratus designabat, alios plebi, & populo ex more prisco eligendos permittens id modò curabat, ne qui indigni, néve per coitiones, & ambitum designarentur. A

Creãdi consules potestas ab Augusto populo data.

Augustus cùm Roma excederet videtur integrum populo fecisse, vt consules crearent. Sic enim Dio lib. 54. Inter quæ Augustus venit in Siciliam, vt & illam, & alia Syriam vsque constitueret, καὶ αὐτοῦ ἐνταῦθα ἔτι ὄντος ὁ δῆμος τῶν ῥωμαίων τοὺς ὑπάτους χειροτονεῖν ἐστασίασεν : *Et cùm Augustus in Sicilia esset, populus Rom. consules eligere per seditionem conatus est.* Ita vt ex eo apparuerit, non posse Romanos saluos esse si populari imperio regerentur. Breui enim tempore Comitiorum, & magistratuum creandorum arbitri facti, tumultuati sunt: seruabatur autem alter consulis locus Augusto. Ideo M. Lollius initio anni solus consul à plebe factus magistratum gessit. Cæsare autem consulatum non accipiente Q. Lepidus, & L. Silanus eum ambiuerunt, & ita per ambitum suum omnia conturbarunt, vt cordati viri Augustum Romam euocarent. B

Comitia è campo ad patres trãslata.

Tiberius primus Comitia è campo ad patres transtulit. Nam ad eam diem & si potissima arbitrio principis, quædam tamen studiis partium fiebant. Neque populus ademptum ius questus est, nisi inani rumore, & Senatus largitionibus ac precibus sordidis exsolutus libens tenuit moderante Tiberio, ne plures quàm 4. candidatos cõmendaret sine repulsa, & ambitu designandos, ait Tacit. lib. 1. Annal. De Comitiis consularibus quæ tum primùm illo principe, ac deinceps fuere vix quicquam firmare ausim, adeò diuersa non modò apud auctores, sed in ipsius orationibus reperiuntur, vt scribit Tacit. extremo libro 1. Vide Zonaram tom. 3. pag. 218. qui prodit Tiberium *cum liberis pro tribunali per Comitia sedisse* : καὶ ἐπὶ βήματι σὺν τέκνοις προκάθητο ἐν τῇ ἀρχαιρεσίαις. Dio lib. 48. in actis anni 785. Ex consulibus, inquit, alter Domitius toto anno magistratum gessit : habebat enim in matrimonio Agrippinam Germanici filiam. In locum alterius alij aliis suffecti pro arbitrio Tiberij. Alios enim breui tempore, alios longiori instituebat; & alios quidem abdicabat citius quàm statutum esset, alios diutius in magistratu esse sinebat, τοὺς μὲν γὰρ ἐπὶ μακρότερον, τοὺς δ' ἐπὶ βραχύτερον ἀνῃρεῖτο, &c. Eorum verò qui ceteros magistratus peterent electos quos videbatur in senatum misit, alios commendans, iíque omnium suffragia ferebant, alios petitioni, professioníque, & sorti permittens, tum ad populum, plebémque qui vtroque modo candidati erant magistratuum progressi antiqui ritus causa, cuius nunc etiam imago exstat, designabantur. Quòd si qui aliquando deficerent, aut immodica contentione efferrentur, pauciores solito instituebantur. Caius tentauit Comitiorum more reuocato suffragia populo reddere, vt Sueton. lib. 4. c. 16. sed non perfecit. Insecuti principes Codicillis omnes pene magistratus arbitratu suo detulere, senatus tamen auctoritatem sæpe sequuti sunt, Traianus maximè, Alexander Seuerus, Tacitus, & alij melioris notæ imperatores. C D

Comitiorum ordo à Cæsare turbatus.

De Cæsare Comitiorum ordinem turbante Lucanus lib. 5. E

——— Nam quo melius Pharsalicus annus
Consule notus eat, fingit solemnia campus,
Et non admissæ dirimit suffragia plebis,
Decantátque tribus, & vana versat in vrna,
Nec cælum seruare licet.

De Comitiis sub Traiano Plinius in Panegyr.

Tu Comitijs nostris præsidere, tu nobis sanctissimum
illud carmen præire dignatus es, &c.

CAPVT

A

CAPVT XI.

De Codicillis.

Codicillorũ nomine quid Romani significarint.



CODICES Varro apud Nonium plures tabulas coniunctas interpretatur. Seneca lib. de Breuitate vitæ, plurium tabularum contextum Codicem vocat, vnde Codices tabulæ. Cicero 3. in Verrem, in Codicis extrema cera nomen in flagitiosa litura fecit. Iuuenal. sat. 7.

Qui venit ad dubium grandi cum Codice nomen.

Codices argentariorum, nummulariorum, rationum dicuntur l. 9. &
B 10. D. de edendo. Nummularij sicut argentarij rationes conficiunt, quia accipiunt pecuniam, & erogant per partes, quarum probatio scriptura, Codicibúsque eorum maximè continetur. l. 10. eod. Edi autem ratio ita intelligitur, si à capite edatur. Nam ratio nisi à capite inspiciatur, intelligi non potest, scilicet vt non totum cuique Codicem rationum, totásque membranas inspiciendi, describendíque potestas fiat, &c. Codices membranacei, chartacei, eborei l. 52. D. de legat. 3. vnde Codicilli. Catullus,

Redde putida mœcha Codicillos.

Codicillus pro libello sumptus.

Codicillus interdum pro libello. Dositheus lib. 3. κωδικέλλους τίς ποτε ἀδριανῷ παρέδωκε, δι' ὧν ἔφασκε πλείονας εἶναι δανειστάς. Codicilli cerati l. 52. D. de legat. 3. librorum appellatione continentur omnia volumina siue in charta, siue in membrana sint, siue in alia quauis materia. Sed & in philyra, aut tilia, vt nonnulli conficiunt, aut in quo alio Corio.
C Quod si in Codicibus sint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel in ceratis Codicillis. Ouid. lib. 1. ep. 11. Amor.

———Immundo cera sit alba situ.
Quid digitos opus est graphium lassare terendo?

Scribebant stylo cuius pars obtusa ad delendum, pars acuta ad scribendum. Prudent. in hymnis

Et qua secti apices abolentur, & æquoris hirti
Patens nitescit area.

Codicilli Principis, qui.

Codicilli autem interdum dictæ literæ quibus à Principe honores mandantur. Tacit. in Agric. Codicillos quibus ei Syria dabatur. Sidon. lib. 1. epist. 11. fascibus priusquam
D Codicillis ausus accingi mensibus multis tribunal illustrium potestatum spectabilis Præfectus ascenderet. lib. 10. epist. 40. vt Codicillorum prærogatiua monstraret, quis illi inter archiatros ordo competeret. Codinus lib. de Constantinopoli pag. 64. ὅτι τὸ σενάτον, ὡς οἶμαι, λέγουσιν εἶναι τῶν κωδικέλλων φυλακτήριον. ἐκεῖσε γὰρ οἱ πατρίκιοι ἐλάμβανον αὐτοὺς ἕως κωνσταντίνου. καὶ καλλίστρατος πρῶτος τὴν ἀξίαν τοῦ ὑπάτου ἐκεῖσε ἐδέξατο, τοῦ δήμου κράξαντος, καλλίστρατος εὐτυχὴς καὶ εἰς ἄλλο προκόψει: *Senatum seu senaculum opinor vocant locum, vbi codicilli asseruantur. Illic enim patricij codicillos accipiebant vsque ad Constantinum. Et Callistratus primus dignitatem consulis ibi accepit populo clamante, Callistratus felix, ad aliud promouebitur.* Sozomenus lib. 9. c. 8. γράμματι συνήθει ὃ διάταγμα καλοῦσι παῦσαι τῆς ἀρχῆς τὴν ἡρακλειανὸν τὴν ἐν ἀφρίκῃ στρατιωτῶν ἐπιτετραμμένον τὴν ἡγεμονίαν: *Litteris solitis, quod edictum vocant, iussit abire magistratu Heraclianum, qui militibus in Aphrica Præfectus erat.* Ita supra ostendimus, Valentinia-
E num misisse ad Arbogasten litteras, quibus ei magisterium militum adimeret. Constantinus Porphyrogenneta in Chorographia. Imperator in processu, filium Nicetæ Archithalassi Spatharo candidatum cùm induxisset in aureum triclinium, præposuit Mardaitis. Libanius in Iulianum consulem, Codicillos futuris magistratibus ipse tradit manu sua. Quæ dignitas significetur istis literis, θ, α, non liquet. Tu videris. ἐπὶ προελεύσεως εἰσαγαγὼν ἐπὶ τοῦ χρυσοτρικλίνου τὸν υἱὸν τοῦ θ, α, νικητᾶ τὸν σπαθαροκανδιδάτον προελάβετο αὐτὸν κατεπάνω τῶν μαρδαΐτων. τὰ μὲν γραμματεῖα τοῖς ἄρξουσι αὐτὸς ἐγχειρεῖ.

Codicilli pro testimonijs amicorum sumpti.

Codicilli dicuntur interdum testimonia amicorum bene gestæ prouinciæ. Plin. Panegyr. Volo ego qui prouinciam rexerit, non tantùm Codicillos amicorum, nec vrbana coniuratione absconditas preces, sed decreta coloniarum, decreta ciuitatum alleget. Euagrius l. 6. fine. μαυρικίου δὲ τιβερίου δέλτους ὑπάρχων στείλαντος: *Cùm Mauricius Codicillos præfectoriæ dignitatis ad me misisset.* Arrianus in dissertationib. Epict. lib. 3. c. 9. κωδικέλλους & πινακίδας vocat *tabellas.* item lib. 1. c. 10. πρὶν ἐλθεῖν εἰς τὴν ῥώμην ἀπηύτησαν αὐτῷ πινακίδες

παρὰ

πρὸ καίσαρος : *Priuſquam Romam veniret, occurrerunt ei tabellæ à Cæſare*, ſeu Codicilli. Syneſius ad fratrem, τὰς πινακίδας ἃς ἡ πολιτεία σώθημα ποιεῖται τὴ αἰγυπτίας ἀρχῆς, *Codicillos, quos Reipublicæ lex teſſeram facit Aegyptij magiſtratus* Euthalius Laodicenus accepit, ἔχει λαβών. Tacitus lib. 13. Codicillis Nero ſcripſit ad Thuſcum mandata ei Prætoriarum cohortium cura. Ammianus, Codicillis magiſterij equitum & peditum oblatis. Alexander Pontificatus, & quindecimuiratus Codicillares fecit, id eſt, beneficij ſui, vt Lamprid. in Alex. A

Codicilli pro chartis. Codicilli dicuntur chartæ. l. 1. & 2. C. de off. Præf. Petr. Afr. Petrus Chryſol. ſerm. 144. Hic, qui non de Euangelij fide acceperit Codicillos, ibi æternarum infulas non habebit dignitatum. Renatus profuturus, cùm enim Aſterius Codicillis imperialibus patriciatum ſortitus fuiſſet. Sueton. in Tiberio c. 42. Sidonius ep. 16. lib. 5. Arrianus lib. 3. epic. c. 7. ἐγὼ γάρ μοι κωδικέλλον ἔγραψε, *miſit ad me Codicillos*, vt eſſem iudex. Macarius homil. 39. ὥσπερ βασιλεὺς γράψας ἐπιστολὰς οἷς βούλεται κωδικέλλους, καὶ δωρεὰς ἰδίας χαρίσασθαι, *vt imperator ſcribens epiſtolas ad eos, quibus velit Codicillos, & munera impertiri, ſignificat vt ſtatim ad comitatum veniant*, σημαίνει πᾶσιν, ὅτι ταχέως ἀποδράσαντες ἐλθεῖν. Auctor de cauſis eloquent. Quòd ſi non Codicillis datur, nec in alio oritur. Sueton. in Claudio c. 29. B

Codicillorũ inſignia. Poſtea adiecta ſunt Codicillis inſignia. Sozomenus lib. 7. c. 24. l. 9. c. 7. ὡς δεῖ δέλτοις αὐτὴν τιμῆσαι γραπτῇ διωάμεως ἐκατέρας. *Quod oporteat ipſum honorare Codicillis magiſtri equitum & peditum.* Gregorius Turon. ab Anaſtaſio imp. Codicillos Clodoueus de conſulatu accepit. Symmachus ſacras litteras vocat, quibus deſignatio conſulatus continebatur, lib. 2. e. 62. Caſſiodorus lib. 6. var. chartas. Sueton. in Veſpaſ. c. 8. litteras. Herodianus lib. 1. ἐκπέμψας ἢ γράμματα, ἢ δηνείμας οἷς ἐδοκίμασε τὴ ὄχθης τὴ ἱερὰ τὴν πρόνοιαν, *cùm miſiſſet litteras, & diſtribuiſſet ijs, quibus attribuebat ripæ Iſtri curam.* l. 1. C. Theod. vt dignitatum ordo ſeruetur. Puniuntur ij, qui ſine Codicillis præfecturam aliquam accipiunt. *Soli tamen Codicilli honorariam tantùm dignitatem conferunt.* Nouella 69. οἱ φίλοι τὴ γραπτασίας κωδικέλλοι μόνην παρέχεσι ἀξίαν. Suetonius c. 29. Claudio ſuppoſitos, aut etiam immutatos datorum officiorum Codicillos. c. 42. Ita & litteris traditis dignitatem abrogabant. Zozimus lib. 4. Arbogaſti dedit Valentinianus *ſecundas litteras, quæ magiſtratum ei adimerent.* δεύτερα γράμματα τὴ ἀρχῆς παραλύοντα. πέμπειν καθαιρετικὰ, *mittere litteras magiſtratum adimentes*, Euagr. Theodoritus. C

Codicilli in foro à conſulibus accipi ſoliti. Ad Conſtantini ætatem vſque conſules in foro Codicillos accipiebant. Himerius πρώτου ὑπατου ἐν τῷ φόρῳ καλλίστου ἐπιμιθη, ἢ ἕως βασιλείας κωνσταντίνου ὑπατοι κωδικέλλους ἐν τῷ φόρῳ ἐλάμβανον. Codicilli Conſulares l. 2 3. de prætorib. & quæſtorib. C. Theodoſ. Codicilli Clariſſimatus l. 8. de decurionib. C. Theod Codicilli honorarij, l. 74. de decurionib. C. Theodoſ. l. 1. ibid. de honorar. Codicil. Si quis iudicio noſtro ſe adeptum Codicillos aſtruxerit, & idem vel ſuperna Codicillorum impreſſio, vel ſcriptura adſtipuletur inferior, &c. Si ob eam rem pecunia data, decuriones nominentur. Hos enim ſolos, qui intra palatium verſati ſunt, vel adminiſtrationibus functi ad honores excipi oportebit, cæteris cunctis exemptis, & ſuis reſtitutis l. 5. Omnes qui extra palatium conſtituti Codicillis Proconſularibus, vel epiſtolis vicariorum, vel inſignibus conſularium emendicatis, atque adſimulatitiis veſtiuntur, his, quos adminiſtratio vel militia prouexit, volumus eſſe poſtpoſitos. l. 8. ſiue imaginarios, ſiue inter agentes Codicillos acceperit. D

Codicilli Perfectiſſimatus. Codicilli Perfectiſſimatus l. 5. de Perfectiſſimat. dignit. C. Theod. Codicilli ſenatorij l. 74. C. Th. de decurionib. Codicilli, quibus apparitores creati, dictæ probatoriæ, quæ à principe ac magiſtratu, cui inſeruiebant, ſubſcriptæ in officio relinquebantur, l. ne his, C. de diuerſ. offic. In officiis virorum ſpectabilium Proconſulis Aſiæ, comitis Orientis, Præfecti Auguſtalis, vicariorum, nemo admittatur, niſi probatoria ſacri ſcrinij conſecrauerit. E

CAPVT XII.

De Probatorijs.

Probatoriæ literæ, quæ. PROBATORIÆ ſunt literæ à notariis ſcrinij epiſtolarum ſcriptæ, manu Principis ſubſcriptæ, quibus apparitores officio rectorum, & comitum aggregandos probat. Hæc ſubſcriptio fiebat tantum encauſto. Is erat liquor cocto murice, & trito conchylio purpu

A purpureus. Plinius lib. 35. cap. 11. l. comperimus C. de proxim. sacr. scrin. l. penult. & vlt. C. de diuers. rescript. In edicto Iustiniani XIII. μηδένα τ ἀυγουσταλίων γένεσ χωρὶς τ σεβαστοειῶν.

CAPVT XII.

De laterculo, notitia, Breuiario in quo nomina magistrat.

B IMPERATORES notitiam habuere, seu rationarium, & breuiarium imperij quo totius imperij Romani vectigalia, onera, stipendia, prouinciæ, magistratus, salaria descripta erant. Sueton. lib. 2. & 4. Rationes imperij ab Augusto proponi solitas, sed à Tiberio intermissas publicauit. Tacitus lib. 1. Prolatum à Tiberio libellum quo opes publicæ continebantur. Laterculum apud Cedrenum, ἡ παρὰ ἕλλησι σπῆ πλίνθ@ λατέρκυλον παρὰ ῥωμαίοις λέγε. ὧ ἡ πλίνθ@ δημοσία, ἐφ' ᾗ τότε τ βελούτων καὶ τὰ τ στρατοπέδων ὀνόματα ἀπεγράφετο: *Laterculus coctus qui Græcis dicitur plinthus, latinis dicitur laterculum: erat autem laterculus publicus, in quo senatorum, & exercituum nomina descripta erant.* *Rationes imperij imperatoribus curæ.*

Duplex autem laterculum fuit. Maius, quod apud principem seruabatur sub cura Primicerij notariorum, in quo ciuiles & maiores magistratus descripti, l. 1. C. de offic. præfec. P. Afric. Minus, quod sub cura, & sollicitudine quæstoris erat, in quo præfecturæ, tribu- C natus omnes, & præposituræ castrorum l. 1. & 2. C. de offic. quæstor. sed de Breuiario imperij Tacit. lib. 1. Annal. Augustus libellum composuit, quo opes publicæ continebantur, quantum ciuium, sociorúmque in armis, quot classes, regna, prouinciæ, tributa, aut vectigalia, necessitates, ac largitiones, quæ cuncta sua manu perscripserat Augustus. Sueton. in Augusto c. 28. Demùm in fine complexus est breuiarium totius imperij, quantum militum sub signis vbique esset, quantum pecuniæ in ærario & fisco, & vectigalibus residuis. Breuiarium Seneca lib. 5. ep. 39. summarium olim vocatum ait. *Laterculi duplex genus.*

Dicitur & Commentarius Principis l. 3. D. ex quib. causis maior. Abesse, inquit, Reip. causa videntur Proconsules, legatíque eorum, & qui prouinciis præsunt, procuratoresve Principum, qui in prouinciis tenentur, & tribuni militum, & præfecti, & comites legatorum, qui ad ærarium delati, aut in Commentarium Principis relati sunt. Quia in ærario D rationes publicæ, & Senatusconsulta erant, vt Cic. in Pisonem: Rationes in ærarium retulit continuò. Hæc est prouinciarum memoria, quam in Antoniana bibliotheca in Nona vrbis regione conseruatam fuisse P. Victor scribit. *Commentarius Principis.*

Laterculi scrinium sacrum l. vlt. C. de offic. mag. offic. V. gloss. *Laterculum*, βήσαλον vocant, καὶ γραπαί. Notitiam Nouel. 8. vocat δημοσίαν ἀπογραφὴ. ὑπετέθημεν ἀπογραφὴ τῷ ἢ τῷ θείῳ ἡμῶν νόμῳ δηλῶσαν τι σεσημεῖον ὄντι ἑκάστου ἄρχοντ παρέχειν ἢ εἰς τὸ θεῖον ἡμῶν λατέρκυλον, ἢ εἰς τὸ δικαστήριον σῆς ὑπεροχῆς σεφάσι τ κωδικέλλων, ἢ συμβόλων, ἢ σεσταλμάτων: *Subiecimus notitiam, & descriptionem huic legi, quæ indicat quid oporteat vnumquemque magistratum præbere, aut in sacrum nostrum laterculum, aut in auditorium tuæ eminentiæ ob Codicillos, aut insignia & mandata.* Officia, & apparitorum ordines ex memoriæ, epistolarum, & libellorum scriniis prodibant, l. vlt. C. de diuers. offic. Et est Notitia scrinij memoriæ, probato- E riæ agentium in rebus, palatinorum sacrarum largitionum, rerum priuatarum partis Augustæ. Fuit & Commentarius Principis in quo magistratus designati scripti. Notitia consuetudinum, quatuor scrinia laterculi sacri ponit, μὴ τ τεσσάρων σκευίων τ θείᾳ λατερκύλῳ. Iustinian. Nouel. 24. ἀποτεθῶμαι καὶ τὸ θεῖον ἡμῶν λατέρκυλον τὰ γιαῦτα θεῖα μανδάτα διακελευσάμεθα. *Deponi eiusmodi mandata diuina iussimus apud sacrum nostrum laterculum.* A forma πλινθίς, laterculi quadrata laterculus dictus, vt pugillares à forma litteræ Δ, δελτοὶ, & δικτωτὰ βιβλία. Laterculum οἰκειακὸν vocant, quia in eo latent domestica, & arcana. *Laterculi scrinium sacrum.*

Nouella octaua quatuor laterculi ponuntur. Cedrinus p. 140. καὶ ἐγράφετο δὴ τάχος εἰς τετράγωνον χῆμα τύπ@ τὸς, καὶ γράμμα πλίνθ@, πίτλον καὶ αὐτῶ τινες ὀνομάζουσι, οὐκ εἰδότες ὅτι πίτλ@ κυρίως ἡ περιγραφὴ τ ἀξιωμάτων, ἃ μὲν ἡ τετράγων@ γραμμὴ. ματρίκιον ᾗ λέγουσι τὸ πλατὺ ξύλον, ὃ παχύ. οἱ δὲ ἀρχαῖοι ξύλοις, καὶ φλοίοις, καὶ φυλλίνοις πίναξι περὶ γραφὴν ἐπέχρωτο. ἔστι ᾗ καὶ σανὶς φιλυρίνη ἐφ' ἧς τὰ ῥήματα τ ἐλευθερίας εἴωθε γράφεσθ. πλία ᾗ παρὰ τοῖς αὐτοῖς ἡ φιλύρα τὸ ξύλον, ὅθεν καὶ πλιάξ τὸ βιβλίον. καὶ πλιὰξ ᾗ κυρίως καὶ λίβερ τὸ βιβλίον. λίβερ ᾗ ὁ *Laterculorũ quatuor genera.*

ἢ ὁ φλοῖός ὅτι κυρίως· ταῦτα ἢ ἡ ματρίκιον, ἢ ματρικιαρίους τὰς ξυλόργας. Coctus later Plinthus Græcis, Romanis laterculum. Erat autem publicum laterculum *in quo Senatorum & militarium Ducum nomina describebantur in muro forma quadrangula. Laterculum, typus, character, & scriptio quidam titulum vocant, nescientes titulum propriè esse inscriptionem dignitatum, non tamen quadrangula linea, Matriculam autem dicunt latum lignum, & crassum. Veteres enim lignis, corticibus, & tabulis ex philyra vtebantur ad scribendum. Est autem & tabella philyrina, in qua verba libertatis scribebant. Tilia Romanis eadem cum philyra, lignum, vnde codex lignum, liber propriè cortex, idem matricula, vnde matricularij, lignarij fabri.* Agathias p. 62. βασιλείας διφθέρας appellat, ὡς ἐν ταῖς βασιλείαις διφθέραις ἀναγεγραμμένα, *vt in membranis regijs scripta*, veteres gloſſæ διφθέρα, βιβλίον, *membrana, codex*, laterculi, nomina eorum qui ciuiles, & militares dignitates administrabant, continebant, insignia, stipendia, cùm magistratus Codicillis, & Principum mandatis fierent. Laterculi vox sub Antoninis in vsu fuit, Tertulian. in Valentinia. Ex earum laterculo, & in reges, & in sacerdotes allegere consueuerant. Codex ille χαμματεῖον, βύρση, membrana dictus, quia in membrana scriptus. In laterculo maiori ciuiles fuere dignitates, quod sub cura primicerij notariorum fuit, in minori militares, quod sub dispositione quæsitoris, vtrumque in scrinio memoriæ, C. l. 1. de offic. quæst. totius minoris laterculi, curam scias ad tuæ sublimitatis sollicitudinem pertinere, ita vt tuo arbitratu & scrinio memoriæ totius minoris laterculi dignitates, hoc est præfecturæ omnes, tribunatus, & præposituræ castrorum, iuxta consuetúdinem priscam, clementiæ meæ auctoritate deinceps mittantur. Paulo ante ad magistrorum militum potestatem dispositionémque transierant. Verat autem Anastasius ne officia, & conditiones quæ attinent ad viros deuotos in sacro scrinio memoriæ militantes cuiquam liceat, sine diuina subscriptione peragere l. 2. l. 3. ibidem.

Scriniorum quatuor genera.

Scrinia quatuor fuere memoriæ, epistolarum, libellorum, dispositionum; scrinium memoriæ primo semper loco ponitur, C. de prox. sacro. scrin. l. 3. 4. Iustinianus Nouell. 24. τῷ θειοτάτῳ τῶν λαμπροτάτων τειβούνων νοταρίων, ἢ τοῖς λατερκλισίοις. Notitia laterculum pelle, seu membrana inuolutum ostendit, qui in scrinio laterculi in palatio Principis seruabatur, l. vlt. C. de offic. mag. offic. Quadrimenstruos breues scholarium cura magistri officiorum conscribi volumus, & eos sacro scrinio laterculi præstari ibi asseruandos, matricula agentium in rebus fiebat à magistro officiorum, l. 3. C. de agentib. in rebus Nouell. 8. Palatini tamen largitionum, & priuatarum, & officia magistratuum ex tribus scriniis memoriæ, epistolarum, libellorum, prodibant, non ex laterculis, quos tractat primicerius notariorum cum suis scribis, qui sunt tribuni notarij Nouel. 17. 24. 25. 26. §. 1. Iustinianus ad Tribonianum quæstorem Palatij: Illustris auctoritas tua eadem mandata, & in libris legum transcribi, & in sacro laterculo deponi præcipiat, quatenus ex his vnà cum Codicillis susciendis administratores, quemadmodum possint Reipub. subuenire non ignorent. Deponi in nostro scrinio diuina mandata iussimus. Nemo sine diuali probatoria quam Codices in nostro sacro scrinio memoriæ præpositi debeant inferendam accipere militaribus eiusdem deuotissimæ scholæ stipendiis, vel priuilegiis potiatur, ait Leo A. l. 3. C. de agent. in reb. l. 5. §. vlt. C. qui milit. poss. vt in viris deuotis laterculensibus, & pragmaticariis, vel à secretis fieri moris est, quos memoralium, aut etiam agentium in rebus adornat cingulum. In scrinio sacræ memoriæ 12. tantùm erant adiutores quæstoris sacri palatij, septeni tantum in duob. reliquis scriniis, id est, sacrarum epistolarum, sacrorúmque libellorum l. 13. l. vlt. C. de prox. sacr. scrin. Alæ equitum ad limites, & cohortes ex laterculo minori emittebantur in oriente, ex laterculo maiori in occidente, l. viros C. de diuers. off. Vegetius lib. 2. c. 6. c. 8. alas. 66. quæ tuebantur cohortes, fuisse in minore laterculo scribit. Ex maiori laterculo in oriente equites & præfecti legionum, ex minori alæ & cohortes. Turmæ equitum ex maiori laterculo, vt est in Notitia imperij, laterculum militare penes quæstorem sacri palatij fuit, à quo ad magistrum militum translatum, postea per Theodosium ad quæstorem iterum reuocatum, vt supra ostendimus laterculum aureis literis scriptum erat. Dexippus in Eclogis: κατόπιν ἢ βασιλέως τὰ σήματα ἰδὼ δὲ ἐπιλέκτα στρατιᾶς. τὰ ἢ εἰσὶν ἀετοὶ χρυσοῖ, ἢ εἰκόνες βασίλειοι, ἢ στρατηγῶν καταλόγοι γράμμασι χρυσοῖς ἐπιλέγμενοι, ἃ δὴ σύμπαντα ἀναπεταμένα προφαίνεσθαι ὑπὸ ξυστῶν ἠρμενομένων.

Signa selecti exercitus.

Ponè imperatorem signa erant selecti exercitus. Ea sunt Aquilæ aureæ, imagines imperatorum, laterculum militare, seu catalogi exercituum aureis litteris expressi, quæ omnia extensa in hastis argento inductis præferebantur. Igitur laterculum militare præibat militibus inter signa.

His

A His addo pittacia dici epistolas breues pice veluti maltha illitas, in quibus elogia scribebantur, aut numeri militum, aut annonæ ἀπὸ τ πίττης. Lampridius in Alexandro, perlegebat omnia Pittacia. eodem nomine significatur album, notoria, ratio militarium annonarum, epistolæ breues. Procopius lib.1. Vandalico, ἡ τ γραμματέων ἀναλεγόμενος τὰ βιβλία ἔ πάντα ἀναγέγραπται τ στρατιωτῶν τὰ ὀνόματα, *& scribarum legens libros in quibus omnia nomina militum scripta sunt.* *Pittacia quæ.*

CAPVT XIV.

B

De Insignibus magistratuum.

INSIGNIA magistratuum dicuntur σύμβολα, σημεῖα, παράσημα, ἐπίσημα, κοσμήματα, ornamenta Appiano, & Dioni l.2. D.de his qui notant. infamia. Sidon. Narbone, *Insignia magistratuum quæ dicantur.*

Vestra insignia detinent ministri.

Insignia quibus alij ab aliis distinguntur. Virgil.12. Æneid.

——— Cui tempora circum
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt
Solis aui specimen.

C *Argumentum ingens, & custos virginis Argus.*

Plaut. Amphitr.

Signi Ducum quid est in annulo,
Cum quadrigis sol exoriens.

Æschylus in Tragœd. ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, de Tydeo:

ἔχει δ' ὑπέρφρον σῆμ' ἐπ' ἀσπίδος τόδε,
φλέγοντ' ὑπ' ἄστροις ἔθανον πεπυρμένον.

De Capaneo,

ἔχει δ' σῆμα γυμνὸν ἄνδρα πυρφόρον.

Insignia eiusmodi accedunt ad ea quæ vulgo per Europam vocantur arma gentis, aut quæ sibi quisque sponte adscisit. Oratione in Pisonem.

D Cicero consuli insignia esse vult lictores,togam,& prætextam. Tu in lictoribus,in toga, & prætexta consulatum esse putas? quæ ornamenta in Sexto Clodio te consule esse voluisti, huius tu Clodiani canis insignibus consulatum declarari putas? Virgilius: *Consulis insignia.*

Et sellam, & regni, trabeámque insignia nostri.

l.1.D.de offic. proconsulis, proconsul vbique proconsularia insignia habet. Nudi codicilli sine insignibus, horarij tantùm. Iustinian.Nouel.24.Nouel.25.Nouel.26.27.28.29.30.70. Codicillorum insignia,l.iudices C.de dignitatib. l.quicunque C.de procuratorib. l.3.C.de offic. rector. prouinc. Dicuntur διάσημα Vegetio lib.2. c.18. l.6. C.Theod.de suariis. Insignia perfectissimorum imago duorum præsidum in vnum virum desinens, auratæ columellæ præfixa,liber mandatorum viridi tegumento tectus,& abaco purpureo,surrectóque tapete substrato impositus,infra est oppidi effigies quæ detinet prouinciam.Illustres in libri
E dorso vultus principum sculptos tenebant, vultus principum magistratibus in publicum exeuntibus præferebantur, l.4. C. de iniuriis l.capitalium D. de pœnis. Cassiodorus lib.6. for.20. vultus quinetiam regnantium geminata obsequij pompa præmittit, vt non solùm summi iudicis, sed & dominorum reuerentia cumulatus orneris.Primus Gratianus meminit insignium l.12.C.de dignit. l.12.C.de decurionib. Veget.lib.2.c.18.

Magistratus pene omnes sceptrum eburneum pro insignibus gerere soliti, consulares & duces cum sceptris curiam inibant, vt Seruius ad lib.11. Æneid.& primis sceptris haud læta. Iuuenal. sat.10. *Sceptrum eburneum à magistratibus pro insignibus geri solitum.*

Da nunc & volucrem sceptro quæ surgit eburno.

Virgil. lib.11. Æn.

Vt sceptrum hoc, dextra sceptrum nam forte gerebat,
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro

Inclusit, patribúsque dedit gestare Latinis, A

Homerus,

———νῦν αὖτέ μιν υἷες ἀχαιῶν
ἐν παλάμαις φορέουσι δικασπόλοι, οἵ τε θέμιστας
πρὸς διὸς εἰρύαται.

Vbi Seruius, sceptrum ait imaginem simulacri Iouis reddere. Sceptrum enim ipsius est imperium. Non solùm Rom. magistratibus, sed ipsis etiam Asiarchis insignia prælata.

Comitis orientis insignia. Comes orientis gladium habuit, & fasces cum argentata securi, vehiculum argentatum. Vultus imperatorum in summa columna, & liber purpura tectus ante eum præferuntur, & in auditorio coram populo ponuntur. l. 4. C. de iniuriis.

B

CAPVT XV.

De Mandatis.

Mandatorum Principum forma.

MANDATA magistratibus data, quibus regerent Prouincias. Mauricius lib. 1. strateg. παραγγέλλει ὁ μανδάτωρ σιλεντίου μανδάτα. Dio lib. 53. & l. 2. C. de mandat. Princip. Quæstor sacri nostri palatij, & spectabiles referendarij nostræ pietatis rectè procurent, vt diuina iussio sine scriptis facta adeuntibus per relationem manifesta fiat. διὰ καταθέσεως παρασκευάζειν γίνεσθαι φανερόν. Quod mandatis continetur ne donum, vel munus ipse proconsul, vel qui in alio officio erit accipiat, C emátve quid nisi victus cottidiani causa ad xenia iam non pertinet, l. 6. D. de offic. proconf. Illa mandata diu intermissa Iustinianus renouauit Nouel. 17. 24. 26. Non tantùm ea mandata à Principe ad Rectores, sed & ad episcopos mittebantur. Euagr. lib. 2. c. 4. θείων καὶ προσκυνουμένων ἡμῶν μανδάτων καταπεμπωμένων τῇ ἁγίᾳ, καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ. Glossæ Græcobarbaræ ἀπαγγελίας, μηνύματα, μαντάτα, μαντατοφόριες, μαντατοφόρος, ἀγγελιαφόρος, πρεσβευτής. Achmes Astrol. ἀγαθοσύνην μαντατοφόρων. Mandatis Principis continetur ne rector prouinciæ munera accipiat, vt solus mulctam dicat magistratus, vt malis hominibus prouinciam purget, ne quis perpetuis vinculis damnetur, si decurio, & principalis ciuitatis capital. admisit vt relegetur, scribatur ad principem adiecta sententia præsidis. Plin. lib. 10. ep. ad Traian. Secundum mandata tua ἑταιρείας esse vetueram. vide l. vlt. D. de operib. pub. l. aliud est fraus. D. de verbor. signific. l. 1. D. de offic. præsid. Intra annum D requirendorum bona obsignentur, vt si redierint, & se purgauerint rem suam integram habeant. Ne sint dardanarei vllius mercis, & cætera talia. Nouel. 17. librum mandatorum composuimus, qui subter per vtrámque linguam annexus est.

Tituli pro mãdatis & edictis positi. Animaduerto titulos interdum pro mandatis, aut edictis positos. Metellus in Quirinalibus

Interea tyrannus
Dat titulos per orbem,
Absque responso sine iuris ratione captos,
Ne mora saluet vllum,
Istud edictum procul euulgat E
Vbi satelles.

Mandata illa ex Augusto adyto proficisci dicebantur. Symmachus ep. 54. Quæso recogites quid de Augusto adyto cuius loqueris oracula deceat impetrari. Paneg. Maximiani, inter adyta palatij vestri. Corippus lib. 4.

———*Adytis radiauit ab imis*
Inclyta lux, & consistoria tota repleuit.

Ausonius in sacrario imperialis oraculi.

CAPVT

A

CAPVT XVI.

De Honorarijs dignitat.

HONORARII dicti ἀζῶσοι, quia nullum cingulum geſtant, cùm hunc honorem nullo merito ante geſtæ adminiſtrationis conſequantur, ſed ſolis codicillis. l.3. vbi ſenat. vel clariſſ. vacantibus datæ ſunt annonæ, quæ non dantur honorariis, C. Theodoſ. de metat. Primicerij notariorum qui ad illuſtrem magiſtri à vigiliis, atque à laboribus ſummitatem peruenerint, non ſunt redigendi in ordinem eorum qui honorarios meruerint codicillos. *Honorarij qui.*

B Nouella Valentiniani, de honoratis, quatuor facit virorum illuſtrium gradus. Primus eſt eorum qui verè illuſtrem dignitatem geſſerunt. Secundus eſt vacantium præſentium in comitatu Principis. Tertius eſt vacantium abſentium. Quartus honorariorum abſentium. l.9. C.de metat. Diſcrimen eſt inter eos quibus illuſtratus ſub cingulo, & quibus citra cingulum delatus eſt. Nouel. Theod. de metat. licet vacantis militiæ cingulo vtantur, vel honorariæ prærogatiuæ potiantur inſignibus. Illuſtrem dignitatem inter vacantes, vel honorarios conſecutus. *Illuſtrium virorũ quatuor gradus.*

CAPVT XVII.

C

De Vacantibus.

VACANTES dicuntur ζῶσοὶ, quia præcincti ſunt honore otioſi cinguli l.vlt. C. de Primiceriis, cùm nulla iam dignitate fungantur, ſiue munere exceſſerint, ſiue munus nunquam geſſerint. Hi enim dicuntur adſcriptitij, & allecti, & opponuntur honorariis, & ἀζώσοις. Vacantes tribunos commemorat Ammianus lib.31. Vegetius lib.3 c.17. C.Theodoſ. de comitib. vacantib. l.2. C.vt dignitat. ordo ſeruet. Caſſiod. lib.6. Proceres vacantes, Illuſtres vacantes. *Vacãtes viri qui dicti.*

Primus gradus eſt illuſtrium qui in actu poſiti ſunt. Secundus vacantium præſentium. Tertius vacantium abſentium. Vacans militum magiſter Germanus Theodoſio in Van-
D dalos non pro vacante illuſtri, ſed pro adminiſtratore habetur, lib.12. C.tit.8. Theodoſius Pentadium præfectorium vacantem copiarum curatorem fecit, quæ à præfecto prætorio ſolebant adminiſtrari. l.4. C.de erogat.annon. *Illuſtrium virorũ tres gradus.*

Vacantes interdum milites otioſi ſupernumerarij adſcriptitij Lampridius ſcribit Alexandrum id maximè curaſſe, ne quem adſcriptitium, id eſt, vacantem haberet, ne annonis Remp. grauaret. Apud Trebellium Valerianus Balliſtæ gratias agit, quod eius conſilio nullum adſcriptitium, id eſt, vacantem haberet, & tribunum nullum ſtipatorem, qui non verè pugnaret. Alij ſunt adſcriptitij agricolæ miſeri in Codice, & Nouellis, qui cenſitis & colonis iunguntur. *Vacãtes milites qui.*

Adſcriptitij milites ſupernumerarij à Claudio inuenti ſunt, vt ſcribit Sueton. c.25. lib.5. Inſtituit & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur ſupra numerum, quo abſentes titulo
E tenus fungerentur. C.Theod.de palat.ſacr.largit. Olim tamen fuere & accenſi milites ſupernumerarij apud Feſtum. Vacantes dicuntur vacui l.3.de naufrag.C.Th.id eſt, vacui publico officio. Cælius Aurelian.lib.1.c.2.tardar.paſſionum vacuos homines ſine aliquo exercitio vitam trahentes. Alij ſunt ſupernumerarij de quibus Suidas verbo ὑπεράριθμοι. *Aſcriptitij milites qui.*

CAPVT XVIII.

De Egregijs.

IN imperio Romano gradus dignitatum infimus in egregiis ſtetit. Supra eos fuere perfectiſſimi, ſpectabiles, clariſſimi, illuſtres. Egregiatus tamen dignitas fuit. l.1. C.Theod.de murilegis l.3. C.Theod.de cohortalibus Princip.primipilaribus poſt emeritam militiam perfectiſſimatus, vel ducenæ, vel centenæ, vel egregiatus dari dignitas *Egregij titulus quibus datus, & egregiatus dignitas.*

poteſt, non item Cæſarianis l.1. C.Theod.de Cæſarian. l.1.C.Theod. de honorat.codicil. A
ſiue perfectiſſimi ſint, ſiue inter egregiorum ordinem, locúmque conſtiterint. Lactantius lib.5. cap.15. Nemo egregius niſi qui bonus, & innocens, nemo clariſſimus, aut perfectiſſimus. Nec dignitas perfectiſſimatus monetariis tribuitur, vel ducenæ, vel centenæ, vel egregiatus l.1.C.Theod.de murileg.Impetratur egregiatus codicillis,vt clariſsimatus l.42. C.Theod.de decurionib.Caſsiodorus lib.1.Honor tribuni,& notarij dabatur egregiis cùm ad imperiale ſecretum eligerentur. Egregij plebeiorum pœna non puniuntur l.11. C. de quæſtionib. Iurant & dicunt teſtimonium in propriis ædibus,l.15.de iureiurando.Scriniarij,& quorumdam prouinciarum adminiſtratores ſunt egregij l.5. C.Theod.de decurionibus. Immunes ſunt à præbendis, tironibus, & muneribus vilium perſonarum, l.10. C. de palatin.ſacrarum largition.Paulus lib.6.ad edictum. Ad perſonas egregias,eóſque qui valetudine impediuntur domum mitti oportet ad iurandum.Durius tamen & inciuilius viſum B
apud Tacitum lib.2. quod Vrgulania nobilis mulier amicitia Liuiæ freta teſtis in cauſſa quadam quæ apud Senatum tractabatur venire iuſſa non paruerit. Miſſus eſt prætor qui domi interrogaret, cùm virgines Veſtales in foro, & iudicio audiri, quoties teſtimonium dicerent, vetus mos fuerit. Egregij fuere ſcriniarij Principis. Caſsiodorus lib.1.variar. pater Candidati ſub Valentiniano Principe geſsit tribuni & notarij laudabiliter dignitatem: honor qui tum dabatur egregiis, cùm ad imperiale ſecretum tales conſtet eligi, in quibus reprehenſionis vitium nequeat inueniri l.5.C.Theod.de decurionib. Conſtantinus ait,eos quibus prouinciæ commiſſæ ſunt, quique merito ampliſsimarum adminiſtrationem, honorem perfectiſsimatus, vel egregiatus adepti fuerint. Neque perfectiſsimi,neque egregij torqueri aut plebeiorum more puniri poſſunt.

C

CAPVT XIX.

De Clariſsimis, & λαμπροτάτοις.

Clariſſimi quinã olim fuerint.

CLARISSIMI olim propriè Senatores fuere,& vxores clariſsimæ.Tertul.ad Scapulam,S.Auguſtinus de ciuitate Dei l.22.c.8.Senatus clariſsimus, ſenator clariſsimus,ſenatoris vxor clariſsima. Lamprid. in Heliogabalo. Solus omnium imperatorum fuit ſub quo mulier quaſi clariſsima loco viri ſenatum ingreſſa eſt : matrem intelligit Heliogabali. Paulinus in vita Ambroſ. Apud quandam clariſsimam ciuitatis,vt ſa- D
crificium in domo offerret. l.fæminæ D.de ſenat. clariſsimarum fæminarum nomine ſenatorum filias non haberi niſi clariſsimos viros ſortitæ ſint. Tandiu enim clariſsima fæmina erit,quandiu ſenatori nupta eſt;vel clariſsimo.Poſt Conſtantini ætatem Primores ſenatores dicti illuſtres,pedanei & alij inferiores clariſsimi,à quibus proconſules, conſulares, præſides clariſsimi. Exiſtimem ante Conſtantini magni imperium titulos illuſtrium,clariſsimorum,ſpectabilium,perfectiſsimorum,egregiorum promiſcuè viris omnibus in luce hominum agentibus,conſulibus, proconſulibus, ſenatoribus attributos, qui & ornatiſsimi,& ampliſsimi dicti.Cicero lib.1.de finib.claris & fortibus viris commemorandis.Plaut.in Trinum. In occulto iacebis cùm te maxime clarum voles.Cic.1.offic.facilior, & tutior, & minus aliis, grauis aut moleſta vita eſt otioſorum. Fructuoſior autem hominum generi,& ad claritatem, amplitudinémque aptior eorum qui ſe ad Remp. & ad ma- E
gnas res gerendas accommodauerunt.l.38.C.de appel.Magiſter officior.vir ſublimiſsimus, palatij quæſtor. excellentiſsimus vocatur. Tacit.lib.4.lib.11. Annal.eques Rom.ex illuſtribus Curtius Atticus lib.11. Samius inſignis eques Rom. Cn. Nouius inſignis eques Rom. Plinius lib. 6. epiſt. Paſsienus Paulus ſplendidus eques Rom. lib. 6. pater quoque illuſtris eques Rom. ac frater prætorius lib.15. Tiberius Alexander eques Rom.laticlauius ſcilicet dignitate ſenatoria, aut qui cenſum & ſpem ſenatorij ordinis habet lib.16. Mella & Criſpinus equit. Rom. dignitate ſenatoria. Cicero pro Sextio, is mihi videtur ampliſsimus qui ſua virtute in altiorem locum peruenit, ep. ad Lentulum, tuæ ſapientiæ, magnitudiníſque animi eſt, omnem amplitudinem & dignitatem tuam in virtute atque in rebus geſtis tuis, atque in tua grauitate poſitam exiſtimare.

Inclyti titulus quibus olim datus.

Ita & inclyti dicti. Ouid.13.Metamor.

———*Per me tacet inclytus Hector.*

Tacit.

A Tacit.lib.2. Annal. Inclyti ſumus illa victoria.Cic.2. Tuſcul. Te natura excelſum quendam videlicet, & altum & humana deſpicientem genuit. Velleius, excelſiſſimi, & eminentiſſimi viri, ita præſtantes, inſignes, præſtabiles viri olim dicti. Cic. de Amicitia, homines illuſtres. 7. in Verrem, facta illuſtria & glorioſa. Gellius, illuſtriſſimos philoſophorum. Cic. Viros præclaros, excellentes. Pro Flacco, ſplendidiſſimus, atque ornatiſſimus ciuitatis ſuæ vir. Ad Attic. lib. 7. luculentus auctor. Plures alij eiuſmodi tituli promiſcuè fuere in vſu. Poſt Conſtantini ætatem patricij, conſules, præfecti prætorio, præfecti vrbi, magiſtri militum, præpoſiti ſacri cubiculi illuſtres dicti, de quibus conſule notitiam.

Claros, & clariſſimos ſenatores ſub Tiberio appellatos nemini dubium eſt, cùm Caſ- *Clari & clariſſimi quinam appellati.*
ſius Longinus id temporis (l. 2. §. penult. D. de origine iuris) claras perſonas ſenatoris
B vxores & filias vocarit, l. 5. de curat. furioſi. Ælius Marcianus qui ſub Antonino Pio floruit, l. 2. D. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, ſenatores clariſſimos dixit. M. Antoninus l. 18. de iure fiſci. D. Saluium Iulianum, Seuerus & Antoninus l. 17. D. de iure patron. l. 3. C. ex quibus cauſis infam. irrog. proconſules, & præſides clariſſimos l. 1. C. ſi ex falſo inſtrum. Plinius ep. vlt. lib. 7. clariſſimos conſules. Valentin. Theodoſ. & Arcad. Auguſti C. de tutor. vel curat. illuſtr. vel clariſſimar. perſon. prætorem clariſſimum virum vocant. Clariſſimatus dignitas l. 5. C. de prox. ſac. ſcri. Caſſiodor. lib. 7. for. 38. nomen ſuperlatiui fulgoris ſpectabiles, & clariſſimi videntur exæquari. l. 5. C. de prox. ſacr. ſcrinij peculiari præceptionis (ita lego, non perceptionis) noſtræ fauore præſtamus, vt in ſcriniis memoriæ, epiſt. libellorúmque ab exceptoribus vſque ad melloproximos dignitatem clariſſimorum, honorémque percipiant, &c. hi in quos hanc clariſſimatus conferimus dignitatem, cum
C ſpectabilibus etiam habere ſe reuerentiam recognoſcant, vt conſedendi, ingrediendiue ſecretarium ſibi ſciant à nobis licentiam contributam.

Spectabiles tamen potiores ſunt, & priori loco memorantur l. 1. C. de Annonis & ca- *Spectabiles viri clariſſimis potiores.*
pitat. omnibus tam viris ſpectabilibus, quàm viris clariſſimis iudicibus, qui per prouincias ſiue militarem, ſiue ciuilem adminiſtrationem gerunt, quanquam eadem lege idem priuilegium vtriſque datur.

Inter clariſſimos nominantur comites, & tribuni Nouel. 71. qui tamen ſpectabiles fue- *Comites & tribuni inter clariſſimos viros nominati.*
re. Clariſſimæ dignitatis infulæ (l. 42. C. Theod. de decurion.) ſine codicillorum allegatione non iuuant. Caſſiodor. lib. 7. for. 38. Clariſſimatus honorem ornamenta iudicij noſtri regia tibi largitur auctoritas. Ammianus lib. 21. Conſtantius nunquam erigens cornua militaria, nec ſubitò Dux quiſquam cum clariſſimatu prouectus eſt. Erant enim, vt
D nos quoque meminimus, perfectiſſimi. Clariſſimatus honor dicitur Nouel. 1. Theodoſ. & Valentin. de tribut. fiſcal. Domeſtici cùm ad gradum decem primatus peruenerint ſtatim clariſſimo nomine decorentur. Protectores decem primi clariſſimatus dignitate fruantur, clariſſimatus honore decorentur. l. 8. 9. 10. C. Th. de domeſtic. & protect. Clariſſimorum dignitas l. 16. de prox. com. diſpoſit. l. 74. de decurionibus. Interdum iidem clariſſimi dicuntur, & illuſtres. Symmachus lib. 10. ep. 37. viro clariſſimo, & illuſtri officior. magiſtro. lib. 5. ep. 74. Clariſsimus & illuſtriſſ. vir præfectus, procurator clariſsimus & illuſtr. ep. 41. lib. 10. Clariſsima & illuſtris domus, ep. 43. præfectus vrbi clariſsimæ & illuſtris memoriæ. vet. inſcriptio, Vettio Agorio v.c. & illuſtri, correctori Thuſciæ, & Vmbriæ, conſulari Luſitaniæ, proconſuli Achaiæ, præfecto vrbi.

Clariſsimatus pro ſenatoria dignitate ponitur l. 1. C. de his qui veniam ætat. imp. *Clariſſimatus pro Senatoria dignitate.*
E l. vlt. C. vbi ſenat. vel clariſ. equites Romanos ſecundum gradum poſt clariſsimatus dignitatem obtinere iubemus l. 1. C. de equeſtri dignit. proconſules clariſsimi l. 3. C. ex quibus cauſ. irrog. infam. item conſulares, correctores, præſides. Certè ſpectabiles maioris infulas adminiſtrationis meruiſſe dicuntur quàm clariſsimi l. 1. C. vt omnes iudices tam ciuil. Nemo ex viris clariſsimis præſidibus prouinciarum, vel conſularibus, aut correctoribus, vel qui adminiſtrationis maioris infulas meruerint, id eſt viri ſpectabiles proconſules, aut præfectus Auguſtalis, aut Comes orientis, aut cuiuſlibet tractus vicarius, aut quicunque Dux, vel Comes cuiuſlibet limitis, vel diuinarum Comes domorum. l. 2. C. de domeſt. protect. primicerius quidem domeſticorum, & protectorum vtriuſque ſcholæ poſt adeptum tribunatum inter eos ſpectabili dignitate perfruatur, qui ducatum gerere meruerint: alij verò decem qui ſubſequuntur conſulari, id eſt clariſsimatus dignitate perfruantur l. 4. C. de iuris & facti ignor. Oſtende hoc apud correctorem virum clariſsimum amicum noſtrum.

Specioſæ perſonæ apud Romanos quæ.

Specioſæ perſonæ accipiuntur clariſſimæ, vel quæ ornamentis ſenatoriis vtuntur l. 100. D. de verbor. ſignif. nobiles probatæque perſonæ vocantur l. 19. C. de teſtam. l. 2. C. de primicerio ſpectabiles tribuni notarij, ſilentiarij, primicerij ſcholarum, Comites ſecundi ordinis, tribuni prætoriani, notarij clariſſimi l. vlt. de ſilentiariis l. 2. de priuileg. ſcholar. l. 2. C. de aduocat. diuerſ. iudic. Bene igitur Iſidorus, primi Senatorum dicuntur illuſtres, ſecundi Spectabiles, tertij Clariſſimi l. vlt. D. de ſenator. Senatores accipiendos eſſe eos qui à patriciis & conſularibus vſque ad omnes viros illuſtres deſcendunt, quia hi ſoli in ſenatu ſententiam dicere poſſunt, ait, Vlpianus, idque falſo, non ſolùm enim illuſtres in Senatu, verùm & clariſſimi ſententiam dixere. A

Patriciorũ dignitas.

De Patriciis Zeno l. 3. de conſulibus C. loquitur in hæc verba. Nemini ad ſublimen patriciatus honorem qui ceteris omnibus anteponitur aſcendere liceat, niſi prius aut conſulatus honore potiatur, aut præfecturæ prætoriorum orientis, vel Illyrici, vel vrbis adminiſtrationem, aut magiſtri militum, aut magiſtri officiorum in actu videlicet poſitus geſſiſſe noſcatur. Ea dignitas non ab Auguſto inuenta eſt, vt vult Pancirolius (Auguſtus enim vt & poſtea Veſpaſianus nouas gentes Patricias veteribus extinctis priſco more inſtituerunt) ſed à Conſtantino magno Patricij nouo more ſunt reperti, vt Zozimus lib. 2. & lege cautum, vt ſupra præfectos prætorio ſederent l. 4. C. de aduoc. diuerſ. iudic. Tacitus lib. 11. cùm de Patriciis à Claudio adſcitis agit, non de Patriciis illis noui inſtituti, ſed veteris accipiendus eſt contra Pancirolij ſententiam: verba Taciti ſunt, iiſdem diebus in numerum Patriciorum adſciuit Cæſar vetuſtiſſimum quemque è ſenatu, aut quibus clari parentes fuerant paucis iam reliquis familiarum quas Romulus maiorum, L. Brutus minorum gentium appellauerat. Pollio in Claudio: Claudius, inquit, gentes Flauias quæ Veſpaſiani & Titi, nolo autem dicere Domitiani, fuerant, propagauit: quæ enim gentes Patritiæ à Veſpaſiano & Tito cenſoribus factæ ſunt, eædem Flauiæ dictæ. Claudius in earum numerum nouos Patricios adſciuit veteri more, non illo qui poſt Conſtantinum obtinuit. Spectabiles quandoque clariſsimi vocantur. Ita duces, proconſules, ſilentiarij clariſsimi, & ſpectabiles l. 3. C. de his qui notan. infamia l. 1. C. ex falſo inſtrum. l. 2. §. ita clariſsimo duci C. de off. P. P. Afr. l. penult. C. de appellat. l. vlt. C. de ſilentiariis l. 30. C. de offic. teſtam. vt & tribuni notarij laterculum maius tractantes. B C

Conſiſtorianorum Comitum dignitas.

Pancirolius arbitratur Conſiſtorianos omnes Comites fuiſſe patricios, neſcio quo auctore. Non me fugit Patriciis omnibus in Conſiſtorium Principis, & ſecretaria iudicum aditum patuiſſe l. 3. C. de off. diuerſ. iudic. Sciant principes, & cornicularij, & primates officiorum, & iudices etiam, ternas libras auri è ſuis facultatibus eruendas ſi honoratis viris quibus etiam Conſiſtorium noſtrum ingrediendi facultas præbetur ſecretarij iudicum non patuerit ingreſſus. hoc amplius ſcio non omnes Comites conſiſtorianos fuiſſe Patricios. Itaque fugit eum ratio, qui Patricios noui inſtituti ab Auguſto creatos, & eos conſiſtorianos Comites dictos exiſtimet. Auguſtus certè πέντε καὶ δέκα συμβούλους εἰς ἑξάμηνον παρελάμβανεν ἕως τε δι' αὐτῶν καὶ πᾶσι κοινῶσῃ τὰ βελευόμενα, *quindecim conſiliarios ad ſex menſes legerat, vt per eos cum omnibus ea quæ in conſultationem veniſſent communicarentur*, vt Zonaras. Dio ſcribit lib. 55. eum ætate affecta ſibi viginti viros iuris ſcientia & prudentia claros adſciuiſſe quorum iudicio omnia conſtitueret. Tiberius ipſe Auguſti exemplo 20. ſibi viros Patricios conſilij cauſa legerat narrante P. Diacono lib. 7. Hadrianus optimos quoſque de Senatu in contubernium imperatoriæ maieſtatis adſciuit quos ſecum habitare voluit ait Spartianus. Apud Lampridium, Alexander, doctiſsimos & ſapientiſsimos iure conſultos non minus quinquaginta in conſilio habuit, & iſtud Conſiſtorium Principis vocabatur. Non tamen ex eo ſequitur Conſiſtorianos omnes Comites fuiſſe Patricios. Imo l. 25. C. de procurat. ij qui conſiſtorianæ comitiuæ inſignia meruerunt, infra præfectos præt. præfectos vrbi & magiſtros militum collocantur, tantum abeſt vt eſſent Patricij. Amplius dico omnes pene Comites, maximè Conſiſtorianos fuiſſe ſpectabiles, D E

CAPVT

A

CAPVT XX.

De Spectabilibus.



SPECTABILES infra illustres, supra clarissimos fuisse ostendimus ex l.1.C.vt omnes iudic.tam ciuil.qui titulus sub Constantino magno in vsu esse cœpit, cùm antea clarissimi dicerentur qui postea spectabiles dicti, Græci περίβλεπτοι, καὶ σπεκταβίλιοι. Iustin. Nouel. 20. ἃς οὐ σπεκταβίλιοι δικασταὶ κρίνουσι, ἀλλὰ συνηγόροι μόνον. Iudices ordinarij sunt principes viri clarissimi, non viri spectabiles, aut illustres, C. Theodos. de cohortalib. Impp. Honorius & Theod. Narsi viro spectabili Comiti, & castrensi in officio spectabilitatis Comites spectabiles fuere: eorum dignitas spectabilitas. Valentinian. Seuerino Comiti R.P. ad iudicium spectabilitatis tuæ. Proconsules spectabiles. Spectabilitatis gradus l.187.C.Theod.de decurionib. spectabilitas l.1.de castrens. eodem, & alibi sæpe. spectabilis Comes l.31.C.Theod.de episc.eccles.& cler. Elpidius Comes sacri consistorij, vir spectabilis in Chalced.Concil.act.2.

Spectabiliũ titulus quo tẽpore in vsu esse cœperit.

B

Formulam spectabilitatis habet Cassiodor.lib.7. for.37. spectabilitatis insignibus decorari, lib.11.epist.18. spectabilitatis honore suffultus, epist.20. eod. Cassiod. spectabilitatis vnus honor, lib.7.fo.4. Sidonius lib.8.ep.6. Symmach.lib.10.ep.36. Clarissimum, & spectabilem virum vicarium vocat: in Auctario ep.26.29. vrbis vicarius appellatur spectabilis, vt & l.60. C.Theod.de appel.& pœn.earum. Symmach.l.6.ep.38. Tribuni notarij clarissimi, & spectabiles dicuntur S.Augustino ep.159.& 160. Spectabiles l.61.de decurionib. & fil.eor.C.& l.1.C. de ratiociniis operum publicorum, Iubemus viros spectabiles, & singulæ diœceseos viros spectabiles iudices, id est, præfectum Augustalem, & Comitem orientis, &c.l.3. C. de can. largit. tit. Sancimus vt nominatio susceptorum, & tractatorum, non tantùm per viros clariss. moderatores prouinciarum, sed etiam per viros spectabiles, proconsules, & præfectum Augustalem.l.32.C.de app. Præcipimus ex appellationibus spectabilium iudicum, &c. Si à proconsulibus, vel Augustali, vel Comite orientis, vel vicariis fuerit appellatum, vir illustris præf.præt. vir etiam illustris quæstor nostri palatij sacris iudiciis præsidentes disceptationem arripiant. Hoc titulo Duces ornantur l.3. C. de off. mil. iud. Nemo de his qui in virorum spectabilium ducum officiis militauerit.

Spectabilitatis formula.

C

Ornantur item eo Tribuni notarij, magistri scriniorum, Comites sacri consistorij, Comites domorum, Comites scholarum, Comites militares, castrenses, Tribunus notariorum, & silẽtiarij l.vlt. C.vbi causa fiscal.l.37.de app.C.l.vlt.C.de decur.l.30.C.de inoff.l.4.C.de aduocat. diuers.iudic. Ita exaudiendi sunt spectabiles iudices l.vlt.C.de modo multarum. Proconsularem verò potestatem si multandi necessitas imminebit senarum vnciarum auri summa cohibebit, in qua forma etiam Comes orientis, atque præfectus Augustalis erit. Ceteri verò spectabiles iudices, & qui vice nostra administrationis gubernacula susceperint, vltra tres auri vncias ne mulctent. vnde apparet proconsules, Comitem orientis, Augustalem, cæteris spectabilibus digniores esse. Spectabilitatem antiquitas militiæ sudore detersis tribuit, ait Cassiodorus lib.2. epist. ad Stephanum. Spectabiles clarissimis sunt superiores, l.5.C.de proxim.sacr.scrin.illustribus inferiores, l.3.C.de appel. Ideo eam Iustinianus dignitatem mediam vocat Nouel.7.

Spectabiliũ titulus quibus olim cõcessus.

D

E

CAPVT XXI.

De Illustribus.



DE Illustribus multa turbat Pancirolius, quos à patriciis iam inde ab Augusti ætate profectos existimat. parum commodè. Dignitates Illustrium, spectabilium, clariss.perfectissimorum æuo Constantini magni natæ sunt, quo tempore Patricij, quatuor Præfecti prætorio esse cæperunt, de quibus consulendus Zozimus. Illustres autem spectabilibus digniores esse indicat. Sidonius ep.6.lib.8. Nicetius vir ortu clarissimus, priuilegio spectabilis, merito illustris. ἐνδοξότατοι dicuntur, vt

Illustriũ dignitas quãdo cœperit.

clarissimi λαμπρότατοι, *spectabiles* θεσβλεπεῖς, à quibus ad Illustres prouocabatur. Nouel. 23. A
τὰς ὑπὸ τῶν θεσφάτων τῶν θεσβλεπῶν δεχόντων γινομένας ἐκκλήτους, καὶ ὁ ἔπαρχος τῶν θειοτάτων ἅμα τῷ κοιαίστωρι ἐξετάζετω : *Appellationes quæ fiunt à spectabilibus iudicibus Præfectus Prætorio vnà cum quæstore disceptet.* l. 1. C. de ratiocin. oper. Hac eadem pœna spectabilibus quoque iudicibus licet illustri dignitate fuerint decorati, imminente. l. 1. C. vbi senat. l. vlt. C. de sport. Illustrium alij aliis maiores, Præfectus Prætorio maior est magistro officiorum l. vlt. C. de dignitat.

Illustris dignitas de quibus dicatur.

Illustris dignitas dicitur l. 60. C. de decurionib. Hi verò qui honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt, per substitutos periculo suarum facultatum curiæ muneribus satisfacere non tenentur. l. vlt. C. de iniuriis. Licere illustri accusatori, vel reo, vxori, vel liberis masculini sexus, seu filiæ itidem illustris superstitis, causam iniuriarum per procuratorem criminaliter suscipere, vel mouere. Illustris administratio l. 63. C. de decurion. Omnes qui B
post peractam illustrem administrationem, vel adhuc in ea posito patre suo gignuntur. Item l. 65. Illustratus gradus l. 11. C. de iudicibus. Illustratus dignitas, Cassiodoro lib. 6. ep. 11. Nouel. 7. οἱ ἐνδοξώτατοι ὕπαρχοι τῶν ἱερῶν ἡμῶν θεσπιτωείων, οἵ τε τὰς μέσας ἔχοντες τῶν ἀρχῶν, ἃς δὴ θεσβλεπεῖς καλέσι, φαμδὼ ἀυγουσάλιόν τε, καὶ αὐδυπάτους, καὶ τὰς θεσβλεπεῖς κόμητας, τάς τε ἄλλας, καὶ τὰ τῆ ἑώας, καὶ αἱ μετ' ἐκείνων ἀρχαὶ, τελέσι οἵ τε τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες, &c. *Illustrissimi Præfecti Prætorij, quique medios magistratus habent, qui spectabiles, Augustalem dicimus, proconsules, spectabiles, Comites, & alios, & Comitem orientis, & inferiores ijs magistratus qui præsunt prouincijs, &c.*

Illustratus dignitas quæ dicatur.

Dignitas illustris viri illustratus dictus Cassiodor. lib. 1. ep. 4. Auus eius Cassiodorus illustratus honore cinctus, qui eius generi non poterat abnegari. Illustres δι' ἐντολέως causas suas agunt Nouel. 71. non per se. Clarissimi per se, non per procuratorem, siue de crimi- C
ne, siue de ciuili negotio agatur. l. penult. C. de procuratorib. l. 120. de decurionib. C. Theodos. l. 22. de cursu publico, eod. Nouel. 71. Illustres soli criminum rei à solo Principe, vel cui Princeps delegarit iudicantur. l. vlt. C. vbi senator vel clarissimus l. 17. C. de dignit. Soli Illustres per officium, & eos qui ministerium suum eis accommodant sententias recitant, ceteri descripto sententias ex libello partibus legunt. l. 2. C. de sententiis ex periculo recit.

Illustriũ virorũ quinq; gradus.

Nouella Valentiniani de honoratis, & quis præferatur in gradu, quinque facit virorum illustrium gradus. Primus est eorum qui verè illustrem dignitatem gesserunt. Secundus est vacantium præsentium in comitatu Principis. Tertius vacantium absentium. Quartus honorariorum præsentium. Quintus honorariorum absentium. l. 9. C. de metatis. Differentiam facit inter eos quibus illustratus sub cingulo, & quibus citra cingulum delatus est. Nouel. Theodos. de metatis. Licèt vacantis militiæ cingulo vtantur, vel honorariæ præro- D
gatiuę potiantur insignibus. Item, illustrem dignitatem inter vacantes, vel honorarios consecutus. Vacantes ζωσοὶ sunt, & cincti. Honorarij ἄζωστοι sine cingulo. Cum cingulo defertur plærunque iis quibus meritò administrationis quam antegesserunt defertur, vt Primicerius notariorum peracta administratione fit magister officiorum vacans, Primicerius domesticorum tribunus vacans. Ita apud Vegetium vicarios Comites tribunos vacantes accipere oportet, & in Cod. Theod. tit. de Comitib. vacantib. & apud Ammianum lib. 16. 18. 31.

Illustres etiã adscriptitij dicuntur.

Iidem adscriptitij dicuntur. Trebellius in Balista : Gaudens quòd eius consilio nullum adscriptitium, id est, vacantem haberet. De illustribus vacantibus Cassiodorus lib. 6. Lamprid. in Alexandro : Ne quem adscriptum, id est vacantem haberet. Dicuntur & allecti, & inter agentes. l. vlt. C. Theodos. de honorar. in hæc verba, Ne quis sibi expetat siue imagi- E
narios, siue inter agentes codicillos acceperit, vt ei qui egerit ratione temporis præferatur. l. 5. C. de metati. vbi pro iter agens legendum, inter agens, vel inter agentes, & l. 1. C. de silentiar. Ab his honorarij, siue imaginarij longè alij sunt, quia nullum cingulum gestant, nullo merito antegestæ administrationis hunc honorem consequuntur, sed solo Codicillorum principailum beneficio, l. 3. C. vbi Senat. vel clarissimus l. 1. C. Theod. qui à præbend. Tironib. & Nouel. 70. Lampridius vacantibus datas annonas significat, quas nullus honorarius habuit : honorarij autem vacantibus in eadem dignitate inferiores sunt, in superiori digniores. Ita præfectorius honorarius præfertur quæstorio vacanti, administrantes omnibus vacantibus, & honorariis præferuntur. Illustribus administrantibus accensentur vacantes, qui non sunt otiosi, sed ordinariam aliquam dignitatem gerunt, veluti Germanus magister militum vacans contra Vandalos missus à Theodosio pro administrante illustri habitus est. Illustres autem dicuntur & illustrissimi, sublimissimi, excellentissimi. l. 28. de

episcop.

A epiſcop.audient. Præfectus vrbis excellentiſſimus, vir magnificus præfectus præt.l.32.C. de appellat. Ibidem magnifici iudices dicuntur illuſtres, & l. 34. excellentiſſimi iudices l. 38. Apud ſublimiſſimum virum magiſtrum officiorum, necnon virum excellentiſſimum palatij quæſtorem. Superilluſtres dicuntur conſules, patricij, præfecti prætorio, præfecti vrbi, quia ſupra alios illuſtres dignitate longè eminent. Excelſi, glorioſi, magnifici vocantur illuſtres l.54.C.de epiſcop.& cler. vir excelſus præfectus præt.glorioſiſſimus, præfectus vrbi, viri eminentiſſimi præfecti præt. per Illyricum & Africam. Scribitur ad illuſtres ἡ σὴ ὑπεροχὴ, tua excellentia, magnificentia, illuſtris magnificentia, celſitudo l.2. C. de offic. mag. milit. Nouel. Iuſtin.24.l.vltim.C.de offic.eius qui vic. alt.gerit. Tua ſublimitas, miranda ſublimitas, magnitudo, eminentia, excellens auctoritas tua l.9. C.Theod. de curſu pub.l.22.& l.26.eod.l. penult. C. de nummular. Synceritas tua, veſtra ſpectabilitas, clari-

B tas, grauitas, reuerentia, veneratio, l.1.C. de offic.Comit. priuat.l.2.C. de apoch.publ. Nouel.32.l.9.C. vbi cauſæ fiſcales. Optat.lib.1.Multantur tribus auri libris qui eos ſuo titulo vel honoris cognomento non appellant loquendo, ſcribendo, l.2.& vltim.C.de offic.diuer. iudic. Præſides prouinciarum multantur ſi illuſtres viros fratres appellant l. 5. C. de offic. rect.prouinc.l.2.C. de proximo ſacror. ſcrin. ſupra oſtendimus eos qui Senatores eſſent & patricij, clariſſimos & illuſtres dictos, vet.inſcriptio, ex ſuggeſtione v.clariſs.& illuſtris Comitis magiſtri vtriuſque militiæ Flauij Stilichonis. Clariſſimus & illuſtriſſimus præfectus prætorio l.6.C.de annona & tribut.C.Theod.vet.inſcriptio D D. N.N.Flauio Valentiniano & Gratiano Imperatoribus, Ceionius Rufus Voluſianus V.C.& illuſtris ex vicario Aſiæ Ceioni Rufi Voluſiani V. C. & illuſtris ex præfecto præt. & ex præfecto vrbi, & Cecinnæ Lollianæ clariſſimæ & illuſtris fœminæ deæ Iſidis ſacerdotis filius. Concil. Arauſicano viri

C clariſs.& illuſtres prefecti prætorio Galliarum, atque patricij conſentientes ſubſcripſerunt: viri clariſs.& illuſtres patriarchæ l.8.de Iudæis Cæl.& Samarit.C.Theod. Ampelus ſenator claræ & illuſtris recordationis vir. Symmachus lib.5. ep.54. Gellius lib.1. ep.13. Mutiani clari & illuſtris viri. Macrobius vir clarus & illuſtr.

Titulus illuſtris concedebatur ob merita. Innocentius Papa primus ep. 9. Domine fili merito illuſtris ep. 13. Domina filia merito illuſtris. Sidonius lib.8.ep.6. vir ortu clariſſimus, priuilegio ſpectabilis, merito illuſtris. Illuſtratus nomen dignitatis fuiſſe admonuimus ex Caſſiodoro lib.1.ep.4.lib.6. ep.11. Illuſtratus honore præcinctus. In Senatu præfectus vrbi vir illuſtris conſidet ſupra omnes l.3.C.de offic.pr.V. prefectura vrbis cunctis quę intra vrbem ſunt antecellat dignitatibus. Primus in Senatu ſententiam dicit, vt Caſſiodorus lib.6.eum ſequuntur conſules, patricij, conſulares. *Titulus illuſtris quā ob cauſam conceſſus.*

D Qui conſident ſupra illuſtres dicuntur illuſtriſſimi, τῶν ἰλλυστρίων καὶ τῶν ὑπερτεθεικότων αὐτούς. Inſtitut.lib.4.tit.4.de iniuriis, vt viri illuſtres, quique ſuper eos ſunt, & per procuratores poſſint actionem iniuriarum vel perſequi, vel ſuſcipere, ὥστε τοῖς ἰλλυστρίοις, καὶ τοῖς μείζοσι καὶ τὸ ἀξίωμα. l.26.C.de vſuris. Ideoq; iubemus illuſtribus quidem perſonis, ſiue eas præcedentibus. Superilluſtres ſunt, Imperator, Cæſares, Nobiliſſimi, Conſules, & fortè patricij. Illuſtres & ſuperilluſtres hoc ordine ponuntur l.vltim. C. vbi Senat. vel clariſs. quoties viro fortè patricio, vel expatricio, vel ei quem prætorianæ vel vrbicariæ ampliſſimæ ſedis adminiſtratio illuſtrauit, vel conſulari viro, quíve magiſteriæ dignitatis ſudoribus clarus factus eſt, vel ei qui magiſtri officiorum, vel quæſtoris officio functus, aut ſacro noſtræ pietatis cubiculo præpoſitus, &c. Nouel. Iuſtiniani 71. clariſſimos quoſdam pauperes fuiſſe oſtendit, vt per procuratorem iudicio experiri non poſſent. Sed omnes illuſtres diuites qui- *Illuſtriſſimi apud Rom. quinā dicti.*

E bus nefas per ſe litigare, ſed per procuratorem tantùm. πολλὰς δ' ὁρῶμεν ἀξιῶν μὲ τυγχάνοντας, ἐν τοῖς λαμπροτάτοις ἐγγεγραμμένους, οὐσίας δὲ μεγίστας κυρίους, ὥστε παντελῶς μὴ ἰσχύειν αὐτοὺς ἀνελέως ἀφορολήτους ἐν τῷ δημοσίῳ τοῦτο δαπανᾶν. Θεατίζομεν γοῦν ἄλλοι μὲν τὸ μεγαλοπρεπέστατον ἰλλυστρίων τῶν κεφαλεῖν, καὶ ταύτας αὐτοὺς δι' ἀνελέως τὰς χρηματικὰς ἀγωνίζεσθαι δίκας. Omnino perilluſtres non ſunt alij quàm conſules, patricij, præfecti prætorio, præfecti vrbi, & ſi qui rerum geſtarum gloria dignitates eorum æquant, qui clariſſimi ſimul & illuſtres ſunt.

CAPVT

A

CAPVT XXII.

De Perfectißimis.

Perfectißimorũ titulus quo in pretio habitus.

PERFECTISSIMI illustribus, spectabilibus, clarissimis inferiores fuere, superiores egregiis. Ammianus lib. 21. Constantius nunquam erigens cornua militaria, nec subitò dux quisquam cum clarissimatu prouectus est: erant enim, vt nos quoque meminimus, perfectissimi: videntur digniores equitibus fuisse, quia Senatores apud præfectum vrbi suos mores probabant, perfectissimi apud vicariam præfecturam, equites Romani & ceteri apud præfectum vigilum. l. 1. C. Theodos. de B his qui veniam ætat. Perfectissimi fuere qui iudicio principis vel ad præsidatum prouincię, vel ad aliam administrationem promoti essent. Codicillis perfectissimatus fruebantur qui impetrauerant si abhorrerent à conditione seruili, vel fisco, aut Curiæ obnoxij non essent, vel si pistores non fuissent, vt Iustinianus scribit ad paternum Valerianum.

Perfectißimi quinam dicti.

Perfectissimi fuere præses Arabiæ, l. 4. C. Theod. de pœnis, præses Dalmatiæ in Notitia. Magister census l. 3. C. de episcop. & cler. Primicerius scrinij exceptorum in sacris largit. perfectissimus fuit ordinis secundi scrinij numerorum, perfectissimus ordinis tertij vnus, sacri scrinij tabellariorum perfectissimus ordinis tertij vnus, l. 7. C. de palat. sacrar. largit. olim Duces perfectissimi, vt Ammianus lib. 21. Symmachus lib. 10. ep. 55. Basianus Principis rationalis vir perfectissimus. Augustinus lib. 3. contra Cresconium cap. 70. vir perfectissimus verus, vicarius præfectorum tunc per Africam. Macrobius Marcum Valerium C Probum equitem vocat perfectissimum. Diuo Marco placuit eminentissimorum quidem, necnon etiam perfectissimorum virorum vsque ad pronepotes liberos plebeiorum pœnis, vel quæstionibus non subiici, l. 11. C. de quæstion. Constantinus ad Rationalem Hispaniæ qui perfectissimus fuit scribens, dicit, grauitas tua, l. 1. C. de his qui se deferunt: erant perfectissimi primi, secundi, & tertij ordinis, l. 7. C. de palatin. sacrar. largit. Cæsarianos in actu duntaxat constitutos ad perfectissimatus, vel ducenæ, vel centenæ, vel egregiatus dignitates non oportet admitti, ait Constantinus ep. ad Bithynos l. 7. C. Theod. de priuileg. eorum qui in sacro palatio mil. perfectissimatus ordo. Actuarij palatinorum, & comitatensium, & pseudocomitatensium numerorum industria per 10. annos probata honore perfectissimatus potiuntur l. 10. de numerar. act. C. Theod. Primipilarius post emeritam militiam perfectissimatus, vel ducenæ, vel centenæ, vel egregiatus dari dignitas potest. Post perfectissima- D tum datur ducena, vel centena. Egregiatus ducena inferior est, l. 3. C. Theod. de cohortalibus. Monetarios in sua semper durare conditione oportet, nec dignitates eis perfectissimatus tribui, vel ducenæ, vel centenæ, vel egregiatus. Perfectissimi, vel egregij qui numerata pecunia ad honorarios codicillos obrepserunt, munera Curiæ sustinere coguntur. l. 1. C. T. de honorar. codicil. perfectissimi suffragio, vel Comites prouecti Curiæ munera sustinent, l. 4. C. Theod. de decurionib.

CAPVT XXIII.

E

Illustres ex Notitia.

ILLVSTRES quindecim in Oriente numerantur in Notitia.
Præfectus præt. Orientis, sub quo prouinciæ 50.
Præfectus præt. Illyrici, sub quo prouinciæ 10.
Præfectus vrbi Constantinop.
Magistri militum quinque, præsentales duo per Orientem, per Thracias, per Illyricum.
Præpositus sacri cubiculi.
Magister officiorum.
Quæstor.
Comes largitionum.
Comes rerum priuatarum.

Comes

A Comes domeſticorum equitum.
Comes domeſticorum peditum.

In Occidente Illuſtres præterea fuere.

Præfectus præt. Italiæ, ſub quo prouinciæ 29.
Præfectus pr. Galliarum, ſub quo prouinciæ 29.
Præfectus vrb. Romæ.
Magiſter equitum.
Magiſter peditum.

Superilluſtres.

Imperator, Conſules, & fortè patricij, l. 8. C. de defenſor. Illuſtriſſima prætoriana poteſtas appellatur. Cæſares, ac Nobiliſsimos ſuperilluſtres eſſe non dubito.

B Spectabiles in Oriente.

Primicerius cubiculi.
Caſtrenſis Palatij.
Primicerius Notariorum.
Magiſtri ſcriniorum 4. Memoriæ, epiſtol. libellor. epiſtol. Græcarum.
Proconſules Aſiæ, & Achaiæ.
Comes Orientis.
Præfectus Auguſtalis.
Vicarij quinque, Aſianæ, Ponticæ, Thraciæ, Macedoniæ, Daciæ.

Militaris rei Comites.

Comites rei militaris duo, Ægypti, & Iſauriæ, Duces 12. per Ægyptum, duo Libyæ, & Thebaidis, per Orientem ſex, Phœnices, Euphratenſis, & Syriæ, Paleſtinæ, Oſrœnæ, Me-
C ſopotamiæ, Arabiæ, per Ponticam Armeniæ, per Thracias duo, Mæſiæ ſecundæ, Scythiæ, per Illyricum duo, Daciæ ripenſis, Mæſiæ primæ, per Orientem quinque, Palæſtinæ, Phœnices, Syriæ, Ciliciæ, Cypri.

Conſulares clariſſimi.

Clariſsimi conſulares per Aſianam tres, Pamphyliæ, Helleſponti, Lydiæ, per Ponticam duo, Galatiæ, Bithyniæ: per Thracias duo, Europæ, Thraciæ, per Illyricum, tres, Cretæ, Macedoniæ, Daciæ mediterraneæ.

Correctores clariſſimi.

Clariſsimi Correctores duo, Auguſtanicæ, Paphlagonicæ præſides 42. per Ægyptum quinque, per Orientem 8. per Aſianam 7. per Ponticam 8. per Thracias 4. per Illyricum 8. Perfectiſsimi, præſes Iſauriæ, præſes Arabiæ.

Spectabiles in Occidente.

Præter ſupradictos proconſul Africæ.
D Vicarij, 6. Comites rei militaris, 6.
Duces rei militaris, 12.
Clariſsimi conſulares prouinciarum 22.
Correctores prouinciarum 3.
Præſides prouinciarum 31.
Perfectiſsimus præſes Dalmatiæ.
Princeps agentium in rebus vir clariſsimus dicitur l. vlt. C. de decurionibus.
Illuſtres viri ærarij noſtri Comites l. vlt. C. de ſuſceptur.

CAPVT XXIV.

E.

De ſalario Magiſtratuum.

Salarium vnde dictum.

SALARIVM à ſale dictum eſt, quia magiſtratibus aut legatis in prouincias euntibus per vrbes Parochi ſalem & ligna præbebant. Horat.

——Parochi quæ debent ligna, ſalémque.

Interdum accipitur pro vaſario magiſtratuum.

Salarij nomine quid contineatur.

Salarij tamen nomine maius aliquid quàm vaſarij ſignificatur, aut annonarum. Trebellius in Claudio. in epiſt. Valeriani ad Zozimionem procuratorem Syriæ: Huic ſalarium de noſtro priuato ærario dabis annuos frumenti modios tria millia, hordei ſex millia, laridi libras duo millia, &c. Quæ tu ex eo require. Medicus ſub Alexandro vnus Palatinus ſalarium accipiens, ceteri omnes, qui vſque ad ſex fuerunt, annonas binas, aut ternas accipiebant, ita vt mundas ſingulas conſeque

sequerentur,alias alter, ait Lamprid.in Alexandro. Iudices cùm promoueret exemplo ve- A
terum,vt & Cicero docet, & argento, & necessariis instruebat, ita vt Præsides prouinciarum acciperent argenti pondo vicena, phialas senas, mulos binos, equos binos,vestes forenses binas, &c. Quæ tu ab eo pete. Vopiscus in Aureliano. In epist.Valeriani: Vellemus quidem singulis quibusq; deuotissimis Reip.viris multo maiora deferre compendia,quàm eorum dignitas postulat. Sed facit rigor publicus,vt accipere de prouinciarum oblationibus vltra ordinis sui gradum nemo plus possit. Synceritas tua Aureliano quandiu Romæ fuerit panes militares mundos dabit sedecim, panes militares castrenses 40. &c. Consule auctorem. Cicero 4.in Verrem: Neminem qui cum potestate,aut legatione in prouinciam esset profectus,tam amentem fore putarunt,vt emeret argentum. Dabatur enim de publico, vt vestis. Præbebatur enim legibus. Mancipium putauerunt, quo omnes vtimur, & non præbetur à populo,sanxerunt ne quis emeret mancipium nisi in demortui locum. Au- B
gustus veterem morem mutauit. Sueton.c.36. vt proconsulibus ad mulos, & tabernacula, quæ publicè locari solebant, certa pecunia constitueretur. Liuius lib.42. initio. L.Posthumius consul iratus Prænestinis,quòd cùm eò priuatus profectus esset,nihil in se honorificè, neque publicè,neque priuatim factum à Prænestinis esset,priusquam ab Roma proficisceretur,literas Præneste misit, vt sibi magistratus obuiam exiret,locum publicè pararet, vbi diuerteretur,iumentaq; cùm exiret inde pręsto essent.Ante hunc consulem nemo vnquam sociis in vlla re oneri,aut sumptu fuit. Ideo magistratus mulis, tabernaculisq; & omni alio instrumento militari ornabantur,ne quid tale imperarent sociis,priuata hospitia habebant, ea benignè,comiterq; colebant,&c.Legati qui repente aliquò mitterentur,singula iumenta per oppida,iter quà faciendum erat, imperabant. Aliam impensam socij in magistratus Romanos non faciebant. Iniuria consulis etiamsi iusta non tamen in magistratu exercen- C
da,& silentium nimis,aut modestum,aut timidum Pręnestinorum ius velut probato exemplo magistratibus fecit grauiorum in dies talis generis imperiorum. Dio lib. 53. τὸ μὲν γὰρ πάλαι ἐργολαβοῦντές τινες παρὰ τῶν δημοσίων πάντα σίφοι τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέροντα παρεῖχον: *Nam olim quidem erant qui præbenda ituris in prouincias publicè redimerent, & quicquid ijs muneris sui causa opus esset publicè præberent.* Senatusconsultum sub Augusto factum in hæc verba, vt qui ita delati essent iis prætores ærarij mercedem cibaria quanta præfecti frumento dando dare,ferreq; solent,annua darent, & attribuerent, iisq; eas pecunias sine fraude suas facere liceat, vtique tabulas, chartas, ceteraq; quæ eius curationis opus esset,iis curatoribus præbenda.Q.Ælius,P.Fabius Coss.ambo,altérve,si iis videbitur,adhibitis prætoribus qui ærario præsint,locent. Labeo originem supellectilis fuisse ait,quod olim his qui in legationem proficiscerentur locari solerent, quæ sub pellibus vsui forent l.7. de sup.leg. Sueton in Ti- D
berio c.46.Comitibus magistratuum salarium,& cibaria constituit:verba sic habent:Pecuniæ parcus,ac tenax,comites peregrinationum, expeditionumq; nunquam salario, cibariis tantùm sustentarit: vna modò liberalitate ex indulgentia victrici prosecutus, cùm tribus classibus factis pro dignitate cuiusque primæ sexcenta sestertia, secundæ quadringenta distribuit,ducenta tertiæ.Vopiscus in Bonoso scribit Probum Bonosi vxori salarium vsque ad mortem præstitisse. Antoninus Pius salaria multis subtraxit, quos otiosos videbat accipere. Mesomedi Lyrico salarium imminuit apud Capitol.Vopisc.in Probo,salarium tribuni, salarium duplex, salarium quintuplex ponit. Iustin.Nouel.8.

***

IVLII

IVLII CÆSARIS

BVLENGERI DE MAGISTRATIBVS ET OFFICIIS IMPERII ROMANI,

LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

De Patricijs.

A ADHVC de Diœcesibus, Prouinciis, Metropolibus, Comitiis, Codicillis, quibus magistratus creantur egimus, iam ad dignitates & magistratus aggrediamur, inter quos consulatus familiam ducit. Sed quia de consulatu egimus lib.1.de Imperatore, hîc abstinebimus, & de patriciis qui infra consules, supra præfectos prætorio fuere, paucis explicabimus.

Patricij à quo instituti.

Patricij à Constantino magno instituti sunt, vt infra docebimus è Zozimo, de quibus Iustinianus lib.1.inst.tit.12. loquitur in hæc verba: Patriciatus dignitas ilico imperialibus codicillis præstitis filium à patria potestate liberat. Quis enim patiatur imperatoriam celsitudinem non valere eum *quem sibi patrem elegerit* ab aliena eximere potestate? Theophilus vertit, ὃν ἑαυτῷ πατέρα πεποίηκε. Sozomenus lib.8.cap.7. Eutropius
B Eunuchus Imperatoris cùm esset, solus & primus quos scimus aut audiuimus ὑπάτου καὶ πατρὸς βασιλέως ἀξίᾳ ἐτιμήθη, *Consulis & Patris Principis dignitate ornatus est.* Claudianus in Eutrop.lib.2.

Direptas quid plangis opes quas natus habebit?
Non aliter poteras Principis esse pater.

Corbulo pater Neronis dictus apud Xiphilinum, Iulianus præfectus vrbi pater Commodi auctore Xiphil. Misitheus pater Gordiani narrante Capitolino. Isti tamen non erant Patricij quo modo à Constantino magno dicti sunt, sed tantùm βασιλεοπάτορες.

Patriciatus dignitas cõsulatu inferior.

Patriciatus consulatu inferior est, apud Cassiodorum epist.5.lib.3. Sume post consula-
C res fasces emeritos, patriciatus insignia, tuarum munus plenarium dignitatum, & cani honoris infulis adultam cinge cæsariem lib.6.for.2. Præfectorios & aliarum dignitatum viros præcedit, vni tantùm cedens fulgori, quem interdum etiam à nobis constat assumi.l.17.C. Theod.de pœnis, primo loco ponitur consulatus, secundo patriciatus & inferiores dignitates. Ita & apud Sozomenum lib.8.cap.7. Nouel.81. σύμβολα patriciatus τὰ πάντων ἀνθρώπων σεμνότατα *insignia omnium hominum nobilissima* dicuntur, non tamen consulatui anteponuntur, vt vult Marsilius. Imo ibidem ἐνδοξότατοι ὕπατοι τὸ οἰκεῖον ὄνομα τῷ χρόνῳ μὴ τὴν βασιλείαν διδόασι, *Illustrissimi consules proprium nomen tempori post consulatum tradunt.* Sub Theodorico fuit patriciatus præsentialis, & vacans, siue codicillaris apud Cassiodorum lib.8.epistol.

Patriciorũ varia genera.

Sed vt de patriciis à capite rem arceſſamus,olim Senatores alij fuere maiorum gentium A
à Romulo in ſenatum allecti,qui propriè patricij maiorum gentium, alij minorũ gentium.
Liuius lib.1.Priſcus non minùs regni ſui firmandi,quàm augendæ Reip.memor centum in
patres legit, qui deinde minorum gentium ſunt appellati. Tacitus lib. 2. Iiſdem diebus in
numerum patriciorum adſciuit Cæſar vetuſtiſſimum quemque è Senatu, aut quibus clari
parentes fuerant,paucis iam reliquis familiarum quas Romulus maiorum,& L.Brutus mi-
norum gentium appellauerant,exhauſtis,etiam quas dictator Cęſar lege Caſſia,& Princeps
Auguſtus lege Senia ſublegere.Dio lib. 52.ad annum 725. Auguſtus γέτε τ̃ πατρικίων γένος
συνεπληθυσε, τ̃ βελῆς οἱ δῆθεν ἐπιτρεψάσης τ̃ ποιῆσαι, *patriciorum numerum impleuit Senatu*
ſcilicet id ei permittente. Lex Senia quia S.C.illud Sænio conſule factum.Poſt & à Veſpaſiano
patricij aucti,à quo Flauiæ gentes:ſed alij fuere patricij,quos Zozimus à Conſtantino ma-
gno primùm creatos ait,quæ dignitas fuit ampliſſima. ὁπλᾶτ@ φῶλε κωνσαντίνε τ̃ ἀξίας τε- B
τυχήκει τ̃ πατρικίε πρότε ταύτην ὑπονοήσαντ@ τὴν τιμὴν, ἐ προκαθῆσθαι τὰς ταύτης ἠξιωμένες
τ̃ τ̃ αὐλῆς ἐπάρχων νομοθετήσαντ@: *Optatus à Conſtantino patricij dignitatem conſequutus erat, qui*
*primus eam inuenit,& ſedere iuſſit patricios ante præfectos prætorio.*Imò & in Eccleſia Epiſcopis prę-
ponebantur.Luithprandus in legatione Bulgarorum,ille apoſtolus patricius eſt,cui Epiſco-
pum præponere nefas decernimus. Fallitur Pancirol. qui primos patricios fuiſſe vult illos
20.è Senatu quos ſibi in conſilium legit Auguſtus.Apud Spart.Adrianus optimos quoſque
de Senatu in contubernium imperatoriæ maieſtatis adſciuit, quos ſecum habitare voluit:
Ne hi quidem patricij fuere illo ſignificatu quo à Conſtantino patricij facti:ſed neque ij qui
priores,ac primores Senatus dicuntur Tacito lib.4.Annal. patricij nouo Conſtantini more
fuere,verba Taciti ſunt:Iam primùm publica negotia,& priuatorum,maximè apud patres,
tractabantur, dabaturq; primoribus diſſerere. Priores Senatus infimas delationes exerce- C
bant.Patricij codicillis creati ſupra præf.pr.ſedebant l.vlt.C.de conſulib.vetus auctor apud
Suidam, ὁ ἢ πέμπτ πρεσβύτας τὸς ἐν τ̃ κορυφαίῳ τ̃ συγκλήτε βελῆς τιμᾶντας ἀξίᾳ, πατρικιοι
ἢ ἄρα ὄντες ἐτύγχανον, *Ille mittit legatos qui dignitate in Senatu eminebant,Patricios vocant*, ὁ βασι-
λεὺς θεοδόσι@ ὀργῇ τῇ πρὸς εὐτρόπιον (ita lego, non αὐτόχον) τ̃ πραιπόσιτον ἐξαβληθέντα εἰς
καθοσίωσιν, ἐξεφώνησε λαβέτω, εὐνοῦχον ἐν τοῖς πατρικίοις μὴ τυγχάνειν: *Theodoſius iratus Eutropio*
maieſtatis reo vetuit eunuchum patricium eſſe.

Patricij cur ſic dicti.

Patricij dicti,quod Principi vicẽ patris eſſent,ceteri inferiores ſenatores clariſs.l.8.D.de
ſenat. Zeno ſtatuit neminem creari poſſe patricium, qui priùs conſul,præf.pr.vel vrbi,vel
magiſter militum non fuiſſet. Poſtea patricij & patriciæ honor in maius ductus.Zonaras t.
3.Mater,inquit,imperatoris ζωσὴ, *Zoſte*, & patricia τεθίμητο, *creata eſt.* Varnefridus de geſtis
Langob.lib. 3.c.3. Amalus patricius prouinciæ qui Guntrano Francor.Regi parebat.Apud D
Cedrinum patricius fit στρατηλὸς *dux exercitus* Orientis,p.601. Romæ ſub Theod.ea dignitas
imminuta. Patricium,inquit,eum facimus,vt ei libertatis curia reſeretur. Clotarius vltra
Iuranis Erponem patricium inſtituit,narrante Aymonio lib.4.C. 1.Dignitas patricij præfe-
cturam notat apud Malchum in Byſantis. πατρίκιον τὴ στρατηλὸν ἀυτὸν ποιησας, ἃ τοῖς πλεῖστα κα-
μοῦσι πρὸ ῥωμαίοις γέρα ὄϛι, *Patricium & ducem cùm feciſſet qui honorde fertur iis apud Romanos qui*
*plurimùm laborarint.*Patriciatus dicitur Caſſiod.lib.8.c.21.Conſulendus Euſeb.lib.10.c.6.in
ep.Conſtantini magni, αὐλίνῳ αὐθυπάτῳ, ἀλλὰ μὴν ἐ πατρικίῳ τ̃ ἐπάρχων. *Anilino Proconſuli,ſed & patricio vicario præfectorũ.*Fuit inter patricios vnus aliquis princeps.Aſpar
enim apud Marcellinum Comitem primus patriciorum fuit.Erat & *patricius menſæ impoſitus*,
πατρίκιος ὁ ἐπὶ τ̃ τραπέζης. Patricij & proconſulis dignitates miſſæ ad alias gentes.Cedri-
nus in Baſilio Arianitem Dauidem patricium Theſſalonicæ præfuiſſe ait. E

Cancellarij patriciorũ.

Patricij ſuos habuere cãcellarios.Caſſiod.in diuinis lect.Marcellinus qui adhuc patricij
Iuſtiniani fertur egiſſe cancellos,Agathias lib.1. Cancellarios qui patricio Narſeti appare-
bant, ἐκ τ̃ κιγκλίδων, nomen *à cancellis* inueniſſe ait. Aymonius lib.2.c.6.Vxor Belliſarij vi-
ro ſuo dixit,tibi ſunt 12.millia militum,quos propriis alimus ſtipendiis,& 18. millia, quos
cum patriciatus dignitate acquiſiuiſti. Leudegildus à Guntrano in prouincia patricius or-
dinatur,vide Caſſiod.lib.6.for.2.Patriciatus ſumma dignitas vt curia,ſic patria poteſtate li-
berat,l.vlt.C.de decur.l.vlt.C.de conſul.Caſſiod.l.3.c.5.& alibi ſæpe. Patricij igitur nomen
ſæpe dignitatis eſt,& præfecturæ, non nobilitatis. Suidas in voce γραμματίδιον, ἐ γραμμα-
τεῖα βασιλικὰ τ̃ τῶν πατρικίων τιμὴν δωρέμενα, *Codicilli Regij quibus patricij dignitas confereba-*
tur. Procop.lib.1.de bello Vandalico, εἰς τε βελὴν αὐάγραπτόν σε ποιήσαντ@ τιμῆς μεταλαχόντα
τ̃ αὐτίστε, ὃν δὴ πατρίκιον καλοῦσι: *Iuſtinianum velle te in Senatum allegere, honore maximo inſi-*
gnitum, quem patriciorum appellãt. Victor Tunnenſis in Chronico,Salomoni magiſtro militię,

ac

A ac patricio Africæ, ducióq; Romanæ militiæ. Henricus monachus lib.6.de vita S.Germani, vrbis patricio, toti dilectus & vrbi,Strabo de reb.eccleſ.c.31. Comparetur Papa Romanus Auguſtis,& Cæſaribus,Patriarchæ verò patriciis, qui primi poſt Cæſares in imperiis fuiſſe videntur. In diſputatione Gregentij Imperator Erbam ὑπεκκλησίωνα αὐτὸ ποιήσας, ὃν οἱ ῥωμαῖοι πατρίκιον, & κανικλείωνα προσαγορεύουσι: *ſuum Hypeccleſionem faciens, quem Romani patricium, & canicleionem vocant.* Quid ſit Hypeccleſion non ſatis capio:falluntur,enim qui Imperatorem,aut eccleſiæ caput fuiſſe,aut patricium Imperatoris loco præfuiſſe aiunt. Deberet enim dici non ὑπεκκλησίων,ſed ὑπερεκκλησίων. ἐκκλησίωνα pro eccleſiæ capite dici abſurdum eſt. Non nego tamen Demetrium Chomatenum in Reſponſis ad Cabaſilam vocaſſe Imperatorem κοινὸν τῶν ἐκκλησιῶν ἐπισημοναρχῆ, ὃς συνοδικῆς γνώμας ἐπίσατει, & τὸ κῦρος ταύταις χαρίζεῖ): *communem eccleſiarum epiſtemonarcham, ac præſidem, qui ſynodicis ſententijs præſit,*
B *& firmitatem illis tribuat,* ſed græculorum nouitiorum calamitas,& ſeruile ingenium,hunc eis titulum contra veteris eccleſiæ diſciplinam aſcripſit,quomodo noſtra ætate nouarum opinionum aſſeclæ regem magnę Britannię caput Eccleſiæ vocant. Apud Euſebium Conſtantinus magnus Nicæa ſynodo imo loco ſedit,& infra epiſcopos ſe eſſe agnouit. S. Ambroſ. Theodoſium inter ſacerdotes proximè altare pietati operati paſſus non eſt, ſed his locus alius eſt. Vvalthramus de inueſtitura epiſcoporum ſcribit, Adrianum Papam Carolo magno conceſſiſſe patriciatum Romanum,quæ ſumma præfectura fuit. Anaſtaſius in Hadriano Papa, Carolum magnum patricium Romanum vocat. Adelmus in Annalibus Francis,Carolus magnus omiſſo patricij nomine,Imperator & Auguſtus appellatur.In Oriente tamen deſidente imperio magiſter officiorum ante patricios fuit. Cedrenus, πρῶτα μὲν τῆ τῶν πατρικίων & ὑπάτων τιμήσας ἀξίᾳ, εἶτα & μάγιστρον, & ὕστερον κήσαρα: *primùm facit*
C *eum patricium & proconſulem, poſtea magiſtrum.* In Martyrologio in paſſione Mamantis, ἐ γὰρ ἐφίετο παλατίνων παῖδας ὑβρίζειν εἰ μὴ βασιλεὺς ἐπιτρέψειεν: *Nefas fuit patriciorum filijs illudere, niſi Rex permitteret.* Gregorius Turonenſis Clodoueum Franciæ Regem ab Anaſtaſio conſulem,non patricium factum ait.

CAPVT II.

De Præfecto Prætorio.

D PRÆTOR dictus,ait Varro lib.4.de ling.Lat.qui præiret iure,& exercitu,à quo id Lucilius:Ergo prætorum eſt ante præire. A Varrone facit Iuſtinianus his verbis,πραίτωρας ἐκάλουν ἐπὶ τοῦ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἡγεμόνας, & πολλαχοῦ ταύτῃ αὐτῷ δόντες τὴν προσηγορίαν, ἐπιτρέψαντές τε αὐτοῖς & τὰ πολεμικὰ διοικεῖν, & τὰ περὶ τῶν νόμων γράφειν, ὅθεν καὶ τὰ δικαστικὰ καταγώγια, πραιτώρια καλεῖν ἔθεσαν, & πολλοὺς νόμους ἐπὶ τοῦ τῶν πραιτώρων ἐνεχθῆναι φωνῆς: *veteres,* inquit, *Romani maiores magiſtratus prætores vocabant appellatione illis ex eo indita, quòd ceteris omnibus præirent, & præponerentur, permiſſa eis tam rei bellicæ adminiſtratione, quàm legum præſcriptione. vnde & ea loca in quibus publicè magiſtratus vel ius dicere, vel habitare ſolebant prætoria appellata, & multæ leges prætoriæ dictæ.* *Prætor vnde dictus.*

A prætore igitur prætorium dictum, id eſt, tabernaculum, aut domus Imperatoris, aut prætoris. Liuius lib.3. Quercus ingens arbor prætorio imminebat, cuius vmbra opaca ſedes
E erat. Prætorium dictum & principium. Plutarch.in Galba de Obinnio,qui νέος ὢν, & στρατόμβρος ἔτι καλλισίῳ σαβίνῳ τὴν πρώτην στρατείαν, ἀκόλαστον ὅσην τὴν γυναῖκα τοῦ ἡγεμόνος παρεσήγαγε νύκτωρ εἰς τὸ στρατόπεδον ἐν ἐσθῆτι στρατιωτικῇ, & διέφθειρεν ἐν τοῖς ὄρχεσιν ἃ πρῶτα καλοῦσι ῥωμαῖοι: *Iuuenis, & prima ſtipendia ſub Caluiſio Sabino faciens, nocte introduxit vxorem Ducis laſciuam & impudicam in caſtra militari veſte, & eam in principijs corrupit.* Suet.in Othone c.6. Ad principia deuenit. Quintil.lib.8. c.2. Tabernaculum Ducis Auguſtale dictum eſſe ait, Præfectus autem prætorio appellatus eſt,non qui poſtea Curator palatij,Curopalates,Magiſter domus,Magiſter palatij,ſed is qui militibus prætorianis,ac denique omnibus exercitibus,& vectigalibus imperij à Cæſare impoſitus eſt. Eundem initio dignitatis gradum tenuit apud Imperatorem, quem apud reges tribunus Celerum, apud Dictatores Magiſter equitum,qui magiſtratus ab Auguſto repertus,ab aliis Imperatoribus vſurpatus eſt. Dictus eſt à Græcis ἔπαρχος αὐλῆς, *præfectus aulæ,* vt Herodianus. ἔπαρχος *præfectus,* ὕπαρχος τῶν δορυφόρων, *præfectus ſtipatorum,* ἔπαρχος στρατοῦ, ἔπαρχος τῶν στρατοπέδων, *præfectus exercituum* ab *Prætorium quid & vnde dictum.*

Herodiano. Euſebius lib.6. Ecc. hiſt. τὴ καθ' ὅλε ὕπαρχον, *præfectum generalem.* Dio de Alexandro Seuero, ἐλπιαν᾽ τε τὼ τε δορυφόρων σεθεσαίαν, & τὰ λοιπὰ τ ἀρχῆς ἐπιτρέψε, *Vlpiano præfecturam ſtipatorum, & ſummam imperij permiſit.* Ioab apud Dauidem eadem pene auctoritate fuit lib.2.Reg. Ioab ἦν πάσῃ τῇ δωνάμει ἰσραήλ. Ita primùm ab Auguſto inſtituti ſunt, vt ſolis prætoriis cohortibus præeſſent. Dio lib. 52. Mecænatem ita loquentem apud Cæſarem inducit, τῶν ἢ δὴ ἱππέων δύο τὲς ἀρίσες τ σεί τε φυλακὰς ἀρχήν. τότε γὲ ἑνὶ ἀνδρὶ ἀυτῶ ἐπιτρέπειν σφαλερόν: *Ex equitibus iube duos optimos cuſtodiæ tuæ præeſſe. Eam enim dignitatem vni permittere lubricum eſt.* A

Præfecti pr. ex quibus legi ſoliti.

Præfecti igitur ex equitibus primùm lecti ſunt, poſtea etiam ex ſenatoribus, & conſularibus, tanta auctoritate, vt ex præf.pr. Imperatores quoque creari cœpti ſint, quorum Macrinus primus. Sæpe duo, interdum tres præf.pr. creati, ſub Commodo ſubinde mutati, vt Niger ſex tantùm horis, Martius diebus quinque præf.pr.fuerint. Perdurauit Romę hic magiſtratus vſque ad Conſtantini imperium, aduerſus quem cùm prætoriani cum Maxentio ſtetiſſent, caſtro prætorio diruto cohortes prætoriæ exauctoratæ ſunt, & præf.pr. qui prætorianis præeſſent, ſublati. In quorum locũ quatuor alij inſtituti, per quatuor imperij partes ait Zozim. Quanta eorũ poteſtas fuerit ex Seiano, Perennio, Philippo Macrino, aliiſq; pluribus apparet. Tiberio & Seiano ἅρμας ἐπιχρύσες, *ſellas inauratas* ſimul inferebant. Romam aduentantibus vtriq; ſimul Senatus, P.Q.R. occurrebant. Dio vocat ἀπαντήσιν. Sacrificabant imaginibus Seiani quas etiam inter ſigna colebant. Hunc primum Tiberius honore prætoris ornauit, quod non antea factum, deinde etiam proconſulare imperium addidit. D.lib.1.tit. 18.præf.pr. ad vicem magiſtrorum equitum creati dicuntur, quibus tamen data eſt plenior licentia ad diſciplinæ publicæ emendationem. Sedes ampliſſima dicitur l.3.C.de numerar. Magnifica, excelſa, eminentiſſima ſedes l.16.C.T.de curſu publ.l.2.C.de prox.ſacr.ſcr. Solus admittebatur à Principe. Lamprid.in Alex. Neque nunquam ſolum quenquam præter præf. ſuum vidit. Solum enim à principe admitti nimis fuit in aliis præter p.p. inuidioſum, vt Xiphil.in Adrian. Eunap. præfecturã pr. βασιλείαν ἀπόρφυρον vocat *principatum ſine purpura.* B C

Præfectura vrbis Romæ præfecto pr. excellentior.

Præfectura tamen vrbis cunctis, quæ intra vrbem ſunt, antecellit dignitatibus l.3. C.de pr.vrb. Sidon.car.7. & e.6.lib.3. præfecturæ apicem vocat, dignitatum culmen, arcem præfectoriam lib.2.e.13. Symmach.lib.1.e.20. Auſon.præf.pr. appellat virum in ſpecula honorum collocatum. lib.4.e.73. In tanta præſertim mole curarum. Caſſiod.lib.2.e.15. præfecturam pr. ſollicitudinem omnium nobiliſſimum pondus. & in præf.lib. præfectum te prętorianæ ſedis omnes nouerunt, cui dignitati occupationes publicæ velut pediſſequæ ſemper aſſiſtunt. Macrinus apud Herodian.lib.2. præfecturam p. non multum abeſſe à regia poteſtate ſcribit, τὸ σεμνὸν τ διοικηθείσης σεότερον σεμνότητος ὀ πολύ τι ἐξεσίας, & δωνάμεως βασιλικῆς, ὅτε ἀυτὸς ἡ ὁ βασιλεὺς τῆς ἐπάρχε τῶν στρατιωτῶν πιςεύτ, *lenitas qua vſus ſum prius in adminiſtrando munere, quod non multum abeſt à poteſtate Imperatoris, quando & ipſe Imperator ſalutem ſuam præf.pr.credit.* ſic & lib.3. vocat ἐπάρχες στρατοπέδων *præfectos exercitibus.* Herodianus lib.7. Vitalianus *præfectus exercitibus, qui propter Romam erant,* σεσηγὸς τ στρατοπέδων τ κατ᾽ ῥώμην. Iuſtin. Nouel.105. edicit *omnes magiſtratus, & ipſos conſules ad iudicium præf.pr. pertinere,* ὑπατοι, & πᾶσαι ἀρχαὶ ἐν δικαστηρίῳ ὑπάρχων ὦσαν. Tacit.lib.4. ſcribit Seianum exiiſſe iampridẽ equeſtre faſtigium, quia prætoriis inſignibus ornatus à Tiber. poſtea & ſenator, & conſul factus. Omnes caſtrenſes, ordinariæq; poteſtates, & honorum omnium apicem priſcæ reuerentiæ more præfectos ſemper ſuſpexere prætorianos, ait Amm.lib.21. Præfecturæ meritum cæteris dignitatibus antiſtare Valentinianus Valens, & Gratianus edixere, l.1.C. de off. vicar. præfectis rerum ſumma commiſſa l.40. quilibet. C.de decur.lib.10. Aſſurgebat Imperator præf.pr. Caſſiod.lib.3.e.21. præf.pr. cui à nobis aſſurgitur. Culmen prætorium. Symmachus lib.4.e.69.l.35.C.de erog.mil.annonæ. Caſſiod.lib.1.e.4. culmen præf.pr. Claudian.Paneg. D E

——*Ipſa hæc ampliſſima ſedes*
Orantem ſtupuit, bis laudatura regentem.

Quia fuerat aduocatus in foro præfecti prætorio, poſt idem bis præfectus pr. Commodus Perennio omnia permiſerat ait Lamprid. Ita iudicia, & appellationes in præfectum translatæ ſunt.l.23.§.huic, C.de appell. primus M. Antoninus præf.pr. dedit iuriſdictionem, vt iura dictarent, auctore Capitol.

Illuſtriũ titulus præf. prat. datus.

Illuſtres dicuntur præfect.pr.l.6.C.Theodoſ.de anno. & tribut.l.19.C.Theodoſ.de petit. quadriiugo curru aurato vecti præcone clamante l.1.C. de quæſt. Nouel.70. Theod. & Valentin.tit.12.13.14. Alij magiſtratus intra vrbem carrucis vſi argentatis l.vlt.C.de honorat. vehic.

A vehic. Nouel.24. In Notitia autem imperij Romani,præco pingitur insigne præfecti præt. Aldelmus de laudib.virg. sedit in carruca præfecturæ dignitatis. Symmachus ep.17.lib.10. de præfecto vrbis loquens, peregrinum ac superbum vehiculum vocat. Imperator præfectum pr.his verbis appellat. Florenti parens chariſſime,& amantiſſime, illuſtris & magnifica auctoritas tua,magnitudo tua,culmen,amplitudo, præcelſa magnificentia. Nouel.Valentiniani tit.1.tit.2.l.7.C.de ſuſcept.& arcar.l.2.C.de his quę ex publ.collat.celſitudo,ſublimitas, ἐνδοξότης, l.vlt.C.de numer.act.l.2.C.de curſu publico,Nouel.60.

Præfectoria dignitas ab Imperatore ſecunda.

Præfectoria dignitas ſecunda fuit ab Imperatore ante Conſtantini legem, qua ſanxit,vt patricij ſupra præfectos prætorio ſederent.Zozimus lib.2.Victor. in Veſpaſ.poſt Conſtantinum patricij digniores præfectoriis, conſules patriciis. Sidonius ep. 13. lib.2. Maximus in arcem præfectoriam, patriciam, & conſularem aſcenderat. Idem lib.5.ep.16. noſtram
B familiam præfectoriam nacti, etiam patriciam diuino munere reddimus. Ita ipſi,quam ſuſcipimus patriciam, facimus conſularem. Symmachus lib.1.ep.12.ad Auſonium. Totum me emancipauit ſibi cura prætorij. verùm &, potiris merito ſumma iudicia. Ablauius præfect. pr.ſummam iudiciorum tenere dicitur l. 1. de epiſc.iud.C.Theod. Cynegio præfecto pr.rerum ſumma commiſſa, l.40.de decurionib.eod. Ammian.lib.17.præfecto præt. Auguſtus ſummam rerum commiſerat. Præſidibus igitur imperabat. l.1.C.de off.præf.pr. Afric. A præſidibus ad præfectos appellabatur.l.2.ibid.l.32.C.de appel.Præſides puniebat, remouebat,præſidibus ſalarium à fiſco debitum ſoluebat,l.3.4.C.de off.præf.pr.orient.l.2. C.de ann.& capit. mulctabat vſque ad quinquaginta auri libras l.4.C.de modo mulctandi, l.1.C.de ſent.præf.pr. Inibat in Senatum,licet eques tantùm,non etiam Senator eſſet.Dio lib.58. Claudius Rubrio Pollioni τῷ ἐπάρχῳ εἰκόνα & ἕδραν ἐν τῷ βουλευτικῷ ὁσάκις αὐ ἐς
C τὸ συνέδριον ἀυτῷ συνειέναι: *Præfecto pr.imaginem & ſedem in Senatu quoties ſecum in Curiam iniret,conceſſit.* lib. 21. Præfecturam Prætorianam honorum omnium apicem Ammianus vocat. Apicem ſublimem præfecti pr.l.7.de honorar.C.Theod. Sidon.in Paneg.Maximiani:

——Superbum
Præfecturæ apicem quarto iam culmine rexi.

Summum faſtigium dicitur, l.8.C.Theodoſ.de Honorator. Codicil. Claudian. de Probo præf. prætor.

——Veniſſe ad ſummi faſtigia iuris.

Præfecti pr. dignitas à Principe prima.

Caſſiod.lib.6.for.3.ei poteſtati nulla æqualis, victor in Veſpaſ. Præfectus pr.à Principe prima poteſtas. Cùm ingreſſus erat palatium frequenter adorabatur conſuetudine prin-
D cipali, vt Caſſiod. lib.1.ep.20. olim præfectus prætorio exercitibus omnibus, non tantùm prætoriis cohortibus præerat,vt ſcribit Zozimus in Conſtantino magno,vectigalia procurabat, ſalaria præſidibus ac rectoribus prouinciarum, ſtipendia militibus pendebat. Miſitheo qui ſub Gordiano iuniori præfectus prætorio fuit,victo Perſa, Senatus equorum quadrigam,triumphalem currum & titulum huiuſmodi decreuit: MISITHEO, eminenti viro,parenti principum,prætorij præfecto,& totius orbis, tutori Reip. S. P. Q. R. vicem reddidit. Eius viri tanta in Rep.diſpoſitio fuit,vt nulla vnquam eſſet ciuitas limitanea potior, quæ non poſſet exercitum populi Rom.ac principem ferre, quæ totius anni in aceto,frumento,& lardo atque hordeo, & paleis condita non haberet, minores verò vrbes aliæ 30. dierum,aliæ 40.nonnullæ duorum menſium,quæ minimum 15.dierum.

Præfecti pr. officium & munus.

Is cùm eſſet præfectus,arma militum ſemper inſpexit, nullum ſenem militare paſſus eſt,
E nullum puerum annonas accipere,caſtra omnia,foſſas circuibat,noctibus etiam plerunque vigilias frequentabat. Tribuni eum & duces vſque adeò timuerunt, & amauerunt, vt neque vellent peccare,nec vlla ex parte peccarent. Gordianus Philippum in locum parentis adſciuerat,vt Capitol. Titus Veſpaſiani filius, ſenator,conſularis,præfecturam prætorij ſuſcepit ſub patre,nunquam ad id tempus, niſi ab equite Rom.adminiſtratam,egitq; violentius,ait Suetonius. Tacit. tamen ſub Veſpaſiano Cremerum Aretinum ſenatorem factum præf.pr.ſcribit.Marcus Antonius doluit palam,quod cùm pertinax ſenator eſſet,præfectus pr. à ſe fieri non poſſet, ait Lampridius. Commodus paternum per laticlauij honorem à præfecturæ pr.honore ſummouit,vt Lampridius. Alexander tamen Seuerus præfectis prætorij ſui ſenatoriam addidit dignitatem, quod antea vel rarò fuerat, vel omnino non fuerat, vſque adeò, vt Imperatores cùm præfecto prætorio ſucceſſorem darent,ei laticlauium per libertum ſummitterent, &c. Præfectos igitur prætorio ſenatores fecit,ne quis non ſenator de ſenatoribus iudicaret.

Successor præfectis pr. nō dabatur nisi peterēt.

Imperator illis succeſſorem non dabat niſi ipſi peterent, vt Spartianus in Hadriano. Galba tamen Tigellino μὴ τῷ συναρχοντι παρασκευάζειν ἀποθέσθαι τὸ ξίφος, *vnà cum* Sabino *imperauit, vt enſem deponerent.* Spartiani verba ſic habent: Hadrianus Tatiano præfecto ſuo cùm ſucceſſorem dare non poſſet, quia non petebat, id egit vt peteret. Atque vbi primùm petiit, in Turbonem tranſtulit poteſtatem. Eutychianus Comaron ſub Heliogabalo præf.pr. & ſenator, & tertium conſul fuit, vt Dio in Auito. A

Præfecturarum varia genera.

Sub Commodo tres præf.pr.fuere, inter quos libertinus, qui à pugione appellatus eſt, præfectum pr.præſente officio ſuo interemit. Iulianus Didius tres præfectos pr.fecit. pene ſemper duo præf.pr.fuere, vt Zozimus lib.2. Duo ſub Nerone & Othone, Tacitus lib.12. Ne prætorianarum cohortium cura expedirentur Lucius Geta, & Rufus Criſpinus. Turbo & Septimius clarus ſub Hadriano duo præfecti pr. Herodianus lib. 4. ἦσαν δὴ αὐτῷ ἐπάρχοντες τοῦ στρατεύματος δύο, ὁ μὲν πρεσβύτης καὶ σφόδρα γεγηρακὼς δοκῶν αὐδάεντι ὄνομα αὐτῷ, ὁ δὲ ἕτερος μακρῷ μᾶλλον ἐπιτήδειος: Caracallæ *duo erant præfect.prat. alter ſenex valde rei militaris peritus Audentus nomine, alter Macrinus.* Dio, cùm Chreſtus & Flauianus eſſent ὕπαρχοι αὐλῆς, Mammæa ἐπέτρεψεν αὐτοῖς ἀλπιανὸν ὑπηγούμενα. Item, ἀλπιανὸς κύριος τοῦ τῶν ὑπάρχων ἀρχῆς καθεστάμενος μόνος, *Vlpianus ſolus præfectus prætorio.* Primus Auguſtus C. Antiſtio, & Luc. Balbo Cos.duos præf.pr,creauit, vt Dio lib.55. præfecti aliquot, licèt equites lato clauo vſi ſunt, imprimis Seianus, cui prætoria inſignia dederat Tiberius, & Plautianus, qui vt Herodian.lib.3.voluntate Seueri ἠμφίεσο τὴν πλατύσημον. B

Præfecti pr. ex quib. aſſumi ſoliti.

Per initia igitur ex equitibus aſſumti præfecti, deinde ex aſſeſſoribus præfectorum, vt Spartian. in Peſcennino, & Lamprid.in Alexand. Imo & ſub Galba Cornelius Laco ex aſſeſſore præfectus præt.factus eſt, vt Sueton.in Galba c.14. Zozimus lib.2. ἡ δὲ τοῦ ὑπάρχων ἀρχὴ μὴ τὰ σκήπτρα νομιζομένη, ἐπὶ τοῦ σιτήσεων ἐποιεῖτο τὰς διανομάς, ἐπὶ τὰ φυλακὴ τῶν στρατιωτικῶν ὑπηκόμιλον ἀμβλυνόμενα τοῦ καθηκόντος ἐπανόρθωσι κολάσεσι. κωνσαντῖνος δὲ τὰ καλῶς καθεστῶτα κινῶν, μίαν ὄσαν εἰς τέσσαρας διέλε, καὶ ἄλλοις τρόποις ἐλαττώσας τὴν ἰσχύν ἐποίησεν, στρατηλάτας καταστήσας τοῦ μὲν τοῦ ἵππου, τοῦ δὲ τοῦ πεζῶν. εἰς τέτρας τε τὴν ἐξουσίαν διελών τάξεως στρατώτας, καὶ πυρρειδας τοὺς ἀμβλύνοντας μεταθεὶς ἐφιάλτην, καὶ ταύτης τοὺς παρόχους τοῦ ἀνθυπάτους. *Præfectura ſecundas poſt Imperatorem tenens, annonas erogabat, & quæ in diſciplina militari peccata erant, puniebat. Conſtantinus autem mouens quæ bene inſtituta erant, præfecturam, quæ vna erat, in 4.diuiſit, (Galliarum, Illyrici, Italiæ, Orientis) & alijs modis illam imminuere conatus eſt, magiſtros inſtituens alterum equitum, peditum alterum, in quos cùm tranſtuliſſet eius animaduertendi in militem, præfectis illud ademit: idem magiſtrum officiorum præfecit.* Domeſticis ac protectoribus, qui latus Imperatoris perpetuo ſtipabant. Idem lib.4 Rufinus μάγιστρον τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων, *Magiſter officiorum aulæ*, ὑπαρχον τοῦ αὐλῆς ἀποδεδειγμένον ῥαφῖνα, *Rufinus cùm præfectus aulæ inſtitutus eſt*, ſeu præfect.pr.præſentialis. Euagrius lib.3.c.42. μᾶρῖνα δὲ σύρα τοῦ κορυφαίων διέποντα τῶν ἀρχῶν, ὃν οἱ παλαιοὶ ὕπαρχον τοῦ αὐλῆς ἐκάλεν: *Cùm Marinus Syrus apicem dignitatum adminiſtraret, quem veteres præfectum prætorio dixere.* C

Magiſtri officiorum aliud genus.

Alius eſt magiſter officiorum de quo loquitur Zozimus in Iuliano: αὐτόνιον ὁ τῶν ἐπὶ τῷ αὐλῷ ἡγεμόνων τάξεων, ὃν καλοῦσι ῥωμαῖοι μάγιστρον, καὶ σαλούστιον ὁ τοῦ αὐλῆς ὕπαρχος, καὶ τῶν ἀμφὶ τὰ βασιλέα ταγμάτων, οὓς σκολαρίους προσαγορεύουσι: *Antonius magiſter officiorum & Saluſtius præfectus prætorio, & præpoſitus ſcutarijs*, qui Imperatorem ſtipant. Idem libr.2. Martinianus ἡγεμὼν τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων: *Dux palatinorum ordinum.* Cedrinus in Conſtantino, ὕπαρχον τοῦ ἑῴας, *præfectum prætorio Orientis.* Zozimus libr.4. ὁ τοῦ αὐλῆς ἔπαρχος κυνηγίου, καὶ τὰ τοῦ ἀρχῆς σύμβολα πέμψας αὐτῷ: *præfectus prætorij Cynegius, inſignia magiſtratus ad eum cùm miſiſſet.* Procopius 2. Perſ. ἔπαρχος αὐλῆς, ὃν ῥωμαῖοι στρατηγὸν καλοῦσι: *præfectus prætorio, quem Romani prætorem vocant.* Item Archelaus prius præfect. præt. tunc in exercitu quæſtor. Aulam ſæpe Græci prætorium vocant. Nouella Iuſtinianiani 29.præfectus prætorio τῆς ἀρχῆσι σιτήσεις, annonas magiſtratibus præbet. Caſſiodorus lib.6.for.3. D E

Dignitas præfecti pr. quanta olim fuerit.

Ioſeph primus huius dignitatis infulas conſecrauit, ipſe carpentum reuerendus aſcendit, ab illo namque patriarcha, & nunc pater appellatur imperij. Ipſum hodieq; reſonat vox pręconis inſtruens iudicem, ne ſe ſui patiatur eſſe diſſimilem: exhibet enim ſine pręſcriptione longinquos, magna quantitate mulctat errantes, fiſcum pro ſua deliberatione diſtribuit, euectiones ſimili poteſtate largitur, vacantia bona proſcribit, delicta iudicū prouinciarum punit, verbo ſententiā dicit, negotia ſine appellatione finire poteſt, ingreſſus palatiū noſtra cōſuetudine frequenter adoratur. Poteſtate igitur nulla dignitas eſt ęqualis, vice ſacra vbiq; iudicat, nullus ei miles de fori ſui auctoritate præſcribit, excepto officiali magiſtri militum.

Curiales

A Curiales verberat, in officio ſuo ius retinet ſingulare, & talibus tãtiſq; noſcitur iubere, quos etiam prouinciarum non audeant iudices in aliqua parte contemnere, militia perfunctis tribunorum, & notariorum honorem tribuit, & milites ſuos illis exæquat, qui inter proceres mixti noſtris conſpectibus obſecundant, palatium ſua prouiſione ſuſtentat, ſeruientibus nobis procurat annonas, humanitates quoque iudicibus ipſis facit, legatos gentium viuaces explet ordinationibus ſuis, & licèt aliæ dignitates titulos habeant præfinitos, ab iſta totum pene geritur, quicquid in imperio noſtro æquabili moderatione tractatur. Hanc denique curarum omnium pulcherrimam molem, &c. tribunal tuum ideo tam excelſum factum eſſe noueris, vt locatus ibi nihil humile, abiectúmque cogitares. Mæcenas apud Dionem ſuadet Auguſto, vt duos præfectos prætorio conſtituat, vt ſi alter ſequius quid cogitet, habeas alium, qui vigilet in tui cuſtodia: & conſtituantur illi ex equitibus, qui
B ſæpe militauerint, & res multas adminiſtrarint, & imperent cuſtodibus corporis tui, & militibus omnibus qui fuerint in Italia, vt in eos capite animaduertere poſſint. Item ἐπάρχους ἔχοντες, καὶ τοὺς ἐν τῇ θεραπείᾳ σε ὄντων, καὶ τῶν ἄλλων τοῦ λόγου τινὸς ἀξίων, *habentes præfectos inſuper Cæſarianis, & iis qui ſunt in tuo miniſterio, & reliquis qui ſunt in aliquo numero.* Cæſarianos vocat ſtipatores qui ſunt in miniſterio Cæſaris aulicos. Priuſquam Auguſtus Iuliam filiam in Pandatariam inſulam relegaret, ſecundo decennio *tunc primùm duos præfectos prætorio inſtituit: ſic enim*, ait Dio, *eos ſolos ex omnibus, qui alicui muneri præpoſiti erant, quando ita obtinuit, præfectos prætorio appello*, τότε πρῶτον ἐπάρχους τῶν δορυφόρων δύο ἀπέδειξε. ὅπω γάρ τοι αὐτὸς καὶ ἐγὼ μόνος τῶν ἐπαρχόντων τινὸς, ἐπειδήπερ συνενίκησεν, ὀνομάζω. Duo ſub Tiberio præfecti prætorio fuerunt, Strabo, & filius eius Seianus. Suetonius in Veſpaſiano Pellionem, præfectum caſtrorum vocat, vt Herodianus ὕπαρχον στρατοῦ.
C Plutarchus in Galba ſimpliciter ἔπαρχον. Seuerus primus Plautianum inſignibus conſularibus ornatum, cùm poſtea in Senatum induxiſſet, & conſulem deſignaſſet, quaſi ſecundùm conſul eſſet, eum conſulem primo loco renuntiauit, quod deinde in aliis obtinuit, ſi Dioni fides habenda eſt, ὑπατικῆς τιμαῖς τιμήσας, καὶ μήτε τοῦτο ἔς τε τὸ βουλευτικὸν εἰσαγαγὼν, καὶ ὕπατον ἀποδείξας, &c. Herodianus lib. 2. ſcribit Cleandrum τὴν τῶν στρατῶν ἀρχὴν εἰσχειρισθῆναι, præfectum prætorio factum, *imperium in exercitus accepiſſe.* Idem lib. 3. Plautianum ἐπάρχοντα στρατοπέδων vocat. Dio in Seuero, πλαυτιανὸς ὢν ἀδιαδικάστων τῷ σεβήρῳ, καὶ τὴν ἐπαρχικὴν ἔχων ἐξουσίαν, πλεῖστά τε ἀνθρώπων καὶ μέγιστα δυνηθεὶς, πολλοὺς μὲν τῶν ἐλλογίμων ἀνδρῶν, καὶ ὁμοτίμων ἐθανάτωσε, καὶ πολὺ πλείονα ἀπῴκ, ἢ τῷ σεβήρῳ πάντες ἔπεμπον: *Plautianus ſecundam poteſtatem habens à Seuero præfecturam prætorij nactus, plurimum omnium hominum poterat, multos autem homines prudentes & honoratos occidit, omnéſque longè plura ad ipſum, quàm ad Seuerum*
D *mittebant.* Veſpaſianus Arrio Varo, & Cornelio Fuſco ſimul prætoria inſignia dederat, vt Tacit. lib. 4. hiſtor. *Ea dignitate præditi, plus quàm cæteri omnes homines poterant.* Philoſtratus lib. 7. ἔχειν ταύτην ἢ τοῖς πολλοῖς μέγιστα δυνάσθαι δοκεῖ, καὶ μεῖζον, ἢ πάντα ὁμοῦ τῶν ἀνθρώπων. Cedrinus in Hadriano ἔπαρχον interpretatur ἄρχοντα τῶν δορυφόρων, *præpoſitum ſtipatoribus.* Turbo, inquit, ἔπαρχος γενόμενος, εἴτε οὖν ἄρχων τῶν δορυφόρων. Herodianus lib. 5. τοῖς στρατοπέδοις ἔπαρχον ἐπισῆσαι ὀρχησιλέω. lib. 6. ἔπαρχον δὲ στρατοῦ. Dio, ἔπαρχον δὲ δορυφορικοῦ. Suidas, ἔπαρχον τῶν πραιτωρίων. Plutar. in Galba. τὸ ἀυλῆς, καὶ τὸ δορυφόρων ἔπαρχον ἀποδεδεῖχθαι, *aulæ, & ſtipatorum præfectum declarari.* Ammia. dixit præfecturam prætorianam agere, præfecturæ prætorianæ iure prouinciam regere, præfectoriana præfecti poteſtate regere Orientem. Nicephorus in Gallieno lib. 6. c. 23. ἔπαρχον τὸ ὑψίστου ταγματος, *præfectum ſupremi ordinis* vocat. Euſebius lib. 8. hiſtor. ὁ τῶν στρατοπέδων ἄρχων γράμμασι, διατάγμασι δημοσίοις τὰς
E ἐν ἁπάσαις πόλεσι λογιστὰς, στρατηγὰς, ταβελλαρίους: *præfectus prætorio edictis, litteris publicis, omnes in omnibus ciuitatibus rationales, duces, tabularios.* Zozimus lib. 5. ſub Honorio. Baſilius ἐπάρχου ἀξίᾳ τετιμημένου, *præfecti dignitate honoratus.* Iulianus eminentiſſimum præf. prætorio vocat in epiſt. ἐξοχώτατος ἀνὴρ ἔπαρχος ἐμός. Euſeb. lib. 9. hiſto. eccleſ. Sabinus ſub Galerio ὁ τῶν ἐξοχωτάτων ἀξιώματι ὑπάρχων τετιμημένος. οἱ κατ' ἐπαρχίαν, prouinciales mandata per litteras ab eo accipiant, imperat. στρατηγοῖς, rectoribus vrbium, prætoribus, & rationalibus λογισταῖς. Sozomenus lib. 6. c. 3. ὁ τὴν ὕπαρχον ἐξουσίαν διέπων, *præfecturam prætorianam adminiſtrans.* Dio in Nerone, Burrus ἔπαρχος τῶν δορυφορικῶν. Spartian. in Hadriano, præfectus aulicæ domus. Dio lib. 57. Tiberius Macronem ἄρχειν τῶν σωματοφυλάκων κατεστήσας.

Origines huius ampliſſimę dignitatis arceſſit Caſſiodorus à Ioſepho, cui Pharao Ægypti adminiſtrationem commiſerat, lib. 8. ep. 20. præfecturæ prætorij principium per Ioſeph à beneficiis inchoauit, (ita lego, non à beneficis) nec immeritò legibus noſtris pater *Præfecti pr. vnde originem duxerint.*

prouinciarum, pater etiam prædicatur imperij lib.9. e.24. præfecturæ prætoriæ ſuggeſtum & inſignia vocat, & præfecturæ faſces,quam vectigalia procuraſſe indicat his verbis,lib.8. e.20. Iuſtis ac debitis compendiis noſtrum per te creſcat ærarium. Nouel.128. l.vlt. Cod. de canone largit. titul. l.vlt. c.de Ann. & trib. exigebant & ſingulas chlamydes à prouincialibus in 20. aut 30. iuga ſeu iugera,vel pro ſingulis veſtibus aureum l.1.C.de milit.veſte imperator Valentinian. & Valens A.A.Auxonio P. præt. omnes canonem veſtium ex Kal. Septembris ad Kal. Aprilis noſtris largitionibus tradi præcipimus. Imp. P. P. Valens,Gratianus, & Valentinianus A. A. A. Modeſto præf. P. prouinciæ Thraciarum, per viginti iuga ſeu capita conferant veſtem. Scythia & Myſia in 30. iugis ſeu capitibus, interim annua ſolutione dependant. Per Ægyptum & orientis partes in trecentis ternis iugis. Impp. Honorius & Theodoſ. A. A. Aſclepiodoto præfecto P. militaris adæratio veſtis à collatoribus exigatur, ſacratiſſimis videlicet largitionibus inferenda &c. Impp. Honor. & Theodoſ. A. A. palladio præf. P. l.1.C. de indictionibus lib.10. tit.17. Didrachmum impoſuerat in capita Auguſtus, quod poſtea remiſſum, l.1.10 C.de agric. & cenſit. Hieronym. in c.17. Matt. Apud Caſſiodorum præfectus P. illationum fiſcalium curam annua feſtiuitate reparabat per canonicariam, lib.1. ep.10. Arcarium habebat, qui ſolidos integri ponderis daret. A B

Præfecti prætorio àre militari immunes.

Poſt Conſtantinum magnum præfecti prætorio rarò rem militarem attigere, vectigalia eorum fidei commiſſa. Magiſter officiorum palatinis ordinibus, domeſticis, & protectoribus, aulicis denique omnibus præerat, cui comites ac tribuni domeſticorum, & protectorum,ſtipatoribus præfecti parere iubebantur.Ideo apud Euagrium lib.4 Iuſtinus Thrax comes excubitorum, ἡγεμὼν τῶ ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων, appellatur. Procopius lib.1. Perſic. Ἀρεόβινδος ὁ ἑῴας φρατηγὸς, ἢ τῶ ἐν παλατίῳ ταγμάτων δεχηγὸς κέλερ μάγιστρον καλέσι, ἢ οἱ τῶ ἐν Βυζαντίῳ φραιπωτῶν ἄρχοντες, *Areobindus Orientis prætor, & Celer dux ordinum palatinorum, magiſtrum appellant officiorum, & Patricius ac Hypatius, militum qui erant Byzantij duces.* μάρκον τὸ τῶ ἐν παλατίῳ Φυλάκων ἄρχοντα, *Marcum ſtipatorum palatinorum comitem.* C

Magiſter officiorum præfect. pr. dignitate inferior.

Magiſter officiorum quanquam palatinis omnibus ordinibus præfuit, præfecto tamen pr. inferior dignitate fuit, vt Ambroſ.ep.53. Rufinus ex magiſtro officiorum factus eſt, in conſulatu præfectus prætorio, ac per hoc plus poſſe cœpit. Magiſter offic. inferior fuit præfecto vrbi. Caſſiodorus lib. 3. ep.12. Illuſtris Argolicus, qui fuerat comes ſacrarum largitionum, & magiſter officiorum, fit præfectus vrbi. Euagrius maximum tribunal præfectorum pr. vocat lib.1. c.19. κῦρος ὡς τὸ μέγιστον τῶ ὑπαρχων αὐτεπόθη θρόνον, ὃν ὕπαρχον τὸ αὐλῆς καλέσι, ἢ τὸ ἑωσφόρων ἡγήσασθαι δυνάμεων, *Cyrus ad maximum tribunal præfectorum euectus eſt, quem præfectum prætorio vocant, & occidentis exercitibus præpoſitus.* Procopius lib.1.Perſ. τὸ αὐλῆς ἔπαρχον, præfectum pr. vocat. Sub Iuſtiniano τὸ αὐλῆς ἔπαρχος, Ioannes. Φώκαν ἄνδρα πατρίκιον ἔπαρχον τὸ αὐλῆς κατεστήσατο. Apud eundem lib.1. Vandalico, ἡγεμὼν ἐξκυβιτώρων dicitur, *comes excubitorum*, non præfectus pr. Θεοδώρον ὃς τῶν ἐξκυβιτώρων ἡγεῖτο. ἅτε δὴ τὰς Φύλακας ῥωμαῖοι καλέσι. Sic & lib.2. Gotth. ὁ μάρκελλος τῶν ἐν παλατίῳ φυλάκων ἦρχεν. Euſebius lib.10. hiſtor.eccleſ. meminit vicarij præfecti prætorio. παλατίκιος τῷ ἐπαρχείῳ (ita lege, non ἐκκλεσίῳ, τῶ ὑπάρχων) Sozomenus lib.5. Euſebium vocat, τὸ μάζονα τὸ βασιλικῆς αὐλῆς. Alius fuit à præfecto. Diaconus lib.11. Euſebium præſidentem imperiali cubiculo. Procopius præfectum prætorio prætorem lib.1. Vandal. ὅτε τὸ αὐλῆς ὕπαρχος ὃν τε πραίτωρα καλέσι ῥωμαῖοι, *præfectus aulæ, quem prætorem Romani vocant.* Per prætorem intelligit prætorio præfectum. Ammian. præfecto pr. tribuit ſummam agendarum quæſtionum. Ius reddebat in Metropoli, cùm ſecundas in imperio partes teneret, vt ait Caſſiodorus. Socrates lib. 2. Conſtantius *mittit ad præfectum prætor. Philippum, vt qui plus alijs magiſtratibus poſſet, & ſecundus ab imperatore haberetur,* ἀποστέλλει τῷ ἐπάρχῳ Φιλίππῳ ὡς μείζονα τῶν ἄλλων ἀρχόντων τὴν ἐξουσίαν κεκληρωμένῳ, δεύτερον ἢ μὴ βασιλέα χρηματίζοντι. Auſonius ep.3, de Probo P. P. D E

Qui ſolis exceptis tribus
Heros Heroum primus eſt,
Prætorióque maximus.

Tres illos Valentinianum, Valentem, Gratianum intelligit. Sozomenus lib.6. c.18. ὁ καθ' ὅλα ὕπαρχον καὶ ὁ σατράπης ἔπληξε, alapam impegit præfecto prætorio.Procopius 3.Gotth. σὺν ἀθανασίῳ τῷ τῶν πραιτωρείων ὑπάρχῳ.

Præſentialis magiſtri dignitas.

Alius à præfecto præt. fuit præſentialis magiſter militum, qui in comitatu imperatoris perpetuò E

A perpetuò erat. Simocata cap. 7. lib. 1. Commentiolus victo hoste στρατηγὸς ὑπὸ τ̃ αὐτοκράτορ@ αὖθις χειροτονηθεὶς ἀποστελλε῀, καὶ ῥωμαϊκῆς ἀξίας λαμπρυνε῀, τῶν τε θριαμβικὰ τ̃ ἐν ῥωμαίοις λεγομένων ἔνοπλον ἡγεμονίας τιμὴν ἀποφέρε῀, *Prætor exercitus ab imperatore iterum creatus mittitur, & dignitatibus Romanis ornatur, & armatum honorem præsentialis magistri consequitur.* Mamertin. Panegyr. Iuliani. At cùm me prætoriis præfeciſti, & prouincias de te egregiè meritas meæ fidei, tutelæque mandaſti, quem tanta poteſtate ſuccinxeras. Sozomenus lib. 7. c. 13. ἐπίτροπο ἦ τ̃ πραγμάτων τῶν διοικησιν ὕπαρχ@ ὧν πρὸ@ ὑπατικὸς ἀνὴρ, ſub Valentiniano fratre Gratiani Probo Vero conſulari præfecto pr. ſumma rerum in Italia commiſſa erat. τ̃ καθόλου λόγων ἔπαρχον appellat Euſebius lib. 7. hiſtor. eccleſ. ſub finem. Peucetius Galerio cariſſimus τριὸν πατ@, καὶ τ̃ καθόλε λόγων (καθόλου lego) ἔπαρχ@ πρὸς αὐτὸ καθιερώμ@, *ter conſul, ab eo exercituum præfectus conſtitutus erat.*

B Poſt Conſtantinum magnum præfectorum pr. præcipuum munus fuiſſe oſtendimus, vt vectigalia curarent. Simocata lib. 7. Georgius *præpoſitus erat vectigalibus orientis exigendis, quem præfectum pr. vocant,* τ̃ τ̃ ἑῴων πόλεων φορολογίας τῶν ὑπισχνεῖσθαι ἐπέκτησ@, τὸν πραιτωρείε ἔπαρχον ὀνομαζόμενον ῥωμαῖοι. Item lib. 8. ὅτος καὶ τῶν ἡγεμονίαν τ̃ φόρων τ̃ ἑῴας πρὸς τινὸς καιρὸν ὑπὸ τ̃ αὐτοκράτορ@ ἀπειλήφ῀, ὃν ἔπαρχον πραιτωρείων εἰώθασιν ὀνομάζειν: *Iſte præfecturam vectigalium Orientis aliquot ante diebus ab imperatore acceperat, quem præfectum pr. vocant.* Suidas ἔπαρχ@ πραιτωρείων τῶν ἑῴων τ̃ φορολογίας τῶν ὑπισχνουμένων ἔχων πρὸς ῥωμαίοις, *præfectus pr. qui vectigalibus Orientis exigendis præerat.* Symmachus lib. 1. e. 55. ad Probum P. P. curas ac vigilias tuas communis patriæ copia ac ſocietate ſentimus. Victor in Veſpaſiano c. 7. conqueritur ſuo ſæculo præfecturam P. factam fuiſſe nomen rapax annonæ ſpecie, quia frumenta colligebat in alimoniam vrbis. l. annonam c. de erogat. milit. ann. Nouel. 8. *Vectigaliorũ cura præfectis prætorio mãdata.*

C 28. l. omnes. c. de epiſ. & cler. Trebellius in Claudio. Tituli præfecturæ pr. ad vectigalia exigenda ſpectabant. Caſſiodorus lib. 12. Vniuerſi præfecturæ titulos adminiſtrantibus ſeruent tempus præfixum à rerum dominis. lib. 9. e. 24. ad P. P. perquire omnia ad titulos præfecturæ pertinentia, quæ aliorum viſa eſt fraudare cupiditas. lib. 2. ep. 16. ab eo perfectum, vt & fiſcus creſceret, & priuata vtilitas nulla damna perferret. Senſimus auctas illationes, vos addita tributa neſcitis. Item, in tertiarum deputatione vectigalium, Romanorúmque poſſeſſiones iunxit & animos. Ad vectigalia & ſumptus in officio præfecti pr.

Fuit arca, & arbiter arcæ P. P. de qua l. 9. & vlt. C. Theodoſ. de indulg. debit. Caſſiodorus lib. 1. ep. 10. Arbiter arcæ habeat iuſtas conſuetudines ſuas. Præfecti item pr. mittebant comitem largitionum, aut comitem priuatorum κατηρητὴν ἐν ἐπαρχίαις, *qui vices ſuas* D *ageret in prouincijs*, quod vetuit Iuſtinianus. Militibus numerabat ſtipendia, & annonas miniſtrabat. Procop. 1. Vandal. ὕπαρχος, ὃν χορηγὸς τ̃ δαπάνης ὀνομάζου@. Præfectus & ſumptuum adminiſtrator. Archelaus ἀνὴρ ἐς πατρικίους τελῶν. ἤδη μὲν τ̃ αὐλῆς ὕπαρχος ἔν τε βυζαντίῳ καὶ ἰλλυρίοις γεγονὼς, τότε ἦ δ῀ στρατοπέδε καταστὰς ὕπαρχος. ἔτι γὰρ ὁ τ̃ δαπάνης χορηγὸς ὀνομάζε῀. Archelaus *in patricios allectus. Iam enim præfectus P. fuerat Bizantij & in Illyrico*, tunc exercitibus præfectus. Sic enim vocatur is, qui ſumptus miniſtrat. Item, ὁ τ̃ αὐλῆς ὕπαρχος ἰωάννης ἔτω δυνατὸς εἰς τ̃ προσόψιν, εἰς τ̃ δημόσιον ὀλιγοῦσαν χρήματα ὑπὸ λύμης αὐθρώπων, ὡς οὐκ ἂν ποτε ἔγωγε φράσαι ἱκανῶς ἔχοιμι, *Ioannes præfectus P. tam acutus & ingenioſus in rationibus repericndis, quibus pecuniæ in ærarium inferrentur in hominum pernicem, vt oratione veteratorias eius artes exponere non poſſim.* Caſſiodorus in pref. variar. Ipſas quoque noctes inexplicabilis cura præfectum pr. circumuolat, ne deſit alimonia ciuitatibus, quæ ſupra omnia E populi plus requirant, ſtudentes ventri. Hinc eſt quod cogimur animo per cunctas ire prouincias, & iniuncta ſemper inquirere, quia non ſufficit agenda militibus imperare, niſi hæc iudicis aſſiduitas videatur exigere. Item præfectum te prætorianæ ſedis omnes nouerunt, cui dignitati occupationes publicæ velut pediſſequæ, ſemper aſſiſtunt. Ab hac exercituales flagitentur impenſæ, ab hac victus quæritur ſine temporis conſideratione populorum. *Trafectus prætorio arcæ arbiter.*

Præfecto pr. apparitio fuit. Iulianus anteceſſor Nouel. 88. apparitionem quoque ei dedit ad imitationem quondam præfecti pr. id eſt, ſcriniarios, & ab actis, & Commentarienſes, & lampadarios, & omnem deinceps ordinem. Apparitio prætoriana dicitur Ammiano lib. 16. Apparitionis prætorianæ præfectus lib. 14. Rufinus apparitionis præfecti prætorio tunc princeps. *Apparitio prætoriana.*

Apparitores vocantur milites Caſſiodoro lib. 1. for. 7. Si præſulem ademeris, militem non relinquis. lib. 12. præfecti pr. milites ſedis noſtræ exactores, ſuſceptores. Iidem dicuntur *Apparitores & prætoriani milites.*

dicuntur prætoriani, quibus aliquid pendebatur ab iis, qui codicillos magiſtratuum acci- A
perent, Nouel. 29. Imperator enim ad præfectum prætorio ſcribebat de omnibus magiſtratibus quos inſtitueret, quia per eius officium accipiebantur, & aliquid ſuffragij nomine pendebatur prætorianis κελεύομεν μὴ ἄλλως ἰσχύειν θεῖον τύπον περὶ δημοσίων γινομένων πρὸς τὰς δίκας, ἢ ἀνυβδάλιον, ἢ ἄλλως, εἰ μὴ ἦν τοῦτο ἐμφανὲς τοῖς τῶν πραιτωρείων ὑπαρχοις. Nouella tamen 152. vetitum ne quid ſuffragij nomine prætorianis penderetur. Caſſiodorus lib. 11. ep. 6. Apparitio tollitur, quoties qui iubere poterat, abrogatur, lib. 7. e. 7. militiam de quouis munere & officio vſurpat. lib. 11. e. 6. miles ad ſecreta iudicis proximatus, præſulis ſui formam aut ornat, aut maculat. promotiones officij prætoriani Natali Domini fiunt, iuxta matriculæ ſeriem vulgant totam ſeriem, vt Caſſiod. lib. 11. e. 17. Protomandator erat in officio præf pr. Cedrenus πρωτομανδάτωρ ὑπηρέτησε ἐπάρχῳ τῶν ἑῴων.

Leges ab imperatore per præfectum prætorio latæ.

Imperator interdum per præfectum prætorio leges ferebat Sozomen. lib. 6. c. 3. Iouianus, προσεφώνησε τῷ τότε τὴν ὕπαρχον ἐξουσίαν λέγοντι, χθιζὴν νομοθεσίαν εἰς κεφαλὴν παρανόμως ἐξηκολουθοῦσαν τὴν ἱερὸν παρθένον μνᾶσθαι πρὸς γάμον προερωμένους, *mandauit præfecto prætorio generalem legem ferre capitis pœnam irrogantem ei, qui virginem Deo ſacram vxorem ducere conaretur.* B

Appellari à præfecto prætorio olim non poterat.

Ab eo per initia non potuit appellari. Conſtantinus lib. 16. C. Theodoſia. de appellat. A præfectis pr. qui ſoli vice ſacra cognoſcere verè dicendi ſunt, prouocari non ſinimus, ne iam noſtra contingi veneratio videatur. l. 1. §. 1. ff. de offic. P. P. præfecti pr. auctoritas in tantum meruit, vt ab iis appellari non poſſit, l. 1. c. de ſent. P. P. Diocletianus ac Maximianus aiunt litigantibus in ampliſſimo præfecturæ P. iudicio, ſi contra ius ſe læſos affirment, non prouocandi, ſed ſupplicandi licentiam miniſtrare. leges certè præfectus P. condere non poteſt, ſed generalem formam prioribus legibus, aut conſtitutionibus conſentaneam C
promulgare, leg. 2. C. de off. P. P. Illyr. præfectus item iudices inſtituere, remouere, alios ſubſtituere poteſt, l. 9. D. de aduoc. diuer. iudic. l. 3. de offic. P. P. Orient. l. 2. de officio eius qui vic. & in hac diſquiſitione P. P. merum plene habuit imperium. Idem annonas erogabat, Zozimus lib. 2. τὴν σπόρεων ἐποιεῖτο τὰς ὑποδόσεις. vnde & Domitius præf. P. ad Gallum Cæſarem apud Ammian. lib. 15. proficiſcere vt præceptum eſt Cæſar, ait, ſciens quòd ſi ceſſaueris, & tuas, & palatij tui ceſſare iubebo propediem annonas. Idem mandata prouinciarum rectoribus dabat. Paulinus in vita Ambroſij, Probus P. P. dixerat Ambroſio proficiſcenti, cùm mandata ab eo darentur vt moris eſt, vade, age non vt iudex, ſed vt epiſcopus.

D

CAPVT III.

De Tribunali, Carpento, & gladio præf. P.

Inſignia præfecti prætorio.

INSIGNIA præfecti præt. carpentum fuit, tribunal, & gladius. Carpenti & tribunalis meminit Caſſiod. lib. 6. formula 3. lib. 9. e. 14. Tribunal vocat ſuggeſtum præfecturæ pr. præt. Carpentum vtérque præfectus P. & vrbi habuit. Ammia. l. 29. rectori prouinciæ carpentum iudiciale tribuit. Imò & ipſi imperatori lib. 16. Conſtantij carpentum aureum fulgenti claritudine lapidum variorum. Symmac. præfectus vrbi lib. 10. ep. 17. peregrinum, ac ſuperbum vehiculum de- E
precatur, priuato contentus, vehiculúmque cuius cultus eſt inſignior.

Tribunalis præf. pr. in auditorio forma.

Certè in auditorio præfecti prætorio, non carpentum, ſed tribunal eſſe oportuit, quod excelſum fuiſſe docet Caſſiodorus lib. 6. for. 3. Tribunal tuum ideo tam excelſum factum eſſe noueris, &c. fuit arcuata forma, vt Vitruuius lib. 5. c. 1. In æde Auguſti tribunal eſt Hemicyclij ſchematis minoris curuatura formatum. Eius autem Hemicyclij in fronte eſt interuallum pedes 46. introrſum curuatura pedes quindecim, vt qui apud magiſtratum ſtarent negotiantes in baſilica non impedirent.

Ius olim à magiſtratu pro tribunali dictum.

Olim certe maiores magiſtratus pro tribunali ius dicebant. Apuleius lib. 1. Floridor. Præco cum proconſule & ipſe tribunal aſcendit, & ipſe togatus illic videtur, & quidem perdiu ſtat, aut ambulat, aut plerunque contentiſſimè clamitat. Enimuero ipſe proconſul moderata voce rarenter, & ſedens loquitur, & plerunque de tabella legit. Doctiſſimus Sauaro iudiciale carpentum arbitratur ſucceſſiſſe in locum tribunalis, & apud Caſſiodorum

A dorum tribunal excelſum de carpento illo exaudiendum, quemadmodum & tribunal ſublimium poteſtatum apud Sidonium lib. 1. e. 1.

Carpēti iudicialis & tribunalis differentia.

Exiſtimem carpentum iudiciale dici, quod eo iudices vterentur, qui inter eundum quiritanti populo ius è carpento dicere potuerunt: ſed aliud fuit carpentum, aliud tribunal. De carpento ſeu vehiculo præfecti pr. Caſſiod. lib. 2. inſtit. diuin. ſi præfectum vox præconis enuntiet, ſi carpentum ipſius ſtrepentibus rotis tranſire noſcamus. Vopiſc. in Aureliano, iudiciale carpentum vocat. Vehiculo, inquit, ſuo me, & iudiciale carpento præfectus vrbi vir illuſtris accepit. D. Hieronymus ep. ad Ruſticum, tumentia verba trutinantur, vt ſi præconem addideris putes incedere præfecturam. dicitur & carruca l. 1. de honora. vehic. C. Theod. & C. Iuſtinia. vt omnes honorati ſeu ciuilium, ſeu militarium dignitatum intra vrbem ſacratiſſimi nominis ſemper vterentur vehiculis dignitatis ſuæ, id eſt,

B carrucis biiugis. Sed aliud eſt carpentum, aliud tribunal. Aſſeſſoribus locus in tribunali aſſignabatur vbi ſederent, præconibus vbi ſtarent. Apuleius Florido 1. In carpento locus non fuit præconi. Præibat modò & admonebat obuios, vt animaduerterent, de via decederent, aſſurgerent.

Scribæ locus in tribunali.

Imò & ſcribæ locus fuit in tribunali. Valerius lib. 5. c. 7. In cornibus tribunalis ſcribæ locus humilis. Tacitus lib. 2. Nec patrum cognitionibus ſatiatus Tiberius, iudiciis aſſidebat in cornu tribunalis. Delegati enim iudices ſubſellium habuerunt, non tribunal, ordinarij tribunal, l. 1. D. de re iudicata. Aſconius Diuinat. in Verrem, minores magiſtratus non in tribunali iudicant, ſed in ſubſelliis. Baſilius lib. 4. examer. Adde diuitiis ciuilem quoque potentiam, & honores delatos à principibus, gentium adminiſtrationes, militum magiſteria, præcones honorifica voce perſonantes ante ipſum, faſciúmque geſtatores,

C hinc & inde proſequentes.

Forum præfecti prætorio.

De foro præfecti pr. Nouel. 128. ἐν δικαστηρίῳ τῆς ἐνδόξου διοικήσεως ἐνδοξοτάτων ἡμῶν ὑπάρχων φανερὸς, *in foro cuiuſque diœceſeos glorioſiſſimorum præfectorum noſtrorum palam fieri.* Habuerunt igitur forum, tribunal, ſeu ſuggeſtum, aſſeſſores, carpentum. Caſſiodorus lib. 9. e. 24. Ab indictione 12. in præfecturæ prætorianæ te ſuggeſtu atque inſignibus collocamus.

Aſſeſſores & conſiliarij vicariorū præf. pr.

Ipſi etiam præfectorum p. vicarij, aſſeſſores habuere, & conſiliarios. Sidonius ep. 6. lib. 8. Cùm quæ regit prouincias, faſcibus Nicetiano regeretur præfectura conſilio. Caſſiod. lib. 8. ep. 10. Defenſorem omnium ſuis tractatibus adiuuabat, & miniſtrando conſilium regebat ipſe rectorem. Aſſeſſores ex primoribus aduocatorum aſſumpti. Sidonius ep. vlt. lib. 1. & epiſt. 3. item lib. 5. e. 10. Valfridus Strabo, habent, inquit, & poteſtates ſæ-

D culi conſiliarios in domeſticis. Claudianus Panegyr. Manlij munus præfecti pr. his verbis explicat,

Non te parte ſui, ſed in omni corpore ſumpſit
Imperium, cunctáque dedit tellure regendos
Rectores, Hiſpana tibi, Germanáque Tethys
Paruit, & noſtro diducta Britannia mundo,
Diuerſóque tuas coluerunt gurgite voces.
Lentus Arar, Rhodanúſque celer, & diues Iberus, &c.
Vnius fit cura viri quodcunque rubeſcit
Occaſu, quodcunque dies deuexior ambit.

E

Præconis miniſterium.

Sed de præconis miniſterio Seruius ad lib. 2. Æneid. quatuor erant apud Romanos, quæ ad honorificentiam pertinebant, è quo deſilire, caput aperire, via decedere, adſurgere. Hoc etiam præcones præeuntes magiſtratus clamare dicebantur. Ambroſ. Exam. lib. 3. clarus honoribus, præeminens poteſtatibus, tribunalibus celſus, ſolio ſublimis, beatus populis æſtimatus, dum clamore præconis deducitur. Iſidorus, Tribunal locus eſt ſublimis & editus, in quo confidentes magiſtratus ius dicunt. Præconis autem vox in iudiciis tum publicis tum priuatis adhibita, Caſſiodoro teſte lib. 11. e. 3. l. vlt. C. de feriis. l. 2. de iure immunit. Fabi. lib. 6. c. 4. inſtituit. Euſebius lib. 4. eccl. hiſt. c. 15. Liuius lib. 45. Tribunal Romanorum terrorem incutit, ſummotior aditus, præco, accenſus. Silentio per præcones facto. Locum aſſignatum diximus in tribunali aſſeſſoribus. Valerius Max. lib. 3. c. 7. Locum ei in tribunali aſſignauit, & eum in conſilium adhibuit. Suetonius in Tiberio, c. 32. Et ſi quem reorum elabi gratia rumor eſſet, ſubitus aderat, iudicéſque aut è plano,

aut

aut è quæstoris tribunali, legum & religionis, & noxæ, de qua cognoscerent, admonebat. A
vnde πρὸ βήματος, & χαμόθεν, pro tribunali, & de plano cognoscere inter se opponuntur. l.1.ff.de constitut.Princ.Gellius lib.1.c.22.tribunal prætoris assistere. Pro tribunali sedere, l.7.ff.de in integ.restit. Pro tribunali adire l.2. C.quemadmod.test.pro tribunali iura reddere.Suet.in Vitel.c.9. Plinius e.10. lib.1. Sedeo pro tribunali, subnoto libellos.

Sella curulis in tribunali. In tribunali sella curulis fuit. Martia. lib.11.e.99.

Sedeas in alto tu licèt tribunali,
Et è curuli iura gentibus reddas.

Prudentius,

Fronte sub aduersa gradibus sublime tribunal
Tollitur. B

Cicero lib. 4. in Verrem, properans de sella exiuit, hominem condemnauit. palam de sella & tribunali pronuntiauit. Suetonius in Augusto, ipse ius dixit assidue lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans. In Galba, Castrensem sellam de more positam pro tribunali. Aliud fuit in Consistorio iudicare, de quo Spartianus, Hadrianus, inquit, cùm iudicaret in Consistorio, habuit non amicos suos, aut comites solùm, sed Iurisconsultos, & præcipuè Iulium Celsum, Saluium, Iulianum, &c. Sed de tribunali præfecti præt. Sidonius lib.1.ep.11. Nam vacante aula, turbatáque Rep. solus inuentus est, qui ad Gallias administrandas fascibus prius quàm codicillis ausus accingi, mensibus multis tribunal illustrium potestatum præfectus spectabilis ascenderet. Agathias lib. 4. Sub Iustiniano maiores magistratus de criminibus pro tribunali cognouisse indicat his verbis, ἢ τοίνυν ὁ ἀθανάσιος ὅπη ἥκοι τινὸς ὑψηλοῦ καθήσοιτο βήματος χλαμύδα ἐνειμμένος ὥσπερ ἀμελεῖ οἱ ἀστικώτατοι τῶν ἡγεμόνων. παρῆσαν δὲ αὖπερ αὖ ἄνδρες γράφειν τε ἐς τάχος πεπαιδευμένοι, καὶ ὑπηρεσιάδαι αὐαλέγωσσοι τὰ γεγραμμένα, ἄλλοι τε ὑπηρέται σοβαρόφρονες καὶ ἐμβριθεῖς καὶ δαιμονέστεροι τὰ τῶν δικαστηρίων κομψείας, κήρυκές τε μεγαλόφωνοι, καὶ οἱ τῶν μαστίγων ὑπασπισταί: *Igitur Athanasius, qui cognoscebat de cæde Gubazæ regis Colchorum, in tribunali quodam præcelso sedebat, decenter chlamyde amictus, vt qui sunt maximè vrbani inter magistratus. Aderant ei notarij, qui celeriter scriberent, & summa linguæ volubilitate, ac cursim scripta relegerent, alijq; ministri truculentiores, terribiles, asperi, peritiores pompæ iudiciorum ac scenæ, & præcones clamosi, & qui flagellis præpositi erant.* C

Sententia quomodo à præf. præt. pronuntiari solita. Pro tribunali autem sedens præfectus prætorio, sententiam non pronuntiabat ex tabella, sed verbo l.2. C.de sent.ex breuic.recit. Cæteri pronuntiabant ex tabella, vt Apuleius sub finem lib.1.Florid. Symmachus li.1.e.27. His cunabulis prætorio præfectorum auctoritas initiata in tantum meruit augeri, vt appellari à præf.pr.non possit, l.1. ff.de offic. P.P. Cassiodorus lib.16.form.3. Theodorus Hermopolit. ἔκκλητος οὐκ ὄντι κατὰ τὴν βασιλικὴν ἀποφάσεως, οὐδὲ κατὰ τὸ ὑφ' ὑμῶν συγκλητικὸν, οὐδὲ κατ' ἀποφάσεως ἐπάρχου πραιτωρίων: *Appellatio non est à sententia imperatoris, nec à sententia senatus, aut præfecti prætorio.* Idem, Præfecti, inquit, prætorio sua sententia restituunt in integrum, καθ' ἰδίας ὑφ' ὑμῶν ἀποκαθιστῶσι. Alibi tamen ostendit potuisse appellari à P. P. ἐὰν κατὰ τὸν ἔπαρχον τῶν πραιτωρίων ἐπεδόθη ἔκκλητος, ὁ ἔπαρχος τῆς πόλεως σὺν τῷ κρατίστῳ αὐτοῦ ἀκούει: *Si appellatum fuerit à sententia P. P. Præfectus vrbis vnà cum quæstore cognoscit.* Postea subiungit, *Olim duo erant præfecti prætorio, vnus Orientis, alter Occidentis, quibus parebant prætores legionum, & seruabantur ab illis P. P. sententiæ, & ipsis iudicantibus assistebant milites cum gladijs, & ab eorum sententia non appellabatur, sed negotia iterum tractabantur apud eosdem*: τὸ παλαιὸν δύο ἦσαν ἔπαρχοι τῶν πραιτωρίων, εἷς τῶν ἀνατολικῶν, καὶ ἕτερος τῶν δυτικῶν, οἷς ὑπέκειντο οἱ τῶν στρατῶν πραίτωρες, οἳ ἐπεστοῦντο κατ' ἔκκλητον παρ' αὐτῶν αἱ τῶν πραιτωρίων ψῆφοι, καὶ βεῖσαντο αὐτοῖς δικάζεσι ξυμφόρως καὶ κατὰ τὴν αὐτῶν ἀποφάσεως ἔκκλητος οὐκ ἐζητεῖτο, ἀλλ' αὐαφλάφησις μόνον. D

Auditorium præfecti prætorio. Præfectus autem prætorio non tantum habuit tribunal, sed etiam auditorium vbi causæ auctæ. Paulinus in vita Ambrosij, qui professus in auditorio præfecti prætorio ita splendidè causas perorabat, vt eligeretur à viro illustri Probo, tunc præfecto prætorio ad consilium tribuendum. ἀκροατήριον dicitur actor. c. 2. Auditorium præfecti prætorio l.40. ff. de reb. creditis, Ambros. in orat. funebri de obitu fratris, Quàm incredibili administratione in auditorio præfecturæ sublimis emicuit. Sic auditorium præfecti vrbis, l.18. ff. de appellat. C. Theodos. Auditorium sacrum amplitudinis Præfectorianæ, vel vrbanæ Præfectorianæ l. 67. de appellat. C. Theodos. Auditorium procuratoris Africæ, l.3. eod. E

De

A De carpento, tribunali, foro, & auditorio præfecti prætorio diximus, superest vt de gladio dicamus, quem Licinio Suræ præfecto præt. porrexit Traianus apud Dionem, ὅτε πρῶτον τῷ μέλλοντι τῶν δορυφόρων ἐπάρξειν τὸ ξίφος ὁ παραζώννυσθαι αὐτὸν ἐχρῆν ὤρεξεν, *quando primùm Augustus ensem porrexit, quo accingi oportebat eum*, qui stipatoribus præficiebatur. Apud Herodian. lib.3. παρηώρητό τε αὐτῷ ξίφος, καὶ παντὸς ἀξιώματος σχῆμα ἔφερε μόνος. Plautianus P. P. *suspendebat sibi ensem è baltheo, & solus dignitatis omnis speciem gerebat.* Philostratus lib.4. c.14. Apollon. τιγελλῖνος γὰρ ἐφ' ᾧ τὸ ξίφος ἦν τοῦ νέρωνος ἀπήλασεν αὐτὸν, Tigellinus enim cum Sabino P. P. erat, paulo post *Tigellinus in cuius potestate ensis erat Neronis abegit eum.* Sabinus *imperauit, vt gladium poneret*, προσέταξεν ἀποθέσθαι τὸ ξίφος. Apud Herodianum Philosophus in scena Commodum alloquens, ἐπίκειται γάρ σου τῷ αὐχένι τὸ τῶν περεννίου ξίφος, *imminet tuis ceruicibus Perennij gladius.* Iustinianus vicario Ponticæ ξίφους ἄδειαν B dedit, *gladij potestatem.* Nouel. de vicariis Pontic. Præsides in prouinciis gladiis accincti, mero imperio, & gladij potestate vsi sunt. Proconsules gladij ius habuerunt gladio tamen accincti non fuere, l.illicitas ff. de offic. præsid. Statius lib.3. Syluar. in lacrymis Hetrusci per Ausonios enses P. præfecturam intelligere videtur:

Gladius præfecti prætorio.

Nec vulgare genus, fasces, summámque curulem
Frater, & Ausonios enses, mandatáque fidus
Signa tulit.

CAPVT IV.

C

De 4. præfectis pr. à Constantino magno institutis, & de præfecto pr. Africæ à Iustiniano instituto.

ZOZIMVS lib. 2. scribit, Constantinum Magnum 4. præfectos pr. instituisse, Galliarum, Illyrici, Italiæ, Orientis, quibus militaria munera ademit, vectigalium curam attribuit, cùm in magistros equitum, & peditum rei militaris administrationem transtulisset, & magistrum officiorum, tum verò comitem ac tribunum domesticis protectoribus præfecisset. Postea tamen præfecti prætorio aliquod in milites imperium acceperunt narrante Cassiodoro lib. 6. form. 3. & Si- D donio car.7.

Præfecti prætorio quot, & à quibus instituti.

Sed dum me nostri princeps modo maximus orbis
Ad lituos post iura vocat, voluitque sonoris
Præconem mutare tubis.

Præfectus pr. Africæ institutus est à Iustiniano, cùm Africa per Belisarium VVandalis erepta esset. Orientis præfectus prætorio dignissimus fuit, de quo Symma. li. 1. e. 1.

Attica palla tegit socerum, toga picta parentem,
Præfuit ille sacris, hic dixit iura Quiritis,
At mihi Castrensem quod mordet fibula vestem,
E *Auroræ in populis regum prætoria rexi,*
Si fasces prætura tacet, tu respice fastos.

Prætorio enim præfecti chlamydati erant fibula aurea chlamydem astringente. Ammianus lib.16. Rufinus primus præfectus prætorio. Is autem præerat Orienti, quare plurimùm in comitatu Principis præsidebat. Sidonius ep. 7. lib. 1. Præfecturam primam gubernauit. consule l. 19. C. de Numerariis, l. 2. C. de militari veste. Euagrius lib. 4. c. 32. εἷς τις τὴν ἑώαν ἐπιτροπεύων ἀρχὴν ἐπεὶ ἐνίους τῶν νεωτεριζόντων νεύροις ἐσωφρόνισεν, Constantinopoli *vnus aliquis* præfectus prætorio *Orientis, quando nonnullos res nouas molientes neruis castigauit.*

Præfectus enim prætorio agebat Constantinopoli, sicuti præfectus Italiæ in comitatu Principis, l. 32. C. de appellat. Socrates lib. vlt. Thalasius τὴν ὕπαρχον χειρίσας ἀρχὴν τῶν ἐν ἰλλυρικῷ ἐθνῶν: μέλλοντι δὲ τῶν ἑώων ἐθνῶν ἐγχειρίζεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως φροντίδα. Præfectus prætorio *Illyrici, cùm ab imperatore præfecturam Orientis accepturus esset.* Ante alios

Loci in quibus præfecti prætorio agere soliti.

præfectum pr. Orientis appellat Iulianus in epist. ἐνδοξοτάτοις, καὶ πανυπερφυεστάτοις ὑπάρχοις τοῦ ἱεροῦ ἡμῶν πραιτωρείου, τοῖς τε πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, τοῖς τ' ὄντι τοῦ ἰλλυρικοῦ, τοῖς τε ὄντι τοῦ λιβύης, *gloriosissimis, & celeberrimis præfectis pr. Orientis, Illyrici & Libyæ.* Theodoretus lib. 5. histor. eccl. c. 21. τοῦ ἑῴας ὑπάρχου δύο χιλιάρχας σὺν τοῖς ὑπηκόοις λαοῖς: *Orientis præfectus prætorio, cùm duos tribunos & eorum cohortes cæpisset.* Euagrius lib. 1. κῦρον τὸν πρὸς τοῦ μέγιστον τῶν ὑπάρχων ἀνατεθῆναι θρόνον ὃν ὕπαρχον τοῦ ἀυλῆς οἱ πρὸ ἡμῶν πεπλήκασι, καὶ τῶν ἑῴων ἐξηγήσασθαι δυνάμεων: *Cyrum ad maximum præfectorum tribunal euectum, quem præfectum pr. vocant, Orientalibus copijs præpositum.* A

Officiũ præfecti prætorio. Præfectus prætorio Orientis præerat prouinciis 49. & 11. classibus Orientis l. 1. C. de offic. clas. Classi Seleuciæ, & classi nauium 40. in Ponto Euxino, vt Hegesippus lib. 12. c. 19. Aduocati fori eius erant centum, qui clarissimi & spectabiles dicti, immunes ab onere inspiciendi, peræquandi, exstruendi operis, & ratiocinandi, Nouel. Theod. tit. 12. l. 14. C. de epis. audient. Orientis diœceses, Oriens, Ægyptus, Asiana, Pontica, Thracia, l. 2. de milit. veste l. 1. vt nemo ad suum patroc. In quibus vice sacra præfectus pr. Orientis iudicabat. Dabat euectiones, vt & alij præfecti pr. l. 9. C. de cursu pub. l. 22. C. Theodos. de cursu pub. Cassiod. lib. 6. for. 3. Salarium eius centum libræ auri. Inuitus non fiebat curialis l. 1. §. hoc etiam C. de offi. præf. pr. Africæ. Constantin. Draciliano amico nostro, τῷ διέποντι τὰ τῶν ἐπαρχῶν μέρη, καὶ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι apud Eusebium lib. 3. de vita Constant. Draciliano regenti partes prouinciarum, & rectori prouinciæ. lego, τὰ τῶν ἐπάρχων μέρη, *partes præfectorum prætorio.* Illyricum non semper habuit suum præfectum pr. Ammianus lib. 26. scribit Mamertinum sub Iuliano Italiæ, Illyrici, & Africæ præfectum præt. fuisse. Sub Valentiniano idem præfectus pr. Italiæ fuit & Illyrici, l. 26. C. Theodos. de operib. pub. l. penult. C. de contrah. empt. Sed præfectus pr. Italiæ degebat in comitatu principis l. 32. C. de appell. Cuius tres diœceses fuere Illyricum, Africa, Italia l. 21. C. Theodos. de Nauicular. Ad eum à præsidibus prouinciarum appellabatur, l. 15. C. Theod. de appel. l. 32. C. de appell. Marcellinus comes præfectum pr. Illyrici magnum Illyricianæ militiæ ductorem vocat, his verbis, sub Zenone Sabinianus magnus Illyricianæ militiæ ductor creatus curiam collatorémque, & iustum Reip. censum vel præparantem fouit, vel deprendentem tutatus est. B C

Consulatus præfectis prætorio cõcessus. Præfecti præt. interdum consules facti. Ammian. lib. 26. Præfectum pr. Mamertinum consulem designauit. Macedonia, & Dacia à P. P. Illyrici regebatur. Zozimus lib. 2. Constantinus præfecto Illyrici παρέδωκε μακεδόνας, καὶ θεσσαλοὺς, καὶ κρῆτας, καὶ τὴν ἑλλάδα, *dedit Macedonas* regendos, *Thessalos, Cretas, & Græciam*, insulásque circa Græciam & vtramque continentem, & Illyricos, Dacos, Triballos, & Pæonas Valeriam vsque, & insuper superiorem Mysiam. Pars quædam Illyrici sub præfecto pr. Orientis fuit, vt Hilarius lib. de Synodis. Sancta Synodus in Sardica congregata ex diuersis prouinciis Orientalium partium Thebaïde, Ægypto, Thracia, Æmiponto, Massylia, cum Mœsia, Pannoniis duabus. Illyricum prætorio Italiæ accessit. Valentinianus tertius Orienti reddidit Illyricum, vt Iornandes lib. de succession. regn. D

Præfectus præt. Galliarum & Italiæ. De præfecto Galliarum præt. Sidonius carm. 15.

Si præfecturæ quantus moderetur honorem
Vir quæras, tendit patulos quà Gallia fines.

Epist. 12. lib. 3.

Post prætoria recta Galliarum. E

Epist. 12. lib. 7. Prætermisit Gallias tibi administratas, cùm maximè incolumes erant. Item, quia sic habenas Galliarum moderare. Carm. vlt.

——Rectorem, columenque Galliarum.

Zozimus, ὁ αὖλης ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς ἄλπεις ἔθνεσιν ὕπαρχος, *Præfectus pr. in prouincijs vltra Alpes.* De Illyrico Photius p. 764. ὁ ἐπαρχότητος ἦ διέπει τὸ ἰλλυρικὸν ὁ θρόνος λαῶν. *Cùm præfecturæ tribunal accepisset, qua Illyricum regebat.* De Italia Procop. 3. Gotth. τῶν ἰταλίας πραιτωρείων ἔπαρχον μαξιμῖνον καθεσήσατο, ἐφ' ᾧ τοῖς τ' ἄρχουσι ἐς τὸν πόλεμον ὑπήκοος εἴη, καὶ τοῖς στρατιώταις τὰ ἐπιτήδεια καὶ τὴν χρείαν παρέζηται: *Præfectum P. Italiæ Maximinum constituit, vt ducibus in bello præesset, & militibus, quæ ad vsum victúmque facerent, præberet.* Præfectum pr. Italiæ tres diœceses habuisse diximus, Italiam, Illyricum, Africam: præfectus pr. Galliarum tres item diœceses habuit, Gallias, Hispanias, Britannias: Mediolanum Italiæ, Augusta Treuerorum Galliarum Metropolis fuit. Theodoretus lib. 2. c. 15. ὁ μὲν ἐπίσκοπος τῆς ῥώμης

A ῥώμης λιβέλλ@, ἢ παυλῖν@ τ̃ μητροπόλεως τ̃ γαλλιῶν, ἢ ὁ διονύσι@ τ̃ μητροπόλεως τ̃ ἰταλίας, Athanaſ.epiſt.ad Solit.vit.agent. παυλῖν@ ἀπὸ τριβέρων τ̃ μητροπόλεως τ̃ γαλλίων ἀπίσκοπ@, ἢ διονύσι@ μεδιολάνων, ἔστι ἢ αὐτὴ μητρόπολις τ̃ ἰταλίας. Præfectus prætorio Italiæ Romam non regebat, neque ſuburbicarias prouincias,quæ curæ præfecti vrbis commiſſæ erant,ſed reliquas Italiæ & Africæ prouincias.

Vrbicariæ prouinciæ ad centeſimum ab vrbe lapidem pertinebant, l. 1. ff. de offic.præſ. vt Tuſcia, Picenum l. 12. C.Theodoſ.de indulg.debit. quæ omnes ab Italiæ prouinciis ſecernuntur, l.9.C.Theod.de extraord. munerib. Vrbes ſuburbicarias togatas vocat Statius in Soterico Gallici. *Vrbicariæ prouinciæ quæ.*

Præfectura Galliarum tres habuit vicarios l.2.de relat.l.3.C.Theodoſ.de cenſib.ſiue adſcript. l.16. C. de decurionib. Primus vicarius 7. prouincias, vtramque Germaniam, ſe- *Vicarij præfecturæ Galliarum quot olim fuerint.*
B cundus Lugdunum, tertius Septimaniam. Præfecti Galliarum meminit Sozomenus lib.9. c.4. Cum occiſus Stilicho, ταραχθέντες οἱ στρατῶται κτείνουσι τ̃ ἰταλίας ὕπαρχον, ἢ τ̃ τ̃ γαλατῶν. milites per ſeditionem occidunt præfectum pr.Italiæ, & P.P.Galliarum. Ibidem meminit τ̃ ὑπάρχου τ̃ θρακίων στρατοπέδων. Præfecti exercituum Thracenſium. Africa, quæ olim ſub præfecto pr.Italiæ fuerat,ſub Iuſtiniano ſuum proprium præfectum habuit, cuius officium 398. virorum fuit, qui in 10.ſcrinia & 11.ſcholas diuiſi.Hi officiales dicti,apparitores, officium apparitionis, l. 1.C.de offic.præf.pr.Afr. Quibus in chartam emendam nummi & annuli eorum, qui vltimo ſupplicio afficiebantur, quinque aureorum pretium excedentes impendebantur, l.Diuus ff.de bonis damnat.l. 1.C.ad l.Iuliam repet.Symmachus lib.2.ep.44.militem de prætorio vocat apparitorem. Caſſiodor. lib.6 for.25. omnes apparitores decet habere iudices ſuos. Nam cui præſul adimitur, & militia denegatur. Sozo-
C menus lib. 6. *in Aegypto præfectum ponit, qui vectigalia exigat, & alium qui exercitibus præſit.* ὁ ὕπαρχ@ αἰγύπτου, ἢ ὁ τ̃ τῆδε στρατοπέδων ἡγεμών. Supra tamen Ægyptum ſub præfecto pr. Orientis fuiſſe oſtendimus, & ſub Auguſtali.

Conſtantinus Porphyrog. lib. 1. de Themat. *duo genera præfectorum ponit, quorum alij præfecti eſſent prætorio, alij vrbibus. Præfectos pr. ait miniſtraſſe imperatoribus exercitum ducentibus, & alimenta præbuiſſe, tentoria compoſuiſſe, vias purgaſſe.* Quos vocat præfectos vrbium, illi fuere prætores: ὕπαρχοι ἦ ἦσαν δῆθεν, ἕτεροι μὲν πραιτωρείων, ἕτεροι ἦ πόλεων. καὶ οἱ τ̃ πραιτωρείων διακόνουν τοῖς βασιλεῦσι στρατεύουσι, ἢ τὰς τ̃ στρατῶν τροφὰς ἐξ ἑτοίμου παρέχοντες, τά τε τ̃ βασιλέων ἄπληκτα διεξιόντες, ἢ τὰς ὁδὰς ἐκκαθαίροντες. Denique præfecti pr. edicta promulgabant, quæ ſemper obſeruarentur,niſi ab imperatore ſublata eſſent,l.2. C.de offic.præfecti pr.Orient.& Illyr.vultus imperatoris auratos præmittebant,vt Caſſiod.lib.6.in formul. *Præfectorũ duo genera.*
D conſularis. Suos habuere faſces. Rutilius in Itinerario,

Hîc & præfecti nutu prætoria rexi.

Sidonius ep.6.lib.8. Quæ regit prouincias faſcibus: rectores regum vocantur à Rutilio.

Exiguus regum rectores ceſpes habebat.

Caſſiodorus lib.8. ep.10. Et miniſtrando conſilium regebat ipſe rectorem. Nouella 62. In conſultationibus ſenatus, & in Hippodromiis priorem locum tenent ὕπαρχοι. Præfectus tamen pr.præfectus vrbi,magiſter militum, præpoſitus ſacri cubiculi parem habent dignitatem, l. 1 C.Theodoſ.de præf.pr.præfectum vrbi,præfectum pr.magiſtros equitum, peditum indiſcretæ ducimus dignitatis, vſque adeò cùm ad priuatam ſucceſſerint vitam, loco ſit potiori, qui alios promotionis tempore, & codicillorum adeptione præceſſerit, ait im-
E perator lib.6. C.Theod. Ideo collegæ dicuntur Sidonio lib.4. e.14.

Præfectura denique pr. quædam fuit honoraria, quæ in tractatione & actu rerum non verſaretur, codicillis imperatoris data Nouel.69. Iulianus imper.epiſtolam ſcribit ad Hermogenem præfectum, ὕπαρχον Ægypti, quem Auguſtalem fuiſſe non dubito. Præfecti Illyrici ſedes fuit Theſſalonicæ, quæ Metropolis Macedoniæ. Quare & Cedrenus in Theodoſio præfectum prætorio Illyrici, præfectum Theſſalonicæ vrbis vocat. τ στρατιωτῶν ταραξάντων τὴν πόλιν διὰ μίζιτα, ἐτασίασαν οἱ θεσσαλονικῆς, ἢ τ βασιλέα ὕβρισαν, τινὰς ἦ τ ἀρχόντων ἀπὸ ἐλιθοβόλησαν. ὁ βασιλεὺς ἦ ταῦτα μαθὼν, ἢ τὴν ῥῆμιν τ θυμὸν μὴ ἐνεγκὼν, τῷ ἐπάρχῳ τ πόλεως ἐπέτρεψεν: *Cùm milites turbas in vrbe ob hoſpitia feciſſent, Theſſalonicenſes imperatorem contumelijs inſequuti ſunt, & magiſtratus quoſdam lapidibus obruerunt. Imperator re cognita, iræ impatiens vrbis illius præfecto facinus vindicandum commiſit.* Non fuit Theſſalonicæ præfectus vrbi vt Romæ, ſed præfectus prætorio Illyrici. Theodoritus lib. 5. c. 17. θεσσαλονίκη πόλις ἐξὶ μεγίστη, ἢ πολυανθρωπ@, εἰς ἣν τὸ *Præfecturæ prætoriæ honoraria, quæ.*

μακεδόνων ἔθνος τελοῦσα, ἡγουμένη δὲ καὶ θετταλίας καὶ ἀχαίας, καὶ μέν τοι καὶ ἄλλων παμπόλλων ἐθνῶν ὅσα τῶν ἰλλυρίων τὸν ὕπαρχον ἡγούμενον ἔχει: *Thessalonica vrbs maxima, & populosa Macedonibus attributa, Thessaliæ, Achaiæ, & quamplurimis alijs populis, quos præfectus pr. Illyrici regit, præposita.* Præfecto claues Thessalonicæ creditæ. Malchus in eclogis, τὰς κλεῖς τῶν πυλῶν ἐκ τοῦ ὑπάρχου λάβοντες, τῷ ἀρχιερεῖ ἔδοσαν: *Claues portarum à præfecto acceptas, episcopo dederunt.* A

Præfectus præt. castris præpositus appellatur.

Exciderat mihi præfectum prætorio præpositum castris dici à Seneca in Octauia Actu 5.

Sed adesse cerno rara quem pietas virum,
Fidésque castris nota præposuit meis.

Videtur describi à Statio vbi de Abascantio loquitur, cui Domitianus: B

Molem immensam humeris, & non tractabile pondus
Imposuit. Nec enim numerosior altera sacra
Cura domo, magnum latè dimittere in orbem
Romulei mandata ducis, virésque, modósque
Imperij tractare manu, quæ laurus ab arcto
Quid vagus Euphrates, quid ripa binominis Istri,
Quid Rheni vexilla ferant.

Potest id & de quæstore exaudiri. Claudianus in Rufino:

Nec pudet Ausonios ritus, & iura regentem.

Idem de Eutropio: C

Semivir excelsam rerum sublatus in arcem
Vidit sub pedibus leges, subiectáque colla
Nobilium.

Idem in Panegyr. Manlij:

Non te parte sui, sed in omni corpore sumpsit
Imperium, cunctáque dedit tellure regendos
Rectores, Hispana tibi, Germanáque Tethys
Paruit, & nostro deducta Britannia mundo,
Vnius sit cura viri quodcunque rubescit D
Occasu, quodcunque dies deuexior ambit.

CAPVT V.

De Legionibus, fœderatis & socijs.

Legio quid.

LEGIONEM veteres glossæ τάξιν, θέμα, στρατόπεδον, στράτευμα, τέλος vocant, & τεῖχος. Thema olim legio. Constantin. them. 1. negat thematis προσηγορίαν παλαιὰν εἶναι: legiones enim τάγματα dicebantur, postea themata prouinciæ Imperij dictæ. Luithprandus in legat. Imperij nostri themata sibi vsurpat. Dio lib. 55. τείχη, & στρατόπεδα legiones vocat. Vegetius, Antiqui, inquit, murum dixere pedestrem exercitum. Numeros Tacitus, ordines Hegesippus vocat. Connexis ordinibus, quinto, & decimo. Dio τέλος. Tacitus lib. 1. Annal. Robora Germanorum. Paulus Diaconus, virtutes. Cedrinus θεματικοὺς legionarios, θέματα καβαλλαρικὰ, equitum alas. Constantinus Porphyrogen. scripsit de thematibus. Legiones 30. Fauorinus ponit apud Spartianum. Patimini, inquit, illum me doctiorem omnibus credere, qui habet 30. legiones. In cippo Capitolino 29. numerantur. Dio lib. 55. viginti quinque Augusti ætate, sua 19. ex illis superesse ait. Nomina require ex eodem, & ex Cippo Capitolino. E

Magnitudo imperij Romani.

Magnitudinem imperij Tacitus lib. 5. Annal. graphicè depinxit in hæc verba. Quod mihi

A mihi quoque exſequendum reor quæ tum copia Romana in armis, qui ſocij reges, quanto ſit anguſtius imperitatum (quam æuo Taciti imperaretur, quod Traianus fines imperij promouiſſet.) Italiam vtroque mari duæ claſſes, Miſenum apud & Rauennam, proximúmque Galliæ littus roſtratæ naues præſidebant, quas Actiaca victoria captas Auguſtus in oppidum Foroiulienſe miſerat valido cum remige. Sed præcipuum robur Rhenum iuxta commune in Germanos, Gallóſque ſubſidium octo legiones erant. Hiſpaniæ recens perdomitæ tribus habebantur. Mauros iuba rex acceperat donum populi Rom. Cætera Africæ per duas legiones, paríque numero Ægyptus: Dehinc initio ab Lydia vſque ad flumen Eufratem quantum ingenti terrarum ſinu ambitur 4. legionibus coërcitum. Accolis Hibero Albanóque, & aliis regibus qui magnitudine noſtra proteguntur aduerſum externa imperia, & Thraciam Rhoë, Metalces & Liberi Cotyis, ripámque Da-
B nubij, legionum duæ in Pannonia, duæ in Moëſia, totidem apud Dalmatiam locatis, quæ poſitu regionis à tergo illis, ac ſi repentinum auxilium Italia poſceret, haud procul accirentur. Tres vrbanæ, nouem prætoriæ cohortes Hetruria ferme, Vmbriáque dilectæ, aut vetere Latio, & colonis antiquitus Romanis. Et apud idonea prouinciarum ſociæ triremes, alæque, & auxilia cohortium; neque multò ſecus in iis virium, ſed perſequi incertum fuerit, cùm ex vſu temporis huc illuc mearent, gliſcerent numero, & aliquando minuerentur. Tacitus ſeptem vigilum cohortes omiſit, quia non erant inter iuſtos milites, cùm è libertinis legerentur. Viginti nouem legiones ex hac Taciti enumeratione reficiuntur. Nam 12. vrbanæ & prætoriæ cohortes, quæ ferè millenariæ fuere duas legiones implent. Socij haud infra ciuiles copias erant, vnde apparet ſupra 300. millia militum in exercitu Romano id temporis fuiſſe, ſi in legione ſex peditum millia, 300. equi-
C tes ponas. His adde nauales copias, quæ magnæ & validæ. Lamprid. in Seuero, milites ſuos ſic vbique ſciuit, vt in cubiculo haberet breues & numerum & tempora militantium indicantes & perlegebat cuncta Pittacia. Ea fuere breues tabellæ pice, vel maltha illitæ. Agathias lib. 5. numerum exaugeт, ſexcenta, & quadraginta quinque millia militum ſub prioribus olim principibus fuiſſe ſcribens, cùm ſua ætate vix 150. millia eſſent. πέντε καὶ πεντακοσίας χιλιάδας μαχίμων ἀνδρῶν ὑπὸ τῶν πάλαι βασιλέων. Paul. Diacon. li. 7. in numero legionum peccaſſe videtur, qui quadraginta quatuor legiones ponat ſub Auguſto, his verbis: Cùm 44. legiones ſolus imperio ſuo ad tutamen orbis terrarum diſtribuiſſet. lib. 9. Veſpaſianum ſcribit 28. legiones ſecum in Syriam traieciſſe. Quod ſi verum eſt, ſupra quadraginta legiones in imperio Romano fuiſſe oportuit. Meliùs Dio, qui ſua ætate 32. fuiſſe ait, eáſque numerat. Nam ex vi-
D ginti quinque legionibus quæ Auguſti æuo erant, decem & nouem tantùm ſua ætate ſuperfuiſſe ſcribit, ſed alias legiones additas à Nerone, & poſterioribus imperatoribus, vt tunc temporis 32. eſſent, quod non vidit Lipſius qui triginta tantùm fuiſſe putat. Nero enim addidit primam quæ Italica dicta eſt, Galba primam adiutricem & ſeptimam. Veſpaſianus ſecundam adiutricem, & quartam Flauiam. Domitianus primam Mineruiam. Traianus ſecundam Ægyptiam, & trigeſimam Germanicam, Marcus Antoninus ſecundam in Norico, & tertiam in Rhætia. lego, αὐτωνῖνος ὁ μάρκος τὸ δεύτερον τὸ ἐν τῷ νοεικῷ. Seuerus addidit Parthicam primam & tertiam, & ſecundam in Italia. Tredecim igitur legiones ab aliis imperator. additæ ad nouem & decem legiones Auguſti triginti duas efficiunt, contra quam Lipſius ſentit. Vide Dionem ſub finem libri 55. Vindex enim in Gallia legiones aliquot habuit, Galba in Hiſpania, Vitellius in Germania, præ-
E toriæ cohortes in Caſtris Romæ erant. Bellum certè Germanicum Tiberius quindecim legionibus per triennium geſſit, vt Paulus Diacon. lib. 7.

Nomina legionum in Notitia plura. Legio trans Accinco, legio 1. adiutrix. l. 2. adiu. l. 2. adiu. partis inferioris, l. 2. Auguſta. l. 15. Apollinaris, l. 2. Britannia. legio Comitatenſis Flauia, & aliæ plures legiones Comitatenſes. l. 7. Claudia. l. 3. Cyrenaica legio 11. Claudia l. 10. l. 10. Fretenſis. l. 3. Diocletiana. l. 3. Diocletiana Præſentia. l. 4. Flauia. l. 2. Flauia Conſtantia Thebæorum. l. 16. Flauia. l. 12. Fulminea. l. 14. Gemina militum Liburnariorum. l. 13 Gemina Babylonica. l. 7. Gemina. l. 13. Gemina. l. 3. Gallica. l. Herculia. l. 2. Herculian. l. 6. Herculea. l. 1. Illyricorum. l. 1. Iouia. l. 5. Iouia. l. 2. Iſauria. l. 3. Iſauria. l. Italica partis inferioris. l. 1. Italica l. 3. Italica part. ſuper. l. 3. Italica pro parte media prætendentes. l. 3. Italia tranſuectioni ſpecierum deputata. l. 2. Iauriaco. l. Liburnariorum primorum Noricorum. l. 5. Macedonica. l. 4. Martia. l. 1. Maximiana. Legiones Comitatenſes in Occidente. Legiones Pacatianæ in Occidente. Legiones Palatinæ. Legiones Riparienſes. *Legionum nomina.*

Legio prima Parthica.l.2. Parth. l.4. Parth. l.1. Pontica. Legiones Pseudocomitatenses in Occid. Legio quarta Scythica.l.6. Legio secunda Traiana. Legio 1.Ital.l.1. Valentiniana. l.2. Valentin. Plures alias legiones leges in Notitia imperij,& in veterib.inscriptionib. Legionum nomina vt plurimum à numeris. Dio lib.38. τὼ πολιτικὰ στρατόπεδα πρὸς τὴν τῶν καταλόγων τάξιν ὠνομάζοντο. Ciuiles legiones iuxta ordinem dilectuum appellabantur. Menander, ῥωμαϊκῶν καταλόγων προεστώς. Nicetas in Angelo lib.3. Procopius in Esaiam, Zonaras in Basilio στρατιωτικοὺς καταλόγους vocant. Nicetas lib.7. in Manuele Comneno, καταλόγοις ἐγγράφεσθαι. Fuerunt & adscriptitij seu supernumerarij quidam milites ad commoda solùm participanda in numeros relati, quos Claudius instituit apud Sueton. lib.5. cap.25. sustulit Seuerus Alexander apud Lampridium, & Balista tyrannus apud Trebellium.

CAPVT VI.

De Scholis, & Candidatis.

Scholæ apud Romanos quid sint.

SCHOLÆ militantium ordines significant, ab otio dictæ per antiphrasin, quia in perpetua exercitatione armorum, aut palatinæ ac forensis militiæ essent. Vegetius lib.2. c.71. Scholam pro centuria posuit. Idem c.17. lib.2. In legionibus plures scholæ sunt, quæ literatos milites quærunt. c.22. Primipili centurio postquam in orbem in omnes cohortes per diuersas administrauerit scholas, in prima cohorte ad hanc peruenit palmam, sicut primicerius in officio præfectorum prætorio ad honestum quæstuosúmque militiæ peruenit gradum. Item, Ei regenda scutariorum schola secundo committitur.

Scholæ quot & à quibus institutæ.

Vndecim fuere scholæ in imperio Orientis, nouem armatæ militiæ, duæ inermes. Iustinianus A. ad senatum, iubemus omnes omnino, qui sub armis militant, siue maiores siue minores, milites autem appellamus tam eos, qui sub excelsis magistris militum tolerare noscuntur militiam, quàm qui in vndecim deuotissimis scholis taxati sunt, (quæ sunt sub dispositione magistri officiorum, vt est in Notitia.) Nec non eos, qui sub diuersis optionibus fœderatorum nomine sunt decorati. Inermes duæ scholæ erant silentiariorum, & agentium in rebus. Magister officiorum præerat 8. primis scholis Palatinis, quatuor scutariorum, duobus gentilium, vni armaturarum, vni agentium in rebus. Supererant tres, duæ peditum equitúmque domesticorum, tertia silentiariorum. Erant & Armenij ter mille quingenti, quibus addidit Iustinianus duo millia supernumerariorum. Suidas in voce ὑπηρέριθμος, & in voce σχολάριος. Duæ scholæ domesticorum à suis comitibus regebantur magistrorum militum vices agentibus. Silentiarij primicerio cubiculi parebant, postea magistro officiorum subditi sunt. Imperatores Honorius & Theodosius A. A. scribunt ad Mauricium comitem domesticorum, & vices agentem magistri militum, C. de venat. ferar. Scholæ item duæ fuere candidatorum, vna seniorum, altera iuniorum. Primam Gordianus senior instituit, & scholam seniorum indigetauit, alteram iuniorum Gordianus iunior. Fasti Siculi, γορδιανὸς αὔγουστος ἐποίησεν ἀριθμὸν τῶν λεγομένων κανδιδάτων ἐπάρας αὐτοὺς κατ' ἐπιλογὴν, ὡς τελείους καὶ εὐσθενεῖς καὶ μεγάλης ὄντας θέας ἀπὸ τῆς τάγματος τῶν λεγομένων σχολαρίων, καλέσας τὴν σχολὴν τοῦ αὐτοῦ ἀριθμοῦ εἰς τὸ ἴδιον ἐπώνυμον σενιώρων. οὗτοί εἰσι οἱ τῆς ἕκτης σχολῆς: *Gordianus Augustus fecit numerum eorum, qui dicti candidati* (numeros pro cohortibus poni scitum est) *seligens eos, vt perfectos & robustos milites, qui magnam sui speciem præbeant ex cohorte eorum, qui dicti scholares, vocauítque scholam eiusdem numeri in suum nomen seniorum. Hi sunt è sexta schola.* Scholæ enim ante Gordianum fuere. De iunioribus Cedreni verba alibi posuimus. Post hunc regnauit iunior Gordianus menses tres, qui primus fecit candidatum (hîc allucinatur Cedrenus, cùm à Gordiano seniore candidatos seniores ostenderimus institutos) & protectores, & cohortem è scholaribus instituit, vocauítque ex suo nomine iuniorum.

Candidati gradus.

Ad candidati gradum promoueri militaris honor fuit. Menologium, καλῶς ὑπ' αὐτῶν ὁ εὐδόκιμος ἀναγόμενος τὰ εἰς ἀρετὴν κανδιδάτος ὑπὸ θεοφίλου τιμᾶται: *Eudocimus pulcrè ab illis ad virtutem institutus, à Theophilo candidatus promotus.* Vetus Inscriptio, ἵππῳ δημοσίῳ τιμηθέντα, χιλίαρχον λεγεῶνος τετάρτης σκυθικῆς, ταμίαν, κανδιδάτον, τὸν δημαρχοκανδιδάτον: *Honoratum equo publico, tribunum legionis quartæ Scythicæ, quæstorem, candidatum, tribunum plebis*

A *plebis candidatum.* Omnino quæſtor ille candidatus non pertinet ad militarem candidatorum ſcholam, ſed ad candidatos principis quæſtores. Caſſiodorus lib.1.ep.4.ſcribit patrem ſuum tribunum candidatum, & Notarium Valentiniano Auguſto à ſecretis ſtetiſſe. Alexand. Seuerus candidatos quæſtores ex ſua pecunia iuſſit populo munera dare, apud Lamprid. Prætores candidatos, ſenatores candidatos, quęſtores candidatos commemorat Symmachus lib.1.ep.38.lib.5.ep.62.& ep.65.

Candidati autem de quibus agimus erant milites oſtenſionales ex iis, quos ſtaturæ proceritas, & forma commendaret. Hieronymus in vita Hilarionis, candidatus Conſtantij rutila coma. Ammianus, candidatus dum militaret. Sed ad ſcholas redeamus. Scholæ agentium in rebus præpoſitos ac tribunos habebant, & primicerios l. 1. C. de primicerio ſcholæ, l.3 C. de offic. magiſt. officiorum. Imperatores Honorius, & Theodoſius Auguſti *Candidati milites qui.*

B Priſciano Præfecto vrbi Prepoſitos ac tribunos ſcholarum, qui diuinis (ita lego, non inquietudinis, aut inquirendis) epulis adhibentur, & adorandi principis facultatem antiquitus meruerunt, C. de comit. & trib. ſcholar.

Scholam Gallicam palatij commemorat Symmachus epiſt.52. lib.9. Nam dudum eum ad ſcholam Gallicam palatij tranſlatum eſſe meminiſti. Scholarum palatinarum meminit Ammianus libr. 14. Solis ſcholis palatinis protectorum cum gentilibus & ſcutariis Conſtantius Gallum eſſe contentum iuſſit. Item, aduocatos palatinarum primos ſcholarum alloquutus eſt. Corippus lib.3. de Iuſtino, *Scholæ palatij ſeu palatinæ.*

———ſchola quæque palati
Juſſa ſuis aſtare locis.

C Anaſtaſius A. in epiſt. ad Hormiſdam Papam, Theopompum virum illuſtrem comitem domeſticorum, agentem ſacri noſtri palatij ſcholam direximus. Caſſiodorus lib. 6. for. 6. Scholarum mores procelloſos. D. Ambroſ. ep. 1. ad Corinth. cap. 12. Scholæ ſunt, quæ poſitis in ſe dant dignitatem, vt loci honor hominem faciat glorioſum, nõ propria laus. Paul. Diaconus lib. 15. Vitalianus addidit, vt non tantùm Anaſtaſius, ſed & omnes principes vnius cuiuſque ſcholæ iurarent. item Scholarios, qui erant in vrbe excubitores vnà cum primis eorum. Notitia decem tantum ſcholas numerat. Vndecima fuit Fabricenſium. Aliter tamen ſupra numerauimus.

Scholarij fuere quaſi milites ſupernumerarij, vt Suidas in verbo ὑπεράριθμοι. Maius illis ſtipendium quàm aliis militibus datum. Ammianus meminit Sexti ſcholaris Baſilic. eclog. 56. Titulus eſt, περὶ αἰνόνων διδομένων τῇ κωνσταντινουπόλει, καὶ τοῖς σχολαρίοις. Neque *Scholarij milites quinã fuerint.*

D ſcholæ, neque vexillationes Comitatenſes, aut Palatinæ, neque legiones vllæ, neque auxilia quælibet, qualeſlibet ad prouincias delegatorias de ſpecierum præbitione pertulerint, audiantur, aiunt Arcadius & Honorius A.A. Hilario Præfecto Pr. Baſilius Porphyr. Nouel. 2. ὅθεν γὲ ἐ αὐτὰς τὰς σχολαρίας δυνατὰς ὠνόμασεν, *ille ipſos potentes ſcholarios nominauit.* Conſtantin. Porphyr. Nouel. 2. καὶ σχολάριός ἐστιν, ἡ σεκρέτις ὑπηρετέσθω, *licet ſcholaris ſit, aut ſecretis ſeruiens.* Arcadius & Honor. A. A. Hilario præpoſito. Ad omnium vtique numerorum, ſiue vexillationum, aut etiam ſcholarum tribunos. l. 9. C. Theod. De annonis, ciuic. & pane gradili. Annonas ciuicas in vrbe Conſtantinopolitana ſcholæ ſcutariorum, & ſcutariorum Clibanariorum Diui Conſtantini, adſeruntur liberalitatem meruiſſe. In Lectionali, armatam militiam in adoleſcentia ſecutus inter ſcholares alas ſub rege Conſtantino, deinde ſub Iuliano Cæſare militauit. Arcadius, Honorius, & Theodoſ. A.A.A. Conſtantio

E magiſtro militum, his ſcholaribus, quibus laborum intuitu regendos numeros dederimus de æratiis annonis ſingulos ſolidos per opinatores, &c. ſine mora præberi oportet. Agathias lib. 6. ſcholarios *non bellicoſos fuiſſe, ſed electos vt diurnas excubias, & nocturnas vigilias in aula agerent, qui milites vocarentur, & catalogis aſcriberentur,* cùm vrbani eſſent ſplendida veſte magnificentiæ cauſæ, & Imperatorij faſtus ergo tantum reperti. οἱ μάχιμοι εἰς τὸ διημερεύειν τε καὶ διανυκτερεύειν ἐν τῇ αὐλῇ τραπῶται ὀνομάζοιτ), καὶ ἐγγεγράφαι τοῖς τῶν καταλόγων βιβλίοις. Fuerunt & vexillationes Palatinæ, Comitatenſes, Pſeudocomitatenſes, Cunei, numeri, equites, pedites, Crupellarij, Clibanarij, de quibus Ammianus libr. 16. ſparſíque cataphracti equites, quos clibanarios dictitant Perſæ, thoracum muniti tegminibus, & laminis ferreis cincti, vt Praxitelis manu polita crederem ſimulacra, non viros. Lampridius in Alexandro Cataphractarios, quos illi Clibanarios vocant, interemimus. Vegetius libr. 3. cap. 24. Bini cataphracti equi iungebantur ad currum, quibus inſidentes clibanarij.

Clibanus, clibanũ & clibanium quid.

D. Hieronymus, Clibanus est coquendis panibus ænei vasculi diducta rotunditas, quæ sub vrentibus flammis ardent intrinsecus. Clibanum & clibanium dicitur lorica. Leo constit. 6. εἰ δυνατὸν δὲ καὶ θώρακας ἔχειν, οἵτινες καλοῦνται νῦν κλιβάνια. Achmes cap. 156. κλιβάνιον μονομερές. Si possunt habere loricas, quæ clibania dicta. Clibanion vnius partis Tacitus lib. 3. Cæteri cum venabulis & cultris, quæque alia venantibus tela sunt, adduntur è seruitiis gladiaturæ destinati, quibus more gentico continuum ferri tegmen. Crupellarios vocant inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles. Nazarius in Panegyr. Constant. operimento ferri, equi, atque homines obsepti, Clibanariis in exercitu nomen est. Erant more testudinis & clibani arcuatis armis tecti. στολὰς ἐπιθωρακίους v. gloss. interpretantur. Melius Leo constitut. 5. κλιβάνια σιδηρᾶ, ἢ καὶ ἐξ ἑτέρας ὕλης: *clibania ferrea, aut ex alia materia.* ὥπλιζον δὲ τὸν μὲν κατάφρακτον καβαλλάριον πανταχόθεν αὐτόν τε καὶ ἵππον, καὶ τὸν μὲν ἄνδρα λωρικίοις, καὶ κλιβάνοις ἢ σιδηροῖς ἢ ἐκ κεράτων τεπλεγμένοις, καὶ παραμηρίοις. τοὺς δὲ ἵππους κατέφραττον παραπλευριδίοις, καὶ προμετωπιδίοις: *Cataphractum armabant vndique ipsum equum, & equitem loricis & clibanijs ferreis, aut ex cornibus implicitis, & femoralibus ac ocreis, equorum latera & frontem loris bubulis tegebant.* Crupellarij pedites fuere. In notitia imperij, sunt Defensores iuniores, Defensores seniores, Herculiani seniores & iuniores, Iouiani seniores & iuniores, gentilium iuniorum & seniorum scholæ, equites cataphractarij, cetrati, clibanarij, equites scutarij armigeri, equites brachati, equites cornuti iuniores, & seniores, & mille alia nomina peditum equitúmque. Lege Notitiam.

CAPVT VII.

De Socijs & Fœderatis.

Socij quinã propriè Romanis dicti.



SOCII propriè dicti Italici, qui gratis militabant, id est, sine impendio Romanorum, excepto frumento. Auxilia dicta de alienigenis, & mercenariis. Festus, Auxilia dicuntur in bello socij Rom. exterarum nationum. Vbi Itali ciuitate donati nulli socij, omnes auxiliares, qui variis ex gentibus petebantur. Primo bello Punico Romani Gallos stipendio conduxerunt, quod ad id tempus factum non erat, μήπω πρότερον τρέφοντες ξενικόν, ait Zonaras tom. 2. Contra Liuius Celtiberos primos bello Hannibalis in castris Rom. conductos esse ait, lib. 24. Mercenarium militem in castris neminem antequam Celtiberos Romani haberent.

Fœderati Roman. qui.

Fœderati propriè Scythæ, & Gotthi dicti, quibus post Constantinum Magnum omnes ferme Imperatores solemnia τὰς συνηθείας dederunt, id est, munera annua, vt seruarent fœdus, ait Iornandes.

Pacẽ redimendi mos.

Imo ante Constantinum Adrianus cum rege Roxolanorum qui de imminutis stipendiis querebatur cognito negotio pacem composuit apud Spartian. Idem à plærisque regibus pacem redemit. Domitianus primus Decebalum Dacorum regem annui tributi pensitatione sibi placauit. Pensionem hanc quæ verum erat tributum vocarunt stipendium aut munus. Herodian. συντάξεις vocat. Saluianus libr. 6. Nos vectigales barbaris sumus. Tota salus nostra commercium est: aurum quod pendimus munera vocamus. Dicimus donum esse quod pretium est. Apud Procopium Iustinianus pacem à Persis pretio redemit. τὸ συγκείμενον ἅπαν χρυσίον ῥωμαῖοι εὐθὺς πέρσαις ἔδοσαν τοῦ μὴ δοκεῖν δασμοὺς ἀνὰ πᾶν ἔτος αὐτοῖς ἀποφέρειν, ὄνομα τῷ δασμῷ τὰς σπονδὰς θέμενοι. Synesius epist. ad Arcadium indignatur quòd Barbari exigant à Romanis μισθὸν εἰρήνης, *mercedem pacis.* Sed & Sarraceni Fœderati dicti. Vopiscus de Probo, qui dicebat sentiendum esse, non videndum, cùm auxiliaribus barbaris Romanus iuuatur. Ammianus lib. 21. Cùm Gotthi peterent à Valente, vt cis Istrum reciperentur daturi auxilia, negotium hoc, ait, lætitiæ potiùs fuit, quàm timori, eruditis adulatoribus in maius fortunam principis extollentibus, quod ex vltimis terris tot tirocinia Thracenses nec opinanti ferrent, vt collatis in vnum suis & alienigenis viribus inuictum haberet exercitum, & pro militari supplemento, quod prouinciarum omnium pendebatur, thesauris accederet auri cumulus magnus. Zonaras tom. 3. μαυρίκιον τὸν κόμητα τῶν φοιδερατῶν καὶ ναρκὴν κουβικουλάριον ὑποστρατηγόν. Fœderati sub optionibus, siue Phylarchis militabant. Iornandes, Gotthi fœdere inito cum Constantino quadraginta suorum millia illi dederunt, quorum vt numerus, & militia vsque ad præsens in Rep. Item Idacius

in

A in Chronico, & Isidorus, de Constantino & Gotthis, quadraginta suorum millia illi in solatia contra gentes varias obtulere. Quorum & numerus, & millia vsque ad præsens nominantur in Republica, id est, fœderati, &c. Cunctus exercitus in seruitio Theodosij Imperatoris perdurans, Romano se imperio subdens, cum milite velut vnum corpus effecit, milliaque illa dudum sub Constantino principe fœderatorum renouata, & ipsi dicti sunt Fœderati. Idacius in Chronico Gotthos fœderatos dictos esse ait, qui sub optionibus, siue phylarchis militabant, l. vlt. C. de locato. Nouella Iustin. 22. & 116. τὸ ἐν στρατείαις καταλεγομένων εἴτε στρατῶται εἶεν, εἴτε φοιδερᾶτοι, εἴτε χολάεσοι. Suidas, φοιδερᾶτοι, ὅτω καλοῦσι ῥωμαῖοι τὰς ὑπαστόνδους τῶν σκυθῶν.

Olim omnia Italiæ oppida, præter colonias, municipia, præfecturas, fœderata erant, quæ iure ciuitatis Romanæ caruerunt, vbi aduerte fœdera olim Romanos percussisse, B æquis, vel iniquis conditionibus, cùm eo fœdere comprehensum esset, vt is populus alterius populi libertatem comiter conseruaret, apud Liuium lib. 4. de bello Maced. & apud Proculum l. non dubito, §. 1. Plin. Panegyric. Ergo sustulerant animos, & iugum excusserant, nec iam nobiscum de sua libertate, sed de nostra seruitute certabant, ac inducias quidem, nisi æquis conditionibus non inibant, legesque, vt acciperent, dabant. Cæsar lib. 1. Ciuil. magnopere se confidere demonstrat, si eius rei sit potestas facta, fore vt æquis conditionibus ab armis discedatur. Velleius volum. 1. Sylla tentauit iustis legibus, & æquis conditionibus bellum componere. Iniquis conditionibus, cum bello victis dicerentur leges. æquis conditionibus, cum pares bello æquo fœdere in pacem atque amicitiam veniebant. Tunc enim repetebantur, reddebanturq; per conuentionem res, aut cum qui hostes nunquam fuerunt, ad amicitiam sociali fœdere coibant. Liuius l. 9. Theates Apuli impe- C trauerant, vt fœdus daretur, neque vt æquo tamen fœdere, sed vt in ditione populi Rom. essent. Virgil. lib. 11.

Fœdera à Rom. æquis vel iniquis cõditionibus percussa.

——— *& fœderis æquas*
Dicamus leges.

Lib. 12. ——— *paribus sed legibus ambas*
Inuictas gentes æterna in fœdera mittam.

Erant & liberi populi, & stipendiarij, de quibus Plinius libr. 3. de Hispania loquens & Sueton. in Augusto. Sociorum dilectus ita fiebat auctore Polyb. lib. 6. οἱ τὰς ὑπάτους ἀρχὰς ἔχοντες προδηλοῦσι τοῖς ἄρχουσι τῆς ὑπὸ τὸ συμμαχίδων πόλεων τὸ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, ἐξ ὧν ἂν βούλωνται συστρατεύειν τοὺς συμμάχους, &c. *Consules denuntiant magistratibus sociarum in Italia vrbium, è* D *quibus auxilia habere volunt, significantes ijs numerum & diem, & locum, in quem conuenire debeant, quos legent.*

Socij autem semper ex Italia, Auxiliares alienigenæ. Festus, Auxiliares dicuntur in bello socij Romanorum exterarum nationum. Varro, Auxilia ab actu cùm accesserant, qui adiumento essent alienigenæ. Socij excepto frumento semper gratis militarunt, Auxiliares pecunia. Vegetius lib. 2. Auxiliares conducuntur ad prælium ex diuersis locis, ex diuersis muneribus venientes, nec disciplina inter se, nec notitia, nec affectione consentiunt. Alia instituta, alius inter eos est vsus armorum, &c. Nam legionibus semper auxilia tanquam leuis armatura in acie iungebantur, vt in his præliandi magis adminiculum esset, quàm principale subsidium. συμμάχων οἱ καθεστάμενοι ὑπὸ τῶν ὑπάτων ἀρχοντες, καθι

ad dignitatem conſulum aſcripſit. P. Diaconus lib.16. Fiſus eſt Ablauius Euſebio exconſule, A
qui erat comes fœderatorum. Conſtantinus Porphyrog. in Chorogr. παικπώτας vocat fœderatos. παικπωτικὸν κάστρον, quod pacta pendebat, id eſt, vectigal. φύλαρχοι præerant Sarracenis fœderatis. Procop.1.Perſ. ὑδεὶς ὅτε σαρακηνῶν τῶ ῥωμαίοις ἐναπονδων ἡγεμὼν, οἱ φύλαρχοι ὀπικαλῶν. *Nullus Sareacenorum dux Romanis fœdaratorum, qui Phylarchi dicuntur.* Iuſtinianus Abocharabonem φύλαρχον τῶ ἐν τῆ παλαιστίνη σαρακηνῶν κατεστήσαν: *Fecit ducem Sarracenorum, qui erant in Paleſtina.* Simocata lib.1. φύλαρχοι ἦ ἔτι ἦ συμμάχε τῶ ῥωμαίων δυνάμεως σαρακηνῶν. Theodorus Agnagnoſtes lib.2.meminit Alamundari ἔ φυλάρχε σαρακηνῶν. P. Diaconus libr. 17. Tiberius emptis corporibus gentilium conſtituit militiam in nomen proprium, amiciens, & armans eos in millia quindecim,dans eis ducem Mauricium comitem fœderatorum, & ſubducem Narſen. Photius in Bibliotheca φύλαρχον ἦ τῶ σαρακηνῶν ἐχθημάπτε κάϊτον. Sozomenus lib.6.cap.38. λέγε ἦ πότε ὁ φύλλη ὅλλη εἰς χρι- B
ςιανισμὸν μεταβαλεῖν ζοκόμε ἔ ταύτης φυλάρχε βαπτιθέντα.

Dicitur totam tribum ad Chriſti fidem adduxiſſe Zocomo Phylarcho ſacrum baptiſmi lauacrum amplectente.Manaſſes Carolum Magnum vocat Phylarchum Francorum.Leo, inquit, Papa.

προσφύγε τῶ καρόλῳ. ὃν ἦ τῶν
φραγκῶν φύλαρχον ὁ κάρολον ἐκεῖνον.

Confugit ad Carolum.Erat autem hic Carolus Francorum Phylarchus. Claudianus lib.1.in Eutrop.

——tum fortè decorus
Cum Stilicone gener pacem implorantibus vltro
Germanis reſponſa dabat,legéſque Caycis C
Arduus, & flauis ſignabat iura Sueuis.
His tribuit leges, his obſide fœdera ſancit
Indicto, bellorum alios tranſcribit in vſus,
Militet vt noſtris detonſa Sicambria ſignis.

Fœderati olim tantùm dicebantur barbari, qui à Romanis victi non erant, ſed æquo fœdere ſociati. Fœdera enim vocant pacta cum hoſtibus. Poſtea barbari omnes,ſiue à Romanis victi eſſent,ſiue liberi fœderati vocati. Procop. 2. Vandal. ἐν ἦ δὴ φοιδεράτοις πρότερον μὲν μόνοι βάρβαροι κατηγόροντο, ὅσοι σὺν ὅπλοις τῶ ἄλλοι ἦσαν, ἅτε μὴ πρὸς ῥωμαίων ἀσπισθέντες, ἀλλ' ὅπλοις ἴσῃ ἐ τῆ ὁμοίᾳ ἐς τὸν πολέμειαν ἀφικοιντο. φοίδερα γὰρ τὰς πρὸς τὰς πολεμίας σπονδὰς καλοῦσι ῥωμαῖοι. τὸ ἦ νῦν ἅπασι τῶν ὀνόματος τότε ὅπλβατὸν σὺν ἐν κολύμῃ ὄζι. Primus Con- D
ſtantinus magnus, ſi fides Euſebio habenda initio lib.4.de Conſt. Scythas & Sauromatas non ante ſeruitij dociles ſub iugum miſit, coegitque nolentes, vt Romanos dominos agnoſcerent.

Barbarorũ iugũ à Romanis excuſſum.

Priùs enim principes tributa pendebant Scythis,Romanique barbaris ſeruiebant, *illationibus annuis, εἰσφοραῖς ἐτησίοις.* Quod ferendum non putauit Imperator,neque victori honeſtum eſſe,vt ea penderet barbaris, quæ ſuperiores. Alios igitur bello domuit, alios per Oratores ad humanitatem ab immani vita traduxit. Ita Scythæ Romanis ſeruire didicerunt. Sauromatæ autem, cùm ſeruorum ope domuiſſent Scythas, victores ſerui, dominos ipſos expulerunt, qui ad Conſtantinum Magnum confugerunt, à quo benignè accepti ſunt, & militiæ aſcripti, qui armis idonei erant. Aliis dedit agros colendos. Ex omnibus igitur orbis partibus frequentes legati ad Conſtantinum ventitabant, quos ipſi vidimus ad E
veſtibulum aulæ ſtantes habitu & ſpecie ſpectabili, σοιχηδὸν ἐν τάξει πεῖβλεπτα χήματα βαρβάρων ἑστῶτα θεάσασθε, coma capitis, & barba diuerſa. βλόσυρόν ἦ προσώπων βάρβαρον, ἐ καταπληκτικήν τις ὄψις, *retorrido ac terribili vultu,* proceritate inuiſitata, quorum aliis rubicundus vultus, aliis candidior niue, aliis miſtus ex vtroque, inter quos Blemmyæ & Æthiopes hominum vltimi. Ex quibus nullus fuit, qui ad Imperatorem munera non afferret, alij coronas aureas, alij diademata gemmis pretioſis inſignia, alij flauentes, nonnulli auro & floribus intextas veſtes,quidam equos, alij clypeos, haſtas longas, iacula, arcus, per hæc miniſterium & auxilium ſuum Imperatori offerentes. Ita deſidente imperio Bulgari fœderati. Luithprandus, cùm Chriſtophori filiam Petrus Bulgarorum βασιλεὺς coniugem duceret, ſymphona, id eſt, pacta, iuramento firmata ſunt, vt omnium gentium Apoſtolis, id eſt,nuntiis, penes nos Bulgarorum Apoſtoli præponantur,honorentur,diligantur. Bulgarorum ille Apoſtolus, quanquam vt dicis, & verum eſt, tonſus, illotus, & catena ænea

cinctus

A cinctus sit, patricius tamen est, cui episcopum præponere, Francorum præsertim, nefas decernimus, iudicamus.

Moris autem fuit, vt legiones aduentanti in castra Imperatori occurrerent, Imperator redeunti Constantinopolim exercitui obuiam prodiret, & de equo desiliret. Simocatta lib. 3. cap. 1. ὁ δὴ γερμανὸς φερῆγε τὴν τ' στρατηγὲ παρουσίαν ἐξάκεστον ποιεμένῳ τοῖς στρατιώταις. μὴ γὰρ ἐνιαυτὸν ἡμέρας δύο οἱ ταξιάρχοι ἀπαντῶν τῷ στρατηγῷ, ὡς ἀπὸ τριῶν σημείων δ' χάρακος, καὶ μὴν οἱ ἐκ τ' τάξεως ἅπαντες. ἔθος δὴ γεγενημένον ἐνδιδόναι τῷ στρατοπέδῳ τ' μέλλοντα τὰς στρατηγίδας φθάνειν ἡνίας ὁπλίτας ἀμφ' τὰ στρατεύματα ὑπαντήσοντι ἀποβαίνειν τ' ἵππου, καὶ διὰ μέσου χωρεῖν δ' ὁπλιτικοῦ, καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοῖς ἀσπασμοῖς τ' στρατιωτικόν. *Germanus autem exercitibus aduentum magistri militum significauit. Post duos dies tribuni, ac centuriones obuiam duci prodierunt ad tertium vsque lapidem extra vallum, cum cohortibus ac militibus omnibus. Moris autem ab antiquo obtinuerat in exercitu, vt quoties aduentanti prætori milites occurrerent, ipse desiliret de equo, & pedes per medios armatorum cuneos pergeret, ducésque ac milites amplecteretur.* Quod quia Priscus non fecit apud milites grauiter offendit, P. Diacon. libr. 13. Dum Imperator Arcadius secundùm consuetudinem ad portas occurrisset exercitui remeanti, tunc milites Rufinum Præfectum Imperatoris peremerunt. Tacitus lib. 1. Germanicus audito militum tumultu raptim profectus, obuias extra castra habuit cohortes. Druso propinquanti quasi per officium obuiæ fuere legiones. Zozimus in Arcadio, τ' δὴ βασιλέως ὅπι τὴ τέτων ἀφίξει ὑπαντῆσαι τοῖς στρατώταις εἰσιέναι μέλλοσι φθάσαι καλέσας τ' βασιλέα γαΐνης. τοῦτο γὰρ τ' τιμῆς ἀξιοῦσι τὰς στρατώτας: *Cùm Imperatori gratus esset militum ad vrbem aduentus, Gaynes regem cohortatus, vt occurreret militibus vrbem inituris. Hoc enim honore milites semper affectos.* Socrates lib. 5. sub initium. ὥστε δὴ ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσε καὶ τὸ ἐωθὸς τ' πυλῶν ἀπιέναι τῷ στρατῷ. *Postquam igitur Imperator Arcadius de more extra portas, prodijt obuiam exercitui,* Sozomenus lib. 8. ἅμα γὰρ ἐκ τ' κατ' ὀλίγον μάχης ἐπανῆλθεν ἡ στρατιὰ, καὶ ὁ βασιλεὺς ὡς ἔθος τοῦ τ' κωνσταντίνου πόλεως: *Post pugnam aduersus Eugenium redijt exercitus, cui rex de more obuiam prodijt extra Constantinopolin.*

Aduentãti Imperatori occurrendi mos.

B

C

CAPVT VIII.

De Limitibus Imperij, & Clusuris.

D PHILO Iudæus, quam latè patuerit imperium Romanum, quibus limitibus clauderetur, ostendit lib. de legat. ad Caium his verbis: Imperium plurimarum ac potissimarum habitabilis terræ partium, quas meritò ipsum orbem terrarum esse putes duobus fluuiis clausum, Euphrate & Rheno, quorum alter Germaniam secat, alter Parthiam, Sarmatiam & Scythiam, gentes quæ feritate Germanos æquant, imperium, inquam, quod ab orto sole ad Occasum ea omnia, quæ sunt intra & supra Oceanum complectitur. Tacit. lib. 1. Mari Oceano, aut amnibus longinquis septum imperium, legiones, prouincias, classes, cuncta inter se connexa.

Limites imperij Romani quàm latè patentes.

Imperium igitur Romanum clausum erat vallo, fossis, fluuiis, montibus, Oceano, solitudinibus, burgis, castellis, clusuris, concædibus, muris, limitibus, ripis, vbi cohortes riparenses firmissimæ. Florus de Druso, per Rheni quidem ripam amplius quinquaginta castella direxit, in quibus octo legiones vt Tacit. lib. 4. Herodianus castella φρούρια vocat, legiones in ripis τὰ ὁπλισμένα στρατόπεδα τ' ὄχθης τ' ποταμοῦ. Eutropius lib. 9. κυρίησι φρούριόν ἐστι ῥωμαίων πλησίον τ' εὐφράτου ποταμοῦ, *Circessus castrum est Romanorum Euphrati imminens.* Trebel. Pollio, Nam plerasque Galliæ ciuitates, nonnulla **etiam** castra, quæ Posthumius per 7. annos in solo barbarico ædificauerat, quæque interfecto **Posthumio subita** irruptione Germanorum, & direpta fuerant & incensa, in statum veterem reformauit. Fossæ pro limitibus fuere. Herodianus lib. 2. ποταμῶν τε μεγέθεσι καὶ εὐφρων ἡ ὀχθὴν προβλήμασι ἐρήμῳ τε γῇ, καὶ δυσελάτῳ ἐφράξε τὴν ἠχὼ, Augustus *fluuijs ingentibus, fossis, montibus obiectis, terra deserta, & inuia vallauit imperium.* Claustra Lucan. lib. 1. vocat

Clausuræ imperij Romani, quæ.

E

——— *Latij claustra tueri.*

Clusuræ dicuntur l. 2. C. de offic. Præfect. prætor. Afric. vt clusuras & castra bene muniat. Clusuræ & lustrationes l. vlt. C. de offic. mil. iudic. Suidas ἐμβολὴ, κλεισόυραν, εἴσοδον. ἅπω καλεῖνται ὀχυρώματα τ' δηλώσεων τὴ παρ' ῥωμαίων φωνὴ, *Ostium, clusuram, aditum. sic vocant castra*

castra munita in aditu aut transitu prouinciarum Romana lingua. Constantinus Chliarenus, ἐντυχεῖν ἐνοπλοῖς λῃσταῖς εἰς τὴν κλεισοῦραν τοῦ ἁγίου βασιλέως, *incidere in latrones armatos ad clusuram sancti regis.* Cedrinus, ὁ κλεισουράρχης χειροῦται μετὰ τοῦ στρατεύματος, *Clusuræ Præfectus capitur cum exercitu.* Constantinus Porphyrog. in chorographia, λέων ὁ φιλόχριστος τὸ βααζάκιον λαρίσσης κλεισουριάρχην ἐποίησεν, *Leo Christum amans Baazacium larissæ Clusuriarchen effecit.* l. 4. C.de offic.mag.offic.Inscrip.ep.19.lib.2. Cassiodorus. Ammianus lib.14. prætenturas appellat. Tacitus,& quicquid castrorum Armeniis prætenditur. Cassiodorus ep.5.lib.2.Prætenturis & stationibus seruabantur agrariæ, quia Mesopotamiæ tractus omnes crebro inquietari sueti. Burgi dicuntur. Orosius lib.7.cap.32.

Burgus quid olim apud Rom. & vnde dictus.

Crebra per limitem habitacula constituta, Burgos vulgo vocant. Veget.lib.4.c.10. Castellum paruulum,quem Burgum vocant,à quo Burgarij,Sidon.carm.22.

———diceris sic ô Burge,
———Namque domus de flumine surgunt,
Pendentésque sedent per propugnacula thermæ.

Isidorum consule lib.9.c.2. Burgos quasi πύργους turres in limitibus dici volunt, vnde Burgundiones. Isidorus & P.Diaconus lib. 12. Burgundiones, inquit, quondam à Romanis subacta interiore Germania per castrorum limites positi à Tiberio Cęsare in magnam coaluerunt gentem, atque ita nomen ex locis sumpserunt, quia crebra per limites habitacula constituta Burgos vulgo vocant. Hi postea rebelles effecti Romanis plusquam 80. armatorum millia ripas Rheni fluminis insederunt, & nomen gentis obtinuerunt. Ammianus lib.28. Burgundiones sobolem esse Romanam scribit. Eutropius lib.7. Tiberius 400. millia captiuorum ex Germania transtulit,& supra ripam Rheni in Gallia collocauit. Liber de rebus bellicis post notitiam imperij Rom. Est, inquit, inter commoda Reip.vtilis limitum cura ambientium vbique latus imperij,quorum tutelæ assidua castella melius prospicient, ita vt millenis interiectis passibus stabili muro, & firmissimis turribus erigantur, quas quidem munitiones possessorum distributa sollicitudo sine publico sumptu constituat,vigiliis in his,& agrariis exercendis.

Castra & castella pro claustris imperij.

Castra, castella dicuntur l.2.C.de fundis limitrophis. Procopius lib.4. de Ædific.Iustin. Romani Imperatores, vt barbaris vltra fluuium Istrum habitantibus transitum præcluderent, vniuersam ripam huius fluminis propugnaculis vallarunt, non ea ratione exstructis, vt ab irruentibus expugnari nequirent, & forent inaccessa, sed vt ripa fluminis virorum custodia non vacaret. Quod tum satis erat ad deterrendos barbaros,vt cauerent ab incursu in Romanos. Posteriori sæculo Attila cum ingenti exercitu ea propugnacula nullo negotio euertit, quæ deinde Iustinianus reparauit, non qualia priùs fuerant, sed validissima. Aurelius Victor,de Traiano,castra suspectioribus & opportunis locis exstructa. Ammianus lib.28. Valentinianus Rhenum omnem à Rhetiarum exordio adusque fretalem Oceanum magnis molibus communiebat castra extollens altius,& castella,turresq; assiduas per habitabiles locos & opportunos, qua Galliarum extenditur longitudo. Cassiodor.lib.11.munimen claustrale imperij vocat. Appianus in Procœmio, τήν τε ἀρχὴν περικάθηνται μεγάλοις στρατοπέδοις, καὶ φυλάσσουσι τὴν τοίαν ἢ γῆν καὶ θάλασσαν ὥσπερ χῶρον: *Imperium suum Romani ambiunt magnis exercitibus, & tantum terræ ac maris custodiunt, vt vnum aliquem locum.*

Muri in limitibus erecti.

Murum sæpe in limitibus prætenderunt. Hadrianus murum in Britannia per 80. millia passuum primus duxit, qui Romanos barbarosque diuideret, quem Seuerus restituit. Capitolinus de Antonino Pio, nam & Britannos per Lollium vrbicum legatum vicit, alio muro cæspititio submotis barbaris ducto.Beda lib.1.eccles.histor.Angl.cap.1.Seuerus non muro, sed vallo distinxit, & à mari ad mare duxit, Spartianus in Hadriano.Idem in Seuero,Seuerus Britanniam,quod maximum eius imperij decus est, muro per transuersam insulam ducto vtrinque ad finem Oceani muniuit. Bedæ verba sunt. Seuerus receptam partem insulæ à cæteris indomitis gentibus non muro,vt quidam existimant, sed vallo distinguendam putauit.

Muri & valli differentia.

Murus etenim de lapidibus, vallum verò quo ad repellendam vim hostium castra muniuntur, fit de cæspitibus, quibus circumcisis terra velut murus exstruitur altus super terram,ita vt in ante sit fossa,de qua leuati cæspites,supra quam sudes de lignis fortissimis pręfiguntur. Eutropius,vallum per 132.passuum millia à mari ad mare deduxit.

Limitum imperij numerus.

Augustus nouem limites imperij constituerat. Decimum limitem Claudianus in Britannia

A tannia cum tribus legionibus. Tredecim limites fuere ſub Alexandro Seuero. Notitia in ſolo Oriente 15. limites ponit, quos 13. duces tuebantur cum legionib. 48. cuneis equitum 102. alis equitum 105. cohortibus peditum 53. auxiliis militum 32. claſſibus fluuiatilibus 6. & vna in Ponto Euxino. In legionibus numerus eſt mendax. Lego cum legionibus quinque, in quibus 50. cohortes peditum, & centum equitum alas fuiſſe vero proprius eſt. Vide legem vlt. ſub finem, C. de diuerſ. offic. Magiſter equitum, Burgorum in limitibus, & caſtellorum ſitus ac formas, & militum numeros, quotannis principi inſinuare tenebatur, l. 4. C. de offic. mag. offic. l. vlt. C. de offic. mil. iud. In limitibus autem præſidia equitum & peditum fuere. l. in bello, ff. de captiuis, l. non omnes, ff. de re mil. Hieronymus lib. de loc. Hebra. Præſidia vocat. Tranſlimitaneas turmas Ambroſius, equites in limitibus conſtitutos. Tertullianus in Iudæos, ſi Germani adhuc vſque limites tranſgredi non ſinuntur, Britanniæ
B intra Oceani ambitum concluſæ ſunt, Maurorum genus, & Getulorum barbaries à Romanis obſidetur, ne regionum ſuarum fines excedant. Romani legionum ſuarum præſidiis imperium muniunt, nec trans iſtas gentes porrigere vires regni ſui poſſunt. Ammianus, vbi terminales lapides Alemannorum & Burgundionum confinia diſtinguebant. Strabo lib. 9. σήλιον ἔστησαν ἐπὶ τῷ συνομολογηθέντος τόπῳ, ἐπιγραφὴν ἔχοντα τερμόνων, *columnam erexere in loco confeſſo inſcriptionem habentem terminorum.*

Singuli Comites aut Duces diuerſos prouinciarum limites tuebantur: Singulis oppidis vnus erat præpoſitus l. 1. l. 8. C. de diuerſ. off. præpoſitus caſtrorum aut limitum. l. 1. C. de off. quæſt. l. 19. C. ad leg. Iuliam de Adult. non putauimus præpoſitum ab excubiis limitis reuocandum. l. 3. l. 6. de re mil. Milites ad ripas Eufratis, Rheni, Danubij dicti Riparij. Legiones riparienſes quæ prætendebant apud ripas. Vopiſc. in Aureliano quæ in limitibus imperij
C ad ripas fluminum caſtra habebant l. 14 C. de re mil. Caſtra riparenſia & Caſtrenſiana. Pannonia ſecunda, & Dacia ripatienſes dictæ. l. contra, C. de re mil. Iornandes de regnor. ſucceſſ. cum ægre Aurelianus Daciam recuperaſſet Daciam Ripenſem citra Danubium appellauit. l. 4. C. de Metallar. l. 13. C. de op. publ. Caſtrorum præpoſituræ à minore laterculo ex ſcrinio memoriæ prodibant, l. 12. ff. de re mil. l. vlt. C. de offic. mil. iudic. Nouel. 31. §. pen. l. 2. C. de offic. P. P. Afric. Alæ tantùm equitum (non vexillationes, aut cunei equitum, non legiones aut auxilia) & cohortes ad limites imperij Orientis ex laterculo minore prodibant, quæ probabantur à Principe, non à magiſtro militum, ſolúmque magiſtrum officiorum iudicem habebant, l. viros C. de diuerſ. offic. In Occidenti omnes hæ alæ & cohortes ex maiore laterculo emittuntur. De caſtellis limitum Menander Rhetor in methodo laudand. vrb. laudabis, inquit, ἀπὸ τῆς ἀναγκαίας ὡς κατὰ τὰς πόλεις τὰς κατὰ τὸν πόλεμον ὑπὸ ῥω-
D μαίων κατοικισθείσας τὰς καλουμένας κάστρια, ὡς μὴ διαβαίνοντες οἱ βάρβαροι κακουργοῖεν, *à neceſſitate, vt per ciuitates ad fluuium à Romanis condita, ea quæ dicuntur caſtella* (lego τὰ καλούμενα κάστρια) *ne tranſeuntes barbari graſſentur.* A caſtris illis tot hodieq; Burgi per Germaniam & reliquam Europam. Ariſtides πόλεις ἐφορείας, vocat *oppida pro ſpeculis exſtructa*, vel ἐφορείας *limitaneas oras.* in Romam. ἐνταῦθα τείχη τε προβάλλεσθε, καὶ πόλεις ἐφορείας ἐδείμασθε: *Ibi muros prætendiſtis, & vrbes limitaneas ædificaſtis.* Zozimus in Iuliano, καθεστήσας ἢ τὰ πόλεσι, καὶ τὰ ἐκατέραις πολιτικὰς τε, καὶ στρατιωτικὰς ἡγεμόνας, *cùm conſtituiſſet in vrbibus, & limitibus ciuiles, & militares duces.* Zozimus libr. 2. criminatur Conſtantinum, quod cùm limites Diocletianus burgis & caſtellis muniſſet, & militum præſidiis, vt aditus occluderetur barbaris, Conſtantinus limitaneos milites à limitibus reuocauerit, & barbaris aditum aperuerit. τὰ στρατιωτῶν τὸ πολὺ μέρος ἐκ τῶν ὄπισθεν ἀπεσπάσας, τὰς ἐνοχλουμένας ὑπὸ βαρβάρων ἐπεμπωσε βοηθείας.
E

Limites à Comitibus & Ducibus cuſtoditi.

CAPVT IX.

De ijſdem.

AVGVSTVS apud Iulianum libr. de Cæſaribus laudi ſibi ducit, *quòd infinita cupiditate proferendi imperij abripi ſe paſſus non ſit, ſed terminos duos à natura conſtitutos defixerit, Iſtrum & Eufratem fluuios.* ὃ γὰρ τῆς ἀμέτρου ἐπιθυμίας ἔκαυσε ὅπως ἅπαντος αὐτῆ (ῥωμαίων ἀρχῆ) διανοηθῆναι, ὅρια ἢ ἀπὸ ὥσπερ ἐκ φύσεως ἀποδεδομένα ἱερὸν καὶ ἀφεκτὸν πεποιῆσθαι. Vetus auctor apud Suidam limites imperij Romani ad ortum ponit Indiam, & mare rubrum, Nilum, catarractas, & Mœotidem paludem.

Termini duo imperij Romani, & qui.

ῥωμαίων ἀρχὴ αὐτὴ τ ἀσυελίων, & ψεσσῶν, ἢ μακεδόνων τ πρὶν μακρὸ ὑφῆρεν, ὁεισαμβώη πέρατα ἑαυτῆς, ψῶς μ ἔω ἰνδὸς & ἐρυθραν θαλασσαν, & νεῖλον, & καταῤῥάκτης, & λίμνλω μαιῶτιν. πέρατα illa limites vocant, à quibus agri limitanei, milites limitanei, legiones ripenses in Notitia imperij. In eclog. Basil. ecloga 55. τὰς ἀγρὰς τὰς λιμιτανέας, & τὰς λιμνὰς, & ψαν δίκαιον ἀφορειδὴν ἐξ ἀρχῆς τῆς λιμιτανέοις γραπώταις ἀτῆ ἦ: *Limitaneos agros, & paludes, & omne ius, quod ab initio militibus limitaneis assignatum est, illa omnia immunia esse volumus.* ὄεια & ὄρες vocat Herodianus lib. 2. ἀΦεανῆ τὰς ὑπὶ τ ὄχθας τ ποταμῶν, & τὰς ὑπὶ τῆς ὄεοις ῥωμαίων ἀρχῆς ἱδρυμμύας, Pertinax *recreabit eos qui siti sunt in ripis fluuiorum, & in limitibus imperij Romani.* Eadem claustra vocari diximus. Tacitus lib. 2. exin ventum elephantinem, ac Sienem, claustra olim Rom. imperij, quod nunc rubrum ad mare patescit. Clusuras vocat Simocatta lib. 7. c. 8. οἱ βάρβαροι τὰ ὀχυρώματα τ ἀμβάσεων ψειρήθη), κλισύρας καλῦσι: *Barbari propugnacula transitum obsident, quas clusuras vocant.* A B

Castella & oppida ad riparii præsidium structa.

Oppida & castella ripis præsidio. Phranzes lib. 1. c. 7. Imperator Eurymedontis fluminis ripas oppidis communiuit, ne Bithynia Persæ potirentur. Fruria vocat Nicephorus Gregoras, lib. 10. cuius verba Græca mox subiiciemus. Rex iustum esse dixit concedere Romanis fruria, & castella, quæ olim Romani exstruxerant. Andronicus enim supra decem & quinque castella ad cacumina, & prærupta montis Hæmi à fundamentis excitarat: alia autem superædificauerat, vt arcerent assiduos Scytharum transitus. In Augustanis clausuris 60. milites iugiter constituti erant, l. 2. C. de off. P. P. Clusuras non clausuras vocat Vopiscus in Probo. P. Diaconus lib. 19. Clusuriarchen. Sueton. in Vespas. c. 7. claustra Ægypti. Primus Hadrianus muris barbaros summouere instituit, qui murum Britannicum exstruxit, vt Spartian. Eius muri meminit Dio in Commodo, τὸ τεῖχος τὸ διοεῖζον τὲς βρεττανὲς, & τὰ ῥωμαίων γραφέντα: *murus disterminans Britannos, & legiones Rom.* Procop. lib. 4. de ædificiis Iustiniani, ἐρύματα vocat. Gentes enim ad Istrum numero fuerunt infinitæ, quibus indesinenter bellaturientibus necesse fuit, vt Iustinianus Imp. occurreret, & castella munitissima circum statueret, præsidiaq; militum innumera. οἷς δὴ ἀπέρανται πολεμησείοσι ἐπαναπάζειν ὀχυρωμάτων ἰουστινιανὸ βασιλεὺ ἐπανάγκες ἰῶ ἐρύματά τε ψειβαλέσθ ἀναρίθμα, & γραπωτῶν ἀμυθήτα φυλακτήρια καθησάμ. ψεὸς ἱερὸν οἰκοδομήματά τε πολλὰ & ἀξιολογώτατα ὁ βασιλεὺς ὅδε πεποίηκε), πᾶσαν γὰ ἰσρωπίαν τραχυτάτων ἀνεμόεσσαν ἐποιησαν βαρβάροις. Ad Istrum Iustinianus multa, & magna ædificia exstruxit. C

Europa à Iustiniano muris munita.

Omnem enim Europam muris muniens, inaccessam fecit barbaris. ἐρύμασι τ πολεμικὲ τ ἠϊόνα ψειβάλλ συχοῖς. ὀχυρώματα κὴ τ ποταμὸν, *ripam fluuij cinxit castellis frequentibus, munimenta & præsidia circa fluuium* vocat. Φρούριον ὑπερέρυσε), *propugnaculum tornauit.* Romani olim principes transitum barbaris vltra Istrum sitis, prohibere volentes, propugnaculis fluuij istius ripam omnem complexi sunt, quæ non fuerunt adeo munita, vt excluderent barbaros, sed ne ripa omnino à militibus derelicta esset, quia barbari vltra Istrum muros oppugnare non nouerant, ideoque vnica tantùm turre propugnacula constabant, ait Procopius. οἱ ῥωμαίων τὸ παλαιὸν αὐτοκράτορες τοῖς ἐπέκεινα ὠκημμύοις βαρβάροις τ ἰσθμὸν ἀναστέλλοντες, ὀχυρώμασι κατέλαβον τότε δὴ τ ποταμὸ τ ἀκτὴν σύμπασαν. ταῦτα ἢ τὰ ὀχυρώματα ἐξεργάσαντο οὐκ ἀμήχανα ψεοσβῆναι εἴ τις ψεφοιτο, ἀλλ' ὅσον δὴ μὴ ἀνδρῶν ἔρημον τ τ ποταμὸ ἠϊόνα λελεῖφθαι, ἐπεὶ τειχομαχὰν τῆς ἐκείνη βαρβάροις ἐδαμῆ ἔγνωσο, τὰ πολλὰ τ ἐρυμνῶτων αὐτῆς ἀμέλ ἀπεκέκειντο εἰς πύργον ἕνα. Monopurgia dicebantur. Constant. Porphyrog. in Chorog. sepes pro clusuris. Castella quædam in Armenia sunt sepes, & applicata fossati, seu castrorum, Φραγμὸς κὴ ἄπληκτα τ Φασιάνων. D

Limitanei milites quare instituti.

Limitanei maximè milites aduersus Persarum irruptiones instituti. Suidas, οἱ ῥωμαίων βασιλεῖς ἐν τῆς ἄνω χρόνοις ψανταχόσε τ τ ψολιτείας ἑκατὸν πάμπολυ καθεσήσαντο γραπωτῶν πλῆθος, ὑπὶ φυλακῇ τ ὀείων τ ῥωμαίων ἀρχῆς, & κὴ τ ἑώαν μάλιστα μοῖραν, ταύτῃ ἕνεκα ἐφόδες τ ψεσσῶν & σαρακηνῶν ἀναστέλλοντες, ἅπερ λιμιτανέας σκάλιν: *Romani Principes iam olim in finibus imperij vndique multos milites collocarant, ad tuendos fines, maximè ad ortum, vt irruptiones Persarum & Sarracenorum illa parte coërcerent.* Constantinus Porphyrogen. in Chorograph. *munitiones fluuiorum*, Φραγμὲς τ ποταμῶν vocat, Procopius libr. 4. Gotth. ἐν θερμοπύλαις Φρουροί, *ad thermopilas* semper erant *custodes*, quia πύλαι fauces erant, & aditus montium, Anna libr. 6. Alexiad. κλισύρας vocat. σκύθας τὰς κλεισύρας διῆλυθότας, *Scythas, qui clusuras transierant.* Constantinus Porphyrogen. in Chorograph. κλισυράρχαι λαείσης, τερμάρχαι εἰς ἀΦρατην. Castra sæpe fiunt κλεισύραι. Lycandus quod castrum erat, clusura factus est, γραπτός. Diaconus lib. 10. Seuerus magnam fossam, firmissimumq; vallum crebris insuper turribus per centum & triginta duo millia passuum à mari ad mare E

duxit,

A duxit, lib. 12. Burgundiorum quoque nouorum hoſtium cœpit nomen nouum, qui pluſquam 80. millia, vt fertur, armatorum ripæ Rheni fluminis inſederunt. Hos quondam ſubacta Germania interiore à Druſo, & Tiberio adoptiuis filiis Cæſaris, per caſtra diſpoſitos in magnam coaluiſſe gentem, atque ita etiam nomen ex opere præſumpſiſſe, quia crebra per limitem habitacula conſtituta, Burgos vulgò vocant, eorúmque eſſe perualidam & pernicioſam manum, Galliæ hodiéque teſtes ſunt, in quibus præſumpta poſſeſſione conſiſtunt. Genethliaco Maximiani Mamertin. quos huc atque illuc tot vrbes, tot caſtra, tot limites, tot circumiecta Romano imperio flumina, montes, littora vocant. Ibidem Burgundios appellat, qui vulgò Burgundiones. Gotthi Burgundios penitus exſcindunt. Alibi tamen ait, cùm omnes barbaræ nationes exſcidium vniuerſæ Galliæ minarentur, neque ſolum Burgundiones & Alamani. Sozomenus lib. 1. Neocæſarea φρέαρ τῆς Εὐφράτε πο-

B λείμνον ὄχθας, *caſtellum ripis Euphratis aſsitum.*

Serræ dictæ cluſuræ, πρίονες. lib. Iudith, cap. 4. ἀπέναντι Ε πρίονος τῆς μεγάλης Ἰουδαίας: *è regione ſerræ magnæ Iudææ.* Polybius lib. 7. πρίονα interpretatur τόπον σωμάπτοντα τὴν ἄκραν τῇ πόλει, *ſerram locum, qui iungit promontorium & vrbem.* Prætenturæ dictæ ſunt cohortes, quæ Rheno, Danubioq; prætendebantur. Panegyr. Conſtantini, milites iam obliti deliciarum circi maximi, Rheno, Danubioq; prætenduntur. Militem diſpoſitum ripis vocat Eumenius in Panegyr. Conſtant. Contra hinc per interualla diſpoſita magis ornant limitem caſtella, quàm protegunt, &c. Cùm totus armatis nauibus Rhenus inſtructus ſit, & ripis omnibus vſque ad Oceanum diſpoſitus miles immineat. Paulus Diaconus fauces & ſtomata vocat lib. 18. erant autem Arabum iuxta poſitorum quidam, qui accipiebant ab Imperatoribus rogas pauxillas ad cuſtodiendum στόμα eremi. lib. 19. Cluſurarum cuſtodem.

Serræ pro clauſuris.

C Seueros locauerunt ab anteriore clauſura Veregaborum. Quod in multo cautela conſiſteret, ex lateribus ob clauſuras & Ponticum mare. Præpeditus à Bulgaribus in arcto clauſuræ. Clauſtra vocari diximus. Panegyr. Theod. vt ſuperatis Alpibus Cotiis, Iulia quoque clauſtra laxaret. Claudian. Paneg. Honor. 3. Cos.

——ſpes irrita valli
Condidit, & ſcopulis patuerunt clauſtra reuulſis.

Limes dicitur Genethl. Maximiani, ac quemadmodum educatus, inſtitutuſq; ſis, prædicabo in illo limite, in illa fortiſſimarum ſede legionum (Pannoniam intelligit) inter diſcurſus ſtrenuæ iuuentutis, & armorum ſonitus. Euagrius lib. 5. cap. 9. ὀχυρὸν πόλισμα. τὸ δὲ κυρικώτερον ὅτι πόλισμα ῥωμαίοις ὑπηκόοις ἔστιν ἐπὶ τῆς ἑσπερίας τῆς πολεμίας κείμενον, ὅπερ ὀχυρὸν δὲ μόνα τὰ τείχη ποιεῖ ἐς ἄπειρον ὕψος ἐπαιρόμενα: *Circeſium vrbs eſt, ſita opportuno loco in limitibus imperij, quòd non ſolùm munitum eſt, ob mœnia in infinitam altitudinem elata.* Limitibus iſtis ac cluſuris clauſulam tandem aliquam imponamus, & ad imperij Romani magnitudinem redeamus, de qua lib. 10. hiſt. eccl. Euſebius ſub finem, Conſtantinus, inquit, & Criſpus filius eius, τὴν οἰκείαν ἑῴων ἀπελάμψαντον, καὶ μίαν ὡσανεὶ τὴν ῥωμαίων κατὰ τὸ παλαιὸν παρεῖχον ὄψιν, τὴν ἀπ' ἀνίσχοντος ἡλίου πᾶσαν ἐν κύκλῳ, &c. *Orientem vt proprium aſſumpſerunt, & Romanorum imperium vnum, vt olim, exhibuerunt ab orto ſole in ambitum per vtrumque latus* terræ habitabilis, Septentrionem & Meridiem, ad fines vltimos Occidentis pacem fouentes. Idem l. 1. de vita Conſtant. Conſtantinus ἐπῆλθε μὲν τὴν βρεταννῶν, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ οἰκοῦντας ὠκεανῷ τῇ κατὰ δύσιν ἥλιον περιοριζομένῳ, πάντα σκυθικὸν ἐπηγάγετο ταῦν, *luſtrauit Britanniam, & incolas Oceani, qui ſolis Occaſu definitur, & Scythas omnes ad ſe traduxit*, ſub vrſa infinitis barbarorum

E gentibus variatos. Iam autem prolato imperio ad remotiſſima auſtri, Blemmyas & Æthiopas ad Solem Orientem victorias ſuas propagauit, ad ipſos terrarum orbis fines Indos remotiſſimos. Conſtantinus Porphyr. lib. 2. de Themat. ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἡ τῶν ῥωμαίων ἀρχὴ τὸν ἑωθινὸν σταυρὸν ἐξέπλωσεν εἰς πάντα τὰ τοῦ κόσμου τέρματα, πάντας ὡς εἰπεῖν διεσπάσατο, καὶ μετεσκεύασεν εἰς μίαν ἀρχὴν, καὶ ζυγὸν ἠνάγκασε τυχεῖν ἕνα πάντας. Euſebius lib. 1. hiſtor. eccleſ. cap. 9. Tiberium τὴν καθ' ὅλον ἀρχὴν διαδέξασθαι ſcribit, id eſt, *ex quo Romanorum imperium ſagenam ſuam explicauit in omnes orbis fines, vniuerſum hominum genus, vt vno verbo dicam, profligauit, & ſub vnum imperium redegit, & vnum ac idem iugum ferre coëgit*: malim, καὶ ὑπὸ ζυγὸν. Euſebius Tiberium ſcribit ſuſcepiſſe imperium vniuerſi terrarum orbis. Iterum ad limites me reciproci fluctus hiſtoriæ reiiciunt, vt ſi quid forte exciderat relegam. Conſtantinus Porphyrogen. in Chorographia, ſic enim in Codice Bibliothecæ regiæ indigetatur liber, quem alij de Adminiſtratione imperij appellant, cap. 29. De Diocletiano loquens, Salonas, inquit, propter mare condidit Diocletianus, & abierunt illi ad cluſuram, quæ abeſt à

Limes pro clauſura imperij.

castro Aspalathi milliaria quatuor, quæ hodieq; clusura dicitur, quia excludit eos, qui illinc A
in fines imperij Romani transire volunt: καὶ πρὸς τὴν κλεισοῦραν ἀπήχοντα τοῦ αὐτοῦ κάστρου ὑπάρχουσαν μίλια τέσσαρα, ἥτις καὶ μεχρὶ τῶν νῦν καλεῖται κλεῖσα, διὰ τὸ συγκλείειν τοὺς διερχομένους ἐκεῖθεν. Eam clusuram clisam vocatam ait, quasi clausam. Zozimus Diocletiani prouidentia factum ait, vt omnes vndique Rom. imperij limites ἐσχατίαι, πόλεσι, καὶ φρουρίοις, καὶ πύργοις, *vrbibus, castellis, turribus cingerentur.*

Cōcædes & concisa qua dicantur.

Concædibus item limites muniebantur. Concædes vocantur ligna transuersa, quæ intercludunt itinera. Tacitus lib. 1. Ann. Romanus limitem à Tiberio cœptum scindit, castra in limite collocat, frontem ac tergum vallo, latera concædibus munit. Paulus Diaconus concisa appellat. Factis etiam concisis per deuia syluarum irrupit super eos. Ammian. lib. 16. Difficiles vias & suapte natura cliuosas concædibus clausere solerter, arboribus immensi roboris cæsis. De stipitibus Spartianus in Hadriano, stipitibus magnis in modum B
muralis sepis funditus iactis, atque connexis barbaros separauit. Synesius oratione ad Arcadium negat Imperatores Romanos muris arcuisse irruptionem barbarorum, sed contra sæpe in eorum agros irrupisse. οὐκ ἀποτειχίζοντες τὴν οἰκείαν εἶργον τοὺς ἀσιανοὺς· ἀλλ' οἷς ἐποίουν ἐκείνους ἐνουτέθουν τὴν σφετέραν ἀποτεχίζειν: *Non muro ditionem propriam firmantes prohibebant Asianos, sed ijs quæ faciebant, illos monebant, vt suam muro vallarent.* In Notitia imperij comes Africæ primus inter comites limitaneos recensetur. habuit 16. præsidia, & totidem præpositos, qui Præfecti castrorum. l. 1. C. de off. quæst. In Occidente erant præsidia 269. cum totidem præpositis seu Præfectis castrorum. Comes Italiæ præerat tractui Italiæ circa Alpes. Tacit. lib. 19. Bassus Liburnis nauibus Hadriani præfectus, à Præfecto alæ Mennio Rufino præsidium illic agitante vincitur. Duodecim duces fuere in Occidente sub magistro militum præsentiali, qui sub se præpositos limitum habebant. Erant spectabiles. Præfectos 8. classium, & C
Præfectos militum limitaneorum numerat notitia sub finem. Præposituras vocat magistri militum præsentalium. Erant præsidia 43. classes 8. Nicephorus Gregoras lib. 5. *Rex cùm res desperatæ essent, frequentibus oppidulis fluuium Sangarium firmauit, ne hostes Bithyniæ domini essent,* ὅθεν ἀπηγορευκὼς ὁ βασιλεὺς πολιχνίοις συχνοῖς ὠχύρωσε τὴν πόταμον σαγγάριον ὅπως μὴ καὶ αὐτῆς κυριεύωσι βιθυνίας. lib. 10. ὁ δὲ βασιλεὺς δίκαιον εἶναι φήσας ὑπείκειν ῥωμαίοις τὰ πάλαι παρὰ ῥωμαίων ἀνοικοδομηθέντα φρούρια. πλείονα γὰρ ἢ πέντε καὶ δέκα φρούρια παρὰ τὰς ἀκρότητας καὶ ἀποτομὰς τῶν αἵμου ἀνδρόνικος τὰ μὲν ἐκ βάθρων ἀνήγειρε, τὰ δ' ἐπῳκοδόμησε ἵνα εἶεν κώλυμα καὶ διάφραγμα τῆς συνεχοῦς τῶν σκυθῶν διαβάσεως: *Rex æquum esse dixit vt propugnacula iam olim à Romanis exstructa, Romanis cederent. Andronicus enim supra quindecim propugnacula, seu castella ad vertices & prærupta Hæmimontis à fundamentis excitarat, & alia superstruxit vt continuæ Scytharum eruptiones, & transitus præcluderentur.* D

CAPVT X.

De Senatu Romano.

Senatores quo tempore instituti.



QVIA Imperatores ipsi erant Senatores, de Senatu hîc aliquid delibabo. Senatores quando primùm instituti sint, qua libera Rep. auctoritate fuerint, vulgo notum est. Sub Imperatoribus quo loco habiti sint, ostendit Corippus lib. 2. apud quem Princeps sic alloquitur Senatores, E

——Vos ô mihi proxima membra
Conscripti patres, nostri spes maxima regni,
Vos estis pectus, vos brachia pectoris huius.

Cassiod. lib. 6. for. 4. Senatus ille mirabili opinione gloriosus. in dissertat. Adriani, & Epict. Senatus dicitur ornamentum vrbis, splendor ciuium. Cineas Pyrrhi orator, Regum concessum vocauit. Maiorani Nouel. 3. de ritu imperij sui, Quintil. declamat. 329. l. 74. C. Theodos. de decurionibus, Otho apud Tacitum lib. 1. histor. Quid? vos pulcherrimam hanc vrbem domibus, & tectis, & congestu lapidum stare creditis? Muta istæc, & inanima intereidere, ac reparari possunt, æternitas rerum, & pax gentium, & mea, cum vestra salus incolumitate Senatus firmatur. Symmachus libr. 1. epistol. 46. Senatum partem meliorem orbis vocat: Orationem meam secunda existimatione pars melior humani generis Senatus audiuit. Pruden. in Symmach. Senatores mundi lumina, Probus apud Vopisc.

ait

A ait Romanos Senatores mundi esse principes, tales semper fuisse, & in posterum futuros Ammian. Constantius Senatus officia, reuerendáque patriæ stirpis effigies ore sereno contemplans, non vt Cineas ille Pyrrhi legatus in vnum coactam multitudinem regum, sed asylum mundi totius adesse existimabat. Ex omnibus orbis partibus optimi quique Romam confluebant. Nazarius in Panegyr. Sensisti, Roma, te tandem arcem omnium gentium, & terrarum esse reginam, cùm ex omnibus prouinciis optimates viros Curiæ tuæ pignoraueris, vt Senatus dignitas non nomine, quàm re esset illustrior, cùm ex totius orbis flore constaret. Cicero, Senatum principem salutis, publicæque mentis. Ammian. Asylum mundi totius, Cassiod. Glorioſum Senatum, morumque lumina, Petronius, Recti, bonique præceptorem. Tacitus, caput imperij, decora omnium prouinciarum Rutil. lib. 1. Itiner.

B *Religiosa patet peregrinæ Curia laudi,*
Nec putat externos quos putat esse suos.

Ennodius in Panegyrico ad Theodor. Coronam Curiæ innumero flore velasti, Cassiodor. lib. 1. ep. 13. Quicquid humani generis floris est habere Curiam decet. lib. 5. ep. 41. Senatus Romanus de probatissimis congregatus. Symmachus lib. 10. ep. 56. 60. Senatus ordo venerabilis, & reuerendus, Cicero pro Sextio, ita magistratus annuos creauerunt, vt consilium Senatus Reip. præponerent sempiternum. Deligerentur autem in id consilium ab vniuerso populo, adituſq; in illum ordinem summum, omnium ciuium industriæ, ac virtuti pateret. Senatum Reip. custodem, præsidem, propugnatorem collocauerunt. Huius ordinis auctoritate vti magistratus, & quasi grauissimi consilij ministros esse noluerunt. Prima Philipp. Senatus orbis terræ consilium Symmachus lib. 3. ep. 43. Plinius lib. 2. ep. 12.

C Probus voluit appellari ab omnibus magistratibus ad Senatum, permisit enim patribus, vt ex maiorum iudicum collationibus, & ipsi cognoscerent, proconsules crearent, legatos proconsulibus darent, ius prætorium præsidibus darent, id est, vt sederent inter prætores in Senatu reuersi ex prouinciis, leges quas Probus ederet Senatusconsultis propriis confirmarent, ait Vopisc.

Senatus potuit de pace & de bello statuere. Claudian. in Panegy. Stiliconis, *Bellū & pacem faciēdi potestas Senatui Romano data.*

Ordine cum prisco censeret bella Senatus,
Neglectum Stilicho iam tot per secula morem
Rettulit, vt ducibus mandarent prælia patres,
Decretóque togæ felix legionibus iret
D *Tessera.*
Roma iubet signis, bellaturóque togatus
Imperat, & spectant aquilæ decreta Senatus.

Legatos ad exteros Principes pacis conciliandæ ergo, Senatus decreto missos docet Priscus in eclog. Gorth. Histor. ἐδόκει τῇ τ῾ ῥωμαίων βουλῇ πλίνθαν πρεσβεύεσθαι παρ' αὐτὸς κυρωθείσης ἐπ' αὐτῷ τῷ βασιλέως ψήφῳ: *Visum est Senatui vt Plintha legatus ad eos mitteretur Principe probante.* Onosander στρατηγικῷ θεωρίαν πρέπειν ῥωμαίοις, καὶ μάλιστα ῥωμαίων τοῖς συγκλητικῷ ἀριστοκρατίαν λελογχόσι: *Romanorum propriam esse rei militaris scientiam, maximè Senatorum.* A Senatu olim prouinciæ regebantur l. 2. §. nouissime. D. de origin. iur. Capitolin. in Gordianis, neque gratius mihi quidquam P. C. neque dulcius potuistis efficere, quàm vt Anto-

E ninum Gordianum proconsulem ad Africam mitteretis. Proconsules enim à Senatu, legati Cæsaris, à Cæsare in prouincias missi: quare proconsul à Cæsaris legato distinguitur, l. 7. de manumiss. vindic. Alius item legatus proconsulis fuit à legato Cæsaris, ideo apud Spartianum Seuerus se populi Romani, non Cæsaris legatum dixit, cùm legationem proconsulis Africæ obiret. Senatusconsulto enim & proconsul, & legati eius facti. Quare proconsul inter magistratus populi Romani numeratur, l. hos accusare. D. de accusationibus. In veteri lapide Augusti proconsules memorantur. Apollini Granno Q. Lucius Sabinianus proconsul Augusti. Iustinianus dedit codicillos proconsuli Cappadociæ, quem Iustinianeum vocauit Nouel. 31. & 103.

Senatus decreta vim legis habuerunt. l. 9. D. de legib. Quia Senatus loco populi fuit l. 2. §. deinde, de origin. iur. Appianus lib. 1. ciuil. εἰσηγέντό τε μηδὲν ἔτι ἀπροβούλευτον εἰς τὸ δῆμον εἰσφέρεσθαι, νενομισμένον μὴ ἄνευ τῆς πάλαι προβουλευμένου γε ὀλίγα πολλῶν, *censebant nullam oportere rogationem ad populum ferri Senatu inconsulto, quod olim obseruatum fuerat, sed pridem exoleue-* *Senatus Romani decreta olim vim legis habebant.*

rat: ſic Senatus conſenſus cæpit perſcribi ad Principem, vt ille loco populi eſſet. Tacit.lib. A
13.14. Eóque res tandem rediit, vt non aliter Senatuſconſulta fierent. l.humanum, C.de legibus. Nouel.62. Et quamuis ſit ſolius Principis legem condere, ſolebat tamen ille habita, aut ſcripta oratione Senatum conſulere, & ex eius ſententia leges promulgare, l.leges. C.de legibus. Symmachus lib.10. epiſt.21. Hæc æternitas veſtra venerabilis cùm Senatui ſtatuenda mandaret, referri ad ſe protinus imperauit, vt placita cunctis immortali lege ſolidentur. Iuſſis paruimus, exſpectamus oraculum quo ſalutariter vt veſtro numini familiare eſt, patrum decreta firmetis. Probus Auguſt. apud Vopiſcum conſtituit, vt leges quas ederet Senatuſconſultis conſecrarentur. Tandem Leo Imp. Senatus auctoritatem funditus euertit, Nouel.78. Oportuit autem patres frequentes in Senatum venire, infrequentes mulctabantur. Cic.lib.3.de legibus, Senatori qui non aderit, aut cauſa, aut culpa eſto. Pignoribus captis mulctabantur, Philippica 1.Cicer. Nero apud Dionem Senatorem capite B
mulctauit cum hoc elogio, Quia infrequens eſſet.

Aegroti Senatores in ſella iacẽtes in Senatum illati.

Idem prodit in anno 770. Sæpe factum, vt ægroti Senatores in ſella iacentes in Senatum inferrentur, ἐν σκιμπόδιῳ κατακείμενοι. Idem lib. 54. ἐφ' ὅτι οὐκ ἀεὶ συχνοὶ συνήγοντο ἐκέλευσε τὰ δόγματα αὐτοῖς καὶ ἐν ἐλάττοσι ἢ τετρακοσίοις γίγνεσθαι. ὁ γὰρ ἐξὸν τινα ἐν τῇ ὥρᾳ ἄλλως κυρῶσι. Auguſtus videns quod infrequentes conuenirent, iuſſit Senatuſconſulta firma eſſe, licèt pauciores quadringentis conueniſſent, quod olim nefas fuit. Erat autem numerus neceſſarius alias alius pro vario genere rerum de quibus decernebat Senatus lib. 55. τότ' ἀριθμὸν τὸ εἰς τὰς κύρωσιν τῶν δογμάτων ἀναγκαῖον κατ' ἔκαστον εἶδος αὐτῶν, ὡς γε ἐν κεφαλαίοις εἰπεῖν διενομοθέτησε, Auguſtus numerum pro genere rerum definiuit. Poſtea etiam numerus imminutus vt Senatuſconſulto faciendo 70. Senatores ſatis eſſent, ait Lamprid.in Alexand. Neque vllam conſtitutionem Alexander Seuerus ſanciuit ſine 20.Iuriſperitis, & do- C
ctiſſimis, ac ſapientibus viris, iiſdemq; diſertiſſimis non minùs 50. vt non minus in conſilio eſſent ſententiæ, quam Senatuſconſultum conficerent. Lege Conſtantini magni numerus ad 50.reuocatus eſt.

Aſſenſus Patrum in Senatu quomodo fieri ſolitus.

Patres autem in Senatu aſſentiebantur voce, aut porrecta manu, aut pedibus in ſententiam ibant. Vopiſcus in Aureliano: deinde aliis manus porrigentibus, aliis pedibus in ſententiam euntibus, plæriſque verbo conſentientibus conditum eſt Senatuſconſultum. Seneca epiſt.8. ſi in Senatu candidato vocem, & manum commodarem. Milites item manu aſſentiebantur. Lucanus de Iulij Cæſar. militibus,

Elataque altè, quæcunque in bella vacaret
Promiſere manus.

D
Græci χειροτονεῖν dicunt. Martialis de auctionibus publicis,

Nam mea res digitum ſuſtulit hoſpitibus.

Iſidorus libr. 1. origin. Mos eſt militaris vt quoties conſentiat exercitus, quia voce non poteſt, manu promittat. Cicero lib.1.ad Atticum, Senatuſconſultum pedariorum voluntate factum, raptim in eam ſententiam pedarij concurrerunt. lib.1.epiſt.ad famil.2. de tribus legatis in alia omnia frequentes ierunt. Senatuſconſulta olim omnia in æs inciſa in ærarium referebantur. Ea quæ ad principes pertinebant in libris elephantinis ſcribebantur, ait Vopiſcus. Senatuſconſultum interdum tacitum fuit, cùm nulli ſerui publici, nulli cenſuales intereſſent. Capitolinus in Gordianis, Omnino exemplum Senatuſconſulti taciti non aliud eſt hodie quàm quod veſtra clementia conuocatis ad interiora maioribus ea diſponit quæ non ſunt omnibus publicanda, de quibus adiurare etiam ſoletis, ne quis ante E
rem completam quidquam vel audiat, vel intelligat, &c. ita vt non ſcribæ, non ſerui publici, non cenſuales illis actibus intereſſent, Senatores exciperent. Herodianus de eo Senatuſconſulto, συνῆλθον ὧν οὐκ εἰς τὸ συνέδριον, ἀλλ' εἰς τὸ τοῦ Διὸς νεὼ καπιτωλίνᾳ ὃν σέβουσι ῥωμαῖοι ἐν ἀκροπόλει, *conuenerunt Senatores non in ſolitum Senaculum, ſed in ædem Iouis Capitolini quem colunt Romani in arce.* Cùm igitur ſe ſolos in templo incluſiſſent. Auguſtus ſanxerat apud Suetonium cap.34. vt ne plus quàm bis in menſe legitimus Senatus haberetur, Kal. & Idibus, neve ſeptembri, octobríve menſe vllos adeſſe alios neceſſe eſſet, quàm ſorte ductos, per quorum numerum decreta confici poſſent, ſibíque inſtituit conſilia ſortiri ſemeſtria, cum quibus de negotiis ad frequentem Senatum referendis ante tractaret. Sententias de maiori negotio non more atque ordine, ſed prout libuiſſet prærogabat.

Indictiuus & legitimus Senatus.

Senatus autem aut legitimus erat, aut indictiuus, σύγκλητος, & extraordinarius, qui indicebatur à conſule, aut tribuno plebis. Illi enim προγράφοντι βιβλίῳ, ait Plutarchus in Bruto,

loquitur.

A loquitur. Edicere Senatum dicebantur. Capitolin. in Gordian. Non legitimo, ſed indicto Senatus die conſul iam domi conuentus cum prætoribus, ædilibus, & tribunis plebis venit in Curiam. Spartianus in Hadriano, Senatui legitimo cùm in vrbe, vel iuxta vrbem eſſet ſemper interfuit. Legitimus ille Senatus dicitur βελὴ καθήκουσα, νόμιμος, ἔννομος, κυρία. Sanxerat item Auguſtus vt priuſquam conſideretur, quiſque thure ac mero ſupplicaret. Sueton. cap. 34. quo autem lecti probatique, & religioſius, & minore moleſtia Senatoria munera fungerentur, ſanxit, vt priuſquam conſideret quiſque thure & mero ſupplicaret apud aram eius Dei in cuius templo coiretur. Dio lib. 54. θυμιᾶν τε τὰς βουλευτὰς ἐν τῷ συνεδρίῳ ὁσάκις αὐ ἕδρα αὐτοῖς ὦσι, καὶ τὸν ἄφιξιν πρὸς ἑαυτὸν ἑ ποιεῖσθαι, τὸ μὲν ἵνα θεοσεβῶσι. τὸ δὲ ἵνα ὁπόταν σπεύσωσι ἐκέλευσεν, *Thure ſupplicare iuſſit Senatores in Curia quoties conſidere patres deberent, & ſalutandi cauſa ad ſe non venire, tum vt pietate in Deo, fungeretur, tum*
B *vt ſine labore conuenirent.* Idem tamen lib. 56. de Auguſto ait, ἐν τῇ ἄλλαις ἡμέραις καὶ τὴν γερουσίαν ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ καθέζετο: *Alijs diebus Senatum in Curia ſalutabat.*

In Senaculis enim & Curiis erant aræ. In Iulia Curia fuit ara victoriæ, Dio lib. 51. Sueton. in Auguſto ſub finem. Symmachus ad tres Auguſtos, illa ara Concordiam tenet omnium, illa ara fidem conuenit ſingulorum, nec ad fidem magis facit ſententiis noſtris, quàm quòd omnia quaſi iuratus ordo decernit. *Aræ in Senaculo & Curia.*

Senatus autem habebatur in loco ab Auguribus conſecrato, vel etiam in templis. Virgilius, *Senatus quo in loco haberi ſolitus.*

——— *Hoc illis Curia templum.*

Senatus vt plurimum habitus in æde Concordiæ. Lampridius in Seuero, Cùm Senatus frequens in Curiam, hoc eſt in ædem Concordiæ templum inauguratum conueniſſet. *Concordiæ ædes Senatui decreta.*
C Gellius lib. 14. cap. 7. Romæ autem Concordiæ plures ædes, vt Publius Victor docet, lib. de Regionib. vrb. ſed non omnes ædes & templa erant inaugurata. Hæc Curia in Liuiæ porticu fuit, de qua Lampridius in Alexandro: In ſomnis vidit alis ſe Romanæ Victoriæ, quæ eſt in Senatu, in cælum vehi. In penetrali enim Curiæ parte Victoria erat. Herodianus ἐκέλευσεν ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τοῦ συνεδρίου τόπῳ ὑψηλοτάτῳ τὴν εἰκόνα ἀναστῆσαι ὑπὲρ κεφαλῆς ἔχουσαν ἀγάλματος τὸ νίκης: *Iuſſit in media Curia loco editiſſimo imaginem poni ſupra caput ſimulacri Victoriæ.* Senacula dicebantur. Valer. Max. lib. 1. cap. 2. cùm Senatus aſſiduam ſtationem eo loci perageret qui Senaculum appellabatur. Lampridius in Heliogab. Fecit & in colle Quirinali Senaculum mulierum. Feſtus, tria Senacula fuiſſe Romæ in quibus Senatus haberi ſolitus ſit, memoriæ prodidit. Nicoſtratus, in libro qui ſcribitur de Senatu habendo, vnum vbi nunc eſt ædes concordiæ, Capitolium & forum, in quo ſolebant ma-
D giſtratus duntaxat cum ſenioribus deliberare. Alterum ad portam Capenam. Tertium citra ædem Bellonæ in quo exterarum nationum legatis quos in vrbem admittere nolebant Senatus dabatur. Apud Vopiſcum Aurelianus Senatum, ſiue Senaculum matronis reddi voluerat, ita vt primæ illis, quæ ſacerdotia Senatu auctore meruiſſent.

Conſtantinopoli Senatus in Septimo habitus eſt, quod palatium fuit in ſuburbio. Senatores autem ſententiam dicebant voce, aut ex ſcripto, dicturíque ſurgebant. Claudius contra morem ſedit. Dio, ὅσα ᾗ αὐτὸς ἀνεγίνωσκε καθήμενος ὡς τὸ πολὺ ἐπελέγετο. Claudius *quæ ipſe in Senatu pro ſententia legebat, ſedens vt plurimum legebat.* Fuit autem Senatus duplex maior Romæ, minor decurionum in aliis vrbibus. Senatores item duorum generum erant, Senatores vrbis, qui & Senatores populi Romani dicuntur. Alij Senatores in municipiis, decuriones, curiales, quorum cœtus minor Senatus nuncupatur. Spartianus de Hadria- *Senatus Cõſtantinopolitanus.*
E no, qui primus in ſua familia Senator populi Romani fuit. Victor de Antonino Pio, vir veterrimæ familiæ è Lanuuio municipio Senator vrbis. Lampridius in Alexandro, Senator Romanus. Dio in Seuero, βουλευτὴς τῶν ῥωμαίων, ἀνὴρ ἐκ τῶν ῥωμαίων βουλῆς. Auguſtus apud Sueton. cap. 34. Senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba, erant enim ſuper mille, & quidam indigniſſimi, & per necem Cæſaris, per gratiam & præmium allecti, quos Orcinos vulgus vocabat, ad modum priſtinum, & ſplendorem redegit duabus lectionibus. Quoſdam ad excuſandi verecundiam compulit, ſeruauítque etiam excuſantibus inſigne veſtis, & ſpectandi in orcheſtra, epulandíque publicè ius. Alexander Seuerus nunquam ſine omnium Senatorum qui aderant conſilio Senatorem fecit, ita vt per ſententias omnium crearetur, teſtimonia dicerent ſummi viri, ac ſi fefelliſſent vel teſtes, vel ij qui ſententias dicebant poſtea in vltimum reiicerentur locum, ciuium condemnatione adhibita, quaſi falſi rei approbati, ait Lampridius. Dio lib. 52. καλέσας ἐς μὲν τὸν ἱππάδα ἐκατονταδενέτεις, ἐς δὲ τὸ συνέδριον πέντε καὶ εἰκοσέτεις. ταμιεύσαντές τε, καὶ

ἀγορανομήσαντες, ἢ δημαρχήσαντες στρατηγεῖτωσαν τεσσαρεσκαιδέκατα ἡλικίαν: *Cooptare oportet in equeſtrem ordinem adoleſcentes decem & octo annos natum, in Senatum 25. annos. Cùm autem quæſtores fuerint, & ædiles, aut tribuni plebis anno ætatis trigeſimo fiant prætores.* A

Senatorum nomina cur in album relata.

Nomina Senatorum in album referebantur, è quo ſi qui indigni ordine viderentur, albo eradebantur. Tacitus lib. 4. Annalium, Senatorum albo eraſit, quod primus inſtituit Auguſtus anno 746. cùm recenſo Senatu mulctas infrequentibus irrogaſſet, & ſimul definiuiſſet numerum intra quem S. conſulta non fierent. Quare neceſſarium viſum eſt album quod renouatum quotannis, & in Curia propoſitum. Dio lib. 52. τότε ὀνόματα συμπάντων βουλευόντων εἰς λευκώματα ἀναγράψας ἐξέθηκε, καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ νῦν κατ' ἔτος ἄττα ποιεῖται: *Nomina omnium Senatorum in album retulit & propoſuit, quod in hunc diem ſeruatur.* Sub finem lib. 2. ait, ἐς χιλίους τὸ πλήρωμα τῆς γερουσίας αὐξηθῆναι, *numerum Senatorum ad mille excreuiſſe*, quem vt repurgaret φοβηθεὶς μὲν σφᾶς ἐπὶ τῇ συνειδότι τότε μέν, τότε βίᾳ δικασὰς ἑαυτῶν μνείας, πεντήκοντα ἔπεισεν ἐθέλοντας ἐκχωρῆσαι, &c. *Cohortatus eos ex conſcientia generis & vitæ ſibi ipſis iudices vt eſſent, perſuaſit quinquaginta vt ſponte ordinem migrarent.* lib. 54. τριάκοντα ἄνδρας τοὺς ἀρίστους ἐξελέξατο, καὶ ἐκείνους ἐκέλευσε καθ' πέντε εἰς πινάκια γράψαντας ἑλέσθαι, Vt iterum Senatum repurgaret 30. *viros præſtantiſſimos elegit, & iuſſit vt Senatorum quinque nomina cùm in tabellis ſcripſiſſent, ex iis optimum quemque eligerent.* Dubito an audiendus ſit Vlpianus D. de Senator. l. vlt. in hæc verba loquens, Senatores autem accipiendum eſt eos qui à patriciis, & conſulibus vſque ad omnes viros illuſtres deſcendunt, quia & hi ſoli ſententiam in Senatu dicebant. Legem illam à quodam Sciolo huic titulo inſertam arbitror. Certum enim eſt non ſolos illuſtres, ſed & ſpectabiles, & propriè clariſſimos Senatores iuſta ætate ſententiam in Senatu dixiſſe. Auguſtus liberis Senatorum quo celerius Reip. aſſueſcerent protinus virilem togam latum clauum induere, & Curiæ intereſſe permiſit. Caſſiodorus lib. 3. epiſt. 2. ſcribit referendos Curiæ ex patriciis, aut viris claris fieri ſolitos. Idem lib. 6. variar. agens de referendis in Senatum, ipſum Senatum libertatis Curiam vocat. B C

Veſtes & inſignia Senatorũ quæ olim fuerint.

Quæri autem hoc loco non incommodè poteſt, quæ inſignia, quæ veſtes Senatorum eſſent. Olim togæ candidæ laticlauiæ Senatorum, prætextæ magiſtratuum erant. Sub Imperatoribus Senatorum omnium prætexta, & chlamys inſigne fuit. Trebellius in Aureliano, Senatoriæ dignitatis inſigne prætexta. S. Ambroſius lib. de dignit. ſacerdot. cap. 3. Sicut Senatorem chlamys ornat. Sidonius lib. 1. epiſt. 11. Chlamydibus induebamur. Caſſiodorus lib. 6. epiſt. 15. Additur quòd nec ſalutari te ſine chlamyde iura voluerunt, ſcilicet vt ſub veſte militari ſemper viſus, nunquam credaris eſſe priuatus. Vicarium vrbis Romæ alloquitur. Sic & Rectori prouinciæ chlamys epiſtola 21. ibid. & l. 1. C. Theodoſ. de habitu quo vti. Adrianus tamen Senatores, & equites Romanos ſemper in publico togatos eſſe iuſſit, niſi à cæna reuerterentur. Sed & trabea veſtis Senatoria fuit vt vult Iſidorus olim certè fuit equeſtris. Perſius ſat. 2. D

Cenſorémque tuum vel quod trabeate ſalutas.

Sidonius lib. 1. ep. 6. Trabeatas imagines Senatorum, & magiſtratuum vocat. Seruius ad lib. 7. Æneid. Trabea veſtis purpurea album aliquid habebat, qua prætores, reges, conſules, & equeſtris ordinis homines, reliqui nobiles induebantur. Cornutus, Trabea erat togæ ſpecies purpura & cocco, qua operti nobiles Romani initio procedebant. Senatores item geſſerunt colobia. Dorotheus doctrina 1. ἔχει δὲ τὸ κολόβιον ἡμῖν σημεῖον τί ποτε πορφυροῦν. τί δέλει εἶναι τὸ σημεῖον τὸ πορφυροῦν. ἕνας μὲν στρατιώτης τῷ βασιλεῖ πορφύραν ἔχει εἰς τὸ χλανίδιον αὐτοῦ. ἐπειδὴ γὰρ ὁ βασιλεὺς πορφύραν φορεῖ, πάντες οἱ στρατιῶται αὐτῷ βάλλουσι πορφύραν εἰς τὴν χλανίδα αὐτοῦ, τουτέστι τὸ βασιλικὸν ἔνδυμα, ἵνα δι' τοῦτο δείξωσι ὅτι τοῦ βασιλέως εἰσὶ, καὶ ὅτι αὐτῷ στρατεύονται). *Colobium noſtrum habet ſignum aliquod purpureum. Quiſquis militat regi purpuram habet in chlamyde, aut tunica, id eſt veſtitum regium, vt ita oſtendat ſe regi militare*, &c. E

Laticlauij vſus apud Romanos Senatores.

Senatores libera Republica erant laticlauij. Suetonius lib. 1. Iulius Cæſar vſus lato clauo ad manus fimbriato lib. 2. cap. 38. Octauio ſumenti virilem togam tunica lati claui reſuta ex vtraque parte ad pedes decidit. Sidonius lib. 1. ep. 9. Laticlauus l. 17. C. Theod. de prætor. Laticlauia dignitas. Caſſiodorus ep. 14. lib. 6. Apud Memnonem Cæſar Senatores vetuit latum clauum purpureum gerere, ἀπεφήσατο τὸν πλατύσημον τοῦ κόκκου, quia Heracleam Ponticam euerterat. Purpura quæ in pectore Senatorum extenditur κολοβίων dicta, aut potius tunica in qua purpura vſum purpureæ veſtis Senatoribus permiſit Cæſar, cæteris omnibus interdixit. Tunica laticlauia ſumpta à filiis Senatorum, & equitum, donec vel in equeſtrem ordinem, vel in Senatum allecti eſſent. Sueton. in Veſpaſ. F

c. 38.

A c. 38. ſumpta virili toga latum clauum quanquam fratre adepto diu auerſatus eſt. Ouid. lib.4. Triſt. eleg.10.

Liberior fratri ſumpta, mihique toga eſt.
Induitúrque humeros cum lato purpura clauo.
Curia reſtabat, claui menſura coacta eſt,
Maius erat noſtris viribus illud onus.

Statius lib.4. Syluar. ad Menecrat.

——Hos pube ſub ipſa
Si modò prima bonis inuicti Cæſaris adſint,
Numina Romulei limen pulſare Senatus,
B *Notus adhuc tantum maioris munere claui.*

Quid ſit clauus indicat Varro lib. 8. de lin. lat. Clauus plagula eſt quæ ab humeris in pectus demittitur, vt epomis Græcorum. Ea clauis purpureis conſita eſt latioribus, anguſtioribus intextis, aut inſutis in tunicam. Si quis tunicam ita conſuit vt plagula ſit anguſtis clauis. Idem apud Nonium, Iſtorum vitreæ togæ oſtendunt tunicæ clauos. Feſtus, clauata veſtimenta fuerunt clauis intertexta. Acron ad Horatium lib.1. ſat. 6. latus clauus Senatorum anguſtus clauus equitum fuit, quæ extenditur in pectore. Iuuenal. ſat.1. *Clauus quid.*

——Quid confert purpura maior.

Gratianus, Valentinian. & Theodoſ. Chlamydis vſum vetuere Senatoribus, togarum, coloborum, penularum imperarunt l.1. C. Theod. de habitu quo vti opor. Nullus Senato-
C rum intra mœnia ſibi vindicet habitum militarem, ſed chlamydis terrore depoſito, quieta coloborum, ac penularum induat veſtimenta. Cùm autem vel conuentus ordinis candidati cœperit agitari, vel negotium eius ſub publica iudicis ſeſſione cognoſci, togatum eundem eſſe mandamus. Iſidorus lib.19. cap. 22. Colobium tunica dicitur ſine manicis, quaſi κόλοβον, qua veteres Romani vſi, ἔξωμις. Sed & carrucis argentatis vecti ſunt. Vopiſcus in Aureliano Senatoribus omnibus carrucas, & rhedas vt argentatas haberent permiſit. Martial. lib.3.

Aurea quod fundi pretio carruca paretur.

Plinius lib.34. cap.11. & 17. At nos carrucas ex argento cælare inuenimus.

Fuit & inter Senatorum priuilegia vt conueniri non poſſent, niſi apud præfectum vrbis *Senatorum priuilegia*
l.4. C. Theod. de iuriſdict. & vbi quis: vetitum enim erat Senatorum controuerſias trans- *& onera.*
D ferre ab vrbano foro ad peregrina. Symmachus lib.10. ep.62. l.13. C. de accuſation. præfecturæ vrbanæ proprium negotium eſt Senatorum iura tutari. Neceſſitas autem impoſita Senatoribus vt bonorum partem in Italia poſſiderent. Capitolinus ait M. Antoninum ſtatuiſſe vt Senatores peregrini quartam bonorum partem in Italia poſſiderent. Longe ante Traianus candidatos patrimonij tertiam partem conferre iuſſerat in ea quæ ſolo continerentur, deforme arbitratus vt erat, honorem petituros, vrbem, Italiámque non pro patria, ſed pro hoſpitio, aut ſtabulo quaſi peregrinantes habere. Capitolinus in Pertinace ſcribit Senatores id temporis fuiſſe qui Romam nunquam viderant. C. Theodoſ. lib.6. tit. 4. Senatores Romam venire compelluntur. Principes interdum Senatores bonis exhauſtos Curiæ reddebant, & recuperatione modici argenti ab inopia vindicabant, vt Symmachus lib.4. ep. 68. Apud Capitolinum Adrianus Senatoribus pauperibus patrimonium exple-
E uit. Quemadmodum autem Senatores ſua priuilegia habuerunt, ita & ſua onera. Aſcon. 3. in Verrem, Graue onus, & incommodum iudicare, graue onus in Senatum venire, ne pignora capiantur, ſententiam dicere, hæredem imperatorem ſcribere, glebam Senatoriam ſoluere, tirones dare. Interdum Senatoribus ſeruorum numerum ad belli vſum indixit imperator. Symmachus lib.6. ep. 64. Nam mihi ob alia quoque ægrè eſt turbas patriæ cogitanti, quas præcipuè mouent in vſum militarem petita ſeruitia lib.10. ep.62. Lis mota ob ſeruitia quæ Euſebius Palatinus à Senatoribus exigebat. Nec potuit Senator ante annum ſexageſimum in otium ſecedere. Varro lib. 2. de vita P. R. Seneca de Breuit. cap.4. Plin. lib.4. ep.23. Nam & prima vitæ tempora, & media patriæ, extrema nobis impertire debemus, vt ipſæ leges monent, quæ maiorem annis 60. otio reddunt. Libera Rep. princeps Senatus dictus qui in recitando Senatu à cenſore primus appellatus eſſet, πρόκριτον, διαγεγραμμένον κατ' ἀξίωμα τῶν ῥωμαίων βελῆς vocat Plutarch. Is ſub imperatoribus dictus eſt conſularis vel Senator primæ ſententiæ, qui primus rogabatur ſententiam ſi

conſules

consules designati non essent. Trebellius in Pisone, Aurelius Fuscus consularis primæ sententiæ. Idem Valerianum vocat clarissimum Principem ciuitatis. Valer. Maxim. lib.6. cap. 9. Q. Cæpionem Senatus patronum appellat. Vopiscus in Aureliano, Tunc surrexit primæ sententiæ Vlpius Syllanus. Lactant. lib.1. cap.10. Liberum patrem necesse est in Senatu deorum summæ auctoritatis, primæque esse sententiæ. A

Accessus nouus Senatorum.

Nonnunquam Senatorum nouus accessus fiebat vt loquitur Symmachus lib.10. ep.60. Tales sunt referendi Curiæ apud Cassiodorum lib.1. ep.41. var. lib. 3. ep.33. lib.4. ep.25. Ita dicebantur ij qui à Principe referebantur in album Curiæ, & Senatorum numero adscribebantur. Symmachus ep. 59. lib.10. His copulati sunt quos Senatui vestro recens ortus adiecit. Inter priuilegia Senatorum fuit, quòd si princeps Senatorem morti addixerat Senatus pœnam mollibat, aut stabilibat, l.3. §. adeò autem C.vbi Senat. Spartianus in Adriano, Senator nisi ex Senatus sententia non puniebatur. Alexander Seuer. de Senatore, Senatores tantum iudicare voluit apud Lamprid. B

Senatorem inconsulto Senatu interficere nefas.

Ipsi Cæsari nefas Senatorem inconsulto Senatu interficere, vt Spartianus in Seuero. Marcus philos. imperium suum Senatorio sanguine pollui noluit. Stabat Principis arbitrio pœnam Senatori irrogatam mitigare, vel à Senatu decretam stabilire, l.10. C.Theod. de pœnis, l.13. C.Theod. de accusationib. Denique in Curia Senatores maxime cauebant, ne homini obnoxio assiderent. Cicero in Catilin. Quid? quòd aduentu tuo ista subsellia vacua facta sunt? Quid? quòd omnes consulares simulatque assedisti partem istam subselliorum nudam reliquerunt? Dio lib. 57. de Seiano: καί τινες καὶ ἐξανέστησαν τῶν συγκαθημένων αὐτῷ, *Quidam ex ijs qui prope eum adsidebant exsurrexerunt.* Hoc postremum addo, imperatorem cùm scriberet ad Senatum hac præscriptione vsum, Si vos, liberique vestri valetis, bene est, ego, exercitúsque valemus, qua formula abstinuit Adrianus apud Capitolinum. C

CAPVT XI.

De Præfecto vrbi.

Præfectus vrbi quis.

PRÆFECTVS vrbi magistratus est ordinarius ab Augusto primùm consilio Mæcenatis institutus, vt scribit Dio lib. 52. vt causas quibus prouocatio competeret, & capitales omnes paucis exceptis in vrbe, & extra vsque ad centesimum lapidem iudicaret, seruorum de dominis querelas, & dominorum de seruis acciperet. D. de offic. præf. vrbis. Patronis de libertis ingratis querentibus, de tutorum, curatorúmve criminibus, de nummulariis & argentariis ius dicebat, carnis curam gerebat, quietem in populo procurabat, illicita collegia coërcebat, spectaculorum disciplinæ præerat, vrbe & Italia interdicebat, in insulam deportabat, D. de offic. præf. vrbis. Primus præfectus vrbis hac potestate creatus, ab Octauio Agrippa, mox Cilnius Mæcenas eques, quem secuti Messala Coruinus, Taurus Statilius, Lucius Piso, vt Tacit. lib. 6. Dio lib. 52. πολίαρχος δὴ δή τις ἐκ τῶν προηκόντων, καὶ ἐκ τῶν πάντα τὰ καθήκοντα προπεπολιτευμένων ἀποδεικνύσθω, ἵνα τά τε ἄλλα ἀεὶ τῆς πόλεως προστατῇ, καὶ τὰς δίκας τάς τε παρὰ πάντων ὧν εἶπον, ἀρχόντων ἐφεσέμους καὶ ἀναπομπίμους, καὶ τὰς τοῦ θανάτου τοῖς τε ἐν τῇ πόλει, καὶ τοῖς ἔξω αὐτῆς μέχρι πεντήκοντα, καὶ ἑξακοσίων σταδίων οἰκοῦσι κρίνῃ, ait Mæcenas Augusto. Apud Dionem, Agrippa primus præfectus vrbi fuisse videtur lib. 54. Augustus, μήτε μόνῃ τῇ ῥώμῃ σχολάζειν δυνάμενος, μήτ' αὖ ἄναρχον αὐτὴν καταλιπεῖν τολμῶν, ἐζήτει τινὰ αὐτῇ ἐπιστῆσαι, καὶ ἔκρινε μὲν τὸν ἀγρίππαν ἐπιτηδειότατον ἐς τοῦτο εἶναι, *Cùm neque soli Romæ attendere posset, neque auderet eam sine gubernatore relinquere, quærebat aliquem ei imponere, Agrippam autem ad eam rem maximè idoneum iudicauit.* Præfectum vrbi Sidonius Præfectum Senatui vocat, quia Senatus Princeps erat, Patres consulebat, de illis iudicabat, illorum iura tuebatur, vt Cassiodor. lib.6. form.4. Symmach. lib.10. epist.4. Numatius ex Præfecto vrbi, id est qui fuit Præfectus vrbi. Rutilius in Itinerario, se Præfectum vrbi sanguine ciuium abstinuisse ait, D E

Nam quòd nulla meum strinxerunt crimina ferrum
Non sit Præfecti gloria, sed populi.

Si non

A *Si non displicui regerem cùm iura Quirini,*
Si colui sanctos, consuluique patres.

Sidonius de seipso præfecto vrbi:

———capiens honorem
Qui patrum ac plebis simul
Vnus olim iura gubernat.

Manasses in Martiano, Iocasius quæstor ἀπογυμνωθεὶς τιμῆς καὶ τῶν χρημάτων ἐπάρχῳ τῷ τῆς πόλεως ἐκ δίδοτο πρὸς κρίσιν, *Nudatus honore, & pecunijs, vrbi, præfecto datur ad iudicium.* Corippus lib.4. de Iudis:

Vrgebat turmas arcus statione replere,
B *Et loca quæ populis præfectus deputat vrbis,*
Consultor legum, libertatisque tuendæ
Dispositor, iusti vindex, corrector iniqui,
Censuram grauitate regens, multóque rigore
Terribilis, mitique magis pietate tremendus.

Cassiodorus lib.4. ep. 41. lib. 1. ep. 31. Nouerit se à Præfecto vrbis legibus audiendum, vt pro facti qualitate discussam excipiat promulgatam iure sententiam. Dio de legationibus p.444. ἐπολιάρχησεν οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον, ὃ μηδενὶ πώποτε ἄλλῳ ὑπῆρξεν, *Vrbi Præfectus fuit non semel, sed secundùm, & tertiùm, quod nemini alij contigit.* πολιανόμοι ἐν τῇ ἀποδημίᾳ τοῦ καίσαρος πάντα τὰ ἐν ἄστει πράγματα μετὰ τοῦ λεπίδου ἱππαρχοῦντος εἶχον, ait Dio p.
C 156. Ædiles Iulio Cæsare dictatore absente omnia in vrbe cum Lepido magistro equitum regebant. Polianomus, & Agoranomus ædilis, Præfectus vrbi dicitur πολιάρχος. Dio πολιάρχος πρότερον, ἢ βουλευτὴς, ἐγένετο, ante Præfectus vrbi fuit, quàm Senator. Iuuenal. sat.4. de Pegaso,

———interpres legum sanctissimus
Pegasus attonitæ positus modo villicus vrbi.

Statius lib. 1. Sylu.4. de Rutilio Gallico,

———leges vbicunque togatæ,
Quæ tua longinquis implorant iura querelis.

Fuerunt & in aliis vrbibus ὕπαρχοι. Sozomen. lib. 7. cap. 13. Præfectus Alexandriæ ὕπαρ-
D χος, Cedrenus ἔπαρχος vrbis Thessalonicæ. De Statilio Tauro Dio lib. 54. τὸ ἄστυ τῷ ταύρῳ αὔγουστος μετὰ τῆς ἄλλης ἰταλίας διοικεῖν ἐπιτρέψας, τόν τε γὰρ ἀγρίππαν ἐς τὴν συρίαν αὖθις ἐστάλκει, καὶ τῷ μαικήνᾳ διὰ τὴν γυναῖκα οὐκ ἔτι ὁμοίως ἔχαιρε: *Augustus Tauro vrbem & Italiam commisit, Agrippam in Syriam misit, quia Mæcenas ob vxorem minus ei gratus erat.* Abutebatur enim vxore Mæcenatis inuito viro.

Præfectus vrbi proceres ad Curiam vocabat. Cassiod. lib. 12. ab eius sententia non licuit appellare l. 23. C. Theodos. de appellat. Symmachus lib. 10. ep. 55. Postea licuit, sententiam meam defensor venerabilis domus inusitata prouocatione suspendit, ait Symmachus, is principis vicem tuetur, vnde in veteri lapide, sacrarum cognitionum iudex dicitur. Statius de Gallico Præfecto vrbis, *Proceres ad Curiam à præfecto vrbi vocati.*

E *———stat proxima ceruix*
Ponderis immensi.———

quia proximus erat, & quasi secundus imperatori. Iuuenal.

———ex facie toto orbe secunda.

Vetus interpres, Præfectus vrbi fuit venerabilis, secundus à Cæsare Tiberio. Reperti qui præfecti simul vrbi, & prætorio essent. Capitolinus, in Gordiano Misitheo eminenti viro, parenti principum, prætorij præfecto, & totius vrbis. Eius thronus dicitur primus, & excellens. Concil. Constantinopol. sub Mena, act. v. Petimus magnificentiam vestram inserere quæ facta sunt, & iudicare primo, & excellenti solio. Videntur vniuersa quæ facta sunt nota fecisse primo & excellenti throno. Ideo vicarij præfectorum secunda iudicia dixit Symmachus lib. 10. ep. 36. quia præfecti prima iudicia. l. 3. C. de offic. præfe. vrb. Vrbicaria præfectura omnibus aliis præsidet dignitatib. Nouell. 62. & Nouell. Iuliani 56. Cassiodorus lib. 3. ep. 2. Vrbanus præsul dignitas est honorum, licet enim præfecturæ omnes

omnes indiſcretæ ſint dignitatis l.1. C. de præfect. præt. in Senatu tamen diſtinguntur. Symmachus lib.10. epiſt. 36. Hæc præfectura Romæ ſuperior eſt cæteris. Auſonius in Moſella, A

Aut Italum populos, Aquilonigenáſque Britannos,
Præfecturarum titulo tenuere ſecundo,
Quique caput rerum Romam, populúmque, patréſque,
Tantum non primo rexit ſub nomine.

Præfecturas Italiæ & Britanniarum ſecundo loco ponit, vrbicariam primo. Symmachus lib.10. ep. 30. Cùm ad præfecturam vrbanam ciuilium rerum ſumma pertineat. Præfecto vrbi quædam prouinciæ attributæ erant, quarum vrbes togatæ vocantur à Statio in Soterico Gallici. Solitas regiones vocat Vlpianus l.1. de offic. præf.præt. quæ centeſimo lapide continebantur. Caſſiodorus lib.6. form.4. Ditioni tuæ non ſolùm Roma commiſſa eſt, quamuis in illa contineantur vniuerſa, verùm etiam intra centeſimum milliarium poteſtatem te protendere antiqua iura voluerunt. Tu etiam ex deſignatis lege prouinciis ab appellatione cognoſcis. Supra omnes conſulares ſententiam primùm dicis, & in illa libertatis aula Reuerendus aſpiceris in qua commiſſos habere mundi primarios approbaris. Vlpianus lib.9. de offic. proconſ. Iam eò peruentum eſt conſtitutionibus, vt Romæ ſolus ſuper ea re Præfectus vrbis cognoſcat, ſi intra milliarium centeſimum ſit in via commiſſa. Herodian. lib. 2. Seuerus militibus Pertinacis percuſſoribus ait, προαγορεύω κολασθήσεσθαι κεφαλικῶς, εἴ τις ὑμῶν ἐντὸς ἑκατοστοῦ σημείου ἀπὸ τῆς ῥώμης φανείη: *Prædico punitum iri capite, ſi quis veſtrûm intra centeſimum lapidem deprehendatur.* Suburbicariæ regiones Tuſcia, & Picenum ab Italiæ prouinciis ſecernuntur, licèt in Italia ſint l.1. C.Theod. ſi per obreption. l.9. de extraordin.mun.eod.l.9.de annon.& tribut.eodem. B C

Italiæ præfectura.

Quare Italia in duas diœceſes diuiditur, ſuburbicariam in qua 10. prouinciæ in Notitia, in Italiæ diœceſi ſeptem tantùm prouinciæ. Itaque Italiæ magiſtratus vbi de capite Senatoris agebatur ex ſuburbanis prouinciis ad præfectum vrbi, ex aliis ad præfectum prætorio Italiæ referebant l.13. C. Theod. de accuſation. Dio lib.52. Iuriſdictionem præfecti vrbis ἔξω τῆς πόλεως μέχρι πεντήκοντα, ἢ ἑξακοσίων σταδίων, *extra vrbem vſque ad ſexcenta & quinquaginta ſtadia* pertinere ait, quæ millia paſſuum 87. efficiunt. Sed audiendus Tacitus lib.6. Auguſtus bellis ciuilibus Cilnium Mæcenatem equeſtris ordinis cunctis apud Romam, atque Italiam præpoſuit. Mox rerum potitus ob magnitudinem populi, ac tarda legum auxilia ſumpſit è conſularibus qui coërceret ſeruitia, & quod ciuium audacia turbidum, niſi vim metuat. Primúſque Meſſala Coruinus eam poteſtatem, & paucos intra dies finem accepit, quaſi neſcius exercendi. Tum Taurus Statilius quanquam prouecta ætate egregiè tolerauit. Dein Piſo viginti per annos pariter probatus. Euſebius in chronico, Meſſala Coruinus primus Præfectus vrbis factus ſexto die magiſtratu ſe abdicauit inciuilem poteſtatem eſſe conteſtatus. Dio lib. 54. Primum Præfectum vrbi M. Agrippam facit, cui mox ſubiicit Taurum Statilium. Plinius lib.14. L. Piſonem vrbis Romæ curæ ab eo delectum. Paulinus lib.2. de vita Martini, de Arborio loquens: D

Clarus præcelſæ qui culmine præfecturæ,
Romana indultis moderamina flexit habenis.

Præfecti vbi Conſtantinopolitanæ inſtitutio.

Socrates lib.2. c.41. Conſtantinus magnus Conſtantinopoli proconſules ſuſtulit, & eorum loco Præfectum vrbi poſuit. ἐν τότε τὴν ἔπαρχον τῆς κωνσταντίνου πόλεως κατέστησεν ὀνομαστὸν ὄνομα τῷ αὐθυπάτῳ παύσας ἀρχήν. Manaſſes in politic. Conſtantin. ἔπαρχον πέμπει μετακαλέμενον τὸ μάγιστρον εἰς κρίσιν, ὁ μάγιστρος δὲ φεύδεται. Iuſtinus dixit, ἐπάρχῳ εἰ μὴ αὐτὸς ἄδικον ἔργασαί τι ἀυτίκα με κατάξον τοῦ βασιλικοῦ θρόνου: *Præfectus vrbi magiſtrum in iudicium vocat, qui cùm non pareret, præfectus conqueritur apud Iuſtinum, qui ait, ſi ipſe ego quid peccaui me de throno regio detrahito, & ducito.* Iuuenal. ſ.13 de Præfecto vrbi loquens, E

——Scelerum quæ cuſtos Gallicus vrbis
Vſque à lucifero donec lux occidat audit.

Vehicula præfectorum vrbi.

Symmachus Præfectus vrbi noluit vti ſuperbo, & peregrino vehiculo quo quidam præfecti vſi, ſed priuato, quo veteres l.10. ep.17. falſo creditum eſt quòd vrbanæ faſtigium poteſtatis peregrini, ac ſuperbi vehiculi vſus attolleret. ep. 36. vt in vrbe pacata adminiculo fretus incederet poſt vehiculum præfecturæ. Aliud vehiculum publicum eſt de quo ep.37. licèt vehiculo publico cum ceteris quæ ex more mittuntur omnia neceſſe ſit ruſſus

ad

A ad ſerenitatis veſtræ notitiam peruenire. Curſum publicum intelligit quod aliqui non videre, per quem Princeps de omnibus quæ in imperio fierent, monebatur. Id temporis moris erat, vt omnes honorati, ſeu ciuilium ſeu militarium dignitatum, intra vrbem ſacratiſſimi nominis, ſemper vterentur vehiculis dignitatis ſuæ, id eſt carrucis l.1. de honorat. vehic. C. Iuſtiniani & Theod. Vopiſcus in Aureliano, vehiculo ſuo me, & iudiciali carpento præfectus vrbi vir illuſtris, ac præfata reuerentia nominandus Iunius Tiberianus accepit. Ammian. lib.15. de Leontio præfecto vrbi, qui ſedatum ibat ſeditionem, Inſidens, ait, vehiculo cum ſpecioſa fiducia contuebatur acribus oculis. Caſſiod. variar. lib. 6. for.18. Carpentum præfecti vrbi mixta glorificatione conſcendis. for. 4. Carpento veheris per nobilem plebem, publica vota te comitantur. Fauores gratiſſimi conſona tecum voce procedunt. Bene age, quia te veniente non licet populis conticere. (ita lego
B quia acclamabatur præfecto vrbi per vias) Caſſiodorus lib.2.c.32.inſtit. Nam ſi præfectum vox præconis enuntiat, ſi carpentum ipſius ſtrepentibus rotis tranſire noſcamus, nonne omnes voluptates cordis abiicimus, dum conſpectum ipſius, reuerentiámque metuimus. Heliogabalus voluit & per ſingulas vrbis regiones lenones præfectos vrbis facere, vt ineſſent in vrbe 4. ait Lamprid. Alexander inſtituit 14. vrbis curatores conſulares viros v. inſcrip. præfectus vrbis regionis quartæ: alia v. inſc. præfecturæ vrbanæ ſedes tuetur vicem Principum. Symmachus lib.10. ep. 53. Iudices quibus Imperator vices ſuas delegabat habere dicuntur ſacrum auditorium, ſacram cognitionem, ſacrum examen. Senatores trepidant apud eum cauſas proprias dicere. l. 4. de iuriſdict. C. Theodoſ. l.10. de malefic. eod. Sidonius ep.9. lib.1. Proſper Aquitan. de Symmacho, qui cum aram victoriæ reſtitui poſtulaſſet, eum iratus Princeps ſtatim à ſuis conſpectibus pulſum in centeſimo lapide
C rhedæ non ſtratæ impoſitum ea die manere præcepit. Fuiſſe Conſtantinopoli præfectum vrbi diximus ſub quo curatores operum & magiſtri cenſus, qui acta conſcribebant l.teſtamenta l.conſulta C.de teſtament. l.ſecunda C. de donation. l.14. l.15. C.Theodoſ.de ſcenic. l.1.2. C.Theod. de equis curulib.

Præfecti vrbi oblatio, quæ, & quo tempore fieri ſolita.

Præfectus vrbi Kal.Ianuariis offerre ſolitus erat Imperatori ſolemnes aureas ſtrenas nomine totius pop. Rom. Symmachus lib. 10. ep.28. auro ducta munuſcula vocat. l.1. C. Theod. de oblation. votor. Notæ Pauli Diaconi v.c. votorum oblatio. Symmach. lib.10. ep. 28. Vobis ſolemnes pateras cum quinis ſolidis vt numinibus integritatis offerimus. Apud Iudæos præfectus vrbis fuit. Ioſephus c. 5. lib. 10. ὁ ἐπὶ τῆ πόλεως ἀμασίαν. Seneca in epiſt. Piſo ebrioſus cuſtos vrbis à Cæſare factus officium quo tutela vrbis continetur diligenter adminiſtrauit. Symmachus lib.10. ep. 53. Præfectum vrbis moderatorem vr-
D bis vocat. Conſtantinopoli præfectus vrbi naues diligenter inſpiciebat cùm portum appellerent, ne publicarum ſpecierum inuectio clanculum ſubtrahatur. l.1.C.Theod.de ſaccariis. Prudent. in Laurent.

Tute ipſe qui Romam regis
Præfectus vrbi regiæ.

Ammianus lib.26. Apronianus regens vrbem æternam. Symmachus lib.10. ep.17. Moderator vrbis liberæ. Sidonius de Auito,

Intemerata mihi præfectus iura regebat.

Præfectus vrbis faſces habebat, vt Caſſiodor. lib. 2. cognoſcebat de ludis, & ſpectaculis publicis l.1.de offic.præf.vrb. Caſſiodor. l.1.ep.31.32.33. lib.7. e.4. Idem cognoſcebat de
E functionibus prætorum, quæſtorúmque Romæ ludos edentium l.2. 7. 18.20. de prætor. & quæſtorib. C. Theod. Videtur non abſimile munus eius, quàm eorum quos Plato vocat. ἀςυνόμους, lib.6.de legib. ἀςυνόμοι τρεῖς τειχῆ δώδεκα μέρη τῆ πόλεως διαλαβόντες, τῶν τε ὁδῶν ἐπιμελήμονοι τῶν κατὰ γῆν, καὶ τῶν ἐκ τῆ χώρας λεωφόρων εἰς τὸν πόλιν ἀεὶ τεταμένων, καὶ τῶν οἰκοδομιῶν, καὶ δὴ καὶ τῶν ὑδάτων. *Aſtynomi tres 12. vrbis regionum ſinguli 4. vias vrbis, tum eas quæ ex agris in vrbem ferunt, item ædificia, & aquas curantes.* ἀςυνόμοι ſunt ἐκ τῶν πρώτων, καὶ μεγίστων τιμημάτων, ἀγορανόμοι ἐκ τῶν δευτέρων: *Aſtynomi erant ex primis & maximis cenſibus, ædiles ex ſecundis.* Dio ſcribit Tiberium victis Friſiis præfectum vrbis renuntiatum eſſe, licèt prætoriis inſignibus ornatus eſſet. Iulianus in epiſt. ὕπαρχον τῆ πόλεως vocat. Apparitores varios habuit. Ambroſ.ep.35. Præfecturæ apparitor qui propter operas portuenſes offenſam contraxerat. Ioſephus lib.18.c.17. Piſonem cuſtodem φύλακα vrbis appellat. Is annonam,& res vrbis curabat, vt ἀγορανόμος. Ruffinus lib. 2. cap.5. Præfectus redire officium, & conuerti ad palatium vehiculum iubet. Seneca ep.114. Præfectus vrbis Mæcena, cùm

absentis Cæsaris partibus fungeretur à discincto signum perebatur. Præfectis vrbis ad eorum imaginem facti qui per absentiam regum Romæ curabant. Tacit. lib. 5. Nam ante regibus domo profectis, ac mox magistratibus, ne vrbs sine Imperio foret in tempus deligebatur, qui ius redderet, ac subitis mederetur, feruntque à Romulo Dentrem Romulium, à Tullo Hostilio Numam Marcium, à Tarquinio Superbo Spu. Lucretium impositos. Dein consules mandabant, durátque simulachrum, quoties ob ferias Latinas præficitur qui consulare munus vsurpet. Præfectus vrbi per vicem mensium singulorum ad Imperatores Senatus & populi acta mittebat, vt Symmachus epist. 37. lib. 10 docet. Is vrbanis tribulationibus præsidere dicitur, ep. 45. Palatini apud eum nomina publica persequebantur, ep. 42. Palatini munerationum sacrarum quæstus publicos ementes inter cætera nomina quæ iudicio persequuntur apud præfectum vrbis. Ammianus lib. 17. Vicarianam Romæ præfecturam curare ait vicarium præfecti vrbis. A B

Vrbaniciani quinā dicti, & eorum officium.

Vrbaniciani dicti præfecti vrbis officiales lib. 12. Cod tit. 53. vrbanicianus qui pistorem concutit pistorum corpori addicitur. Id fiebat frequenter ab vrbanicianis, quod præfectus vrbis tractaret annonam vrbis sacræ, & sub cura eius erant pistores. Lampridius scribit Alexandrum Seuerum à Senatu præfectum vrbis accepisse. Non autem Romæ tantùm, verùm & in reliquis vrbibus fuere præfecti. Socrat. lib. 2. ἔπαρχον πολιτείαν ἐν τῷ θεάτρῳ ποιῶν, τετέσι δημοσίας διατυπώσεις: *Præfectus in theatro res ordinans, & popularia statuta faciens.*

Præfecti vrbi Constantinopolitanæ officium.

Constantinopoli autem præfectus vrbi ciuiles, & criminales causas in vrbe, & extra vrbem, ipsorum etiam Senatorum iudicabat. l. 4. D. de offic. præf. vrb. l. 4. C. Theodos. de iurisdic. Ad eum ex prouinciis appellabatur. Vopiscus in Floriano, omnis prouocatio præfecti vrbis erit, quæ tamen à proconsulibus & ordinariis iudicibus emerserit. Exemplo præfecti vrbis Romæ paucos milites Constantinopoli in vrbis stationibus ad sedandos tumultus disponebat. l. 1. D. de off. præf. vrb. Ad eundem disciplina & editio spectaculorum pertinebat, & ideo mulctæ sæpe arcæ theatrali præfecti vrbis applicabantur, Nouel. 63. sub fin. Ad ipsum pertinuit Cura carnis, & annonæ. l. 1. D. de off. præf. vrbis. Conducebat tres rhetores, 10. grammaticos vtriusque linguæ, quinque sophistas, vnum philosophum, duos legis interpretes l. 1. C. de studiis liber. vrb. Ro. & Constant. Procurabat vt mille centum tabernæ ecclesiæ magnæ à Constantino donatæ, & Anastasio sarcirentur, Nouel. 59. Primus Honoratus ex præfecto Galliarum Constantinopoli præfectus est. Hieronymus in Chronico, & Socrates supra consularis Byzantij dictus vsque ad Valentem l. 1. C. de offic. comit. rei priuat. Gregorius Nazianzen. absolutus à consulari Byzantij, in vita Greg. Naz. Præfectus vrbis illustris erat, in Senatu supra præfectum prætorio sedebat, l. vlt. C. de apparit. præf. vrb. l. 2. C. de præf. præt. & præf. vrbis. Deposito magistratu prior ex præfectis antecedebat. Iura à Principe condita in Senatu legi curabat l. 1. C. de bonis matern. Plura iura in Septimij consistorio dicuntur recitata l. 1. C. de sacros. eccles. ostendimus eum quadriiugo curru aurato per vrbem vectum præconibus patrem Imperij proclamantibus. l. 1. C. de quæstor. Nouel. 7. Ius præconis cum iure gladij coniungitur, vt Apuleius sub finem 1. floridi. Hieronymus si præconem addideris, putes incedere præfecturam omnes illustres vehiculis vsi intra vrbem l. 1. C. de honorat. vehic. Princeps scribens ad præfectum vrbi dicebat, Tua magnitudo, synceritas, illustris auctoritas, tua sublimitas passim in iure. Eius sedes amplissima, ipse glorioſissimus l. 1. C. de rapt. virgin. Aduocati in eius foro 80. quorum quindecim primates dicti. Eorum primus aduocatus fisci cum salario fiebat. Hi omnes clarissimi dicuntur, & priuilegiis vsi patroni fisci. C. de aduocat. diuersor. iudic. Alexander Seuerus fecit ex consularibus quinque viros, quos audire vrbana negotia cum præfecto iussit. Quinque virale iudicium dicitur l. vlt. & l. 4. C. Theodos. de iurisdict. Cassiodorus lib. 4. variar. de Basilio, & prætextato Senatoribus coram Argolico præfecto vrbis. Ab vrbis præfecto appellatur l. 38. de minorib. non item à præfecto præt. l. 23. C. Theodos. de appellat. Præfecti vrbis, & præfecti prætorio ius deportandi habent l. 1. D. de legat. 3. l. 1. D. de offic. præf. vrbis. Habebat in officio nomenclatores, & censuales, qui Romæ censum agunt, quos præsides non habent. Nomenclatores nomina suggerebant eorum qui tributum pendebant, vt tabularij l. 10. C. de susceptor. & arcariis. Apud præfectos vrbis tutores nominati D. de fideiussorib. & nominatorib. Dicuntur nominatores l. 1. C. de filiis famil. C D E

CAPVT

A

CAPVT XII.

De Magistris militum.

MAGISTRI militum quinque in Oriente fuere, duo præsentales, tertius per Orientem, quartus per Thracias, quintus per Illyricum. In Occidente duo, magister equitum, & magister peditum. Omnes illustres. De quibus vt via, & ordine agamus, tenendum magistros dictos quibus alicuius negotij cura demandatur. l. quibus D. de verbor. significat. Magisteria potestas l. 3. C. de apparit. magistr. Veteres glossæ, magister armorum, αὐτόνομος. Etymologic. μαγίστερ, διδάσκαλε, ἔμπειρε, λέγε ὃ καὶ ὁδηγός. Armorum magistri Lacedæmone dicti τακτικοὶ, Athenis ἵππαρχοι δύο ἐξ ἁπάντων ἀθηναίων αἱρεθέντες ἐπιμελοῦνται τῶν πολέμων. οἱ δὲ φύλαρχοι δέκα τῶν ἱππέων προέστασι, καθάπερ οἱ ταξιάρχοι τῶν ὁπλιτῶν. *Duo equitum magistri ex omnibus Athenienſibus electi bello præſunt. Decem Phylarchi præſunt equitibus, Taxiarchi peditibus grauis armaturæ*, vt ſcribit Pollux lib. 8. Ammianus magiſtrum armorum vocat. Caſſiodorus lib. 7. Præfectum armorum. P. Diaconus lib. 13. Stilicho magiſter armorum, qui regem Gothorum fecit ordinari magiſtrum militum, & Illyrico Iouium præfectum conſtituit. Ammianus armaturarum rectorem commemorat. Sic enim ille, armaturarum rectoris vices agens. Magiſtri militum poſt ætatem Conſtantini magni ius illud in milites obtinuerunt, quod olim libera Repub. proconſules, aut ſub priſcis imperatoribus præfecti prætorio, quanquam minùs patuit eorum poteſtas, quia præfecti prætorio ad ætatem vſque Conſtantini magni rem militarem & vectigalia adminiſtrarunt, magiſtri militum rem modò militarem, ſiue equitibus, ſiue peditibus, ſiue vtriſque ſimul præeſſent, vt Stilicho qui magiſter armorum dictus, cæteris magiſtris ſuperior erat. Magiſtris autem multa priuilegia data. Sæpe fuere patricij. Priſcus in hiſtoria Gotth. τὸ δὲ νόμιον τοῦ μαγίστρου ἀρχὴν ἀξιώματος, ἣν ἐν τοῖς παλαιοῖς σὺν ἐπαίνῳ καταλεγόμενον, *Nomum magiſteriæ dignitatis qui in patricios cum Anatolio allectus erat.* Videntur poſtea patriciis magiſtri digniores fuiſſe. Cedrinus πρῶτα μὲν τῇ τοῦ πατρικίων, καὶ αὐθυπάτων τιμήσας ἀξίᾳ, εἶτα καὶ μάγιστρον, καὶ ὕστερον καίσαρα. *Primò eum patricij, & proconſulis dignitate honeſtauit, poſtea magiſtrum, & Cæſarem fecit.* Synodo Conſtantinopolit. 8. οἱ δὲ μάγιστροι, καὶ πατρίκιοι. Zonaras in Theophilo, καὶ μάγιστρον αὐτίκα τετίμηκε, καὶ ἐκ τοῦ βαπτίσματος τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν μιχαὴλ ἐδέξατο. *Magiſter ſtatim factus eſt, & è fonte baptiſmi Michaël filium regis ſuſcepit.*

B C D

Magiſtri militum in Oriẽte quot.

Magiſtri dicuntur eminentiſſimi, excelſi, & illuſtres l. 8. C. de modo mulctæ dicuntur & magnifici, Princeps ad magiſtrum militum ſcribens his honoris titulis eum ornat, ingnis auctoritas tua, præclara, illuſtris magnificentia tua, magnitudo tua, gloria tua. l. 56. C. Theodoſ. de curſu publ. l. 4. C. de offic. mag. mil. & l. vlt. eod. l. 2. C. de offic. P. P. Afr. Simocata lib. 1. cap. 7. τῷ τε ἓξ πραισέντα τῷ παρὰ ῥωμαίοις λεγομένῳ ἐνοπλον ἡγεμονίας τιμὴν ἀποφέρεται, *Armatam dignitatem magiſterij præſentis accipit.* Euagr. lib. 4. στρατηγὸν αὐτὸν ἑνὸς τῶν καλουμένων πραισέντων ἀναδείκνυσι. Magiſtrum eum facit vnius ordinis præſentalium. Milites olim probabantur à magiſtris, Zeno Imp. à ſe probari voluit, l. penult. C. de re milit. Magiſtri præſentales dicuntur in præſenti l. nemo. C. de re milit. l. vlt. C. de diuerſ. offic. l. ob carmen D. de teſtibus. Præſentes numeri, l. vlt. C. de re milit. l. 4. C. de E appar. magiſt. milit. qui præſentes in comitatu Principis erant. Marcellinus comes, Pacatus magiſter præſentis militiæ factus, conſúlque deſignatus creditam ſibi ripenſis Daciæ partem, Mæſiæque inferioris cum ſuis ſatellitibus pro tempore tenuit. Iuſtinianus edicto 13. καὶ τὸ ἐνδοξότατον, καὶ ἀειδεστατον στρατηγὸν τῶν πραισεντγαλίων μάγιστρον, *Glorioſiſſimum, & fortiſſimum magiſtrum præſentalium.* Caſſiodorus lib. 6. variar. Reuerendum honorem ſumit quiſquis magiſtri nomen acceperit.

Magiſtrorũ tituli & dignitas.

Magiſtros militum Conſtantinus magnus inſtituit, narrante Zozimo, vt præfectorum prætorio poteſtatem frangeret qui à Maxentij partibus ſteterant. Ammianus Marcel. lib. 26. Scribit Valentinianum, & Valentem, magiſtros militum, ac exercitus inter ſe partitos. Vegetius lib. 3. de re mil. cap. 9. Olim legati Imperatoris ad exercitum mittebantur ex conſularibus, quibus legiones & auxilia vniuerſa obtemperabant in ordinatione pacis, vel neceſſitate bellorum, quorum loco nunc illuſtres viros magiſtros militum ſubſtitutos, à quibus non binæ tantùm legiones, ſed & plures gubernantur. Meta-

Magiſtri militum à quibus inſtituti.

phraſtes Theophilum magiſtrum equitum ſub Decio, & Veturium ſub Diocletiano po- A
nit, magiſtrúmque peditum nominat. Vopiſcus ſcribit Aurelianum magiſtrum militum per Thracias ſub Clodio fuiſſe. Vnde agnoſcas Zozimum allucinatum, qui magiſtros militum à Conſtantino inſtitutos velit. Verba Vopiſci ſic habent: Equites ſanè omnes ante imperium ſub Clodio Aurelianus gubernauit, cùm offenſam magiſtri eorum incurriſſent, quòd temere Clodio non iubente pugnaſſent. Clodius ad Aurelianum, Tuo magiſterio milites vti volo. Valerianus ad Aurelianum, In tua erit poteſtate militiæ magiſterium. Euſebius ſub Carino Saturninum vnum ex 30 tyrannis magiſtrum militum fuiſſe prodit.

Magiſtrorũ militum numerus.

Quinque tandem in Oriente magiſtri militum fuere, duo in præſenti, vnus per Orientem, quartus per Thracias, quintus per Illyricum l. penult. C. de apparit. magiſt. milit. & l. vlt. C. de offic. mag. milit. Dicti ſunt in præſenti quia fuerunt in comitatu Princi- B
pis, quibus Iuſtinianus in Armeniis & Ponto Polemoniaco addidit Zetam magiſtrum militum. Occidentis autem magiſtrorum præſentalium alter equitibus, alter peditibus præfuit: poſt eos vnus tantùm fuit per Gallias magiſter equitum dictus. Eorum in milites poteſtas magna fuit. Ciuiles enim & criminales militum cauſas, vt præfecti prætorio prouincialium diſceptabant, l. penult. C. de offic. præf. prætor. Orient. l. 1. C. de offic. mag. milit. Magiſtri militum agentes in rebus ſacris offerebant obtutibus. l. 6. C. de iurisdict. omn. iudic. Magiſteriæ poteſtati inter militares viros, vel priuatarum actorem, & reum militarem etiam ciuilium quæſtionum audiendi concedimus facultatem, præſertim cùm id ipſum de more litigantium eſſe videatur, conſtétque militarem reum niſi à ſuo iudice nec exhiberi poſſe, nec ſi in culpa fuerit coërceri, aiunt Honorius & Theodoſ. Aug. Magiſtrorum vicarij in milites tantum ius gladij exercuere. Magiſtrorum ſecunda dignitas C
fuit poſt imperatorem. S. Hieronym. in cap. 23. Ezechiel. Triſtatæ, inquit, nomen eſt gradus ſecundi poſt regiam dignitatem, quos nos magiſtros vtriuſque militiæ, & præfectos annonarij tituli vocamus. Eos ducibus comitibus & tribunis longè potiores fuiſſe cognoſcas vel ex l. 1 C. ne rei milit. comi. vbi imperat. Arcad. & Honor. edicunt: Omnem inquietudinem à Curiis & ciuitatibus præcipimus prohiberi, nec vlla priuata ab his ſuccendi balnea ad tribunorum, vel ducum, aliorúmve militarium comitum vſus, nec adæratione aliquam pro hac cauſa profligari. Illuſtribus enim tantummodo viris comitibus, ac magiſtris militum hoc miniſterium indulgemus.

Vexillationes magiſtri Orientalis.

Magiſter Orientalis in præſenti habuit quinque vexillationes palatinas, & 7. Comitatenſes. Sub magiſtro militum in præſenti erant vexillationes palatinæ, legiones palatinæ, auxilia palatina in Notitia. Habuit in officio numerarios, commentarienſes, qui dicun- D
tur, adiutores ſcriniarios, qui dicuntur ſubadiuuæ, id eſt epiſtolarum & libellorum ſcriptores, & cuſtodes, C. de proxim. ſacror. ſcrinior. l. in ſcrin. l. ſequenti. Item exceptores qui acta militum litigantium ſcribebant. Trecenti apparitores magiſtri militum coram eo tantùm cohuenirí poſſunt Nouel. Theodoſ. 14. l. vlt. C. de diuerſ. offic. Diximus duos in Oriente magiſtros militum præſentales fuiſſe, quorum alter primus, alter ſecundus dictus. Secundi officium dicitur cardinale, id eſt præcipuum. Tres magiſtri militum per Orientem, Thracias, Illyricum limitaneis ducibus, aut comitibus caſtrorum non imperabant, licèt eorum copiis vterentur l. viros C. de diuerſ. offic. l. vlt. C. de offic. mag. mil. In Occidente magiſtri militum limitaneis comitibus & ducibus, & aliis tribunis, præfectiſque imperarunt. In Oriente limites à quæſtore ordinabantur C. de offic. quæſtor. In Occi- E
dente magiſter equitum in Galliis ſuberat magiſtris præſentalibus à quibus accipiebat copias pedeſtres & equeſtres. Hic magiſter dicitur & comes l. 1. C. de offic. mag. mil. Ammianus lib. 26. Equitius Illyriciano præponitur exercitui non dum magiſter, ſed comes. Alter in Britannia fuit loco magiſtrorum l. 4. C. Theodoſ. de decurionibus. l. 4. C. de bonis quæ liberis. Leo Imp. Dalmatia recepta magiſtrum in eã inſtituit. Magiſtri militum στρατηλάται dicuntur in Nouellis. Prætorium præſentum fuit, vbi magiſtri controuerſias militum definiebant. Fuerunt & domeſtici præſentales l. 4. C. de domeſt. & protect. l. 6. C. de aduoc. diuerſ. iudic. Sidonius magiſtri militum meminit carm. 5.

Iamque magiſter eras, Burconem dirigis illo.

Idem, *Certatum eſt iure magiſtri.*

Innominatus Chronologus Conſtantino & Rufo Cos. Ricimer magiſter militum patricius factus

A factus est, Pridie Kal. Martias, & factus est maiorianus magister militum ipso die. Sidon. carm. 2. De Procopio Anthemij genero,

Patricius, necnon peditúmque equitúmque magister
Præficitur castris.

Idem ep. 3. lib. 1. de se, cui pater, socer, auus, proauus, præfecturis vrbanis prætorianísque, magisteriis palatinis militaribúsque micuerunt.

Militaris magisteria dicitur l. 1. C. de præpos. sacri cubic. Magisteria militum potestas l. vlt. C. Theodos. de metat. Par dignitas est præfectorianæ l. 1. de præf. præt. l. 1. de præfect. sacri cubiculi. Vide Veget. lib. 2. cap. 9. Iustinianus Nouel. 22. τῷ ἐνδοξοτάτῳ στρατηγῷ τοῦ θείου πραισεντοῦ. Illustrissimo magistro sacri præsentis. Mauricius, στρατηγὸς ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος αὖθις χειροτονηθεὶς ἀποστέλλει, τὴν τε τοῦ πραισεντοῦ τὴν παρὰ ῥωμαίοις λεγομένην B ἔνοπλον ἡγεμονίας τιμὴν ἀποφέρει, ait Simocata. Magister militum ab Imperatore rursus institutus mittitur. στρατηγοὶ sunt magistri præsentalium peditum & equitum qui inter domesticos numerantur l. 4. C. de domest. & protec. Si quis virorum fortium præsentalium domesticorum in schola equitum primicerij locum adeptus. Simocata lib. 2. cap. 3. ὁ καὶ τὴν παρὰ ῥωμαίων μαγιστερίαν διανύσας ἀρχὴν ἔκαθεν τὸ γένος ἐφέρετο: qui cum dignitatem Magisteriam à Romanis dictam gessisset, antiquo genere ortus erat. Priscus in histor. Gott. μαρτιάλιον τὴν τοῦ μαγίστρου διίποντα ἀρχήν. πασῶν γὰρ τοῦ βασιλέως βουλῶν ὁ μάγιστρος κοινωνὸς, *Martialem manistrum. Magistri autem omnium Imperatoris consiliorum sunt participes.* Apud Codinum de orig. Constantinopol. Magistri ante patricios collocantur. τέσσαρας μὲν μαγίστρους, ὀκτὼ δὲ πατρικίους. Itaque consanguinei Imperatoris hoc quoque titulo ornati apud Constantinum Manas. viri cuiusdam illustris & clari qui dignitate ma- C gister, consanguinitate Imperatori coniunctus esset. Malchus in eclogis de magistro vtriusque militiæ loquutus videtur his verbis, τὸν θευδέριχον καθίστασθαι στρατηγὸν δύο στρατηγιῶν τοῦ ἀμφὶ βασιλέα, αἵπερ εἰσὶ μεγίσται εἰς τὴν ἑτέραν γῆν: *Theudericum factum esse magistrum duorum ordinum militum præsentalium, qui maximi in aliena regione.* Adamantius προπέμπει τοῦ ἱππέων τοῦ βασιλείων τινὰ, οὓς μαγιστριανοὺς καλοῦσι, *mittit vnum ex equitibus regijs quos magistrianos vocant.*

Militaris magisteria quæ dicatur.

CAPVT XIII.

D

De Præposito sacri cubiculi.

IAM olim Romæ viri nobiles seruos cubicularios habuere, qui cubicula lectósque componerent, ac sternerent. Cum duobus cubiculariis Cæsar apud prædones fuit narrante Suetonio c. 4. lib. 1. Græci vocant κουβικουλαρίους, προκοίτους, προκοιμωμένους, θαλαμηπολοῦντας, τοῦ θείων κοιτώνων προεστῶτας, τοὺς ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος γεγονότας, κοιτωνίτας, τοὺς ἐπὶ τῷ βασιλικῷ κοιτῶνι κεκληρωμένους, προσωτύπους τοῦ κοιτώνων τοῦ βασιλέως, ἐπικοιτωνίτας, κατακοιμιστὰς, τοὺς περὶ τὸν βασιλικὸν κοιτῶνα, τοὺς τὴν ἐπιμέλειαν πάντων τοῦ βασιλικῶν κοιτώνων ἔχοντας. Xiphilinus in Domitiano πρόκοιτον appellat. Idem dixit, ἐν προκοιτίῳ ὤν, *cùm esset in procætone.* Sueton. in Domitiano c. 17. Parthenius præ- E fectus cubiculi decurio cubiculariorum. Oportuit multos esse cubicularios, cùm decurio decem saltem cubiculariis præesset. Aymonius lib. 4. cap. 47. Aldagaisus Caroli magni cubicularius.

Præpositi sacri cubiculi officium.

Apud Cedrinum προκοιμωμένου longè maior dignitas, eo qui primus θαλαμηπολούντων erat. Sacri cubiculi præfecti sunt in eodem ordine, quo præfecti vrbi, & præfecti præt. vetustiores enim præferuntur C. Theodos. de præpos. sacri cubic. Ibidem cubiculi præfectus Macrobius vir illustris vocatur. Nouella Iustiniani cubiculi sacri præfectus mittebat ad prouinciarum rectores, vt quosdam reditus fiscales acciperet, πόρους ταμιακοὺς, quod vetat Iustinianus. Ibidem cubiculi præfectus dicitur ἐνδοξότατος. Puerum qui curæ larium cubiculi ex consuetudine assistebat apud Suetonium in Domitiano. Zonaras appellat μειράκιόν τι τοῦ θαλαμηπολούντων. Ammianus cubicularium vocat cui erat thalami Cæsariani cura commissa. Polyænus lib. 7. strateg. κατακοιμιστάς. Zonaras tom. 3. pag. 132. παρακοιμώμενον αὐτὸν προεβάλετο.

Cubicularij Imperatoris dignitas.

Accubitores duo Conſtãtinopoli.

Conſtantinopoli duo fuere κουβικουλάριοι, accubitores, alter σφενδόνης, *fundæ*, ſeu *palæ* annuli imperatoris; alter κοιτῶνος, quæ dignitas inferior. Niceras in Ioanne Comneno, ὃν καὶ τῷ τῆς κουβικουλαρίας τετίμηκεν ἀξιώματι, *quem accubitoris ornauit dignitate.* Menander in Eclogis ἦν ὁ παραδυνασὴρ τοῦ κατ' αὐτὸν βασιλέως ὑπῆρχε. *Iſte regis ſui cubicularius fuit.* Accubitor cubiculariis præerat, ipſique adeò τῷ σεκρετηλάρῳ καὶ κοιτῶνος, qui manebat intra palatium, & gladium Imperatoris portabat abſente fundæ accubitore, vt docet Codinus lib. de offici. Apud Caſſiodorum cubicularius dicitur ad cubiculi ſacri ſecreta admiſſus. Vet. gloſſæ κοιτωνίτιδα vocant, quidam concubitores. Iuo lib. 4. de priuileg. & dignit. R. ecc. Imperialis potentia diuerſis officiis cubiculariorum, necnon & oſtiariorum, atque omnium concubitorum ornatur. Seneca c. 14. Quod in ſapientem non cadit iniur. Cubicularij ſupercilium ventilat. Cubicularij dignitas iam olim ampla fuit, cùm Zonaras tom. 3. p. 6. Narſetem cubicularium ὑποσφάτιστον factum eſſe dicat. Idem in Phoca, ὅτι τῶν κοιτῶνος γεγονώς. p. 106. ὁ τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνι κεκληρωμένος. Cedrenus in Baſilio κουβικουλάριος καὶ πατρικίῳ, *Erat cubicularius & accubitor Patricio.* Vetus auctor, Carolus Magnus accitis tribus miniſtris ſuis Adalgiſo cubiculario, Gilone comite ſtabuli, & VVorado comite palatij, præcepit vt exercitum ducerent. Euſebium Eunuchum Prototypum τῶν κοιτώνων *cubiculorum* Conſtantij fuiſſe ait Socrates lib. 2. Hiſtor. Prototypum interpretor primicerium.

Eunuchi cubicularij.

Eunuchos ὑπνοκοιτωνίτας Philo in Cain. Helicon Ægyptius Libertus Caio καθευδήσει καὶ κατ' οἰκίαν δορυφορικῷ τεταγμένος τάξιν, *Cubicularij & domi primi cuſtodis corporis locum tenens & gradum.* Socrates lib. 4. & 5. Eunuchos ὑπνοκοιτωνίτας. Eunuchus πρεσβεύσας τὸ βασιλικὸν κοιτῶνος, καὶ τιμῆς τοῦ ὑπατικοῦ ἀξίαν πρῶτος εὐνοῦχος παρὰ βασιλέως λαβών. lego, ὑπάτου. *Cubiculi præpoſitus & conſulis dignitatem primus eunuchus cùm à Principe accepiſſet.* Aymonius lib. 2. Cameræ regis præpoſitus. Gregor. Turon. lib. 2. hiſt. Franc. Camerarius. Theodoritus lib. 4. c. 25. εἰς τὸ θεῖον τὸ βασιλικὸν κοιτῶνα τοῦ βαλανείου πεπιστευμένος τὴν ὑπομέλειαν κατῆλθε τοῦ διεπίζοντος τὸ βάλανειον: *Vnus cubicularius cui cura commiſſa balnei deſcendit, vt balneum pararet Valenti.* Eutropius, *Eunuchus cubicularijs omnibus præfectus erat,* τὴν ἡγεμονίαν πάντων τῶν βασιλικῶν εἶχε κοιτώνων. P. Diaconus lib. 8. Parthenius procurans cubiculum. Cubicularij dicuntur miniſteriani l. vlt. C de caſtrenſ. miniſt. l. legatis C. de legat. 3. Auguſtinus lib. 1. de morib. eccl. c. 31. Decanos vocant eo quod ſint denis præpoſiti, quos miniſtros thori Ammianus lib. 14. Hi principem induebant, cubicula, & lectos parabant, quorum præfectus dicitur primicerius. Metaphraſtes 25. Febr. in ſancto Porphyrio. Amantius præpoſitus per duos decanos vocauit epiſcopos, qui magnam pecuniæ partem quam pro victu acceperant inter decanos qui præerant portis diſtribuerunt.

Præpoſiti cubiculi dignitas & officium.

Sub præpoſito cubiculi fuit comes domorum principis, & tres chartularij ſpectabiles viri, qui inſtrumenta contractuum principis, & alia ſcribebant: præcipuè ad magiſtratum ab eo promotos chirographo notabant l. vlt. C. de offic. magiſt. offic. Nouel. 24. 25. 26. 27. Ideo ſinguli magiſtratus nouem aureos inter hos tres cubicularios diuidendos ſoluebant Nouel. 8. Præpoſitus cubiculi præerat comiti diuinæ domus per Cappadociam Nouel. 30. Ad prouentus fundorum tamiacorum mittebat canonicarios l. 1. 2. C. de Præd. Tamiac. Præpoſitus cubiculi cum comite domorum, inquilinis colonis, ſeruiſque ius dicebat l. vlt. C. vbi cauſæ fiſcal. Silentiariis præerat l. penult. & vlt. C. de ſilent. Auguſta item præpoſitum cubiculi habuit. l. 3. & vlt. C. de præpoſ. ſacri cubic. Præpoſitus cubiculi ab Honorio illuſtris factus l. 1. l. vlt. C. de præpoſ. ſacri cub. In Notitia primicerius ſacri cubiculi vir ſpectabilis cubiculariis præeſt, qui decani dicuntur & Principem veſtiunt, C. de decanis l. 2. Primicerium ſequitur ſecundocerius, tertiocerius, quartocerius, & ipſi decani ordine promouentur ad primoceriatum, cum duobus annis in eo officio morati fuerint l. 1. C. de decanis. Codinus lib. de officiis. *Accubitorem cubiculi, hebdomadariorum, & cubiculariorum caput eſſe, & ipſum præpoſitum cubiculi ſub ſe habere ſcribit:* ὁ κουβικουλάριος καὶ κοιτῶνος διείσακτος κεφαλὴ τῶν ἐν τῷ κοιτῶνι παιδοπαίδων, καὶ τοῦ κοιτωναείου, ἔχων ὑπ' αὐτὸν καὶ τὸ σεκρετηλάριον τοῦ κοιτῶνος.

Hebdomadariorum promotio.

Hebdomadarij promouebantur ad cubiculariorum ordinem, cubicularij ad præpoſituram cubiculi. Conſtitutione 2. Baſilij Porphyrogennetæ, ἀφ' ἧς δὴ τὴν εἰς πρῶτον ὁ θεὸς ἀνῆγεν ἑβδομαδαρείαν, εἶτα κοιτωνίτην καὶ μετὰ ταῦτα πρωτοβεστιαρείαν: *Ex quo eum Deus euexit ad honorem hebdomadarij, deinde cubicularij, tum protoueſtiarij.* Hebdomadarium vocat quem Codinus τὸν ἐν τῷ κοιτῶνι παιδόπαιδον. In Chronico Conſtantinop. ἀνιὼν ἦν τὰ πιττακίων τοῖς ἑβδομαδαρείοις ἢ κοιτωνίταις αὐτά. Ipſorum Pittaciorũ declarationes dabat rex ſuis hebdomadariis aut cubiculariis.

Chartu

A Chartularios ſacri cubiculi commemorat Notitia conſuetudinum, τοῖς ϖϱωτοβεστιαρίοις χαρτουλαρίοις τοῦ ἱεϱοῦ κοιτωνίτου νομισματα ἐννέα: *Spectabilibus chartularijs ſacri cubiculi nummi nouem.* Hincmarus ep. 3. cap. 22. De honeſtate verò palatij ſeu ſpecialiter de ornamento regali, necnon & de donis annuis militum abſque cibo, & potu, vel equis, ad reginam præcipuè, & ſub ipſa ad camerarium pertinebat, &c. De donis vero diuerſarum legationum ad camerarium aſpiciebat, niſi fortè iubente rege tale aliquid eſſet, quod reginę ad tractandum cum ipſo congrueret. Guntherus lib. 8. Canicleo præpoſitum facit eundem cum præpoſito cubiculi, *Chartularij ſacri cubiculi.*

——tempore ſeruus eodem
Argolici regis, (Græci cognominis vſu
B *Hic Caniclinus erat, nobis camerarius idem*
Eſſe poteſt.)

Codinus vocat ὁ ἐπὶ τοῦ κανικλείου, quem deſidente imperio cubiculi chartularium fuiſſe arbitror, qui ſubſcribebat conſtitutionibus Principis, quibus ipſe Princeps prior ſubſcripſiſſet, vt olim Quæſtor. Manuel ἔσχε τὸ σωνηθὲς κανίκλωμα, καὶ ἔτι βασιλέως. ταύτῃ μανουὴλ ἐν χρισῷ τοῦ θεοῦ πιστὸς βασιλεὺς, καὶ κάτωθεν ἀπωρημμένῃ βύλλαν χρυσῆν, διὰ μεταξης ἐξείας, καὶ ἔξωθεν τὸ διὰ τοῦ ἐπὶ κανικλείου ϖ διηγεμόνος θεοδώρου: *Manuel habuit ſigillum conſuetum caniclei, & imperatoris. Huic conſtitutioni ſubſcripſit Manuel fidelis in Chriſto imperator, & infra ſuſpenſam bullam auream ſubiunxit, per metaxam ſeu filum bombicinum rubrum, & extrinſecus ſigillum eius qui canicleo præeſt, & iuridici Theodori*, vt ſcribit Vetus auctor.

Canicleum arx fuit & monaſterium Conſtantinopoli, cuius præfectura omnium ho- *Canicleum*
C noratiſſima, vt ſcribit Zonaras agens de Theoctiſto præfecto caniclei. Nicetas lib. 1. Ma- *quid.*
nuelis Comneni, τῷ τοῦ κανικλείου μεγαλοπρεπῆ τιμῷ vocat, & lib. 2. Alexij, ϖϱὸς βασιλέα διώκοντι οἰόμενον τὸ μὲν ἐπὶ τοῦ κανικλείου ὀφφίκιον: *Magnificum caniclei honorem. Cùm putaret caniclei officium omnia poſſe apud Imperatorem.* Codinus ἐπὶ τοῦ κανικλείου ἦν ὁ συμπένθερος τοῦ βασιλέως: *Caniclei præpoſitus erat ſocer Imperatoris.* Idem Senator erat & Patricius. In diſputatione Gregentij ὑποκλησιάρχων idem eſſe dicitur cum canicleo, quem κανικλείονα vocat. Codinus lib. de officiis, caniclinum prodit apud Imperatorem equo vehi ſolitum, neque officium circumſiſtendi Imperatoris, aut oſculandæ purpuræ impleuiſſe, καὶ ὅτε εἰς ϖϱόσωσιν ἐτάθη ποτὲ, ὅτε εἰς ἀπάντησιν ϖαρεγένετο. Cubicularij & caniclini qui eſſent ſatis oſtendimus, apocubicularij fuiſſe videntur qui cubicularij eſſe deſiiſſent. Eorum fit mentio eclo-
ga 54. Baſilic. τοὺς κόμητας, τοὺς κονσιστωριανοὺς, καὶ τοὺς νοταρίους, καὶ τοὺς κουβικουλαρίους, καὶ τοὺς
D ἀποκουβικουλαρίους. Cubicularij decani dicti Principis cubile curabant, veſtes apparabant, l. 2. C. de decanis. Noſtræ pietatis famulationibus adhærentes decanos Magiſtri officiorum obſeruare oportet examen. Olim Decuriones dicti. Sueton. in Domitiano, Saturius Decurio cubiculariorum. Quanquam in re militari decanus decem peditibus, decurio 30. equitibus præeſt.

CAPVT XIV.

De Magiſtro Officiorum.

E MAGISTRI κατ' ἐξοχὴν intelliguntur, Magiſtri officiorum, ſub quo- *Magiſtri*
rum diſpoſitione fuere ſcholæ ſcutariorum, armaturarum, ſeniorum *qui.*
agentium in rebus, & deputatorum eiuſdem ſcholæ, admiſſionales, cancellarij, fabricæ, ſcrinia memoriæ, libellorum, epiſtolarum, diſpoſitionum, curſus publici poteſtas l. 9. C. de curſu publ. Magiſter officiorum in Oriente vnus, in Occidente alter l. 2. & 3. C. vbi ſenatores. l. 3 6. C. de appellat. Ammian. lib. 20. S. Ambroſius epiſt. 53. lib. 7. Nicephorus lib. 8. cap. 10. Id agebat in primis vt nemo agentium in rebus ordinem militiæ, atque ſtipendia præuerteret, l. 2. C. de off. magiſt. off. Magiſter offerebat eum Principis obtutibus, in quo totius ſcholæ ſtatus, & magiſtri ſecuritas tota conſtituta eſſet. l. 1. ibidem. Comites ſcholarum verberare, degradare Senatores, & ducenarios non poterant, Magiſter officiorum poterat l. 3. ibid. habebat limites aliquot ſub ſua iuriſdictione l. 4. ibid. πασῶν τοῦ βασιλέως βυλῶν ὁ μάγιστρος κοινωνὸς ἦν, ait Priſcus in hiſtor. Gotth. Nouel. 1. Romani Se-

niores, Magistri φειφανεῖς, φειδλεπίοι dicti, qui fiebant Magistri allegebantur inter patricios, ait Priscus in histor. Gothica νόμον τὸν τ̃ μαγίστρ ἔχειν ἀρξαντα, ἢ ἐν τοῖς πατρικίοις σὺν ἐκείνῳ καταλεγόμενον. Postea supra patricios fuere. A

Honor Magistris officiorũ exhiberi solitus.

Magistris officiorum hic honor habitus est, vt filios Principum è sacro fonte susciperent. Zonaras in Theophilo, μάγιστρον τιμῶντα, ἢ ὃν ἐξ ἁγίας βαπτίσματος τ̃ τ̃ βασιλέως υἱὸν μιχαὴλ ἐδέξατο. Officiorum magister clarissimus dicitur l. 8. C. Theod. de cursu publ. E Quæstore fiebat Magister officiorum. Cassiod. lib. 1. variarum. Quæstor fuisti, sume magisteriæ insulas dignitatis. Ammianus Magistrum officiorum libellis respondisse ait. Magister item, & Comites officiorum aulico ministerio præerant l. 3. & 4. C. de castrensianis, & minister. Lampridius in Alexandro Seuero, Aulicum ministerium in id contraxit, vt essent tot homines in singulis officiis quot necessitas postularet. Sub eorum item dispositione erant duces & eorum apparitores, & limitanei, & castrorum præpositi, quanquam l. vlt. C. B de re milit. duces sub magistris militum esse dicuntur. Item Principes officiorum quorum meminit Lampridius in Heliogab. & in Alexand. Iniuriam nulli vnquam amicorum, comitúmve fecit, nec magistris quidem, aut principibus officiorum. Castrensiani omnes, ministeriam, cubicularij & qui in schola sacræ vestis militabant, totius denique palatij disciplina officiorum Magistro commendata erat l. 3. & 4. C. de castrens. l. 3. C. de præpos. sacri cubicul. l. 2. C. de priuil. scholar. Pollio in Gallienis cùm iret ad hortos nominis sui omnia palatina officia sequebantur. Ibant & præfecti, & Magistri officiorum adhibebantur conuiuiis, & cœnationibus. Lauabant simul etiam cum Principe. Zozimus lib. 2. Martianum ἡγεμόνα τ̃ ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ὄντα, μάγιστρον τὴν ὀφφικίων καλοῦσι: *Ducem ordinum qui sunt in palatio, quem Magistrum officiorum vocant.* Theophilus procem. Institut. τειβωνιανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ Ϛ ὑπὸ κοιαιστώρων τ̃ θείας παλατίας. Cedrinus εἰσποιεῖται αὐτὸν εἰς υἱὸν τῇ τ̃ μα- C γίστρων ἀξίᾳ τιμήσας, Ϛ διάδημα κύκλῳ μικρὸν ὡσπερ περιτίθησι: *Eum sibi filium adoptat, cùm magistri dignitate ornasset, & diadema ei prope circundat.* Menander in eclogis, πέτρος τ̃ κὴ τῶν αὐλικῶν ταγμάτων ἡγεῖτο, *ordinibus aulæ Petrus præerat.* Euagrius lib. 3. cap. 29. πρῶτα μὲ λογῖνον ζήνωνος ἀδελφὸν τῶν τ̃ μαγίστρ ἔχειν διέποντα, ὃν ἡγεμόνα τ̃ ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων οἱ πάλαι ἐκάλουν: *Primum quidem Longinum Zenonis fratrem Magistrum officiorum*, &c. Vbi animaduertis fratrem Imperatoris Magistrum officiorum esse. Supra tamen ostendimus Ruffinum ex Magistro officiorum ad præfecturam præt. promotum, vt ad gradum sublimiorem.

Vestis Magistro officiorũ dari solita.

Huic in creatione data vestis, Constant. in Chorograph. δεδοκὼς αὐτῷ Ϛ ἱμάτιον μαγιράτικον πρὸς τὸ ποιῆσαι τ̃ κερκύνιον τ̃ ἴβηρα μάγιστρον, *cùm dedisset ei pallium magistratus, vt Curcenium Iberum Magistrum faceret.* Desidente imperio fuere plures magistri. Luithprandus lib. 6. cap. 5. de reb. Europ. Post hoc admissi sunt Magistri num. 24. quibus erogatæ sunt nu- D mismatum aureorum libræ, vnicuique secundùm eundem numerum 24. cum scaramangis duobus. Inde dicti Magistriani, Photius pag. 110. Εὐπλούτιος ὁ μαγιστριανὸς, *Euplutius Magistrianus* missus ad Valliam Gotthorum φύλαρχον, vt cum eo pacem feriret, & repeteret Placidiam. Rutilius in Itinerario se Magistrum officiorum fuisse ait, his verbis,

Officijs regerem cùm regia iura Magister,
Armigeráque pij principis excubias.

Zozimus libr. 3. ὁ τ̃ ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων μάγιστρος, καὶ πέτρος ὁ τ̃ θησωρῶν φύλαξ. Iustinianus in Nouel. μαγίστρῳ τ̃ θείων ὀφφικίων, ὑπατικῷ καὶ πατρικίῳ. Cassiodorus lib. 6. form. 6.

Disciplina palatij Magistro officiorũ delata.

Ad Magistrum officiorum pertinet palatij disciplina. Ipse insolentium scholarum mo- E res procellosos moderationis suæ terminis prospere differenat. Tam multi ordines sine aliqua confusione componuntur, & ipse sustinet onus omnium, quod habet turba discretum: per eum Senator veniens nostris præsentatur obtutibus, componit loquentem, sua quinetiam verba solet inserere, vt nos decenter omnia debeamus audire. Aspectus regis haud irritus, promissor collocutionis nostræ glorioſus, donator aulici consistorij, causarum præterea maximum pondus in eius audientiæ finibus optima securitate reponimus. Veredorum opportunam velocitatem custodit, vt sollicitudines nostras, quas consilio iuuat, beneficio celeritatis expediat. Per eum nobis legatorum quamuis festinantium prænuntiatur aduentus. Per eum nominis nostri datur euectio. Nemo iudicum per prouincias fasces assumit, nisi hoc & ipse fieri decreuerit. Molestias non habet exigendæ pecuniæ, peræquatores victualium rerum in vrbe regia propria voluntate constituit. Officiales eius militiæ munere perfuncti dicuntur principes, & primatum tenent inter prætorianas cohortes & vr-

banæ

A banæ præfecturæ milites. Adiutor magiſtri noſtris præſentatur obtutibus, vt vicaria ſorte beneficij eligamus eius præſidium, qui nobis præſtat fidele ſolatium. Euagrius lib. 3. Longinum Zenonis Imperatoris ἀδελφὸν τῷ δ μαγίστρα ἀρχῷ διέποντα, ὃν ἡγεμόνα τ ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων οἱ πάλαι, *fratrem, magiſtri dignitatem adminiſtrantem, quem veteres vocabant Magiſtrum officiorum.* Vopiſcus in Aureliano, vocat officium palatinum. l. viros. C. de diuer. off. Zeno ad Iohannem Magiſtrum officiorum, Duces, & eorum apparitores, nec non limitaneos, caſtrorumq; præpoſitos tantummodo ex ſublimis iudicij tui ſententia conueniri, nec aliis ſubiacere iudicibus præcipimus. Vnde colligas Magiſtri officiorum dignitatem ampliorem fuiſſe, quàm Magiſtri militum. Palatinis ordinibus præerat, miniſtris principis, limitaneis ducibus, & comitibus, à quibus ad Magiſtrum officiorum, vel quæſtorem appellabatur. C. de off. mag. off. Magiſteria dignitas vocatur à Caſſiod. lib. 6. Euſebius Adau-
B ctum martyrem Diocletiani Imp. Magiſtrum officiorum & quæſtorem fuiſſe ait, lib. 8. eccleſ. Hiſtor.

Præferebantur Magiſtro officiorum inſignia eius cum præconum acclamationibus l. 1. C. de quæſt. & mag. off. Præerat item menſoribus, lampadariis, ducibus gentilium, C. de off. mag. off. & C. de agentib. in rebus. Ius dicebat cubicularijs. l. viros. C. de diuerſ. off. Nouel. 82. Dicitur illuſtris, magnificus, comes magiſter palatij l. 3 C. de curſu pub. l. eos, C. de principe agent. in reb. l. vlt. & pen. C. de caſtrenſ. & miniſter. officium Magiſtri officiorum conſtabant ex agentibus in rebus. *Inſignia Magiſtro officiorum præferri ſolita.*

Adiutor dictus qui eius vice fungebatur. l. in ſacris, C. de prox. ſacr. ſcrin. Adiutor principis verbo ſine ſcripto creabatur à Magiſtro officiorum oblatus. Is præerat iudiciis, quæ apud magiſtrum officiorum agitabantur. Habebat & ſubadiuuas adiutoris duos, & ſubad-
C iuuas fabricarum quæ ſub eo fuerunt, & ſubadiuuas barbariorum, qui & chartularij dicti l. 5. C. Theodoſ. de agent. in reb. & C. de agent. in reb. Euagrius lib. 2. cap. 17. ὑπαὶτησεν ὁ βοηδὸς τῷ μαγίστρῳ τ θείων ὀφφικίων. Ammianus, *agens tunc pro Magiſtro officiorum.* Symmachus lib. 10. e. 37. officiorum magiſter illuſtris. Officium Græci τάξιν vocant. Nouella Iuſtin. τῇ τάξει τ ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων ὑπὲρ θεσπάλματος διδόδω νομίσματα ϖ. *Officio glorioſiſſimorum præfectorum dentur nummi 80.* pro mandato. ταξιῶται, officiales, ταξιωταί. Theognoſtus de cauſſa Ignatij. ἕτερον ἦ ταξιώτης ἰῶ, ἓ ὁπ λαϊκὸ τάγματος. Aliud autem officialis erat, & ex ordine laico. Iuſtinianus Nouel. 5. ἐν τ ταξιώταις τ λαμπροτάτε τ ἐπαρχίας ἄρχοντος τεταξεται, *inter apparitores clariſſimi rectoris prouinciæ numerabitur.* Eclog. 6. Baſilic. titulus eſt περὶ παντοίων, ὀφφικιαλίων. Codinus, τὰ τ ὀφφικιαλίων. τ βασιλέων κωνσταντίνε πόλεως ὀνόματα. Dignitates intelligit & officia. Nicetas in Alexio Comneno, οἷς τὰ ὑπήφανα τ ὀμ-
D φικίων ἀπένειμε. Nouel. Iuſtiniani 6. ταξεωται, *optimates*, miniſtri poteſtatum, qui iuſti milites non erant, ſed quaſi publici quidam ſerui ducibus miniſtrabant, ſed optionibus ſimiles, quos Græci ὀπτιμάτας vocant. *Adiutor Magiſtri officiorum.*

CAPVT XV.

De Quæſtoribus.



E QVÆSTORES, ait Varro lib. 4. de ling. Lat. à quærendo dicti ſunt, qui conquirerent publicas pecunias, & maleficia, quæ Triumuiri capitales nunc conquirunt. Ab his poſtea qui quæſtionum iudicia exercebant Quæſtores dicti. Tria autem Quæſtorum genera fuere. Quæſtores vrbani, vel ærarij, Quæſtores parricidij, vel rerum capitalium, Quæſtores prouinciales. Tullus Hoſtilius primus Quæſtores ærarij inſtituit l. 1. D. de Quæſtor. Sub Imperatoribus aliud genus Quæſtorum fuit qui dicti Quæſtores candidati. Eorum officium erat epiſtolas, & orationes Principis in Senatu legere. Priſcus in Hiſtor. Gotth. ἐβούλετο καὶ ὑπηρέτην ὁ πλίνθας συμπρεσβεύειν αὐτῷ, ὡς μεγίστην ἔτι σοφίας δόξαν ὑπαρχούσην, καὶ τῷ ἀρχῷ ἔχοντα τ κοιαίστωρος : *Volebat & Plinthas ſocium legationis habere Epigonem, quia ſapientiæ gloria clarus erat, & quæſtoris dignitatem gerebat.* Symmachus lib. 3. ep. 17. Pontificium literati honoris, Quæſturam vocat. Caſſiodorus lib. 1. ep. 12. literarum dignitatem. Hinc eſt quod te literati dogmatis ſtudia laudabiliter exſequentem pridem ad Quæſturæ culmen eligimus, vt honeſti laboris tui fieret præmium dignitas literarum. Idem lib. 6. ep. 5. Quæſturam gloriam literarum, ciuitatis templum, *Quæſtores cur ſic dicti, & eorũ tria genera.*

templum,genitricem omnium dignitatum,continentiæ domicilium,virtutum omnium ſe- A
dem vocat. Rutilius,

Huius facundæ commiſſa palatia linguæ,
Primæuus meruit Principis ore loqui.

Quæſtores candidati Principis dicuntur, l. 1. D. de offic. Quæſtor. Sidonius Panegyric. Anthemij,

Audacter docto coram victore canentes,
Aut Phœbi, aut veſtro qui ſolet ore loqui.
Qui licèt æterna ſit vobis Quæſtor in aula.

Quæſtorem commemorat Simoc.lib.1. βασιλέως ἢ γλώτταν ἐδείκνυεν ἀνδρα ῥήτορά τε δεινὸν, καὶ νόμων ῥωμαίων ἐπιστήμονα, ὃς τὰ βασιλέως θεσπίσματα τῷ δήμῳ τῶν ὑγλωττίας ἐμεγαλήγορει B
μεγαλοφροσύνης ἐπάξια. τὸν ἐπιχωρίῳ ῥωμαῖοι φωνῇ ἀποκαλοῦσι κοιαίστωρα: *Imperatoris linguam oſtendebat virum oratorem excellentem, & legum Romanarum ſcientem, qui edicta Principis bene dicendi contentione in maius attollebat. Hunc Romani vulgò Quæſtorem vocant.* Menander in Eclogis, Traianus ἐν τοῖς βασιλείοις πατράσι τῶν, καὶ τὴν λεγομένην ὑπὸ κοιαίστωρος διέπων ἀρχὴν, ἣν οἶμαι ἐκ τοῦ αἰτεῖν ὧν ἢ λέγεσθαι ῥωμαίοις, *qui cenſebatur inter Principis patres, & Quæſturam gerebat, quam à quærendo dictam puto.* Dubito an Statij verba de Abaſcantio ad præfectum pr.referri debeant,an verò ad Quæſtorem,

Molem immenſam humeris, & non tractabile pondus
Impoſuit. Nec enim numeroſior altera ſacra
Cura domo, magnum latè dimittere in orbem C
Romulei mandata ducis, viréſque modóſque
Imperij tractare manu, quæ laurus ab Arcto,
Quid vagus Euſrates, quid ripa binominis Iſtri,
Quid Rheni vexilla ferant.

Caſſiodorus lib 9.ep.24. Quæſtorem repperit conſcientia præditum, & legum eruditione maturum, in dictationibus amœnum, ad iuſtitiam rigidum, à cupiditatibus alienum. libr. 8. epiſtol. 13. vox legum diceris dum nos iura condimus. Claudianus in Panegyric. Palladij,

——— Cognomina ſumpſit
Plena ducum genitor, paulatim vectus ad altum, D
Princeps militiæ, qua non illuſtrior extat
Altera cunctorum tabulas aſſignat honorum,
Regnorum tractat numeros, cuneóſque recenſet,
Sparſas imperij vires conſtringit in vnum
Depoſitum, quæ Sarmaticis cuſtodia ripis.

Hic locus de primicerio Notariorum accipiendus videtur. Corippus præfat.lib.1.

Summe Magiſtrorum, procerum decus, arbiter orbis,
Principis auſpicio leges & iura gubernans,
Juſtitiæ vindex, inopum pater, omnia curans E
Judicijs releuare pijs, quia munera temnis
Quæſtor Anaſtaſi, quem Chriſti munere fidum
Cognouit Princeps, geminóque ornauit honore.

Idem lib.1. *Quæſtor Anaſtaſius, ſancti pars magna Senatus,*
Compoſitor morum, iuris legúmque ſacerdos.

Caſſiodorus lib.1.e.13. puritati noſtræ paruit, veridicus Quæſtor lateri Cæſaris adhærens. Claudianus de conſulatu Manlij Theodori,

Sed non vlterius te præbuit vrbibus, aula
Maluit eſſe ſuum, terris edicta daturus,
Supplicibus reſponſa venis. Oracula regis

Eloquio

A *Eloquio creuere tuo, nec dignius vnquam*
Maiestas meminit sese Romana loquutam.

Cassiodorus lib.6.form.5. Quæstor est thesaurus famæ publicæ, armarium legum, paratus semper ad subitum, qui ore principis populos noscitur admonere. vide. Idem lib.10.ep.6. facias generalitatis votum, iuridicorum, sequendo iudicium, totum te legibus, totum responsis trade Prudentium. Quæstores candidati Principis ab Augusto introducti sunt, vt Senatus decreta custodirentur auctore Dione lib.54.

Quæstores epistolas & orationes Principis in Senatu recitabant.

Mox epistolas principis, & acta in Senatu recitarunt, demum Principis vice iudicarunt cùm appellationes vrbanæ Quæstoribus permissæ essent l.præcipimus, C. de appellat. Sueton.in August. cap. 65. De filia absens, ac libello per Quæstorem recitato notum Senatui
B fecit. In Nerone cap.15.orationes ad Senatum missas præterito Quęstoris officio per Cos. plerumque recitabat. In Tito cap. 6. orationesq; in Senatu recitaret etiam Quæstoris vice. Tacitus lib. 16. Oratio Principis per Quæstorem eius audita est. Velleius Paterculus lib.2.se, fratremq; suum eo functos officio scribit. Candidati Principis dicuntur ab Vlpiano l.1.D.de off.quæst. Epiphanius histor.tripartit. lib. 9. cap.1. Iulianum Augustum scribit solum à tempore Iulij Cæsaris fuisse, qui suas orationes in Senatu recitarit. Spartianus ait Adrianum Quæstorem Principis, orationem Imperatoris agrestius pronuntiasse. Dicitur Quæstor Augusti, Quæstor candidatus. Symmachus lib.1. ep. 17. Quæstor es, memini, concilij Regalis particeps, scio, precum arbiter, legum conditor, recognosco. Ipse ore Principis, & Princeps ore Quæstoris loqui dictus. Idem lib.2. ep.8. Flauianus Quæstor loquitur oracula Principis, & adeuntium preces indefesso affectu absoluit. Notitia sub dispositione illustris viri
C Quæstoris leges dictandæ, & preces. qui sunt θεῖαι ἀνεφαπτεῖαι referunt appellationem ad Quæstorem, aut præfectum præt. Nouel.20.22. Tribonianus ὑπὸ ὑπάτιον vir consularis fuit τὸ δεύτερον κοιαίστωρ. Nouel.20. Suidas, Tribonianus ὃν κοιαίστωρ ἐποίησιανὸς, οἵῳ τε ὢν κέρδος τὸ δίκαιον ἀποδίδοσθαι, τῶν τε νόμων ἡμέρας ἐν ᾗ ἔπιπλεῖστον ἑκάστης τὰς μὲν αἱρεῖ, τὰς δ' ἔγραφεν, ἀπεμπολῶν τοῖς δεομένοις καὶ τὴν χρείαν ἑκατέρᾳ: *Quæstor Iustiniani, non dubitabat ius vendere numerato pretio, & leges cottidie alias tollebat, alias scribebat, vendens ijs qui egerent ex vsu partis vtriusque.* Illustres facti sunt, & sub Constantino sacri palatij Quæstores dicti, narrante Zozimo lib.3. Quæstor palatij præsidere dicitur scriniis memoriæ, Ruffinus lib.1.c.16. Dictanda aduersus patrum fidem imperialia decreta mandantur Beniuolo tunc memoriæ scriniis præposito.

Quæstores Principis assessores creati.

Iidem Principis assessores creati eius vice iudicant Procopius lib.1.de bello Persic. Tri-
D bonianum Quæstorem paredrum assessorem Iurisconsultum fuisse ait, quia leges & edicta componebat, mandata præsidibus danda formabat, quæ maiori laterculo inferri iuberet, rescripta quibus causæ à principe delegabantur dictabat, subscribebat, Authent.de mandat.princip.§.1. Edicto 13. Iustiniani §.1.l.vlt.C.de mandat.princip.l.penult.C. de diuers. rescript. Nouel. Valentin. de homicid. Procop.1.Pers. τριβωνιανὸς βασιλεῖ πάρεδρος κοιαίστωρα τέτον καλέσι. Dio sub finem lib.54. καὶ τοῖς ταμίαις τὰ δόγματα ἑκάστοτε γιγνόμενα ἀφ' ἑστίας ποιεῖσθαι ἐκέλευσε· ἐπειδὴ οἵτε δήμαρχοι καὶ οἱ ἀγορανόμοι οἱ πρότερον ὡσαύτως ἐπιτεταγμένοι ἀφ' ἑαυτῶν τοῦτο ἐποίουν: *Iussit Augustus vt quæstores edicta vbique facta custodirent, quia prius Tribuni & Aediles per ministros suos id factitabant.* In Nouell. Valentiniani de homicidio casu facto à Quæstore dictata, in fine legitur subscripsi. Rescripta enim quibus causæ à Principe delegabantur Quæstor dictabat, inualida futura nisi ab eo subscriberen-
E tur. Iustinian. Nouel.114. πᾶσα θεία κέλευσις ὑπογραφὴν ἐχέτω τοῦ κοιαίστωρος, καὶ δηλότω περί τινων ἐξεφωνήθη: *Omne diuinum iussum subscriptionem habeat Quæstoris, & significet de quibus enunciatur.* Metaphrastes in S. Porphyrio 25.februar. Quæstor, inquit, accepta charta diuinum rescriptum dictauit, & subscripsit. Imperator priùs ipse ascribebat A A, manus diuina. Aut apponebat litteram S. id est subscripsi.

Edicta à Principe proponēda à Quæstore dictata.

Edicta quoque à principe proponenda Quæstor dictabat. Vocabantur edicta quæ non in æs incisa, sed prærorum exemplo in albo scribebantur. Suidas, λεύκωμα τοῖχος γύψῳ ἀλληλειμμένος, πρὸς γραφὴν πολιτικῶν προσταγμάτων ἐπιτήδειος: *Album vocat murus gypso illitus ad ciuilia negotia scribenda.* Omnino Album tabula alba fuit in qua scribebatur. Malè, Theophilus Institut.de action.§.pœnales, Album dicit, ἀφ' οὗ λευκοῖς γεγράφθαι γράμμασι, *quia literis albis tabula scripta esset.* Edictum id per vrbes imperij mittebatur, & diebus 30. legendum proponebatur, vt Iosephus docet lib.19.cap.5. Claudius Imp. τοῦτό μοι τὸ ἀφήγημα τοὺς ἄρχοντας τῶν πολέων, καὶ τὸν πολωνείων, ἢ μωνικιπίων τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ τῶν ἐκτὸς βασιλείας τε,

καὶ

καὶ δυνάστας διὰ τῶν ἰδίων πρεσβευτῶν ἐγγράψασθαι βούλομαι, ἐκκείμενόν τε ἔχειν οὐκ ἔλαττον ἡμερῶν λ ὅθεν ἐξ ἐπιπέδου καλῶς ἀναγνωσθῆναι δύνῃ) : *Hoc meum edictum magistratus vrbium & coloniarum, & municipiorum quæ sunt in Italia, & reges, ac dynastas ciuitatum extra Italiam per suos legatos scribere volo, & propositum habere per 30. dies non pauciores in eo loco vnde de plano legi possit.* A
Cassiodor. Quæstorem Princeps curarum & cogitationum suarum participem faciebat, & eiusdem linguæ vox erat, deliberanteque Imperatore de aliqua re ipse suam animi sententiam depromebat, & quod principi placuisset palam enuntiabat. Idem, si quid dubitamus à Quæstore requirimus. Adesse in eo debet scientia iuris, cautela sermonis, vt nemo debeat reprehendere, quod principem constiterit censere. Edicto Iustin. 13. in princip. Quæstor omnium rerum publicarum, populorumq; imperij Romani curam habebat. Præerat laterculo minori, in quo tribunatus, & præfecturæ castrorum limitumq; continebantur l. 1. & 2. C. de offic. quæst. De Quæstore Iustinianeo qui prouincias quinque regebat vide B
Nouel. 41. fuerunt & Quæstores vrbani, & militares sub Imperatoribus Spartianus in Seuero, Quæsturam diligenter egit, omnibus sortibus nactus. In militari Quæstura sorte Beticam accepit. De origine Quæstorum legendus Tacit. lib. 11. Claudius spectaculum gladiatorum celebrandum pecunia eorum qui Quæsturam adipiscerentur statuit, ait Tacit. Contra censuit Nero, vt ne designatis quidem Quæstoribus edendi gladiatores necessitas esset, vt Tacit. lib. 13. Iterum indixit Domitianus, narrante Sueton. cap. 4. Tertul. lib. de specta. Transiit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores viuentium, Quæsturas dico. Lamprid. in Alexandro, Quæstores candidatos ex sua pecunia iussit munera populo dare, sed vt post Quæsturam, præturam acciperent. Symmachus in epist. nondum edita, relligiosum, atque votiuum est, vt à Quæstoribus candidatis dona solemnia potissimis atque amicissimis offerantur, in eo numero iure censemini. Offero igitur vobis C
eburneum diptychum, & canistellum argenteum librarum duarum filij mei nomine, qui Quæstorium munus exhibuit. Quæstores enim candidati cùm ludos edidissent ad amicos absentes mittebant pugillaria eburnea, quod vetatur l. 1. de expensis ludor. C. Theod. Symmachus lib. 5. ep. 56. Ad te diptychum candidati & apophoreticum librarum argenti duarum misimus per hominem tuum libr. 7. ep. 81. Votiuum officium editionis quæstoriæ lib. 9. ep. 109. Quæstoria munera ad te misi. Diptycha, & apophoretica oblationum non aspernaberis. ep. 60. lib. 5. Quæstores ordinis nostri, id est, Senatores, vestibus subsericis vsi sunt, quem Quæstoris apparatum vocat l. 5. ep. 19. Verus diu & priuatus fuit, & ea honorificentia caruit, qua Marcus ornabatur. Namque in Senatu ante Quæsturam non sedit, neque in itinere cum pare Antonino Pio, sed cum præfecto prætorij vectus est. Post Quæsturam statim consul est factus, ait Capitol. D

Legitima Quæsturæ ætas.

Legitima Quæsturæ ætas fuit annus vigesimus quintus incipiens. Sueton. in Caligul. cap. 1. Quæsturam quinquennio antequam per leges liceret, & post eam consulatum statim gessit. Tacit. lib. 3. Quinquennio maturius quàm per leges liceret, Quæsturam peteret Caligulæ. Quia Tiberius Quæstor fuit vndeuigesimum annum agens, ait Velleius, quinquennio maturius, quàm per leges liceret, vt scribit Dio lib. 53. & Tacit. lib. 3. Quintilian. lib. 12. institut. Caluus, Cæsar, Pollio, multo ante Quæstoriam omnes ætatem grauissima iudicia susceperunt. At qui vno & vigesimo Cæsar Dolabellam, altero & vigesimo Asinius Pollio C. Catonem, non multo ætate antecedens Caluus Vatinium iis orationibus insecuti sunt, quas hodieq; cum admiratione legimus, vt auctor libri, de causis corrupt. eloq. Dio lib. 52. prodit Augustum Senatoriæ ætati annum 25. definiuisse. At primus in Senatum gradus fuit Quæstura. Augustum ramen edicto permisisse Plinius lib. 10. ep. E
scribit, vt minores magistratus ab annis duobus & 20. caperentur. Cautum est, inquit, domine, Pompeia lege ne quis capiat magistratum, néve sit in Senatu minor annorum 30. Secutum est deinde edictum D. Augusti quo permisit minores magistratus ab annis 20. & duobus capere. Quæstura primordium honorum, & sententiæ in Senatu dicendæ fuit.

CAPVT XVI.

De Comite largitionum.

Magistratus Romani ad quid instituti.

ROMANI omnes Magistratus sub Imperatoribus, vel ad ciuitatum Romæ, & Constantinopoleos administrationem, vel ad comitatum Imperatoris, & aulica ministeria

A ria, vel ad rem militarem, vel ad prouincias regendas, & vectigalia exigenda instituti sunt. De vrbis vtriusq; magistratibus alij dixêre. De aulicis ministeriis diximus in Imperatore nostro. De belli ducibus Lipsius. De iis qui vectigalia curarent, actum à nobis est lib. de vectigalibus: si latiùs vagari in hoc argumento animus esset, primus occurreret præfectus pr. de quo egimus abundè suprà. Explicabimus itaque de Comite largitionum, & aliis vectigalium procuratoribus, qui penè innumeri fuere.

Comes sacrarum largitionum dictus est, qui thesauris sacris præerat. Idem liberalitatis, & largitionum curam gerebat. Huius nulla fuit inter priuatos iurisdictio, sed tantum pecuniæ, quæ liberalitati Principis suppeteret, cura erat demandata, sub cuius dispositione Comites largitionum per prouincias constituti, Comites commerciorum, metallorum, vestiariorum, rationales summarum per prouincias sparsi, procuratores Baphiorum, vt est in *Largitionũ sacrarũ Comes quis dictus.*

B Notitia Imperij Romani. Comitiua sacrarum largitionum donis præsidet regalibus, ait Cassiodor. lib. 6. for. 7. supplicum per te fortunas erigimus Kal. Ian. affatim dona largimur, & lætitia publica militia tua est. Hæc dignitas tunc obsequitur, quando pro nobis dona funduntur. Curas, vt figura vultus nostri metallis vsualibus imprimatur, vt imago Principum subiectos videatur pascere per commercium. Monetam facis de nostris temporibus futura sæcula commonere.

Dicitur muneraria dignitas, cui locum primiceratus rex adiunxit vt per te, inquit, demas honores, per quem & nostræ pecuniæ conferimus largitates. Prouinciarum Iudices tuæ subiacent dignitati. Ipsis quoque proceribus chartarum confirmas officium, dum perfectum non creditur, nisi à te fuerit pro solemnitate completum; vestis quoque sacra tibi antiquitus noscitur fuisse commissa, curas quoque littorum, aduentitia lucri prouisione *Muneraria dignitas quæ.*

C committis. Negotiatores tibi sunt subiecti. Nam quicquid in vestibus, quicquid in ære, quicquid in argento, quicquid in gemmis humana ambitio potest habere precio sum, tuis ordinationibus obsecundat, talis quoque commercium inter vestes sericas & preciosissimam margaritam non ineptè tibi deputauit antiquitus. Ad Comitem igitur largitionum tributa omnia referebantur, quicquid auri ex Tagi & Pactoli arenis, quicquid ex metallis reficiebatur. Claudianus in Paneg. Mallij,

Hinc sacræ mandantur opes, orbisque tributa
Possessi, quicquid fluuijs euoluitur auri,
Quicquid luce procul venas rimata sequaces
Abdita pallentis fodit solertia Bessi.

D Gregorius Nazianzenus in Epitaphio Cæsarij, qui administrare pecunias regias, & thesaurorum, curam habere iussus est. Ex eo Imperator viam ei ad ampliores dignitates aperiebat. ὃς ταμιεύειν βασιλεῖ τὰ χρήματα, καὶ τ θησαυρὸν ἔχειν ἐπιμέλειαν ἐπιγράφει· ἐντεῦθεν γὰρ αὐτῷ βασιλεὺς τὰς μείζους ἀρχὰς προοιμάζει. Vetus gloss. ἰδιάζα τὰ τῇ βασιλείᾳ ἰδίως διαφέροντα· ἄλλα δέ ἐστι τὰ δημόσια τέλη ὑπὸ τ κόμητα λαργιτιόνων τ δημοσίαις ὑπουργοῦντα χρείαις· λαργιτίωνες δὲ εἰσὶ δύο τὰ σάκρα καὶ τὰ ἰδιάζα. δύο γὰρ εἰσὶ οἱ βασιλικοὶ θησαυροὶ οἱ ἰσάζοντες τ βασιλείας, οἷον τ λαργιτιόνων, καὶ ὁ δημόσιος ὁ τ φίσκου. *Priuata sunt quæ ad imperium propriè pertinent. Alia autem sunt sub Comite largitionum publicis seruientia necessitatibus. Sunt autem duæ largitiones, sacræ, & priuatæ, & duo thesauri, quorum qui largitionum est, proprius est imperij, alter publicus fisci.* Aliquid hîc peccatum arbitror ab auctore, aut à librario, le- *Largitiones duæ, & duo thesauri.*

E gendum est, οἷον ὁ τ λαργιτιόνων δημόσιος, καὶ ὁ τ φίσκου. Publicæ enim pecuniæ ad Comitem largitionum referebantur, res fisci ad Comitem priuatarum. Melius igitur aliæ veter. glossæ, Comes priuatarum rerum est qui priuati commodi, & rerum fiscalium habet administrationem, vt eas conseruet. Comes sacrarum largitionum est, per quem Imperator suam liberalitatem, & munificentiam exercet. Comes sacri patrimonij qui procurat patrimonium imperatoris. Comes largitionum idem est cum eo qui libro 3. Machabeorum dicitur ὁ ἐπὶ τ προσόδων, qui præest reditibus l. 2. Machab. cap. 3. ὁ ἐπὶ τ χρημάτων τ βασιλέως, Heliodorus, *præpositus gazæ regis Syriæ.* Sozomenus lib. 6. ὁ τ θησαυρῶν ταμίας, *præfectus ærario.* Nazianzenus de Cæsario, ἐπιμελητὴς τ θησαυρῶν καθεστὰς, καὶ πάντων τ δημοσίων χρημάτων: *Curator thesaurorum, & omnium publicarum pecuniarum.* Zozimus lib. 5. πατρώνιος ὁ τ θησαυρῶν προεστὼς, καὶ ὁ τ ἀνηκόντων ἰδίᾳ τῷ βασιλεῖ ταμείων προβεβλημένος. *Petronius præpositus thesauris, & alter priuatorum Comes.* Idem lib. 5. ἄτταλον ἡ προεστάναι τ θησαυρῶν ἐκέλευε: *Attalum præfecit thesauris.* Honorius. Suidas in Antonino Pio, thesaurum publicum vocat, τῷ δημοσίῳ θησαυρῷ πλῆθος πανδαπῶν ἀπέλιπε χρημάτων: *Pu-*

blico ærario copias omnis generis pecuniæ reliquit. E Comite largitionum fiebat præfectus præt. A deinde consul. Panegyr.Iuliani, Primum thesaurorum omnium mandata custodia, & dispensatio largiendi, secundum locum tenet præfectura, tertius consulatus additus est, Euseb.lib.9.hist.eccles. ἐπαρχῶ τ καθ' ὅλε λόγων : *præfectus rationum generalis.* Legendum arbitror, τ καθολόγων & præfectum pr.interpretor, qui iam fuerat sub Galerio bis consul.

Actor summæ rei. Actor *summæ rei,* ὁ τ μεγίστε πράγμαϛος ἀρχισταλδῶν apud Euseb.lib.7. c.13. videtur esse rationalis summarum. Nicet. ἐπὶ βασιλικῶν θησαυρῶν ἐτέτακτο ἐπιμέλειαν, ἐπὶ τ δεχθέντων χρυσώνων θλαδίας, *Spado præpositus thesauris regijs, Thlibia gazæ regiæ.* Vet. glo. γαζοφυλακίε, *ærarij præfectus.* Iulianus Augustus in Misopogone, ἐπιτροπεύσαντες τὰς θησαυρὰς τὰς ἐμὰς, *curantes meos thesauros.* Rutilius in Itinerario,

Nam neque opum curam quamuis sit magna sacrarum,
Nec ius quæsturæ grata fuere magis. B

E Comite largitionum sæpe promouebatur præfectus vrbis. Cassiod.lib.3.ep.12.Illustrem Argolicum qui sacras largitiones fida protexerat custodia præfecturæ vrbanæ, dignitate promouemus,vt & ille augeatur fascibus.Comes sacrarum largitionum dicitur Comes sacrarum remunerationum l.41.C.de app.Comes thesaurorum,munerationũ,sacrarum munerationũ l.10.Palatinos,C.de Palat.sac.larg l.2.C.de commeatu.Euseb.lib.8.eccl.hist.ἀνὴρ πᾶσι θεοσεβὴς τ ἐν ἅπασι βασιλεῦσι τιμῆς,ὡς τὰς καθ' ὅλε διοικήσεις τ παρ' αὐτῖς καλεμένης μαγιστρότητος τε, & καθολικότητος ἀμέμπτως διεξιών. De præfecto ærarij loquens, *Vir qui per omnes honorum gradus apud Imperatores decurrerat, magisterijq; & catholici munere cum laude functus.* ἐπ' αὐτῆς τ τ καθολικε πράξεως, *in ipsa administratione catholici.* Comes sac.larg. vir clarissimus & illustr.dicitur Sidon.ep.7.lib.1.Symmach.ep.33.lib.10. Is militibus stipendia numerauit per C apparitores suos.Ammian.largitionum apparitor missus,vt militibus stipendium tribueret. Sub eius dispositione fuere Comites largitionum per prouincias constituti. Illyrici,Italiæ, Orientis. Augustin.lib.6. confession.c.10. Romæ adsidebat Comiti largitionu mItalicarum. Item,Comites metallorum,commerciariorum, vestiariorum,Comites, & rationales summarum per prouincias sparsi,procuratores baphiorum.gynæceorum,monetarum,linificiorum,bastagarum,præpositi thesaurorum,& argentariorum,thesaurenses,seu officiales Comitis thesaurorum,C.T.tit.de diu.off.& app.Ammian.lib.14.Constantius mandabat Domitiano ex Comite sacrarum largitionum.Largitionales,& priuatiani fuere comitatenses, qui in aula versabantur, alij in vrbibus singulis qui omnes Palatinorum matriculis attinebantur.l.3.C.Theod.de priuileg.eorum qui in.

Vestes & calceamenta Comitis largitionum. Apud Comitem larg.fuere vestes regiæ, & calceamenta. Quare monet apud Ammian. D Iulianus Aug. Comitem larg.vt iubeat pedum tegmina dari purpurea,& chlamydem.Qui fiebat Comes larg.statim allegebatur in Senatum,vt Cassiod.lib.5.c.41.Constantinus magnus Comites larg.& priu.primus instituit. Ille vectigalia omnia publica,hic rem priuatam curauit.Duplex enim ærarium fuit,largitionum, & priuatarum. Imppp.Gratian.Valentin. Theod.l.1.C.de quæst.qui ex quæsturę honore,aut efficaci magisterio,aut comitiua vtriusque ærarij nostri attonito splendore viguerint, acclamatione excipiantur solita,nec prætereantur vt incogniti. Postquam autem Comites larg.à Constantino reperti sunt, procuratores Cæsaris in prouincias mitti desierunt. Ante Constantinum largitiones omnes ex arca Principis fiebant. Seuerus Augustus Ærarios instituit qui de arca fisci ederent munera, eaq; parciora narrante Lampridio.

Largitiones quo tempore fieri solitæ. Largitiones fiebant Kal.Ian.& festo paschatis Senatui, & Ducibus,l.4.C.de aduoc.diu. E iud.Cedrenus in Michaele stauracij fil.scribit stipendia militi numerata à Comite larg.Vopiscus in Probo. stipendia de largitionibus nulla erogarentur, thesauros æternos haberet Resp.Ammian. lib. 26. Venustus largitionum apparitor sub Valente multò ante Nicomediam missus, vt aurum susceptum militibus per orientem diffusis viritim distribueret. Alij largitionum per prouincias Comites nomine Comitis sacr. larg. stipendia magistris militum,& ducibus soluebant.l.3.C.de mil.veste l.3.C.de finib.regun.Ammian.lib.29.sub Valente,Salia thesaurorum Comes fuit per Thracias. In Oriente sex vicarij Comitis largit.in Diœcesibus Ponticæ,Ægypti,Asiæ,Thraciæ, Macedoniæ. In Occidente tres tantùm. Comes larg.curator erat,& præfectus thesaurorum, Imperialium pecuniarum quæstor,præfectus canonicarij tituli l.2.l.10.C.de Palat.sacr larg.l.2.C.de commeatu. Nicephor.lib.10.c. 29.eccl.histor.Theodor.lib.3.c.11.Hieronym.c.23.ad Ezechiel. Nicephor.Gregoras lib.3. locũ in quo erant pecunię regiæ,vocat πρωτανεῖον.Arsenius,inquit,patriarcha tutor infantis

Impe

A Imperatoris τὰς κλεῖς τ βασιλικ̃ ϖρυτανείυ μόνῳ. Michaeli Comneno palæologo credebat claues ærarij ſi quando militaris res pecuniis egeret, ἐπήρετο ὁ ϖότε χρημάτων ἐδεῖ τὰ ϛρατιωτικὰ ϖεάγματα. Didrachma Iudæorum, capitatio ruſticorum, & alia vectigalia ad Comitem larg. pertinebant l. Iudæorum, C. de Iudæis, l. 3. C. de capitat. cin. cenſ. exim. Idem Notarios palatinos ex ſuo officio in ſingulas prouincias mittebat, qui dicti mittendarij præſides cogerent ad repreſentandas publicas pecunias, vt debitum canonem ad arcam largitionum mitterent l. vlt. C. de exactor. tribut. Exactores canonicarij, tractatores & ratiocinarij, qui illorum rationes ſcribebant, quarto quoque menſe ratiocinia ad Comitem larg. cum pecunia tranſmittebant l. 1. C. de off. Com. 5. l. 1. 3. C. de can. ſacr. larg. & l. vlt. Palatini muneration-
B num ſacrarum quæſtus publicos emebant, & apud præfectum nomina debitorum iudicio perſequebantur. Præfectus vrbis illationum documenta flagitabat, vt Symmachus lib. 10. ep. 42. Reditus annui Romani imperij ſupra 150. milliones auri fuere, ſi Lipſius audiendus, qui plærique omnes à Comite larg. adminiſtrabantur. Is enim ſucceſſit in locum Quæſtorum & ærarij præfectorum. Largitionibus aſſignata erat ex tributis, & vectigalibus certa auri, argentiq; ſumma, & aliæ ſpecies, quæ canones largitionum dictæ, C. de canon. larg. tit. Eas rationes tractabant Numerarij in prouinciis Orientis, Numerarius ad ſe tranſmiſſas recognoſcebat, ne quid deeſſet, auri partem ad arcam præfecti pr. partem ad Comitem larg. tranſmittebat. Quartocerius officij largitionum libellos tractabat, qui Comiti larg. exhibebantur ab iis qui ſalaria, vel donata à Principe petebant, Reſponſa notabat, & cum oblatis Principi precibus in ſcrinio ſeruabat. In Notitia Imp. Comes larg. Occidentis imperabat Comitibus 6. rationalibus 11. præpoſitis theſaurorum 12. præpoſitis Barbaricorum 3. præpoſitis Baſtagarum 5. procuratoribus monetarum 6. procuratoribus Gynæcij 15. pro-
C curatoribus linificij 2. procuratoribus Baphiorum 9. l. 2. C. de militari veſte. Fiebat & charta ſub nomine Comitis larg. cuius nomen in ſumma folij parte dictum protocollum, vnde proceres chartarum Nouell. 44. De præfectis ærario Græcorum legendi Græci auctores. Harpocration, ταμίαι, ἰσαρίθμ ἔντινι τ κληϱικῶν. ἔχή τις ϖαρ' ἀθηναίοις ὧ οἱ ταμίαι, δέκα τ ἀϱιθμὸν. ϖροσλαμβάνεσι δ' ἔτοι ϖότε ἄγαλμα τὰς ἀθηνᾶς, & τὰς νίκας, & τ ἄλλον κόσμον, καὶ τὰ χρήματα ἐναντίον τ βουλῆς. εἰσὶ δέ τινες & τ τϱιηϱῶν ταμίαι: *Quæſtores Athenis, numero 10. ſunt, qui ſibi ſumunt ſimulacrum Mineruæ, & Victoriæ, & alium ornatum, & pecunias in conſpectu Senatus. Sunt & alij triremium Quæſtores qui ſequuntur trierarchos.* ταμεῖα ἀπόκρυφα οἰκήματα: *Domus abditæ, in quas theſauri repoſiti.* Heſychius, ταμεῖαι οἱ τ δημοσίων χρημάτων, καὶ ϖάντων τῶν κοινῶν ϖροϛάται, καὶ φύλακες ταμιεῖοι: *Tamiæ præpoſiti publicis pecunijs, & omnibus communibus cuſtodes poſiti.* ταμίας φύλαξ χρημάτων, ϖροϛάτης, δεσπότης, οἰκονόμοι, διοικητής:
D *Tamias cuſtos pecuniarum, dominus, œconomus, diſpenſator.* κωλακρέται, ἀργυϱικοὶ, ταμίαι, ὅς τινες οἴονῆ μόνον τ δικαϛικ̃ ϖροίσαν: *Colacretæ Argentarij quæſtores quos nonnulli putant ſoli argento iudiciario præpoſitos.* χαζοφυλάκιον: vide Pollucem.

CAPVT XVII.

De Comite priuatarum.

E COMES rerum priuatarum, res Principis priuatas per rationales adminiſtrauit. lib. 6. Baſil. τ κόμητα τ ἰδικῆς ϖϱοσιάς, τετάϱτι τ ϕϱοντίζοντα τ ϖεαγμάτων τ ἀϕοϱισμῶν εἰς τὰς ἰδίας χρείας τ βασιλέως: *Comitem priuatæ ſubſtantiæ, id eſt, eum qui curat res in priuatos principis vſus aſſignatas.* Menander in Eclogis. βένον ϖϱοϛατοῦντα τ αὐτ βασιλέως ϖϱοσιάς. Priuata ratio dictus hic magiſtratus auctore Strabone lib. 17. Alia eſt, inquit, dicta ratio priuata, quæ diſcutit caduca, & ea quæ Cæſari obueniunt, quia domino carent, ἴδιος λόγος τ ἀδεσπότων & τ εἰς καίσαϱα ϖίπτειν ὀϕειλόντων ἐξετασις ὅϛι. Nouel. 20. Comes. οἰκείων ϖϱοβλεπτικ̃, ad quem olim in parte appellationes ἐν τάξει τ̃ θείᾳ ἀκϱοατηϱίᾳ relatæ. νυῦ ἢ κ τὰ ϖϱὸ τὰς ταμειακὰς διοικήσεις, & ἑτέϱας ϖϱοσδέδωκαμεν. Nouel. 22. ἐνδοξότατοι vocantur Comites priuatarum & ſacrarum largitionum. Certè Comes priuatarum Canonicarios dirigit, poſſeſſores admonet, caduca bona fiſco vindicat, cùm tamen proximos defunctorum principi anteponat. Depoſitas pecunias quæ longa vetuſtate dominos amiſerint, fiſco adiudicat. Comites priuatarum dignitate cum

Comitis rerum priuatarũ officiũ.

præfectis certant, quia potestas est aulica palatio reuerenda. Olim cognoscebat de causis A
seruorum, quæ cognitio ei erepta est, vbi se partes solemni actione pulsare non poterant,
& sine aduocatis litigabant. Quid enim facerent inter seruos iura publica, qui legibus
personam non habent? Postea ei cognitio data est de liberorum causis, vt legitimus præ-
sul esset, apud quem de ingenuorum fortunis disceptaretur. Cognoscit autem Comes pri-
uat. de incestis inter propinquos, & affines nuptiis, & in ea probra inquirit, & vindicat.
Defunctorum quieti consulit, ne quis vestita marmoribus sepulcra nudet, ne columnas
detrahat, ne cineres alienos sollicitet, ac retegat. Castitas igitur viuentium, & securitas
mortuorum ei commissa est. De iure tributorum solemni non pauca per prouincias per-
cipit. Consule Cassiodorum libr. 6. form. 8. Harmenopulus bona vacantia & caduca,
ἀδέσποτα, ἀκληρονόμητα vocat. De quibus Paulus l. 31. D. de acquir. rer. domin. Vetus quæ-
dam depositio pecuniæ cuius non exstet memoria, vt iam dominum non habeat, inuen- B
tori conceditur, diciturq; thesaurus, qui fisco applicatur l. 1. D. de thesauris, lib. 45. Basilic.
Ne pecuniam cum mortuis sepelire liceat, οὐκ ἔξεστι συνθάπτειν τοῖς τεθνεῶσι χρήματα. Scho-
liastes Homeri ad lib. 3. Iliad. κειμήλια λέγα, & ἀπόθετα χρήματα vocat *otiosas, & reconditas pecunias.* Virgil. lib. 1. Æneid.

Auxiliúmque vix veteres tellure recluſit
Theſauros, ignotum argenti pondus & auri.

Sed de Comite priuatar. Cassiodorus lib. 3. ep. 12. Comitiuæ priuatarum infulas nullius
acerbitate calumniæ prophanauit. Comes ad prouinciam proficiscere, illustri cinguli di-
gnitate præcinctus. Zozimus lib. 3. ὁ τῶν ἀνηκόντων ἰδίᾳ τῷ βασιλεῖ ταμιείων προβεβλημένος: *Præ-*
positus eorum quæ ad Principem propriè & priuatim pertinent. Malchus in Byzanticis, ἀλέξανδρον C
ὃς ποιεῖ τῶν ἰδιωτικῶν κόμητα. Theodoret. hist. eccles. lib. 3. cap. 12. κόμητα ἰδιωτικῶν τὸ τοιοῦτον
προσαγορεύειν εἰώθασι ῥωμαῖοι. dixerat prius, φήλιξ μὲν ταμίας ὢν τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν, ἐλ-
πιδίῳ δὲ τῶν ἰδίων τοῦ βασιλέως χρημάτων, καὶ κτημάτων ἡγεμονίαν πεπιστευμένος: *Felix Comes largitio-*
num, & Quæstor thesaurorum regiorum, Elpidius præpositus priuatis principis pecunijs, & possessionibus,
Comitem priuatorum vocant. Videtur Comiti priuatorum patrimonij curam tribuere. Vetus
Lap. προφεκτ. ἐξπλωρατώρ. γερμαικ. βριτόπῳ πρειβάτης: *Exploratorum præfecto Germanico Cu-*
ratori priuatæ rei. Sic enim eum vocat Ammianus lib. 14. Eusebio excomite rei priuatæ. Res
priuata, res dominica pro eodem ponuntur. Vet. Scholiast. ἰδιωτικὰ τὰ τῇ βασιλείᾳ ἰδιαζόν-
τως διαφέροντα: *Priuata quæ propriè pertinent ad imperium.* Iulianus August. in epist. γαλιλαίων
τὰ χρήματα ἐκδόσιμα ἀναληφθῆναι δοθησόμενα τοῖς στρατώταις, καὶ τὰ κτήματα τοῖς ἡμετέροις
προσεθνέσιν πρωβάτοις; *Iussimus vt pecuniæ Galilæorum caperentur, darenturq; militibus, & possessiones* D
nostris priuatis adiungerentur. Nouel. 12. Comes priuatorum cognoscit περὶ τῶν ἀθεμιτογα-
μιῶν, *de illicitis, aut incestis nuptijs.* Cassiodorus lib. 8. ep. 13. Priuatarum largitionum fasci-
bus præfuisti. Primus priuatarum procurator à Seuero institutus esse videtur Spartianus
in Seuero, interfectis innumeris partium Albini viris, inter quos multi principes ciuitatis,
multæq; illustres fœminæ fuerunt, omnium bona publicata sunt, ærariumq; auxerunt, tum
Hispanorum & Gallorum proceres multi occisi sunt, tumq; primùm priuatarum procura-
tio constituta est. Procuratores tamen Cæsaris iam olim fuere, & rationales qui vicesimas
hæreditatum, & bona caduca exigebant. Tacitus in Agricola, Iulius Agricola vtrumque
auum procuratores Cæsaris habuit, quæ equestris nobilitas est. Item, Alexandriæ ratione-
lis fuit. Comes igitur priuatarum per initia dictus procurator Cæsaris, curator, rationalis,
procurator priuatæ rationis, postea dispensator, magister rei priuatæ, logista, rationalis E
summæ rei, ὁ τῆς μεγίστης πράγματος προστάτων. Eusebio lib. 7. cap. 13. eccles. histor. l. 15. C.
Theod. de iure fisc. *aurum ad ærarij nostri rationem non relatum.* Dicitur & dominicus procu-
rator, Comes rei dominicæ, quanquam hæc postea munera diuisa sunt. Nicephorus lib.
10. cap. 29. Imperatoris domus præfectus & Comes rerum priuatarum. Vide D. de offic.
procurat. Cæsar. & C. vbi causæ fiscales, & C. de fundis & saltib. rei dominicæ. Sub Claudio
priuatarum procuratores, serui, coloni adscriptitij prædiorum Principis de bonis eius em-
phyteuticis, aut ad fiscum delatis, ac viris sui officij ius dixerunt, quorum sententias Clau-
dius eandem vim haberé voluit, ac si ipse iudicasset, vt Tacitus lib. 12. Annal. prodit. l. vlt.
D. de offic. procurat. Cæsar. l. si quis, l. vlt. C. vbi causæ fiscales. Sub Tiberio Procuratori Cæ-
saris nihil aliud datum est, quàm vt Principis reditus exigeret. Ideo Tiberius Procurato-
rem suum in Asia deportauit, quia militum comitatu septus præfidis auctoritatem sibi
vsurpabat, narrante Dione lib. 57. Tacit. eadem de re, Procurator Lucillius Capito accu-

sante

A ſante prouincia cauſam dixit, magna cum adſeueratione Principis, non ſe ius niſi in ſeruitia,& pecunias familiares dediſſe. Comes priuatarum pœnam à corruptis pecunia iudicibus exigebat, triplum eius quod exegerant in cauſis pecuniariis, in criminalibus omnia bona quæ ob crimen publicantur. Nouel. 124. Quadruplum aufert à cohortalibus qui immoderatas à litigantibus ſportulas extorquent. Artificibus Principis operantibus ſtipendia ſoluit, familiæ Principis & imperatricis & eorum equis pabula præbet. l. procurator,C.de edendo. Idem plures legit rationales in diuerſis prouinciis, l.ſuper creandis,C.de iure fiſci. Caſſiodorus lib.8. ep. 17. Res huic priuata tanto fuit moderamine diſpoſita, vt nec aliqua tenacitate forderet, nec iterum nimia effuſione laberetur. Gentiles victu, Romanos ſibi iudiciis obligabat, & vnde ingratitudo dignitatibus plærumque venit, iſte diſceptando ſibi amicitiam colligebat. Ex iudicibus natis arbitrum agebat.

B Comiti priuatarum in publicum exeunti præco fauſta acclamabat l.1. C. de quæſtorib. Cùm ad eum Princeps ſcriberet titulis honorificis appellabat ſublimitatis, auctoritatis,dignationis,ſinceritatis C.de iure fiſc.l.vlt. C. ne res dominica vel temp.l.1. C. de fundis rei priuat.l.2.C.de priuil.dom.Aug. Comes rei priu.ſuſceptores creabat,l.17.C.T.de iure fiſc. Sub eo fuere procuratores rei dominicæ ibid.Idem habuit rationales, ſeu procuratores in ſingulis prouinciis qui bona ad fiſcum pertinentia perſequuntur,titulos apponunt,ſeu inſignia Principis, quæ dicitur incorporatio. Sub Comite priuatorum fuit Comes ſacri patrimonij ſub Anaſtaſio repertus. Sub eodem fuit Comes ſtabuli. Plin. in Paneg. Res fiſcales quaſi priuatæ & propriæ principis ſunt. Priuatæ rationis cauſæ dicuntur fiſcales,iuris fiſci l. vbi cauſæ fiſcal.D.de iure fiſci. Traianus ærarium in Senatus poteſtate poſuit,vt Dio. Duo tabularij fuere in prouinciis, alter fiſci, alter ærarij l.4.C. de numerar. Comes priuatarum
C dicitur & Comes ærarij priuati l.vlt. pen. C. de quadrien. præſcr. fiſcus interdum pro arca largitionum ponitur C.de aduocatis fiſci,C.vbi cauſæ fiſcales.Apud Euſebium lib.10.hiſt. eccleſ. Heraclidas Ἐπίτροπον τῶν ἡμετέρων κτημάτων procurator noſtrarum poſſeſſionum. Idem munus ille ſuſtinuit, quod poſtea Comes patrimonij, ad quem pertinuere, οἶκοι τῆς βασιλείας, ἢ τὸ θεῖον πατριμώνιον, ἢ τῶν θείων ὠρεάτων vt loquitur Nouella 62.Comes ærarij priuati qui idem eſt cum Comite priuatarum rerum per initia, vniuerſum patrimonium Principis, agros in Aſia, Pontica, Cappadocia, Meſopotamia, Oſroena, & per totum tractum Orientis, alibiq; exiſtentes curauit:ſaltus, emphyteutica prædia, colonos, greges, armenta, ob quæ prouinciarum præſidibus imperabat,& illuſtris erat, omnes priuatas rationes in prouinciis diſponebat, quod munus equitibus datum l.vlt.C. de locatione præd.ciuil. vel fiſci.l. 3.C. de bonis vacantibus, l. vltim. C. de petitio. bonorum, C. de fundis
D patrimon.

Comes priuatarum habuit ſub ſe Comitem largitionum priuatarum, & Comitem Gildoniaci patrimonij, Rationales 2. Procuratores 2. duos præpoſitos. P. Diaconus lib.13. in principio.l.16. de bonis proſcript. De Gildonis patrimon. Rationales ſummæ rei,rationales rei priuatæ l.7.C.vbi cauſæ fiſci l.2.C de bonis vacant. Notitia Imp.Rom. Comes Gildoniaci patrimonij habet procuratores,præpoſitos, rationales, per diuerſas prouincias, & ſecundocerium totius officij, qui tractat chartas officij.

Priuatarũ Comes quos ſub ſe olim habuerit.

Rationales rei priuatæ per Africam l.2.4.C.Theod. de iure fiſci l.1.C. Theod. de metal. Rationalis rei priuatæ,fundorum domus diuinæ per Africam. Eum eſſe arbitror quem Euſebius lib.10.cap.6.in epiſt.Conſtant.de Africæ eccleſiis ad Cæcilianum.Epiſcopum Chartag. Ἐπίτροπον βασιλικῶν κτημάτων vocat. Hæc erant prædia tamiaca ad impenſas in do-
E mum Principis faciendas C.de præd.tamiac. Comes ac procurator diuinæ domus,qui bona emphyteutica, aliasq; res Principis curant generaliter dicuntur palatini, l.1.C. de offic. Comit.ſacri patrim. Rationales in prouinciis exactæ pecuniæ rationes ſcribunt,procuratores reditus Principis & bona adminiſtrant l. 14. C. de indulgent. debitor. Procurator rei priuatæ per vrbicarias regiones rerum Iuliani Didij fuit, cuius bona confiſcata Imperatore Seuero. Duo præpoſiti Baſtagæ rei priuatæ fuere. Africæ Procurator qui fundos patrimoniales curabat ſub præfecto annonæ Africæ fuit, l.1. C. de collat. fundor. patrimon. & emphyteut. Gildon. vide C.titulum de fundis rei priuatæ. Flumina publica in patrimonio Principis erant l.fluminum D.de damno infecto. Codinus λογοθέτην priuatorum commemorat. Certus fuit aduocatorum numerus Comite priuatorum qui depoſito munere clariſſimi,& Comites tertij ordinis fuere, l.1.C. de aduocat.diuerſ.iud. Grauis pœna illis irrogata eſt,qui bona fiſci à Principe ſibi donate peterent l.ſi quando.C.de bon.vacant.l.vlt.C. de petit.bonor.ſub.

Acclamatio Comiti priuatarum in publicum exeunti.

Rationalis rei priuatæ quis.

Rationales duo in Occidente, & eorũ officiũ.

Rationales duo sunt in Notitia Occidentis, vnus summarum,alter rei priuatæ per quinque prouincias, quas nonnulli ad Hispanias referunt, quæ olim quinque prouinciarum nomine censæ. Alij melius ad duas Narbonenses, Viennensem, Alpes maritimas, & Pœninas, quæ quinque prouinciæ vna olim Narbonensi continebantur, vt Ausonius his verbis significat: A

Insinuant quà se Sequanis Allobroges oris,
Excludúntque Italos Alpina cacumina fines,
Quà Pyrenæis niuibus dirimuntur Iberi,
Quà rapitur præceps Rhodanus genitore Lemanno,
Interiúsque premunt Aquitanica rura Cebennæ,
Vsque in Tectosagas primæuo nomine Belcas, B
Totum Narbo fuit.

Rationales isti causas fisci ciuiles dirimebant, criminales rector prouinciæ coram rationali tractabat,l.cum aliquid,C.vbi causæ fisci. Rationales habent officium, daturq; illis pecunia ex ærario. Priuatæ rei rationales per Ponticam & Asianam erant sub Comite priuatorum, prædia templorum vbi Christiani sacris operati, tum ea quæ à gentilibus ad fiscum translata tuebantur.l.4.C.de fundis rei priuatæ, Ambrosius ep.30.ad Valentinian.& epist. Symmachi inter epistolas Ambrosij. Ad Comitem priuatorum pertinet Bastaga,& præpositi stabulorum, gregum, & armentorum C. de grege dominico. Erant & procuratores saltuum in quos greges missi ad pascendum. C.de præd.tamiac. Apparitores Comitis largitionum & priuatarum, Palatini dicti sunt, Cæsariani, & Priuatiani, C.de palatin.sacrat. C largition. l.5.7.C. de iure fisci. Dicebantur & priuati, non catholici, qui reditus & vectigalia annotabant. In eo officio primus fuit primicerius totius officij, deinde secundocerius, qui chartas tractabat. Quatuor item scrinia, beneficiorum, canonum,securitatum, largitionum.

Quatuor Primicerij rerum priuatarum.

Primicerij scriniorum rerum priuatarum fuere quatuor,& primates tres l. 14. C. de palatin.sa.larg. Palatini in officio rei priuatæ militabant l. 6. C. Theodos. de domib. ad rem priua.pertin. Primiscrinius tribus primis scriniis præfuit,vltimo Primicerius l.vlt.C.Theodos.de palatin.s.larg. Primicerius beneficiorum scribebat donata à Principe. Beneficia dicuntur immunitates, priuilegia aquæ ducendæ, Primiscrinius canonum curat pensiones pro prędiis per Ponticam,quę pensio dicitur canon,C.de fund.patrimon.Primiscrinius securitatum chirographa pecuniarum solutarum seruat.C.de Apochis publ. Cassiod.lib.11. D

Testimoniũ solutionis.

Testimonium solutionis dicitur securitas quæ fit apud acta.l.2.§.vlt. de quadrien.præsc. vide C.Theodos.de cohortal.& C.de solut.fundor. patrimon. Non aliter autem in officio sacr.larg. vel priuatarum rerum cingulum militiæ sumebant, quam si ad notationem Imp. mansuetudinis meruissent. Palatini sacrarum remunerationum rationem tractabant.C.de palat.sacr.largit.

Cæsariani qui,

Cæsariani erant officiales Cæsaris, qui bona caduca poterant sine auctoritate Principis persequi: dicuntur Catholiciani. Procurator ipse dicitur Catholicus in Basilicis. ἐπειδὴ οἱ καθολικοὶ τ ἡμετέρων πραγμάτων, *quando Catholici nostrarum rerum.* Eusebius lib.10. cap.6.hist. eccl. Vrsinum καθολικὸν τ ἀφρικῆς, *Africæ catholicum* numerare tibi iussi *tria millia follium*, τρισχιλίους φόλλεις. Quidam catholicum illum proconsulem esse volunt,aut consularem.Eusebius lib.8.hist.eccles. sub Diocletiano fuere διοικήσεως μαγιστρότητος, & καθολικότητος, va- E riorum graduum. Idem catholicum διοικήσεως semel,atque iterum commemorat.

CAPVT XVIII.

De Comite sacri Patrimonij.

Comes sacri patrimonij quis dictus.

OMES sacri patrimonij dictus,qui sacrum patrimonium,fundos patrimoniales saltuenses,emphyteuticos,mancipia, & colonos patrimonialium,saltuensium, emphyteuticorum, fundorum: fundos rei priuatæ saltus diuinæ domus,fundos, & saltus rei dominicæ, Agricolas, & mancipia dominica, prædia tamiaca procurat. De quibus lib.11. C.titul.61. 62. & sequentibus lib.

A lib.12.C.de iur.fiſci locum ad ſacrum dominium pertinentia l.16. ex veteri cenſu loca ſacri dominij agnoſcantur, non ex Nouella profeſſione: ibidem prædia rei priuatæ vocantur. Præerat famulis regiæ domus,& ruſticis,querimonias poſſeſſorum accipiebat, epulas regias ſtudiosè inſtruebat, è prædiis dominicis ligna ſcindi patiebatur, epulis Imper. aderat, & familiariter eum Imperat. alloquebatur. Caſſiodorus lib.6. form. 5. Princeps cùm ad eum ſcriberet magnitudinis eum titulo afficiebat lib. 5. ep.13. magnitudinis ſuæ ſucceſſione comperimus lib.8. ep. 23. illuſtrem magnitudinem tuam lib. 4. ep. 3. noſtræ domus auctoritate ſubnixus Nouell. 62. οἶκοι τ̃ βασιλείας ἢ τὸ θεῖον πατριμώνιον, ἢ τ̃ θείων πωμάτων. *Domus regni, aut diuinum patrimonium, aut ſacrarum priuatarum.* Erat clariſſimus: vetus Poëta:

Aulica quippe Comes rexi patrimonia clarus,

B *Et mea patricio fulſerunt cingula cultu.*

Vopiſcus Tacitum Imperat.patrimonium ſuum publicaſſe ait, quod habuit in redditibus H S. bis millies octingenties, priuatus adhuc patrimonium priuatum Pius in Fauſtinam filiam contulit, ſed fructus Reip. donauit, vt ſcribit Capitolin. ſaltuenſes fundi erant paſtioni deputata nemora. Emphyteutici, qui emphyteutico iure dantur. Patrimonialis fundi penſitatio erat auraria, vel frumentaria l.13. Cod. lib.11. tit.62. Nulli licere præcipimus patrimoniales, ſeu limitrophos, vel ſaltuenſes fundos ad ius transferre priuatum, ſiue dempto, ſiue ſaluo canone iuris feudorum immutatio poſtuletur. Res tamiaca & coloni, ſerui tamiaci in Cappadociæ prouinciis, quorum cura pertinet ad Comitem domorum & præpoſitum ſacri cubiculi, non ad Comitem patrimonij, ſic domus ſeparantur à

C re priuata Nouel. 20. & 30. Alij ſunt igitur fundi patrimoniales, alij fundi rei priuatæ, alij diuinæ domus, alius Comes rei priuatæ, alius Comes patrimonij, alius Comes domorum.

Res tamen priuata etiam patrimonium dicitur l. 3. C. de fund. rei priuatæ. Quia vt in largitionibus, aliæ ſunt ſacræ, aliæ priuatæ, ſic patrimonium aliud eſt ſacrum, aliud eſt priuatum l.1.C.de indictionib. Caſſiodorus curatorem Imperalium domorum, Ariſtobulum fuiſſe ait. Idem Comitem patrimonij de vectigalibus cognouiſſe indicat. Comes ſpectabilis diuinæ domus, qui prædia in Cappadocia adminiſtrabat, C. vbi cauſæ fiſcales l. vlt. Patrimoniales fundi vocantur ad patrimonium Principis pertinentes fundi, qui vel conductionis titulo, vel perpetuo iure tenentur l.20. de extraordinar. munerib. C. Theodoſ.l.13.C.de præd. minor. quos fundos qui colunt patrimoniales coloni vocantur l.7. C. vbi fundi fiſcales. De fundis patrimonialibus Imp. ad Comitem rei priuatæ ſcribunt l. 4. lib.11. C.tit.6. l.7. & l.4. tit.62. ad Ceyneſium P.P. lib.10. ad Eutychianum P.P. l.13. ad Florent. P.P. tit.63. lib.11. C.ad Ceyneſium P. P. tit.66. ad Paulum Comitem priuatæ rei tit.67. ad Equitium magiſtr. pedit. & equitum tit.68. ad P. P. tit.70. ad Com. rei priuatæ, vt & tit. 72. tit. 76. Vnde colligas rei dominium fundorum patrimonialium, & reliquarum rerum diuinæ domus curam ad præfectum prætorio, & ad Comitem rei priuatæ maximè pertinuiſſe, ſub quibus fuerint Comites patrimonij, Comites rei dominicæ, Comites domorum etſi qui alij eiuſmodi fuere. Sub Commodo Imper. fuit procurator patrimonij, vt Lampridius ait.

Patrimoniũ aliud priuatũ, aliud ſacrum.

D

E

CAPVT XIX.

De Procuratoribus Cæſaris.

Procuratoris Cæſaris munus.

VECTIGALIA olim Publicanis à Cenſore locata ſunt,quæ illi ad ærarium, & quæſtorem deferrent. Auguſtus per prouincias procuratores inſtituit, qui vectigalia, & tributa curarent. Strabo lib.vlt. Auguſtus in Cæſaris prouincias ἡγεμόνας καὶ διοικητὰς *præſules, & procuratores* mittebat, *in populi prouincias populus prætores, & proconſules,* εἰς δημοσίας ὁ δῆμος στρατηγὸς καὶ ἀνθύπατος. Ioſephus lib. 22. c. 22. origin. felicem Iudeæ procuratorem ἐπίτροπον Galileæ, Samariæ, & Pereæ fuiſſe ait. Iul.Firmius lib.3. procuratores regum rationales memorat. Procuratores Cæſaris per initia liberti fuere Cæſaris, Plin.lib.10.ep.36.& 37. Traianus ait, maximum libertum meum

rectè militibus inſtruxiſti proficiſcentem ad comparationem frumentorum, fungebatur A
enim, & ipſe extraordinario munere, cùm ad priſtinum actum reuerſus fuerit, ſufficient
illi duo à te dati milites, & totidem à Virbio Gemellino Procúratore meo, quem adiuuat
ep.36.17. Maximum libertum & Procuratorem tuum. Seneca lib. 4. natur. quæſt. In Si-
cilia officium Procurationis otioſæ eſt quia non efficit imperium, quod eſt Procuratio,
Procuratores Cæſaris cauſas fiſcales tantum iudicabant, ius deportandi non habuerunt,
quæ acta, geſtáque ſunt à Procuratore Cæſaris, ſic ab eo comprobantur, atque ſi à Cæſare
geſta eſſent, D. de off. Procurat. Cæſaris. Rationales ſolam rem priuatam tractarunt, Pro-
curatores Cæſaris in prouinciis Cæſaris omnia vectigalia. Tacit. lib. 12. Eodem anno ſæ-
pius audita vox Principis parem vim rerum habendam à Procuratoribus ſuis iudicatu-
rum, ac ſi ipſe ſtatuiſſet. (de Claudio loquitur) Nam D. Auguſtus apud equeſtres, qui
Ægypto præſiderent lege agi, decretáque eorum proinde haberi iuſſerunt, ac ſi Romani B
Magiſtratus conſtituiſſent. Mox alias per prouincias, & in vrbe pleráque conceſſa ſunt,
quæ olim à prætoribus noſcebantur. Claudius omne ius tradidit. Suetonius de Claudio,
vt rata eſſent, quæ Procuratores ſui in iudicando ſtatuerent à Senatu præcario exegit: ſi
Procurator Præſidis loco prouinciam regeret, imperium, ſed ſine ſatellitibus habuit, vt
Dio lib. 57. Duæ Mauritaniæ, Rheſia, Noricum, Thraciæ Procuratoribus cohibentur ait
Tacit. lib. 17. In omnibus prouinciis ad Conſtantinum vſque Procuratores, aut ratione-
les fuere qui maximè rei familiari Principis impoſiti, vt Dio εἰς πάντα ὁμοίως τὰ ἔθνη τότ'
ἐαυτῆ, καὶ τὰ τοῦ δήμου πολὺ καθόσον τὰς φόρους οἱ αὐθύπατοι παρ' ὧν ἄρχεσι εἰσπράσσεσι. Pro-
conſules in prouinciis populi vectigalia publica antiquo ritu in ærarium publicum refere-
bant, quæ tamen Theodoſius ſuſtulit & in ſuum fiſcum vertit. In prouincias Cæſaris ma-
iores olim legati, aut proprætores miſſi, in minores verò Procuratores, quorum proprium C
munus, vt redditus, ac tributa colligerent, & alia, quæ ad fiſcum: ſed quia ibi nullus præ-
ſes fuit, ius inter prouinciales ſæpe dixere etiam in re criminum, quod genus Procurato-
rum dicti Procuratores vice præſidis, aut cum poteſtate l. 2. C. de pæn. l. 3. C. vbi cauſæ
fiſcal. l. 4. C. ad l. Flauiam de plagiar. Tacit. in Agricola vtrumque auum habuit Procurato-
rem Cæſarum, quæ equeſtris nobilitas eſt. Dio lib. 53. τοὺς ὑπηρέτας, ὅτω γὰρ τοὺς τάς τε κοι-
νὰς προσόδους ἐκλέγοντας, καὶ προστάγματα σφίσιν αὐτοκράτορας ὀνομάζομεν, ἐς πάντα ὁμοίως τὰ
ἔθνη, τότε ἑαυτῆ, καὶ τὰ τοῦ δήμου, τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἱππέων, τοὺς δὲ ἐκ τῶν ἐλευθέρων πέμπει. *Procura-
tores* (*ita enim vocamus eos, qui communes redditus exigunt, erogántque*) *in omnes prouincias tam
ſuas, quàm populi Cæſar mittit, quoſdam ex equitibus, quoſdam ex libertis*: itaque nec iudicia,
nec acta eorum rata erunt ante Claudium, vocatíque poterant ad diſquiſitionem Princi-
pis, aut Senatus, quia lege apud eos agi nefas, vni ex equitibus Ægypti præfecto tribuit. D
Auguſtus apud Tacitum, vt lege apud eum agi poſſet: ſic Pontius Procurator Iudeæ de
Chriſti capite ſententiam tulit, ſic Petronius, & Cumanus apud Ioſephum. V. inſcriptio,
procurator à rationibus.

Procurator ad bona dãnatorum.

Procurator ad bona damnatorum fuit apud Spartianum. Tacitus in Agricola, Britan-
ni conqueſti, duos ſibi imponi, ex quibus legatus in corpus ſæuiret, Procurator in bona.
Procurator Cappadociæ armis prouinciam tutatus eſt, ait Tacitus lib. 12. ὑπήροπος Aſiæ,
vt Strabo. Procurator Alpium maritimarum Ponti Epiri. Capitonem, Aſiam ὑπηροπεύ-
σαντα ὁ πλάγιος ἐφυγάδευσε, ἐγκαλέσας ὅτι χρατώτας ἐχρήσατο, καὶ ἄλλα τινὰ ὡς καὶ δεχθὲν ἔχων
ἔπραξε. ἐξὸν γὰρ οἷς τὰ αὐτοκρατορικὰ χρήματα διοικεῖν, πλεῖον μέρος ποιεῖν, ἢ τὰς νενο-
μισμένας προσόδους ἐκλέγειν, καὶ περὶ τῶν διαφορῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ, καὶ κατὰ νόμους ὡς ἴσα τοῖς ἰδιώταις
δικάζεσθαι, vt ait Dio: *Procuratorem Aſiæ Capitonem Tiberius exilio multauit, cauſatus, quod mili-* E
*tibus vſus eſſet, & alia quædam quaſi magiſtratus, egiſſet. Neque enim tunc licebat ijs, qui Cæſaris
prouincias adminiſtrarent, aliquid amplius efficere, quàm vt redditus ordinarios exigerent, & ſuper
controuerſiis in foro ſecundum leges ex æquo cum priuatis iudicarentur.* Procurator Iudeæ ſub diſpo-
ſitione fuit præſidis Syriæ ante Veſpaſianum, qui miſit προσεδούτω, *legatum* in Iudæam, vt
prodit Ioſephus lib. 7. c. 20. excid. Pilatus decem totos annos Iudeæ Procurator fuit teſte.
Euſebio lib. 1. ecc. hiſt. Tacitus lib. 16. Annal.

Equites adminiſtrãdis imperij negotijs præpoſiti.

Equites præponebantur adminiſtrandis imperij negotiis per Procuratores. Alia poteſtas
eius fuit, quem Ioſephus ὑπήροπον τῆ βασιλείας ἁπάσης, *Procuratorem totius regni* vocat lib. 9.
c. 12. lib. 10. c. 1. origin. Idem lib. 18. c. 5. origin. ſcribit ὑπηρετοῦντα, *Procuratorem* Iudeæ da-
tum à præſide Syriæ quem ἡγεμόνα vocat, & præſidem. Strabo lib. 3. εἰσὶ δὲ καὶ ὑπήροποι καί-
σαρος ἱππικοὶ ἄνδρες οἱ διανείμαντες τὰ χρήματα τοῖς στρατιώταις εἰς τὴν διοίκησιν τοῦ βίου, *ſunt
Procuratores Cæſaris Romani equites, qui diſtribuunt pecunias militibus, vt ſe alant.* In prouinciis

procon

A proconsulum Procuratores fuere, qui rem tantùm Principis familiarem curarent, postea ius accepere de fiscali pecunia cognoscendi, & de lege Flauia, & de plagiariis ex constitutione M. Antoninij l.9.D.de officio proconsul. Nec quidquam est in prouincia, quod non per proconsulem expediatur. Sanè si fiscalis pecuniaria causa sit, quæ ad Procuratorem respicit Principis, meliùs fecerit, si abstineat. Procuratores rei familiaris Principis sparsi erant per prouincias omnes, & maiori numero, quàm Procuratores Cæsaris, qui digniores fuere. Tertullianus in Apologet. Pontio Pilato Iudæam tunc ex parte Romana procurante. Lamprid. in Alex. & quia de publicandis dispositionibus mentio contigit, vbi aliquot voluisset, vel rectores prouinciis dare, vel præpositos facere, vel Procuratores, id est rationales ordinare. Commodus ad Albinum, super hoc ad Procuratores meos, literas misi, quas ipse signatas accipiet signo Amaroniæ, & cum opus fuerit rationalibus da-
B bis. Capitolinus in Gordiano quidam rationalis sibi vltra procurationem omnia vindicans. Spartianus de Antonino Pio, Procuratores suos modestè suscipere tributa iussit; excedentes modum, rationem factorum suorum reddere præcepit, nec vnquam lætatus est lucro, quo prouincialis oppressus est, contra Procuratores suos quærentes libenter audiuit.

CAPVT XX.

De Procuratoribus rei priuatæ.

C SVB Seuero primum rerum priuatarum Procurator constitutus est, ait Spartianus, sub Augusto tamen erat ἴδιος λόγος, auctore Strabone lib.12. Erat ei Procurator patrimonij, cuius meminit Lampridius in Commodo. Fuit & Procurator ærarij maioris apud Lamprid.in Diadumeno, sed diuersum ab illorum munere fuit officium Procuratoris priuatæ rei. Capitolin. in Macrino, qui ante Procurator rei priuatæ fuisset. Symmachus lib.5.ep.66. Priuati rectorem ærarij quia caduca, vel proscripta bona sine legitimo herede priuato ærario competebant, Nouel. Maioriam de bonis caduc. vel pros. Cassiodor. lib.6. c.8. In formula Comitiuæ priuat. Caduca bona non sinis esse vacantia, ita quod vsurpatio potuit inuadere in fiscum nostrum, facis iustis compendiis obtinere. Lamprid. in Commodo, Liuius Lauronsis Procurator patrimonij, D caduca, inquam, bona competebant, vel priuato ærario, vel priuatæ rei commodis, vel fiscali dominio l.2. C.Theod.de bon.proscr. l.4. C. eod. Procopius l.1. Gotth. iussi sunt in Italia τὰ χωρία τῆς βασιλείας οἰκίας, regiæ domus prædia, domus Augustæ patrimonium Theodahato tradere, quæ mille ducentos aureos εἰς προσοδὸν, annui redditus efficiunt, δώδεκα κεντεναρίων ἐπέτειον. Procuratores curabant fundos rei priuatæ l.5.C.de fundis. Apud Cedrinum pag.581. *qui res priuatas templi procurabas* περιβατάριος τοῦ ναοῦ, dictus. Ad Comitem priuatæ rei mittebantur breues bonorum vacantium. Symmachus lib.10.ep.55. statuerat Imp. cùm Aggariæ bona tanquam vacantia Martianus protector postulasset, vt si ea hereditas scriptum successorem, vel legitimum non haberet, in ius fisci tanquam domino nuda concederet, & tunc insinuato per rationalem patrimonij modo operiretur petitor, quid ei sacra deferret humanitas, & cùm per defensores, & rationales augustissimæ domus iustitia so-
E lemnis oraculi scripti fatigarentur heredes, C.Th.de incorporat. l.1. si quando aut alicuius publicatione aut ratione iuris aliquid nostræ addendum est rei, rite, atque solemniter per Comitem rerum priuatarum; dein per rationales in singulis quibusque prouinciis commorantes incorporatio compleatur, & diligens stilus sigillatim omnia ascribat. Tituli verò, quorum adiectione prædia nostris sunt consecranda nominibus, non nisi publica testificatione ponantur.

Priuatæ rei Procurator quando primùm constitutus.

CAPVT XXI.

De Rationalibus.

RATIONALES à Græcis dicti λογισταὶ, & λογοθέται, *ratiocinarij*, qui rationes imperij, res fisci tributa, & vectigalia tractarent: propriè tamen rationales dicti sunt procuratores

Rationales qui, & eorũ munus.

ratores ſolius rei priuatæ,ad quorum curam vniuerſi fundi templorum pertinebant l.4. C. A
de fundis rei priuatæ Rationali ſummarum olim dati pro ſalario centum Philippei præter
frumentum, vinum, oleum, argentum, lardum,fænum, paleam, hordeum, equos. Pollio
in Claudio. Antoninus Pius rationes omnium prouinciarum apprimè ſciuit, ſicut & ve-
ctigalium, faber onerum prouincialium, ait Capitolinus. Rationalis vrbis Romæ res fiſca-
les tractat, de quibus Conſtantinus ad eum ſcribit. l.14. C. Theodoſ. de appellat. & l.18.
Quoties rationalis,vel officij neceſſitate poſcente, vel ex prærogatiua reſcripti inter priua-
tos iudicauerit. In Notitia imperij Romani rationalis rei priuatæ per vrbem Romam, &
ſuburbicarias regiones commemoratur. Item procurator rei priuatæ Principis per vrbica-
rias regiones, & Picenum ſuburbicarium.

Rationalis ſummarum. Fuit & rationalis ſummarum.Summæ de pecuniis dicuntur numero comprehenſis. Vl-
pianus lib.46.ad Sabinum, tot eſſe ſtipulationes, quot ſummæ ſunt. Conſtantius A. & Iu- B
lianus Cæſar ſcribunt verecundo rationali ſummarum. lib.7. C.Theod. de iure fiſci. Ra-
tionales procuratores ſummæ rei l.vlt. C. ſi propter publ. penſitationem officium ſummæ
rei procuratori quod proponebat id,quod debebatur, cum fundus, vel mancipium,aliáve
res ob ceſſationem tributorum, vel etiam ob veſtium auri, argentique debitum, quæ an-
nua exactione ſoluuntur,ſub haſta diſtraherentur. Rationales viri perfectiſſimi apud Lam-
prid. dicuntur in Alexandro. Imperator Conſtantinus ad æmilium virum perfectiſſimum
Rationalem l.2.C.de bon.vacant. Rationalis ſummarum Italiæ, rationales in ſingulis pro-
uinciis commorantes l.1. C. Theodoſ. de incorporat. Rationalis fiſcalis commodi curam
gerit l.28. C.Theod. de appell. Rationalis trium prouincialium l.1. C. Theod. de comm.
diuid. Rationales, & magiſtri rei priuatæ l.2. C.Theod. de iure fiſci l.14. C.Theod.de de-
curion. Rationales rerum priuatarum C.Theod. l.6.de diuin. offic. Ammian. Rationarius C
apparitor è mercatore opulento Meſopotamiæ Ducis tunc protector. Item circa ratioci-
nia verſabatur Firm. lib. 4. 26. Curatores, vel principales ciuitatum publicis rationibus
præpoſitos Rationales, & qui fiſcales rationes fideli ſemper officio exigunt. Ammian. Ra-
tionalis magiſtri peditum, item ſub magiſtro equitum rationes militarium numerorum
tractant.

Rationaliũ munus. Rationales curabant, vt tribus penſionibus poſſeſſores fundorum patrimonialium, &
emphyteuticorum omnem ſummam ratiociniis publicis inferrent l. 4. C. de collat. fund.
patrimonial. Pallas à rationibus. Claudij fuit, quem Nero demouit cura rerum. Sueton.
Ner. c.28. Tacit. lib.13. vet. lapis, Pallans Cæſaris Neronis ſeruus adiutor à rationibus.
Symmachus lib.10. ep. 55. Rationalis vir perfectiſſimus de bonis vacantibus iudicat l. 2.
C.Theod. de bon. vacant. Conſtantinus Auguſtus ad Priſcum rationalem. Quoties iure D
ſuadente aliquorum bona ex officio tuo fuerint occupata, breues eorum pleniſſimos ad
virum perfectiſſ. comitem, & amicum noſtrum mitti iubemus, ne fraudibus Cæſariano-
rum minuantur pœna contra rationalem, & officium eius propoſita V. inſcriptio, Dona-
tianus vir perfectiſſimus Rationalis deuotiſſimus numini, maieſtatique eius. Symmachus
lib.10. ep.43. Rationalem diuini Principis ep.55. Rationalis domus auguſtiſſimæ decidit
cauſas ad fiſcum ſpectantes l.5. l. 8. C. vbi cauſæ fiſcal. Rationalis ſententia, ac iudicium
l.49.l.vlt.C.Theod.de appellat.

Rationaliũ duo genera. In Occidente duo erant Rationales, in Oriente ſolus rationalis Ægypti. Tacit. lib.4.
Annal. Lucillium Capitonem ſub Tiberio procuratorem Aſiæ, Catum, Decianum Bri-
tanniæ, Iulium Pelignum Cappadociæ ſub Claudio, Iulium colonum Ponti.Tacit.lib.12.
Annal. & lib.2. Hiſtor.l. Albinum Maritaniæ ſub Nerone, Cornelium fuſcum Dalmatiæ. E
Zozimio Syriæ procurator ſub Valeriano, vt Pollio in Claudio ſcribit. Alexander Ratio-
nales citò mutabat, vt nemo, niſi annum compleret, eóſque niſi boni eſſent oderat, ma-
lum neceſſarium vocant, ait Lamprid. Cæſaris rationales ſolam rem priuatam tractabant,
procuratores Cæſaris in prouinciis Cæſaris omnia vectigalia, vt Tacit. lib.12. qui ad rem
ſacri ærarij procurandum admittebantur, ſatiſdationibus dignis adminiſtrationem ſuam
roborabant,l.14. C. de murileg. Hadrianus omnes publicas rationes ita complexus eſt, vt
domum priuatam quiuis diligens pater familias non ſatis nouit. Rationarium imperij ab
Auguſto inſtitutum. Tabularium Cæſaris beneficiorum liber. Euſebius lib.8. Hiſt. ecc.in
ſingulis vrbibus ait fuiſſe λογισὰς, ἢ στρατηγὰς, *Rationales, & Prætores.* Tribunus vinarius in
Notitia imp. dicitur rationalis.

Ratiocinarius quis. Ratiocinarius qui fuerit, oſtendit Ammianus lib.18. Antoninus quidam Ratiocinarius
apparitor circa ratiocinia verſabatur, qui, vel quorum virium milites, vbi agant, vel pro-

cinctus

A cinctus tempora quos intuentur deſcribens, itidem armorum & commeatuum copias, aliáque vſui belli futura an abundè ſuppetant, indefeſſa ſciſcitatione percontans. lib. 15. interrogato Remigio, etiam tum Ratiocinario apparitionis armorum magiſtri.

CAPVT XXII.

De Logiſtis, & Logothetis, & de ærario Conſtantinopol.

QVos Latini Rationales, Græci Logiſtas vocant. Nicetas lib. 2. Manuel. *Logiſtæ qui dicantur.*
B Comm. ἡ τ μὲν δημοσίων εἰσφορῶν φροντιςὴς, καὶ λογιςὴς μέγιςον τ ἐπ᾽ ἀνδρὶ τάξεως ἰωάννης ὁ ταβάλλης καὶ αὐτὸς, πρότερον ὢν τὰ δ᾽ δρόμε πρωτονοτάριον: *Publicarum illationum procuratorem, & rationalem maximum Ioannem ex Putza conſtituit ipſe, qui prius fuerat publici curſus protonotarius.* Leo Conon in generalis Logotheſij rebus conſtituit monachum, vt Diaconus lib. 21. prodit. libro Todith c. 8. Achiachar erat οἰνοχόος, καὶ ὅπλων δακτυλίε, καὶ διοικητὴς, καὶ ἐπὶ λογισμός. ἔταξέ με ὅπλ πᾶσαν τὴν ἐπὶ λογισίαν αὐτ. Rationalis tum Sardiniæ, & Siciliæ C. Theod. de communi diuidun. Achiachar *erat pincerna, & ab annulo, & diſpenſator, & rationalis: me impoſuit ratiocinijs omnibus.* Nicephorus Gregoras lib. 6. & Codinus λογοθέτην τ οἰκειακῶν vocant Comitem rei priuatæ. Nicephorus Gregoras lib. 6. Muſalo magnus λογοθέτης hoc ab Imperatore accepit, ob ſingularem prudentiam, καλύπτραν φορεῖν ὅπ κεφαλῆς χρυσοκοκκίνῳ πεπαλυμμένην ἐνδύματι, ὅσον τ αὖω, καὶ πρὸς τῇ πυ-
C ραμίδι τ ὅπιφανείας χῦμα: *vt capitis tegmen ferret tectum amictu ex auro, & cocco ſurſum, ad pyramidem qua ſuperficies funditur.* Eodem libro λογοθέτην τ οἰκειακῶν, λογοθέτην δρόμε commemorat. lib. 7. ὁ μετρίτης θεόδωρος λογοθέτης ὢν τ γλυκέ. lib. 8. indicat λογοθέτην τ γλυκέ minorem eſſe magno Logotheta. lib. 9. μέγαν λογοθέτην ditiſſimum eſſe ſecundùm Imperatorem. Nicetas lib. 1. Gregorius καματηρὸς ſub Alexio Imperatore fuit Logotheta ſecretorum. lib. 2. φιλοδημόπρος λογιςὴς, καὶ ὁσιολογιατῶν, δασμολόγος. lib. 7. οἴκημα τ ἐπάρχε τ πόλεως τὸ τ οἰκειακῶν διέπον σέκρετον. Philodemoſius rationalis tributorum libripens, &
D exactor: *Domum præfecti vrbis qui priuatorum ſecretum adminiſtrabat.* Quæ vt magis in aperto ſint verba Gregoræ lib. 6. ſubiiciam, & explicabo, τὰ μὲν ἐκ τ βασιλικ τριχᾶνεα ἐδίδοντο, τὰ δ᾽ ἐκ τ ςρατιωτικῶν, τὰ δ᾽ ἐκ τ κοινῶν, καὶ ἰδιωτικῶν, Quatuor æraria numerat, *vnum regium, alterum militare ſoluendis militum ſtipendijs, tertium commune*, quod γλυκὸν dicitur, *quartum priuatum* vrbis Conſtantinopolitanæ. Genici ſeu publici præpoſitus dicitur γλυκὺς, ſeu λογιςὴς, καὶ λογοθέτης τ γλυκέ, *Rationalis publici ærarij.* Suidas, Anaſtaſius Imperator Romanor. αἰθανόμῳ τολὺν ταρακλιῶν ἔρχεσ καὶ τ πόλεως ἰωάννην ἐφίςησι ἡγεμόνα τ πολέμε Δράκοντον τ μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ λογιςὴν τ φόρον ὃν γλυκὺν καλέσι, *Certior factus exercitum Saracenorum contra vrbem venire, Ioannem Diaconum magnæ eccleſiæ, & rationalem vectigalium, quem Genicum vocant, præficit bello ducem. Logotheta priuatorum Curator regis dictus*, Harmenopulus, κράτωρ βασιλέως ὁ νῦν λογοθέτης λέγε. Agathias lib. 5. Anatolium conſularem virum φροντίδα πάντα, καὶ ὅπιμέλειαν τ βασιλέως οἴκων τε, & κτημάτων ἔχειν εἰληχότα. *Imperatoris domos & poſſeſſiones procurandi magiſtratum nactus.*

Hos Romani curatores vocant, κράτορας. Erat & Logotheta ςρατιωτικ, militaris ærarij. *Curatores apud Romanos qui dicantur.*
Cedrenus in Irene, Logothetam fuiſſe patricium oſtendit. Genicus dicitur qui olim ma-
E giſter cenſus. Nouel. 44. πρὸ τ λαμπροτάτ μαγίστρ τ κλήτων καὶ δαίμονος ταύτης πόλεως apud quem ad maiorem ſecuritatem interdum & συμβόλαια ſcripta. Catholicus dictus l. 9. C. de bonis proſcript. Exceptis, inquit, Cæſarianis, vel Catholicianis, qui ab omni iuris beneficio excluduntur, niſi purgata ab Imperatore, probatáque ratiocinia fuerint. Procurator ipſe dicitur Catholicus in Baſilicis, οἱ ὀφφικιάλες τ καθολικ. Euſebius lib. 10. eccl. hiſt. καθολικὸν ἀφεικὴς, lib. 4. de vita Conſt. τ καὶ διοικήσεως καθολικὸν. ἅπαντα τὰ πρὸς ὑπηκόους, ſuppeditaturum. lib. 8. ecc. hiſt. μαγιςρότης, καὶ καθολικότης. Catholici enim magiſtri cenſus, & magiſtri æris. l. 1. C. de Annon. & capit. Comiti commerciorum, magiſtro æris ſiue priuatæ rei Rationali per Ponticam atque Aſianam diœceſim.

Rationales ſplendidè ſemper erant amicti. Ammianus de Iuliano qui vico tonſore am- *Rationalium amictus.*
bitiosè veſtito, tonſorem, non Rationalem, inquit, accerſi iuſſi. Procuratores, & rationales ius non habuere mulctæ indicendæ l. 2. C. de modo multar. ſed potuerunt reſcindere libertates, quas mancipiis ex fundis patrimonialibus qui fundorum non ſunt, Domini dederint

dederint l.2. C.de mancip. & colon. Imp. Conſtantinus ad Bulephorum rationalem ſummæ rei, qui de dominicis colonis & patrimonalibus cognoſcere iubetur. l.9. C. vbi cauſæ fiſc. Alius eſſe actor rerum priuatarum, alius procurator oſtenditur. Magiſter cenſus is erat apud quem profeſſiones, teſtamenta, & tabellionum inſtrumenta edi ac publicari ſolebant, qui poſtea γλυκὺς dictus Leonis. Nouel. 44. Suidas in Artemio. Magiſter rei priuatæ l.5. C. vbi cauſa ſtatus l.2. C. Theod. de iure fiſci. Non me fugit tamen in vet. gloſſ. Catholicum exponi conſularem, & Theorianum in legatione Armeniorum τὸν καθολικὸν τῶν ἐρημίων ἐπὶ τῆς μέρους δὲ κεκαλεῖ τὴν ἀγλὺν ἡμῶν βασιλέως dixiſſe. Sed Catholicum procuratorem ac rationalem totius prouinciæ malim interpretari, qui publicis tributis exigendis præſit. Apud Zonaram tom. 1. pag. 9. γλυκὺς λογοθέτης dignitas eſt, quæ patriciis datur. Corippus lib. 1. A

———Sacris rationibus aptus
Rectorum latij, diſcuſſor prouidus orbis. B

Logotheſiũ quid. Logotheſium appellat Diaconus rationes vectigalium lib. 20. Vlid, inquit, Sarracenis prohibuit ſcribi Græcè publicos Logotheſij Codices, ſed Arabicè annotari ſine computo. Idem lib. 19. In generalis Logotheſij rebus conſtituit monachum quendam Theodotum nomine. Item, exactiones, & functiones, & proſcriptiones ſoluere faciens: In Baſilicis ἐπειδὴ οἱ καθολικοὶ τῶν ἡμετέρων πραγμάτων, ἢ βαφεῖς, ἢ γυναικεῖαι: *quia Catholici noſtrarum rerum, & tinctores, & gyneciarij.* Catholicos vocare videtur qui veſtiario præeſſent. Codinus μέγαν λογαριαστὴν appellat, *magnum Quæſtorem*, ſeu *rationum præfectum*, qui duo fuere Conſtantinopoli, alter aulæ Logariaſtes qui excubitoribus prætorianis ſtipendia ſoluebat, alter magnus Logariaſtes qui publicos reditus tractabat. Codinus, ὁ τῆς αὐλῆς λογαριαστὴς λογίζεται τοὺς ἐν τῇ αὐλῇ διεισκομψοὺς πάντας ῥογάτορας, εἰ λείπει τινὶ ἀπὸ τῶν ῥόγας ἀπὸ εἰς δέλδυσιν ὑπὲρ ὧν ἐροβδύθη: *Logariaſtes aulæ ſupputat omnes ſtipendiarios qui ſunt in aula, vidétque an alicui deſit aliquid è ſtipendio quod meretur.* λογαριαστὴς aulæ in chronico Conſtantinopolitano dicitur Logariaſtes τῆς βασιλείας *Imperij*, ἀφ' ὃ δίνας τὸ τέλος, *quia ſtipendia det*, cuius ὑπηρέτημα, & adminiſtratio ſublata eſt vt Codinus. Hi ſunt quos Iulius Firmicus lib. 3. Aſtronom. magnis rationibus præpoſitos vocat, taléſque qui facultates regias prompta diſpenſatione ſuſtentent, & qui omnes reditus regios, theſauróſque ſuæ habeant fidei, diſpoſitioníque commiſſos. Zonaras tom. 3. λογοθέτην τῶν βελῶν ἀπέδειξε κορυφαιότατον. Codinus, λογοθέτην τῶν ἀγελῶν, *Rationalem gregum*, λογοθέτην τῶν σεκρέτων, *Rationalem ſecretorum*, qui & cancellarius. Nicetas lib. 7. in Manuele Comneno, ὡς ἡ λατίνων βέλη φωνὴ καγκελλάριον, ὡς ἢ οἱ ἕλληνες εἶπον, λογοθέτην, *vt fert Latina lingua Cancellarium, vt Græca Logothetam.* λογοθέτην σεκρέτων ὄντι τοῦ πενθερὸν ἐπὶ τὰ ἀνωτέρω ἐπὶ τὸ συγκλήτου βαθμοῦ, *Logotheta ſecretorum cùm ſocer Imper. eſſet, in ſummo gradu Senatus ſtetit.* Zonaras Logothetam dromitutorem Imperatoris fuiſſe ait. Diaconus lib. 22. Logothetam *dromi*, τοῦ δρόμου vocat, qui ſummus curſualium equorum præfectus fuit. Nicetas pag. 1. Logotheta ſecretorum, ἢ ὅπερ τῶν κρίσεων, γενικὸς ἢ ἢ ἔφορος, ἢ κριτὴς τοῦ βήλου, ἢ πρωτασηκρήτης καὶ κοιτῶνος, *Iudicijs præpoſitus, inſpector, & iudex veli, & cubiculi præfectus.* C D

Logotheta magnus. De magno Logotheta Codinus, *diſponit mandata, & bullas aureas*, διατάξεις τὰ σιγίλλια τοῦ βασιλέως ἀποστελλόμενα πρόσταγμα, ἢ χρυσόβουλα, *quæ mittuntur ad reges*, Sultanos, Toparchas. Ius iurandum item accipit à nouo Imperatore in templo Blachernarum. Nicetas lib. 3. Manuel. Comneni, Logotheta ægerrimè ferens, quòd Stupiotæ data eſſet capſa purpurei ſigilli, gemmis & auro inſignis, & vt Imperatorem iureiurando obſtringeret in magno templo Blachernarum, quod munus Logothetæ fuit ἐπὶ τοῦ συπειώτη δοθῆναι δοχεῖον ἐρυθροδάνινον ἀφίλητον χρύσεον, &c. Sed magnus ille Logotheta nihil facit ad rationales, & ærarij procuratores. Agathias lib. 3. ταμίας τῶν βασιλικῶν χρημάτων, ὅ μὲν τῶν ἐπὶ τῆς διασμοφορείας ἐφαπτομένων, ἀλλὰ τῶν ὅσα ἐπὶ τῶν βασιλέων θησαυρῶν ἐπεπόμφει, ἐφ' ᾧ τὰς χρείας ὄντας ἐν τοῖς μάχαις τὰ προσήκοντα κομίζειν χρέα: *Præpoſitus regijs pecunijs, non ijs quæ ex tributis colligebantur, quæ alteri commiſſæ erant, ſed earum quas ex regijs theſauris mittebat, vt eos qui ſtrenui fuiſſent in prælio, præmijs conſentaneis honeſtaret.* Suidas in Iuſtiniano rhinotmeto ταμίαν τῶν βασιλικῶν χρήματων vocat eum, qui regio ærario præeſſet, quod veſtiarium dictum duos præfectos habuit, protobeſtiaritem, & protoueſtiarium, quia non modò publica vectigalia, ſed & res priuata, ac patrimonium in regios theſauros inferebantur. E

Theſauri regij duo, & qui. Erant igitur duo theſauri regij, quemadmodum & militare ærarium duplex fuit, alterum ſtratioticum, vnde veteranis commoda ſoluta; aliud tironicum, vnde tironibus pecuniæ.

A pecuniæ. Synesius epist. 79. ὃν ἔπὶ λεσμωτῶν ὄντα τ ἀπαιτήσοι ἔταξε τ φρατωτικ χρυσίν τ λεγομήν τεφνικ, *Quem præpositum vinctis præfecit ærario tironico.* Olim militari ærario præfuit ὁ λογοθέτης τ φρατωτικ ait Codinus, sed eius ὑπηρεσία desiit. *Logotheta militaris*, sed eius *ministerium* desiit. Nicetas libr. 2. αἰάκτορα ἔνθα τ χημάτων αἱ σωρίαι εἰσὶν ὑποκείμεναι ἢ τὰ τ κατοιώτων γνωσιακὰ σκεύη : *Palatia ubi erant acerni pecuniarum repositi, & vestes Imperatoriæ.* De Genico Cedrenus, ἢ εἰς τὸ λεγόμενον γενικὸν κατὼν τὰς εἰσπρακτορίμενας ἐσόδους ὧδε τ δημοσίν, μήπ τις ἀδίκως εἰσπράξειτο : *Et cùm ad genicum ærarium venisset, à publico administrando summouebat exactores, ne quis fortè iniustè exigeretur.* Codinus scribit Constantinum magnum condidisse magnam aram, & Domini ecclesiam, & genicum, & priuatum ærarium, & vestiarium. Nicetas lib. 3. Isacius Comnenus τὸν ἐκ κλίνδ πάσης ὀπλῆς λαμπροτάτου τ γενικ οἰκοδομὸν κατέσαφισε. *Splendidissimam publici ærarij structuram ex latere cocto euertit.* De priuato ærario quod dicitur ἰδικὸν Cedrenus pag. 467. εὑρέθη ἢ ἢ ἐν τῷ ἰδίῳ χρυσίον σὺκ ὀλίγον : *Inuentum est in ærario priuato non parum auri.* ὁ ἔπὶ τ οἰκειακῶν pecunias cottidianas sustentandæ Imperatoris familiæ expendebat.

B Vestiarium dicitur τὸ ἔσω ταμιεῖον in Alexio Comneno lib. 3. Nicetas, τῷ βασιλεῖ τῷ ἢ ὑπηρετέμενον, τ ἢ σκληρόις περιόδοις, ἢ ἀναβάσεσι τ ἔσω λεγομένων ταμιείων φύλαξ ταχθείς. *Huic Imperatori ministrans, & custos præpositus immensis reditibus ærarij interioris.* Codinus βεστιάριον τὸ ἐντὸς ἀλλαξιμαρίου vocat, vbi pretiosissima quæque reposita. Guilielmus bibliothecarius in Stephano 6. quid mirum si vestiariorum Gazas reperit? Anastasius bibliothec. in Seuerino, sigillauerunt omne vestiarium ecclesiæ, seu cimelia episcopi. Constantinopoli ærario quod dictum vestiarium, præfuit Protouestiarites, Al-

C laximario Protouestiarius, quæ vtraque dignitas magna, vt Codinus. In Allaximario erant mutatoriæ Imperatoris vestes. Codinus lib. de offic. ὁπλίτικα γοῦν δέῃ τ βασιλέα καβαλλικεύσαι φέρει τὰ ὑποδήματα παιδόπαλον τ βεστιαρίου ἐντός, ἔπειτα κοινῶς ὀνομαζόμενον ἀλλαξιμαρίν : *Quoties Imperator equo vehendus est, minister calceos affert è vestiario interiori quod vulgo dicitur Allaximarium;* cui præerat Protouestiarius, deinde vestiarius, seu, vt loquitur Zonaras in Eudocia, Vestarches, ὁ ἔπὶ τ βεστιαρίου, ὁ ἀβεστιαρίου, ὁ βεστιάριος, ὁ τ βασιλικ βεστιαρίου ἄρχων. Zonaras tom. 3. pag. 173. πρωτοβεστιάριος. ὁ πρωκαθήμενος τ βεστιαρίου. Hesychius, βεστιάριον τόπος ἐν ᾧ τὰ χρήματα τίθενται, ἢ τὰ ἱμάτια τ κοινῦ. *Vestiarium locus in quo pecuniæ ponuntur, & vestes publicæ.* ἱματοφυλάκιον. l. 4. Reg. c. 22. mentio fit ἱματοφυλακος regum Israël. Codinus, post prandium Imperatoris vasa aurea in vestiarium referri ait. Alius à Protouestiario fuit πρωτοβεστιαρίτης, sub quo ὁ πρω-

D καθήμενος τ βεστιαρίου, in quo vectigalia publica. Legendus Codinus lib. de officiis pag. 63. 64. 65. videtur idem sustinuisse munus quod olim Comes sacrarum largitionum, de quo Menander in eclogis legat. Θεόδορος ὃς τ ἐν τῇ αὐλῇ καταλόγων πρὸ τότε ἡγούμενος ἡγεμών, πλουσιώτατα τῷ βασιλεῖ ἀνειμένων προσιτήκει θησαυρόν, οἵπερ ἀπὸ τ δαψιλείας τῇ ῥωμαίων προσαγορεύονται φωνῇ. λαργοὺς γὰρ οἱ λατινοὶ τοὺς δαψιλεῖς ὀνομάζουσι : *Theodorus qui prius Aulicis cohortibus præfectus fuerat, tunc præerat thesauris regijs qui à largitate dicuntur. Largos enim Romani sumptuosos, magnificos, & dapsiles vocant.* Apud Cedrenum in Iustino, Vestiaritæ, στέμμα & coronam Imperatoris seruant.

E

CAPVT XXIII.

De Ærarijs pop. Rom.



ERARIVM Zonaras tom. 3. δημόσιον ταμιεῖον vocat. Basilicon lib. 54. βασιλικὸν κόσμον dicitur. Nicetæ, & Codino, βασιλικὸν ταμιεῖον, βεστιάριον τ βασιλείας. χαζοφυλάκιον, χρυσῶν, ταμιεῖον, σακέλλιον δύσεβες, in eclogis Leonis & Constantini, ἐκ τ δύσεβές ἡμῶν σακελλίου ὠείσαμεν τὸς μισθὸς προέσθαι, *ex sacro nostro sacculo salaria pendi decreuimus.* Erant & alia plura nomina quæ suprà memorauimus. Ærarium Romæ ab ære, vt Isidorus lib. 16. origin. c. 17. Æs autem vel rauduscului fuit, vnde porta rauduscularia, vel stipatum in cellas, quæ stips dicta, impensum æs, quod Liuius lib. 2. plaustris in ærarium vectatum ait. Æs pensum, expensum,

Ærarium quid, & vnde dictum.

quod non numerabatur, sed pendebatur, vnde asses ærei librales vnius pondo. Vet. scholiastes Persij ad sat. 6. Æs in æde Saturni condebatur, nondum argento, auróque signato, vnde ærarium nomen accepit. Fuit autem assis libralis, & dipondius, quod hodie in vsu remansit, & solebat pensari potiùs quàm numerari, vnde & dispensatores dicti prorogatores. In æde Saturni ærarium, vt Minutius felix in Octauio, quia Saturnus Creta profugus Iani susceptus hospitio docuit literas imprimere, nummos signare: vnde asses ratiti in quorum altera parte nauis erat, in altera caput. Augustinus pueros ludentes nummum iactasse, & caput, aut nauiam expetiisse scribit. Athenæ. lib. 15. A

Nummi à quo primùm signati.

A Iano primùm signatos nummos ait, πρῶτον ὃ στέφανον ὑρεῖν, ἢ πλοῖα, καὶ νόμισμα χαλκοῦν πρῶτον χαράξαι. διὸ καὶ τὰ κατὰ τὴν ἑλλάδα πόλλας πόλεις, καὶ τὰ κατὰ τὴν ἰταλίαν, καὶ σικελίαν ἔτι δὲ νομισματος ἐγχαράττειν πρόσωπον δικέφαλον, καὶ ἐν θατέρῳ μέρει πλοῖα, ἢ στέφανον, ἢ πλοῖον: *Primum coronas illum reperisse, nauigia, rates, nummum æreum ab illo primo signatum. Quare ciuitates multæ in Græcia & Italia, in nummis excudunt vultum bicipitem, & ex altera parte ratem, aut coronam, aut nauim.* Tertullianus Apologet. c. 10. Saturno id tribuit. Ab ipso Saturno primum tabulæ, & imagine signatus nummus. Prudentius in Laurentio, B

Ni fallor haud vllus tuam
Signat Deus pecuniam.

Plutarch. in quæstionib. Rom. Διὰ τί τὸ κρόνιον ναὸν χρῶνται ταμείῳ τῶν δημοσίων χρημάτων, ἅμα ὃ καὶ φυλακτηρίῳ τῶν συμβολαίων. &c. πρῶτον ὃ ταμεῖον ἀπέδειξε τὸ κρόνιον τῶν βασιλέων καταλυθέντων ἀλέκτορος πολικόλας, πειθόμενος ὑέρκῃ, καὶ καταφανῆ, καὶ δυσπρόβλητον ἔτι τὸν τόπον. Item, Διὰ τὸ παλαιὸν νόμισμα, πρὸς μὲ εἶχεν ἰανὸς διπρόσωπον εἰκόνα, πρὸς ὃ πλοῖα πρύμναν, ἢ πρῷραν ἐπικαταγράφει. Consule Macrobium lib. 1. Saturnal. c. 7. Seruium ad 8. Æneid. fol. 509. *Quare*, inquit, *Saturni templo vtuntur ærario pecuniæ publicæ, & tabulario? Primus ærarium instituit Saturnium pulsis regibus Valerius Publicola, cùm animum induxisset locum esse munitum, illustrem, & parum insidijs opportunum. Cur veteres nummi altera ex parte Iani bicipitis imagine, altera nauis excusi erant.* Lucanus lib. 3. C

———Pugnáxque Metellus
Vt videt ingenti Saturnia templa reuelli
Mole rapit gressus.

Ærara plura Romæ olim fuere, & quæ.

Plura autem Romæ fuere ærara. Publicum, de quo Festus, Ærarium populus Romanus in æde Saturni habuit, in quo ciuium tributa, ac sociorum vectigalia, & præda Imperatorum asseruata. l. 1. C. de quæstor. & magistror. offic. Duplex ærarium statuitur, his verbis, qui ex quæsturæ honores aut officiali magisterio, aut comitiua vtriusque ærarij nostri attonito splendore viguerunt. Intelligit comitiuam largitionum, aut priuatarum. Publicum ærarium ditatum maximè ex manubiis hostium. Ex Cypro Cato septem argenti millia talentûm in ærarium publicum reportauit. Florus l. 3. c. 27. Cæterùm Porcius Cato Cyprias opes Liburnis per Tiberinum ostium inuexit, quæ res latiùs ærarium populi Romani, quàm vllus triumphus impleuit. Valer. Maxim. lib. 8. c. 16. Plutarch. in Catone τῷ ὃ κάτωνι συμπεσὼν ὠφ' ἑρμαῖα πάλαντα μικρὸν ἐπακισχιλίων ὑποδέοντα. Appius Claudius Cento de Celtiberis ouans in ærarium decem millia pondo argenti tulit, & quinque millia auri, vt Liuius lib 41. sub finem. Quid de Scipionibus, Paulo Æmilio, Pompeio, aliisque à quibus ærarium locupletatum, commemorem? D E

Ærarium sacratissimum.

Sacratissimum ærarium appellatur l. 2. C. de quadrienn. præscript. Quo rationem referebant proconsules è prouincia reduces, vt Cic. in Pisonem. Rationem continuo ad ærarium Cæsar retulit, vt lex iubebat. Ærarium publicum sæpe exhaustum est, & multa ei remedia quæsita, in quibus hoc quoque, vt pecuniæ publicæ quæ residuæ apud quemque essent, exhiberentur, ait Asconius in Cornel. Id autem maximè pertinebat ad Cornelium Faustum dictatoris filium. Ammianus lib. 14. Valer. Maxim. l. 4. c. 4. Scipionis filiam ex ærario publico dotatam aiunt. In ærarium publicum pecuniæ ex repetundis inferebantur. Plin. lib. 2. ep. 11. Cornelius Tertullus censuit septingenta millia quæ acceperat Marius, ærario inferenda.

Ærarium sanctius.

Alterum ærarium, sanctius dictum, in quo aurum vicesimarium Liuius lib. 27. Bello 2. Punico, Fabio quintum, & Flacco quartum consulibus, aurum vicesimarium quod in sanctiore ærario ad vltimos casus seruabatur promi placuit. Cic. lib. 7. ad Atticum, Pecuniam

de san

A de ſanctiore ærario proferrent.Florus lib.3.c.9. Cæſar vrbem ingreſſus conſulem ſe ipſe fecit. Ærarium quoque ſanctum quia tardiùs aperiebant tribuni, iuſſit effringi, cenſúmque, & patrimonium populi Romani antè rapuit, quàm Imperium. Cæſar lib.1. ciuil. c.4. Protinus aperto ſanctiore ærario. In eo pecuniæ Gallici tumultus cauſa aſſeruabantur. Appian. lib.2. ciuil. τὰ ἢ κλεῖθρα τ δημοσίων ταμείων ἐξέκοπτε, κὴ τ δημάρχων ἑνὶ Μετέλλῳ κωλύονπ θάναπον ἠπείλ, πάντε ἀφαύστων ἐνίν χρημάτων ἃ φασὶν ὅπι κελπῖς πάλαι σὺ ἄρα δημοσία τεθῶαι μὴ σαλεύειν εἰς μηδὲν, εἰ μὴ κελπικὸς πόλεμ ὅπίη : *Clauſtra publicorum erariorum incidit, & Metello vni è tribunis mortem interminatus pecunias quas attingere nefas erat, commouit, quæ cum exſecratione conditæ erant, ſi quis eas niſi ad tumultum Gallicum mouiſſet.* Lucanus lib.3.

——Tum conditus imo
B *Eruitur templo, multis intactus ab annis*
Romani cenſus populi, quem Punica bella,
Quem dederat Perſes, quem victi præda Philippi,
Quos tibi Roma iuga Pyrrhus trepidante reliquit,
Quo te Fabrici regi non vendidit auro,
Quicquid parcorum mores ſeruaſtis auorum,
Quod dites Aſiæ populi miſere tributum,
Victoríque dedit Minoïa Creta Metello.

Plinius lib.33.c.3. tradit Cæſarem ex ærario protuliſſe laterum aureorum 26. millia, & in
C numerato pondo 300.millia. Intulit & Æmilius Paulus Perſeo Macedonico rege deuicto prædam pondo trium millium. Budæus legit, Perſeo rege victo è Macedonica præda H S. bis millies,id eſt quinque milliones. Plutarchus in Paulo Æmilio, μ ἢ τὰς ὁπλοφόρες ἁμάξας, ἄνδρες ἐπεπορεύοντο τριχίλιοι νόμισμα φέροντες ἀργυρῶ ἐν ἀγγείοις ἑπτακοσίοις πεντήκονπ τριταλαντιαίοις ὧν ἕκασον ἀνὰ τέσσαρες ἐκόμιζον : *Poſt currus armis onuſtos ter mille viri incedebant ferentes argenteos, nummos in vaſis ſeptingentis quinquaginta trium pondo. Singula geſtabantur à quatuor viris valentibus.* Id argentum millionem vnum cum dimidiato reficit.Subiicit deinde : Hos ſequebantur alij, nummos aureos ferentes in vaſis aureis eiuſdem ponderis cum argenteis.Vaſa erant 75. Id aurum millionem vnum cum dimidiato reficit. Liuius lib.45. eadem de re, ſummam omnis auri, argentíque tranſlati H S. millies ducenties fuiſſe Valerius Antias tradit, vnde tres milliones exſurgunt. Plinius lib.33. c.3.

D Auri in ærario pop.Rom. fuere 5.Iulio & l.Aurelio Cos. ſeptem annis ante bellum Punicum tertium pondo 726.Argenti 92.millia,& extra numerum 375.millia.Budæus legit, auri pondo 700. millia 26. Argenti 92. millia,& in numerato trecenties ſeptuagies quinquies.Vtráque ſumma ad 71.milliones aſſurgit quot pecuniæ non fuere in ærario ſub Iulio Cæſare.Singula pondo auri 12.vnciis conſtant,& 100.aureos reficiunt. Singula pondo argenti decem aureos coronatos. Luc. Scipio victo Antiocho bis millies in ærarium intulit vt Plin.lib.38.id eſt,quinque milliones. Appianus lib.2.ciuil. auctor eſt I.Cæſarem confectis bellis quinque triumphis ſexaginta quinque millia talentorum ferculis præferenda curaſſe,è quibus 39.milliones reficiuntur,& præterea bis mille,& 822.coronas aureas,quæ duo millia auri pondo penderent, è quibus duo milliones exiſtunt. Tiberius reliquit ὀκπὼ μυριάδας μυριάδων, κὴ διχιλίας, κὴ πενπακοσίας πεθησαυρισμένας ait Dio, id eſt, *tricies, ac ter*
E *millies H S. vnde* 81. *milliones excreſcunt.* Sueton. in calig. c. 37. ponit tantùm vicies ſepties millies H S. id eſt 66. milliones,& 50. millia.

Auri ſumma ingens in ærario populi Romani.

Tertium ærarium militare ab Auguſto inſtitutum vt Sueton.in Auguſto c.49.vtque perpetuo, ac ſine difficultate ſumptus ad tuendos eos proſequendóſque ſuppeteret ærarium militare cum vectigalibus nouis inſtituit. Dio lib.55. Ad quod explendum viceſima legatorum & hæreditatum viceſima quinta vænalium mancipiorum, centeſima rerum vænalium, & bona damnatorum illata, vt Tacit. & Zonar. Imò & legem Poppæam incitandis cœlibum pœnis, & augendo ærario militari Auguſtum ſanxiſſe. Tacit.ſcribit lib.3.Annal. Dio lib.59.in anno ab v.c.759. Agrippæ bona in ærarium militare illata ſunt. Huic ærario proprij præfecti fuere V.Iapis, Plinius ſecundus præfectus ærarij militaris, præfectus ærarij Saturni. Item,l.Meratio C.filio,Voluſio Proculio præfectis ærarij militaris. Tacitus lib.5. Annal. Clauſtra ærarij cui præfectus erat, & militarem pecuniam rebus nouis obtuliſſe. Plinius Paneg. Nunc templum illud, nunc verè Deus, non ſpoliarium ciuium,

Ærarium militare.

cruentarúmque prædarum sæuum receptaculum. Locupletabant & fiscum & ærarium non tam Voconiæ & Iuliæ leges, quàm maiestatis singulare ac vnicum crimen eorum qui crimine vacarent. Claudian. Paneg. Honor.

Non infelices tabulæ, non hasta refixas
Vendit opes, auidúsque emptor non ense citatur,
Nec tua priuatis crescunt æraria damnis.

Quartum ærarium fuit fiscus, cui locus alius est.

CAPVT XXIV.

De Præfectis ærarij.

Ærario Romano quinã olim præpositi.

QVÆSTORES olim ærario præpositi, qui cum nulli creati essent, anno vrbis 709. Iulio Cæsare absente, ærarij cura duobus ædilibus mandata est, teste Dione lib. 43. Ædiles annos fere 17. ærario præfuerunt, donec Augustus sub annum 726. prætorios viros substituit, narrante Sueton. c. 36. Augustus, inquit, auctor fuit vt cura ærarij à quæstoribus vrbanis ad prætorios, prætorésve transiret. Augustus arbitratu Senatus præfectos illos ærarij voluit eligi, mox ad vitandum ambitum sorte ducti sunt ex prætorum numero. In veter. inscript. Triumvir ærarij Saturni memoratur. Dio lib. 55. Cùm, inquit, ærarium publicum inopia pecuniarum laboraret, Augustus mutuas pecunias cæpit, eásque in ærarium intulit, & eorum administrationi duos prætura functos in annos singulos eligi iussit. Mansit id ad Claudium, qui curam ærarij Saturni quæstoribus reddidit, quia sæpius sors deerrabat ad parum idoneos vt Tacitus loquitur lib. 13. Eam curam medio tempore prætores, aut vtique prætura functi sustinuerant, vt Sueton. in Claudio c. 44. Astipulatur Dio in Claudio his verbis: Prætores ærarij soluens, quæstoribus rursus antiquo more id tradidit, non tamen vt annuum munus eorum esset, quod antea & in quæstoribus, & in prætoribus factum, sed duo iidem totos tres annos eam curam sustinebant, quibus exactis præturam statim adipiscebantur, interdum & præmium, proinde ac bene se gesserant. Idem tamen Claudius *tres viros prætura functos exactores eorum quæ publico deberentur constituit, eisque lictores, ac ministros dedit, & officiales*, τρεῖς ἄνδρας τ̃ ἐστρατηγηκότων προέκτρας τ̃ τῷ δημοσίῳ ὀφειλομένων κατέστησε, καὶ ῥαβδόχους, καὶ τἄλλα ὑπηρεσίαν αὐτοῖς δέδ. Nero curam tabularum publicarum à quæstoribus ad præfectos transtulit prætura perfunctos ait Tacitus lib. 13. vnde sequitur ærarij publici curam ad quæstores rursus translatam, quòd in æde Saturni tabularium, & ærarium esset. Sub Vespasiano prętores ærario præerant. Tacitus lib. 4. histor. Prætores ærarij publicam paupertatem questi. Sub Traiano præfecti ærario fuere, non quæstores, non prætores, sed quibus mandasset Imperator. Gellius lib. 13. c. 23. sub finem. Manubiæ enim sunt, non præda, sed pecunia per quæstorem populi Romani ex pręda vendita contracta. Quod per quęstorem autem dixi, intelligi nunc oportet pręfectum ærario significari. Nam cura ærarij à quæstoribus ad præfectos translata est. Plinius Panegyrico ad Traianum, Nobis præfectis ærario consulatum, ante quàm successorem dedisti. Nondum biennium compleueramus in officio laboriosissimo, & maximo, cùm tu nobis consulatum obtulisti. Biennium igitur præfecti in officio erant, eósque prætorios fuisse oportuit, qui etiam ante munus præfecti decursum consules fierent. Frontin. lib. 2. de aquæductib. prætores ærarios vocat. Tacit. lib. 1. Annal. resistentibus ærarij prætorib. Cognoscebant præfecti de iis qui ærarium fraudassent l. 15. D. de iure fisci. Si quis arguetur falsas rationes ad ærarium detulisse de eo præfectus ærarij cognoscat. Item, Tribus edictis à præfecto ærarij delator adesse iussus. Sub Marco philosopho plures ærarij præfecti fuere l. 12. D. de his quæ vt indign. D. Marcus hæredis, cuius nomen peracto testamento testator induxerat, causam ad præfectos ærario misit. Duo fuêre sub Traiano, cùm Plinius ærarij præfecturam se cum Tertullo Cornuto gessisse scribat. Pallas sub Claudio τ̃ χρημάτων διοικήσιν ἐπιτράφθη, pecunias administrabat, & vt loquitur Iosephus lib. 11. c. 1. origin. χαζοφύλαξ ὢν, non Cyri, sed Claudij. Mamertinus in Panegyrico se curatorem ærarij fuisse ait. Nam cùm me ærarium curare voluisti eo tempore quo exhaustæ pecuniæ præsidum rapinis, Constantinus magnus Comites largitionum ærario præfecit. Comites priuatarum

caducis

A caducis fuere & præfecti fiſci. Zozimus lib. 5. ſub Honorio Attalum fiſco præfectum fuiſſe ait priuatæ veſtis, vel lintearię magiſtri, theſaurorum præpoſiti, baphiorum, ac textrinorum procuratores rem ſacri ærarij procurare dicebantur, l. 14. C. de murilegul. Supra omnes, præfectus prætorio vectigalibus præfuit. Corippus lib. 4. de præfecto ærarij:

Patricio ſenior fulgens Calinicus honore,
Qui pater Imperij meruit iam factus haberi,
Gratior Auguſti ſeruans pia gaza ſacelli.

De præfectis ærarij. Capitolinus, Marcus philoſophus liberales cauſas ita muniit, vt primus iuberet apud præfectos ærarij Saturni vnumquemque ciuium natos filios profiteri intra triceſimum diem nomine impoſito, ait Capitolin. Gordianus cùm apud præfectum ærarij more Romano profeſſus filium publicis actis nomen eius inſereret. Vitellius præfectus fuerat ærarij, vt Tacit. lib. 5. Annal. Clauſtra ærarij cui præfectus erat P. Vitellius, & militarem pecuniam nouis rebus obtuliſſe. Ærarium ſacrum, aut priuatum, aut ſimpliciter ærarium vocant. Symmachus lib. 4. ep. 37. Paulus amicus meus iamdudum ſacro ærario militat. lib. 1. ep. 54. lib. 10. ep. 26. Manilius lib. 5. *Præfecti ærarij.*

B

Romanas vt opes, & ſacra æraria ſeruent.

Lampridius in Alexandro, Lenonum vectigal in ſacrum ærarium inferri noluit. Symmachus ep. 43. lib. 4. Trebellius in Claudio, Salarium de priuato ærario dabit. Priuati ærarij nomine bona veniunt quæ Principis propria fuere ante quàm Imperio potiretur. Priuatum maieſtatis Imperium Nouel. de reſcind. vendit. Sacrum ærarium quod Principi competit ratione Imperij C. Theodoſ. lib. 6. Comites ærarij noſtri, quæſtórque æquantur cum præ-

C fecturis. Imperator, illuſtres viros ærarij noſtri Comites vocat, l. 15. C. de ſuſceptorib. V. inſcriptio Patauij.

Villicus ærarij quondam, modò cultor agelli.

CAPVT XXV.

De Actoribus.

D ACTOR Cæſaris ſeruus, aut libertus fuit, qui rationes patrimonij Cæſaris conficeret. Actor publicus, ſeruus, aut libertus, qui res rationéſque Reip. adminiſtraret, διοικητὴς, πραγματευτὴς. Penè iidem fuere cum rationalibus. Actores, & conductores dominici ſunt ſub iuriſdictione præſidum, & quod ad fiſcalia debita, vel ad collationem attinet ſub iuriſdictione Cæſaris. Plinius Panegyrico, dicitur actori, atque etiam procuratori tuo in ius veni, ſequere ad tribunal. Tacit. lib. 2. Annal. Mancipali ſingulos actori publico iubet. Sueton. in Domitiano, c. 11. actor ſummarum qui omnibus rationibus diſpungendis præerat, vt antigrapheus Græcis l. 41. D. de fideicommiſſ. libertat. πραγματευταὶ actores bonorum, actores prædiorum, fundorúmque, vt Columel. l. 1. de re Ruſt. Plinius lib. 3. ep. ad Caluiſium, villam ſub eodem procuratore, ac pene ſub iiſdem actoribus habere. Saluianus lib. de prouidentia, Pauent quippe actores, pauent ſilentiarios, pauent procuratores, prope vt inter iſtos omnes nullorum minus ſerui ſint, *Actor Cæſaris quis.*

E quàm dominorum ſuorum. V. inſcr. Actor Cæſaris noſtri dedicauit. Si actor, vel procurator rei priuatæ prouinciales vexaſſet, in eum animaduerſum. l. 1. de actorib. & procurat. C. Theod. conſiſtoriani comites in ſuſcipiendis poſſeſſionibus rei priuatæ fideiuſſores non dederunt, l. 1. qui conductor rei priuatæ C. Th. Actores & rationales exhibebant colonos, vel conductores rei priuatæ, quorum repræſentatio poſcebatur l. 3. C. Th. de act. & procur. Rationales, & magiſtri priuatæ rei, atque officiales C. Th. de iure fiſci. Actores rei priuatæ ad ſolutionem ſpecierum ſolemnium cogebantur, ne prouinciales rei fatigaret rei priuatæ immunitas. l. 6. C. Theod. de exact. Actores rerum Principis, actores domus Principis l. 7. l. 12. ibidem. Poſt ætatem Suetonij, Actores ſummarum, rationarij, & rationales, λογιςαὶ, λογοθέται dicti. Actores prædiorum l. 16. C. de procurat. l. 3. de itiner. muniend. C. Theod. Actores rerum l. vlt. C. de offic. præſid. Plin. lib. 7. epiſtol. Agrum ex meis longè pluris actori mancipaui, eundem vectigali impoſito recepi. Actor domus ſacræ, Actor dominicus l. 11. C. Theod. de iuriſdict. omn. iudic. Actor rerum priuatar. l. 1. C. Theod. de actor.

& procurat. Actores rei priuatæ l.6.C.Theod.de exaction. Actores rerum Principis l.7.de A
deſert. & occ. Actores rei dominicæ l.3. C. Theod. de his qui cont. Actores dominici in domibus dominicis erant ij qui accuſabant eos, qui in domibus dominicis aliquid peccaſſent l.11. C.Theodoſ. de iuriſdict. fuere quaſi rationales. Actor rerum priuatarum, rei priuatæ, rerum Principis C. Theodoſ. l.1. de act. procur. & conduc. r. p. l. 2. de exact. C. Theod. Erant & paſtores rei dominicæ, id eſt, lanigerarum ouium, pecudúmque cuſtodes l.2. C.Theod. quibus equor. vſus. Domus ad rem priuatam pertinentes ſi priuatis vſibus ſunt ampliores, iudicum prouincialium manſionibus deputantur, eorum curæ reficiendæ. C.Theodoſ. de domib. ad rem priu. pertin. Domus ad ſacrum patrimonium pertinentes l.1. eodem.

B

CAPVT XXVI.

De Fiſco.

Fiſci nomine quid intelligatur.

FIscvs ſaccus eſt publicus, vnde fiſcellæ, & fiſcinæ dictæ. Hunc habent exactores,& in eum mittunt debitum quod redditur Regibus,ait Iſidorus lib.20. origin. c.9. Aſconius diuinat.in Verrem, fiſci, fiſcinæ, fiſcellæ ſpartea ſunt vtenſilia, ad maioris ſummæ pecunias capiendas. vnde quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ, quàm priuatæ, vt pro cenſu priuato loculos, & arcam, & ſaccellos dicimus, ſic pro publico C
theſauro ærarij dicitur fiſcus.Cedrinus fol.139. *ἡ σπόρτα ωδὲ πρὸς ἀυτοῖς ἡ σπυρὶς, ἡ ἐν φίσκῳ καλεῖται, κἂν διαφέρωσι τῷ φίσκον μὲν καλεῖσθαι τὸν ῥαβδωτὸν πλεκτάνιον, σπόρτιον δὲ τὸν φλοιώδη: Sparta, corbis, & fiſcus eandem vim habent. Quanquam hoc differunt, quòd fiſcus eſt virgata ciſta, ſporta eſt è cortice.* Sueton.in Claudio, poſitis ante ſe cum pecunia fiſcis hortatus eſt ad ſubueniendum. Prudentius,

——Iuuat infarcire crumenis
Turpe lucrum, & grauidos furtis diſtendere fiſcos.

V.gloſſ.Fiſcum eſſe aiunt *κόφινον ἐν ᾧ τὰ τῶν δημοσιωνῶν ἐπίδοξα χρήματα. μὴ ταῦτα δὲ ταμεῖον γέγονε καίσαρος ἐν ᾧ φυλάττεται τὰ φισκάλια χρήματα, καὶ ἐγγύης ταμειακὰ, ἅπινα τὸ παλαιὸν ὄντα τοῦ δήμου μετενέχθησαν ἐν τῇ τοῦ βασιλέως οὐσία, Fiſcum eſſe Cophinum in quo publicæ ponebantur pecuniæ. Poſtea ærarium fuit Cæſaris, in quo aſſeruabantur pecuniæ fiſcales, & factæ ſunt ærarij publici,* D
quæ cum olim eſſent populi, tranſlatæ ſunt ad ſubſtantiam Principis. Sicut fiſcus maior eſt marſupio, & bulga, ſic ærarium maius fiſco. Imppp. Grat. Valentin. & Theodoſ. in ſingulis prouinciis arcas fiſcales eſſe voluerunt l.4. de numerar. & actuar. C. poſtea fiſcus vſurpatus eſt pro ratione priuatorum Principis theſaurorum ab ærario ſeparata. Tacitus lib.5. Annal. bona ærario ablata, vt in fiſcum cogerentur. Spartianus in Hadriano: Ad colligendam autem gratiam nihil prætermittens infinitam pecuniam quæ fiſco debebatur, priuatis debitoribus remiſit in vrbe, atque Italia, &c. Bona priuatorum in fiſcum priuatum redigi vetuit, omni ſumma in ærario publico recepta. Zonaras eadem de re, *ἐπεὶ δὲ ἐς τὴν ῥώμην ἦλθε, χρεωκοπίαν ἐκήρυξε, τοῖς ὀφλοῦσι τῷ βασιλικῷ ταμείῳ, καὶ τῷ δημοσίῳ τῷ τῶν ῥωμαίων. Poſtquam venit Romam, nouas tabulas pronuntiauit*, vel potiùs cum Spartiano, ingentes ſummas remiſit iis qui debebant *regio fiſco, & publico ærario.* Euſebius in chronico, E
ἁδριανὸς χρεῶν ὀφειλὰς τῶν ὑπ' αὐτοῦ πόλεων ἀνηκέσας τῷ δημοσίῳ λόγῳ ἀπέκαυσε, καύσας τὰς χάρτας ὁ αὐτὸς ῥωμαίοις φόρους πολλὰς ἐχαρίσατο. Adrianus reſcidit debita vrbium publicæ rationi, cùm cremaſſet chartas, idem Romanis multa tributa gratificatus eſt. Volcatius in Auidio, Bona proſcripti Antoninus in priuatum ærarium congeri noluit,quare Senatu præcipiente in ærarium publicum ſunt relata. Fiſcus igitur priuatus Principis, ærarium publicum. Princeps poſſeſſiones, atque mancipia exempta fiſci patrimonio quibuſdam interdum donauit. C. Theodoſ. de iure fiſci: iuſtæ fiſci actiones concremari iubentur, ſi ſuis temporibus prolatæ non ſint, eod. l.3. l.7. Verecundus rationalis ſummarum res fiſci curat. l.8. patrimonium priuatum Principis commemoratur. l.11. Princeps ait, Decima indictione ſingulas tantum dependant centeſimas, qui reditus domui noſtræ debitos, quotannis iuxta conſuetudinem arcariis tradunt, vt reliquorum ratio ex centeſima poſſit agnoſci erogationibus cunctis aperta inſtructione patefactis. Tot erant

fiſci

A fiſci ſtationes, quot prouinciæ. Stationes autem dicebantur manſiones, in quibus officia fiſcalia conſiſtebant l. 1. C. de compenſation. Sæpe reſcriptum eſt compenſationi in cauſſa fiſcali ita demum locum eſſe, ſi eadem ſtatio quid debeat, quæ petit. Qui enim res fiſcales adminiſtrabant, tanquam per ſtationes diſpoſiti erant. In ſtationibus igitur fiſci rationes tractabantur. Hæc ſtatio dicta Quæſtorium. Cic. pro Plancio, ſe Theſſalonicam ait in Quæſtorium perductum. Sed vt de fiſco propius agamus, Dio libr. 53. ſcribit in fiſcum, ſeu ærarium Principis tributa ex prouinciis Cæſaris illata eſſe, in ærarium verò publicum ſtipendia ex prouinciis, quas populo Cæſar reliquerat: *Verbo quidem publica vectigalia à bonis Principis ſeparata erant, re ipſa tamen Cæſaris arbitratu expendebantur*: λόγῳ μὲν τὰ δημόσια χωρὶς τῶν ἰδίων ἀπεκέκειτο, ἔργῳ δὲ καὶ ταῦτα πρὸς τὸν γνώμην αὐτοῦ ἀναλίσκετο. Quare fiſcus interdum pro ærario, & ærarium pro fiſco accipitur. Inſtit. §. penult. tit. de vſucapion.

B Theophilus, γέγονεν ὡς ἐν ἐδίκτῳ διάταξις μάρκου τοῦ βασιλέως λέγοντα τὸ ἀλλότριον πρᾶγμα ἠγορακότα παρὰ τοῦ φίσκου: *emiſſa eſt & Conſtitutio ab Imp. D. Marco, vt qui rem alienam à fiſco emerit elapſo quinquennio, dominus eius fiat.* Conſtitutio autem Diuæ memoriæ Zenonis bene proſpexit iis qui à fiſco per venditionem, aut donationem, vel alium titulum accipiunt aliquid, vt ipſi quidem ſecuri ſtatim fiant, & victores exiſtant, ſiue experiantur, ſiue conueniantur, aduerſus autem ſacratiſſimum ærarium vſque ad quadriennium liceat iis intendere. Theophilus vertit, τὸ ὂν τῷ πράγματι κύριον μέχρι τετραετίας ἀγωγὴν ἔχειν κατὰ τοῦ φίσκου.

Princeps tamen quædam poſſidet vt propria & priuata, quæ patrimonio regio tribuuntur, vnde procurator Cæſaris l. 1. D. de offic. procurat. Cæſ. ſi rem Cæſaris procurator eius quaſi rem propriam tradat, non puto eum dominium transferre l. 3. curatores Cæſaris

C quaſi tumultuoſum, vel iniurioſum aduerſus colonos Cæſaris poſſunt prohibere in prædia Cæſaris accedere. Bona propria Cæſaris, & patrimonium Cæſaris de iis exaudiuntur, quæ Cæſar antequàm Imperator fieret habuit, & aliunde quàm iure imperij. Alia bona princeps habet regio iure quæ ad fiſcum pertinent, & curantur ab aduocato fiſci, & quaſi propria principis dicuntur. Quare l. 4. C. de aduocat. fiſc. Rationales, priuatæ rei cauſis, vel ſacris ærariis præſidentes examen præſente fiſci aduocato ſuſcipere iubentur. Vlpianus lib. 68. ad Edictum, Hoc interdictum ad ea loca quæ ſunt in fiſci patrimonio non puto pertinere: in his enim neque facere quidquam, neque prohibere priuatus poteſt. Res enim fiſcales quaſi propriæ, & priuatæ Principis ſunt. Priuata Imperatorum ſubſtantia ſeparatur à fiſco l. 3. de quadriennij præſcript. Sed ſcimus hoc quidem in fiſcalibus alienationibus gnauiter obſeruari, ſed non ſimili modo rem fuiſſe obſeruatam circa eas res quæ à ſacra-

D tiſſimis Imperator. non à fiſcalibus rebus, ſed ex priuata eorum ſubſtantia procedunt. Quæ enim differentia introducitur cum omnia Principis eſſe intelligantur, ſiue ex ſua ſubſtantia, ſiue ex fiſcali fuerit aliquid alienatum. Item noſtros curatores per quos res diuinarum domum aguntur. Item aduerſus domos noſtras habeant intra quadriennium tantum ſecundum imitationem fiſci actiones in rem. De fiſco Iuuenal. ſat. 4.

Princeps quædã bona vt priuata poſſidere ſolitus.

Quicquid conſpicuum, pulcrúmque ex æquore toto
Res fiſci eſt, vbicunque natet.

Bona caduca ſi cui ſuus hæres non eſſet in prouinciis ad fiſcum trahebantur, erantq; procuratores qui bona huiuſmodi colligerent, vt Tacit. libr. 3. Annal. Seneca lib. 7. de Benef. cap. 6. Cæſar omnia habet, fiſcus eius priuata tantum ac ſua, & vniuerſa in imperio eius

E ſunt, in patrimonio propria. Strabo lib. 17. ἰδίῳ λόγῳ τὰ ἀδεσπότων, καὶ τὰ εἰς καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξετάσης ἔδει: *Priuatæ rei rationalis inquirit in ea quæ domino carent, & in Cæſarem recidunt.* Poſtea caduca ſublata ſunt l. 1. C. de caduc. tollend. Et nomen, & materiam caducorum ex bellis ortam, & auctam ciuilibus quæ in ſe populus Rom. mouebat, neceſſarium duximus ab orbe Romano excludere. Ibidem vult fiſcum, ſeu ærarium Principis vltimum ad caducorum vindicationem vocari. Plinius Panegyrico, ac fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum qua ærarium cohibes, imo tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis. Corip. lib. 1.

Quod fiſci eſt, nullus rapiat; cognoſcite fiſcum,
Ventris habere locum, per quem omnia membra cibantur.
Cunctis ſufficiunt ſacrati commoda fiſci,
Ex quibus eſt commune bonum, commune leuamen.

ταμεῖον signific at cellarium.l.vltim.C.de neceſſit.domor.ſacr. quod domini deputatur cellatio,deputatur cubiculo, res priuata aliis neceſſitatibus. De bonis damnatorum Metellus in Quirinalibus: A

Poſſeſſis nudatur agris cenſa ſpoliatur,
Omnis abit res quam tenet hæres.
Juris materni prænobilis atque paterni,
Innocuo nam crimen opes ſunt.

Interdum bona damnatorum in ærarium publicum relata ſunt l.5.C.Theod.de indulgent. debit. l. 15. C. de exact. Illi tamen fuere tituli ad domum ſacram pertinentes apud Symmachum lib.2 ep.27.l.9.C. de indulg. debit. Xiphilinus in Nerone θησαυρὸς βασιλικὸς κοιτῶνος vocat, *theſauros regij cubiculi.* ὁ μὲν τὸς ἐν τῷ βασιλικῷ κοιτῶνι, θησαυρὸς ἐξωτλησε, καὶ B
τέλατε οὐκ ἐθεισμῶα ἐξῆγετο: Seneca *regij cubiculi theſauros exhauſit, & vectigalia inſolita exegit.* Iulianus A.aut vt alij volunt, Conſtantius fiſcum lienem eſſe dictitabat, quòd eo creſcente reliqui artus tabeſcerent. Bona Æmiliæ Muſæ locupletis inteſtatæ petita in fiſcum ait Tacit.lib.2. Annal.

Fiſcus ab omnium vectigalium præſtatione immunis.

Fiſcus ab omnium vectigalium præſtatione immunis erat, prædia tamen rei priuatæ in quibus ſunt iam confiſcatorum bona,non excuſantur à præſtatione annonarum,& opinionis, nec à cenſu debito tranſuectionum, l.3.C. de collat.fund.fiſc. Non tantum autem caduca fiſco addicta, verùm & ea quæ auferuntur velut indignis.l. 7. de legatis 3.item dimidia pars theſaurorum qui fortè reperti ſunt.l.1.iuris Oriental. in conſtitut. Nicephori, περὶ ἐφαλείας τ̃ χρόνων. vectigal inſtitutum eſt à Nicephoro, quo à magiſtratibus inſpici res eorum iuſſit, qui ex pauperie ſubitò ad opes peruenisſent, ab iisq; veluti qui theſauros repe- C
riſſent pecunias flagitari. Certè qui in ſuo theſaurum inuenit,ſuum facit;ſi in alieno fortè reperit, cum domino partitur; ſi de induſtria in alieno inuenit, theſaurus domini eſt, in cuius ſolo repertus eſt.C.l.1. de theſauris. In alienis verò terris, nemo audeat inuitis, imò nec volentibus, vel ignorantibus dominis opes abditas ſuo nomine perſcrutari. Quod ſi quis in alieno loco theſaurum ſcrutatus inuenerit, totum hoc locum domino reddere compellatur.

Artes nefaria & ſuperſtitioſæ ad theſauros inueniẽdos.

Quidam reperti qui ſuperſtitioſas & magicas artes ad theſauros inueniendos nefariè adhiberent l.1.eodem. Dummodo ſine ſceleratis, ac puniendis ſacrificiis, aut alia qualibet arte legibus odioſa theſaurum, id eſt, condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiori mobilia quærat. Philoſtratus in Sophiſtis auctor eſt philoſophum Athenis cum in ſuo theſaurum reperiſſet ſcripſiſſe ad Traianum, Reperi theſaurum, reſpondiſſe Imperatorem, D
Vtere. Illum addidiſſe, maior eſt theſaurus quàm pro philoſopho: cui Traianus, Abutere. Alexander Seuerus theſauros iis qui reperiſſent reliquit, auctore Lampridio. Conſtantinus magnus reſcripto ad rationales, quicunque theſaurum inuenerit, & ad fiſcum ſponte detulerit medietatem conſequatur inuenti, alterum tantum fiſci rationibus tradat. Si quis inuentas opes offerre noluerit, & aliqua ratione proditus fuerit, à ſupradicta venia debebit excludi. Impp. Valentinianus & Valens reſcripto ad Germanianum Comitem ſacr.larg. Ob metallicum canonem 14. vncias ballucæ pro ſingulis libris conſtat inferri. Reſcripto ad Creſconium Comitem metallorum,octonos ſcrupulos in balluca exſoluunt. Quicquid autem amplius colligere potuerint, fiſco potiſſimum diſtrahere iubentur.

Balluca quid.

Balluca dicitur χρύσαμμος, Pollux τὴν χρυσίδα ψάμμον vocat, *arenam auream:* vet. gloſ. Balluca ἀχώνευτος γῆ, ἢ χρυσώδης: *terra non conflata, aut aurea.* γήδιον χρυσὸς ἀκαθάρειτον: *glebula auri non purgata.* Libra obruſæ 12.vnciis conſtat, libra ballucæ 14.quia multum imminuitur inter purgandum,cùm fornacibus excoquitur. E

Damnatorũ bona ad fiſcum pertinentia.

Ad fiſcum item pertinent bona damnatorum,vt Plinius in Panegyr. maximè ſi maieſtatis crimen agitur. Marcus tamen philoſophus filios Auidij Caſſij parte media paterni patrimonij donauit,ita vt filias eius auro, argento, & gemmis honeſtaret. Hadrianus liberis proſcriptorum duodecimam bonorum conceſſit. Ignotorum hæreditates repudiauit, nec notorum accepit ſi filios haberent, ait Spartianus. Legis Corneliæ de proſcriptis duo capita fuere, altero proſcriptorum liberis ad honores aditus obſtruebatur, altero bona patris proſcripti publicabantur. Prius caput antiquauit Iulius Cæſar, poſterius Hadrianus,vt Spartian. Symmachus lib. 2. ep. 13. fideicommiſſa & codicillorum commoda in æternum repudiauit Theodoſius. Sueton.in Auguſto cap. 66. & Tacit.de Tiberio, Neque hæreditatem cuiuſquam adiit niſi cum amicitia meruiſſet. Ignotos & aliis infenſos, coq; Principem

A pem aucupantes procul arcebat. Plinius ait Traianum ab amicis hæredem ſcribi, ab ignotis præteriri. Apud Lampridium Alexander condemnationes ratas eſſe iuſſit, & quæ factæ fuerant, non indulſit. Euſeb. l. 9. Hiſt. eccl. domus ſacræ chriſtianis ereptæ, fiſco addictæ.

Damnatorum bona in ærarium illata.

Iam olim damnatorum bona in ærarium illata. Liuius lib. 4. cap. 15. Nec ſatis eſſe ſanguine eius expiatum niſi tecta, parietesq; intra quæ tantum amentiæ conceptum eſſet diſſiparentur, bonaq; contacta pretiis regni mercandi publicarentur. Iubere itaque quæſtores vendere ea bona, atque in publicum redigere. Iulius Cæſar parricidas bonis omnibus, reliquos dimidia parte, ſi exſularent, mulctauit, apud Sueton. Auguſtus ſanxit vt deportatis, id eſt, iis quibus aqua & igni interdictum eſſet non plus poſſidere liceret quingentis millibus nummûm. Dio lib. 56. Tiberius interdictis ademit omnem teſtamenti factionem. Dio lib. 57. Gaius lib. 17. ad Edict. prouinc. Si cui aqua & igni interdictum ſit, bona quæ
B tunc habuit cum damnaretur, publicabuntur. Sed & hæreditates eorum ad fiſcum pertinebant, qui hæredem Imperatorem ex more ſcripſerant. Sueton. in Auguſto cap. 66. Exegit & ipſe inuicem ab amicis beneuolentiam mutuam tam à defunctis quàm à viuis. Nam quamuis minimè appeteret hæreditates, vt qui nunquam ex ignoti teſtamento capere quidquam ſuſtinuerit, amicorum tamen ſuprema iudicia moroſiſſimè penſitauit, &c. Legata vel partes hæreditatum à quibuſcunque parentibus relictas ſibi, aut ſtatim liberis eorum concedere, aut ſi pupillari ætate eſſent die virilis togæ, vel nuptiarum cum incremento reſtituere conſueuerat. Procurator Cæſaris hæreditatem repudiare non poterat, ſi fortè bona ſoluendo non eſſent. Hæredis enim inſtituti, in adeundis vel repudiandis, hæreditatibus voluntas exploranda eſt, vt ſcribit Paulus lib. 5. Sententiarum. Auguſtus, Hadrianus, Antoninus Pius ex ignoti teſtamento nihil vnquam cepere, nec Domitianus ab iis qui
C liberi eſſent, vt Sueton. Dio. Spartian.

Malè quæſita, retẽta, &c. fiſco adiudicata.

Malè item quæſita, & retenta fiſco adiudicantur, deinde res magni pretij minoris empta ſi fraus emptoris conſulto interuenerit. Calliſtratus l. 1. D. de iure fiſc. Variæ cauſæ ſunt ex quibus nuntiatio ad fiſcum fieri ſolet. Aut enim ſe quis, quod tacitè relictum eſt profitetur capere non poſſe, vel ab alio præuentus defertur, vel quòd mors ab hæredibus non vindicatur, vel quòd indignus quis hæres nuntiatur, vel quòd Princeps hæres inſtitutus, vel quòd dicatur quis theſaurum inueniſſe, vel magni pretij rem minoris ex fiſco comparaſſe, vel ex prẽuaricatione fiſcum victum eſſe, vel etiam poſt mortem aliquem reum eſſe, vel ab accuſatione receſſum, vel rem litigioſam venundari, vel pœnam fiſco ex contractu priuato deberi, vel aduerſus leges commiſſum factum eſſe. l. 1. C. de Monopol. ad P.P. Si quis monopolium auſus fuerit exercere bonis propriis expoliatus perpetuitate dam-
D netur exilij. Cæterarum profeſſionum primates quadraginta librarum auri ſolutione percelli decernimus, officio tuæ ſedis quinquaginta librarum auri condamnatione multando ſi venalitate minus fuerit executum. Solus Princeps in fiſcum redigere poteſt, & ij quibus cum mero & mixto imperio regalia iura conceſſerit. l. noſtro imper. De pace Conſtantiæ in fine feudor.

Tituli fiſcales, & Principis.

Ea autem quæ fiſco debentur, fiſcales tituli dicuntur. Symmacho lib. 2. ep. 27. Quantum, inquit, in titulis fiſcalibus exigendis tua cura promouerit. Saluianus lib. 5. qui fiſcalis debiti titulos faciunt quæſtus eſſe priuatos. Sunt & tituli Principis quibus prædium fiſco vindicatur, & tituli ad domum ſacram pertinentes l. 9. de indulgentiis debitor. C. Theodoſ. Aſcon. 3. in Verrem, tituli debitorum nomina dicuntur præſertim in his titulis in quibus hominum nomina ſcripta ſunt. Poſſid. in vita D. Auguſtini in multis titulis magis illius
E præpoſiti domus fidem ſequens. Ammianus lib. 27. Non ex ſolitis titulis parari iubeas impenſas. Ita & titulus nauium l. 1. C. de Alex. prim. Titulus Senatorij follis in prouinciis debitus Nouel. Martiani de indulgent. reliquor. Tituli in aſſem publicum redacti, Caſſiodor. lib. 11. ep. 39. titulus ſiliquatici lib. 2. ep. 24. Fiſcalia abſolutè dicuntur tributa ab Ambroſio c. 13. in ep. ad Rom. vet gl. *δημόσια fiſcalia.* Solius autem fiſci fuit, titulos alienis prædiis imponere, *σήματα, σφραγίδας*, Græci vocant ſigilla, ſuſpendere vela regia. Nouella Maioriani titulorum exactio dicitur. Symmach. lib. 5. ep. 87. Hominem meum ad exactionem titulorum miſi. ep. 54. Sacros titulos vocat. Iulianus. Anteceſſor Nou. 63. diuinum titulum.

Tituli eccleſiæ vnde dicti.

Olim ſinguli domibus proprium titulum affigebant, qui veri ac legitimi poſſeſſoris nomen indicaret. vnde tituli eccleſiæ dicti. Symmachus in auctuario epiſt. 22. Relictis ſingulis titulis presbyteri omnes aderunt, qui voluntatem ſuam proloquantur. S. Auguſt. ad pſal. 21. Quando potens aliquis inuenerit titulos ſuos, nonne iure rem ſibi vindicat, & dicit, non poneret titulos meos niſi res mea eſſet? titulos meos poſuit, mea res eſt. vbi nomen

meum

meum inuenio, meum eſt. Ædibus & prædiis quæ fiſco addicta eſſent titulus appoſitus,id A
eſt tabella, & pannus ſubpurpureus. Titulo cauſæ comprehenſæ erant. Agathias libr. 5. ἀδικός τε ἐς τὰ μάλιστα γεγονὼς, καὶ πολλὰς ὅσας τ' οἰκείων ἀφῃρῆτο, ὅπ τε αἰῤῥαπάλ σανίδες ἐκεῖναι, ἐς τὰ ῥάκη τὰ ὑποπόρφυρα ἐς τὸ δὲ αὖτις ἀνατρῶσαιτο, &c. Nonnulli dicebant *quòd iure interemptus eſſet, qui iniuſtus maximè fuerit, & multis res proprias abſtulerit: quòd autem illæ tabulæ ſcriptæ, & panni ſubpurpurei, quos ſæpe multis ædibus diuitum appoſuerat*, fauorem Principis obtendens, & hac ratione omnia ſibi vindicabat, impudenter & palàm vim inferens, & vltimam teſtatorum voluntatem perrumpens, legesq; quibus filij patribus in bona ſuccedunt. Cortinas regias, vt loquitur Ambroſ. ep. 33. Moris fuit vt affixi fundo priuato tituli Principis rem fiſco vindicatam arguerent, quemadmodum Athenis ſignata prædia dicebantur oppignerata, ὑπόμνημα, libera verò ἄσημα, Polluci lib. 3. ὀνομαστικ. Ita l. 1. C. Theodoſ. de incorporat. Impp. aiunt titulorum adiectione prædia ſuis conſecranda numinibus. B
Petrus Chryſolog. ſer. 154. Sicut dominos prædiorum liminibus affixi tituli proloquuntur, ita nomina ipſa ſæpe ſanctorum merita indicant. Nouel. 7. εἰ ἢ εἰς ἑτέρᾳ τινὸς ὑπηρεσίαν σανίδας ἀνατεθείσας δέοι προσχρῆμα τῆς δ' τιθέντος προσήμασι πίτλας ἰδιωτικὰς δημοσίας, εἰς κεφαλὴν αὖτις ἐπιῤῥήξας τὰς ὑπ' αὖτις τιθείσας πίτλας: *Si in prædijs quæ ad fiſcum pertinent inuenerit tabulas & titulos alienos appoſitos, protinus prædijs eius qui poſuit titulos apponat publicos, & tabulas alienas ad caput eius qui poſuit affringat.* Symmachus lib. 5. ep. 52. minitari dixit ſacros titulos qui proſcriptorum bonorum iudicio ſunt. & l. 20. C. Theodoſ. de pœnis, per agros & domicilia proſcriptorum affixi tituli ſerenitatis. D. Gregor. Regiſtr. lib. 1. indict. 1. ep. 63. Depoſito titulo eandem domum ſine mora reſtituas. Caſſiodorus lib. 5. epiſt. 6. Ideóque cauſſam tali credimus remedio muniendam & vniuerſam ſubſtantiam ſupradicti Thomatis ſub hac conditione fixis titulis iuri publico debeas applicare, quatenus ſi intra Kalend. C
Septembrium diem, quod rationabiliter exponitur à Thomate minimè fuerit exſolutum, prædicta ſubſtantia Ioanni viro clariſs. contradatur, qui eius debitum luere noſtro promiſit ærario. ὑποφισᾶν *confiſcare*, Doſith. ſentent. lib. 3. Δι' βιβλιδίου λέγοντός τινος πατέρα ἴδιον ὑποπεφισθῆναι, *per libellum dicente quodam patrem ſuum fiſco vindicatum eſſe*. Tituli pro cauſa debiti ponuntur. Ammianus lib. 27. Non ex ſolitis titulis parari iubebat impenſas lib. 29. exquiſitorum deteſtanda nomina titulorum. D. Auguſtini verba, Ne domum ipſius inuadat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces, ipſe vult eſſe poſſeſſor, & frontem domus ſuæ de titulo alieno muniri, vt cùm titulus lectus fuerit conterritus quis potentia nominis abſtineat ſe ab inuaſione. Caſſiodorus lib. 4. ep. 14. Si quis ergo iuſſa noſtra abiecerit, caſas eius appoſitis titulis fiſci noſtri iuribus vindicabis. Anaſtaſ. Biblioth. in Anacleto, Hic titulos in vrbe Romana diuiſit presbyteris, id eſt parochias. In Marcello, vi- D
ginti quinque titulos in vrbe Roma conſtituit. epiſt. 29. in Auctuar. Symmach. per omnes verò titulos, & loca quæ conuentu celebri frequentantur. Titulos pro cauſa debiti ponit Ammianus lib. 30. exquiſita nomina prouiſorum titulorum. Symmachus lib. 10. ep 33. & 36. lib. 9. ep. 18. Si quis legum ordini prætermiſſo publicos titulos præſumpſerit affigere, caſas eius appoſitis titulis fiſci noſtri iuribus vindicabis. Rectori prouinciæ fiſcalium debitorum credita erat exactio, vt Caſſiodorus in formula Rect. prouinc. Idem munus eſt Catholicorum proconſulum, apud eundem. Comes patrimonij cognoſcebat de vectigalibus, vt Caſſiodor. lib. 1. variar. Cæterum in cauſis fiſcalibus qui non ſoluebant ipſi, bonaque ipſorum venum exponebantur edicto præfectorum ærarij. Suetonius c. 9. lib. 5. Claudius ad eas rei familiaris anguſtias decidit, vt cùm obligatam ærario fidem liberare non poſſet, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit ſub edicto præfectorum. vnde apparet eo- E
rum qui ſoluendo non eſſent, bona non modò in tabula proſcripta fuiſſe apud ærarium, et ærarij præfectos, ſed etiam ipſos venales pependiſſe. Ita locus alter intelligendus, cap. 9. Sueton. lib. 5. Reos qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependiſſent, vniuerſos diſcrimine liberarit.

Aduocatus fiſci. Denique fiſcus habuit aduocatum ſuum, quem ab Hadriano primum inſtitutum Spartianus ait. Seuerus fiſci aduocatus fuit, deinde Imperator. Spartianus in Geta, Seuerum ad fiſci aduocationem delegerat ex forma forenſi. in Caracalla, Seueri affinis Papinianus in aduocatione fiſci ſucceſſit. Patronum fiſci vocat in Hadriano, & Seuero Spartian. Zozimus lib. 5. ſub Honorio fiſci præfectus fuit Attalus. Erant & Ærarij, qui de ære fiſci darent munera, ab Alexandro inſtituti, vt ait Lampridius. Heſychius φισκοσυνήγορος ὁ ταμείων συνήγορος, *aduocatus fiſci*. Erant & conductores, & procuratores, ſiue actores prædiorum fiſcalium domus Auguſtæ tit. 71. C. lib. 11.

CAPVT

A

CAPVT XXVII.

De Massa fiscali.

MASSA dicitur rudis, infecta, informis, auri, argenti, æris materia, à voce Græca μάζα vel μᾶζα, quæ Aristophanis Scholiastes interpretatur, ἄλφιτα πεφυρμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ, *farinas oleo & aqua temperatas.* Athenæus libum & placentum. l.7. D. de acquir. rer dominio. Seneca ep.82. Massa in fornacem coniecta concaluit. Scholiastes Thucydid. lib. 2. χρυσίου ἀσήμου μὴ ἔχοντος σημεῖον οἷον μαζία τινά, *auri non signati quasi Massæ quædam.* Suidas κυμβία μαζία χρυσίων: *Cymbia Massæ aureorum.* *Massa quæ dicatur.*

B

Lucanus:

Primus Thessalicæ rector telluris Iolchos
In formam calidæ percussit pondera massæ.

Solidi autem fisco debiti in massam redacti ad Comitatum sacrum transferebantur. C. Iustin. & Theodos. de suscept. præp. & Arcariis. Symmachus lib. 10. ep. 41. Scirtius vir perfectissimus ereptam sibi partem Cæsarianæ Massæ crebra aditione conquestus. Sacra Massa, Aurea Massa, Argentea Massa l. 7. de Palatin. sacr. largit. Cæsiana Massa, veternensis Massa. Symmachus eadem epist. & Ammian. lib. 14. Cassiodorus lib. 5. & lib. 9. Massa largia lib. 12. Massas ecclesiæ. lib. 1. ep. 42. Conductores Massarum lib. 8. ep. 23. Massæ actoribus tradantur. Erat scrinium aureæ Massæ, scrinium auri ad responsum, scrinium à miliarensibus. Scrinium ab argento. ibidem. In iis scriniis erant primicerij ducenarij, centenarij, epistolares. Petrus de vineis lib. 3. ep. 66. Massarios colonos.

C

Scrinium aureæ Massæ apud Comitem largitionum in quo scribitur quantum auri sit in Massam conflatum. l. Quintus, D. de auro & argen. leg. l. 7. C. de Palatin. sacrar. larg. In hoc scrinio quatuor fuerunt ordines. Primus eorum qui auri in Massam redacti rationes scribunt, alter aurificum solidorum, sculptorum, aurificum, specierum, l. 7. Primicerius aureæ Massæ est perfectissimus tertij ordinis l. 1. C. de metal. l. scriniis, C. de Palatin. sacrarum. largit. Item secundocerius numero vnus, ducenarij duo, tertiocerius & quartocerius. l. de scriniis. *Scriniũ aureæ massæ.*

D

CAPVT XXVIII.

De Rectoribus prouinc. tributa curantibus, & diœcesis.

MAGISTRATVS omnes per prouincias id in primis curabant, vt tributa tutò ad Comites largitionum, & priuatorum transferrentur. Nouel. 134. τοὺς ἄρχοντας ἀσφάλειαν προκαθιστᾶν δεῖ τῇ τε ἐπαρχότητι, καὶ τοῦ ἡμετέραις λαργιτίωσι, καὶ τῷ κόμητι τῶν πριβάτων ὑπὲρ τῶν συναγομένων χρημάτων ἑκάστῃ τῶν εἰρημένων ἀρχῶν: *Omnes magistratus oportet securitatem dare, vt pecuniæ tutò deferantur ad præfectum prætorio, Comitem largitionum & priuatorum.* Imò ipsas tributorum exactiones etiam in locis sacris fieri procurabant, vt si qui in ædes sacras se reciperent, ne ad tributa pendenda cogerentur extrahi, & ad solutionem cogi possent. Iustinianus Nouel. 17. Compelles etiam publicos exactores, vt in apochis suis omnia exprimant quamobrem eas reddant, nempe quantitatem zygocephalorum, siue iugorum, siue iugalium, siue quo alio nomine ea pro loci varietate appellentur, tum etiam pro quibus, & qualibus ea prædiis exigant, item quantitatem datorum siue in speciebus existant, siue in auro. Censuales exactè vetera regesta proferre cogantur. Si quæ exoriantur super tributis controuersiæ, à præfectis præt. decidantur. Cassiodorus lib. 6. Rector prouinciæ tibi fiscalium tributorum demonstratur exactio. Zonaras t. 3. p. 147. τόντε ῥέκτωρα ἰωάννην, *Rectorem Ioannem.* *Magistratuum cura præcipua, vt tributa ad Comites largitionum transferrentur.*

E

Rectoris appellatio latissimè pertinet ad omnes qui prouincias administrarent. Sueton. Vespas. cap. 8. Cappadociæ propter assiduos barbarorum incursus legiones addidit, consularemq; Rectorem imposuit pro equite Roman. Rector Narbonensis lib. 22. initio Ammian. *Rectoris appellatio ad quos pertineat.*

mian. Rector Decumarum erat Senator, vt Cassiodor. lib. 5. Rector Dalmatiarum Ammiano. Rector vnus summæ dignitatis fuit Constantinopoli, vt Cedrenus in Ioan. Tzimisca. Ammian. in prouinciarum formam Rectori delata iurisdictione formauit. Prouinciæ impositio nomine, Rectoriq; attributo, obtemperare nostris legibus Pannoniam Traianus compulit. Capitol. Pertinace. Marcus Imperator prætorium eum fecit, & primæ legioni regendæ imposuit. Mœsiæ vtriusque mox Daciæ regimen accepit. Ammianus, Rector gentium Amalarichus, Rector scutariorum. Rector prouinciæ non occurrebat magistro equitum, nec contingi ab eo ciuile negotium permittebat. Satrapæ in Persis regebant prouincias. Aristot. lib. 2. Oeconom. Δαισης σύρος ἀγυπτίου σατραπεύων ἀφίστασθαι μελλόντων τῶν νομάρχων αὐτὸν αἰσθανόμενος καλέσας αὐτοὺς εἰς τὰ βασίλεια ἐπρέμα ἅπαντας: *Enaeses Syrus Aegypti Rector cum regionum ac nomorum præfecti ab eo deficere vellent, rem subodoratus cùm vocasset, eos in regiam omnes suspendit.* Amasis nomarchos istos instituerat. Iustinus in Parænet. ἄμασιν ἱστοροῦσι τὰ περὶ τοὺς νομάρχας διατάξαι: *Amasim scribunt instituisse regionum præfectos & regiones seu nomos.* Philostratus in Sophistis, Satrapam pro Rectore prouinciæ posuit. Eusebius lib. 3. de vita Constant. διέποντα τὴν ἐπαρχιῶν μέρη, *administrans prouinciarum partes.* legerem libentiùs, διέποντα τὰ τῶν ἐπάρχων μέρη, id est, *vices agens præfectorum prætorio, vicarius præfectorum.* ὁ τῶν ἐπαρχίας ἀρχῶν.

Satrapæ & eorũ officiũ.

Rectorum prouinciarũ officium.

Rectores igitur prouinciarum vectigalia curabant, & διοικηταὶ, ac tributorum exactores habuere, inter quos vnus veluti magister ac princeps, ad quem ceteri suas collectas conferrent, qui magnus Diœceta dictus. Leo Nouell. 61. τοὺς δὴ συλλογεῖς τῶν δημοσίων φόρων καθιερωμένους, διοικητὰς ἢ αὐτοὺς ἡ συνήθης ὁ μίλια καλεῖν οἶδε, τολμῶντας ὑπερεκτείνειν πλέον ἢ νενομισμένον τὰ τέλη: *Collectores tributorum quos vulgo Diœcetas vocant,* si vectigalia *supra id quod consuetum est extenderint.* Magnus Diœceta Constantinopoli fuit, cuius munus ætate Codini exoleuerat, ὁ μέγας διοικητὴς ἐδήμιαν ὑπηρεσίαν ἔχει, ait Codinus. Cantacuzenus lib. 3. c. 14. Glabam magnum Diœcetam fuisse ait. Collectores isti exigebant voluntate Principis ἐνδοματικὰ quædam in priuatum commodum præter vectigalia. Iustinian. edict. 3. Τὸ τῶν ναυλοχούντων ἀποδεκτικὸν βαλόμεθα μὴ ἄδειαν ἔχειν πᾶσιν εἰσιέναι ἐπεμβάλλειν τοῖς δημοσίοις τέλεσι, καὶ τισὶ μὲν τῶν ὑποδεεστέρων ἐνδιδόναι, καὶ τὰ καλούμενα ἐνδυματικὰ κομίζεσθαι: *Portitores nolumus liberè se immiscere omnibus vectigalibus publicis, & quibusdam obnoxijs indulgere, & endymatica quæ dicuntur priuatim accipere,* vnde publicum negligatur.

A B C

CAPVT XXIX.

D

De Discussoribus.

Discussores qui dicãtur.

DISCVSSORES sunt cognitores, & disceptatores rationum fiscalium, quæ ab aliis tractatæ sunt, vel Discussores rationum publicarum vocantur λογοθεται. Symmachus lib. 10. ep 4. Discussorem logothetam l. 26. C. de appellat. Discussores interdum tributorum modum deniebant. Cassiodorus lib. 4. Pontonates nobis supplicasse cognoscat, à Ianuario, sed & Probo discussoribus iniquis se oneribus ingrauatos, cùm sterilitas ieiuna nulla sibi augmenta fieri patiatur. Corippus l. 1.

——*Discussor prouidus orbis.*

E

Cassiodor. epist. 10. lib. 9. Quicquid à discussoribus noui census per quintam indictionem probatur affixum. l. 4. C. de Discussoribus, μηδεὶς γινέσθω λογοθέτης χωρὶς βασιλικῆς κελεύσεως: *Nemo fiat discussor aliter quàm ex iussione Principis*, specialiter discussoris faciente mentionem. l. 26. C. de appellat. Cognoscunt de pretiis rerum venalium l. 10. C. Theod. de Iudæis. l. 2. C. Theod. de discussoribus, vetat Imperator ne acceptæ semel securitates, & regestæ Polypticis à discussoribus, vel apparitoribus denuò postulentur. l. 1. Quoties in disceptatione constiterit iniquè discussionem fuisse confectam, & fidem facti non poterit approbare discussor, ipse in eodem titulo, & in eodem modo, ad soluendum protinus vrgeatur in quo alterum perperam fecerit debitorem. Iulius Firmic. l. 3. Exactores Imperatorum, & qui annuas fiscaliorum præstationes repetunt, discussores, rationales.

CAPVT

A

CAPVT XXX.

De Thesaurensibus.

THESAVRENSES, & thesaurorum prefecti parebant Comiti largitionum, qui exactas pecunias in singulis prouinciis seruabant, easq; ad Comitem largitionum transmittebant. l. 14. C. Theod. de diuersis off. Nullus thesaurensis, vel officialis Comitis thesaurorum, &c. Sed neque si qui nuper thesaurorum custodiam susceperunt scrinarij etiam Comitum thesaurorum, vel ceteri thesaurenses alterius militiæ sperent se occasione defendi l. 23. Comitum thesaurorum diœceseos prouectiones, & ipsos thesaurenses vetus obseruatio principali dexteræ reseruauit, &c. Præfecti thesaurorum dicuntur præpositi. C. de susceptorib. præposit. & arcar. Thesaurenses vocantur & officiales Comitis thesaurorum. l. 2. C. de Palatinis sacrar. larg. De Comite thesaurorum Ammianus lib. 29. Sabia thesaurorum paulo antè per Thracias Comes. Præpositi thesaurorum l. 14. C. de murilegulis. Priuatæ, vel linteariæ vestis magistri, thesaurorum præpositi, vel baphiorum ac textrinorum procuratores, non antè ad rem sacri ærarij procurandam permittantur accedere, quàm satisdationibus dignis eorum administratio roboretur. Solus Imperator Comitum thesaurorum diœceseos prouectiones, & ipsos thesaurenses faciebat, vt militiam eis emissa ex sacris scriniis probatoria condonaret. l. vlt. C. Theod. de diuers. offic. Thesaurensium classis vocatur, & per sacras probatorias militiæ sociebatur, sicut & Palatini sacrarum largitionum, & rerum priuatarum partis Augustæ. l. vlt. C. de diuin. offic. Theodoret. lib. 3. felicem vocat τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν ταμίαν: *Quæstorem imperat. thesaurorum.*

Thesaurensiũ munus.

B

C

CAPVT XXXI.

De Primipilo.

DE Primipili centurione quem v. gl. πρῶτον ἐν δόρατι vertunt, hic nobis sermo non est, sed de Primipilo militaris annonæ exhibitore, qui tamen à primipili centurione nomen sortitus est, de Dionys. Halicarn. libr. 9. ἑνὸς τῶν ταγμάτων τῇ λαμπροτάτῃ ἀρχῇ κεκοσμημένος, ἣ τὰς ἑξήκοντα ἑκατονταρχίας ἕπεσθαι τεικαὶ τὸ κεκευόμενον ὑπηρετεῖν κεκευεινόμος. τούτους ῥωμαῖοι τοὺς ἡγεμόνας τῇ πατρίῳ γλώττῃ πριμιπίλους καλοῦσιν: *Erat vir plebeius genere, sed virtute nobilis, & bello bonus, atque ob ea vtraque splendidissima dignitate ornatus in vna legionum cui 60. centurias subsequi, & quod iusserat exsequi lex iubet. Hortales duces Romani patrio suo sermone primopilos vocant.* Suidas πριμοπιλάριος τὸ μεῖζον ἀξιώμα τῶν στρατιωτῶν παρὰ ῥωμαίοις ἔχων: *primopilarius maximam inter milites dignitatem habens.* Vegetius l. 2. cap. 8. vetus consuetudo tenuit, vt ex primo principe legionis promoueretur centurio primipili, qui non solum aquilæ præerat, verum etiam quatuor centurias, hoc est quadringentos milites in prima acie gubernabat. Cum autem donatiui quod milites consequebantur dimidia pars apud signa deponeretur, quo annona militaris sustentari, militumq; castrense peculium auctius fieri posset, huius æris militaris cura ad primipilarium pertinebat, cuius rationem Cæsari reddere eum oportebat, vt censet Antonius Augustinus, qui putat primipilarem annonæ exhibitorem, eundem omnino esse cum centurione primipili. Existimem certè alterum ab altero appellatum, sed in legione Romana centurionem primipili munus sustinuisse honestissimum, quod ipsi tribuni militum sæpe appeterent, vt docet Liuius lib. 7. P. Salonius alternis propè annis, & tribunus militum, & primus centurio erat, quem nunc primipili appellant.

Quid per primipilum hic intelligatur.

D

E

In re autem vectigali, & tributaria, primipilarem, sustinuisse ministerium graue, nec manu tamen pugnasse in legione, nec ordinem duxisse, nec aliter rem militarem attigisse, quàm quòd militibus annonam distribueret. l. 1. C. de condict. ex lege, quia cohortalium necessitate attinebatur, & officialis erat. Si te ex primipilo debitorem constitutum fisci, ac patrimonium tuum exhaustum præses prouinciæ comperit, vt ad solutionis securitatem

Ministeriũ primipilaris in vectigalibus & tributis.

solum fœnebris pecuniæ subsidium superesse videatur, commonebat debitorem tuum, si tamen ipse sit soluendo, vt ante definitum tempus debita repræsentet, vt fisco cuius ob necessitates publicas causam potiorem esse oportet, debita pecunia exsoluatur. Constantius Augustus ad Taurum præfect.præt. primipilaribus qui ad pascendos milites solemniter ad limitem destinantur, &c. Ita vt species à primipilaribus ipsa præstetur, nec in nummum, aurúmve dirigatur. Idonei mittantur qui ex more susceptis omnibus alimoniis militaribus easdem peruehere contendant, actis apud rectorem prouinciæ conficiendis, per quæ designabitur quantus specierum modus in vsum alimoniæ militaris à primipilaribus præbeatur, & quid ob munera ducibus mittenda, vel sportulam. Theodorus Hermopolit. lib. 9. titul. 9. ἐὰν δημόσιον δώσει τινὶ πριμίπιλον, ὅ ἐστι σιτηρέσιον διδόμενον ἐν τοῖς πρώτοις στρατιώταις ἀκοντισταῖς, ἵνα νείμῃ τοῦτο αὐτοῖς, κἀκεῖνος λαβὼν πριμίπιλον δαπανήσει αὐτὸ εἰς τὰς ἰδίας χρήσεις: *Si publicum dederit alicui primipilum, quæ est annona primis militibus iaculatoribus eroganda, & is qui accepit annonam in priuatos vsus consumpserit.* Vnde apparet primipilum hoc loco, non ordinem primi centurionis, sed annonam significare. Exhibitionem, pastum, pastionem primipili vocat Imperator C. Theodos. de cohortalibus. Obnoxij pastui primipili. Theodorus Hermenop. ὁ διατροφὰς στρατιωτικὰς τῷ δημοσίῳ χρεωστῶν, *debitor ex primipilo, qui publico annonam debet.* Basilic.eclog.9. τὸ χρεωστούμενον εἰς πριμίπιλον πάντων τῶν ἰδιωτικῶν χρειῶν προτιμᾶται: *Quod debetur ad primipilum omnibus priuatis debitis antefertur.*

Primipilũ. Primipilum dicitur annona l.3.de primipilis.l.8. C. de cohortalibus. Speciebus primipilaribus adærandis eadem pretiorum taxatio seruetur quæ in venalibus publicis poterat reperiri l. 3. eodem. Quæ verba sic efferuntur Basilic. eclog. 56. ἐξ ἀργυρισμὸς τῶν εἰδῶν παρεχομένων τῷ πριμιπιλαρίῳ κατὰ τὴν τῶνα ἄλλων πρᾶσιν γινέσθω. Pastus primipili competenti sedulitate functione transacta. Primipilares tamen ea munera quæ patrimoniis indicuntur sustinere coguntur, vt agminales equos, mulas, angarias, & veredos l. vltim. §. ab huiusmodi D.de muneribus. Si primipilus debitor sit ex caussa primipili, vel fideiussor, aut nominator eius soluendo non sit, dos vxoris vindicatur, l.satis sup. D. in quibus causis pign.tant. contrahend. vnde colligas, non militarem honorem in legione fuisse primipilum, cum nominatores, & fideiussores adduceret, qui id munus expetebat. Adhuc fisco tenentur filij primipili etiam si hæredes non extiterint. l.vtilitas publica C. de primipilo. Primipilus non erat apparitor, sed in promotis præcipuam annonæ militaris curam habebat. Præsidum apparitores omnibus officij gradibus completis à cohortalium necessitate qua adstringebantur, liberari non poterant, nisi munus primipili peregissent. Præfectorum tamen, aut maiorum iudicum apparitores hoc onus subire non cogebantur.

Cui subiectus primipilus. Primipilus præfecti prætorio præceptis, & publicis vtilitatibus erat in perpetuum obnoxius, vt emensis militiæ suæ stipendiis ad consortium clericorum se conferre non posset, l.27.C.de episc.& cleric.quia annonam ad exercitum ferre cogebatur. Nimium quantum hoc abest à primi centurionis dignitate, videat Antonius Augustinus. Ducibus sportulatorum nomine primipilares omnes argenti libras 50.inferebant l.9.C.Theod.de cohortalib. Aut quaternos aureos pro libra argenti.

Quæ species militibus dabãtur & quando. Species quæ in annonam militibus datæ sunt, fuere in duos dies bucellatum, in tertium diem panis, vno die vinum, alio die acetum, vno die lardum, biduo caro veruecina, vt Constantius & Iulianus Elpidio scribunt. Primipilaris, & primipilarius dicitur primipili officio functus l.27.C.de episc.& cler.l.vlt.C.de filiis official.l.5.C.de cohortalib.

Primipilatus cõmoda. Primipilatus commoda sunt salaria, quæ ei dantur, siue vt Græci vertunt, τὰ λόγῳ παραμυθίας παρεχόμενα, l.pater D.de adimendis legat. Pater inter filios facultatibus diuisis filiam ex ratione primipili commodorum trecentos aureos accipere voluit, ac postea de pecunia commodorum possessionem parauit. Sed non debentur antequam impleta sit functio primipili. Debita in hæredem transmittuntur.l.1.C.de primipilis.

CAPVT XXXII.

De Comitibus Domesticorum, Tribunis, Primicerijs.

Cõmites domesticorum equitum & peditum. POSTREMO loco inter illustres ponuntur in Notitia Comites domesticorum equitum, & peditum, qui magnifici dicuntur l.restituendæ.C.de aduocat. diuers.iudic.

Illustres

A Illustres l.1.C.de silentiar.& vices magistri militum in suos domesticos agebant.Erant Comites,tribuni & primicerij domesticorum. Primus & dignissimus erat Comes,deinde tribunus,tertio loco primicerius.

Comes domesticorum idem fuit cum Comite excubitorum. Theophyl. Simocat.lib.3. πιθέσιον ὑοθέσια κοσμήσας ⓒ τ βασιλείας κοινωνὸν ποιησάμϐ ἀνηρόθοσε κράτερα. ἡγεμῶν ἢ ἔδωκε ἐτύγχανε ὢν τ ἕ βασιλέως σωμαΤοφυλάκων, καὶ ὑπαατιστῶν ὃν κόμηΤα ἐξκϐιτώρων καλέσι. Cum Iustinus *Tiberium adoptasset, fecit imperij socium, renuntiauitq; Cæsarem. Erat ille præpositus custodibus regijs & armigeris, quem Comitem excubitorum vocant.* Tiberius item Mauricium στρατηλὸν ϖϱοσησάμϐ τότε τ σωμαΤοφυλάκων ἕ βασιλέως ἡγέμϐνον, *cum Ducem exercitus statuisset, qui tunc erat Comes stipatorum.* P. Diaconus lib. 17. Phocas fecit Priscum qui fuerat prætor Orientis sub Mauricio Comitem excubitorum. Ammianus lib.20.Strepitu,inquit, B immani excubitores perculsi, & tribuni, & domesticorum Comes. Comitem Zozimus in Iuliano vocat ἡγέμϐνον, ἰοβιανὸς βαρωνιανὲ ἕ τ δομεςίκων ἡγεμόνε ϖαῖς, *Iobianus, Baroniani Comitis domesticorum filius.* Euagrius ἡγεμόνα π ἐν τῇ ἀυλῇ τάξεων. lib.3. cap.32.lib.5.cap. 1. Iustinus Thrax τῇ ἀλεργεῖ ἀμπεχόνῃ χρῆται ὑπὸ τ βασιλικῶν σωμαΤοφυλάκων ἀναῤῥηθεὶς, ὧν ϖρώην ἦρχεν ἡγεμὼν τ ἐν τῇ ἀυλῇ τάξεων καθεςώς, *purpurea chlamyde vtitur à regijs stipatoribus renuntiatus, quibus præerat, cùm esset excubitorum Comes.*

Comes domesticorum & excubitorũ idem.

Comes domesticorum erat vir illustrissimus l. 6. C. de aduocat. diuers.iudic. l.64.C.de decurionibus. Erat & clarissimus l.38. C. de decurionibus. Notitia duos Comites domesticorum ponit, equitum alterum, peditum alterum. P. Diaconus lib. 17. Iustinus Tiberium Comitem excubitorum fecit Cæsarem,& eum constituit tam in hippodromis,quàm in ædibus insignibus. Constantinus Porphyrogen. ἔξαρχον vocat, ἐξάρχϐ βασιλικῆ τάγC ματϐ ἐξκϐίτων, *præfectus regiæ excubitorum cohorti.* Zonaras & Cedrinus, de Iustino, ὁ βασιλεὺς τ κόμηΤα τῶν ἐξκϐιτώρων ὑοποιησάμϐ. Cedrenus, κόμηΤα τ τῶν ἐξκϐίτων χολῆς.

Domesticorum Comes vir nobilissimus.

De præfecto prætorio Zozimum in Iuliano loqui arbitror, τῶν ἀμφὶ βασιλέα ταγμάτων ὃς σκηταρίας ϖροσαγορδυσι, καὶ τ αὐλῆς ὕπαρχϐ: *Ordinum qui sunt circa principem quos vocant scutarios, ductor, & aulæ præfectus.* De eodem Menander in legatione Iustini ad Persas, πέτρϐ ὁ τῶν ϖρὶ τ βασιλέα καΤαλόγων ἡγεμών, *Petrus numerorum qui sunt in comitatu præfectus.* lib.2. histor. ὃς τῶν ἐν τῇ αὐλῇ καΤαλόγων ϖρὸ τότε ἡγουμϐ ἡγεμών. Quæ verba & de Comite excubitorum exaudiri possunt.

Præfectus prætorius.

Comes domesticorum sub Theodorico consiliarius fuit magistri armatæ militiæ, lib.8. epist.12. Sed eum facit virum doctissimum, & alium opinor à Comite excubitorum. Eligendo, inquit, virum magnificum patricium armatæ Reipubl.parti prouidimus, ita & de D sociando ei literarum peritissimo consulamus. Hinc est quòd Comitiuæ domesticorum illustratum honore decoramus, &c. De generali securitate sollicito talis associandus fuit qui parem in suis studiis non haberet. Putem fuisse Comitiuam domesticorum honorariam tantum, aut certè vacantem. Comitiua enim domesticorum vacans datur illustribus apud eundem lib.6. & lib.10. epist.11. Erant olim tribuni, centurionesq; prætoriani. Sueton.lib.6.cap.47. tribunos, centurionesq; prætorij. Nero de fugæ societate tentauit. In Caligul.cap.40.per centuriones tribunosque prætorianos. Cassius tribunus cohortis prætoriæ.

Comes domesticorum qualis.

Primicerius protectorum plærumque fiebat tribunus. Ammianus lib.18. Valentinianus ex primicerio protectorum tribunus.l.2.tit.17.lib.12.C. Primicerius ponitur domesticorum, & protectorum vtriusque scholæ. Diaconus lib.22. Domesticus protector Comite E natus Valentinianus. lib.17. Iouianus protector domesticus ad imperium euectus est. Theodoritus lib.3.cap.5. Valentinianus sub Iuliano χιλίαρχος ὢν τ ϖρὶ τὰ βασιλεῖα τεΤαγμένων λογχοφόρων ἡγέμϐνος, *tribunus erat lanceariorum palatinorum.* Cedrinus Iouianum χιλίαρχον ϖροτεκτόρων fuisse ait. Zonaras tom.3. pagin.12. Magnentius ἐν τοῖς ϖροτέκτωρσι ἐστρατόδετο, εἶτα κόμης δύο ταγμάτων ῥωμαικῶν ὠνομάδη, *protector erat, postea Comes duorum ordinum Romanorum dictus est.* Iouianus protector,cum proximè Iulianum Imp.sequeretur in loco decliui, ἀλεργίδα ἐπάτησε, eius *purpuram calcauit.* Tribunus domesticorum duci militum limitaneorum honore exæquatur l.2.& vlt.C.de domest.l.3.C.de off. mag.off. Apud Ammianum,Iouianus domesticorum ordines primus Comitis filius esse dicitur.

Primicerius protector.

A

CAPVT XXXIII.

De Prætorianis, & vrbanis cohortibus.

Prætorianæ & vrbanæ cohortes.



VIA domeſtici & protectores in locum prætorianarum cohortium ſucceſſerunt, de Prætorianis pauca premittemus. Libera Republ. nulla in vrbe prætoria cohors fuit, nulli excubitores. Ipſe Cæſar adhibuit quidem per initia ſenatores, equitesq; Romanos, quorum excubiis tegeretur, item Hiſpanos. Poſtea publicis miniſtris, ac lictoribus contentus, reliquum ſatellitium amouit. Idem cuſtodias Hiſpanorum cum gladiis ſectantium ſe remouit, apud Sueton. cap. 86. In B exercitu prætoria cohors dicta, quæ apud prætorem, aut proconſulem excubaret. Scipio Africanus primus fortiſſimum quemque delegit, qui ab eo in bello non diſcederet,& cætero munere militiæ vacaret, & ſeſquiplex ſtipendium acciperet, ait Feſtus. Auguſtus Cæſar domi, foriſq; Calaguritanos habuit excubitores, vſque ad Antonium victum. item Germanos vſque ad cladem Varianam, quibus dimiſſis certum numerum militum, partim in vrbis, partim in ſui cuſtodiam allegit, narrante Suetonio cap.49. Idem nunquam plures quam tres cohortes in vrbe eſſe paſſus eſt, easq; ſine caſtris. Reliquas in hiberna, & æſtiua circa finitima oppida dimittere aſſueuerat.Caſtra prætoria poſtea fuere ad muros vrbis haud procul porta Viminali, qui locus Viuarium vulgo dictus, vt Scholiaſtes Iuuenal. Idem in Septimo conſulatu, τοῖς δορυφορεῖσιν αὐτὸν διπλάσιο ἢ μεθὸν ἢ τοῖς ἄλλοις στρατιώταις διδομένε ψηφισθῆναι διεπράξατο. *Stipatoribus ſuis duplicandum ſtipendium, quod ſimplex* C *alijs militibus dabatur*, Senatuſconſulto curauit. Tacitus libr. 1. Annal. binos denarios in diem cuique dari voluit. Tiberius defuncto Auguſto ſignum prætorianis cohortibus, vt Imperator dederat. Libera enim Rep.ſignum datum ab eo, qui exercitui præerat, ſiue is conſul,ſiue prætor. Liuius, In prætorio, inquit, tetenderunt Albius & Atrius. claſſicum apud eos cecinit, ſignum ab eis petitum eſt. Decem millia ſtipatorum Auguſto fuere in decem partes diſtributa, & ſex millia collocata in præſidiis vrbis ſi Dionem audimus, qui à Suetonio diuerſus abit. Ea in quatuor partes diuiſa. Dio, καὶ οἱ σωματοφύλακες μέγιοι ὄντες, καὶ τετραχῆ νενεμημένοι. Scianus eos per cohortes ſeparatos in vnum murum coegit, vt mandata confertim & cito acciperent, & omnibus formidoloſi eſſent, quia vno muro clauſi. Dio, τὰς λόγας τῶν δορυφόρων ἰδίᾳ καὶ χωρὶς ἀλλήλων, ὥσπερ τὰς τῶν νυκτοφυλάκων ὄντας εἰς ἓν τεῖχος συνήγαγεν, ὥστε τὰ παραγγέλματα καὶ ἀνθρώπους καὶ διαδοχέων λαμβάνειν, καὶ φοβερὰς D πᾶσι εἶναι ἅτε ἐν ἑνὶ τείχει ὄντας ἐῤῥῶ. Prætoriani milites liberos & vxores in monte Albano habebant, vbi ipſi plærumque morabantur. Capitolin. in Maximino. Quare timentes milites quorum affectus in Albano monte erant.Herodianus lib.8.στρατιῶται οἱ περὶς τὴ ῥωμαίων πόλει στρατόπεδον εἶχον ὑπὸ τὸ καλούμενον ὄρος ἀγχοῦ ἔνθα παῖδας, καὶ γυναῖκας καταλελοίπεσαν. Diſertè ait caſtra prætoria fuiſſe ſub monte Albano. Spartianus in Caracallo. Pars militum apud Albani, Getam occiſum ægerrimè accepit. Dio, Victor, Tiberius, inquit, prætorias cohortes quæ diſperſæ proximis municipiis,ſeu Romæ, quæq; per domos habebantur, in caſtra apud vrbem redegit qua tenebantur; præfecturam appellans, vel augens prætorio. Plinius lib. 3. cap. 5. Caſtra prætoria commemorat, quæ Iuuenalis Scholiaſtes iuxta aggerem à Seiano poſita ſcribit, id eſt,ſuper Diocletianas. Galba cohortem Germanorum olim à Cæſaribus ad cuſtodiam corporis inſtitutam, atque multis experimentis fi- E delisſimam diſſoluit. Delegit autem & equeſtris ordinis iuuenes, qui manente annulorum aureorum vſu Euocati appellarentur, excubiasq; circa cubiculum vice militum agerent. Sueton. Manſit mos, vt eſſent in aula principum, qui Euocati Auguſti appellarentur.vet. Inſcriptio, Euocatus Auguſti. In Conſtitutione Hadriani ſunt inter vexillationes Palatinas, equites, peditesq; iuniores & ſeniores. Milites qui ad aulam eſſent, Herodianus & Zozimus Prætorianos vocant. ὑπὲρ δὲ μακείνε οἱ σωματοφύλακες, οἳ δορυφόροι δὲς δὴ παραπαιανὲς καλέσι, οἳ γενναίως ἀνθεσήκεσαν παντὶ τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἅτε ὄντες μέγιστοι τε καὶ ἐπίλεκτοι, vt Herodianus lib.2. *Stipatores, & corporis cuſtodes, quos Prætorianos vocant, pro Macrino fortiter obſtiterunt reliquo exercitui, vt qui eſſent maximè proceri, & electi.* Zozimus lib.2. τὰς δὲ τῶν ἄλλων στρατιώτας δὲς παραπαιανὲς καλέσι. Herodianus lib. 4. Equites prætorianos fuiſſe admonet.Dio in Seuero ſcribit prætorianis ob cædem Pertinacis equos ademptos. Sueton. in Calig. cap.45. parte prætorianorum equitum in proximam ſyluam præmiſſa. Victor in Conſtantio,

A Constantio, turmas prætorias commemorat. Domesticos equites intellige. Idem in Constantino, Odio, inquit, eorum quæ Maxentius patrauerat per prætorias legiones, prætoriæ legiones ac subsidia factionibus aptiora quàm vrbi Romæ penitus sublata, simul arma, atque vsus indumenti militaris. In castris prætoriis Heliogabalus occisus eodem auctore. Apud Sueton. lib. 3. Claudius petiit, vt sibi in curiam præfectum prætorio, tribunosq; militum inducere liceret. Apud Tacit. libr. 3. histor. sub Vitellio prætoriæ cohortes fuere 14. Vitellius, inquit, vt è somno excitatus, Iulium priscum, & Alphenum Varum cum 14. prætoriis cohortibus obsidere Apenninum iubet. Idem lib. 4. Annal. Tres vrbanas, nouem prætorias cohortes numerat. Quanquam, inquit, insideret vrbem miles, tres vrbanæ, nouem prætoriæ cohortes, Hetruria ferme, Vmbriaq; dilectæ, & vetere latio, & coloniis antiquitus Romanis. Dio, στράτευμα πολιτικὸν ἐν τοῖς τείχεσι, *exercitum vrbanum intra muros* fuisse ait. Romæ enim castra vrbana erant in quibus 6. millia militum ab Augusto posita ad custodiam vrbis, vt Dio scribit lib. 55. Quos ipse in cohortes quatuor sub quatuor tribunis disposuit.

B

In singulis cohortibus mille quingenti milites, de quibus consule Pub. Victorem in regionib. vrbis. Tacit. libr. 4. Annal. tres tantum vrbanas cohortes ponit. Vrbaniciani dicuntur l. qui mittuntur §. 10. D. ex quibus caus. maiores l. 15. §. 1. ad leg. Iuliam de adult. Symmachus lib. 2. ep. 14. filius meus, qui nunc cohortes vrbanas gubernat, quæ aliæ fuerunt à prætorianis. Tacitus prætorianas olim ex Hetruria & Vmbria lectas ait, Dio ex Italia, Iberia, Macedonia, Norico, καθεστηκότος ἐν τῇ Ἰταλίας, καὶ τῇ Ἰβηρίας, καὶ τῇ Μακεδονίας, καὶ τοῦ νωρικοῦ μόνον τοὺς σωματοφύλακας εἶναι, καὶ τούτου καὶ τοῖς εἴδεσιν αὐτῶν ἐπιεικεστέρων, καὶ τοῖς ἤθεσι ἁπλουστέρων ὄντων, τοῦτο μὲν κατέλυσε, καὶ τὸ ἄστο ὄχλω στρατιωτῶν συμμίκτων: *Cum ab antiquo institutum esset vt stipatores ex Italia, Macedonia, & Norico tantùm peterentur, quòd essent & specie mansuetiores, & moribus simpliciores, Seuerus id sustulit, & vrbem impleuit militibus miscellis, aspectu truculentis, voce terribili.* Quanquam autem Constantinus prætorianas cohortes sustulit: post eum tamen sub inferioribus principibus prætoriani memorantur. lib. 6. C. Theod. vbi & tribuni prætorianorum fit mentio. Imo & Nicetas in occasu imperij dixit προΐστασθαι τῆς τῶν πραιτωρίου φρουρᾶς, *præesse custodiæ prætorij.*

In qualibet cohorte 1500. milites erant.

C

CAPVT XXXIV.

De Speculatoribus.

D

INTER excubitores, & custodes corporis, videntur ij fuisse qui speculatores dicuntur, quasi qui in specula salutis Imperator. essent. Sueton. in Augusto cap. 74. qui speculator olim suus fuisset. In Claudio cap. 35. Claudius conuiuia inire ausus non est, nisi vt speculatores cum lanceis circumstarent, milites vice ministrorum fungerentur. Tacit. lib. 2. hist. Tres & viginti speculatores consalutatum imperatorem sellæ festinanter impositum, strictis mucronibus capiunt. Vetus lapis, P. Ælio Musiano speculatori legionis secundæ adiutricis. Speculator hic non fuit prætorianus. Lapis alius, Luc. Casario l. f. clu. speculatori. Item, schola speculatorum legionum primæ & secundæ adiutricum, piarum, fidelium. In nummis M. Antonini, cohortis speculatorum. In Euangelio Marci, ἀποστείλας τὴν σπεκουλάτωρα. Suet. in Calig. caligæ speculatoriæ meminit. Suidas σπεκουλάτωρος τοῦ δορυφόρου, *stipatoris.*

Speculatores quinam appellati.

E

Gradus speculatorum erat in officio l. 7. C de cohortal. Sueton. in Galba, descendentem Galbam speculator impulsu turbę lancea propè vulnerauit. Diaconus lib. 21. Speculatorem pro milite decollandi artifice posuit. Tunc, inquit, speculatorem rogauit senior omnium, vt ante omnes caput Romani militis abscinderet. S. Chrysost. ad cap. 4. Marci, & Theophylactus, σπεκουλάτωρ ὁ δήμιος λέγεται στρατιώτης ὃς πρὸς τὸ φονεύειν τέτακται: *speculator carnifex, miles ad decollandum ordinatus.* Sueton. in Calig. cap. 32. Miles decollandi artifex, quibuscunque è custodia capita amputabat. Martyrologium in passione S. Christophori. Christophorus λέγει σπεκουλάτωρ, δεῦρο τέκνον, ποίει τὸ κελευσθέν σοι ὑπὸ τῶν βασιλέως, *dicit speculatori, age fili, fac quod imperatum est à principe.*

Speculatorũ gradus.

Speculatores item milites dicti, qui literas ad Imperatorem ferebant apud Tacit. lib. 2. hist. & Sueton. in Calig. cap. 44.

Speculatores milites qui.

A

CAPVT XXXV.

De Germanis, Anglis, Barangis, Bardariotis.

Germani custodes Roman. Principum.

PAM olim Germani Rom. principibus corporis custodes fuere. Tacit. lib. 1. Annal. Robora Germanorum qui tunc custodes Imperatori aderant. Duplex enim custodia principibus, prætoriani, & Germani. Sueton. lib. 6 cap. 34. abductaq; militum, & Germanorum statione, contubernio quoque & palatio expulit. Tacit. lib. 13. Agrippinæ Germanos super eundem honorem custodes additos. Sueton. in Calig. cap. 43. Dio lib. 55. Equites peditesq; Batani. Habuit & Herodes in satel- B
litio Germanos, vt Iosephus lib. 17. vet. lapis, Hilarius Neronis Cæsaris corporis custos friso. De Germanis Capitolinus in Maximo, & Balbino. Ludis scenicis cum multi & milites, & Aulici occupati essent, & in palatio soli cum Germanis Imperatores remansissent. Prudentius,

Armiger è cuneo puerorum flaui comantum
Purpurei custos lateris, deprenditur vnus,
Proïcit & gemino geminata hastilia ferro.

Seuerus postea ipsos prætorianos è Germanis legit, vt scribit Dio.

Germani, Angli, Barangi, Romsubditi.

Imo & sub principibus senescentis imperij fuere Germani, Angli, Barangi, & alij corporis custodes. Nicetas in Alexio Manuel. filio, οἱ μὲ δορυφόροι τὰ ἀπὸ τ ὤμων ἐπεφόρτιζα ὡς C
καθιζόμενοι κατώκειναν, *stipatores gladios ex vna tantum parte acutos quos humeris gerebant, vt sederent de humeris deposuerunt.* Zonaras tom. 3. pagin. 245. τὼ ἐν τῆς ἐξκυβίτοις διειληφότες ὁδὸν ἐνδιαφῆ βαράγγοις ἡ κατάκλησις, *occupantes viam in excubitis, vbi Barangorum est statio.* Nicetas lib. 2. Andron. ὁ πελεκυφόρος βάρβαρος, *securiger barbarus.* Idem lib. 2. Isaacij, τ πελεκυφόρων καταρχων βρεττανῶν, ὃς νῦν φασὶν ἰγγλίνες, *securiferis præfectus Britannis, quos nunc Anglos vocant.* Codinus βάρβαροι ἰγκλισὶ τὰς πελέκεις αὐτῶν συγκρούοντες κτύπον ἀποτελοῦσι, *Barbari more Anglico secures concutientes sonum efficiunt.* Iosephus lib. 19. cap. 1. γερμανοὶ δορυφόροι. Idem de Caligula, τὸ κελτικὸν τάγμα, *cohors Celtarum.* Custodes ad aulæ ianuam Constantinopoli dicti Manclabitæ quasi maniclauio insigniti. Codinus de officiis τοιαῦτα ἐνδύματα ἐρυθρὰ ἐνδύουσι μὲ καὶ οἱ βαρδαριῶται ἀφ' ὧν ἐκ τ κόρτης, ἀλλ' ἐξ οἰκείων, ἀπὸ κεφαλῆς ἕως D
πόσου φόρεμα ἀγβρωτὸν, &c. pagin. 71. *Similibus indumentis rubris induuntur etiam Bardariotæ, pannis non ex corte, sed domo sumptis. In capite vero Persicum gestamen, quod dicitur angurotum, pannum habens citrinum pro opere ex margaritis. Appendent verò ad zonam cuiusque horum lora, quæ vocant maniclauia, aut quasi baculi, virgaq;, quibus fuste tundant eos qui fustuario digni sunt.* Erant & in aula Constantinopolitana equites stationarij quibus præerat ἀλογάτωρ, ipsi dicti stratiotæ. Codinus ἐν τῇ αὐλῇ οἱ δὲ παλατίκα στρατῶται ὀνομαζόμενοι ὅτω ἀβδομονὰ ἔχοντες ἄλογα ἐφ' ὧν ὁ ἀλογάτωρ: *In aula Palatij stratiotæ qui dicuntur milites stationarij, habentes equos quibus præest alogator.*

Securigeri.

Gregoras lib. 8. inter corporis custodes quosdam fuisse ait Securigeros, qui dicti Barangi Angli, quibus præerat acoluthus, alios stratiotas equites, nonnullos ensiferos. Inde Michael stratiota dictus. τ οἱ περὶ βασιλέα πελεκυφόρων, ὁ στρατιωτῶν, ὁ ξιφηφόρων καταδαρθάνειν μελλόντων. E

Monocaballi, dicaballi, tricaballi.

Erant & monocaballi, dicaballi, tricaballi, Megaloalogitæ. Codinus, ἦσαν ἐν τῆς κ τόποις φοδάτα τάγματα οἱ μὲ μεγαλοαλογίται ὀνομαζόμενοι, οἱ δὲ τρικάβαλλοι, καὶ ἕτεροι μονοκάβαλλοι: *Erant in locis vbi legiones castrorum turmæ, aliæ eorum qui proceris equis, aliæ eorum qui tribus, nonnullæ eorum qui vno equo vterentur.*

Bardariotæ qui dicti.

Constantinopoli Bardariotæ milites erant stationarij cum baculis & virgis, qui aulæ ianuam obseruabant, & equitante imperatore populum præeuntes summouebant, quibus primicerius præerat, vt ait Codinus, qui dictus πρωτοβεστιάριος.

Primiuirgius clauarius.

In Glossis Isidori primiuirgius, clauarius, qui primus est militiæ in virgis. Codinus Coccinas ei vestes, seu russas tribuit. Nicetas lib. 2 ὁ πελεκυφόρος βάρβαρος, οὐκ οἱ τὰ ὑσγινοβαφῆ φορέντες οἱ ῥαβδοῦχοι, ὁ τ ἀπάντων τις ἕτερος, *non securiger barbarus, non virgatores coccinis amicti aut vllus alius.* Nicetas de Alexio Manuelis filio, πρωτοσέβαστος φρουρᾷ δεσμοφύλαξ γερμανῶν, οἳ καθώμαδον τὰς ἑτεροτόμους πελέκεις ἀνέχασι: *Protosebastus à custodia comprehensus*

Germa

A *Germanorum qui ſecures in humeris geſtant.* Id temporis Conſtantinopoli fuere Angli, Barangi, & alij, de quibus Anna lib. 2. Alexiad. quorum nonnulli dicti *immortales*, ἀθάνατοι: quidam ἀπὸ τῆς Θούλης βάραγγοι, *Barangi ex Thule*: alij Nemitzi *gens barbara*, ἔθνος βαρβαρικόν. Immortales illi fuere ad exemplum immortalium in Perſide apud Herodotum, & Nicetam. Anna lib. 5. Alexiados Barangos memorat, & πελεκυφόρους, *ſecurigeros*, & *ij quos ferre ait in humeris enſes altera tantum parte ſcindentes*, τοὺς ἀπὸ τῶν ὤμων ἑτερόκοπα φερόντας ξίφη. Eoſdem Nicetas lib. 1. Alexij, Britannos, & Anglos appellat. ὁ τῶν πελεκυφόρων πενταρχῶν βρεττανῶν, οὓς νῦν φασὶν Ἀγγλίνους. *Centurio Britannorum ſecurigerorum, quos nunc Anglos vocant*, idem lib. 1. πελεκυφόρους, καὶ ὑπασπιστὰς, οἳ θυρεμάχοις ἀσπίσι καὶ πελέκεσι ἑτερορόμοις φέρεσθαι). *Securiferos & ſcutarios, qui prælongis clypeis, & ſecuribus altera tantum ex parte acutis ſepti ſunt.* Idem de Alexio Manuel filio, οἱ δορυφόροι τὰ ἀπὸ τῶν ὤμων ἑτερότομα ξίφη κατέσεισαν. *Satellites*
B *gladios altera ex parte acutos demiſerunt.* lib. 7. τὸν ἄρχοντα τῶν βαραγγίας τὸν ἀμπίτζη, *tribunum Barangorum Ampiten.* Barangi ſtationarij milites erant, ad fores triclinij Imperat. Codinus lib. de offic. οἱ μὲν γὰρ βάραγγοι θυρεικοὶ ὑπηρετοῦντες εἰς τε τὰς θύρας τοῦ παλλίου & βασιλέως, καὶ εἰς τὸ τρικλίνιον. *Barangi obſeruant ad fores conclauis, & triclinij Imperial.* Nicetas lib. 3. Andron. βάραγγοι τὰς μασχάλας κατεβίβασαν ἐπάνω αὐτῶν. *Barangi deſcenderunt ſecures ſuper eos.* Cantacuzenus lib. 2. c. 13. Securigeros Barangos vrbis claues afferre. Hos enim vrbium claues Imperatore præſente cuſtodire ſolemne erat. Habitabant in excubitis, qua ad Imp. palatium iter erat, vt Zonar. Codinus, ait eos Anglos fuiſſe, quorum Præfectus dictus ἀκόλαθος, quia præibat Barangis, qui principem ſequebantur, ait Codin. lib. de offic. Andronici lib. 2. Nicetas quoſdam Imperatoribus θεσκοίτας καὶ θεοφύλακας fuiſſe ait, *excubitores cuſtodes cubiculi.* Præter morem euenisſe ait, vt σωματοφύλακες
C καὶ δορυφόροι ἀποθέν τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος νυκτὸς κατεκοιμήθησαν, *corporis cuſtodes & ſatellites procul à cubiculo Imperatoris nocte cubarent.* Hi ſatellites & ſtipatores in occaſu Imperij principibus fuere.

CAPVT XXXVI.

De Excubitoribus, & alijs ſtipatoribus.



TIPATORES paſſim dicuntur excubitores. Simocata lib. 3. c. 11. ἠγεμὼν δ' ἦν ἐπὶ τούτοις ἐτύγχανεν ὢν τῶν τοῦ βασιλέως σωματοφυλάκων, καὶ ὑπασπιστῶν, ὃν κόμητα τῶν ἐξκουβιτόρων τῇ συνήθει φωνῇ τοῖς ῥωμαίοις καλοῦσιν. Euagrius lib. 4. c. 2. εἴ τε τὸν δῆμον τοῖς χρήμασιν ἐξωνησάμενος, εἴτε τὴν τῶν καλαμφόρων ἐξκουβιτόρων εὔνοιαν. *Dux erat ille ſtipatorum, & ſpeculatorum Imperatoris, comitem excubitorum vocant voce Romanis conſueta, quem olim comitem domeſticorum & protectorum appellabant. Siue Iuſtinus populum pecunia ſubornauerit, ſiue eorum beneuolentiam, qui dicuntur excubitores.* Balſamon de Chartoph. & protec. ἀπὸ ἐξκουβιτόρων δορυφορούμενον. *ſtipatum excubitoribus.* Excubita cohortem Imperatoriam vocant, vel ipſas excubias. Conſtant. Prophyrog. them. 12. orient. ᾧ γὰρ ἐξάρχων τῶν βασιλικῶν τάγματος τῶν καλαμφόρων ἐξκουβίτων. *Præerat cohorti regiæ excubitorum.* Ruffus in legat. milit. ὁ ἀφορισθεὶς εἰς τὴν παλατίου φυλακὴν τοῦ παλατίου, καὶ καταλιπὼν τὰς φυλακὰς καὶ ἐξκούβιτα ἐκάτερος τιμωρεῖται, *Is cui mandata eſt cuſtodia palatij, ſi deſerit vigilias, &*
E *excubita, vltimo ſupplicio afficitur.* Modeſtus de vocab. rei milit. De ſingulis centuriis quaterni equites, & quaterni pedites excubitum nocte faciunt. Iſidorus lib. 9. Excubitores ſunt in numero militum, & in porticibus excubant propter regalem cuſtodiam. Nobiles olim pro cuſtodia principis excubabant. Guntherus Ligurinus lib. 2.

Excubitores & ſtipatores.

Excubias regi primos celebrare fideles
Nocte vetuſtorum debent ex more parentum.

Sidonius Panegyr. 7.

———Locus, hora, dieſque
Dicitur Imperio, felix, ac protinus illic
Nobilium excubias gaudens ſolertia mandat.

Cohortes prætorias ſignificat Zozimus in Aureliano, οἱ τοῦ βασιλικοῦ τέλους ἐκ πάντων ἀρίστων συνειλεγμένοι, καὶ πάντων ἀξιωτέρους, *qui ſunt Imperatoriæ cohortis, ex omnibus optimi quique*

collecti, & omnium excellentissimi. Iidem videntur dicti μαχαιροφόροι. Menander in eclog. de legat. πρὸς τοῖς ἦ προσεδυσώπουν βαλεντῖνον, εἰς ἦ ὅτῳ τ βασιλικῶν μαχαιροφόρων, προτρέπειν τ φῦλον. *ad hæc inuitabat nationem per Valentinum, qui legatus futurus erat: is autem è regis stipatoribus fuit.* Puto leg. Δορ τ προσδ. A

Speculatorii arma. Speculatoribus arma fuere clypeus & lancea, machærophoris ex vna tantum parte gladij acuti. Iosephus lib. 3. Excid. c. 6. φέρουσι ἦ οἱ μὲν ὁπλῖται τ στρατηγὸν ὁπλίταις πέλτοις λόγχαις ἢ ἀκίδα. *Ferunt pedites prætoriani lanceam & clypeum.* c. 8. μεθ' οὓς ἀνὴρ ἐπισημότατος ἐξήλασε τοὺς τε ὁπλίτας τ πέλτων, ἢ ἱππέων τοὺς λογχοφόρους ἔχων. *Post quos Vespasianus mouit, electos ex peditibus & equitibus, quos lancearios vocant, habens.* Sueton. in Galba, descendentem Galbam speculator impulsu turbæ lancea propè vulnerauit. Arrianus lib. 1. c. 30. dissertat. οἱ ὁπλῖται μαχαίρας. *Stipatorum gladij oblongi.* lib. 4. Idem, δείκνυε μοι τὰς μαχαίρας τ δορυφόρων. ἰδὲ ἠλίκαι εἰσὶ, ἢ πῶς ὀξεῖαι. *Ostende mihi enses stipatorum. Vide quàm longi sunt, & acuti.* B Herodianus lib. 2. scribit, gladios auro argentóque ornatos prætorianis Didij Iuliani detractos. Apud Mauricium alij fuere scultatores ab excubitorib. lib. 9. ὁ ἔμπειρος σκεπτικὸς διώκῃ ἐκ τινῶν σημείων ἢ πρὶν ἢ τοὺς πολεμίους θεάσῃ καταλάβῃ τὸ μέτρον ἢ πλῆθος αὐτῶν. *Peritus scultator potest ex quibusdam signis, priusquam videat hostes, conijcere numerum eorum.*

Scultatores, & auscultatores dicuntur exploratores. Scultatores, & auscultatores hoc loco interpretor exploratores, σκοπὴ, *excubiæ.* Mauricius lib. 6. c. 11. ἐν μὲν τοῖς κέρασιν, ἢ σκόπιαις ἀναγκαῖον ἔχειν τὰ ἀσφαλίζεσθαι τοὺς φρουρούς, *necesse est, vt milites habeant sarcinas inter cursores, aut auscultationes, & excubias.*

Stipatores vocantur Scribones. Stipatores Scribonas dictos indicat Agathias lib. 3.. ὁ μαστριανὸς. εἷς δέ γε ὢν ὅτῳ τ ἀμφὶ τὰ βασίλεια δορυφόρων, οὓς δὴ καὶ σκρίβωνας ὀνομάζουσι. *Mastrianus. Is autem vnus erat ex regijs stipatoribus, quos vocant Scribonas.* C

Scribones qui appellati. Suidas tamen Scribona vocari putat, eum qui satellitibus præcellat. σκρίβων ὁ λατῖνος σωματοφυλάκων ὑπερέχων. *Scribo Latinis stipatorum primus, aut eminentissimus.* Simocata historiæ Mauricij lib. 1. c. 4. κομψόπολον ἄνδρα τ σωματοφυλάκων τ βασιλέως ὑπερέχοντα ὃν σκρίβωνα τῇ λατινίδι φωνῇ κατονομάζουσι. *Comentiolum vnum è custodibus corporis eminentem, quem Scribonem Latina lingua vocant.* Anastasius in Vigilio. Augusta misit Anthemium Scribonem cum iussionibus suis. Simocata lib. 7. c. 3. Scribonem pro stipatore ponit, ἕνα τινα τ τ βασιλέως σωματοφυλάκων, ὃν σκρίβωνα ῥωμαῖοι κατονομάζουσι. *Vnum aliquem è stipatoribus, quem Romani vocant Scribonem.*

ἐφεστρίδες, seu saga militaria Sub armis prætorianorum militum erant ἐφεστρίδες, seu saga militaria, quæ dicuntur subarmalia, quæ sub armis fibula nectebantur. Spartia. in Seuero, Prætorianos cum subarmalibus inermes sibi iussit occurrere. Herodianus πάντας ἐξελθεῖν κελεύει εἰρηνικῇ σχήματι, ὥσπερ εἰώθασι θύοντῳ, ἢ ἑορτάζοντῳ βασιλέως θεοπομπεῖν. mox πομπικὰς ἐσθῆτας. vocat idem ἐφεστρίδας, ὑπὸ τ ὠμοπλάτων. *sub armis saga fibula nexa.* Trebellius in Claudio, subarmale profundum ducum purpura ornatum, ποδῆρες, *talare.* Dicuntur igitur satellites, speculatores, domestici, protectores, excubitores, prætorij milites. Theodoret. lib. 3. histor. eccl. ἀσπιδοφόρους βασιλέως πεζεταίρους, *Scutarios regis pedites.* Corippus lib. 3. D

Vela tegunt postes, custodes ardua seruant
Limina, condensi numeris, nutúque tremendi:
Verum vt contracto patuerunt intima velo.

Custodes ex Illyrico. Erant & custodes ex Illyrico, qui in porticibus excubabant. Tacitus lib. 1. hist. Missus est & Celsus Marius ad electos Illyrici exercitus Vipsanij in porticu tendentes. lib. 2. Sed E miles in porticibus, aut delubris. Isidorus lib. 9. excubitores sunt in numero militum, & in porticibus excubant propter regalem custodiam. Iidem dicti satellites. Sidon. lib. 2. e. 13. qui septus armis & satellitibus. Boët. lib. de consolat. Philos. 3. pr. 3. Potentem censes qui satellite latus ambit. Cyprianus lib. 2. e. 2. Sit licet satellitum manu septus, ac clausus, protectum latus numeroso stipatore tueatur: Sidonius Gotthos excubantes Theodorico, satellites pellitos vocat ep. 2. lib. 1. Sed & latrones ac Laterenses dicti. Varro lib. 7. de lin. Lat. & Festus, latrones quasi laterones, qui circa latera regis sunt, quos nunc satellites vocant. Seruius ad lib. 12. Æneid. Laterenses, qui latera regum stipant. Tertullianus aduersus Marcion. Salisberiensis, Polycrat. lib. 1. c. 19. Laterales. Festus.

Stipati ferro circumdant corpora regum.

Iidem stipatores. Egesippus lib. 1. c. 34. Quadringenti quoque stipatores ex Gallia ad custodiam regi concessit. Sulpitius Alexander lib. 4. histor. militaris rei cura Francis

satelliti

A satellitibus tradita. Apuleius lib. de mundo. Ante fores viri fortis, stipatoresque regalium laterum. Constantinus magnus tres comitum ordines repperit, tres militum, Palatinos, Comitatenses, Pseudocomitatenses, Eusebius lib.4. de Constantino. c.1. l.10. C.Theod. de numer. Palatini cæteris fuere digniores, Comitatenses loco Prætorianorum, Pseudocomitatenses eosdem præfectos, ordines, & symbola habent. Alij fuere aulici, quos Basilicos Suidas vocat in Zenone. βασιλικοὶ ἐν ἐξουσίᾳ γενόμενοι τῶν ἄδδην τὰ δημοσία καταναλίσκειν. *Regij, seu aulici, qui potestatem habent, vt publica vorent auidè, & absumant.* Comitatensium & aliorum equitum erant vexillationes. Vexilla purpura & auro insignia quadrata forma fuere, vt Cedrenus. Nulli ab vno ordine ad alium sine Principis iussu licuit transire. Erant vexillationes Palatinæ, legiones Palatinæ, auxilia Palatina. Carolus magnus in solemnitatibus coronam regiam, & sceptrum gerebat, Natali, Pascha, Pentecoste, die B S. Iacobi. Ante eius tribunal spatha nuda more Imperiali ferebatur. centum viginti fortes orthodoxi constituebantur ad custodiendum, quorum quadraginta primam noctis vigiliam trahebant, 10. ad caput, 10. ad pedes, 10. ad dexteram, 10. ad læuam, manu sinistra nudam spatham, sinistra ardentem candelam tenebant, ait Turpin. c.20. Nemini nisi qui dux esset ducere armatos in palatium, aut conuiuium Imperatoris fas erat vt scribit Procopius lib.1. Gotth.

CAPVT XXXVII.

De Protectoribus.

C

PROTECTORES & Domestici dicti sunt, qui latus Imperatoris protegerent, & domestici corporis custodes essent, δορυφόροι, & σωματοφύλακες à Græcis appellantur. Dignitas vocatur ab Ammiano lib.30. Item l.5. de vetera. C.Theodos. l.2. de testimon. ex tribun. & protect. eodem. Honor dicitur l.4. C.Theodos. de lustr. collat. Erant in officio aulæ. Firmicus lib.3. c.13.14. Imperatorum protectores vocati. Ammianus appellat lib.22. Palatinos. Domesticos protectores lib.14. l.9. de domest. & protect. C.Theodos. Corippus lib.4. *Protectores & Domestici.*

Hinc armata manus dextram, læuámque tuetur
D *Cæsarei lateris. Clypeis pia turba tegebat*
Ingens excubitus, protectorúmque phalanges
Fulgebant rutilo pilis splendentibus auro.

Militare inter protectores l.9. de diuin. offic. & appart. C.Theodos. glossæ Basilicon protectores πριμοσκουταρίους, ὑπερασπιστάς interpretantur. Menander de legationibus, προτίκτωρ δηλοῖ τὴν εἰς τοῦτο καταγαγόμενον ἀξίας τὴν βασίλειον προσκεπαστήν. Instituti sunt protectores à Gordiano. Cedrenus, μετὰ δὲ τοῦτον ἐβασίλευσε ἰουνίωρ μῆνας τρεῖς, ὃς πρῶτος ἐποίησε κανδιδάτον, καὶ προτίκτωρας. *Post hunc regnauit Iunior tres menses, qui primus fecit candidatum & protectores.* Delegabantur ex his, qui militem vagum inquirerent. C.Theodosiano lib.7. l.10. tit.17. Cedrenus, καὶ τὸ τάγμα σχολαρίων συστησάμενος ἐκάλεσεν αὐτὸ ἰουνιώρων. Capitolinus tamen protectores fuisse ostendit sub Gordiano seniore. Sic enim in Maximino. Gordia-
E nus Carthaginem venit cum pompa regali, & protectoribus, & fascibus laureatis, occiso Valentiniano duce militum Prætorianorum. Sed & sub Caracalla protectores fuisse docet Spartianus, longe ante Gordianum. Protectoribus rei custodiendi sæpe mandabantur. Ammianus lib.29. Romanum cum domesticis custodiendum protectoribus mandauerat fidis. Symmach. lib.10. ep. 48. Ammia. lib.14. Præfecti custodiam protectoribus mandauerat fidis. l.3. ad l.Iul. repet. C.Theodos. Dux Natalis sub custodia protectorum. Symmach. lib.3. ep.67. Huiusmodi veteranis prærogatiua debetur, vt illis protectorum dignitas tanquam præmium longi laboris accedat. Paulinus Nolan. in hac militia soletis in votis habere hanc officij promotionem, vt protectores efficiamini. Protectores dicuntur Spatharij, vt Procopius in ἀνεκδότοις. Sunt & alij in palatio longe præstantiores, quibus maius stipendium soluitur, ac dignior militia honestat. Dicuntur domestici protectores. In palatio conscribi solent, vt sit ordo, qui tantùm personæ operam præstet. Horum alij Byzantij, alij in Galatia, nonnulli aliis in locis statuuntur, C. Theodos. tit. de domest.

protect.

protect. Socrat. lib. 1. c. 13. fuere protectores sub Caracalla. Spartianus Caracalla in scapham cum protectoribus se recepit, & vesicæ leuandæ causa inter protectores suos equo descendit. Suidas & Zonaras in Diocletiano, equites propriè domesticos, pedites protectores. Corippus lib. 3. A

Ingentes astare viros scuta aurea cernunt,
Piláque suspiciunt alto splendentia ferro
Aurea, & auratos conos, cristásque rubentes.

Ammian. lib. 15. Se domesticum protectorem fuisse scribit. ex primicerio protectorum tribunus factus. Filij locum tenebant patrum domesticorum mortuorum & protectorum, matriculis inscripti quaternas annonas capieb. l. 2. de domest. & protecto. l. vlt. Protectores principi semper aderant, purpuram eius osculabantur l. 3. 4. C. Theodos. de domest. l. 1. C. eod. l. 1. C. de appar. Præf. præt. l. 1. C. de appar. Præf. vrbis. l. 1. C. de comitib. & tribun. scholar. l. 1. C. de silentiar. l. 2. C. de Fabricens. Protectores armatam militiam habentes, non tantum defendendi corporis sui, verum etiam protegendi lateris nostri sollicitudinem patiuntur, vnde protectores dicti, & sunt in acie, ait Imperator l. 9. C. Theod. de domest. Primicerius protectorum plerumque fit tribunus. Protectores Theodoret. λογχοφόρους vocat, *lancearios, hastatos*, lib. 3. c. 5. Valentinianus sub Iuliano χιλίαρχος ἦν τῶν περὶ τὰ βασιλεῖα τεταγμένων λογχοφόρων ἡγούμενος, *tribunus erat speculatorum palatinorum.* Glossæ vet. προασπιστὴς ὁ νῦν προτέκτωρ. Protector domesticus Hermogenianus ex magistro equitum filius, apud Ammian. Domestici protectores perueniunt ad sacram purpuram adorandam. Osculandi cum salutauerint vicarios præfecti prætorio potestatem habent, lib. 6. C. Theodos. tit. 7. Protectores protegunt latus nostrum eiusdem cum domesticis dignitatis inter allectos velut ex consularibus habentur lib. 6. C. Theodos. tit. 24. l. 6. Ammianus lib. 30. post dignitatem protectoris & tribuni. Erant in officio aulæ. Firmicus lib. 3. c. 13. 14. Astrono. Ammianus lib. 22. palatinos eos vocat. Cassiodorus in fastis Caligulam occisum esse ait à suis protectoribus. Protectores pro militibus prætorianis posuit. B C

CAPVT XXXVIII.

De Domesticis, & stipatoribus.

D

Domestici & stipatores.

PERIANDER primus omnium in Græcia δορυφόρους, & stipatores habuit, auctore Diogene Laërtio in Solone: deinde Pisistratus κορυνοφόρους, *clauigeros.* Sed multo ante in sacris literis stipatores, & corporis custodes regibus fuere, Dauidi, Salomoni, & aliis. lib. 4. Reg. c. 6. ὁ τριστάτης ἐφ' ὃν ἀνεπαύετο ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῆς χειρὸς αὐτοῦ. *Protector in cuius manu rex requiescebat.* Hesychius, τριστάται οἱ περὶ χεῖρα τοῦ βασιλέως ἔχοντες ἀνὰ τρεῖς λόγχας, *Circa regis manum satellites erant, qui tria hastilia gerebant.* Iam olim custodes corporis in pretio fuere apud reges. Herodot. lib. 1. Gyges Candaulis αἰχμοφόρος, ᾧ καὶ τὰ σπουδαιέστερα τῶν πραγμάτων ὑπερετίθετο ὁ καυδαύλης, *lancearius & speculator, cui rex maximi momenti negotia committebat.* Arrianus lib. 4. Alexander σωματοφύλακες præficiebat ὑπασπισταῖς βασιλικοῖς, *corporis custodes regijs scutarijs.* Plutarchus lib. de Philadelp. In Perside & Asia regum fratres sunt stipatores fratrum, τὰ δόρατα λάβοντες δορυφοροῦσι βασιλέα. Callisthenes lib. de Alexandro, Antigonum μέγαν ὑπασπιστὴν, *magnum armigerum* Alexandri fuisse ait. Euripides, φρουραῖς κέκασται, δεξιαῖς τε δορυφόρων. *Custodijs ornatus est, & dextris spiculatorum.* Arrianus lib. 6. Alexandro magno septem tantum fuisse σωματοφύλακας ait, qui militibus præessent. Is Peucestam cum satrapam Persidis constituisset, εἰς τοὺς σωματοφύλακας κατέλεξε, *in albo spiculatorum recensuit.* c. 26. lib. 1. Regum. Rex Saul ait ad Dauid, ἀρχισωματοφύλακα ποιήσω σε. Ioseph. l. 7. origin. Dauid Banaiæ τὴν τῶν σωματοφυλάκων ἀρχὴν παραδίδωσι. lib. 17. c. 10. Herodes, δορυφόρους, τὸ θρακικὸν, καὶ τοὺς γερμανοὺς, καὶ τὸ γαλατικὸν, habuit *stipatores, præterea Thraces, Germanos, & Gallos.* Dionysio, & Alexandro Pheræo excubitores fuere compuncti notis Threiciis apud Ciceronem. Virgil. 9. Æneid. E

Armiger ante fuit, fidúsque ad limina custos.

Sidonius

A Sidonius lib.1. c.1. de Theodorico Gotthorum rege. Armati regiæ domus liminibus adſiſtunt. Barones appellat Oppius lib. de bello Alexand. Concurritur ad Caſſium defendendum. Semper enim Barones, pluréſque Euocatos ſecum habebat. Iſidorus lib. 19. origin. Mercenarij dicuntur Barones, quòd ſunt fortes in laboribus, vt Ambacti & Soloduri Cæſaris. v. gloſſ. Baro ἀνὴρ σθεραῤῥὸς. De Thracibus Heſychius, μισθοφόρους θεμάτας οἱ τῆς βασιλίδος φωνικὰς χρείας πληροῦντες. Conſtantinus Porphyrog. ἔξαρχος βασιλικὴ ταγματος ἐξκουβίτων, *Præfectus cohorti excubitorum.* Domeſticos certè Suidas equites ac milites regiæ domus interpretatur, δομέστικοι ῥωμαίων ἵππεις, οἱ κατ' ῥωμαίους οἰκειακοὶ στρατῶται. Zonaras in Diocletiano, Diocletianus dux Myſiæ fuit, ἄλλοι δὲ κόμητα δομεστίκων αὐτὸν φασὶ: δομέστικοι δέ τινες τὰς ἱππέας νομίζουσι. Socrates lib.1. eccl. hiſto. τὸν δορυφόρων τις ἐς οἰκείας καλεῖ ὁ βασιλεύς. *Stipatorum aliquis quos domeſticos rex vocat.* lib.3. c.21. ἐν τοῖς οἰκείοις τοῦ
B βασιλέως στρατοῦμενος. lib. 4. c.1. ὃ ἄλλης ἦν ἐν τοῖς οἰκείοις τοῦ βασιλέως ἑστάτους, *valens inter domeſticos Imperatoris militabat.* lib.1.hiſtor.tripart.c.37. male vertitur, inter familiares. Ammianus lib.21.Dagalaphum præfecit domeſticis. Ætate Diocletiani domeſtici fuere, Trebellius, Diocletianum, inquit, domeſticos tunc regentem. Non tantum erant domeſtici Imperatoris, verum & Ducum. Agathias lib.1. Zandilus Præfectus domeſticorum Narſetis. Ammian. lib.25. Vitalianus Conſiſtorio domeſticorum iungitur, Herulorum è numero miles. lib. 26. Serenianus olim ſacramento digreſſus, recinctus eſt vt Pannonius, Sociatúſque valenti domeſticorum præfuit ſcholæ. Caſſiodorus lib.1. Domeſtici partis equitum, qui noſtræ aulæ iugiter excubant. Dio domeſticos vocat στρατώτας καισαρείας. vet. inſcriptio, Domeſticorum comes ſtilico, & ſtabuli ſacri Palatij ſub Arcadio & Honorio, comes vtriuſque militiæ. Diaconus lib.22. Domeſticorum præfuit ſcholæ, non-
C dum magiſter, ſed comes exercitui præponitur. Zozimus lib.5. Ellebuchus qui domeſticis equitibus præerat. Rufinus lib.1. c.10. Baracurius rex Iberorum comes domeſticorum Imperatoris. Procopius primo vandal. Martianus dixit ſe Aſparis eſſe omnium arcanorum ſocium, quem domeſticum vocant. Comites domeſticorum illuſtres erant, & magnifici, vicéſque magiſtri militum in domeſticos agebant, l.1. C.de ſilent.l.reſtituendæ C.de aduocat.diuerſor. iudic. Alij fuere domeſtici de quibus Malchus lib. de legationib. τὰς πεζαγωγίας τῶν λημμάτων τῆς ἀρχῆς ἃς δομεστίκας καλοῦσι ῥωμαῖοι, *perductores compendiorum & lucrorum Imperij, quos domeſticos vocant.* Iterum, αἰδοίγῃ τῷ τῶν λεγομένων δομεστίκων ἀρχοντος, *Aedoigo domeſticis Præfecto, quæ dignitas circa regem magna eſt,* μεγάλῳ τινὰ ἔσαν πρὸς τὴν βασιλέα.

Equites propriè domeſtici, pedites protectores, Suidas & Zonaras in Dioclet. l. reſti- *Domeſtici*
D tuendæ C. de aduocatis diuerſor. iudic. domeſtici equites, pedites præſentiales. Hi ex *equites, pedites protectores.*
ſeptem ſcholis 350. Armeniorum, electi Palatium cuſtodiunt, vt Suidas in verbo σχολάριοι, & ὑπασπίσται, quia duo millia Iuſtinianus addidit, qui ſupernumerarij dicti. Dioclerianus addiderat duas alias ſcholas Scutariorum, Iouianam & Herculianam vt Nicephorus lib.2. c.1. Sozomenus lib.6. Ammianus lib.14. Infamabat hæc ſuſpicio Latinum domeſticorum comitem, & Agilonem tribunum ſtabuli, atque Studilonem Scutariorum rectorem. Poſtea ſubiungit, ſtudilo Scutariorum tribunus. Iouiani & Herculiani erant ſub magiſtro officiorum l.2. & vlt. C.de domeſtic. l.vlt. C.vbi ſenat. vel clariſ. Zonaras in Theophilo ſcholas domeſticorum vocat. Singulæ ſcholæ 50.milites tenebant,l.1.C.Theodoſ. de domeſt. quibus ſex capitationes & plures annonæ. Sholæ dicuntur, quia non legiones, cohortes, auxilia. Inter domeſticos decem primi eminebant dignitate & ſtipen-
E dio, clariſſimi dicti l.1. C.Theod.de præpoſit.labor. Præter decem primos quinquaginta ſequentes fortes vexillum Saluatoris tuebantur, quod ſinguli ordine portabant. Euſeb. lib.2. Conſtant. c.8. διὸ δὴ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ὑπασπιστῶν τοῖς μὲν σώμασι ἰσχύι μὲν ψυχῆς ῥώμῃ μὲν θεοσεβείας τέρψεσι εἰκείοις μόνῃ τῇ τοῦ σημείου δόξῃ περισπαρτῶν ἐπέλοσεν. ἦσαν δὲ αὐδρες τὸ ἀριθμὸν οὐκ ἧττες πεντήκοντα, οἷς δὲν ἕτερον ὡὶ μόνον ἢ κυκλοῖ μὲν περιέπειν δορυφορία τὸ σημεῖον ἀμοιβαίως ἐκάστε αὐτὸ ὑπὸ τῶμων φέρονθ. vide pag.229. Illi & clariſſimi erant l.1. C. Theodoſ. de præpoſit. Labor. Fiſci patroni binos viros quotannis offerebant, qui in domeſticorum equitum ac peditum demortuorum locum ſuccederent, modò duo millia ſolidorum comiti perſoluerent. l.3. C.de præpoſ. labor. l.2. C.de excuſation.muner. l. reſtituendæ C. de aduocat. diuer.iudic. l.3. C.Theodoſ. de domeſtic. Poſt Iuſtinianum ſcholarum Præfectus dictus eſt domeſticus. Zonaras in Michaële Theophili filio, & in Conſtantino Leonis filio, Phocas Bardas magiſter, & domeſticus ſcholarum Orientis. In Romano puero, Ioannes ſcholarum Orientis Præfectus, copiarum Orientalium

domeſti

domeſticus. Romanum Occidentis domeſticum renuntiatum iri. In Niceph. Phoca, Stypiota ſcholarum domeſticus. Magnus domeſticus, qui ante principem ferebat ſpatham. Domeſticorum primiceriatus fuit annuus, vt primiceriatus largitionum l. 11. C. de Palat. ſacr. largit. Ammianus lib. 22. Valentiniano regenda ſecunda Scutariorum ſchola committitur. P. Diacon. lib. 23. Domeſticus ſcholarum. Cedrinus in Theodora. Domeſticus ſcholarum frater Imperatricis, quæ ſumma dignitas. Domeſtici & notarij conſulibus æquantur. C. Theodoſ. lib. 6. Ammianus, Domeſticorum comitem. Marcel. comes. Domeſticorum comes Romanus, & Ruſticus comes ſcholæ. Procop. lib. 2. Gott. Iuſtinianus Beliſarium ſui corporis cuſtodem principem, & Orientis Præfectum facit. Domeſtici & protectores tantæ dignitatis erant, vt duo aut tres ſæpè cum ducibus velut ſocij conſiliorum mitterentur, lib. 2. Perſ. Procop. Præter primicerium domeſticorum decem ſequentes ſibi ſenatoriam vindicabant dignitatem, fiebántque clariſſimi inter allectos lib. 6. C. Theodoſ. tit. 24. l. 6. Primicerius Domeſticorum poſt acceptum tribunatum æquatur ducibus & ſenatoribus, lib. 6. tit. 24. C. Theodoſ. l. vlt. Domeſtici equites & pedites in Notitia. Firmum Domeſticum meum militiæ ſtipendiis cum honeſtate perfunctum. Symmachus lib. 3. e. 67. Domeſtici interdum dicuntur οἰκεῖοι, qui ſunt in familitio principis. Caſſiodorus lib. 10. ep. 5. à Domeſticis volumus inchoare diſciplinam. Piſides in Examero,

ὡυτὸς ἢ δῶρα λαμβάνειν ἐπείγε),
πλώχης ὑπάργὸς, ἀξιοχρέως ἔχων,
ὡς εἴ τις εἴποι πιστὸς δομέστικος.

Ipſe dona accipere properat, habens pauperes adminiſtros dignos, & aſſiduos, vt ſi quis dicat Domeſticos fideles. Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 300. ſcribit ad Sozomenum Domeſticum τῆς ἐπάρχε, *Præfecti vrbis*. Simocata lib. 8. c. 13. Præſentinus ὁ τὰς τῆ πέτρε πεπιςδυμμένῳ φροντίδας, ὃν δομέστικον εἰώθασιν οἱ ῥωμαῖοι ὀνομαλεῖν, *cui Petrus ſuas curas commiſerat, quem Domeſticum Romani vocant.*

Domeſtici varij. Domeſtici item dicuntur omnes adiutores, ſiue miniſtri legitimè conſtituti, tum in Palatio, tum in foro, tum in ordine eccleſiaſtico. In Palatio Domeſticus menſæ, comes Domeſticorum, magnus Domeſticus, ſcholarum Domeſticus, murorum vel regionum Domeſticus. In foro Domeſtici iudicum miniſtri, C. de adſeſſor. & miniſt. In clero Domeſticus chori, Domeſticus ianuarum, de quibus Codinus lib. de offic. δομέστικος τειχέων, *architectorum*, τῶ τείχων ἐπιμελέτας, εἴ τινος τὰ καστρὰ χρειοπόησεως δέοιντο εἰς τὸ ἀνακτίζεσθαι, *muros curat, ſi caſtra reſtauratione egent.* Domeſtici ἐπιμεληταὶ δημοσίων πραγμάτων Codino, *publicorum negotiorum curatores.*

Domeſticatus quid. Domeſticatus apud Caſſiodorum, δομεστικεῖον Domeſticorum officium. δομέστικος τῶ φροντίζων τὴ ἐπιμελέμενος τῶν τῆ δημοσίε πραγμάτων, Codin. δομέστικοι τῶν ἀνατολικῶν καὶ δυτικῶν θεμάτων. Domeſticus thematis, Leo conſtit. 3. c. 60. Domeſticos ſcholarum Niceph. lib. 7. c. 18. Zonaras t. 3 Domeſticatus militia. Ioannes Epiſcopus Citri in Reſponſ. ἡ τῆ δομεστικε προστασία καὶ λατίνες τὴ ἐξαρχίαν, τὴ προηγέμενον, τὴ ἐπισατῶν δηλοῖ. *Domeſticus Latinis ſignificat præpoſitum, præfectum, ducem.* εἶτα ἢ καὶ ὅλως τῆ βασιλικῆς ταξιαρχίας λέγε) δομέστικος ἀνὰ μέρος καὶ ἀνατολῆς, καὶ δύσεως, καὶ χολῶν. καὶ τὴ αὐτὸν ἢ λόγον καὶ τῆ σκηνησιαστικῆς τάξεσι δομέστικος λέγε), εἴ τ' οὖν ᾠδικὸς καὶ ἐπισάτης τῶν μελωδιῶν, καὶ τῶν μελωδῶν, οἷα εἰς ῥυθμὸν καὶ τάξιν καθιστῶν αὐτὲς, καὶ τὰ μελωδήματα. *in militia Imperatoris Domeſticus Orientis, Occidentis, ſcholarum appellatur. in ordinibus eccleſiaſticis Domeſticus qui regit cantus, præpoſitus cantoribus, & canticis, quaſi eis rythmum & ordinem præſcribens & concentui.*

Domeſticus eccleſiæ. Erat in eccleſia Domeſticus dextri & ſiniſtri chori. Item Domeſticus τῆ ψαλτῶν *cantorum*, qui dicitur πρωτοψάλτης καὶ ᾠδικός. Gloſſæ Baſilicon, δομέστικος τῆ θέματος ὃς μὴ κόμητος χόρτης εἰς τὸν πρόελδσιν τῆ στρατηγῆ τάττει). *Domeſticus thematis, qui poſt comitem cortæ ad producendum ducem ordinatur.* Domeſticus Optimatum. Domeſticatus pro militia equeſtri apud Gregor. Turon. A Conſtantino magno princeps Ruſſiæ accepit dignitatem hæreditariam, vt eſſet Domeſticus menſæ. Gregorius lib. 7. Luithprandus de rebus Europæ lib. 3. c. 7. Phocam verò Domeſticum maiorem fecit, id eſt, terreſtris exercitus ducem. De magno Domeſtico conſule Codinum. Gulielmus Tyrius lib. 2. c. 5. de Bello ſacro. Megadomeſtici dignitate, quem nos maiorem Seneſchalum nominare conſueuimus, fungeretur, ab Imperatore ſecundus. Nicetas in Iohanne Comneno, μέγας τιμηθεὶς δομέστικος, ὡς καὶ πολλὰς τῶν ἐσπίμων καὶ χθὸς βασιλέων ὑποβαίνειν ἔ ἵππε, κἀν τέτῳ ὑπονέμειν προσκύνησιν καὶ συγκυρίαν ὑπαντιάζοντας. ὁ δομέστικος τῶν χολῶν πάλαι μὲν εἶχεν ὑπηρεσίαν χεδὸν τῶ ὁ

μέγας

A μέγας δομέστικος. νῦν ἢ ἐλάττων ait Codinus. *Magnus domesticus factus, cuius tanta dignitas est, vt multi reges honorati desiliant de equo, & ei ad orationem præbeant, si in eum inciderint. Domesticus scholarum olim idem munus sustinebat, quod magnus domesticus, hodie nullum.* Gregor. Turon. lib. 2. Gaudentius pater à domesticatu exorsus, militiam ad magisterij equitum culmen prouectus est. Sozomenus lib.6. c.6. Iulianus Augustus Valentinianum σωματάρχλω ὄντα, τῶν καλουμένων ἰωβιανῶν τὸ στρατᾶς ἀπεώσατο. *Tribunum Catalogi eorum qui dicebantur Iouiani exauctorauit.* ἔθος γὰρ παλαιὸν ῥωμαίοις τὸν ἡγούμενον τῶν ἰωβιανῶν, καὶ ἡρκουλιανῶν, τάγματα δὴ ταῦτα τῶν ἐν λόγῳ στρατιωτῶν, τὰ μὲν ἀφ' ἡρακλέους, τὰ δὲ ἀπὸ διὸς, λαχόντα τὴν προσηγορίαν, καὶ νῶτα ἀεὶ φύλακα ἕπεσθαι τῷ βασιλεῖ. *Mos antiquus Romanis, eum qui præsit Iouianis & Herculianis, cohortes sunt militum honoratorum, quorum alij à Ioue, alij ab Hercule dicti, semper à tergo Imperatorem sequi.*

B Custodum autem Principis alij ad fores Palatij stabant, alij ad ipsas cubiculi fores. Plutarchus τὴν προφυλάττουσαν ἀεὶ αὐλὴν vocat. Sueton. lib. 6. c. 47. Stationem militum, & custodes cubiculi. Excubitores, Protectores, domestici, vigiles dicti. Græci recentiores βίγλας vocant. Constantin. Porphyroge. in Chorographia, ἐκρατήθη πρὸς τῶν βιγλῶν τοῦ σολδανοῦ. *detentus est ab excubitoribus Soldani.* Phranses lib. 2. c. 17. Drungarium biglæ. Euagrius lib. 5. cap. 2. ὑπασπιστὰς *armigeros* vocat. Quanquam δορυφόροι honestiori loco fuere, quàm ὑπασπισταί. Iustinus Imperator Iustino cognato suo τὲς ὑπασπιστὰς, καὶ δορυφόρες, καὶ σωματοφύλακας προῃρέμην, τάς τε παρ' αὐτὴ περόδες ἤρχον. *armigeros, stipatores, custodes corporis ademit, & eorum processus inhibuit.* Reges Persarum habebant & comites excubitorum. lib.4. Simocata, Sarames τῶν τοῦ βασιλέως χορεὸς σωματοφυλάκων ὑπισατῶν. Eosdem peripolos, seu circitores vocat lib. 5. τῶν ἢ περιπόλων τοῦ αὐτοκράτορος τὰς αὐλαίας

C τῇ βασιλικῇ προβαλλομένων δορυφορίᾳ πρὸς κοσμιότητα. *Cum excubitores Imperatoris papiliones & conopea regio satellitio ad ornatum circumposuissent.* Satellites item & stipatores Spatharij dicti. Mauricius lib.2. c.9. strateg. ὅπισθεν ἢ αὐτὲ δῶδυ τὲς σπαθαρίες. Adelmus, in Annalibus Irene Imperatrix è Constantinopoli misit legatum nomine Leonem Spatharium, pacis confirmandæ gratia inter Francos & Græcos. vnde & σπαθαροκανδιδάτοι, qui *Spatharij sunt & candidati.* Constantin. Porphyrog. τιμηθεὶς καὶ διαφόρες καιρὲς καντιδάτος, στράτωρ, σπαθάριος, σπαθαροκανδιδάτος. Prothospatharij dignitas magna. In ecloga legum Leonis & Constantini tit. 10. θεσπίζομεν τὲς φιλοφανεστάτες ἡμῶν πατρικίες, καὶ δὴ καὶ τὲς μεγαλοπρεπεῖς προτοσπαθαρίες, δι' ἐντολέως τὰς χρηματικὰς ἀγωνίζεσθαι δίκας. *Edicimus, vt illustrissimi nostri patricij, & magnifici Prothospatharij per procuratorem causas pecuniarias disceptent.* Codinus eam dignitatem intercidisse ait. Scutarij item Imperatorem stipabant auctore Zozimo

D lib. 3. qui dicuntur Scutati lib. 1. Veget. c. 20. Ammianus lib. 25. Valentiniano regenda scutariorum secunda schola committitur. lib. 20. Equitius tribunus scutariorum. Ætate Mauricij inter Stipatores erant & corynofori, qui claues gererent, quales olim fuere Pisistrato Athenis. Simocata lib. 8. c. 1. Imperator iubet τοῖς σωματοφύλαξι ἀπειλεῖν τὰ σιδηρᾶ καὶ τὰ ὀπτόντων κορώνας, *vt Stipatores minentur, & metum intentent clauis ferreis, quæ Latinis Distria dicuntur.* ταῦτα ἢ τῇ ῥωμαίων φωνῇ δίστρια λέγεται.

Protectores & domestici videntur ij fuisse, quos Plutarchus αὐλικὲς καὶ στρατηγικὲς vocat, *aulicos, & strategicos, numero & loco Stipatorum.* τάξιν ἔχοντας δορυφόρων; quos Martialis lib.6. sacri lateris custodes, Herodianus lib.2. & 5. φυλάσσοντας τὴν βασιλικὴν αὐλὴν δορυφόρες appellat, *aulam Principis custodientes Stipatores.* Mamertinus in Panegyr. Iuliani, arma igitur & iuuenes cum gladiis atque pilis non custodiæ corporis sunt, sed quidam Impe-

E ratoriæ maiestatis solemnis ornatus. Alij tamen fuere ab aulicis & Cæsareis inermibus, & ἀόπλοις. Capito. in Pertinace, tantum odium in Pertinacem omnium aulicorum fuit. Dio in Tiberio καισαρεῖς appellat ἐξελευθέρες, *Cæsareos libertos.* In Claudio, Cæsareos aulæ ministros, in Commodo, Cleander Princeps καισαρείων. Hypopompi, & productores, seu comites dicuntur Isocrati ad Dionysium, ὑπόπομποι, καὶ ῥαβδέχοι, καὶ κήρυκες, καὶ θρόνων ὑψηλοτάτων ἐπίτευξις φιλοσοφίας εἰσὶν ἀχλύς. *Comites, lictores, præcones, & ad thronum sublimem accessus Philosophiam caligine obducunt.*

Stationes Custodum Principis.

Protectores & domestici qui vocentur à Plutarcho.

Hypopompi qui.

Duplicem ostendimus domesticorum scholam fuisse equitum & peditum. Iulianus epist. ad Leontium, peditum οἰκείων κρείττονα παρασκευὴν esse ait, *leuiorem domesticorum ornaturam quàm equitum.*

Quotuplex domesticorũ schola.

Doryphori apud Procopium, Protectores & corporis custodes fuere tanta dignatione, vt qui Doryphori Imperatoris fuissent, sæpè exercitibus præficerentur. Ipsi etiam magistri militiæ, & duces exercituum habuere suos Doryphoros, qui honestiori numero fuere

Doryphororum honor.

quàm Hypaspistæ. Nemo autem inter Doryphoros Principis aut ducis accensebatur, qui singulari sacramento fidem suam Imperatori & Imperio non obstringeret. Procopius 2. Vandal. *ὡ ἐθισμόν ἀπασι ῥωμαίοις ἐκ παλαιᾶ μηδενὰ δορυφόρων τ̃ τινῶ ἀρχόντων καπίσασθ, ὡ μὴ δεινοτάτας πρότερον ὅρκας παρεχόμενον τὰ πιστὰ δοὺς τ̃ εἰς αὐτὸν καὶ τ̃ βασιλέα ῥωμαίων εὐνοίας. Moris erat Romanis omnibus ab antiquo neminem ducis alicuius Doryphorum constitui, quin prius sanctissimum sacramentum dedisset, fidei suæ & beneuolentiæ erga ducem, maximè erga Imperatorem. Gontharin vnum è Doryphoris Salomonis misit cum exercitu*, ait Procopius. *γόνθαριν τ̃ δορυφόρων ἕ σολομῶνος ἕνα σὺν στρατεύματι ἔπεμψεν.* Doryphorus seu Protector Salomonis *Præfectus equitatui*, *καταλόγε ἱππικᾶ ἄρχων. γόνθαρις τ̃ ἐν νεμίδαις καταλόγων ἡγεμών. Gontharis dux numerorum in Numidia.* lib. 1. Gott. Belisarius *τ̃ δορυφόραν αὐτὸς ἕνα τ̃ ὑπασπιστῶν ἑκατὸν ἱππέας λαβόντα, misit vnum è suis Protectoribus, qui duceret ducentos scutarios equites.* lib. 2. Vandal. Maximus factus Germani *Protector, gaudio exsultans accepto tam insigni honore,* *δορυφόρω παρεικαρὴς γενομὰς τ̃ ὑπερβάλλοντι τ̃ τιμῆς.* Germanus erat dux totius exercitus. lib. 2. Gott. *ἄνδρας ἑκατὸν τ̃ αὐτὸς ὑπασπιστῶν δοκίμους ἀπολεξάμενος ξὺν δορυφόροις δύο πέμπει*, Belisarius *centum viros è suis scutarijs probatos cùm elegisset, misit cum duobus Doryphoris suis.* Quos Doryphoros vocat Procop. Simoc. li. 8. c. 5. Scribonas. Bonosus *αὐτὸς τ̃ σωματοφυλάκων ἕ βασιλέως ὀπιφανὴς ὃν σκρίβωνα ἐώθασι τὰ πλήθη καλεῖν.* Bonosus *vir è Protectoribus Imper. clarus, quem Scribona vulgo vocant.* Procopius 2. Gott. *ἀσβίδης ἰουστινιανᾶ βασιλέως δορυφόρω, ἐπεὶ εἰς τὰς καθιδάτας καλουμένας τελῶν ἔτυχε, τ̃ ἦ ἱππικῶν καταλόγων ἦρχεν. Asbides Protector Iustiniani Aug. quia promotus erat ad eorum ordinem, qui candidati dicuntur, & equitatui præpositus erat.* lib. 4. Gott. Belisarius *στρατηγὸς τ̃ ἑῴας, καὶ τ̃ βασιλικῶν σωματοφυλάκων ἄρχων, comes & magister militiæ Orientis, & Protectoribus Imper. Præfectus.* Iustinianus *virum fortem ἄρχοντα κατεστήσατο ἑνὸς τ̃ δὴ ἕ παλατίου φυλακῆς τεταγμένων λόχων, ἅπερ σχολὰς ὀνομάζουσι, præfecit vni ex cohortibus custodiæ Palatij deputatis, quas scholas vocant.* Hypaspistæ interdum sunt armigeri, qui scutum ducis gestarent, cum ipsi scutati essent. Narses Paulum *ὑπασπιστὴν αὐτῷ ἴδιον κατεστήσατο, armigerum sibi proprium constituit.* Teias cum scutum eius telis graue esset, *cuidam ex armigeris dabat, aliudque accipiebat τ̃ τινι ὑπασπιστῶν ταύτην παραδιδὰς ἑτέραν ἡρεῖτο.* P. Diaconus vocat armigeros, quos Procopius *δορυφόρους* Belisarij. Seneca vigiles, satellites, ep. 57. Quid interest, vtrum super aliquem vigilem atrium ruat an mons, (ita lege, non vigiliarium) quia in atriis vigiles excubabant. Excubitores ducem sequuti, in vrbe solo ense armati erant. Procopius Vandal. 2. sub finem. *τὰ ξίφη μόνα ἐν χερσὶν ἔχοντας. ἄλλο γὰ ἐδὲν τὰς τοῖς ἄρχουσιν ἐν πόλει ἑπομένους ὁπλίζεσθ χρεών. enses solos in manibus habentes. Nullis enim alijs armis, qui sequebantur duces, in vrbe vti poterant.* Loquitur de Carthagine. Procopius 1. Gott. *οἱ στρατιῶται ὅσοι ἀμφὶ τὰ βασιλέως αὐλὰ ἐτετάχατο. milites quotquot circa aulam Imp. ordinati erant. στρατιῶται οἱ τὰ παλατίου φρουρὰν ἔχουσι, milites qui Palatium custodiunt.* Euagrius lib. 6. c. 10. *πέμπει ἡ βασιλεὺς* (ita lege non *βασιλεῖ*) *ἀνδρέαν τ̃ βασιλικῶν ὑπασπιστῶν στρατηγὸν ἡμόμενον πείσοντα τ̃ στρατὸν, τὰς πρώτας λοχαγὰς τε, καὶ λοιπὰς ἐσδέξασθ. mittit Imperator Andream primum Imper. armigerorum, qui persuaderet exercitui, primis tribunis, & reliquis, vt reciperent.* Apud P. Diaconum Theodoricus Thiodem armigerum suum tutorem Athalarici constituit, id est, protectorem domesticum.

Scriba custodum corporis.

Fuit & scriba corporis custodum. Procopius lib. 1. Vandal. *τ̃ βασιλέων φυλακῶν γραμματέα, notarium Imp. custodiarum.* *δόρατα* quæ Græci vocant, Latini Pila. Mamertinus in Panegyr. Iuliani. Arma igitur, & iuuenes, cum gladiis atque pilis. Euagrius lib. 3. cap. 22. Protectores vocat *ὑπασπιζομένας κόσμῳ ἔπεμπε ἕνα τ̃ ὑπασπιζόντων αὐτῷ, misit Cosmam vnum ex suis protectoribus.*

Varia domesticorum genera.

Codinus varia domesticorum genera ponit. *δομέστικος τ̃ δομεστικίου διακομίζει μίνσας ἃς μέλλει φαγεῖν ὁ βασιλεύς, Domesticus domesticis infert cibos regis.* Constantinus in Chorographia, domesticum *τ̃ ὑπουργείας ministerij* commemorat. Nouel. 161. Magistratus neque per se, neque *δι' αὐτῶν παρέδρους, per suos assessores*, cancellarios, aut domesticos aliquid accipiebant à subditis. P. Diaconus domesticum statorum ponit. Domestici videntur sub Theoderico tributa exegisse apud Cassiodor. lib. 9. ep. 13. Comperimus de domesticorum excessibus qui destinatis comitibus obsequuntur. Domestici illi ducentos solidos & decem annonas accipiebant, quibus addit Athalaricus Rex alios 50. solidos annuos. Apud eundem domesticatus accipitur pro Primiceriatu lib. 10. ep. 11. Primiceriatus, qui & domesticatus nominatur tibi conferimus dignitatem.

CAPVT

A

CAPVT XXXIX.

De Armigeris, & alijs ſtipatoribus.



RMIGERI dicti ſtipatores. Prudentius, *Armigeri.*

Armiger è cuneo puerorum flauicomantum.
Armiger antè fuit, fidúſque ad limina cuſtos.

Virgil. lib.2. Æneid.

B *——Et equorum agitator Achillis*
Armiger Automedon.

Lib.11. *——Qui Parrhaſio Euandro*
Armiger antè fuit.

Coripus lib.3.

Armiger interea Domini veſtigia luſtrans
Eminet excelſus ſuper omnia vertice Narſes
Agmina.

P. Diaconus lib.17. Beliſarius ſuo Armigero dat caſtrum expugnandum. Apud Ciceron. Lollius Armiger Catilinæ, ſtipator ſui corporis. vet. gloſſæ, *armiger* ὑπασπιστής. Sidonius lib.1.ep.2.Circumſiſtit cellam comes Armiger. Philo in Flaccum ſcribit Herodem Agrip-
C pam Armigeros & ſtipatores habuiſſe ἀργυράσπιδας, *clypeis argenteis, & inauratis armis.* Gloſſæ Baſilic. ἐξκουβίτωρες τ παρεξόδων τ παλατίου ὑπάρχοντες φύλακες, *Excubitores qui ſeruant exitus Palatij.* Erant alij cuſtodes cubiculi. Sueton. in Ner. cap. 47. Ad mediam fere noctem excitatus vt comperit ſtationem militum receſſiſſe, in cubiculum rediit, vnde iam & cuſtodes diffugerunt. Pub.Victor lib.de region.vrb.ait decem Prætorias cohortes fuiſſe ſingulas millenarias, & decem tribun. Tacitus nouem tantum cohortes. vide Dionem lib.55. Earum caſtra domeſtica vocat Iuuenal. ſat.10.

——vis certe, pila, cohortes,
Egregios equites, & caſtra domeſtica. Quid ni
Hæc cupias?

D His poſtea ſucceſſiſſe diximus 3500. Armenios, qui in ſcholas nouem diuiſi ſub nouem præfectis, quorum iudex magiſter officiorum. Theodor. lib.5. hiſtor. κομσάριος ὁ τ βασιλείων ἡγεμὼν· μάγιστρον ἢ οἱ ῥωμαῖοι καλέσι τ ταύτῃ ἔχοντα τὴν ἀρχήν. *Cæſarius Imperatoriorum Præfectus, magiſtrum Romani vocant eum*, id eſt, *magiſtrum officiorum*; quia magiſter cum ſimpliciter dicitur, officiorum magiſter intelligitur.

IVLII CÆSARIS

BVLENGERI DE MAGISTRATIBVS ET OFFICIIS IMPERII ROMANI,

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

De Primicerio cubiculi.

Primicerius spectabilis.

ADHVC de iis Magistratibus egimus, qui illustres fuere. Iam ad spectabiles accedendum est. Notitia primo loco ponit spectabilem Primicerium cubiculi. De cubiculariis abundè à nobis suprà dictum est. De Primicerio videamus. A

Primicerius unde dictus.

Primicerius dictus qui in prima cera ascriptus esset. ὁ πρῶτος τῆς τάξεως τυχούσης, ait Suidas, *primus cuiúsque ordinis*. Qui primus in ceram, & tabulas relatus est, qui primum ordinis sui locum obtinet, in constitut. Heraclij μηδενὸς ἑτέρου πλὴν τῶν ἐν ἑκάστῳ τάγματι, λεγομένων πριμμικηρίον. προγεγραμμένου τῶν ἄλλων. dicuntur Principes officiorum, principales inter sui ordinis homines. Primicerij scriniorum rerum priuatarum, & tres primates eodem loco erant l. 14. tit. 24. lib. 12. C. dicuntur & primiscrinij.

Primiceriatus dignitas.

Primiceriatus dignitas. Cassiod. lib. 6. form. 7. lib. 10. form. 2. Primiceriatus qui & domesticatus nominatur, tibi conferimus dignitatem. lib. 6. form. 16. Notarium te nostrum esse censemus, vt ordine decurso militię ad Primiceriatus feliciter peruenias summitatem. Honor qui efficit senatorem, cui patrum aula reseratur. B

Primicerius priuatarũ.

Primicerius officij priuatarum, & alij quatuor reliquorum Primicerij scriniorum inter allectos ex consulibus æquantur l. 19. C. Theodos. de Palatin. sacrar. largit. Dominum ex Primiceriis sacrarum largitionum speciali beneficio ex vicariis, ad similitudinem proximorum sacrorum scriniorum esse præcepimus, cæteros Primicerios scriniorum & qui post illam Primicerij totius erant officij Palatini ex consularibus inter allectos esse decernimus. Primicerij diuersorum officiorum à tironum præbitione sunt exortes, & cætera onera non agnoscunt. l. 1. C. Theod. de decan. quatuor qui ex corpore decanorum ad primum militiæ gradum peruenerint, bienni spatio Primiceriatus gerant officium. Apud Codinum est Primicerius aulæ, lectorum, Bardariotarum, tabulariorum, Barangorum. Notariorum, & ὁ μέγας, *qui est supra omnes*. Hanc dignitatem Beotiæ, Thebarúmque Princeps hereditariam accepit à Constantino magno, vt Gregoras lib. 7. μέγας κήριος, postea truncato nomine dictus. Gregoras τὴν τῆς βοιωτίας, καὶ θηβῶν ἀρχηγὸν αὐτὶ μεγάλου πριμικηρίου μέγαν κύριον ὀνομάζουσι νῦν. *Thebarum Princeps solus magnus Primicerius dictus*. Athenarum dux magnus appellatus est. Ammianus, Primicerius, inquit, barbaris resistebat copiis. Apud Cassiod. lib. 11. e. 30. Primicerius deputatorum, atque Augustalium. e. 31. Primicerius singulariorum C

Primice-

A Primicerio τῶν λαμπροτάτων τριβούνων νοταρίων μετὰ τῶν τεσσάρων σκρινίων τοῦ θείου λατερκούλου, *Clarissimorum Tribunorum Notariorum cum 4. scrinijs sacri laterculi* dentur nomismata quinque. Cassiod. lib.9.ep.6. Primiscrinio conceditur ab Athalarico licentia eundi ad balnea ob morbum.

In Ecclesiis Primicerius est caput acolythorum, lectorum, psalmistarum, Can. perlectis §.ad Primicerium distinct.25. In officio præfecti vrbis Primicerius delinquentes ligat, & in carcerem tradit. l.2. C.de præfect.vrb. l.vlt.C.de Suariis. *Primicerij dignitas in Ecclesia.*

Primicerius autem cubiculi secundum præpositum cubiculariis præerat, decurio dictus apud Sueton.in Domitiano. Saturius decurio cubiculariorum, vt in vet.inscript.Tit.Claudius Aug.libertus quadratus decurio lecticariorum. Putem præpositum cubiculi omnibus cubiculariis præfuisse, Primicerium decurionibus, seu decanis, decanos decem cubiculariis, sic enim Vegetius lib.2.c.7. Decanum decem viris præfuisse ait. Honorius l.1.C.de de- *Primicerius cubiculi.*
B canis. Quatuor qui ex corpore decanorum ad primum militiæ gradum peruenerunt, biennij spatio Primiceriatus gerant officium, post duorum annorum curricula succedant prioribus sequentes.

CAPVT II.

De viro spectabili castrensi.

C NOTITIA sub dispositione viri spectabilis Castrensis ponit pædagogia, ministeriales Dominicos, curam Palatij, quem alij Curopalatem vocant. In officio eius sunt tabularius Dominicus, tabularius Dominarum, adiutor, chartularius, & scrinium ipsius. Castrenses autem dicti ministri omnes aulici, & Cæsariani, Castrensiani sacro ministerio deputati C.de Castrensianis, & Ministerianis. Quia Castra Principis comitatum vocant, Eusebius & alij στρατόπεδον, de quo verbum non addo quia lib.2. de Imperat. c.40. abundè hanc partem exsecutus sum. *Vir spectabilis castrẽsis, eiúsque officium.*

CAPVT III.

De Primicerio singularium.

D PRIMICERIOS suos etiam illi habuere qui singulares dicti, quia singulariis literis scribebant. Singula enim sunt singulariæ literæ sine coagmentis syllabarum ait Gellius lib.17. Cassiodor. lib.vlt. var. Sub præfecto prætorij Africæ 50. singularij fuere l.1.C.de præf.præt.Afric. Horum capita Primicerius, Secundocerius, Tertiocerius l.scriniis C. de Palatin.sacrar.largit. Singula & Sigla sunt singulæ literæ. Manilius, *Primicerij singulariũ.*

——— *Cui litera verbum est.*

Quique notis linguam superet.

Iustinianus in rescripto ad antecessores, inhibet ne librarij in exscribendis institutionibus, Digestis, & Codice vllis siglis vtantur: sigla, & singula vocant singulares literas quæ non *Sigla quid.*
E sunt notæ, vt nec notæ sunt literæ, l.6. §.vlt. de bonor. possess. Gellij verba lib.17. sic habent: In his epistolis quibusdam in locis inueniuntur literæ singulariæ sine coagmentis syllabarum quas putes positas inconditè. Nam verba ex his confici nulla possunt. Coagmenta syllabarum ductus sunt, aut lineæ quibus literæ connectuntur. Prudentius in hymno S. Cassiani, catenas vocat,

Flexas catenis impedire virgulas.

Festus, Nota nunc significat signum, nunc literas singulas, aut binas. Quod igitur l.6.D.de bonor. possession. dicitur, Notas non esse literas, intellige non ea forma notas expressas esse, quæ sunt literæ, quibus vulgo vtimur. Erant enim notæ σημεῖα ἐν μικροῖς, καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα, *signa paruis, & breuibus figuris multarum literarum vim habentia.* Apud Cassiod.lib.11.ep.31.32. qui è Principe singulariorum egreditur, inter domesticos & protectores sacram purpuram adoraturus accedit. Primicerio singularium pauca subiungam de Primicerio Notariorum, quia singulares inter Notarios reponuntur.

A

CAPVT IV.

De Primicerio Notariorum.

Primicerius notariorum inter spectabiles collocatur.

INTER spectabiles Notitia tertio loco Primicerium Notariorum ponit, cui laterculus maior, seu commentarius Principis commissus erat. Præerat Notariis tribunis, qui à laterculo laterculenses dicti & candidati, Nouel.8. Iustiniani. Cassiodorus lib.1. ep.4. Pater meus sub Valentiniano principe tribuni & Notarij laudabiliter dignitatem gessit. Corippus lib.3.

Cúmque Palatinis stat candida turba tribunis. B

Onus Primicerij Notariorum.

Primicerij Notariorum munus describit Claudianus in Panegyr. Palladij,

——Cognomina sumpsit
Plena ducum genitor paulatim vectus ad altum,
Princeps militiæ, qua non illustrior extat
Altera, cunctorum tabulas assignat honorum,
Regnorum tractat numeros, cuneósque recenset,
Sparsas Imperij vires constringit in vnum
Depositum, quæ sarmaticis custodia ripis.

De eodem fortè hæc sunt accipienda Statij de Abascantio cui Domitianus, C

Molem immensam humeris & non tractabile pondus
Imposuit, nec enim numerosior altera sacra
Cura domo, magnum latè dimittit in orbem
Romulei mandata Ducis, virésque, modósque
Imperij tractare manu, quæ laurus ab Arcto,
Quid vagus Euphrates, quid ripa binominis Istri,
Quid Rheni vexilla ferant.

D

CAPVT V.

De Notarijs, & librarijs.

Quotuplex scribẽdi modus apud Romanos.

TRIPLEX scribendi ratio Romanis in vsu fuit: aut enim verbis integris quæ pluribus literis, ac syllabis constarent, scribebant: aut literis singulis, à quibus singularij dicti: aut notis, à quibus Notarij. Notæ vocantur, puncta, notarum compendia, notarum signa, σημεῖα. *Qui literis integris scripsere* καλλιγράφοι dicti, *antiquarij*, βιβλιογράφοι. Augustinus serm.45. Qui videt in Codice optimè scripto,& non nouit legere, laudat quidem antiquarij manum, admirans apicum pulchritudinem. E

Eusebius lib.6. c.21. hist. eccl. de Orig. ταχυγράφοι γὰρ αὐτῷ πλείους ἢ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν παρῆσαν τῷ ὑπαγορεύοντι χρόνοις τεταγμένοις ἀλλήλους ἀμείβοντες. βιβλιογράφοις τε σὺν ἅπασι ἅμα καὶ κόραις ὅτι καλλιγράφειν ἠσκημένοις. *Notarij enim, ei plures septem numero aderant dictanti statis temporibus per vices succedentes. Librarij autem non pauciores cum puellis pulchrè scribere doctis.* Suidas, καὶ οἱ βιβλιογράφοι συνῳκοδόμουν ἔγραφον ὅτι τὸ καλλιγράφειν ἐξησκημένοις. *Librarij cum mulieribus scribebant ad eleganter scribendum exercitatis.* Isidorus lib.6. Orig. librarios ait noua, & vetera scripsisse, antiquarios veterà tantum. v. gloss. antiquarius ἀρχαιογράφος, καλλιγράφος, εἰς κάλλος γεγράφων. Philostratus lib.1. Apoll. ὁ μὲν εἰς τάχος γράφων, ὁ δὲ εἰς κάλλος. Hieronymus, antiquariam artem vocat. gloss. βιβλιογράφος *librarius*, βιβλιοπώλης, *libellio*: librarij libros scribebant, & vendebant descriptos. In vet. inscript. scribæ librarij dicuntur. Suetonius grammatistam librarium, id est, scribendi magistrum vocat. Interpres Horatij in Arte Poët. scriptor librarius, bibliopola. D. Hieronym. epist. ad Læram,

Nec

A Nec erubescet vir doctus id facere in propinqua, vel nobili, quod fecit Aristoteles in Philippi filio, vt ipse librariorum vilitate initia traderet literarum. Histor. trip. cap. 16. Ab artificibus antiquariis, & perfectè artem scientibus membranaceos codices scribi præcipias. Hieronym. ad Florentium, antiquariæ arti seruientes dixit. D. Gregor. lib. 1. Dial. cap. 4. Antiquarios scribentes. l. 18. D. de muner. & honor. Librarij, vel archeotæ, vel logographi, vel tabularij muneribus personalibus astringantur.

Notariorũ artis inuẽtio Ciceroni tributa, absolutio Mecænati.

Notariorum artem à Cicerone repertam, à Mecænate absolutam plærique omnes volunt. Animaduerto tamen longè ante Ciceronem scribas fuisse qui celeriter scriberent. Plato lib. 7. de legibus, πρὸς κάλλος, ἢ τάχος ἀκριβώσθαί τισι, ait quosdam studuisse *vt eleganter, aut celeriter scriberent.* Idem in Charmide, γραμματιστὰς vocat, οἱ ταχέως γράφουσι, καὶ ταχέως ἀναγινώσκουσι, *literatores, qui celeriter scribunt, celeriter legunt.* Suetonius in Iulio. Exstant
B epistolæ eius ad familiares domesticis de rebus, in quibus si qua occultius perferenda erant per notas scripsit, id est, sic structo literarum ordine, vt nullum verbum effici posset, quæ si quis inuestigare vellet, quartam elementorum literam D pro A, & deinde reliquas commutet. Qua de re Dio lib. 40. & 51. consulendus. Diogenes Laert. Xenophontem primum notis scripsisse ait. Ægypti omnium primi notis & figuris vsi videntur. Apuleius lib. 11. De opertis adytis, inquit, profert quosdam libros literis ignorabilibus prænotatos, partim figuris cuiuscemodi animalium concepti sermonis, compendiosa verba suggerentes, partim nodosis, & in modum rotæ tortuosis, capreolatimq; condensis apicibus à curiositate profanorum lectione munita. Strabo lib. 9. prodit obeliscum Sesostridis ex Ægypto in vrbem aduectum insignitum notis, vel vt loquitur Ammianus, scriptibilibus effigiatum elementis, quæ rerum naturalia innuebant. Plutarchus σημειογράφους, à Cicerone repertos
C ait in Catone, κικέρωνος ὀξύτητι τῶν γραφέων σημεῖα προδιδάξαντος ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων ἔχοντα δύναμιν. οὕτω γὰρ ἤσκουν, οὐδ' ἐκέκτηντο τοὺς καλουμένους σημειογράφους, *cum Cicero notas ad celeritatem scribarum docuisset in breuibus, & paruis characteribus, multarum literarum vim habentes. Nondum enim Notarij erant in vsu.* Cicero ad Attic. Quæ ad te de legatis scripsi, parum intellexisti credo, quia διὰ σημείων scripseram. Isidorus lib. 1. cap. 21. notas ab Ennio repertas scribit. Eusebius Chron. à Tyrone Ciceronis liberto. Gellius lib. 17. cap. 9. Est adeo Probi Grammatici commentarius satis curiosè factus de occulta literarum significatione C. Cæsaris scriptarum. Iulius Fir. l. 3. cap. 12. Mathe. difficiles, & absconsas literas vocat.

Inuẽti Notarij à Mecænate secũdũ Dionẽ.

Dio Notarios à Mecænate repertos ait, πρῶτος σημεῖά τινα γραμμάτων πρὸς τάχος ἐξεῦρε, καὶ ταῦτα δι' ἀκύλους ἐξηλευθέρου συχνοὺς ἐδίδαξε, *primus Mecænas notas quasdam litera-*
D *rum ad celeritatem repperit, quas docuit plures per Aquilum libertum.* Notas præpetes vocat Ausonius ep. 13.

Puer notarum præpetum
Solers minister aduola,
Bipatens pugillar expedi.

Ennodius notarum compendia, & figuras in vita Epiphanij, Notarum in scribendo compendia & figuras varias verborum multitudinem comprehendentes breui assequutus in exceptorum numero dedicatus enituit, cœpitq; iam talis excipere, qualis posset sine bonorum obloquutione dictare. Symmachus lib. 3. ep. 17. Signa verborum. Manilius lib. 4.

Hic & scriptor erit felix, cui littera verbum est,
E *Quique notis linguam superet, cursumque loquentis,*
Excipiens longas noua per compendia voces,
Nouerit atque notis leuibus pendentia verba.

D. Hieronymus ep. de vitando suspecto contuber. furta & signa verborum. epist. ad Principiam signorum compendia vocat. Signorum captiones & compendiosa ænigmata. Imperator C. de vet. iur. enucl. Seneca ep. 90. Quid verborum notas quibus quamuis citata excipitur oratio, & celeritatem linguæ manus sequitur. Martial. lib. 14.

Currant verba licet, manus est velocior illis,
Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

Sidonius ep. 11. Tribuit & quiddam dictare celeranti scribarum sequacibus saltuosa compendia, quæ comprehendebant signis, quod literis non tenebant. Prudentius in S. Cassiano.

Verba notis breuibus comprendere cuncta peritus,
Raptimque punctis dicta præpetibus sequi.

Puncta, & ficta signa dixit idem auctor,

Fictis notare verba signis imbuens.

Cassianus martyr erat παιδοδιδάσκαλος, *Notarius*. Balsamon ad concil. 6. can. 62. τὰ μὲν τοι γέλοιά ποτε ἀπρεπῆ ἐφάνη τῶν νοταρίων παιδοδιδασκάλων κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν ἁγίων νοταρίων μετὰ προσωπείων σκηνικῶν διερχομένων τὴν ἀγορὰν ἐπὶ κενὸν κατηργήθησαν καθ' ὁρισμὸν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ λουκᾶ: *Quæ fiebant ridicula, & indecora à notarijs pueros docentibus die festo S. Notariorum, qui per forum transibant personati histrionum more, non ita pridem sublata sunt interdicto sanctissimi Patriarchæ Domini Lucæ.* Hieronymus ad Iulianum, Appositio notario cogebat loqui, quæ velociter edita velox consequeretur manus, & linguæ celeritatem prenderent signa verborum. Galenus, περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων διὰ σημείων εἰς τάχος ἡσκημένῳ γράφειν: *per notas celeriter scribere exercitato.* Philo de instituendo magistratu, ὀξυγράφον vocat.

Notarius pro secretario sumptus. Notarius interdum ponitur pro eo qui est à secretis. Vopiscus de Aureliano, quem malitia notarij sui interemptum scribit. Hunc Victor appellat ministrum, cui secretum officium Aurelianus crediderat. Vopiscus, Mnestheo quem pro notario secretorum habuerat. Is apud Zozimum fuit τῶν ἔξωθεν φερομένων ὑποκρίσεων μισοπόνηρος, *responsorum quæ foris redderentur interpres constitutus.* Sozomenus ταχυγράφους in schola notariorum reponit lib. 4. cap. 10. βασιλικός τις ταχυγράφου ὀνόματος τῶν καλουμένων νοταρίων ὑποσταλεὶς πιωρήσας πολλοὺς ἀλεξανδρέων ἐβασάνισε: *Regius quidam Notarius missus vt vindicaret multos Alexandrinos tormentis subiecit.*

Notariorũ dignitas. Notariorum certè ordo magnæ dignationis in imperio fuit, quos Apomasar in mysteriis μεγιστᾶνας, & μεγάλους appellat, *proceres, magnos.* Apud Cedrinum Petrus Notarius à Iustino A. πρωτοπάτης, & præfectus Armeniæ factus est. Cassiodori pater tribuni & notarij dignitatem gessit, qui honor tunc dabatur Egregiis dum ad imperiale secretum tales constet eligi, in quibus reprehensionis vitium nequeat inueniri. Sidonius lib. 5. ep. 9. Patres nostri sub vno contubernio vix dum à pueritia in totam adolescentiam euecti principi Honorio tribuni, notariiq; militauere. l. 2. C. de primicerio, & notariis præclaram, nobilemq; militiam spectabilium tribunorum notariorum. Ammianus lib. 26. Procopium tribunum ac notarium. Erant tribunorum notariorum primicerij in Notitia consuetudinum, τῷ πριμικηρίῳ τῶν λαμπροτάτων τριβούνων νομίσματα καὶ τῷ αὐτῷ βοηθῷ νομίσματα τρία. Iustinianus Nouel. 8. λαμπροτάτους *clarissimos tribunos prætorianos, & notarios* vocat, apud Zozimum lib. 3. Iulianus iussit, vt notarij principis eorum omnium nomina scriberent, quos barbari captiuos abduxissent. Apud Ammianum Marcellinum hæc verba leges, Notariorum ordinis tribunus è cuniculo egressus secundus. item, Notarius diu perspicaciter militans, & tribunus. item, Notariorum primus dignus imperio. item, Excellebat dignitate Theodosius secundum inter notarios adeptus gradum, qui ante Asiam rexerat pro præfectis. Ex quibus apparet notarios, & apud imperatorem scripsisse quæ ille imperasset, & sæpe in ipsa belli pericula prorupisse, tantumque virtute & auctoritate prouectos, vt imperio digni haberentur. Zozimus lib. 5. scribit stiliconem filio suo imperium molitum esse, idq; in primis egisse, vt eum vix pueritiam egressum ad tribunatum notariorum eueheret. Idem, συνεχώρει τούτῳ καὶ ἰωάννης τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων, οὓς τριβούνους καλοῦσιν, ἄρχων γεγονυίᾳ, οἷα γνώριμος ἀλλαρίχῳ καὶ πρόξενος: *Ioannes, inquit, cum eo exijt notarijs Imperatorijs quos tribunos vocant, præpositus, vt Allarico notus, & hospes.* vnde colligas notariorum tribunos præpositum habuisse. Quem Ammianus ordinem notariorum vocat, Sozomenus τὸ τάγμα τῶν καλουμένων νοταρίων indigetat. Notarij referebant in indices quantum militum indigenarum ad reditus capiendos destinatum esset, ait Cantacuzenus lib. 1. cap. 35. Id est, vt ego interpretor, qui numerus exactorum, & susceptorum curandis vectigalibus destinatus esset. Rhegino in Chronico, Misit itaque Rex, inquit, Erchambaldum notarium in Liguriam ad naues parandas.

Primicerius notariorum, liberalitates Principis in Senatu declarabat. Primicerius notariorum iura à principe condita, & indulgentias, aut immunitates datas in Senatu recitabat. Theodosius & Arcadius A A, ad Senatum vrbis Romæ, Oblationem nobis amplissimi ordinis prompta liberalitate promissam partim remittimus vobis, partim patriæ communi, vrbiq; largimur. Recitata in Senatu per Theodosium primicerium notariorum. Cassiodorus lib. 6. form. 16. Non est dubium ornare subiectos principis secretum, dum nullis æstimantur necessaria posse committi, nisi qui fuerint fide magna solidati.

A lidati. Ab illa indictione notarium te noſtrum eſſe cenſemus, vt ordine decurſo militiæ ad primiceriatus feliciter peruenias ſummitatem. Honor qui efficit Senatorem, cui patrum aula reſeratur, non iniuria. Nam qui noſtris curis militat aſſidua lucubratione, iuſtè videtur & Curiam libertatis intrare. Vnde agnoſcas eos in Senatum allectos, qui primicerij notariorum facti eſſent. Quod idem indicat Caſſiodorus his verbis, vt depoſita adminiſtratione illuſtrem magiſtri officiorum titulum conſequatur, quo fretus ceteris vacantibus etiam antiquioribus non cedat. Idem ſi quo modo ad illuſtratum, vel vacantem meruerit peruenire, omnibus anteponitur qui codicillariis illuſtratibus ornati ſunt, ait Caſſiodorus. In Nouel. Iuſtiniani hæc verba recognoſces, πριμικηρείῳ τ λαμπροτάτων τριβόνων νοταρίων μ τ πανσέμνων τ θείᾳ λατερκούλι: *Primicerio clariſſimorum tribunorum notariorum cum 4. ſcrinijs diuini laterculi.*

B Iidem fuiſſe videntur primicerij notariorum, cum protonotariis, quos primos notarios interpretari licet. Conſtantinopoli certè duo fuere protonotarij, alter thematis, ſeu prouinciæ, alter curſus publici, ὁ τ δρόμ. *Protonotarius thematis ciuili adminiſtrationi præpoſitus erat.* Leo conſtitut. 2. ὁ πρωτονοτάριος τ θέματος τ πολιτικῆς ὅτι διοικήσεως ἄρχων. Protonotarium curſus commemorat Nicetas in Manuele Comneno. Anaſtaſius Imperator donatiuum Illyricianis militibus per Paulum tribunum notariorum erogandum miſit. Notariorum ſchola dicitur l. vlt. C. Theod. lib 6. tit. 1. Præter eos, inquit Imperator, qui notariorum ſcholæ præclaro ſunt ſacrati collegio. *Primicerij & protonotarij idem, & quotuplices.*

Notariorum fuere tres ordines, primus notariorum tribunorum, alter notariorum domeſticorum, qui principi fuere à ſecretis, cuius arcana ſcripſere. familiares ſuos vocat eos Gratianus l. penult. C. Theod. de primiceriis. Tertius fuit inferiorum tribunorum no- *Ordo notariorum triplex.*

C tariorum. Decem primi poſt primicerium Conſtantinopoli hoſpites recipere non tenentur, vicarij dignitate ſplendent l. penult. C de metatis. familiares Principis æquiparantur conſularibus, omnes à diſcuſſorum & peræquatorum munere liberi ſunt.

Inter tribunos notarios nemo recipitur qui prius egregius factus non ſit. Ita Caſſiodori pater priùs egregius factus eſt, quàm candidatus tribunus. Caſſiodorus lib. 11. ep. 20. ad primiſcrinium. Quapropter ſpectabilitatis honore ſuffultus inter tribunos & notarios venerandam purpuram adoraturus accede, vt per ſacros aſpectus principis tuæ ſubſiſtat firmitas dignitatis. Notarij cingulo vſi more militum, vt ex Suida diſcas in Auxentio Licinij notario. ὡ ἡ ἐπ τ ὑπφανῶν τῇ βασιλεῖ λικιννίῳ στρατευσαμένων τῶν ὑπογραφέων τάτε ὑμόμνων ἐς δὴ νοταρίους ῥωμαῖοι καλοῦσι, &c. ὁ ἡ τῷ τε ζώνῃ ἑαυτ λύει), καὶ ἄσμνον ἐξεχώρησεν τῶν βασιλείων. Quantæ dignationis fuerint oſtendit S. Cyrillus in epiſt. ad Aca- *Egregius tantũ inter notarios tribun. recipitur.*

D tium. ἀπεστάλη τοῦτο ὑπ κατορθώσων ὁ κύριός μ ὁ θαυμάσιος τριβοῦνος νοταρίος Ἀριστόλαος: *Miſſus eſt ad hoc negotium dirigendum Dominus meus admirabilis tribunus notarius Ariſtolaus.* Primicerius officio functus, ſenatoria & magiſtri officiorum dignitate ornatus proconſulari æquatur. C. Theod. de primicer. & notar. Achmes Onirocrit. cap. 62. *Protonotarium* vocat ἄρχοντα τῶν ὑπογραφέων. Notitia ſub diſpoſitione, inquit, v. ſpect. primic. notar. omnis eſt dignitatum & adminiſtrationum notitia tam militarium, quàm ciuilium. Scholas etiam & numeros tractat. Imperator l. 2. C. Theod. lib. 6. de primicer. & notar. Primicerius, inquit, notariorum, eumque ſecutus tribunus, aut notarius, ſi de conſiſtorio noſtro ſiue adminiſtratione diſceſſerint, æquantur proconſulibus. item, Primicerij notariorum qui ad illuſtrem magiſtri à vigiliis, atque à laboribus ſummitatem peruenerint, non ſunt redigendi in ordinem eorum, qui honorarios meruerunt codicillos. Sozomenus notarium vocat

E hominem in dignitate, & auctoritate poſitum lib. 1. Marianus vir τῶν ἐν ἀξίᾳ βασιλικὸς ταχυγράφος ἀπέδωκε τῇ συνόδῳ βασιλέως ὑπομνήσεως: *magnæ dignationis Notarius Regius reddidit Synodo Imperatoris epiſtolam.* Ammianus notarium Phylargyrum, poſtea Orientis comitem fuiſſe ſcribit. Per notarios Auguſti ſoliti cum epiſcopis agere. Ambroſius epiſt. 32. Dalmatius me tribunus, & notarius mandato clementiæ conuenit tuæ. Epiſt. 33. Miſſus eſt ad me notarius qui mandata deferret. Conceſſit paululùm, mandatumque intimat. Ammianus, Procerum, inquit, genere natus notarius militans inter primos. Sozomenus, lib. 9. πέτρος ὁ τ ταγμάτων τῶν ὑπογραφέων ἡγέμων: *Petrus primicerius ordinis tribunorum.* Notarij tribuni ſcripſere magiſtratus in laterculo maiori, ciuiles, militares dignitates, eorum inſignia, ſtipendia, codicillos, principis mandata, ſcholarum ordines. Laterculus ille maior dicitur commentarius Principis. Nouel. 24. & 25 qui primicerio notariorum commiſſus. Nouel. 8. & 17. Laterculos tractat primicerius notariorum cum ſuis ſcribis, qui tribuni notarij dicti, quòd tribunis dignitate æquantur. Corippus,

Turbæ

Turba decanorum, cursorum, in rebus agentum,
Cumque Palatinis stans candida turba tribunis.

Notarij eorum qui in decem scholis militabant nomina in laterculo reponebant, quorum multis cottidie decedentibus, aut discedentibus quarto quoque mense matriculas renouabant l.vlt. C. de off. mag. off. Primicerio notario quia in codicibus ex laterculo describendis plurimùm laborabat, magistratus qui scribebatur, 50. aureos soluebat. reficiebantur ad mille solidos, qui inter primicerios, & 4. primos laterculi scriniarios diuidebantur. Nouel. 8. & Iustinian. edict. 4. Primicerius erat spectabilis, dictus protonotarius. Codinus πρωτονοτάριος πρῶτός ὅστι τ γραμματικῶν : *Protonotarius primus est literatorum, seu scribarum.* vide lib. 12. C. tit. 7. de primicer. & Ammian. lib 25. Rectoribus prouinciarum, & iudicibus sui erant notarij. Agathias lib. 4. Athanasio pro tribunali sedenti aderant viri ταχυγράφοι, *scribere velocius docti, & literas cursim perlegere.* Olim libertus Cæsaris cathalogum magistratuum & officiorum fecit. v. inscript. Theocrepon Augusti libertus, procurator domus Aurelij Seueri Alexandri Pij felicis Augusti, prouinciæ Achaiæ & Epiri, & Thessaliæ, rationalis purpurarum, procurator ab ephemeride, procurator à mandatis, procurator à præsidiis Gallicanis, procurator saltus Domitiani, Tricliniarcha, præpositus à fibris, præpos. à Cristallinis homo incomparabilis. Item Tixander libertus officialis.

CAPVT VI.

De Numerarijs.

Numerarij, Arithmetici, calculones, ijdē dicuntur.

NVMERARII propriè dicti Arithmetici, calculones, qui & ipsi numerarent, & pueros numerare docerent. λογιστικὸν vocant, *computandi artem*, vnde logistæ, & Logothetæ, rationales. Pueri artem hanc discebant,

Læuo suspensi loculos, tabulámque lacerto,

ait Horatius. Computabant aut calculis, aut digitis, aut numeris, vt est in Homil. Græcolatinis. ἐμπείρῳ οἱ λοιποὶ ὁ μὲ ἀπεκείνοντο ὅσα πρὸς τὰς ἀρχομένους κατήχηθη αὐτοῖς, καὶ τὰ χρήζοντα, καὶ ἀριθμὸς, δακτύλους, καὶ ψήφους : *Iam perito pariter reliqui respondebant quæcunque incipientibus præbenda sunt necessaria, & numeros, digitos, calculos.* Capitolinus in Pertinace, puer calculo imbutus, & literis elementariis. Augustinus lib. 2. de ord. c. 12. Sed audiri absentium verba non poterant, ergo illa ratio peperit literas notatis omnibus oris, ac linguæ sonis, atque discretis. Nihil autem horum facere poterat simultitudo rerum sine quodam defixo termino infinitè patere videretur. Ergo vtilitas numerandi magna necessitate animaduersa est, quibus duobus repertis nata est illa librariorum, & calculonum professio, velut quædam Grammaticæ infantia, quam Varro litterationem vocat. Numerarij & calculones subducebant rationem, putabant rationem vt Varro lib. 5. ling. Latin. Plutarch. ἐκκαθῆραι λογισμὸν, lib. de discrim. adulat. & amici. Sueton. in Caligul. purgare rationem. dispungere rationes l. 6. D. de statulib. æra dispungere. Apuleius de Deo Socrat. Acceptorum, expensorumq; rationes dispungere, Seneca lib. 4. de Benefic. Diducere rationem, Petron. Satyr. Imp. Theodosius l. 4. de tabul. Boethos, logistas, grammateas, logographos, Diastoleas, qui publicis subiacent necessitatibus commemorat. Numerarij ergo rationes putabant, chartas publicas administrabant l. 6. C. Theod. de numer. Augustinus lib. 2. de lib. arbit. Multos noui numerarios, aut numeratores, vel si quo alio nomine vocandi sunt, qui summas mirabiliter computant. Isidorus lib. 9. origin. cap. 3. Numerarij qui publicum ærariis inferunt numerum: Imperator l. vlt C. de primicer. & secundoc. Numerorum sollicitudinem accipere dixit. vet. gloss. ἀριθμητὴς, ἀναψηφιστὴς. *Numerarius.* In præfecti prætorij officio 4. Numerarij fuere, in prouinciis bini, qui tabularij dicti. Eorum alter bonorum caducorum rationes quæ ad Comitem priuatarum spectant, alter vectigalium, & tributorum quæ ad Comitem sacrarum largitionum assiduo studio tractabat: tertius numerarius aurum ex prouinciis exactum, & ad largitionis arcam destinatum suscipiebat, vnde & numerarius auri dictus, vel moneram argenteam in aurum permutandam curabat, aurifodinarum rationes tractabat, à singulis aurilegulis septenos scrupulos auri exigebat, l. per annos, C. de metallis l. 3. C. de oper. publ. Aurum

legebatur

A legebatur in Asia ex Pactolo fluuio, & in Pontica: vltimus numerarius fuit operum publicorum. Impp. Valentinian. & Valens A A.l.2.C. de numerariis. Consularium, & præsidum tabularios dici voluerunt eos, qui prius numerarij dicti, iudicibus, vel his qui prouecti Imper. iudicio ad prouincias venerant, item exactoribus modum tributorum, aut reliquorum sub actorum testificatione frequenter ingerebant, l. 2. eod. Numerariorum fastus, vel rapaces quæstus dicuntur l.3.C.de priuileg.eorum qui in sacro palat. Numerarij sedis prætorianæ penes quos publicarum rationum notitia consistit, Nouel. Theodos. & Valentin.de offic. & numerar. præfect. prætor. qui chartarum notitiam habuisse dicuntur. Numerarij præfecturæ, vel vicariæ potestatis. Gregor.epist.27. & 26. & lib. de miraculis Protomar. Stephan.in Sermonib.D. Augustini. Numerarij cum primicerij munus expleuissent à præbendis tironibus, & equis erant immunes, l.Palatinis, C.de Palat.sac.larg.

B Olim duo numerarij fuere in singulis prouinciis, postea vnus tantum l. 2. C. de numerar. Numerarij præfect.præt. commonitoria, præceptiones, notitias, euectiones conficiebant. Imperator Anastas. Euphemio mag. offic. Quoties sanè in translatione armorum angariæ necessariæ fuerint, sublimitas tua literas ad eminentissimam iubeat dirigi præfecturam,& numerum ei armorum, & ex quo loco transferenda sunt indicare, vt continuò super præbendis angariis pro numero eorum quæ transferuntur armorum præceptione sua viros clarisf. moderatores prouinciæ conueniat, vt secundum missam à sublimitate tua notitiam naues, vel angariæ de publico præbeantur. Quod si tarditate vel negligentia transuectio armorum fuerit impedita, in 50. libras auri numerarius pro tempore officij eiusdem amplissimæ sedis condemnabitur. Mulctatur numerarius quia præceptiones ad moderatores prouinciæ maturè non expediuit. Sidonius epist.vlt.lib.1.ep.1. lib.2. Inuidet dispositiones

C numerariis. Cassiodorus lib.12.ep.23. vini,olei, vel tritici species tot solidis quos à nostro ærario percepisti, tam à negotiatoribus, quàm à possessoribus emere maturabis, sicut te à numerariis instruxit porrecta notitia. Seneca epist.12. Non esse feliciorem, cuius patrimonium tabularios lassat. Numerariorum sæpe propositum erat vorax, & violentum, vt Symmachus lib. 9. ep. 46. fraudes & sutelæ numerariorum dicuntur l.7. C. Theod. de numer.Sceleribus obnoxij numerarij l.11.15.§.eod. Ammianus Marcellinus lib.10.Numerarios vocat apparitionis magistri equitum. Collusionem numerariis obiicit Sidon. lib.2.ep. 1.l.1.ep.11. Numerariorum more quorum cum finiuntur actiones tunc incipiunt dignitates. Numerarij rectorum triennales sunt, numerarij magistri militum annui. Numerarij consulum, & præsidum conditionales, non item præfecti præt. vel aliorum illustrium, & spectabilium, quia cingulum militiæ gestant,rationes & chartas tractant l.1. C.Theod. de

D murileg. Tabularius,seu numerarius sub præside rationes vectigalium scribebat. Numerarij dicuntur rationarij,& actuarij l.3.C.de diuers.off.l.actuarij, C.de erog.mil.annon.l.fortissimi,eod. Olim numerarij ex perfectissimis dimittebantur,postquam quinquennio chartas bene,& probè,& puris manibus administrauerant l.6.C.Theod.de numer. Nouel.Valentiniani de officio & numerar. Sic olim scribæ pro præmio consequebantur vt magistratus essent. Horat.Sat.5 lib.1.

——*Ridentes præmia scribæ.*

Fuerunt & numerarij qui militares pecunias ad rationes vocarent, Veget. lib.2. ep. 19. In quibusdam militibus notarum peritis calculandi, computandiq; vsus exigitur. Totius enim legionis ratio, siue obsequiorum, siue militarium munerum, siue pecuniæ cottidie adscribitur actis maiore propè diligentia, quàm res annonaria, vel ciuilis libris annotatur.

E Cottidiana enim in pace,vigilias item excubitorum, siue angarias de omnibus centuriis,& contuberniis quæ vicissim lites faciunt.

CAPVT VII.

De Tabularijs.

Tabularij vnde dicti.

TABVLARII dicuntur qui ciuitatum, aut prouincialium chartas, & rationes tractant, ac supputant, qui præsunt tabulario ciuitatum, in quo plæraque publica, & priuatorum recondantur, veluti debitorum obsignatæ pecuniæ. Tacit.lib.14.tabulariis quos modo memoraui,& aliis minus illustribus obsignantibus.v.lapis, Aug.seruus exactor legatorum, peculiorum,tabularius rationis, patrimonij Cæsarum

Cæſarum, tabularius rationis fiſci, frumenti. Menophanes Archiepiſcopus Conſtantinopolit. in epiſt. ὁ ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸς αὐτοῦ χρηματίζει κύριος μιχαὴλ ὁ παυλιώτης ἔχει τὸ τοῦ ταβελλαείου ὀφφίκιον: *Michael Pauliotes gener eius ob ſororem vtiliſſimus dominus habet tabularij officium.* Euſebius lib. 8. eccleſ. hiſtor. τοὺς ἐν ἁπάσαις πόλεσι λογισὰς ἅμα πραιτωρίοις, καὶ ταβελλαείοις, *rationales in omnibus vrbibus cum prætoribus, & tabularijs.* l. 11. C Qui potiores in pignore. Scripturas quæ ἰδιόχειρα Græcè, ſiue tota ſeries earum manu contrahentium, vel notarij, vel alterius cuiuſlibet ſcripta fuerit, ipſorum tamen habeant ſubſcriptiones ſiue teſtibus adhibitis, ſiue non, licet conditionales ſint, quos tabularios appellant. Tabularios illos conditionales ſeruos publicos Iuſtinianus interpretatur inſtit. titul. de adoption. Olim enim ſerui tabularij erant, quod vetuere Arcadius, & Honorius Aug. l. 3. C. de tabulariis. Generali lege ſancimus vt ſiue ſolidis prouinciis, ſiue ſingulis ciuitatibus neceſſarij fuerint tabularij, liberi homines ordinentur. Ibidem, vetitum ne Dominus ſeruum ſuum chartas publicas agere permittat. l. vlt. D. de muneribus. Hi quoque qui cuſtodes ædium, vel archeotæ, vel logographi, vel tabularij, vel zenoparochi, vt in quibuſdam ciuitatibus, muneribus perſonalibus adſtringuntur. λογογράφοι tabulariis ſimiles tributorum rationibus ſcribendis occupantur. Nouel. 128. Suidas, λογογράφος ὁ δικάς, ἢ τὰς δεκανικὰς γράφων. Tabularius interdum ſignificat calculonem, ψηφιστήν. Si tabularius in computatione fefellit. l. vlt. D. ſi menſ. falſ. mod. Quanquam autem tabularij publicas rationes, & chartas ſæpe tractabant, interdum tamen in rebus priuatorum adhibiti ſunt, vt pro imperitis literarum ſcriberent, aut ſubſcriberent. Capitolinus in Gordianis, Non ſcribæ, non ſerui publici, non cenſuales illis actibus intereſſent. Tabularios intelligit, qui propriè rationes conficiunt eorum quæ publico inferuntur, & debentur. l. 1. l. miſſio, D. de exactorib. tributor. Sidonius, habes procuratorem in negotiis, villam in prædiis, tabularium in tributis, lib. 4. ep. 11. Tabulariis præerat primicerius ordinis tertij perfectiſſimus, poſtquam centenarius perfectiſſimus in ſcrinio tabulariorum l. 7. C. de palatin. ſacr. larg. Ad tabularios fiſcalis arcæ ratio pertinet l. 4. C. de numerar. quibus dantur ſalaria, ἀπιμητεα, Græci συνηθείας vocant, l. 13. C. Theodoſ. de ſuſcept. l. 9. C. eodem. Solatia l. 9. C. de numerar. Sidonius lib. 5. ep. 7. Salaria tabulariis, diſpoſitiones numerariis. Nouel. Theodoſ. de offic. & numerar. præfecti præt.

CAPVT VIII.

De Tabellionibus.

Tabelliones qui dicãtur.

TABELLIONES erant publici contractuum ſcriptores l. 2. C. de eunuchis. l. contractus C. de fide inſtrument. Item qui teſtamenta ſcribebant. l. ambiguitates C. de teſtam. συμβολαιογράφοι dicuntur Nouel. 44. vel etiam qui teſtamenta formant, conficiunt, conſcribunt. l. 9. D. de pœnis l. 14. C. de ſacroſanct. eccleſ. Nouel. 44. ἐφέρετο συμβόλαιον γράμματα μὴ γυναικὸς ἧς ἦν τὸ πρόσωπον ἐφέρετο δὲ ἔχον, τηροῦντα ἢ ὑπὸ συμβολαιογράφου, καὶ παρά τε ταβελλαείου τοῦ ὑπογεγραφότος ἔχοντα τὴν αὐτῆς, καὶ μαρτύρων ἀπιθάνων παρουσίαν. Nouel. 7. τὸ συμβολαιογράφον τὰ γιαῦτα συντάξαντα συμβόλαια, *tabellionem qui ſcribit eiuſmodi contractus.* vide Nouel. 73. Ferebatur contractus literas quidem mulieris ex cuius perſona ferebatur non habens, factus à tabellione & à tabulario habens ſuſcriptionem mulieris, & teſtium oſtendens præſentiam. Suidas ὁ τὰ τῆς πόλεως γράφων συμβόλαια, ὁ παρὰ τοῖς πολλοῖς νομικὸς λεγόμενος, ἅπαντα ἀπτόμενος τὰ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα ἕκαστον αὐτῶν οἰκείοις ὑπισχνούμενος γράμμασι: *Tabellio qui contractus ſcribit ciuitatis, qui à multis dicitur nomicus, ſeu legiſperitus, omnia inſtrumenta ciuium ſcribens, & proprijs ſigillans literis.* Inſtrumenta enim litium, & teſtamenta dictabantur quondam à ſtudioſis iuris. Sueton. Ner. cap. 32. Deinde vt ingratorum in principem teſtamenta ad fiſcum pertinerent, ac ne impunè eſſet ſtudioſis iuris qui ſcripſiſſent, vel dictaſſent ea. Arrian. in Epict. cap. 13. lib. 2. ἀλλ' οὐδὲ νομικόν τινα παρέλαβε πώποτε τὸ ἐρωτᾶν αὐτόν, καὶ ἐξηγησόμενον τὰ νόμιμα. ἀλλὰ ὑπομνήσει μὲ ὁ γράφων μὴ εἰδὼς πῶς δεῖ γράφειν, ἢ παραλαβὼν τὸ εἰ δόται, οὐδ' ἐγγύᾳ ἄλλως σφαγίζει, ἢ ἀσφάλειαν γράφει, ὁρίζει ἃ χρῆται δίκαι νομικαί: *Sed neque iuris ſtudioſum aſſumpſit vnquam, qui ei legitima interpretaretur. Sed teſtamentum non ſcribit neſciens qui ſcribi debeat, nec ſcientem adhibens, neque ſponſionem aliter ſignat, quàm ſecuritatem ſcribit, ſenſu ſuo, & arbitrio vtitur ſine*

iuris

A *iuris consulto.* Augustin. in Ioan. Qui habent causam, & volunt supplicare, quærunt aliquem scholasticum iurisperitum à quo sibi preces componantur. Et quia tabelliones sibi hanc etiam partem arrogarunt, ab iisdem iurisperitia exigitur. Nouel. 66. Homil. Scholast. vetus, δῶμεν δικολόγῳ τιμικῷ, καὶ τοῖς συνηγόροις, καὶ τῷ νομικῷ ἵνα σπουδαιότερον ἐκδικήσωσιν ἡμᾶς: *Demus caussidico honorato, & aduocatis, & iurisperito, vt studiosiùs nos vindicent.* Modestin. excusat. lib. 4. δόμιτιος, καὶ οὐλπιανὸς οἱ κορυφαῖοι τῶν νομικῶν γράφουσι: *Domitius, & Vlpianus principes legisperiti scribunt.* Harmenop. lib. 5. tit. 8. οἱ νομικοὶ αὐτέγραψαν, *legisperiti scripserunt.* Nicetas in Isacio lib. 2. αὐτὶ μὲν τῶν κριτῶν τοῦ βήλου ταβελλίωνας ἔστειλον ὄψιδας, *pro iudicibus veli tabelliones obsides miserunt.* Constantinus Cabasilas in Quæstion. τὶ σημαίνει τὸ μὴ ἐλευθεροβοᾶν τὸν δοῦλον, ὅπερ τοῖς δουλικοῖς ὠνητηρίοις ταβελλίωνες ἐγγράφειν εἰώθασι: *Quid significat eleutheroboan, liberum non pronuntiare eum qui seruus sit, quod in locis vbi emuntur serui adscribere solent.* Instrumenta à tabellionibus conscripta dicuntur ἀγοραῖα, *forensia.* Nouel. 73. seu δημόσια, *publica.* Nouel. 44. Tabelliones habent stationes suas, seu gradus, & scamma, & ministros, adiutorem, siue substitutum confirmatum, apud acta magistri census, Leo Nouella περὶ πολιτικῶν. Isidorus lib. 8. Tabellionem esse ait exceptorem, & scribam publicum, qui ea tantum quæ gestis publicantur, scribit. Firmicus lib. 8. Tabelliones faciet forensibus semper studiis applicatos. Apud tabellionem seruabantur omnia publica instrumenta, ne priuatis fortè perirent. Cassiodorus lib. 12. ep. 21. de scribarum, seu tabellionum officio. Scribarum officium securitas solet esse cunctorum, quoniam ius omnium eius sollicitudine custoditur. Alios enim depopulantur incendia, &c. sed de fide publica robustissimè reparatur, quicquid à priuatis amittitur. Armarium ipsius fortuna cunctorum est, & merito refugium omnium dicitur, vbi vniuersorum securitas inuenitur. Nouella Leonis, περὶ

B

C πολιτικῶν σωματείων διαταξέων, fuit certum tabellionum corpus sub Primicerio, à quo ex collegij sententia tabelliones creabantur, non nisi homines fidei probæ, & scribendi, loquendiq; peritissimi, necnon & iurisperiti, qui tenerent libros 60. Basilicon, & haberent in ore 40. titulos enrichidij. Nouel. 49. 52. 73. 117. 142. & edicto 7.

CAPVT IX.

De Tabulario vbi chartæ erant.

D QVIA de Tabulariis, & Tabellionibus diximus, subiiciamus aliquid de tabulario, qui locus fuit, in æde Saturni, & ærario in quo tabulæ, hoc est, instrumenta & literæ, & acta publica reposita, vt Seruius ad hæc verba Virgil. 2. Georg. scribit, *Quid tabularium.*

——— *insanúmque forum, aut populi tabularia vidit.*

γραμματοφυλάκιον Græci vocant. Festus, Tablinum proximè atrium locus, quo antiqui magistratus in suo imperio tabulas rationum habebant. In veteribus Inscriptionibus à tabulario Castrensi. Græci vocant tabularium ἀρχεῖον, *archiuum*, vt Suidas, χαρτοφυλάκιον, γραμματοφυλάκιον. l. 9. D. de pœnis. Nouel. 14. & 50. Latinè antiquarium cui qui præficiebantur dicti ἀρχειῶται, l. vlt. D. de muner. & honor. l. 9. C. de prox. sacror. scrin. Antiquarios qui habentur in scrinio memoriæ. Cic. pro Archi. poeta, Hic tu tabulas desideras Heracliensium publicas, quas Italico bello incenso tabulario interiisse

E scimus omnes. χαρτοφυλάκιον, *tablinum.* Plinius libr. 35. cap. 2. Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magistratu gestarum. Apul. lib. 3. Florid. Nemo eorum, quòd perpulcra tablina in ædibus visant.

Tablinum tamen priuatum est, tabularium publicum, πινακοθήκη *priuata*, vbi tabulæ pictæ. Romæ tabularium in quo acta P. R. à scribis, tabulariisq; confecta in atrio libertatis fuit, siue etiam ad ædem nympharum vt Cic. pro Milone. Liuius lib. 43. Censores extemplo in atrium libertatis ascenderunt, & ibi signatis tabellis publicis, clausoq; tabulario, & dimissis publicis seruis. v. lapis. M. Perpenna lurco, T. Sartius Decianus curatores tabularior. fac. curauer. Olim Quæstores publico tabulario præpositi. Tacit. lib. 13. Princeps tabularum publicarum curam à Quæstoribus ad præfectos transtulit. Cic. de nat. Deor. lib. 3. Sed exeamus è theatro, veniamus in forum. sessum ite precor. quid? vt iudicetur qui tabularium incenderit. In eo erant omnia pascua, prædia, vectigalia, portoria, ciuitates, redemptionesque publicanorum perscriptæ. *Tablini & Tabularij differentia.*

Tabulariũ vsurpatur aliquando pro tablino.

Tabularium sumitur interdum pro tablino priuato cuiusque patris familias, in quo instrumenta omnia, nomina, Kalendaria reponuntur. Paulus l.92.D.de legat.3. In fundo autem vno ex his qui prælegati sunt, tabularium est, in quo sunt & complurium mancipiorum emptiones, sed & fundorum, & variorum contractuum instrumenta. Tabularium item dictus liber beneficiorum Cæsaris. A

CAPVT X.

De Chartularijs, & Deputatis.

Chartularij qui, & eorum onus.



ETYMOLOGICVM Chartularios esse ait, qui olim Commentarienses dicti, publicis literis, tabulis, instrumentis curandis, & retractandis præerant l.3.de canon.largition.tit. Præcepit nostra serenitas chartularios, qui de cohortalibus officiis vniuscuiusque prouinciæ largitionales titulos retractare constituuntur. B

Chartularij plures.

Erant Chartularij cursus, alij sacri cubiculi, alij magistrorum peditum, & equitum, alij stabulorum. Constantinus Porphyrogenneta in Chorographia, Sinuthen eunuchum chartularium τοῦ ὀξέος δρόμου fuisse ait, id est, *celeris cursus*. De chartulario diuini cubiculi, Nouel.25. Prætorem Lycaoniæ δεῖ παρέχειν προφάσει συμβόλων τοῖς περιβλέπτοις χαρτουλαρίοις τοῦ θείου κουβικλείου νομίσματα θ. *Oportet præbere occasione insignium suæ dignitatis spectabilibus chartularijs sacri cubiculi nummos 9.* De chartulariis magistrorum equitum l.5.C.Theod.de diuers.offic. De chartulariis magistrorum equitum & peditum si quis post 25.annos obnoxius curiæ fuerit repertus, habeat priuilegium militiæ. De chartulario tabulorum Imper. Nicetas lib.3. Isaacij, χαρτουλάριος ὢν τῶν ἱπποστάθμων, *chartularius stabulorum Imp.* διπότατος, *deputatus* chartulariis erat adiunctus. *Chartularium* Glossæ interpretantur, ἀντιγραφέα. C

Deputati qui vocantur, eorumq; diuersitas.

Deputati vero, seu statuti numerorum milites erant annonas ferentes ex publico, qui numeri cuiusque militum arma procurabant, alias fabricenses deputati dicuntur. In notitia Imper. Deputati scholæ agentium in rebus, Deputati domesticorum, Deputati equitum, & peditum. Suidas δεπότατοι, λειτουργοὶ, ἀφωρισμένοι: Deputati erant alij qui saucios curarent, alij qui arma fabricarent. Leo Imper. δαιπότατοι οἱ νῦν σκρίβωνες, οἵτινες παρακολουθοῦντες τῇ παρατάξει τοὺς ἐν τῇ μάχῃ τραυματιζομένους ἀναλαμβάνουσι ὡς ἰατροί: *Deputati qui nunc dicuntur scribones, qui exercitum, & aciem seduli eos qui in pugna sunt saucij, recreant, & suscipiunt, vt medici.* Idem in Tacticis. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι καθ' ἕκαστον τάγμα, ἤτοι βάνδον διωρισμένοι οἷον βανδοφόροι, σαλπιγκταὶ, ἤτοι βουκινάτορες, θεραπευταὶ, ἰατροὶ, οἳ καὶ δεπότατοι: *Sunt autem alij in quoque ordine deputati, vt bandofori, tubicines, buccinatores, medici, qui & deputati dicuntur.* Basilicon eclog.57. ἀλλ' οὐ δὲ τοὺς ἐν τοῖς ἀριθμοῖς καταλεγομένους, οὓς ὁπλοποιοὺς, καὶ διποτάτους καλοῦσι τοὺς παρὰ τῶν δημοσίου κομιζομένους σιτήσεις συγχωροῦμεν ἐργάζεσθαι, ἤ τινι πιπράσκειν ὅπλα. Idem cauetur Nouel.85 Iustinian. *Sed neque eos qui in numeris descripti sunt, armorum fabros, & Deputatos vocant, qui de publico annonas accipiunt, permittimus fabricari, aut vendere arma.* Apud Cassiodor.lib.11. cap.30. est primicerius deputatorum. Deputati erant agentium in rebus ministri, & currentium Comites, l.vlt.C. de seruis fugit. Si qui publicorum seruorum fabricis, seu aliis operibus publicis deputati, tanquam propriæ conditionis immemores domibus se alienis, & priuatarum ancillarum consortiis adiunxerint. Serui publici armorum fabricæ deputati, qui carbones accenderent, ligna deferrent, vt Dendrofori. Nouel. 85. Sic Deputati sacræ vestis erant, qui eas manibus componebant.l.scriniis §. deputati. C.de Palatinis sacrar. largition. Iustinianus Basilidi magistro officiorum mandat, vt aliquos ex Chartulariis fabricensium scrinio deputet, qui priuatos arma facientes inquirant, & ea in armamentarium deferant. Deputati sub Comitib.domesticorum l.omnis C.Theod.de domestic.& protect.qui Comitum iussiones exsequuntur. Domestici ministri dicuntur Cassiodoro lib.9.ep.ad Viliam 13. qui 260.solidos ad annonas habent. Chartularij autem largitionales titulos retractant, & quadrimenstruos breues faciunt l.10.C.de numer & actuariis. Omnia sanè commonitoria, vel præceptiones, aut euectiones, seu quælibet publica instrumenta, non solum adiutoribus, verum etiam prouinciæ illius de qua disponitur tractatori inspiciendi, itidemq; subscribendi, aliorum quoque qui vna cum eo tractant in eadem subscriptione mentione habenda necessitatem incumbere. Diaconus lib.21. Petrus cum D E

Chartu

A Chartularius esset, & publicè tributa facta ratione conferret, si quid ab Imperatore soluendum esset Arabibus. Per eos Imperator vinum deferendum curat apud Cassiodor. lib. 12. Chartulariis qui in rem directi sunt, tradite vinum deferendum. lib. 7. form. 43. Chartarius cum ad patrimonia diuinæ talis domus mereatur accedere lib. 8. ep. 23. directisq; sedis vestræ chartariis designatas massas actoribus eius contradere. item massas subter annexas tot solidos pensitantes ex patrimonio matris ipsius præcipimus reformari, eius feliciter dominio plenissimè vindicandas cuius successionis ius integrum in ea qua præcipimus parte largimur. Ennodius lib. 7. ep. 1. Epiphanium chartarium, intelligo Chartularium Comitis Patrimonij. Vet. lap. Locus Valeriani chartarij. Chartarius interdum chartæ opifex, aut negotiator. De Chartulario Nouel. 117. πρὸς τοὺς πρίορας τῶν ἀριθμοῦ, καὶ τοὺς χαρτουλαρίους. Basilic. eclog. 29. τοὺς πρίορας τῶν ἀριθμοῦ, καὶ τοὺς χαρτουλαρίους, *priores numeri, & chartularios.*

B Codinus lib. de officiis. Cum Comes equorum ad imperatorem adduxit equum, & imperator ascendit, protostrator prehensum fræno deducit equum ad quartam, aut quintam aulæ partem, postea *magnus Chartularius eum excipit, & fræno trahit vsque ad portam aulæ*, διαδεξάμενος τοῦτον ὁ μέγας χαρτουλάριος φέρει διὰ τοῦ χαλινοῦ ἕως τῆς πόλης. Leo constitut. 3. §. 31. ὁ χαρτουλάριος πρὸς τὴν τῶν στρατοῦ καταγραφὴν τε, καὶ ἀναζητησίν ἐστι: *Chartularius ad exercitum conscribendum, & inquirendum constituitur.* vet. gloss. Scriniarius χαρτουλάριος. Magnus Chartularius Constantinopoli præfectus erat equis Imper. Zonaras in Leone Isauro, παῦλον τὸν βασιλικῶν ἵππων ἐπιστατοῦντα, χαρτουλάριον ἡ ῥωμαία οἱ δὲ τοῦτον λέγειν φωνὴ, πατρίκιον τιμήσας: *Paulum præfectum regijs equis, Chartularium vocant, patricium cum creasset.* Nicetas vocat eum Chartularium τῶν ἱπποστάθμων, *stabulorum* Imp. siue *mansionum publici cursus.* Gotfridus Viterbiensis in Chronico parte 20. Scribit Narseten præfectum Italiæ & Chartularium impe-

C rialem fuisse. Diaconus lib. 21. Leo Imp. Chartularium paulum facit patricium, & Prætorem Siciliæ. Fuerant & tres Chartularij sacri cubiculi. Notitia consuetudin. τοῖς τρισὶ χαρτουλαρίοις τοῦ θείου ἡμῶν κουβικλείου νομίσματα ἐννέα. Nouel. 25. Nouel. 8. παρόντος δὲ καὶ τοῦ κατὰ καιρὸν χαρτουλαρίου μεγαλοπρεπεστάτου τῶν θείων ἡμῶν κοιτώνων τῶν τοῖς συμβόλοις τούτοις τοῖς παρ' ὑμῖν ὑπηρετουμένου, *presente Chartulario magnificentissimo sacri nostri cubiculi pro tempore existenti, qui codicillis seruit.* Tertio loco fuit Chartularius exercitus. Lex tertia C. de canone tit. largitional. Chartularios vocat tractatores. Breuia quadrimestria per idoneum tractatorem eorumdem titulorum super commendandis ratiociniis publicis ad sacratissimam vrbem transmittuntur.

D

CAPVT XI.

De Magistris 4. Scriniorum.

NOTITIA inter spectabiles quarto loco ponit Magistros scriniorum memoriæ, epistolarum, libellorum, epistolarum Græcarum. Magister memorię adnotationes omnes dictat & emittit, & precibus respondet. Magister scrinij epistolarum legationes ciuitatum, consultationes & preces tractat. Magister libellorum cognitiones, & preces. Magister epistolarum Græcarum eas aut ipse dictat, aut Latinas in Græcum transfert. *Magistri scriniorum numerātur inter spectabiles.*

E Nonnulli quartum scrinium esse volunt dispositionum, epistolasq; aiunt Græcas & Latinas ad idem scrinium pertinere. Officium de ipsis nemo habet. Sed adiutores electos de scriniis, de quibus ante omnia nobis agendum est. *Scriniū dispositionum.*

CAPVT XII.

De Scriniarijs.

SCRINIVM δρυφρακτικὴ λάρναξ, vel δρυφακτικὴ, in Etymolog. σκρινιάριος τῆς δουκικῆς ὑπάρχων τάξεως, ὃ ἐστὶ νοτάριος, ἢ χαρτοφύλαξ: *Scriniarius ordinis ducum, notarius, seu chartophylax.* Suidas, scriniarius ὁ χαρτουλάριος τοῦ ἐπάρχου, ὁ αἴρων τὸ σκρίνιον, ἢ τὸ κιβώτιον: *Chartularius Præfecti Prætorio, qui fert arcam.* Glossæ

Scriniorum numerus & varietas.

Baſilicon, ſcrinia arculas interpretantur. Scrinia quatuor fuere, memoriæ, epiſtolarum, libellorum, diſpoſitionum. Notitia quartum eſſe ait ſcrinium epiſtolarum græcarum. Notitia conſuetudinum *quatuor ſcrinia diuini laterculi fuiſſe* ait, μὴ τ τεσσαρων σκευνίων ϝ θείᾳ λατερκέλλ. Alia ſacrarum largitionum numerantur, exceptorum, canonum, tabulariorum, numerariorum, mittendariorum, aureæ maſſæ, auri ad reſponſum, à Miliarenſibus veſtiarij ſacri, ab argento, à pecuniis. Eclog. 6. Baſil. δίκαιον ϛρατιωτικῦ πεκκλία ἔχεσι, ⓒ οἱ σκευιάριοι, ἢ οἱ ἐξκίπτωρες ϝ ἐπάρχᾳ σεμπτωείων. *Ius peculij militaris habent ſcriniarij, & exceptores Præfecti Prat.* Breuia aſſeruabantur in ſcriniis principis. Iulianus A. in epiſt. ad Iudæos, κὴ πυὲ παρέδωκα τὰ βρέβια τὰ καθ' ὑμᾶς ἐν τοῖς ἐμοῖς σκευίοις ϗποκείμδνα, *igni tradidi breuia contra vos, quæ erant in meis ſcrinijs.* Scriniorum magiſtri, ſcriniorum principes. Lampridius in Alexandro, negotia & cauſſas priùs à ſcriniorum principibus, & doctiſſimis iuriſconſultis tractari. Militare in ſcriniis dixit Symmachus lib. 7. ep. 124. A magiſtris ſcriniorum componebantur orationes, & litteræ Imperatorum, vt Spartianus in Vero. Symmachus libr. 1. ep. 8. magnis rebus accommoda, & ſacris ſcriniis apta, gloriam quam magiſterio antè quæſiſti, recens auxit oratio. Idem lib. 10. ep. 34. 37. 46. perennitatis veſtræ ſcrinia, ſacra ſcrinia, palatina ſcrinia, manſuetudinis veſtræ ſcrinia, l. 32. C. Theodoſ. de appellat. l. 53. Sidonius Panegyr. 2. A B

Quid loquar hîc illum qui ſcrinia ſacra gubernat,
Qui cum ciuilis diſpenſet partis habenas,
Suſtinet armati curas, interprete ſub quo
Flectitur ad veſtras gens effera conditiones?

Caſſiodorus lib. 6. ſcrinij magiſter. lib. 2. primiſcrinius lib. 11. ep. 20. De primiſcrinio qui egreditur. Quapropter ſpectabilitatis honore ſuffultus inter tribunos & notarios venerandam purpuram adoraturus accede, vt per ſacros aſpectus principis tuæ ſubſiſtat firmitas dignitatis. ep. 22. Catellum, quem matriculæ ſeries fecit accedere, noſtra auctoritas quoque actorum ſcriniorum curam præcepit obtinere. epiſt. 24. Lucillum ſcriniarium curæ militaris eſſe præcipimus. Scrinia Sidonius lib. 8. ep. vlt. armariola & theculas vocat. Euagrius lib. 3. cap. 39. κὴ τῶν καλαμδώων ἰδικῶν σκρινίων τυχεῖν, *& conſequi priuata, quæ vocantur ſcrinia.* Magiſter militum ſcriniarios habuit. C. Theodoſ. lib. 8. ſcriniarij magiſtri militum rationes actuariorum freti poteſtate chartarum ad libidinem perſcribebant. Quemadmodum autem ſacrarum largitionum fuere ſcrinia, quæ ſupra poſuimus, ita & quatuor ſcrinia fuere rerum priuatarum, beneficiorum, rationum, ſecuritatum, largitionum priuatarum, l. vlt. C. Theodoſ. de palat. ſcrinior. Scriniarij à quo primùm inſtituti ſint, ignotum eſt. Primus eorum meminit Spartianus in Ælio Vero. Cum, inquit, Ælius Verus orationem pulcerrimam ſiue per ſe, ſiue per ſcriniorum, aut dicendi magiſtros paraſſet. Symmachus lib. 7. ep. 124. Fungitur autem militia in ſcriniis literarum. Iulianus Auguſtus ad Secundum Præf. Præt. In rebus prima militia eſt, ſecundus in litterarum præſidiis pacis ornatus, l. 1. C. Theodoſ. de proximis comitib. Aurelius Victor lib. de Cæſarib. cap. 20. ſcribit Papinianum Baſſiani ſcrinia curauiſſe. Scriniorum magiſtri ſunt ſpectabiles honore comitum ornati, aſſeſſores quodammodo principis, l. eos C. de excuſation. munerum, quorum militia literata, l. 8. C. de proxim. ſacr. ſcrin. Quia tanquam in caſtris erant, qui ſtudiis eruditis intenti comitabantur ſigna Imperatoris, & actibus ſemper præſto erant, l. 15. C. Theod. de priuil. eor. qui in S. pal. mil. Saluianus lib. de prouident. noui nuntij, noui epiſtolares à ſummis poteſtatibus miſſi. C D E

Quid in ſacris ſcriniis reponatur.

In ſacris ſcriniis iura, adnotationes, pragmaticæ ſanctiones, reſcripta principum, cognitiones, preces eduntur, reponuntur, ſeruantur, l. vlt. C. de aquæduct. l. 8. l. 10. C. Theod. de proxim. & comitib. diſpoſit. In ſcrinio diſpoſitionum non eſt magiſter, ideo nec proximus, ſed comes. Proximos ſequuntur melloproximi, qui ſequenti anno futuri ſunt proximi. Proximatus eſt annuus. Sequuntur adiutores, proximi Laterculenſes, primores, exceptores, antiquarij, adiutores, quæſtorij, librarij, ſcriptores, memoriales, libellenſes, epiſtolares, pragmaticarij. Officij capita dicuntur primates C. de proxim. ſacr. ſcrin. l. 2. vnus eſt officij princeps, primates & priores plures l. vlt. C. de Decumis. Quindecim primates ſcrinij, vnus magiſter. Scriniariorum alij ſunt ſtatuti, alij ſupernumerarij, qui ſuccedunt in locum ſtatutorum. C. Theod. de palat. ſacr. larg. l. 8. Scriniis omnibus largitionum Comitatenſium infra ſcriptas dignitates decernimus. Breuis, quas dignitates per ſingula ſcrinia officium ſacrarum largitionum habere ſtatutum eſt, ſcrinij exceptorum perfectiſſimus ordinis

A ordinis ſecundi numero vnus, id eſt, primicerius exceptorum vnus, ducenarij duo, id eſt, tertiocerius,& quartocerius, centenarius vnus, id eſt, primicerius inſtrumentorum. vide l. 7.C.de palat.ſacrar.larg. Erant & ſcrinia præturæ vrbanæ. Vopiſcus, epiſtolam ex ſcriniis præturæ vrbanæ protuli.

Scriniarij apparitores magiſtratuum dicti.

Scriniarij interdum dicti apparitores magiſtratuum, qui chartas ad ſe quiſque pertinentes in ſcriniis cuſtodiebant. l. 16. C. de teſtament. milit. Primiſcrinij interdum dicuntur adiutores l.3.C.de appellat. P. P. Cuſtodiebant carceri traditos l.4.C. de cuſtod. reor. ſæpe primiſcrinius dictus officij princeps. Interdum primiſcrinij numerarij dicti, qui vinctos numerabant, vt & Commentarienſis. Cod. de cuſtod. reor. l. vltim. penultim. Primiſcrinius Præfecturæ vrbanæ libr. 10. epiſt. 47. Symmachus primiſcrinij vrbanæ ſedis l. 10. de ſuariis. Nouella 134. ſcriniarij & vindices *ἰδίῳ κινδύνῳ τὴν ἀπαίτησιν ποιῆσαι, pro-*
B *prio periculo exigunt tributa.* in veter. gloſſ. *Scriniarij χαρτοφύλακες: Primiſcrinij πρώτης τάξεως* dicuntur.

Quot ſcriniarij in ſcrinio memoriæ.

Scriniariorum numerus erat definitus, in ſcrinio memoriæ 52.viri, in aliis 34.C.de proxim. ſac.ſcrin. Ex his exceptores acta iudicum coram principe, aut Præfect.Præt.aut quæſtore ſcribunt. Præter hos erant & alij ſupernumerarij, qui cum locum alicuius defuncti ordinarij ſubeunt, 250.ſolidos pro ingreſſu nomine ſportularum proximo ſoluunt,& alios 25. melloproximo, qui poſtea in hæredes tranſlati ſunt. Quindecim cuiuſque ſcrinij primates plures annonas aliis percipiunt, olim in ſpeciebus, poſtea in pecunia, l.annonas C. de erogat.mil.acc.

Primiſcriniorũ lucrũ.

Qui primum gradum in ſcriniis tenent, centum centenaria auri, vt minimum lucrantur, auctore Procopio in Anecdotis. Legatur Sozomen.lib.7. cap.13. Ruffinus in D. Am-
C broſio. Ambroſ.ep.33. Scriniarij omnes erant ſub magiſtro officiorum. Scrinium diſpoſitionum ab aliis ſeparatum fuit. Scriniarij & chartularj tractant chartas. Primicerius præeſt vniuerſo officio. Secundocerius erat ſcrinij exceptorum primicerius. Tertiocerius baſtagas, quartocerius libellos tractabat, l.7. C.de palat.ſacr.larg. Singula ſcrinia in decem ſcriniariis comitis ſacr. largit. ſuos primicerios habuere. Gratianus addidit mittendariorum ducenarium pro primicerio. In hoc officio fuere 450. viri vt minimum, qui perfectiſſimi. Vide titulum C.de palat.ſacrar.largit. & titulum de canon. largit.titul.C.ſcriniarij interdum dicti regerendarij, libellenſes, ſubſcribendarij, epiſtolares, l.3. C. de apparit. Præfect.Præt.& in notitia. l. ſcriniarios C. de milit. teſtam. Quatuor præpoſiti ſacris ſcriniis palatij olim dicti magiſtri, qui proximos habuere, non ſecundocerios. Poſtea magiſtri dicti primicerij, l.vlt.C.de diuerſ.reſcript.Impp.Theodoſ.& Valent. Auguſti Zoilo Præfect.
D Præt. orient. Viris ſpectabilibus magiſtris omnium ſacrorum ſcriniorum noſtræ beneuolentiæ libertas tribuenda eſt, qui noſtræ quodammodo adſidere maieſtati videntur. C. de de magiſtr. ſacr. ſcrin. Videtur Auguſtus ſcriniarios inſtituiſſe, vt Dio ſub finem lib. 52. Auguſtus *πάντα ὅσα τὰ γράμματα τὰ ἐν κιβωτίοις ὑπὸ Ἀντωνίου κατακεκαυμένα, dixit ſe omnes literas, quas inuenerat in ſcrinijs Antonij, cremaſſe.* Et reuera quaſdam cremarat, plurimas tamen ſeruarat, quibus & poſtea tempore & loco vſus eſt. Si non inſtituit, certè diligentius deſcripſit. Nam & Mithridates, & Pompeius, & alij ſcrinia habuere. Magiſtri omnium ſcriniorum Imperatoris adſidere maieſtati quodammodo videntur, C.de magiſt. ſac. ſcrin. Scriniarij omnes erant Iuriſperiti, vt Lamprid. in Alexand. Primi poſt magiſtros erant adiutores, quibus ipſi reſcripta dictabant, qui dicti proximi l. vlt. C. de diuerſ. reſcript. vno anno functi officio Comites conſiſtoriani facti, C. de proxim. ſacro-
E rum ſcrin.

Primiſcrinius numerarius dictus & quare.

Primiſcrinius dicitur numerarius, qui præcipuum ſcrinium adminiſtrabat, in quo rationes vectigalium & numerorum l.3.C. de apparit.Præfect.Præt.l.ſcriniarij C. de teſtament. milit. Omnes officiales quia ſcrinia habuere, dicti ſcriniarij. In officio vicarij Romæ primiſcrinij dicti numerarij, ad quorum curam ſpectabat præter alia munera, exigere mille-nos denarios in Campanis, Lucanis, Brutiis pro larido debito pop.Rom.quod munus pariter pertinebat ad primiſcrinium præfecti l.vlt.C.de ſuariis.

CAPVT XIII.

De Memoriali.

Scriniũ memoriale.



SCRINIVM memoriæ cæteris nobilius annotationes omnes dictabat, & emittebat, precibus reſpondebat, vt eſt in notitia. Eorum nomina ſcribebat, qui in pace vel bello dignum aliquid laude geſſiſſent, vt eis gratia haberetur, & præmia ſoluerentur. *Memorialis* dicitur *ἀναμνήσκων*. lib.3.Reg.cap.4 *ὁ τῆ βασιλικῆς μνήμης προεστώς*, Herodiano lib.4. *qui præeſt memoriæ principis*. vocatur & magiſter memoriæ. Ammianus, libr. 14. Ædeſius ex magiſtro memoriæ conſul. Apud Vopiſcum in Caro Calpurnius ad memoriam dictabat. Dicitur & *γραμματεὺς τῶν ὑπομνημάτων*, niſi malis actuarium interpretari. Ioſephus cap.5.lib.10. *τὸν ὅπατον τῆ πόλεως ἀμασίαν, καὶ τὸν γραμματέα σαφὰν, & τῶν γραμματιστῶν ὑπομνημάτων ἰωάθαν*, *Præfectum vrbi Amaſiam, & ſcribam Saphan, & actuarium Ioathan.* Suidas, *οἱ ὅπατὶ τῶν ὑπομνηματογράφων*, *qui præſunt actuarijs, commentarijs, οἱ ὅπατὶ τῶν ὑπομνημάτων*. Habuere adiutores. Nouel.35. *τινὲς μεσειαλίων δικῶν βοηθὲς ποιεῖν ὡς ἴδιον τόπον. εἰσὶ δὲ βοηθοὶ εἴκοσι ἑξ. Quidam memoriales poſſunt adiutores ſibi legere, qui ſuas vices agant.* Sunt autem adiutores 26. Theodoſ. & Valentinianus A A. Iſidoro P. P. ſi quos ſpontaneos *ὑπομνηματογράφοι* munificos ſuis exhortationibus ad publicas nominauerint functiones. Procop.in Eſaiam, *ὃ προφήτης τὸν πρὸ τοῦ θεοῦ λόγον κηρυττόντων παρῆσάν τινες οἱ ληξόμβροι ὑπομνηματογράφοι τὰ λεγόμενα σημειώμενοι. Propheta prædicante ſermones à Deo acceptos aderant quidam dicti Commentareſij, qui ea, quæ dicerentur, obſignarent.* libr. 1. Paralipom.c.16.Ioſaphat. *ὑπομνηματογράφων*. l.1.C.Theod.de priuileg.eorum,qui in ſacro palatio milit. Palatini,qui in ſcriniis noſtris id eſt,memoriæ, epiſtularum, libellorumq; verſati ſunt.l.ſi ex memorialibus, vel ex palatinis noſtris. Nouella Valentinian.tit. de homicid.vir ſpectabilis magiſter,qui interdicta ſupplicantibus reſponſa præbuerit.(vocauerat ſupra,noſtri nominis adnotationem, reſponſa quæ procedunt quæſtore neſciente,oracula,)Memorialis quoque cuiuſlibet ſcrinij, qui aduerſus vetitum reſcriptum fuerit exſequutus, &c. Quod enim fas non eſt, vel per adnotationes noſtras nocentes mereri multò magis veramus reſcriptis ſimplicibus impetrari. Illuſtris itaque & præcelſa magnificentia tua(Præfectum præt. alloquitur) neceſſariam humano generi ſanctionem cunctorum notitiæ publicati propoſitis iubebit edictis, vt ſalubria conſtituta nullus ignoret. Vbi animaduerres indulgentiam homicidij principis adnotatione, non ſimplicibus reſcriptis ſcriniariorum impetrari poſſe. Item, ſanctiones & conſtituta Imperatorum à Præfect.Præt.præpoſitis edictis promulgari.

Memorialiũ militia.

Memoriales igitur militant in literarum præſidiis,& eorum militia dicitur litterata. l. 8. 9.C.de prox.ſacr.ſcrin.l.10. Hac parte ſtatutos memoriales præcipimus eſſe in ſcrinio quidem memoriæ 62. epiſtolarum 34. libellorum 34 Antiquarios verò,qui habentur in ſcriniis memoriæ,nunquam minus eſſe quàm 4.

Memorialiũ diſpoſitio penes quæſtorem erat.

Memoriales erant ſub diſpoſitione quæſtoris, *οἱ ἐν τῆς ὑπομνήμασι τῶν πελάσεων φύλακες, cuſtodes iuſſionum in commentarijs*, qui leges & reſcripta excipiebant,& perſcribebant, eorum obſequio res quæſtoria dicitur cogi,l.vlt.C.de prox.ſacr.ſcrin. Apud Ammian. magiſter memorię,qui antè Proconſul fuerat.D.Ambroſ.in Epitaph.Theod.Memorię magiſter promotus quæſtor.Rufinus lib.2.c.17. Memoriæ ſcriniis præſidens, cingulum iecit ad pedes Imperatoris. Codinus, *ὁ ὅπατὶ τῶν ἀναμνήσεων ὑπογράφῃ τὸν ἐν τῆ στρατείας, & ἀλλαχὸ ὑφισθόντας, τὸν ἀναμνημίσυν ὑπὲρ αὐτῶν τῷ βασιλεῖ, ἵνα λαμβάνωσι τὰς προσηκούσας τιμάς.* Ammianus lib.15. Exmagiſter memoriæ,& conſul ſubrogatus. Vet.Inſcript. Magiſter libellorum, & cognitionum ſacrarum,magiſter epiſtolarum,magiſter memoriæ, vicarius Præfectorum per Hiſpanias vice ſacra iudicans.Trebel.in Claudio,Ego,verba ſint ipſius,an magiſtri memoriæ,non requiro. Memorialis ſacri ſcrinij epiſtolarum,& adiutor viri magnifici quæſtoris ſacri palatij,in V.Inſcriptione.Memoriales deuoti, deuotiſſimi,l.12.C.de prox.ſacr.ſcr. *ἀνταγραφεὺς τῆς μνήμης* curabat, vt ea in commentarios referrentur, quæ cottidie acciderent, quorum memoriam conſeruare principis erat.Memorialis vicem principis, cui erat à memoria,ſcribebat,aut dictabat. Petrus patricius in excerptis,*ἀντιγραφέα τῆς μνήμης* vocat.Memoriales laterculi minoris curam habent, in quo præfecturæ, tribunatus, præpoſituræ caſtrorum,quæ in limitibus imperij,C.de off.quæſt.

Later

A Laterculenſes ſcrinium memoriæ tractantes cæteris ſcriniariis digniores fuere, l. comperimus. l. vlt. C. de prox. ſac ſcrin. l. 2. C. de priuil. eor. qui in ſacr. ſcrin. mil. Magiſter memoriæ emittit diplomata curſus, l. in ſacris. C. de prox. ſacr. ſcrin. reſpondet libellis ſupplicibus, l. vlt. C. de diuer. reſcript. In eodem ſcrinio probatoriæ ſcribuntur, quibus princeps perſonas agentium in rebus probat. Notabant memoriales manſiones curſus publici, oppida, vicos, vbi equi. Lamprid. in Alexandro. Ita vt ab epiſtolis, à libellis, à memoria ſemper aſſiſterent. In memoriæ ſcrinio erant 62. ſcriniarij, ex quibus 12. adiutores quæſtoris Palatij, 7. antiquarij, 4. Græci, tres Latini, qui libros vetuſtate corruptos ſcriberent, C. de prox. ſac. ſcrin. vet. inſcriptio, à Bibliotheca Græca, à Bibliotheca Latina. Magiſter memoriæ non habet officium, ſed adiutores ex ſcriniis. Magiſtrum ſequitur adiutor proximus, deinde mello proximus, qui ſunt pro ſecundoceriis & tertioceriis. C. de proxim. ſ. B ſcrin. l. pro biennio. proximi memoriæ, epiſtolarum, libellorum ſunt clariſſimi, C. Theod. de proximis Comitibus diſpoſition. Petrus Patricius & magiſter ſcribit Galerium & Diocletianum miſiſſe Sicorium Probum memoriæ magiſtrum qui de pace ageret. ἔνθα κοινῇ βελδυσαμβύοι ἐέλλασιν εἰς ἀφοίδα πρεσβύτιὼ σικέιον πρόβον ἀνπγραφέα τ μνημης. Cantacuzenus lib. 3. cap. 15. Stanopulinus à memoria. Agathias lib. 4. ὁκ βασιλέως τῷ ῥᾳσίκῳ ἔχων ὅπίταγμα ἐφ' ᾧ ἕκασά τε τὰ ποιόμβνα ἐς τ' ἀκειβὲς ἀφεγγέλλειν, καὶ τ' ςρατιωτῶν τὰς ἀριςδύονζας τῆς βασιλείοις δώρεις φιλοφρονεῖδζ. *A rege ad Rusticum mandatum habens vt ſingula quæ fortiter acta eſſent, accuratè nuntiaret, & milites qui ſtrenuè rem geſſiſſent, regijs muneribus honeſtaret.*

Laterculenſes dignitate cæteros ſcriniarios anteibant.

CAPVT XIV.

C

De Epiſtularibus Imperatorum.

IBERA Rep. Senatores, aliíque viri nobiles, ſeruos aut libertos ab epiſtolis habuerunt. Primus Hadrianus habuit equites Romanos ab epiſtolis & libellis, vt Spartianus. Dio de legationib. τὰς ἀφαγνώσεις αὐτέ, καὶ τὰς ἐπιςολὰς διοικήσων. *vt adminiſtraret eius cognitiones, & epiſtolas. Calliſtus*, Claudij libertus, *curabat libros dignitatum*, *Narciſſus epiſtolarum curam gerebat, ideo & pugione erat accinctus.* ὁ κάλλις ἀπελεύθερ ἐτέτακτο ἐπὶ τ βιβλοις τ ἀξιώσεων, ναρκισς τ ἐπιςολῶν ἐπεςάτει. διὸ καὶ ἐγχειρίδιον παρεζώννυτο, ait Zonaras in Claudio. Philoſtratus ſub finem libri de Sophiſtis D ſcribit, Aſpaſium *prouectum ad Imperatoris epiſtolas*, παρελθὼν εἰς τὰς βασιλικὰς ἐπιςολὰς. Ariſtides ad Capitonem ὑπογραφέα vocat amanuenſem, ſcriptionem, hominem à manu. χειρογράφος, χειρόγραφος *Amanuenſis* dicitur in gloſſis Latino Græcis. Hadrianus ſub Commodo *exſcriptor epiſtolarum* fuit, ἀνπγραφεὺς τ ἐπιςολῶν, ait Suidas. *Celer præpoſitus regijs epiſtolis*, vt Philoſtratus in Dionyſio. ὁ γ κέλερ βασιλικῶν μὲν ἐπιςολῶν ἀγαθὸς προςάτης. Epiſtolæ Latinæ fuerunt & Græcæ, quibus alij atque alij præpoſiti. Berillus *pædagogus Neronis præfuit Græcis epiſtolis*, παιδαγωγὸς τ νέρωνος τάξιν τὴν ἑλληνικῶν ἐπιςολῶν πεπιςεμμένος, ait Ioſephus lib. 20. Antiquit. c. 7. Trogus Pompeius ſcribit, patrem ſuum ſub Caio Cæſare militaſſe, epiſtolarúmque & legationum ſimul, & annuli curam habuiſſe, narrante Iuſtino lib. 43. Duo pueri Alexandrini, cum in Æthiopum regis poteſtatem veniſſent, alter ab epiſtolis, & ſcriniis fuit, vt Socrates lib. 2. hiſtor. eccleſ. Iulius Firmicus lib. 3. E Aſtron. Litteris regiis præpoſitos vocat. Alexander Seuerus poſtmeridianis horis ſubſcriptioni & lectioni epiſtolarum dedit operam, vt ab epiſtolis, & libellis, & à memoria ſemper aſſiſterent, auctore Lamprid. Syllanus apud Tacitum lib. 15. nobiles habuit ante Hadrianum, quos ab epiſtolis, libellis, & rationibus appellaret, nomina ſummæ curæ & meditamenta. Damianus *regis epiſtolis præpoſitus inter conſules aſcriptus eſt*, apud Philoſtratum, τ βασιλικῆς ἐπιςολαῖς ἐπιτεχθείς, ὑπάτοις διεγραφείς. Epiſtulares in Palatio militare dicuntur. Socrates ſub finem lib. 1. ἐν τοῖς βασιλείοις ἑρατεύετο, καὶ ἀνπγραφεὺς τ βασιλέως ἐπίετο. *in Palatio militabat, & erat ſcriba regius.* Iuſtin. epiſt. ad ſenat. Conſtantin. τ μεγαλοφρεπεςάτε κόμιτος τ θείων λαργιτόνων, καὶ ἀνπγραφέως τ θείε σκρινίε, τ τε θείων λιβέλλων, καὶ τ βασιλικῶν ἀφαγνώσεων. *Magnificentiſſimi comitis largitionum, & ſacri ſcrinij antigrapharij ſeu reſcriptoris diuinorum libellorum, & regiarum cognitionum.* Suidas antigraphea interpretatur eum, qui præpoſitus ſit pecuniis, quæ in publicum referuntur, & vrbi ſoluuntur, ita vt eas deſcribat. *Erant autem duo antigraphes, alter adminiſtrationis, alter ſenatus.* ἀνπγραφεὺς

Epiſtulares vnde dicti.

ὁ καθιστάμενος ἐπὶ τῶν καταβαλλόντων τινὰ τῇ πόλει χρήματα, ὥστε ἀντιγράφεσθαι αὐτά. δύο δὲ ἦσαν, A
ὁ μὲν τῆς διοικήσεως, ὁ δὲ τῆς βουλῆς. Seianus apud Tacitum lib.4. ait se magna ex parte litterarum arbitrum fore, cum per milites commearent. Nymphidius præfectus prætorio valde offensus est, quòd consules litteras, & diplomata, cum *ab ipso non accepissent, nec sigillum, nec milites, misissent*, τὰ μὲν μὴ παρ' αὐτοῦ καὶ σφραγίδα, καὶ στρατιώτας λαβόντες ἀνέπεμψαν. Magistri epistolarum dicuntur in veterib. Inscript. Erat & curator Canonicarum epistolarum Cassiodoro lib.11.ep.23. Canonicarum epistolarum curam accipe, vt fidem publicam tibi commissam. Hic itaque epistolarum canonicarum curam prouectus accipiat. Sidonio lib.9.e.15. Epistolarum magister. in Panegyr. Maioriani.

———cuius dignatur ab ore
Cæsar in orbe loqui, licet & quæstore diserto B
Polleat.

Quæstores, scrinia curantes, dicendi magistri, qui erant ab epistolis, componebant epistolas Imperatorum. Alexander Seuerus, si stare per valetudinem epistulares non possent, sedere eos iubebat, relegentibus cuncta librariis, & iis, qui scrinium gerebant, ita vt Alexander adderet, si quid esset addendum, vt Lampridius οἱ τῶν ἐπιστολῶν προεστῶτες. Notitia Imperij, magister epistolarum regiarum tractat in aula Principis legationes, ciuitatum, consultationes, & preces. Spartianus Suetonium Tranquillum fuisse magistrum epistolarum scribit. Vet. Inscriptio, Ædesius magister epistolarum in Consistorio principis. Epistolares viros deuotos vocat l.vlt. C.de temporalib. appell. l.14. C.de extraordin. seu sordid. muner. Augustus iam olim scribebat epistolas, quas Agrippæ, aut Mecænati dabat emendendas, vt Dio lib.55. Dabat illis annulum suum. Duplex annulus fuit, in vtroque C
sphinx, pòst sua imagine signauit, qua alij vsi præter Galbam, qui cane ex prora nauis cadente signauit. Suetonius in Augusto c. 50. Apud Philonem libro de legationibus, Caligula cuidam ab epistolis dictauit responsum ad Petronium. Capitolinus, Commodus scripsit manu sua ad Albinum. Idem in subscribendo tardus, ac negligens, ita vt libellis vna forma multis subscriberet. In epistolis autem plurimis vale tantum scribebat. Vbi ab illustri prouocatur ad principem epistolares acta scribunt. l. in offerendis l. sequenti C. de appellat. Item cum à ducibus appellatur. l.penult. C. de appellat. Precibus ciuitatum respondet magister epistolarum, priuatorum petitionibus libellorum magister l.5. qui militare possunt. Vegetius lib. 2. c. 7. Tribunus maior per epistolam sacram Imperatoris iudicio destinatur. Magister epistolarum, officiorum illustrium, & magistratuum spectabilium codicillos expedit l.vlt. C. de diuersis rescriptis. leg. vlt. C.Theodos. de diuers. offic. D
omnes epistolas principum scribit, & exemplum seruat in scriniis. Ambros.2. ad Corinth. Inferior præmittit nomen maioris ad quem scribit, maior suum. Ita Spartian. in Ælio vero, Diocletiano Augusto Ælius Spartianus suus. Item in ima cera, Eutropius v. c. peculiariter suus. Eunapius auctor est Nymphidianum Smyrnæum Iuliano fuisse ab epistolis Græcis. Magister epistolarum non habuit officium, sed ex scriniis adiutores sumpsit. Epistolares & scriniarij cingulo vsi, l.vlt.C.de diuers.rescript. Vet.Inscriptio, Flauius Theodorus vir deuotus, memorialis sacri scrinij epistolarum, & adiutor viri magnifici quæstoris sacri Palatij, scripsi manu mea in vrbe Roma Constantinopolitana tertio Kal. Iunij, Mauortio viro clariss. Cos.Iustino & Iustina imperant.vide legem 13.C.de prox.sacr.scrin. In officio præfecti præt.erat vnus, cui cura epistolarum mandata, scribebat testimoniales epistolas, vbi quis munere suo functus esset l. 2. C. de Desertoribus. Canonicariæ epistolæ E
dictæ, quæ ad canonem tributorum pertinent.

Viri epistolares. Viri epistolares introducta appellatione gesta coram priore iudice accipiebant, l.vlt. §. in his casibus C. de temporib. & reparation. appellat. In Occidente non fuit magister epistolarum Græcarum, si notitiam Imperij audimus, quia omnia decreta Latinè proferebantur.l.48.ff.de re iudicata. Plutarch. in Rom. quæst. ῥωμαίῳ λόγῳ νῦν ὅμου πάντες ἄνθρωποι χρῶνται. *Romana lingua nunc omnes simul vtuntur.* Hadrianum ostendimus primum equites habuisse ab epistolis, ex Spartiano. Vitellius tamen apud Tacitum lib.1. histor. ministeria principatus per libertos agi solita in equites Romanos disposuit. Apud Dionem Mæcenas suadet Augusto, vt ad epistolas, ad libellos adiutores quosdam ex equitibus adsumat. Æmilius Probus in Eumene, auctor est Philippum habuisse Eumenem ad manum scribæ loco. Priscus in eclogis de Attila, καὶ τὰ βασιλεῖ ἀποδοθησόμενα συνέταττε γράμματα. Onegisius vir princeps pro Attila literas disponebat, quæ Attilæ redderentur

ὑπόγρα

A ὑπογραφέων αὐτῷ παρόντων, καὶ ῥᾳστώνης ἕνεκα λόγων ἀρετῇ τῷ βαρβάρῳ ἐπὶ τῇ τῶν γραμμάτων ἰσχὺν ἐνδυναμῶσι συντάξει.

CAPVT XV.

De Latinis Epistolis.

QVANQVAM in scriniis alij fuere ab epistolis Græcis, alij à Latinis, vt plurimum tamen, & epistolæ, & edicta, ac rescripta Imperatorum Latinè proponebantur ob tuendam Imperij maiestatem, plærunque in
B Græcam consuetudinem vertebantur, vt linguæ Latinæ imperitis consuleretur. Nihil attinet hîc de auctoritate linguæ Latinæ per omnes prouincias aliquid subiicere, cum Valerij Max. verba lib. 2. c. 2. Lippis & tonsoribus nota sint. Magistratus verò prisci illud magna cum perseuerantia custodiebant, ne Græcis vnquam nisi Latinè responsa darent, &c. Quo scilicet Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur. Gregorius Thaumaturgus sibi Latini sermonis consuetudinem molestam esse ostendit in laudatione Origenis, οἱ θαυμασοὶ ἡμῖν νόμοι, οἷς νυνὶ τὰ πάντων τῶν ὑπὸ τὸν ῥωμαίων ἀρχὸν κατοικούντων πρόσταγματα ἅττε συγκείμενοι, ἅτ' ἐπιμανθανόμενοι ἀπαλαιπώρως, ὄντες μὲν αὐτοὶ σοφοίτε καὶ ἀκριβεῖς, καὶ ποικίλοι, καὶ θαυμασοὶ, καὶ συνελόντα εἰπεῖν ἑλληνικώτατοι, ἐκφερόμενοι δὲ καὶ παραδιδόντες τῇ ῥωμαίων φωνῇ, καταπληκτικὴ μὲν καὶ ἀλαζόνι, καὶ συχνὰ μπζομένῃ αὐτῶν τῇ ἐξουσίᾳ τῇ
C βασιλικῇ, φορτικῇ δ' ὅμως ἐμοί. *Fecerunt hoc istæ admirabiles nostræ leges, quibus omnium, qui sub Imperio Rom. sunt, negotia diriguntur, neque compositæ, neque sine labore doctæ, quæ sapienter scriptæ, cum sint accuratæ, variæ, admirandæ, atque vt vno verbo dicam, Græcæ eruditionis plenissimæ, conceptæ sunt ac traditæ Rom. lingua, terribili, superba, accommodatè ad Imperium quod obtinent, cæterum mihi molesta & graui.* Dio lib. 56. Tiberius ἑκατοντάρχῃ ἑλλήνισι ἐν τῷ συνεδρίῳ μαρτυρήσαντί τι ἐθελήσαντι, οὐκ ἐπέτρεψε, *cum centurio Græcè in Senatu pro testimonio aliquid dicere vellet, non passus est.* Sueton. l. 3. cap. 71. Tiberius sermone Græco quanquam alius promptus, & facilis, non tamen vsquequaque vsus est, abstinuitque maximè in senatu, adeo quidem vt monopolium nominaturus veniam postularet quod sibi verbo peregrino vtendum esset. Idem in Claudio c. 16. Claudius splendidum virum Græciæque prouinciæ principem, verùm Latini sermonis ignarum, non modo albo iudicum erasit, &c. Apud
D Liuium lib. 40. Cumanis petentibus permissum, vt publicè Latinè loquerentur, & præconibus Latinè vendendi ius esset. D. Augustinus lib. 19. de ciuit. c. 7. Data est opera, vt ciuitas imperiosa non solum iugum, verum etiam linguam suam domitis gentibus per pacem sociatis imponeret. Libanius lib. de sua fortuna, ἀλλὰ τάχε τῶν ἡμετέρων λόγων νυνὶ πλέον ἢ πρότερον ἥπτηται τῶν ἑτέρων. ὥστε ἡμῖν καὶ φόβον ὑπὲρ αὐτῶν ἔχειν μὴ ἐκκοπῶσιν ὅλως νόμε τῶν ποιητῶν. *Sed nostræ orationes nunc magis quàm antea vincuntur ab alijs, vt nobis de ipsis metus sit, ne omnino deficiant & exscindantur, lege id faciente.* Plinius lib. 3. c. 5. In Italiæ laudibus ponit, quòd tot populorum discordes, feràsque linguas sermonis commercio contraxerit ad colloquia, & humanitatem homini dederit. Sozomenus lib. 1. scribit, Constantinum magnum synodo Nicea Latina oratione apud Græcos episcopos vsum. Romani pontifices, vt tuerentur maiestatem nominis Romani, litteras Latinas ad Græcos scribebant.
E Concil. Ephesino, τὸ ἱκανὸν ἐχρήσατο τῇ συνηθείᾳ, ἵνα τὰ γράμματα τοῦ ἁποστολικοῦ καθέδρας ἐν προτοις ῥωμαϊσὶ ἀναγνωσθῇ, legatus Papæ ait, *satisfactum est consuetudini, vt sedis Apostolicæ litteræ in primis Latinè legerentur.*

Epistolæ, edicta ac rescripta Imper. Latinè sæpius proponebantur, & quare.

Tanta igitur Romani nominis maiestas fuit vt neque magistratus, neque ipsi etiam Christiani Pontifices Romani, vel loqui, vel scribere, nisi lingua Latina vellent. Liuius lib. 45. Paulus Æmylius in Macedonia sedens pro tribunali Latinè quæ senatui, quæ sibi ex consilij sententia visa essent pronuntiauit. Cn. Octauius Prætor interpretata Græco sermone referebat. Dio in exceptis de legat. πάτερνον τὸν τὰς ἐπιστολὰς αὐτὸς τὰς λατίνας ἐπὶ κεφαλὰς ἔχοντα, *Paternum qui Latinas epistolas Imperat. curabat.* Lamprid. in Commodo, Victruuium qui epistolas Imperatorias curabat. Alexander Seuerus epistolas ad se quasi ad priuatum scribi iussit sine titulis, quibus in primis Commodus vsus. Dio in Macrino τὸ τῆς ἐπιστολῆς προοίμιον vocat. Sed de auctoritate linguæ Latinæ Synodo Chalcedon. act. 6. Marcianus Latinè primum, deinde Græcè dixit. S. Chrysostomus, orat. ad fidelem Patrem,

Quæ ta Romani nominis maiestas.

ὁ δεῖνα

ὁ δεῖνα τὴν ἰταλῶν γλῶσσαν ἐκπαιδευθεὶς ἐν τοῖς βασιλείοις ἐστὶ λαμπρὸς, καὶ πάντα ἄγει καὶ φέρει τὰ ἔνδον. *Quidam Latinè doctus in regia clarus est, & omnia quæ intus sunt, ducit ac trahit.* A

CAPVT XVI.

De Supplicibus Libellis.

Libellorum supplicum vsus, & appellatio varia.

RESPONDEBAT Imperator diuinæ vocis oraculo, vel scripto libellis supplicibus, quos Martialis lib. 8. ep. vlt. querulos appellat. Iurisconsultus preces & desideria l. 15. de in ius vocando. D. Libertus aduersus Patronum libellum dedit, non dissimulato se libertum eius esse. B An si ad desiderium eius rescribatur, etiam remissa edicti pœna esse videatur? &c. *Libellus* dicitur ἀξίωσις D. de lege Rhodia. l. 9. ἀξίωσις εὐδαίμονος νικομηδέως πρὸς ἀντωνῖνον βασιλέα. *Deprecatio Eudæmonis Nicomedensis ad Antoninum.* A. Domine Imp. Antonine, naufragium in Italia facientes, direpti sumus à publicanis Cyclades insulas habitantibus. Respondit Antoninus Eudæmoni. Ego quidem mundi dominus, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν ῥοδίων κρίνεσθω τῷ ναυτικῷ. *Lex autem maris est domina, lege id Rhodia, quæ de rebus nauticis præscripta est, iudicetur.* Supplices preces aduocati condebant. Petrus Rauennas serm. 70. Rex ipse officio functus est aduocati, vt preces, quibus responsurus erat, ipse dictaret. Innocent. Papa ad Exsuper. c. 5. An si preces dictantibus liberum concedatur, à principibus poscere mortem alicuius, erit dictator immunis. Petrus Rauen. serm. 67. Aut in rescribendo quam facit C moram, qui in dictandis precibus vota supplicum sic præuenit. Cum preces oblatæ essent, Imperatorem, & quæstorem subscribere oportuit, si veritate niterentur, l. 2. C. de petitionib. bonor. sublatis. Quæstor si oblatæ petitioni subscripserit, vel etiam responsum dederit, virque illustris comes rerum priuatarum, si vel instrui permiserit, vel petitionem, si qua insinuatur, admiserit, indignationem nostri numinis sustinebit. Subscribebant autem, vt preces veritate niti ostenderent. l. vlt. de diuers. rescript. Paulus lib. 13. ad edictum. Cum quidam arbiter ex aliis causis inimicus manifestè apparuisset, testationibus etiam conuentus ne sententiam diceret, nihilominus nullo cogente dicere perseuerasset, libello cuiusdam id querentis Imperator Antoninus id subscripsit, posse eum vti doli mali exceptione. Commodus in subscribendo negligens, ita vt libellis vna forma multis subscriberet. Imperatores Seuerus & Antoninus ad libellum Hermiæ rescripserunt, l. 3. D. de D offic. procurat. Cæsar. Libellos agere dicebatur, qui subscriptionibus & rescriptis in concilium à principe adhibebatur. Tryphonius lib. 8. Disputationum. Rescriptum est ab Imperatore libellos agente Papiniano. Idem magister libellorum dicitur. Formula precum hæc fuit apud Symmachum ep. 23. in auctuario. Petimus clementiam vestram. Optatus lib. 1. Rogamus ô Constantine Imperator, quoniam de iusto genere es. Supra, ἀξίωσις εὐδαίμονος, &c. Catholici Septimio Proconsuli Africæ in collat. Chartag. diei tertiæ c. 172. Æquitatem tuam petimus Septimi. Seneca ad Polybium, Audiendi sunt tibi tot hominum millia, tot disponendi libelli, tantus rerum ex toto orbe occurrentium congestus, vt possit per ordinem suum principis maximi officium geri. Vet. gloss. διὰ βιβλιδίου ἀξιοῦντός τινος παρ' ἀδριανοῦ. Codinus ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων δέχεται τὰς τῶν αἰτούντων, καὶ τῶν ἀδικουμένων ἀναφοράς. Magister *libellorum excipit relationes eorum, qui quid petunt, aut iniuria affecti sunt.* Am- E brosi. in epist. Dedi libellos Imperatori duos. Lecti sunt libelli mei de ara victoriæ. Eustathius in Epistola præfixa Dionysio, Eustathij διακόνου ἐπὶ τῶν δεήσεων, καὶ μαίστωρος τῶν ῥητόρων. Nicetas, εἰς τὸ τῶν ἐπὶ τῶν δεήσεων ὀφφίκιον ἀναβιβάς. *Ad officium libellorum promotus.* Constantinus in Chorograph. καὶ ὁ ἑτερειάρχης, καὶ ὁ μυστικὸς, καὶ ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων. Serui deferendæ precis facilè capaces non erant, nisi annotationis diuinæ decretum emitteretur. Supplicantes dicuntur, qui preces offerunt, quæ & postulationes. Supplicatio gloriosissimis Præfectis, vel eorum consiliariis, vel causas introducentibus, intra decem dies post sententiam erat offerenda. Sed Imperatori, qui se grauatum putaret, poterat supplicare. Seruo supplicante interdum impetrata responsa. Instrumentorum exempla precibus non subiungebantur, sed eorum vis in supplicatione exprimebatur, vt responsuro principi vera precatio rem aperiret cognoscendam, D. de precibus Imperatori offerendis, l. 1. 2. 3. Scrinium libellorum præfecti præt. Africæ sex scribas habuit, quibus ex publico annonæ soluebantur.

Præfe

A Præfectus Augustalis, vicarij, correctores, præsides per se libellis subscribere tenebantur, l.2. C. de adsessoribus. Præsides non peradsessores, sed per se subscribant libellis. Si quis obrepserit præsidi prouinciæ, tam per acta, quàm per libelli interpellationem. l. 29. ff. de lege Corn. de fal. l.6. C. de præsidiis minor. Consulatur doctissimus Brissonius in Lexico Iuris. Comes rei militaris per Isauriam, vt & comes rei militaris Ægypti subscribendarium, siue à libellis habuit, vt est in Notitia. Imp. Iustinianus Nouell.20. λιβελλισίους eos, qui essent à libellis, vocat. Curopalates in Romano Diogene μεσάζοντος ἐν πᾶσι τοῦ μαγίστρου πέτρου τοῦ λιβελλίσιου. *Mediante inter omnes magistro Petro à libellis.* In Nouella Romani Porphyrogen. παρὰ ἐπισκοπείου, ἢ βασιλικοῦ οἴκου διὰ λιβέλλων ἐξωνήσαντο. *Ab episcopi aut Imperatoris domo per libellos emerunt.* Vetus Interp. Aristotel. ad lib.1. Rhet. τὰ ἐν λιβέλλῳ γραφέντα, καὶ δοθέντα ἡμῖν. ἐπίγραμμα γὰρ λέγεται ὁ λιβέλλος. *scripta in libello, quæ nobis dicta sunt.*
B *Inscriptio dicitur libellus.* Qui locus non est exaudiendus de libello supplici. Capitolinus de Macrino, qui statuerat omnia rescripta veterum principum tollere, vt iure non rescriptis ageretur, cum Traianus nunquam libellis responderit. Iulius Cæsar epistolas ad formam memorialis libelli, & paginas redegit, ait Sueton. Libellum insidiarum indicem ab obuio quodam porrectum Iulius neglexit, ibidem. Libellos per se signabat Augustus cap. 50. In diplomatibus libellísque, & epistolis signandis initio sphinge vsus Augustus. Postea magister libellorum plures scriniarios habuit, qui responsis à principe acceptis subscripsere. 34. erant libellenses, qui libellos priuatorum acceperunt, quos magister principi legebat, & ipse adnotabat, aut libellensibus responsa dictabat. l.hac parte, C. de proxim. sacr. scrin. Magister libellorum cognitiones & præcepta tractat, vt est in Notitia. Cum enim à delegato iudice appellaretur ad principem, quæstor aut Præf. Præt. cogno-
C scebat, magister libellorum cognitionem tractabat, acta libellenses scribebant, l. præcipimus, C.de appellat. Ideo dicitur magister cognitionum, l.2.C.de veteri iure enucl. & antigrapharius, quia rescripta notat, regerendarius in Notitia. Iulius Pollux magister libellorum sex libros Imperatoriarum sententiarum scripsit, in inscriptione l.vltimæ, ff.de iure patronat. Si ab aduocatis appellatur, cognoscit quæstor, aut Præfectus Præt. libellensibus acta scribentibus, si princeps iudicat de viro illustri, acta libellenses scribunt. acta notant in vrbe causarum à principe delegatarum, l. vlt. C. vbi senat. vel clarif. codicillos officiorum & probatorias edunt. l.vlt .C.de prox.sacr.scrin. l.vlt. C. de diuers.offic. Ex 34. libellensibus quæstor septem adiutores eligit, l.comperimus C.de prox. sacr. scrin. Magistri libellorum erant Iurisconsulti, qui fiebant Præfecti Prætorio, vt Papinianus, Paulus, Vlpianus apud Lamprid. in Pescennino. Libellenses cincti erant, & à magistro officiorum iu-
D dicabantur. l.vlt. C. de diuers.rescript. l. 1. C.de prox.sacr.scrin. Magister libellorum non habuit officium, sed adiutores ex scriniis. Forma libelli dati sub Antonino Pio in Veterib. Inscript. Cum ante hos dies coniugem & filium amiserim, & pressus necessitate corpora eorum fictili sarcophago commendauerim, donec quietis locus, quem emeram, ædificaretur via Flaminia inter milliare 2. & 3. euntibus ab vrbe parte læua, custodia monumenti Flam. Thumeles Amesolæ, M. Sini Orgiti, Rogo Domine, permittas mihi in eodem loco in marmore sarcophago, quem mihi modò comparaui, ea corpora colligere, vt quando & ego esse desiero, pariter cum eis ponar. Decretum fieri placet. Iubentius Celsus Promagister subscripsi 3. Non. Nouemb. Antio Pollione, & Opiniano Cos. ordinariis, Seuero & Sabiniano Cos.

E

CAPVT XVII.

De Scrinio Dispositionum.

FVIT & scrinium dispositionum quod Referendarij tractabant, & Comes Dispositionum l.14. C. eod. Dispositiones Sidonius administrationes vocat ep.12. lib. 7. ep. 6. lib.3. ep. 7. lib. 5. Dispositiones numerariis, & Nouella de postulando. Quando autem Dispositiones à Referendariis tractabantur, de iis explicemus. *Scriniũ Dispositionum penes Referendarios.*

CAPVT

A

CAPVT XVIII.

De Referendarijs.

Referendarij & eorum officium.

IVSTINIANVS fecerat 14. Referendarios Nouella 11. Quod ad 8. reuocauit. Magister officiorum exigit pœnas ab iis, qui ordinem referendarij petiuerint, si iam 8. fuerint. Referendarij scrinium dispositionum tractabant, supplicum desideria, aut iudicum consultationes principi insinuabant, & responsa data consulentibus mittebant, quæ dicta mandata, vt Procopius in αἰνεκδότις. Hæc principis responsa, quæ super litibus emanabant, dispositiones dicebantur, Nouella B 113. & 124. Referendarij solas nostras iussiones, aut scripto, aut verbo prolatas iudicibus insinuent. Procop. lib. 2. Pers. eum, qui responsionibus principis præsit, referendarium à Latinis dictum esse ait. Referendarij expositio dicitur relatio, C. de legibus. Hæc iussa, quæ pro lege seruari princeps vult, quæstor in prouinciis publicari iubet. Referendarij sub comite dispositionum fuere, Nouel. 124. qui 20. annis militiæ exactis consulari honore ornabantur, & comites Consistoriani fiebant, l. proximos, l. 2. C. de proxim. sacror. scrinior. & spectabiles dicebantur. Cassiodorus lib. 6. for. 17. Per referendarium nobis causarum ordines exponuntur, per eum interpellantium vota cognoscimus, & ipsis responsa reddimus, vt negotia impedita soluamus. Magnum est in hoc agone principali seruire prudentiæ, & ad subitum sic dolores alienos asserere, vt conquerentium videatur vota satiare. Sigebertus in Chronico ait, referendarios nonnunquam publicas conscriptiones annulo C seu sigillo regis confirmasse. Aymoinus lib. 4. c. 41. Dado referendarius fuit Dagoberti. Ad eum vniuersæ publicæ referebantur conscriptiones, ipséque eas annulo regis, vel sigillo libro sibi commisso, confirmabat. Nouella 113. Iudices φερφασίζουσι πολλάκις ὅτι θεῖοι τύποι, ἢ θεῖοι κελεύσεις, ἢ καθ' ἑτέρους τῶν θειοτάτων ἡμῶν ῥεφερενδαρίων διατυπῶσι, *causantur sæpe, quod sacri typi, aut sacra iussa, & mandata spectabilium nostrorum referendariorum exprimunt, vt aliquid fiat.* Interdum referendarij noua tributa significabant. Gregor. Turon. lib. 5. histor. Francor. Lemouices Marcum referendarium Chilperici, qui noua tributa à rege imposita significabat, interficere voluerunt. Eadem munera sustinuisse videtur is, qui lib. 3. Machabæorum, πρὸς τῆς κλήσεσι πτολεμαίου τεταγμένους, *à vocationibus Ptolemæi fuisse dicitur.*

Referẽdarij pro chart. eccleſia.

Referendari) pro chartulariis ecclesiæ ponuntur in vetere manuscripto. Separantur à D magistris scriniorum Nouel. 113. 117. Idem sunt cum regerendariis, qui sunt à regestis seu libellis apud Cassiodorum lib. 11. Vetus tamen auctor anonymus regerendarios esse ait, τοὺς τὸ δημόσιον δρόμον ἰθύνοντας, *qui cursum publicum regunt.* Suidas, ῥαιφερενδάριος· ἀξίωμα ῥωμαϊκὸν, ἤγουν ὁ ἀναφορεύς. Referendarius qui refert. Basil. ec. 2. ἄγραφον κέλευσιν ἢ καθάπαξ ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει τῶν θειοτάτων ἡμῶν ῥεφερενδαρίων, ἢ ἑτέρου τινὸς διατυπῶσαν. *Iussum sine scripto, aut mandatum in hac regia vrbe à spectabilibus nostris referendarijs, aut alio quoquam exprimens.* Referendariorum numerus auctus, quem Heracleus ad 12. reuocat in sua constitutione.

E

CAPVT XIX.

De Regerendario.

Regerendarius & subscribẽdarius qui.

REGERENDARIVS in officio Præfecti Præt. à libellis fuit. Notitia in officio ducum Orientis subscribendarium vocat. Libellis supplicibus Præfecto porrectis subscribebat, ea scripta in codicem regerebat. Registrum est codex, in quem scripta referuntur. Cassiodorus lib. 11. Regerendarij meminit. fortasse idem fuit cum Libellensi, l. præcipimus §. vlt. C. de appellat. Libellum dare de negotiis suis, βιβλίδια δοῦναι. l. 13. §. penult. ff. de excusation. puer de quo libellos dedisti, l. 4. C. de pœnis. In libellis concipiendis Iurisconsultorum opera vtebantur, qui libellis subnotandis vacabant l. 1. ff. de offic. assessor. Plinius ep. 10. l. 1. Sedeo pro tribunali, subnoto libellos,

A libellos, conficio tabulas. Glossæ Basilicon, ῥεγενδάριοι οἱ τὸν δημόσιον δρόμον ἰθύνοντες, qui publicum cursum regunt. l.1.C.Theod.de stud.liberat.& l.1.C.Theod.de priuileg.domus Augustæ, censualibus iunguntur subscribendarij, actuarij, diurnarij, regerendarij. In Notitia regerendarij libellis præsunt.

CAPVT XX.

De Exceptoribus.

B EXCEPTORES Principum edicta scribebant, l.execeptores C.de numerariis. A Iustiniano annonas acceperunt l.1. C. de off.Pr.P.Afric. Exceptores verò, qui erant in Præfecti Pr.officio acta iudiciorum coram eo in causis appellationum scribebant. C. de numerar. actuar. chartul. & except. Ea acta notis scribebantur, & qui notis scribebant acta præsidum, Reip. causa non abesse censebantur. l. inter eos. D.ex quibus caus.maior.Ideo Exceptores dicti ab actis,quia acta,quæ scripserant, Præfectis aut præsidibus renuntiabant. D. Augustin. lib. 5. contra Crescon. c.29.Metaphrastes 26.Februar.in S.Porphyrio.l.per hanc C.de aduocat.diuers.iudic. Acta in memoriam redigi dicebantur, cum ab Exceptoribus conseruarentur. Exceptores vni parebant Primicerio,vt Cassiodorus lib.11. variar. habebant βοηθοὺς & adiutores, l. βοηθοὺς C.de tabular.Metaphrastes in Mena martyre βοηθὸν, Symmachum ὑπομνημάτων προεστῶτα C *Præfectum actorum* vocat. Notitia scrinium exceptorum ponit sub Comite largitionum, cuius scrinij Primicerius, totius officij erat Secundicerius. Exceptores excipiunt, quod verbo Princeps responderit, ideo cæteris digniores, qui vt plurimum memoriales fuere. Cassiodor. lib.11. ep. 25. Patricius Exceptorum Primicerium se à nobis nouerit institutum. Exceptores erant inter scriniarios C. Theodos. de proxim. & comit. disposit. fuere & scrinia exceptorum, qui Comitibus sac. largit. operam dabant. In scriniis Exceptor est perfectissimus.Vet.Inscriptio,Luc.Aurelio Marciano Aug.librorum exceptori.5.Epiphan. lib.2.Panar. ἐν οἷς ἐκέλευσαν ταχυγράφοις καλλιγράφειν, καλλικράτῃ ἐσκέπτορι ῥουφίνου τοῦ ἐπάρχου. *In quibus iusserunt Notarijs vt bellè scriberent, Callicrati Exceptori Præfecti Prætorij.* lib. 5. tripart. histor. cap.8. Exceptoribus voces eorum conscribentibus.

Exceptores & eorum onus.

D

CAPVT XXI.

De Responsis Principum, Responsalibus, seu Apocrisiarijs, & Oratoribus.

E RESPONSA dicuntur mandata principum, & Præfectorum. Procopius lib.1. Vandal. ἀποκρίσεις vocat. Quidam, inquit, ex iis, qui equo celeriter vecti regia ferunt responsa. Symmachus lib.5. vectorem iudicialium literarum vocat. Zozimus lib.1. Eros ad efferenda foras responsa. τῶν ἔξωθεν φερομένων μηνυτὴς τεταγμένος. Ad responsum dicuntur, qui ad milites magistrorum iussa ferunt, l.vlt. C. de re milit. Nouel.24. c.4. Nouel.25. c.1. Aurum ad responsa, quod destinatum est ad perferenda in prouincias per veredos mandata principis. Item, aurum quod pro annonis responsalibus datur, qui à Præfectis mittuntur ad exercitum, l. in scriniis C. de palat. sacrar. largit. Apocrisiarij responsales dicti, in Chorographia Constantin. Porphyrog. ἀποκρισιάριον καθ' ἕκαστον χρόνον ἐντεῦθεν πρὸς πατζινακίτας ἀποστέλλειν μετὰ ξενίων. *Responsalem hinc quotannis ad Patzinacitas cum muneribus mittere, vt pacem cum Romanis seruent.* Cedrenus Apocrisiarium posuit pro legato. Eundem Constantinus Imper. ad filium vocat Basilicon, ὅτι ποιήσωσι οἱ πατζινακίται πρὸς τὸν βασιλικὸν τοὺς ὅρκους. Europasates, ἐξ ἀπεστάλη βασιλικὸς ἀντ' αὐτοῦ δομέστικος τῆς ὑπουργίας. Zonaras Anatolium apocrisiarium fuisse ait, antequam à Theodosio iuniore Patriarcha fieret. Idem in Aureliano sub finem, à responsis principis, ὠτακουστὴν τοῦ βασιλέως ἀποκρισιάριον. ἀντιοχείας ἀποκρισιάριος. Iustinianus Nouella 6. διὰ τῶν τὰ πράγματα πραττόντων τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν οὓς ἀποκρισιαρίους καλοῦσι.

Respõsa quæ dicantur.

Vnde colligas *eos interdum Apocrisiarios dictos, qui negotia ecclesiarum gererent.* Nicetas in Manuele Comneno, πέμψας ἀποκρισιαρίους περὶ βασιλέα πάλιν περὶ εἰρήνης διαλεγῆ. *Cum misisset oratores ad regem, rursus de pace disserit.* Apud Herodotum ἀπόστολος *legatus* dicitur. Hesych. πρεσβεῖς οἱ πρεσβευταί, μεσίται ἀπόστολοι. Luithprand.in legat.vt omnium gentium Apostolis, id est,nuntiis penes nos Bulgarorum Apostoli præponantur. Romani feciales habuere, legatos, verbenarios, clarigatores, qui sagmina ferrent, & res raptas repeterent, oratores, nuncios. Apud Persas magna dignitas eius fuit, qui dictus est ἀγγελιαφόρος. Is nuntiabat regi, si quis regem aliquid vellet. Græci κήρυκας, κηρυκεῖον caduceum Mercurij circumplicatum anguibus, ad osculum coëuntibus. Homerus A

κῆρυξ δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων σκῆπτρον μετὰ χερσὶ.
κατ' δ' ἦλθον κήρυκε τέρας πολέμοιο φέροντες.

Venit orator prope ferens sceptrum manibus. venerunt præcones ostentum belli ferentes. πρέσβις, πρεσβεία dicunt *legatos,& legationem.* Veteres gloss. *Clarigatio* ἁρπαγή, ἐνεχειασμός, ὁμηρεία. *Claro,* μυρσίνη ἱερά fortè, Clarigatio. Plautus in Amphitruone, delegit viros primorum principes, eos legat Telebois, iubet sententiam vt dicant suam, si sine vi, & sine bello velint rapta & raptores tradere, si quæ asportassent, redderent. Demosthenes pro corona Pylagoram vocat. πυλαγόρας πεμπόμενον παρ' ἀθηναίων εἰς ἀμφικτύονας τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα λαμβάνει. *Qui missus est Pylagoras ab Athenien sibus,ad Amphictyonas,accipit dignitatem vrbis.* Isidorus lib.8. vt per feciales bella indicunt, sic pacem per caduceatores. Plinius lib.22. c.2. clarigatum mittuntur. Qui res raptas repetit,dicitur verbenarius. Liuius lib. 37. Caduceator petit, vt regi liceret oratores mittere. Plinius lib.29.c.3. Exteræ gentes caduceum in pacis argumentis circumdata effigie anguis ferunt. Homerus lib.1. B

χαίρετε κήρυκες διὸς ἄγγελοι, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν. C

Saluete præcones Iouis nuntij, & hominum. Hesychius. βρύοχον κήρυκα vocat. Procop. Vandalico 1.συλληφθέντα ἢ πινὰ τῶν εἰς τὰς βασιλικὰς ἀποκείσεις ἀεὶ σελλομένων, ἃς δὴ βερεδαρίους καλοῦσι. Constantinopoli domus fuit in qua habitarunt Procop. de ædific. Iustiniani lib. 5. βαλανεῖον ἐν τῷ καταλυτηρίῳ τῶν βερεδαρίων καλουμένων. *Balneum in diuersorio eorum qui dicuntur veredarij.* Qua maiestate legatos exterarum gentium audierint consules, indicat Appianus pag. 37. ἀφικομένων δ' ἐκεῖ πρέσβεων οἱ μὲν ὕπατοι πρωκάθηντο ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ ἡγεμόνων τε σφίσι, καὶ χιλιάρχων παρεστώτων. ὕπατοι τῷ σαλπίστῃ προσέταξαν ὑποσεμῆναι σιωπῇ. ὁ δὲ κῆρυξ ἀνεῖπε τὰς καρχηδονίων πρέσβεις προσιέναι. καὶ τὸ βήματος ἐπεβαπέλαζον, προχοίνισμα μὲν ἐν μέσῳ. *Cum eò aduentassent legati, consules præsederunt in tribunali excelso, ducibus & tribunis circumstantibus. Consules imperarunt tubicini, vt silentium indiceret. Præco dixit Chartaginensium legatis, vt accederent. Ad tribunal propius non accesserunt, sed in medio erat præcinctio* D *cancellis intercludens.* Idem de legationibus pag. 361. ῥωμαίους πάντε κηρύκια φέροντας, καὶ τὴν ἄσυλον ἐσθῆτα πρεκειμένους, *Romanos ferentes caduceum, & verbenas, & veste sacra indutos* Tarentini malè acceperunt. Romæ loca lautia legatis exterarum gentium data, Liuio narrante lib.28. 30. 32. Sed hæc forte extra plantam. redeamus ad Responsales. Gregorius lib.14. Moral. c.31. lib.3. Dialog. c. 32. tempore quo pro exhibendis responsis ad principem ipse transmissus. c. 35. Dum iussione Pontificis mei Constantinopolitanæ vrbis Palatio responsis ecclesiasticis deseruirem. ep.191. Anatolium quem ad facienda responsa ecclesiæ in vrbem regiam transmisi. Stylianus ep. ad Stephanum Papam, τοὺς μὲν οἰκείους ἀποκρισιαρίους ῥαδόαλδον καὶ ζαχαρίαν ὡς πεποικότας παρὰ τὰ διατεταγμένα καθήρηκε. *Proprios Apocrisiarios Radualdum & Zachariam, vt qui præter mandata fecissent, sustulit.* Contractus in Chronico, hoc tempore Gregorius, tunc Apocrisiarius scripsit moralia Iob. Hincmarus E Apocrisiarij ministerium tum primum institutum ait, cum Christi fidem Constantinus magnus amplexus est, epist. 3. c.13. Achmes Introducti. ad Astrologiam, ἀποκρισιαρικια vocat *legationes.* Cassiodorus lib.10. ep 22. Illum virum venerabilem sacerdotio clarum, doctrinæ laude conspicuum,legationis nostræ ad pietatem vestram fecimus vota deferre. Sed quia epistolaris series continere non poterat vniuersa, aliqua sacris sensibus verbo insinuanda commisimus. lib. 2. c. 6. Legatio virum sapientem requirit. Legati conuiuio regio adhibiti lib. 6. ep. 9. Cassiodor. Regales dicunt, quos Græci basilicos vocant. Gregor. Turon. lib.5. histor. Francor. missi regales. Polyænus πρεσβευτὰς, ἐξαπρεσβευτὰς vocat. Appianus in Ibericis, Hispani κήρυκα πέμψαντες λυκῷ αὐτὴ κηδεικὴν περικάλυμμον, *cum misissent caduceatorem, qui lupi pelle pro caduceo amictus esset.* V. gloss. P. Daniel. Leno, id est, mediator, qui apud Italos dicitur ambassator. Trogus Pompeius libr.2. hist. Præmissis Lenonibus, qui hostibus parendi legem indicerent. Iosephus lib.15. cap. 8.

Origin.

A Origin. τ̃ μὲν ἑλλήνων ἱερὰς & ἀσύλους εἶ τὰς κήρυκας φαμένων. *Cum Græci dicerent, oratores esse inuiolabiles & sanctos.* Iidem ϖερικήρυκες dicti. Tzetzes Chiliade 7. c. 114. πενθῆς καζάσκοποι τῷ ϛρατῷ τ̃ ἐναντίων. ὅσους ὑποστέλλεσι εἰπεῖν ϖερὶ πολέμε, καὶ ϖῶς, & ὅλφ τι μέλλεσι πολεμῆσαι ϖερικήρυκας κεκλήκασι. ἀγγέλους τὰς ἑκατέρωθεν ἀμφοῖν δηλοῦντας τὰς μηνύσεις ϖρέσβεις ϖερὶ συμβάσεων, σπονδῶν, & εἰρήνης. Hesychius βρύλος κῆρυξ. ἀναρ & ἄγγελος ταραντίνοις. Callisthenes in vita Alexandri magni, ἀγγέλους, *legatos*: ἀγαθὰς ἀγγελίας ἐδεξάμην, *bonas legationes accepi.* Indi caducei loco *anchoram* χρυσῆν ferunt apud Philostrat. lib. 3. Apollon. Eustathius Getæ, μὴ κιθάρας ὑπηκηρυκεύοντες, ὅτι ϖραΰνοι τ̃ πολεμίων. Vetus Inscriptio.

Ille ego sum mundi quondam sine fine viator,
Principis inuicti semper sublimis amore,
B *Cuius in orbe fui vox, regum lingua, salutis*
Fœderis orator, pacis via, terminus iræ,
Semen amicitiæ, belli fuga, litibus hostis.
Cursus erat volucer, námque anno peruigil vno
Bis maris Oceani, bis Pontica littora vidi,
Europámque, Asiámque sequens duo limina mundi.

Verba Græca ita verte, quæ suprà posui. *Penthenes exploratores missi ad obseruandum hostium exercitum. Propræcones qui mittuntur, vt bellum indicant, & indicendi causas afferant, fetiales, proceryces. nuntij qui vtrinque nuntiant, quæ lubet. Legati de pace, induciis, fœdere. Brylus caduceator, anarus nuntius.* Getæ cum cythara legationes obeunt, vt mitigent hostes. ἐντολὰς Eusebius
C supra vocauit mandata Imperatorum. ἐντόλινα præscripta, quæ legati à principibus suis accipiunt, in quibus legationis capita continentur. Luitprand. in legatione, nuper sanctissimus dominus meus, vt est sapientissimus, & spiritu Dei plenus, hæc prænoscens quæ asseris, ne terminos, quos constituit mihi, transcenderem, ἐντόλινα, id est, præceptum conscripsit, quod & sigillo signauit suo, ne secus facerem. Apud Homerum caduceatores iisdem verbis quæ præiuerunt duces, legationem suam obeunt. Luithprandus, Bulgarorum nuncium Hungarico more tonsum, ænea catena cinctum mihi præponit, aitque, cum Christophori filiam Petrus Bulgarorum βασιλεὺς coniugem duceret, symphona, id est, pacta iuramento firmata sunt, vt omnium gentium Apostolis, id est, nunciis, penes nos Bulgarorum Apostoli præponantur, honorentur, diligantur. Dexippus libro de legatis exterarum gentium ad Romanos, quæ maiestas ab Imperatoribus seruata sit, in audiendis legationibus
D indicat his verbis. ὡς ἐπείθετο (lego ἐπύθετο,) ἀφιγμένοις τῶν ἰαζύγων ϖρεσβείαν Αὐρηλιανὸς, διεζάξε τὰς ϛρατιώτας ὡς ἐς μάχην, ἐκπλήξεως ἕνεκα τῶν ἐναντίων. (malim, τ̃ ἐναντίων, vel τῶν ἐναντίον) ἐπεὶ ἢ καλῶς εἶχεν αὐτῷ ἡ ϛρατοπομπὴ, ὅτι ὑψηλὸν βήματος μετέωρος βᾶσα, & ἁλουργίδα ἀμπέχων, τὴν ϖᾶσαν τάξιν ἐποιῆ ἀμφ' αὐτὸν ἑλισσομένην. ϖαρεσήσαντο ἢ κῆ τ̃ ἐν τέλει, ὅσοι ἀρχάς τινας ὑπεζετραμμένοι συμπαύτες ἀφ' ἵππων. *Vt Aurelianus Augustus audijt, venisse legationem Iutungorum Scytharum, disposuit milites suos, vt ad pugnam hostibus terrori essent, vel in conspectu eorum. Postquam autem bellè acies instructa esse visa est, ascendit sublimis in suggestum, & chlamyde purpurea insignis, aciem circa se lunatam disposuit. Aderant autem in equis omnes, quibus commissæ erant dignitates. Pone Imperatorem signa erant exercitus lectissimi, aquilæ aureæ, Imperatorum imagines, exercituum catalogi aureis litteris declarati, quæ omnia in hastis argentatis sublata proponebantur.* κατόπιν ἢ βασιλέως τὰ σήμαϖα, (malim σημεῖα) ὧν τ̃ ὑπλέκτω ϛρατιᾶς. τὰ ἢ
E εἰσὶν ἀετοὶ χρυσοῖ, καὶ εἰκόνες βασιλῶν, & ϛρατηγίδων καζάλογοι, γράμμασι χρυσοῖς ὁλόμβοι. ἃ δὴ σύμπαντα αὐτεζαμβόα ϖροφαίνετ ὑπὸ ξυστῶν ἠρτημμένων. *Cum Imperator creatus esset, legationes ad eum ex omnibus gentibus cum aureis coronis mittebantur.* Eunapius in eclogis legationum, μὴ τὸν ἰουλιανὸν τ̃ βασιλείας αὐαγορεῦσαι ϖρεσβείαν ϖανζαχόθεν συνέβαινον, & ϛέφανοι ϖολλοὶ χρυσοῖ, οἵ αὐτῷ ϖαρὰ τ̃ ἐθνῶν ἀνεκομίζοντο. Valentiniano eundem honorem habitum ibidem narrat, cum Nicææ in Bithynia renuntiatus esset. Apud Dacos duo genera legatorum fuere, quorum honoratissimi, qui pileos ferebant; minus honorati, qui comas alerent. Decebalus *ad Traianum misit legatos pileatos.* Petrus patricius & magister lib. de legat. ϖρὸς ϖραιανὸν ϖρέσβεις ἔϖεμψε ϖιλοφόρες. ἔϛι γὰρ εἶσι ϖαρ' αὐτοῖς οἱ τιμιώτεροι. ϖρότερον γὰρ κόμητας ἔϖεμϖον δυσγενεϛέρας δοκοῦντας ϖαρ' αὐτῆς εἶ. Priscus Rethor & Sophista. εἰς μάρχον οἱ βασιλῆοι σωῆσαν σκύθαις, *in Margum vrbem Bessorum in Illyria regij legati conuenerunt cum Scythis.* Cum legatis mittebant ἑρμηνέας, *interpretes*, vt ibidem ostendit. Attila volebat ad se mitti legatos illustres, cui Theodosius, μὴ χρῶν αὐτῶν ϖρέσβεις

μεγίσης ἀξίας παρ' αὐτὸν ἀφελῶμαι, τῦτο γὰρ ἀδὲ ὅπῃ τ αὐτὸ πεζόνων, ἀδὲ ὅπῃ ἑτέρων τ ἀξιωτων τ σκυθικῆς ἠμύεσ. ἀλλὰ πρεσβύσασθ τὸν τ ὑπατυχόντα ερατιώτ κ ἀγελιαφόρον, *non debere eum petere oratores magnæ dignitatis, quod à maioribus eius expetitum non ſit, ſed quemcumque militem, & nuntium ſufficere.* Legati ἐς τὸν ἀτίλα σκιῶν παρεγενόμθα ὑπὸ βαρβαρικῶ περιφραγμένων πλήθες. ὡς εἰσῆλθ ὅπῃ ξυλίνῳ δίφρῳ τ ἀτίλαν καθήμενον εἱστηκότων ἠ ὀλίγ μικρὸν ἀπωτέρω τ θρόνυ προσελθὼν ὁ μαξιμῖν περιέβαλετο τ βάρβαρον. item, οἱ πρέσβεις κ οἱ ταχύτητι χρώμενοι τ δημοσίων ἵππων πρὸς τὰς ἀγελίας, ὁ μὲν ἐς τὰ ῥωμαίων, ὁ ἢ ἐς τὰ περσῶν ἤδη ἀφιγμένοι, κ ταύτην ἀξίαν, κ τὸ προσῆκον ἕκαστοι τιμηθεῖεν, κ τ δέους τάχος ὑπομελείας. item, ἐξέλετο τῇ ταχύτητι τ δημοσίων ἵππων ὀχήμ περιβ ἀγελιαφόρ ὡς τ σαρακηνὸν, ait Menander in eclogis, id eſt, *legati venimus ad tabernaculum Attilæ, quod à barbaris cohortibus ſeptum erat. Inuenimus Attilam in ligneo ſolio ſedentem. Cum ſtaremus apud eum, remoti aliquantum ab eius ſolio Maximinus accedit, & barbarum amplectitur.* Menander in eclogis, *legati & qui vtebantur celeritate equorum publicorum, vt nuntiarent iuſſa Imperatoris, alter ad Romanorum, alter ad Perſarum gentes hoc priuilegium acceperunt, vt pro dignitate honorarentur, & omnibus procurarentur officijs.* item *tabellarius miſſus eſt pernicibus equis ad Sarracenum.*

Quid de legatis mandata Principis excedentibus.

Si legati aliquid præter mandata Imperatoris geſſiſſent, rata non habebantur quæ fecerant, & violatæ legationis accuſabantur. Menander, Iuſtinianus ἐχαλέπαινεν, οἷα εἰκὸς, κ παραπρεσβείας ἐκείνετο ἰωαννης, ἅτε ἀ πρὸς τὸ σωφρονοῦν τῇ πολιτείᾳ διαφερόμενον, *ægrè tulit vt par erat, & Ioannes falſæ legationis damnatus eſt, tanquam non ex bono Reip. egiſſet.*

Legatorum exceptio magnifica.

Qua magnificentia Dizabulus Chaganus exceperit legatos Rom. exponit idem auctor pag. 128. Sedebat Chaganus *in ſella aurea, duabus rotis ſubnixa, quæ vno equo traheretur,* ὅπῃ διτρόχῳ καθέδρᾳ χρυσῆς ἐλκομένης ὑπὸ ἵππου ἑνός.

Verba legatorum dona offerentium.

Legati dona obtulerunt cum his verbis: Tibi ô tot nationum Princeps, noſter magnus Imperator *me vſus oratore,* ἀγγελοφόρῳ χρησάμενος ἐμοὶ ſignificat, precatúrque vt fortuna tibi ſit ſemper fauens amanti res Romanorum, &c. Chaganus iiſdem vſus eſt vocibus, κ αὐτὸς προσρήσεσι ἐχρήσατο ὁμοίαις.

Mos Imp. Conſtantinop. & Perſic. in mittendis legatis.

Id ſeruatum eſt in Imperio Conſtantinopo. & Perſico vt vtrinque digniores legati primo mitterentur, qui de ſumma rerum tranſigerent, deinde inferioris notæ qui gratias agerent, quòd priores legati honore excepti eſſent. Menander ἔκπαλαι τ γνοὺν δὲ νομισθὲν ὡς ἀμφοτέρας πολιτείας, ὥστε μ τὸς μεγάλως πρέσβεις στέλλεσθ ἑτέρους ἥσσονας τ τ μεγίστων πρέσβεων ἀποδοχῆς τε ἕνεκα, κ φιλοφροσύνης. Heſychius τὸς ἐξενάζοντας, τὸς ξείνους κήρυκας λέγεσι. *Erinos legatos.* Thebis ἡρακλῆς ῥινοκολούστης cultus, quia legatis orchomeniis petentibus tributa nares truncauit, vt ſcribit Pauſan. in Bœotiis.

CAPVT XXII.

De Legatis & Oratoribus.

Legati & Oratores.



AD ea quæ ſupra poſuimus hæc acceſſio fiat. Heſychius βρύοχον & βρυχὸν κήρυκα, *Bryochum & Brychum præconem* interpretatur. Eidem ἄναρ ἄγελ, Anarus nuntius apud Tarentinos. Calliſthenes de vita Alexandri nuntios Darij vocat *Anelos* ἀνέλας, γραμματοφόρους, ἀνελίας legationes. *Legati* Regis Perſarum ὀφθαλμοὶ dicti. Ariſtoph. in Acharn. τ βασιλέως ὀφθαλμὸν ἡ βυλὴ καλεῖ εἰς τὸ πρυτανεῖον, *Oculum regis Senatus vocat in Prytaneum.* Suidas, σώθημα δ φιλίας βαρβάροις συναντᾶν στεφάνους φέροντας, κ θαλλὸς ὥσπερ τὸ κηρυκεῖον τῆς ἕλλησι, δηλοῦσθ ὅτι παρεῖσι μὰ ταῦτα μήτε ποιῆσαι, μήτε παθεῖν τι δυσχερὲς βυλόμενοι, *Signum amicitiæ Barbaris occurrere cum coronis, & floribus vt caduceus Græcis, ſignificantes quia ideo adſunt, vt neque quid mali faciant, neque patiantur.* De caduceo legendus Macrob. lib. 1. Satur. cap. 10. Plinius lib. 29. cap. 3. Exteræ gentes caduceum in pacis argumentis circumdata effigie anguis ferunt. Neque enim criſtatos eſſe in caduceo mos eſt. Apud Plutarchum Theſeus Creta rediens Athenas κηρυκεῖον στεφάνοις ἀνέσερε, *caduceum coronis ornauit.* Apollonius lib. 1. Argonaut. κήρυκι.

ἀγελίας κ σκῆπτρα ἐπέτρεπεν ἑρμείαο.

Præconi nuntium, & ſceptra permiſit Mercurij. Caduceum intelligit. Amicè legati etiam ab hoſtibus excipiebantur. Ariſtides 2. Rhetor. πρέσβεις δέχονθ, κ ἀποπέμπουσι ἐνθυμούμενοι τ τ ῥητόρων φῦλον, ὑφαιρούμενοι τ τ λόγ φύσιν, αἰδούμενοι ὅτι ἐξαρχῆς ὅπῃ σωτηρία, κ κοινὴ χρεία τ χρύσ

A γένους εἰσῆλθε. *Excipiunt, & dimittunt legatos, hunc honorem Rhetoribus habentes, naturam sermonis in altum attollentes, reueriti eos quia in fructum & bonum humani generis reperti sunt.* Legati Athenas reuersi in Prytaneum ad cœnam vocantur τιμῆς χάριν, *honoris causa*, vt ait Vlpianus ad orat. Demosth. de falsa legat. In Ægypto à Ptolemæo rege *Nicanor excipiendis legatis præpositus erat.* Iosephus lib. 12. c. 2. ὁ ἐπὶ τῆς τῶν ξένων ἀπυδοχῆς τεταγμένος νικάνωρ. Apud Liuium lib. 42. legato centum millium æris munus missum, & ædes liberæ hospitio datæ, sumptus decretus donec in Italia esset. lib. 20. locus inde, lautiáque legatis præberi iussa, & muneris ergo in singulos dari ne minus dena millia æris. lib. 30. Ad hoc ædes libera, loca lautia legatis decreta. lib. 33. Macedones legati deducti extra vrbem, ibi eis locus, & lautia præbita. Vide Appianum in Libyco, quomodo exciperentur legati à Coss. bellum gerentibus. Virgil. lib. 7. Æneid.

——— Ille intra tecta vocari

B *Imperat, & solio medius consedit auito.*

Nicetas lib. 2. Isaacij scribit Fridericum Regem Aleman. indignè tulisse quòd legati sui non sedissent. sed stetissent ante Græcum Imp. Apud Liuium lib. 45. legati conqueruntur in hæc verba. Nunc sordido hospitio vix mercede recepti, & vt hostes pene extra vrbem manere iussi. Conqueruntur & apud Xenophontem p. 467. οὔτε ἐπὶ ξένια τὸν κήρυκα ἐδέξαντο, *Neque præconem Xenijs exceperunt.* Cicero lib. 2. de Inuent. Rhodij quosdam legarunt Athenas, quæstores sumptum quem oportebat dari legatis, de publico non dederunt. Apud Suidam, ὃς τὴν βασιλικὴν γλῶσσαν ἐπεπίστευτο ἐς ἀσίαν πέμπετο, *Is cui lingua Imperatoris commissa erat, in Asiam mittitur.* Quod de quæstore Palatij accipi potest. Apud Turpinum cap. 9. Carolus magnus ad Ægolandum profectus siue lancea, retro supra dorsum clypeo verso, vt mos nuntiorum belli est. Dies legatis cum mitterentur ad exteros præscribebatur quo redirent, ait Cicero 6. Philip.

C Legebātur Romæ à Senatu. Tacit. lib. 20. legatos quos Senatus elegisset. Eurip. in Hercule,

πᾶσι γὰρ οὗτος κήρυξι νόμος
δὶς τόσα πυργοῦν τῶν γινομένων.

Mos omnibus præconibus vt augeant ea & exaggerent, quæ facta sunt. Mandatarij, & nuntij dicuntur. Virgil.

Nuntius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit.

Liuius, Asdrubalem, & Siphacem per litteras, nuntiósque, postremò etiam per legatos accersunt. Virgil.

Ecce super mœsti magni Diomedis ab vrbe
D *Legati responsa ferunt.*
Centum oratores augusta ad mœnia regis
Ire iubet.

Liuius, Missíque de pace ad Martium oratores atrox responsum retulerunt. Varro, bellum nullum nisi pium putabant geri oportere, ac prius feciales quatuor mittebant, quos oratores vocabant. Iidem dicuntur interpretes regum ac principum,

Interpres Diuûm fert horrida dicta per auras.

Mercurium intelligit, qui Græcis ἑρμῆς ab ἐρέω quod est *dico* vnde & ἑρμηνεία *interpretatio* Idem caducifer. Ouid. de Fastis,

Hic se sustulerat paribus caducifer alis.

E Arnobius, Caduceator ille Cyllenius verborum excogitator, & nominum. Orpheus,

ἄγγελον οὐρανιώνων ἑρμείαν κήρυκα.

Nuntium Deorum præconem Mercurium. Dicitur ἀκάκητος Phurnuto quia nuntius salutis, διάκτορος. Homero, id est nuntius, Camillus minister. Cicero lib. 3. de legibus. Nihil turpius haberi quàm sine procuratione Senatorem, & sine mandato legatum. Nihil esse turpius quàm quemquam legari nisi Reip. caussa. Homerus κήρυκας διὸς ἀγγέλους vocat, qui de verbis quæ præscripta sunt nihil mutant. Mittebantur oratores qui gratularentur, interdum & qui dolerent ait Tacit. lib. 13. Virgilius

Centum oratores delectos ordine ab omni
Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem
Qui petat auxilium, & latio consistere Teucros

Edoceat. A
Nuntius ingentes ignota in veste reportat
Aduenisse viros.

Cæsar lib. 3. bel. ciuil. exprobrauit Pompeio non licere ciuibus ad ciues legatos mittere, cum etiam fugitiuis à saltu Pirenæo, prædonibúsque licuisset. Cicero Philip. 3. Missionem Senatus ad Antonium, non legationem sed denuntiationem vocat. Cato de legatione quæ mittebatur ad Prusiam dixit, eam neq; caput, neque pedes, neque cor habere. Liuius Chalcidensium legatio ipso introitu, ob id quod Micon. Princeps eorum pedibus captus lectica est introlatus, vltimæ necessitatis exemplo visa est. Idem ad Attalum, quinque legati missi quorum vnus secundum Consul, alter Prætorius, tertius Ædilitius, postremi duo quæstores. l. 21. C. de mandat. Rei suæ ergo ne quis legatus esto. Thucidides lib. 5. scribit Lacedæmonios legatos venisse Athenas cum potestate summa transigendi de omnibus controuersiis. Vbi vetus scholiastes, ἤκουσε ἐξουσίαν ἥκοντας περὶ τῶν ὅλων, ὡς ὅτι ἂν οὗτοι καταστήσουσι ἄρεσκον ἂν γένοιτο τοῖς λακεδαιμονίοις. Appianus lib. de bello Punico, Scipio missus ad Antiochum εἰς τὴν γνώμης ἀπόπειραν, καὶ τὴν παρασκευῆς κατάσκεψιν, *vt exploraret animum eius, & apparatum eius inspiceret.* Plinius lib. 29. cap. 3. Exteræ gentes caduceum in pacis argumentum circumdata effigie anguium fecerunt. Liuius lib. 23. De Macedonum legatis Romanorum prouincias, ad quas non erant missi, transeuntibus, felici primùm euasere mendacio, mox verò cogniti, captíque sunt, Romaníque dicti. Thucidid. lib. 2. Athenienses Persarum legatos Spartam missos interceperunt, apud Sitalcem regem euicerunt, vt ille Laconum legatos in Persidem missos interceptos ad se transmitteret, quos ἀκρίτους, & inauditos ilico interemerunt. Qui cum legati non sint legatos se mentiuntur, capite plectuntur. Xenoph. lib. 3. τὸ γὰρ ψευδόμενον φαίνεσθαι, καὶ τὴν συγγώμης τινὸς τυγχάνειν ἐμποδὼν μάλιστα ἀνθρώποις γίγνεται. *Namque in mendacio deprehendi, veniæ spem abrumpit.* Appian lib. de Bello Punic. ἔθος τοὺς κατασκόπους κτείνειν, *mos est vt exploratores capite luant.* Romani legati ad Antiochum missi, ait Appian. lib. de Bellosyr. οὐκ ἐπ' ἔργῳ συμβάσεων ἐληλύθησαν, ἀλλ' εἰς ἀπόπειραν. Cicero, imposuimus populo, & oratores visi sumus. Cato, caduceatori nemo homo nocet. Cic. 3. Verr. Nomen legatorum tam sanctum, & venerabile est, vt non solum inter sociorum iura, sed etiam inter hostium tela incolume versetur. Lacones eo ingenio habiti, vt pactum non pactum, non pactum pactum dicerent, vt loquitur Plaut. in Aulular. l. si quis D. de legat. legatum violari nefas. Gell. lib. 20. cap. 1. Dediti l. Minutius, & l. Manlius, quòd hostium Chartaginensium legatos pulsassent, dediti Q. Fabius, & Cn. Apronius, quòd Apolloniæ ciuitatis legatos violassent. Cæsar Gallorum caduceatoribus violatis M. Catonis sententia dedendus erat, vt Plut. in Cæsare. Liuius lib. 5. cum à Fidenatibus legati Romanorum violati essent, Cornelius Cossus dixit, Hiccine est ruptor fœderis humani, violatorq; gentium iuris? Iam ego hanc mactatam victimam si modo sancti quicquam in terris dij volunt, legatorum manibus dabo. Iuuenal.

Magnáque debetur violato pœna caduceo.

Herodot. in Polyphym. scribit Athenas euersas quòd Darij legatos in puteum deiecissent. Cum ad Lygdamum legati Laconum missi essent, & colloquium poscentibus diceretur, eum ægrum esse, responderunt Lacones se non venisse vt luctarentur. Thoas regina Illyrici legatos violat, à Centumallo superata est. Tarentini, & Corinthij legatos Rom. lotio aspersere in theatro, debellati sunt à Romanis. Tolumnius Lar Veientiũ, quia legatos violarat à Cosso cæsus. Helena Russiæ regina legatos de nuptiis agentes vssit, aut viuos defodit. Vaiuoda Valachiæ centum oratores regis Tartariæ securi percussit, quia cum minis mandata sua exposuerunt. M. Antonius flagris cecidit Augusti legatum, quia audacius mandata ediderat. Rex Moschouiæ legato Italo clauum in caput indidit, quia iniussus caput operuerat.

CAPVT XXIII.

De Nuntijs.

Quid per nuntios significetur.

ALIOS supra diximus esse legatos & oratores, alios nuntios, alios Præcones. Nuntij aliquando publicè mittuntur, sępe priuatim, nonnunquã vltro ipsi nuntiãt res tristes, aut lætas. Qui cladem Athenis ab Æginetis acceptam nuntiauit, à mulieribus acubus confixus

A fixus eſt. Atticus victis Perſis Marathone vulneribus grauis vt nuntium lætum prior ferret, quod virium habuit intendit ad curſum, & intra portas dixit, χαίρετε, χαίρομεν, *læti eſtote, bene nobis cum agitur.* δρομοκήρυκες-*curſores*, ἡμεροδρόμοι, alati nudis pedibus currebant, vt Sueton.in Veſpaſiano. Cornix à Matzhe Ægyptiorum rege docta, literas ferebat quò iuſſa eſſet, ac referebat. Sepulcrum Cornicis eſt ad Paludem Myridis, vt Orus ait. Qua die ſibaris periit, eadem die res Olympiæ ſcita eſt. Domitio Caſtores in equis victoriam de Græcis nuntiarũt, & vt fides haberetur, eum Ahenobarbum effecerunt. In foro dicata ædes Caſtoribus. Athenienſes ineunte vere dicere ſoliti, ἔλθε, ἔλθε χελιδὼν καλὰς ὥρας ἄγουσα, *veni hirundo pulcræ tempeſtatis nuntia*, ſicut & Rhodij. Virgilius,

Nuncius hæc Idmon Phrygio mea verba tyranno
Haud placitura refer.

B Coruus cum eſſet albus ab Apolline ad Clymenem miſſus, quia gulæ attentus nimias moras traxit, nigro tinctus eſt. Eremotimi Clazomenij anima nocte vagabatur egreſſa è corpore, & ſtato tempore redibat mira è longinquis prouinciis referens. Iulianus in epiſtol. ad Baſilium, ἡ μὲν παροιμία φησὶν ἀ πόλεμον ἀγγέλλῃς, vetus verbum eſt, *non nuntias bellum.*

ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ.

Bonum eſt quoties nuntius bona nouit.

σφηκὶ μὲν φίλον ἀγγέλλῃ, ξεῖνον δὲ μέλισσα.

Siren amicum nuntiat, hoſpitem apis. Ariſtides in Leuctrico moris fuiſſe ait vt lætæ rei nuntius coronatus veniret, & Prytaneo Athenis exciperetur. ὅτε πρῶτον ὁ κῆρυξ ἦλθε ἀθλῶας τὴν μάχην ἀγγέλλων, ὃν ἐστεφανωμένον ὡς ὑμᾶς πέμψαν οἱ Θηβαῖοι, ἔτ' εἰς τὸ πρυτανεῖον ἐπαλέσα-

C τε, *quum primum præco Athenas venit pugnam nuntians, quem coronatum ad vos miſerant Thebani, neque in Prytaneum eum vocaſtis.*

Literæ Romam miſſæ prius in Senatu legebantur, deinde in populi concione. Liuius libr. 33. Hæ literæ prius in Senatu à Sergio Prætore, deinde ex auctoritate Patrum in concione recitatæ ſunt. libr. 28. 29. Per præconem res latæ populo ſignificatæ. Nuntij apud Plautum erant petaſati, & chlamydati in Pſeud. quos Polybius p. 114. βιβλιαφόρους vocat. βιβλιαφόρους ἔπεμπε πρὸς πάντας συμμάχους, *miſit tabellarios ad omnes ſocios.* Ciſio ſæpe volabant. Dio de legation. pag. 439. ὀχήματος ὡς καὶ ῥαπώτης τῶν ἀγγελιαφόρων ἐπέβη, *currum inſcendit vt miles vnus è tabellarijs.* Literæ enim per milites commeabant. Tacitus lib. 4. Annal. de Seiano, Multa quippe prouidebat. Sua in manu aditus, literarumq; magna ex parte ſe arbitrum fore cum per milites commearent. Idem lib. 2. Hiſtor. vix credibile memoratu eſt

D quantum ſuperbiæ Vitellio acceſſerit, poſtquam ſpeculatores Syria, Iudæaq; adactum in verba eius orientem nuntiauere. Sueton.in Calig. cap. 44. Magnificas Romam literas miſit, monitis ſpeculatoribus, vt vehiculo ad forum vſque, & curiam pertenderent. Plutarchus in Galba Nymphidium Præfectum Prætorio valde offenſum ſcribit, quod conſules diplomata μὴ παρ' αὐτοῦ καὶ σφραγῖδα, ἢ ῥαπώτας λαβόντες αὐτοῦ ἔπεμψαν, *miſiſſent cum ab eo neque ſigillum neque milites accepiſſent.* Accepto lætæ rei nuntio Diis euangelia mactabant. Idem in apopthegm. reg. διαγγέλια τοῖς θεοῖς ἔθυσε, καὶ τὰς πόλεις στεφανηφορεῖν ἐποίησε, *euangelia Dijs immolauit, & vrbes coronatas eſſe iuſſit.* Idem laureatas literas victoris fuiſſe docet in Pompeio, γραμματοφόροι νομίζοντες διαγγέλια. αἰχμαὶ δοράτων δάφναις ἀνασεφοῦν), *tabellarij lætum nuntium ferentes. Cuſpides haſtarum lauris obuoluuntur.* Literis quas Dux ad Senatum mittebat, numerus hoſtium, & ciuium cæſorum continebatur. Romam reuerſi Duces apud

E Quæſtores iurabant verum numerum eſſe, vt ſcribit Valer. Maxim. lib. 2. cap. 8. Cicero in Piſonem, Tabulas cum laurea miſit ad Senatum. Plutarch. de Ageſilao, ἔθυσεν διαγγέλια, καὶ διέπεμπε πρόβατα τοῖς φίλοις ἀπὸ τῶν τεθυμένων, *mactauit euangelia, & miſit ad amicos partes victimarum, quæ cæſæ fuerant.* Heliodorus lib. 10. Æthiop. Hiſtor. πρόδρομοι αἰθίοπες τάς τε κεφαλὰς τῷ νειλώῳ λωτῷ καταστέψαντες, καὶ φοινίκων πόρτας ταῖς χερσὶ κατασείοντες. *Præcurſores Aethiopes capita loto Niligena cum coronaſſent, palmarum ramos manibus commouentes.* Appianus lib. 5. Halieut.

οἷον δ' ἀλιηέντα ἀνερχόμενον πολέμοιο
κήρυκα δεξυφέοισιν ἐν εἴμασι, ἡδὲ προσώπῳ
φαιδρῷ καγκαλόωντες ἑοὶ μύθοισιν ἑταῖροι
αἴσιον ἀγγελίῃ ποσδέγμενοι αὐτικ' ἀκοῦσαι.

Vt à moleſto bello redeuntem amici & ſocij amplectuntur hilares nuntium albatum læto vultu accedentem, quia exſpectant felicem nuntium audire. Plutarchus in Othone, nuntios aligeros vocat,

Literarũ lectio ſecundũ Romanos.

καὶ πτεροφόροι συνεχῶς ἐφοιτῶν, *& aligeri continuò commeabant.* ἐπιστολέας, *missos.* Arrianus lib. 3. Diodorus lib. 11. βιβλιαφόρους. Sophocles in Trachyn. ἐπεὶ καταστεφῆ στείχοντα ὁρῶ τινα ἄνδρα πρὸς χαρὰν λόγων, *quia video quendam virum coronatum venientem vt læta nuntiet.* Martialis lib. 7. ep. 5. A

Publica victrices testantur gaudia chartæ,
Martia laurigerâ cuspide pila virent.

Plautus in captiuis, coniiciam in collum pallium primum hanc rem ex me vt audiat. Silius lib. 11.

———Lauro redimita subibat
Optatos puppis portus.

De aligeris, & pernicibus tabellariis. Iuuenal. sat. 14. B

———Tanquam diuersis partibus orbis
Anxia præcipiti venisset epistola pinnâ.

Scholiast. Aristoph. in Pluto, τοὺς εὐαγγελισομένους ἀγαθὰ στεφάνοις ἐτίμων, *eos qui læta nuntiarent coronis honorabant.* In equitibus, ἔθος ἦν τοῖς ἐν ἀγυιαῖς ἱσταμένοις θεοῖς ἐπὶ τῇ ἀγγελίαις ἐρχομέναις θύειν, *moris fuit vt Dijs vialibus sacrificarent nuntijs venientibus.* Herodot. pag. 312. scribit nihil esse pernicius nuntiis Persicis, quibus recentes semper equi dantur, & neque nix, neque nox cursum moratur. Qua die Mardonius victus est apud Mycalem, fama cladis vulgata est in Perside. Nuntiis cladis periculum & mala res fuit. Tigranes ei qui cladem nuntiarat, caput abscidit, apud Plutarch. in Lucullo. Æschylus in Agamemnone,

εὔφυμον ἦμαρ οὐ πρέπει
κακαγγέλῳ γλώσσα μιαίνειν. C

Non decet polluere diem auspicatum & bene nominatum, lingua malum nuntiante.

CAPVT XXIII.

De Proconsulibus Asiæ & Achaiæ.

Proconsules Asiæ & Achaiæ inter spectabiles recensentur.

NOTITIA inter spectabiles Asiæ & Achaiæ proconsules recenset. Sub Augusto proconsules in prouincias sine exercitu missi, legati Cæsaris in prouincia Cæsaris cum exercitu. Apuleius in Apologia Claudium Maximum proconsulem Africæ virum clarissimum, non spectabilem appellat, quia ista spectabilium, illustrium, & clarissimorum descriptio nondum in vsu erat. Proconsulare imperium prouincialibus durius fuisse ostendemus lib. de vectigalib. vno anno definiebatur. Tacit. lib. 3. Annal. quanto facilius se abfuturum ad vnius anni proconsulare imperium, quia proconsules quotannis suffragiis populi mittebantur in prouincias populi, legati ad plures annos arbitratu Cæsaris in eius prouincias. Apuleius Florido 2. Quid nobis cum istis proconsulum vicibus? Quid cum annis breuibus, & festinantibus mensibus? Proconsules statim vrbe egressi imperij insignia sumunt, nec deponunt nisi ingressi vrbem, τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπίσημα Dio vocat. Ex instituto Augusti pacato habitu fuere sine gladio sorte lecti, quod postea mutauit. Sex fascibus vsi sunt, tres legatos habuerunt. Tacitus in Agricola, proconsulatum Asiæ, & Africæ sortiretur. Dio in Macrino, Aufidium frontonem neque Africæ consulatu donatum à Macrino & si eam sortitus esset, neque item Asiæ. Macrinus *misit ad eum decies HS*, id est, *25. millia Philippeorum, quæ ille respuit, dixitq; se imperio egere, non pecunijs.* τό γε μὴν ἱκνούμενον γέρας καὶ οἴκοι μένοντι αὐτῷ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας εἰσηγήσατο, οὐ μέντοι καὶ ἐκεῖνος αὐτὰς ἔλαβε εἰπὼν, οὐκ ἀργύρου, ἀλλ' ἡγεμονίας δεῖσθαι. Rutil. in Itinerar. D E

Namque pater quondam thyrrenis præfuit aruis,
Fascibus & senis credita iura dedit.

Prouinciæ omnes primùm prætoriæ.

Prouinciæ omnes per initia fuere prætoriæ, post capta Africa primum in eam missus est proconsul, deinde in Asiam, & Achaiam l. 2. §. capta D. de origin. iuris. Nouell. 30. Primus proconsul factus anno 428. P. Philo, postea anno 605. actum, vt qui priore anno consules fuissent, in prouincias cum potestate consulari irent, proconsulesq; dicerentur l. proconsules D. de off. proconf. Proconsul vsus prætexta, aureo torque, curru argentato, sex fascibus.

Augustus

A Augustus proconsulem sine gladio, cingulo,& chlamyde creauit, quia sine militari imperio,vt Dio lib.53.de prouinciis populi loquens, ἵνα ὅπλ τῇ τοιαύτῃ ἐκεῖνοι μὴ ἄοπλοι, καὶ ἄμαχοι ὦσι, αὐτὸς ὁ δὴ μόνος καὶ ὅπλα ἔχῃ, καὶ στρατιώτας τρέφῃ, *vt per hanc occasionem illi essent inermes, ipse solus armatus.* Proconsuli salarium offerri solitum non dedit Domitianus,vt Tacit.in Agricola. Proconsules postea cum exercitu fuere. Vespasianus proconsul Asiæ, de quo Apollon.lib.1.excidij.

Hic vbi laudatus dignis à Cæsare verbis
Imperium, fascesque tulit, felicia captat
Auspicia, & superos solemni more precatus.

Plures proconsules fuere, proconsul Palæstinæ apud Hieronym.in Epitaph. Paulæ.Pro- *Multitudo Proconsulũ.*
B consul Palæstinæ cum præmissis apparitoribus iussisset apparari prætorium Paulæ. Procon- sul Armeniæ Nouel.20. & 21. olim erat magistratus ordinarius. ἔμβαθμος ἀρχή. Proconsul Africæ. Apuleius in Apolog. cum proconsul simpliciter dicitur, Africæ intelligitur.l. 31. D. de re iudicata. Sub se consularem habuit, qui præerat regioni vltra Bragadam fluuium,vbi fuit. Vtica.Tertul.de Pallio. Spartianus in Firmo,sub Aureliano proconsul Africæ, Dux limitis Africani fuit. In Notitia duo proconsules in oriente ponuntur. vnus Achaiam Macedoniæ diœceseos prouinciam regebat. V. lapis, Vettio Agorpo prætextato V. C. consuli designato Achaiæ, præfect.vrbis. Consulem vocat proconsulem. Alter Asiam primam Asianæ prouinciam procurabat, qui & consul dicitur lib.3.Anthol.

σῆμα δ' ἀμαλδύναντος αἰωνίοιο χρόνοιο
μάξιμος ἐκδήλον θῆκε ἀσίης ὕπατος.

C *Sepulcrum quòd vetustas non intellecta aboleuit, Asiæ consul Maximus restituit.* Huius tanta fuit auctoritas, vt præfecto orientis fasces non summitteret. Eunapius in Maximo, ἔστι ὃ ἀρχῶν ἐνδοξοτάτη, καὶ ὑπὸ κρατήσαντος τὴν αὐλὴς ἐπάρχου. *Est dignitas illustrissima, & non obnoxia præfecto prætor.* Iustinianus Nouel. 30. suum Cappadociæ proconsulem, ἀρχηγέτην vocat illustrem præfecto parem. ὁ τῆς πρώτης καππαδοκίας ἡγεμὼν à Iustiniano factus proconsul ἀξιώματος Nouel.20.Iustinian. In occidente solus Africæ proconsul fuit. Proconsules inter singularum diœceseon rectores numerantur l.1.de oper.publ.& vice sacra iudicant l.3.C.Th. de appellat. vicariis potestate æquales, imo in mulctæ dictione superiores l.vlt.D.de modo mulctæ. Quamuis autem vnam plærumque prouinciam administrarent, Asiæ tamen proconsuli plures, Asia nempe,Hellespontus, & insulæ parebant, ex quibus insulæ,& Hellespontus ordinarios rectores habuerunt, cum & Asia solum agnosceret proconsulem. vnde
D proconsul quotidianus iudex & rector appellatur à Saluiano lib. 7. Asiam item proconsularem ita describit Eunapius, ἀνθύπατον αὐτὸν ὁρισήσας τῆς νῦν ἀσίας καλουμένης. αὐτὴ γὰρ ἀπὸ Περγάμου τὸ ἁλιπλυὲς ἐπέχουσα, μέχρι τοῦ Καρικοῦ ἤπειρον ἄχρι καρίας διατέμνει), καὶ ὁτιοῦν αὐτῆς ἀφιεμένη τοῦ πρὸς λυδίαν. *Creans eum proconsulem Asiæ, quæ propriè appellatur. Ea nunc à pergamo maritimam oram complexa in continentem curia tenus desinit, & fines eius qui Lydiam attingunt, circumscribit.*

Proconsulatus Palæstinæ ad ordinariam ἀρχὴν, id est, *consularitatem* deuenerat. No- *Proconsulatus Palæstinæ penes consularitatem.*
uel. 103. Cæsareæ olim in Iudæa στράτωνος πυργὸς *turris stratonis*, vbi proconsul τῇ σεμνῇ, καὶ τῇ ἀρχαίᾳ τηβέννῳ, φαμβῷ δὴ τῇ πορφυρέῳ στολῇ ἐν τοῖς ἱερομηνίαις, *cum veneranda & antiqua toga, prætexta purpureo limbo, per Calendas & dies solemnes.* Nouel.30. proconsul fiscarias causas ad procuratorem principis emittit. Rutil.Itinerar.de proconsule Africæ,

E *Rexerat antè puer populos pro consule Pœnos.*
Æquatus tyrijs terror, amórque fuit.

Apud proconsules manumitti, & adoptari potuit, vt & apud præsides D.de offic.præs. *Manumissio & adoptio in potestate consulũ vt & præsidum.*
l.17. Eos qui ordinario prouincias iure moderantur, erga eorum personas quos culpa reddit obnoxios vltra duarum vnciarum auri summam condemnare non patimur. Proconsularem verò potestatem, si multandi necessitas imminebit, senarum vnciarum auri summa cohibebit, in qua forma etiam Comes orientis atque præfectus Augustalis erit, aiunt Imperat. Arcadius & Honor.l.6.C. de modo mulctarum. vnde agnoscas proconsules non *Procõsul legato iurisdictionẽ, præses Pedaneis iudicibus cũ assessore delegat.*
ordinario iure prouincias rexisse, licet eorum ἀρχὴν ἔμβαθμον, & ordinariam quidam esse putent.

Proconsul legatum dicit cui totam iurisdictionem mandat, præses solo assessore contentus Pedaneis iudicibus causas delegat. l. 4. D. de offic. proconsul. Proconsul est spectabilis l. vltim. cod. præsides clarissimi Nouel. 7. Ante Constantium proconsules clarissi-

mi.

mi. Apuleius Claudium Maximum Africæ proconsulem vocat clarissimum. Imperatores A
eum claritatis,nobilitatis,potestatis,sublimitatis titulis passim exornant,præsidem prudentiæ,aut grauitatis.

Clarissimorũ prouinciæ ordinariæ,nõ procõsulum; & differẽtia eorum in multis.

Admonuimus clarissimorum prouincias fuisse ordinarias, non item proconsulum, & aliorum spectabilium l.1.C.Theodos. de decurionibus. Proconsules olim à se, vel ab aliis relegatos restituebant, quod Traianus vetuit. Plinius epist. 26. ad Traianum. Proconsul deportat, non præses, l.1.D.de pœnis. quia præses cum imperio iurisdictionem habet,proconsul omne tenet imperium, & iura quæ Romæ prætori data sunt. D. de offic.proconsul. 7.& 8. Edicta contra legem promulgat Instit.de bonor.possess.§.1. Quod ius dictum prouinciale à Probo clarissimis datum.l.hæredem D. de dolo. Proconsules edicti prouincialis interpretes erant. Quare de liberalibus causis cognoscebant, non præsides. Plin. lib. 10. ep.36.Postulantibus quibusdam vt de cognoscendis liberis,restituendisq; natalibus secun- B
dùm exempla proconsulum ipse cognosceret, respexi ad Senatusconsultum, quod de iis tantùm prouinciis loquitur, quibus proconsules præsunt. l. 32. D. de arbitr. Maiores tamen iudices de liberal.causis cognoscunt l.1.C.de ordin.iudic. Præses de causa status non cognoscit. l. 3. ibidem. Probus tamen hoc ius dedit præsidibus L. cum status D. de ordine iudic. Proconsul aliquid amplius quàm præses pro codicillis soluebat. Nouel. 8. Idem soli præfecto prætorio parebat, præsides aut Comiti orientis, aut vicariis.l.1.C.de offic.Comit. sacri Palat. A principis delegato præside in causa decem libras non excedente ad finitimum proconsulem appellatur, à proconsule ad præfect.præt.& quæstorem. vbi causa centum libras auri excedit à præside ad præfectum prætorio regionis, Nouell. 23. 28. 30. In officio præsidum,consularis occidentis, & correctorum nullus à libellis nominatur, quod ipsi per se rescribere debent l.21.C. de assess. Proconsul per libellenses preces expedit. So- C
lus præses Arabiæ, quia dux erat, adiutorem à libellis habuit. Apparitores spectabilium codicillis à principe & proconsule subscriptis creabantur, vt & illustrium officiales, præsidum in albo tantum, vel apparitorum matriculis scribuntur l. in his C.de diuers.offic.& l. vlt. Præsidum cohortales ex eodem officio principem habent. Spectabilium cohortales ex schola agentium in rebus,excepto solo proconsulis Asiæ officio, cuius princeps ex eodem corpore creatur. Proconsul argenteo curru biiugo vehitur, non item præses. Nouel. 30. Proconsul quia sine exercitu fuit,statores reorum custodes non habuit l.4.D.de offic. proconsul. Nemo proconsulum statores suos habere potest,sed vices eorum milites ministerio in prouinciis funguntur.

De legato proconsulis & assessore præsidis.

Legatus proconsulis maiorem quàm assessor præsidis auctoritatem habet. Vniuersa enim illi mandata iurisdictione subdelegare,& tutores dare potest, quod assessoribus man- D
data iurisdictione non licet.l.12. & 15.D. de offic. proconsul. Legatus mandata sibi iurisdictione iudicis dandi ius habet, quæ si mandata non est, legatus nihil proprium habet.l.nec mandante D.de tutorib.datis ab his. Quia legatus à principe auctoritatem ius dicendi habet,non assessor.l.Lucius D.de administr.tutor. Nam olim à Senatu proconsuli legatus datus. Legatus curru vehitur cũ proconsule,ante Seuerum pedibus ibat,vt Spartianus in Seuero. Asiæ proconsul præfecto prætorio orientis suberat.Eunapius in Maximo l.cũ appellatio C.de appellat.Fori proconsulis Asiæ aduocati depositio officio sunt clarissimi & comites primi ordinis l.1.C.de aduocat.diuers.iud.Officium proconsulis Asiæ 400. Apparitores habuit,vt & aliorum proconsulum,quod probatur à scriniariis sacrarum epistolarum scriptis à principe,& à proconsule subscriptis l.2.C.de apparitor.proconsul.& leg.l.vlt.C. de diuersis offic. Proconsul Asiæ pro codicillis soluit solidos 13. Primicerio tribunorum Notariorum, E
& 4.scriniariis laterculi solidos 40. Eius adiutor tres, officio præfectorum quibus suberat 80. Nouel. 8. Proconsul Palæstinæ primæ 22. libras auri à principe percipit. Pro codicillis magistratus soluit solidos 76.Nouel.8.

CAPVT XXIV.

De Comitibus.

De Comitibus in genere.

NOTITIA inter spectabiles numerat Comitem orientis,& duos Comites rei militaris, Ægypti, & Isauriæ, de quibus priusquam ago, de Comitibus in genere pauca præmitto.

Comites

A Comites dicti olim qui proconsules, aut prætores in prouincias euntes comitabantur, vel Senatus, vel ipsorum magistratuum voluntate, ac iudicio, publicorum negotiorum adiutores, cuiusmodi fuere Quæstores, legati, scribæ, accensi. Suet. in Iulio, sanxit ne quis Senatoris filius nisi contubernalis, aut comes magistratus peregrè proficisceretur. l. abesse D. ex quib. caus. mai. l. legato, de vacat. muner. Comites præsidum, & proconsulum, procuratorúmve Cæsaris à muneribus, vel honoribus, & tutelis vacant. Domitius Comes ad orientem Caij Cæsaris Augusti nepotis fuit, ait Sueton. in Nerone. Abesse Reipub. caussa Comites legatorum dicuntur, qui ad ærarium delati, aut in commentarium Principis relati sunt l. abesse, D. ex quib. caus. Comites de publico salarium accipiebant l. vlt. D. de off. Assess. In consilium curatoris Reip. vir eiusdem ciuitatis assidere non prohibetur, quia publico salario non fruitur. *Qui dicti Comites.*

B Fiscus habebat commentarium in quo nomina Comitum scripta, vnde commentarienses dicti l. 45. D. de iure fisci. Quoties apud fiscum agitur actorum potestas postulanda est, vt merito iis vti liceat, eaq; manu commentariensis adnotanda sunt. Cicer. ep. ad Q. fratr. Atque inter eos quos tibi Comites, & adiutores dedit ipsa Respublica, his finibus præstabis quos antè præscripsi, quos verò aut ex domesticis coniunctionibus, aut ex necessariis apparitoribus tecum esse voluisti, qui quasi ex cohorte prætoris appellari solent, horum non modo facta, sed etiam dicta præstanda sunt. l. 1. ad leg. Iuliam repetundar. *Nomina Comitum scripta penes Fiscum.*

Deinde vox Comitis ad magistratus cum vrbanos, tum prouinciales referri cœpit, fueruntq; Comites orientis, Comites rei militaris, Comites formarum, Comites primi ordinis, secundi, & tertij. Comitum duo maximè genera, alij Palatini in comitatu principis, alij per prouincias. Comites in occidente octo fuere, Comes Italiæ, Comes Africæ Tingi- *Vox Comitis ad plura extenditur.*

C tanæ, Comes tractus Argentoratensis, Comes Britanniarum, Comes littoris saxonici per Britanniam, Comes Illyrici, Comes Hispaniarum: omnes fuere spectabiles. Comes Italiæ præerat Alpibus cum militibus l. vlt. C. de silentiariis l. 1. C. de castrensibus. l. 1. de priuileg. scholarum.

Comites ducibus prælati sunt. Comites igitur, duces, & præfecti dicti Veget. lib. 3. cap. 2. Comes tribuno maiorem sustinet dignitatem. Mauricius lib. 1. & 2. strateg. στρατηλάτῃ, μεγάρχῳ. vet. gl. στρατηλάτης *magistrum militum*, vocant. Hesychius κόμητα ἄρχοντα, ἡγεμόνα, *ducem* interpretatur. Eusebius lib. 4. de vita Constantini, Ἅπαντες στρατῷ καθηγεμόνες, κόμητες τε, καὶ πᾶν τὸ ἀρχόντων τάγμα, *duces vniuersi exercitus, Comites, & omnis ordo magistratuum.* Leo constitut. 3. κόμης δέ ἐστιν ὁ τῆς ἑνὸς τάγματος, ἢ βανδὸς ἀφηγέμενος, *Comes qui vni cohorti præest.* Mauricius κόμης δέ ἐστιν, ἤ τι τρίσιον, ὁ δὲ τάγματος, ἢ ἀριθμοῦ ἢ βανδὸς ἡγέμενος. *Comes seu Tribunus cohortis, aut numeri, aut bandi præfectus.* Φοιτικόμης apud Codinum *proximus Amiralio.* *Comites ducibus præferebantur.*

D

CAPVT XXV.

De Comite orientis.

E COMES orientis omnibus Rectoribus prouinciarum ad orientem præerat, & rationes ab iis exigebat, multabat, animaduertebat. Zozimus lib. 5. ὁ δὴ κόμητα τῆς ἑῴας πεποίηκεν. αὐτὴ δὴ ἡ ἀρχὴ βάλλει τὸ φρόβλημμον αὐτῆς ἐφιστᾶναι πᾶσι τοῖς τὰς ἐπαρχίας ἰθύνουσι, καὶ δὴ τῆς ἑῴας μέγα τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἀθλοῦν. *Ille Comitem eum orientis fecit. Is magistratibus præest omnibus, prouinciarum rectoribus, & multat eos qui peccant.* vet. inscrip. Comes orientis, Ægypti, & Mesopotamiæ. Ammian. lib. 23. Sebastianus Comes ex duce Ægypti. lib. 14. Ad Honorium tum Comitem orientis. Iussus Comes orientis Nebridius. Comitem orientis honoratum. Comes orientis 600. homines in officio habuit l. 1. C. de apparitor. Comit. orient. ab eo ad quæstorem & præfectum præt. appellatur, μὴ τῆς θείων ἀκροατηρίων χήμης, *secundum formam sacrorum auditoriorum.* Comes orientis præfuit diœcesi orientis sub præfect. prætor. Oriens est regio à Cilicia, Cypro, Arabia vsque Tigrim, excepta Asia minore. Quia Persæ Armeniam, & Mesopotamiam vastabant, Comes orientis vir spectabilis ei cum exercitu impositus, vicarius præfecti præt. Metaphrastes sub Clodio Eumolpium Comitem orientis nominat, sub Diocletiano Bibiacum præfectum orientis, & Domitianum Lycaoniæ Comitem. Vopiscus in Aureliano *Comitis orientalis officium.*

præsidem

præsidem orientis vicarium præfecti præt. Vicarius dicitur à Diocletiano l.14.C. de pœnis A
l.1.C.in quibus causis coloni l.12. C. Theod. de decurionib. A Constantino dicitur vicarius orientis. Procopius Persic.1. Areobindus τῆς ἑώας στρατηγός. ὑπάτιος ἀρχῆς τῆς ἕω τὴν στρατηγίδα ἔχων. Comes & magister militum per orientem illustris,l.8.de metatis C.Theod. Huius tanta fuit auctoritas, vt præfecto orientis fasces non summitteret. Eunapius in Maximo, ἔστι δὲ ἀρχῶν ἐνδοξοτάτη, καὶ οὐ κατήκοος τῆς τῆς αὐλῆς ὑπάρχου. Id supra proconsuli Asiæ primæ tribuimus,*est magistratuum clarissimus, qui præfecto prætorio non paret.* Comes orientis l.2.C.de oper.publ.l.4.C.de aquæductibus, l.1.C. de præbitione salar.l.33.& 95.C.Th. de decurionibus. Ammianus l. 19.l. 20. Modestum & Philargyrum Comites orientis qui 15.prouinciis imperarint, quinque consularibus, & 8.præsidialibus, duobus perfectissimis, de quorum appellationibus cognoscit l. Nemo C. de iurisdict. omnium iudic. l.51. C.Th. de offic.rect.prouinc.l.1. C. de classibus,classi Seleuciæ imperat ad purgandum latronibus B
orientem. Antiochiæ quæ Syriæ est metropolis, residet, vt scribit Strabo lib.16. In cuius suburbio lucus Daphnes, vnde nullam arborem cædere fas.l.1.2.C. de cupres.ex luco Daphnes. Amplissimam Comitis orientis potestatem Iustinianus coarctauit, eique solam Syriam primam,& contiguam Cyrrhestiam reliquit. Nouel.8.§.hoc autem ipsum l. præcipimus C.de appellat. & Nouella 20. A Comite orientis appellatur ad præfect.præt.& quæstorem Palatij. Comes orientis mulctat in 6.auri vncias, alij spectabiles in tres, l.vlt. C. de modo mulctæ. Pro codicillis & aliis soluit. 196. solidos. Nouella 8. §. quantam. Imperat militibus insignia eius ensis, fasces cum securi argentata, vehiculum argentatum. Nouel. 27.de Comite Isauriæ l.1.C.de apparitor. Comit. orient. l.penult. & vlt.C. de diuers.offic. Diœcesis orientis, cui præfuit Comes orientis, quindecim habet prouincias in Notitia, quinque consulares Syriam, Palæstinam, Phœnicen, Ciliciam, Cyprum, præsidiales 8. C
Palæstinam secundam, Palæstinam salutarem, Phœnicen Libani, Euphratensem, Syriam salutarem, Mesopotamiam, Osrœnam,Ciliciam secundam. Arabia & Isauria præsidiales sunt.

CAPVT XXVI.

De Comite rei militaris.

Comites variè dicti.

COMITES interdum dicti qui in comitatu principis erant. Ammian. lib. 14. Semianchus qui equestrem turmam Comitum tuebatur. libr. D
18. Aderat Comitum quoque sagittariorum pars maior,equestres videlicet turmæ ita cognominatæ, vbi merent omnes ingenui, barbari, armorum viriumque fortitudine inter alios eminentes. Comites vocat, barbaros Gotthos in comitatu principis agentes. Leo Imper. sub Comite est βάνδων ἄρχων, ἢ ἑκατόνταρχος, δικάρχης, τετράρχης, βανδοφόρος. Comes minor est Drungario. Comes pro titulo dignitatis lib.25. Ammian.Vitalianus auctus Comitis dignitate.lib.19.ad quos vi,vel ratione sedandos Lauritius adiecta Comitis dignitate missus est rector.

Duo Comites in Oriēte.

Duo Comites rei militaris fuere in oriente, Comes Ægypti, Comes Isauriæ. Duces 13. in Notitia. Leo tres alios Comites addidit l.vlt.C.de diuers.offic. Nouel.27.de Comite rei milit. Isauriæ. Ammianus lib.23. Comitem Duce maiorem ostendit,his verbis,Sebastianus Comes ex Duce Ægypti. lib. 26. Tunc & Equitius Illyriciano præponitur exercitui, nondum magister, sed Comes.lib.23. Rufinum Arabum Comitem. lib. 31. per Thracias Comes. lib.27. Carietto tunc per vtramque Germaniam Comes. Zonaras tom. 3. pagin. 48. ταγματαρχίας ἐφθακώς, καὶ κόμης γενόμενος, Tribunus & Comes. Comitatenses,Pseudocomitatenses in Notitia. Comites certè rei militaris cum primi ordinis comitiua militaribus copiis præfici solebant, & prouinciarum ducibus æquabantur. Sidonius in Panegyr. Anthemij,

——*Comitis sed iure recepto.*

Ius gladij penes Comites.

Comites ius gladij habuere. Cassiod.lib.7.for.1.Adæquantur item vicariis illustrium virorum l.1.C.de offic.vicar. magistrorum militum, sed inferiores sunt proconsulibus, & iis qui proconsulatus insignibus adornantur, item ducibus per Ponticam,& Ægyptum.C. de comitib.rei milit.libr.12.C.tit.12. Erat is gradus ad magisterium militum, ad quos postea

promoue

A promouebantur. Ammian.lib.26.Equitius Illyriciano præponitur exercitui, nondum magister, sed Comes. Item, Valentinianus auctus magisterij dignitate, repedare ad Illyricum destinabat. Constantius, Bonifacius, Ætius, primo Comites, deinde magistri equitum. Comes militiæ Cassiod.lib.7.ep.28.in Notitia, Comes rei militaris per Ægyptum.

CAPVT XXVII.

De Comitibus primi, secundi, tertij ordinis.

B CONSTANTINVS Comites primi, secundi, & tertij ordinis inuenit. Eusebius lib.4. cap.1. de vita Constantini κόμητες καὶ πᾶν τῶν ἀρχόντων τάγμα οἷς τὸν βασιλέα νόμος πρότερον ἦν προσκυνεῖν. *Comites, & omnis ordo magistratuum, quibus ius antea erat adorandi principis.* κομήτων δὲ οἱ μὲν πρώτου τάγματος ἠξιοῦντο, &c. *Comes primi ordinis præfertur proconsulibus.* Comes primi ordinis, qui prouinciam regit, cum magistratu abierit, vicariæ dignitatis priuilegiis fruitur. C.Theodos. de comitib. ordinis primi artium diuersarum. *Const. inuẽtor Comitũ 1.2.& 3.ordinis.*

Comites autem primi ordinis, quos aut vulgaris artis obsequium, aut operis publici cura temporalis iniuncta, aut rerum public. procuratio leuis commissa commendarit, officio amoto quod susceperant inter consulares nominantur. Cassiodorus lib. 4. ep. 26. formam proponit comitiuæ primi ordinis, quæ danda est, Comitiaco, quando permilitat. C Item, Comes primi ordinis ex comite officij nostri militia facta. Comites primi ordinis vacantes vicariis æquantur. C.Th.lib.6.tit.7. Comes in consistorio primi ordinis. Comes domesticus ordinis primi, Comes ordinis primi intra palatium. *Comites primi ordinis.*

Comes ordinis secundi intra consistorium. Cassiod.lib.7.ep.26. In illa ciuitate comitiuæ honorem secundi ordinis tibi propitia diuinitate largimur, vt & ciues commissos æquitate regas, & publicarum ordinationum iussiones constanter adimpleas. ep.27. ciuitatis vestræ comitiuam nos illi largitos fuisse noueritis, vt caussis vestris ferat remedium, & iussionibus publicis procuret effectum. Cornicularius, chartularius, primiscrinius, & numerarius scrinij Macedoniæ, & scrinij Daciæ, & scrinij operum, & scrinij auri, sunt Comites primi ordinis in officio P.Prætorio Illyrici. Nouel.128. Eusebius lib.4.cap.1.de vita Constantini, πλείους δὲ ἡγεμόνες ἐχρημάτιζον. κομήτων δὲ οἱ μὲν πρώτου τάγματος ἠξιοῦντο, οἱ δὲ δευτέρου, D οἱ δὲ τρίτου, *plures Duces fiebant, Comites autem alij primi, alij secundi, alij tertij ordinis.* *Comes ordinis secundi.*

Fuere quidam Comites illustres, magistris militum pares, alij Comites militares spectabiles, non illustres l.1. C. ne rei militaris comitib.l.1.& 2.C. de comitib.rei milit.l.3.C. officio rector. Comitum per prouincias gradus erat altior spectabili, sed inferior illustri. Dicuntur tamen Comites spectabiles, qui ducibus digniores fuere.l.1.C.de priuileg. scholar. viris spectabilibus comitibus scholarum. Duces si comitis titulo honestarentur vice magistri militum in milites animaduertebant l.1.D.de offic.vicarij l.nemo C.de assessorib. Veget.l.2.cap.9.l.pen.C.de appellat.l.pen.C.de re milit. *Comites illustres.* *Comitum gradus.*

E

CAPVT XXVIII.

De Comite sacri stabuli.

COMES sacri stabuli dicitur equorum præfectus, & rector, qui equorum præstationi, quas prouinciales exhibebant, pręerat, l.29.C.Theod. de annona & tribut. Prouinciales cum equos præstarent, sportularum nomine aliquid ei inferebant. Veteres annales Francorum, Desiderium Comitem stabuli Astolphi Regis Langobardorum fuisse aiunt. Æmonius Monachus lib. 3. Lendegesilus regalium præpositus equorum, quem vulgo Conestabilem vocant. Rhegino lib.2.Annal.eodem anno Buchardum Comitem stabuli, quod corruptè Constabulum appellamus, cum classe misit Corsicam. Apud Ammian.Valentem fratrem stabulo cum tribunatus dignitate præ- *Comes sacri stabuli rector equorũ.*

fecit Valentinianus. Zonaras tom.3. pag.83. τῶν βασιλικῶν ἱπποκόμων ἐπιστατοῦντα, *equisonibus regijs præfectum*, qui dicitur chartularius, patricium faciens. P. Diaconus lib.7. Biduatus Iustini Imperatoris frater, Comes erat imperialium stabulorum. Imperator descendit ad eum in stabulum, ille fugiebat à loco in locum per superiora præsepis. Ammianus stabuli tribunum præfuisse stratoribus ait. Æmonius lib.3. equorum præfectos Rauonem & Eborinum. Anonymus, οἱ τῶν σταύλου ἄρχοντες συντοῖς ἵπποισι ἱστάτωσαν, *præfecti equorum cum equis adsint*. Codinus, Conostaulum magnum caput esse ait Francorum stipendia facientium. κονόσταυλος ὁ μέγας εὐρόσκετο κεφαλὴ τῶν ῥογατόριον φραγκῶν. Nicephorus Gregoras auctor est Michaelem Comnenum magnum Conostabilem factum inter proceres facilè supremum. Nicetas in Andronico Comneno, Contum vocem Italicam esse ait, quæ Comitem & belli ducem significat. τοῖς στρατηγοῖς ὀπτανόμενος, οὓς κόντους εἴποι τῇ λατίνῃ διαλέκτῳ χρώμενος. *Ducibus conspicuus quos Contos Latini vocant*. Plures fuere stabuli Comites l. 3. C. Theod. de equorum collat. qui canonicos equos à prouincialibus exhibendos adærabant, quibus in singulos equos sportulæ binorum solidorum præstitæ. Singuli qui vicenis solidis aut decem & octo, interdum & quindecim l.29. C. Theod. de annon. æstimabantur, septem solidi contubernalibus ministrabantur, equi illi Curatoritio nomine flagitabantur. Valentinianus vicenos ternos solidos per singulos equos pendi maluit. Ibidem Constantinopoli duo fuere Conostauli, alter magnus Conostaulus, qui præfuit exoticis copiis, alter κόμης σταύλου, *Comes stabuli*, quæ magna dignitas fuit, cum Ioannes Palæologus ex stirpe regia Comes stabuli fuerit, narrante Cantacuzeno lib.1.cap.27.qui lib.1.cap. 40. Principem Sabaudiæ Contum vocat. Glossæ Græcobarbaræ Contostabliam, ἄγημα τὸ πρόϊον τῶν βασιλέως τάγμα interpretatur, id est, *agmen quod præit imperatori*. Comitiaci stabularij curant equos regios. Cassiod. lib.5. Comitiacus stabularius substantiam eius ad fiscum redigat, si non aliter soluat. lib.8.ep.27. Florentino viro deuoto Comitiaco Athalaricus Rex. lib.7. ep. 31. Si quos etiam Comitiacorum ad comitatum iudicaueris esse dirigendos. Gregor. Turonens. lib.5. hist. Franc. Vinitor fiscalis vir, equorum meliorum custos, deinde Comes stabulorum, tandem Comes Turonensis. Comes stabuli fuit sub Comite priuatarum, C.Th. de equorum collat. l.20. C.Th. de annon. & tribut. σταυλοκόμης, *stabuli Comes*. Anonym. de Castramet. μετὰ δὲ τὴν στάσιν τῶν τοῦ σταύλου ἀρχόντων, καὶ τῶν σταυλοκομήτων ἡ μεγάλη ἑταιρεία πρὸς ἀνατολὰς ἀπληκευέτω, *magna societas ad orientem tentoria figat pone stabuli Comites*.

CAPVT XXIX.

De Comite scholarum.

Comites scholarũ qui dicantur, & eorum onus.

SCHOLÆ dicuntur ordines officialium, qui officio aliquo in ministerio principis funguntur, quæ vndecim fuere l.vlt.C. de locato, sub magistro officiorum l.1.C. de offic. Comes scholarum præerat agentibus in rebus, & primi ordinis Comes erat, intererat Imperatoris epulis, & adorandæ purpuræ ius habebat, vt Eusebius l.4. de vita Constant. Plures fuere, qui dicti præpositi, ac tribuni scholæ agentium in rebus C. de offic. magistri off. l.1.C. de primicer. scholæ. Scholarum præpositos, ac tribunos, qui diuinis epulis adhibentur, & adorandi principis facultatem meruerunt lib.12. C.tit.11.l.1. Scholæ. ἀπὸ τῆς σχολῆς dictæ sunt per ἀντίφρασιν, quia non in otio, sed in perpetua exercitatione Palatinæ, aut forensis militiæ erant. Vegetius lib.2.cap.17. In legionibus plures scholæ sunt, quæ literatos milites quærunt. cap.22. Primipili centurio postquam in orbem omnes cohortes per diuersas administrauerit scholas, in prima cohorte ad hanc peruenit palmam, sicut primicerius in officio præfectorum prætorio ad honestum, quæstuosumque militiæ peruenit gradum. Item, ei regenda scutariorum schola secundo committitur.

Imperij Oriẽtalis scholæ quot.

In imperio orientis nouem scholæ fuere armatæ militiæ, duæ inermes. Iustinianus A. ad Senatum, Iubemus omnes omnino qui sub armis militant, siue maiores, siue minores. Milites autem appellamus tam eos qui sub excelsis magistris militum tolerare noscuntur militiam, quàm qui in vndecim deuotissimis scholis taxati sunt. Nec non eos qui sub diuersis optionibus fœderatorum nomine sunt decorati. Cuique scholæ suus præerat Comes,

quæ

A quæ dicta capita ſcholarum, Comitem ſequitur primicerius, qui & tribunus ſpectabilis. poſt hunc 10. primi, clariſſimi, quorum primus ſecundocerius, qui poſtea fit primicerius. Poſt 10. primos erant Ducenarij, Biarchi, quorum iudex magiſter officiorum C.de offic. mag.offic. inermes fuere duæ ſcholæ, Silentiariorum, & agentium in rebus. Magiſter officiorum præerat 8.primis ſcholis palatinis, 4. ſcutariorum, duobus gentilium, vni armaturarum, vni agentium in rebus. Supererant tres, duæ peditum equitumque domeſticorum, tertia ſilentiariorum. Duæ ſcholæ domeſticorum à ſuis comitibus regebantur, magiſtrorum militum vices agentibus. Silentiarij primicerio cubiculi parebant, poſtea magiſtro officiorum ſubditi ſunt. Honorius & Theodoſius Auguſt. ſcribunt ad Mauricium Comitem domeſticorum, & vices agentem magiſtri militum, C. de venation. ferarum. Scholæ item fuere Candidatorum, vna ſeniorum, altera iuniorum. Primam Gordianus ſe-

B nior inſtituit,& ſcholam ſeniorum vocauit; alteram Gordianus iunior. Faſti Siculi γορδιανὸς αὔγουστος ἐποίησεν ἀριθμὸν τῶν λεγομένων κανδιδάτων ἐπάρας αὐτὸς κατ' ὄπλογλυ, ὡς τελείους καὶ ἐνθενεῖς, καὶ μεγάλης ὄντας ἀπὸ τῶν τάγματος τῶν λεγομένων σχολαείων, καλέσας τὴν σχολὴν ἐξ αὐτοῦ ἀριθμὸν εἰς τὸ ἴδιον ἐπώνυμον σενιώρων. ἔστι εἰσὶ οἱ τῆς ἐκ τῆς σχολῆς. *Gordianus Auguſtus fecit numerum eorum qui dicuntur candidati, extollens illos ſecundum electionem, vt perfectos, & robuſtos milites, qui magnam ſui ſpeciem præbeant, ex cohorte eorum qui dicti ſcholares, appellauitq; ſcholam eiuſdem numeri in ſuum nomen ſeniorum. Hi ſunt è ſexta ſchola, de iunioribus.* Cedrenus μῦ ὃ τὸν ἐβασίλευσεν ἰουνίωρ μῆνας τρεῖς ὃς πρῶτος ἐποίησε καυδιδάτους, καὶ προτίκτωρας, καὶ τὸ τάγμα ἐκ τῶν σχολαείων συνεπάμβρῳ ἐκάλεσεν αὐτὸ ἰουνιώρων εἰς τὸ ἴδιον ὄνομα. *Poſt hunc regnauit* Gordianus *iunior menſes tres, qui primus fecit candidatum, & protectores, & cum cohortem è ſcholaribus compoſuiſſet, vocauit eam Iuniorum in ſuum nomen.* Candidati autem erant

C milites oſtenſionales ex iis quos ſtaturæ proceritas, & forma commendaret. Hieronymus in vita Hilarionis, Candidatus, inquit, Conſtantij rutila coma. Ammianus, Candidatus dum militaret. Lampridius in Alexandro Seuero, Milites *quos oſtenſionales vocant*, (τοὺς πρὸς ἐπίδειξιν ἐσθιασμένους, καὶ πρόβασιν τοῦ βασιλέως) non pretioſis, ſed ſpecioſis, clariſque veſtibus ornabat, nec multum inſignibus, nec multum in eas ad apparatum regium auri & ſerici deputabat. Hunc locum ita reſtituo, qui vulgo ita concipitur, nec multum inſignibus, aut ad apparatum regium auri & ſerici deputabant. Videntur depingi ab Agathia libr. 6. ἦσαν ὃ ἀ μάχιμοι ὡς ἀληθῶς, ἀδὲ μετρίως γοῦν τὰ τοιαῦτα πεπαιδευμένοι, ἀλλ' ἐκ τῶν ταγμάτων ἐκείνων, οἳ εἰς τὸ διημερεύοντε καὶ διανυκτερεύειν ἐν τῇ αὐλῇ ἀποκεκλεῖνται, ἃς δὴ σχολεῖας ἀποκαλοῦσι. ἔνιοι ὃ γραπτῶται μὲν ὀνομάζονται, καὶ ἐγγέγραφθαι τῆς τῶν καταλόγων βιβλίοις, εἰσὶ ὃ οἱ πολλοὶ ἀσυκοί τε, καὶ φαυδροείμονες, καὶ μόνον οἱ-

D μαι ὄγκα ἕνεκα τοῦ βασιλείου, καὶ τὸν ἐν τῇ πρόοδοις μεγαλαυχίας ἐξεθρημμένοι. *Erant autem re vera non bellatores, & rei bellicæ periti, ſed ex cohortibus illis quæ totum diem, ipſamq; noctem in aula principis conſumunt, quos ſcholares vocant. Illi quidem vocantur milites, & numerorum libris, ac matriculis inſcripti ſunt. Sed plurimi ſunt vrbani, ſplendidè veſtiti, magnificentiæ cauſa, & imperatorij faſtus ergo tantum reperti.* Olim quidem hic ordo ſolis militiæ peritis, & exercitatis præmij loco dabatur. Poſtea verò res à Zenone Iſauro corrupta qui locum hunc municipibus quibuſdam ſuis, & familiaribus ignauis, cum attribuiſſet, deinde nundinatio irrepſit, vt ignauiſſimus quiſque præſenti pecunia hunc honorem mercaretur. Scholæ agentium in rebus præpoſitos ac tribunos habebant, & primicerios l. 1. C. de primicerio ſcholar. l. 3. C.de officio magiſtri offic. C.de comitib. & tribu.ſcholar. Scholam Gallicam Palatij commemorat Symmachus epiſt. 52. libr. 9. Nam dudum eum ad ſcholam

E Gallicam Palatij tranſlatum eſſe meminiſti. Scholarum Palatinarum meminit Ammianus lib. 14. Solis, inquit, ſcholis Palatinis protectorum cum gentilibus & ſcutariis Conſtantius Gallum eſſe contentum iuſſit. Item, aduocatos Palatinorum primos ſcholarum alloquutus eſt. Corippus lib. 3.

Schola quæque Palatij
Juſſa ſuis adſtare locis.

Anaſtaſius Auguſtus ep.ad Hormiſdam Papam, Theopompum virum illuſtrem Comitem domeſticorum agentem ſacri noſtri palatij ſcholam direximus. Caſſiod. lib. 6. for. 6. ſcholarum mores procelloſos. S. Ambroſ. ep. 1. ad Corinth. cap. 12. Scholæ ſunt quæ poſitis in ſe dant dignitatem, vt loci honor hominem faciat glorioſum, non propria laus. P. Diaconus lib. 15. Vitalianus addidit, vt non tantum Anaſtaſius, ſed & omnes principes vnius cuiuſque ſcholæ iurarent. Item, ſcholarios qui erant in vrbe excubitores vna cum primis eo-

rum. Notitia decem tantum scholas numerat. Vndecimam Fabricensium fuisse quidam volunt. Aliter suprà numerauimus. A

Qui dicti Scholares. Scholares fuere quasi milites supernumerarij, vt docet Suidas in verbo ὑφαείδιος, & in verbo χολάειος. Maius illis stipendium, quàm aliis militibus datum. Ammian. meminit Sexti scholaris. Basilic. eclog. 56. sub titulus est περὶ ἀννόνων διδομένων τῇ καυσαινοπόλῃ, καὶ τοῖς χολαείοις. Basilius Porphyrogenneta. Nouell 2. ἔστι γὰρ καὶ αὐτὸς χολαείκὸς δυνατὸς ὠνόμασεν, *ille ipsos potentes scholares nominauit.* Perseuerarunt scholares ad ætatem vsque Constantini. Porphyrogenn. sic enim ille Nouel. 2. καὶ χολάειός ἐστιν, ἢ σεκρέτις ὑπηρετούμενος, *licet scholaris sit, aut secretis seruiens.* Arcad.& Honor. A.A. hilario præposito, Ad omnium vtique numerorum, siue vexillationum, aut etiam scholarum tribunos. Tribuni scholarum, Comite scholarum inferiores erant. Scholæ scutariorum, & clibanariorum Diui Constantini vocantur l. 9. C. Theod. de annonis ciuilib. In lectionali scholares alæ sub rege Constantino vocantur. Armatam militiam in adolescentia sequutus inter scholares alas. B

Scholares numerorum rectores. Scholaribus regendi numeri dati. Honorius & Theod. A.A. Constantio magistro militum, his scholaribus quibus laborum intuitu regendos numeros dederimus, de æratiis annonis singulos solidos per opinatores sine mora præberi oportet.

Quæ ta Comitum schol. auctoritas. Olim comitibus scholarum tanta auctoritas fuit, vt verberandi, ac regradandi Senatores, ac ducenarios ius sibi sumerent. De centenariis, ducenariis, senatoribus supra egimus. Imp. Theod.& Valentin A.A.Nouel.27. Comitibus scholarum verberandi, regradandive senatores, ac ducenarios licentiam denegamus. Domesticos etiam à gradibus lege præterita designatis fieri, non senatores vel ducenarios centariósve decernimus.

C

CAPVT XXX.

De alijs Comitibus.

Pluralitas aliorũ Comitum. COMITES alij plures fuere, Comes excubitorum. Zonaras t. 3. p. 50. ἡ κόμητα τῶν ἐξκουβίτων πρῶτον ὑποποιήσατο, *Tiberium Comitem excubitorum* Iustinus *adoptauit.* De excubitoribus alibi egimus. Comes solemniorum. Ammianus lib. 14. Comes solemniorum appellatus Mercurius Patalis auribus Imperatoris infundebat, Comes Macedoniæ l. 2. D sine censu vel reliquis C.Th. Comes sacræ vestis l. 1. qui à præbend. tiron. C.Th. Comes officiorum l. 2. de metal. & met. C. Th Comes & magister officior. l. 8. de cur. publ. C.Th. Comes domesticorum l. 42. de hæret. C.Th. l. 1. de venal. ser. Comes Hispaniarum l. 5. de donat. C.Th. Comes commodi fiscalis curam gerens l. 128. C.Th. de app. Comes,& magister vtriusque militiæ l. 128. C.Th. de decurion. Comes, & magister militiæ l. 3. de diuin. off. C. Th. Comes, & magister vtriusque militiæ per orientem l. 175. de decurion. l. 9. de Iudæ. cæl. & Samarit. C. Th. Comes, & magister vtriusque militiæ per Africam l. 9. ad legem Iuliam de adulter. Comes dispositionum, & proximus lib. 6. C. Theod. titul. 25. qui honorem proximi, & comitiuam primi dispositionum acquisiuit, tironum præstationem non agnoscat. Ibidem mentio fit primæ comitiuæ, secundæ comitiuæ, tertiæ comitiuæ. Comes castrensis rei. Ammianus protector, inde tribunus, E demum Comes præfuit rei castrensi. Idem, Comes qui curabat rem castrensem, pòst magister equitum factus. Idem lib. 30. Gratianus pater Valentiniani post dignitatem protectoris, atque tribuni, Comes præfuit rei castrensi per Africam. Comes maritimi tractus Trebellius Pollio, Comes prouinciæ, Cassiodorus lib. 7. for. 1. rebus etiam pacatis gladio accinctus. Comes Isauriæ Nouel. 27. fol. 117. & in Notitia. Comes Africæ, Asiæ, Ponticæ, Thraciæ, Comes littoris Saxonici. Soli Comites erant magistratus militares, non item præsides, prouinciarum id temporis. Comes Africæ. Symmachus lib. 4. ep. 47. Comes per Africam l. 1. quemadmod. munera ciuil. iudic. C. Theodos. Comes Africæ spectabilis l. 3. C. de episcop. eccleiast. & cler. C. Theodos. Comes Antiochiæ, in vita S. Chrysost. Comes Gotthorum Cassiod. libr. 7. for. 7. Comes portus Romæ, lib. 7. for. 9. Comes Romæ de quo lib. 7. ep. 3. 14. Notitia, Curatorem statuarum vocat. Comes insularum Curritanæ & Celsinæ. Cassiod. lib. 7. ep. 16. Comes Neapolitanus, comitiua principis militum,

lib.

A lib.6.for.vlt. & for.23. Comes Syracuſanus lib.6.for.22. Comes & procurator diuinæ domus l.16. C.Theodoſ.de bon.prof. Comes Africæ l.13.de diuerſ.offic.C.Theod. Comes Theſaurorum l.14. de diuerſ.offic.C.Theod.l.vlt. C. vbi cauſæ fiſcal. Comes domorum l. 7.ad leg.Iuliam repetundar. C.Theod. Comes militum l. 13. de veter. C. Theod. Comes diœceſeos Aſianæ l.1.fin.regund. C. Theod. Comes & magiſter equitum l.5. de ſentent. ex peric.recitand.C.Th. Comes Ægypti l.8.de princip.agent.in reb.C.Th. Comes rerum priuatarum de quo ſupra. Comes ſacrarum largitionum de quo ſupra. Comes ſacri patrimonij C.de offic.comitib.ſacr. patrim. Comes conſiſtorianus, Comes ſacri conſiſtorij l.4. C.de aduocat.diuerſ.iudic.l.13.C.de excuſationibus muner. eſt ſpectabilis l.2.C.de comitib.conſiſtor. Proconſulibus æquatur l.1.C.de comitib.Conſiſt. Comes primi ordinis fuit Caſſiodor.lib.6.var. comitiua conſiſtoriana l.quicunque C. de procurat. Comes ſacri pa-

B latij l.1.C.de comitib. & Archintr. Caſſiod. lib.6. var. Comes domorum olim is fuit ſub cuius iuriſdictione erant plurimi coloni, & inquilini in pontica diœceſi, & Cappadocia l. vlt.C. vbi cauſ. fiſcal. Sed Nouell. 30. Comite domorum ſublato proconſul Cappadociæ vicem eius conſtituitur. Comes Buccinarum. Auctor Anonymus, ὁ ὃ τοφόξιμος, ὁ κόμης τ βκκίνων σὺν τῖς μαγλαβίταις, lege μαγλαβλίταις, *qui clauam manualem gerunt.* In imperio Conſtantinopolitano hic ordo fuit. *Imperator totius exercitus, & poſt eum Tribuni Drungarij, Comites, qui præſunt bandis, centuriones, decani.* Leo conſtitut. 3. τοφότη κεφαλὴ ὁ φρατηγὸς, κὴ μετ' αὐτὸν οἱ μέραρχοι, εἶτα δρουγγάριοι, εἶτα οἱ κόμητες, ἤγουν οἱ τ λεγομένων βανδῶν ἄρχοντες, εἶτα οἱ κένταρχοι, ἐφεξῆς ὃ οἱ δεκαρχοι. Suidas κόμης ὁ τ λαῦ ἄρχων. Conſtantinus libr. de Themat. κόμητας τὸς νῦν φρατηγὸς ἔλεγον. Leo in Naumach. κόμης ἄρχων, ἢ κὴ πέντε, ἢ κὴ τρεῖς δρομῶνας, ναύαρχος, κὴ ἡγεμὼν τ ὑπ' αὐτὸ δρομώνων ὑπάρχων. Comes commer-

C ciorum l.1.de annon. & cap. l. 2. C. quæ res vendi non poſſint.l.vlt.C. de commer. Commerciis præerat, negotiationes curabat, comparabat ſericum à barbaris D.l.2.fuit ſub Comite largitionum.

Commerciorũ quatuor Comites.

Quatuor autem fuere Comites commerciorum. Primus per orientem & Ægyptum, ſecundus per Mœſiam, tertius per Scythiam & Pontum, quartus per Illyricum l. negotiatores. C. de excuſation. muner. Græci commerciarium vocant. Marcus Patriarcha Alexand.quæſt.can.24. ἀκινδύνως γένῃ, ἱερεὺς ἢ διάκονος, κατάλλακτης, ἢ κομμερκιάριος, *ſine periculo fit ſacerdos, aut Diaconus nundinator, aut mercator.* Conſtantinus in chorograph. meminit κομμερκιαρίᾳ χαλδαίας. Idem, τ μιχὰηλ, ὃς ποτε γεγονότος κομμερκιαρίᾳ χαλδαίας. Thalaſſius *Michael, qui olim commerciarius fuerat Chaldeæ.*

Comitis cõmerciorum officium.

Comes commerciorum emebat Parthicas pelles, & reliqua indutui principis l. 5. C. de

D epiſcop.audient.l.1.C.de Mercatorib.& commerc.emebat gemmas, metaxam, l.lotas C.de mureleg.l.1.2.C.quæ res vendi non poſſint. Topiſc.in Aurelia. cum ab eo vxor peteret, vt vnico pallio blatteo ſerico vteretur, Reſpondit abſit, vt auro fila penſentur, quia libra ſerici, libra auri.l.omnium l. ex præſtatione & ſequent. C.de vectigalib.& commiſſis. Caſſiodorus lib.6.for.7. Comes commerciorum obſeruat, ne cui purpura, vel ſericum vendatur, ſtationarios habent in limitibus, qui exigunt vectigal mercatorum, obſeruant ne ferrum, cotes, arma, triticum ad barbaros ferantur, quos negotiatori, & mercaturam exercere intra fines imperij vetant. his comitibus ex publico datur ſalarium. In oriente vnus tantum eſt, Comes commer. per Illyricum: Comes patrimonij Italiæ Nouel. 104. Comes domeſticorum. de quo alibi. Comes fœderatorum. Caſſiod. Mauricius Comes fœderatorum præficitur ſtipendiariis alienigenis. Zonaras t.3.p.60. Mauricium τ κόμητα φοιδεράτων.

E Suidas, fœderati οἱ τ σκυθῶν ὑπόσπονδοι ῥωμαίοις, qui ſub optionibus, ſeu Phylarchis militabant. Nouella 118. ſiue milites, ſiue fœderati, ſiue ſcholares. Procopius l. 1. Perſic. σπεφακίων τ ῥωμαίοις ἐνσπόνδων ἡγέμων οἱ φύλαρχοι ὀνομάζονται). Sidon.lib.1.ep.8. Armis eunuchi, literis fœderati, ſed de his alibi pluribus.

Comes Siliquatariorũ.

Comes ſiliquatariorum, qui ponderibus ſpecierum illatarum præerat, & menſuris, ne quid culpæ admitteretur. Caſſiod.lib.2. var. ſiliquaticum in nundinis exactum à mercatoribus ob venditionem proponendam. Idem l.4.Græcis dicitur κεφάσμος. Siliqua primum, & minimum pondus apud Rom. Comes ſacræ veſtis l.1.C.Th. qui à præbit. tiron. dicitur in Notitia Comes beſtiarij.

Comes Archiatrorum qui dicebatur.

Comes Archiatrorum qui medicis aulicis præerat. D.l.1. Caſſiod.lib.6.for.19.quapropter comitiuæ archiatrorum te honore decoramus, vt inter ſalutis magiſtros ſolus habearis eximius. vocat eum Præſulem & iudicem Medicorum. Symmach.lib.10.ep.40.epicteti archiatri locum tunc adhuc ſuperſtitis impetrauit. Andromachus Neronis medicus primus

archiatrus à Galeno & Erotiano vocatus eſt. Galenus Magnum ac Demetrium archiatros A
ſe viuente factos ait. Archiatri palatij plures fuere. item vrbis Romæ qui hoſpitum ſuſcipiendorum moleſtia liberi fuere.C.de profeſſorib. & med. Archiatris annonaria commoda populus miniſtrat. l. 9. C.de procuratorib. Archiatri ſacri palatij, Archiatri regalis aulæ C.Theod. de comitib. & archiatris ſacr. palat. Archiatriæ dignitas C.de profeſſorib. & med. Archiatri palatini comitiua primi ordinis nobiles. l. 1. C. Theod. de comitib. & archia. Comites Archiatrorum ſpectabiles l.1. qui à præb. tiron.excuſent. C. Archiatri primi, & ſecundi ordinis l. vlt. C. de profeſſor. & medic. Archiatri primi ordinis æquantur vicariis & ducibus lib. 6. tit. 7. C.Theod. Medicus haſtatorum legionis ſextæ. Callimorphus in expeditione parthica Traianum ſequutus ſcripſit parthica. Medicus legionis ſecundæ adiutricis l.1.C.de profeſſor. Archiatri comitiuam primi vel ſecundi ordinis adepti aliis ſuperiores fuere l.11.C.de profeſſor. Comes ſpectabilis, & caſtrenſis ſacr. palatij l.1. B
& 2.C.Theod. de caſtrenſian. Comes & magiſter equitum & peditum l. 2. de re milit. C. Theod. Comes numerorum l.36.de erogat. milit. annon. C. Theod. Comes ſacr. remuneration. l. 41. de appell. C. Theod. Comes ſacr. & priuat.remuner.l.2. de commeatu. C. Th. Comes R. P. l.8 & 9. de iure fiſci. C.Th. Comes clariſſimus l.13. de pet.& vlt.dat.C. Theod. Comes perfectiſs. & amicus l.12.de bon.vacant. C. Theod. Comes & præpoſitus ſacri cubiculi Val.& Mar. Nouel.1.de indulg.reliq. Comes & patricius l.14.de infirmand. his C.Th. Comites vtriuſque ærarij Theod.& Val. Nouel.1.& 2.de Palatin. Comes Theſaurorum l.14.de diuerſ.offic.C.Th. Comites ſacri & priuati ærarij illuſtres l.1.qui à præb. tironum C.Th. Comes diſpoſition. ibidem. Comes metallorum l.1.C.de metallar. ſub eo fuere procuratores metallorum l.1.C.eod. fuit in Illyrico vbi metalla l.7. & 8. eod. Comites vice ſacra iudicarunt. l.1.D.de his qui per met. iud. Comites per prouincias conſtituti C
l.3.C.de offic.præſ. Comes Illyrici Hiſpaniarum, Tingitaniæ, Britanniæ, Italiæ, Argentoratenſis, littoris Saxonici, Comites Iuſtinianæi tres, Pacatianæ, Phrygiæ, Galatiæ primæ, & Iſauriæ. Nouell.8. 24. & 27. Comes domorum qui de cauſis ciuilibus, & criminalibus colonorum, & inquilinorum domorum principis cognouit. l.vlt. C. vbi cauſæ fiſcal. Comes horreorum l. 1. de piſtor. Piſtrini principis curator fuit, habuitque mancipia quædam purgandis horreis aſcripta, & coquendo pani principis. Comes Ægyptiaci limitis l.51.de cur.pub.C.Th.Comes Italicianorum, & Gallicianorum l.1.de conſ.& præf.C. Th. Comites Rheni l.9.de re milit.C.Th. Comitiua primi, ſecundi,tertij ordinis & aliæ plures comitiuæ apud Caſſiodorum.

D

CAPVT XXXI.

De Præfecto Ægypti.

Ægypti præfect. Auguſtalis appellatus, & quare.

RÆFECTVS Ægypti dictus Auguſtalis, σεβάσιος, ἀυγέσιος, qui omnia tributa per Ægyptiacam diœceſin procurabat, cum inter medios magiſtratus ſpectabilis eſſet. Auguſtalis autem dictus, quia Auguſtus primus eam dignitatem præfecto Ægypti qui Alexandriæ morabatur, & imperium ad ſimilitudinem Proconſulum attribuerat. l. 1. C. de offic præfect. Auguſt. qui & vicarius Auguſtalis dicitur C. de his qui prop met.iudic. non appel. Syneſ. epiſt. 105. λογίζομαι ὅτι καὶ E
βασιλέως αὐ ὅτιτάξοντος, ἐ κακοδαίμονός τινος ἀυγεσταλίς δίκλω αὐ ἔδωκα μὴ πεφόβημαι. *Mecum reputo quod ſi quid iuſſiſſet Imperator, aut nequam aliquis Auguſtalis, niſi paruiſſem, pœnas dediſſem.* Iam olim cauerat Senatus ne Proconſules faſces in Ægyptum inferrent, quod idem cauit Auguſtus religione territus, de qua Cic.lib.1.epiſt. ad familiar.epiſt.1.ad Lentulum. Tacit. lib. 2. Annal. Tiberius Germanicum acerrimè increpuit, quòd contra inſtituta Auguſti, non ſponte principis Alexandriam introiſſet. Nam Auguſtus inter alia dominationis arcana vetitis, niſi permiſſu, ingredi ſenatoribus, aut equitibus Romanis illuſtribus depoſuit Ægyptum, ne fame vrgeret Italiam, quiſquis eam prouinciam, clauſtraq; terræ, ac maris quamuis leui præſidio aduerſus ingentas exercitus inſediſſet. Idem lib. 1. Hiſtor. Ægyptum, copiasque quibus coerceretur, iam inde à D. Auguſto equites Romani obtinent, loco regum, ita viſum expedire prouinciam aditu difficilem, annona ſecunda, ſuperſtitione ac laſciuia diſcordem, & mobilem,inſciam legum, ignaram magiſtratuum

domi

A domi retinere, id consilij, exemplíque Alexandro magno fuit, qui in plures Præfectos Ægyptum distribuit, miratus & naturam regionis, & munimenta, neque tutum existimans vnius Imperio totam Ægyptum credi (ait Arrianus lib. 3. de vita Alexand.) & Romani mihi videntur ab Alexandro docti custodire Ægyptum, nec quemquam Senatorij ordinis eo mittere, sed aliquem ex equestri. Certe Iulius Cæsar Regnum Ægypti victor, Cleopatræ, fratríque eius minori permisit, veritus prouinciam facere, ne quandoque violentiorem præsidem nacta, nouarum rerum materia esset, ait Suet. in Iulio c. 35. Augustus in prouinciæ formam redegit, constituitque præfectum Augustalem, vt Strabo lib. 17. l. 1. D. de offic. præf. August. Cornelius Gallus primus Ægypto præfuit, vt Strabo ait. Tacit. lib. 12. Annal. Nam D. Augustus apud Equestres qui Ægypto præsiderent, lege agi, decretáque eorum perinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani constituissent. Pallad. hist.

B Lausiaca de Melania. τὸ ἀυγουσταλὶς ἐξοεισαντ@ τὺς ἁγίυς πατέρας. *Cum Augustalis expulisset sanctos patres.* Menologium, δὲξ, ὴ ἀυγουστάλι@ ηγουμὴν@, ὴ πατρίκι@, *Dux, & Augustalis & patricius.* Trebellius in Æmiliano. Gallienus cum Theodoto vellet Imperium proconsulare decernere à sacerdotibus est prohibitus, qui dixerunt fasces consulares ingredi Alexandriam non licere. Cuius rei etiam Ciceronem, quum contra Gabinum loquitur, meminisse satis nouimus. Denique non extat memoria rei frequentatæ fertur enim apud Memphim in aurea columna Ægyptiis literis scriptum, tunc demum Ægyptum liberam fore, quum veniissent Romani fasces, & prætexta Romanorum.

Præfectus igitur Augustalis eques fuit, ad quem à iuridico Alexandriæ, & reliquo Ægypti tractu & ei adiuncta vtraque Lybia appellabatur, Strabo lib. vlt. eum τὴν τ βασιλεως τάξιν, *locum regis* implere scribit: proconsulari potestate fuit, l. 1. D. de offic. præf. August. *Præfectus Augustalis eques fuit.*

C Ammianus lib. 22. Ægyptus iam inde vt Romano Imperio iuncta est, regitur à præfectis. Sub eo sunt 6. Prouinciæ Ægypti, Lybia superior, Lybia inferior, Thebais, Ægyptus, Arcadia, & Augustannica l. 9. C. de vectigal. & com. Strabo lib. 17. ὁ πεμφθεὶς ἔπαρχ@ εἰς αἴγυπτον τ βασιλέως ἔχει τάξιν. ὑπ' αὐτὴ δ' ἐστὶν ὁ δικαιοδότης ὁ τ πολλῶν κρίσεων κύρι@. ἄλλ@ δ' ἐστὶν ὁ παρεσυνοδεύομεν@ ἴδι@ λόγ@, ὃς τ ἀδεσπότων, ὴ εἰς καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξετάζει ὅτι. παρέπον) ἢ τούτοις ὴ ἀπελεύθεροι καίσαρ@, ὴ οἰκονόμοι, μείζω, ὴ ἐλάττω πεπιστευμένοι πράγματα. *Præfectus qui in Aegyptum mittitur Regis loco præest, sub eo est Iuridicus Alexandriæ, qui de multis cognoscit. Alia est priuata ratio, quæ inquirit ea quæ domino carent, & Cæsari obueniunt. Hos comitantur liberti Cæsaris, & œconomi, quibus maiora aut minora negotia credita sunt.* Philo in Flaccum, eum ἐπίτροπον, & curatorem Ægypti fuisse ait. Præfectum Augustalem Notitia inter spectabiles reponit Iulianus in epist. Ægypti ὕπαρχον vocat, vt & Ar-

D rianus lib. 3. de vita Alexand. μηδένα τ ἀπὸ βουλῆς ἐπὶ ταύτ ἢ ἐκπέμπειν ὕπαρχον αἰγύπτου, ἀλλὰ τ εἰς τὺς ἱππέας σφισὶ τελουμένων, *Neminem ex Senatu Præfectum Aegypti mitti, sed equitem.* Strabo lib. 17. κ τὴν χώραν ἐπιστατηγὲς, ὴ νομάρχας, ὴ ἐθναρχας αἰγύπτι ἀποδείκνυντες πραγμάτων ὀ μεγάλων ἐπιτατεῖν ἀξιουμένυς. Romani *per Aegyptum* ὑποστατηγὲς, *Propratores, nomarchas, ethnarchas*, id est *regionum præfectos particulares, & locorum constituunt, quibus res non adeo magnæ committuntur.* P. Diaconus lib. 16. & 18. Præfectum Ægypti vocat Augustalem. Sub Phoca scribit Augustalem Alexandriæ fuisse. Eusebius lib. 6. c. 6. Belli Iudaici, πρῶτ@ ἀλέξανδρ@ πρότερον μὴν ἀυτὸς τὴν αἴγυπτον διέπων τότε ἢ τ στρατοπέδων ἄρχων. *Tiberius Alexander, qui prius Aegyptum administrarat, tunc autem sub Vespasiano exercitibus imperabat*, Pollio in Claudio Præfectum Ægypti commemorat. Ammianus lib. 22. Ducem Ægypti sub Iuliano. Ægypti Præfecti potestatem describit Philo in Flaccum. καθίστ) τ ἀλεξανδρείας, ὴ

E τ χώρας ἐπίτροπ@ ὁ φλάκκ@ μὴ τὴν στρατηγὸν τελοῦτὴν, ὃς ἐπέστ@πο αἴγυπτον. πρῶτ@ ὄχλ@ ἦσαν οἱ γραμματεὶς ἤδη πρὸς πάντα μικρὰ ὴ μεγάλα φθάνοντος αὐτὺ τ ἐμπειρίας ὡς μὴ μόνον ὑπερβάλλειν. In accipiendis rationibus, & dispensatione redituum gerebat se pro dignitate, grauiores causas iudicabat cum optimatibus, exercebat equites, & pedites, velitésque cum suis ducibus & C. Sub Leone & Anthemio Imp. præfectus august. fuit. Dux vero Ægypti commemoratur lib. 13. C. de aduocat. diuers. iudic. l. 1. C. de diuers. offic. Præfectus augustalis per se libellis subscribebat vt præsides l. 2. C. de assess. Duæ Thebaides fuere quibus Iustinianus vnum præsidem præposuit, eundémque ducem edicto 13. c. 22. Strabo lib. 17. tres Romanorum cohortes in Thebaide excubare scribit, & tres legiones in Ægypto. In notitia sub duce Thebaidos 8. legiones. Arcadia septem vrbibus clara pars Ægypti ab Arcadio dicta, ἑπτάπολις, ἑπτάνομος, vbi Præses fuit. Augustannica inter Nilum & Arabiam Petream, vbi sub Constantio Præses, pòst Corrector, l. 34. C. Theodos. de decurionib. Nouell. 8. edicto, 13. c. 6. edicto 14. Ægyptus, Thebais, Libya superior, Pentapolis, quæ

& Libya inferior, & Arcadia præsidibus permissæ, Augustamnica correctori, aut præsidi. A
Olim tres tantum Ægypti prouinciæ apud Ammian. lib. 22. Ægyptus, Thebais, Libya. Zozimus in Constantino, ὑπαρχῳ δὲ ἐνι τῶν αἰγυπτον ἁπασαν σὺν τῇ πενταπόλει, καὶ λιβύῃ καὶ τῶν ἑῳων ἄχρι μεσοποταμίας. *Præfecto orientis Aegyptum omnem attribuit cum Pentapoli & Libya, & orientem vsque ad Mesopothamiam.* Theodorit. l. 1. c. 9. Alexandrinorum ecclesiæ, & fratribus per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, Athanas. in Apolog. 2. Prouincias 4. numerat, Ægyptum, Thebaidam, Libyam, Pentapolin. Theodos. & Valentinian. ep. ad Dioscorum quæ act. 1. Conal. Chalcedon. recitatur, decem Metropolitanos Ægypti ponunt, vnde 10. prouincias fuisse colligas. De Augustamnica & Pentapoli l. vsurpat. C. de vectigal. & commiss. Tota regio dicitur Diocœsis Ægypti l. 1. C. vt nemo ad suum. Præfectus augustalis omnibus præsidibus per Ægyptum imperitabat, Dio lib. 53. Seuerus Ægypto Senatorem præfecit. Is erat spectabilis, Proconsuli æqualis l. 1. D. de præf. August. B
Ægyptus erat velut regnum particulare Imperatoris, quare Nero ab omnibus derelictus Ægypti præfecturam sibi concedi expetit. Sueton. c. 47. lib. 6. Augustalis exigebat tributa prouinciarum suarum, cognoscebat de criminibus præsidum suorum. Ipse Alexandriæ agebat, Plin. lib. 2. c. 2. Eò merces Indiæ confluebat, vt Strabo lib. 5. Iustinianus præfecti huius Imperium coarctauit, quem Alexandriæ tantum & vtrique Deltæ præesse voluit, excepta Maræotide, & Menelai vrbe, quam Libyæ adscripsit. Duos præsides illi parere voluit edict. 13. 600. Apparitores in eius fuere officio, inter quos 100. primates, 50. Augustaliani, 50. Duciani. Cursum 36. equorum quotannis populo Romano exhibet. Ideo Iustinianus ei aureos 1520. ad hunc vsum submiuistrat; è quibus 320. in cursum, reliqui in annonas ipsius deputantur edict. 13. c. 16. accipiebat olim 150. Philippeos pro annona, & 160. trientes aureorum, & 47. aureos pro strenis: Ægyptus autem ditissima fuit teste C
Hieronymo lib. 9. in Daniel. Ptolemeus inquit, Philadelphus, ex Ægypto exegit centum millia modiorum frumenti, & talentorum 14. millia, & 800. quæ summa reficit 9. milliones. Rationalem ἴδιον λόγον Strabo vocat lib. 17. sericum, byssus, gemmæ, ex India millies centena millia H S. absumebant, vt Plin. lib. 22. c. 18. quæ omnia rationalis summæ rei curabat l. 7. C. vbi causæ fiscal. Iustinianus suo præfecto augustali annonas attribuit 50. & 50. capita, libras auri 40. assessori libras auri 5. mille solidos apparitoribus, qui à vindice soluebantur. Is erat quæstor ad exigenda tributa Alexandriæ à principe constitutus, quem Anastasius inuenit edict. 13. Iustinian. c. 54. 55. Euagrius lib. 3. c. 42. Edicto 8. c. 3. quadragintos 92. aureos ex fisco in accendendis balneis publicis impendit edict. 13. c. 15. 16. l. 1. D. de offic. præf. august. Præfectus Ægypti non priùs deponit Imperium, quàm Alexandriam succesor eius ingressus sit, licet in prouinciam venerit & ita man- D
datis eius continetur.

CAPVT XXXII.

De Vicarijs.

Vicarij qui dicantur.

VICARII Præfectorum prætorio propriè vices agunt edicto Iustinian. 8. de Vicario Ponticæ, σωεδρευσαι τῶν ἐπ βικαρείᾳ πάλιν ἐρχῶν, &c. τὸ βικάριον δεσποσαν πάσας τὰς τῆς ποντικῆς διοικήσεως ἐπαρχίας ὡστε αὐτὸν μὴ τὸν τόπον πληροῦν τοῦ ἐπαρχοτηλοῦ μόνης, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐνδοξοτάτων μαγίστρων τῶν θείων ἡμῶν ὀφφικίων, καὶ τῶν ἐνδοξοτάτων στρατηγῶν, ἔτι καὶ τῶν μεγαλοπρεπεστάτων ἀρχόντων, οἳ τῷ θείῳ ἡμῶν πατριμωνίῳ καὶ τῷ ταμείῳ γε μὴν, πόσῳ δημοσίοις, καὶ φορτέκτωρσι ἐφεστᾶσι. *Vicariam visum est nobis imponere omnibus prouincijs Ponticæ Diœceseos, ita vt non solum impleat locum præfecti præt. sed & gloriosissimi magistri officiorum, & gloriosissimorum Ducum & magnificentissimorum magistratuum, qui diuino patrimonio & ærario, & domesticis ac protectoribus præsunt*, vt neminem iurisdictioni eius subducat vel dignitas, vel sacerdotium, vel zona, vel militia, &c. Cassiodorus lib. 11. ep. 4. & 5. Vicarium apicem vocat, Sidonius lib. 1. epist. 3. ep. 9. lib. 5. Vicarianus apex Barbarorum incursionibus abolitus à Theodorico tertio restitutus est, Cassiodorus lib. 3. ep. 16. 17. Primum tribunal fuit præfecti prætorio Actione V. Concil. Constantin. sub Mena, primum & excellens solium dicitur, Vicarij secundaria iudicia nuncupat Symmachus ep. 36. lib. 10. Vestræ perennitatis est æstimare contumeliam præfecturæ,

cuius

A cuius Cauſſidicus nihil paſſus, auxilium ſecundis iudiciis impetrauit. Vicarij ſingulas loco præfectorum Diœceſes regebant, quare Propræfecti vocantur in vet. inſcript. l. Aur. Aricanio Symmacho V. C. præfecto vrbi, conſuli Propræfectis prætorio in vrbe Roma, finitimiſque prouinciis. Præfectorum Vicarij, aut Vicariam agentes præfecturàm l. 1. de proxim.ſacr.ſcrinior. l.vlt. de longi temp. præſcript. D.Rutilius de Britanniar. Vicario

Quâ præfectorum vicibus frænata poteſtas
Perpetuum magni fœnus amoris habet.

Gregorius Nazianzenus in orat. de Baſilio, *Vicarium* vocat ὕπαρχον. κινεῖ γὰρ τῦτο τὴν τῆς ποντικῆς μοίρας ὕπαρχον. *mouet hoc præfectum Pontica Dioceſeos.* Vicarius ergo vice præfecti cognoſcit l. à proconſulibus C. de appellat. Merum tamen illi Imperium tribuitur: nec enim man-
B datam exercet iuriſdictionem, ſed datam à Principe, quoniam præfecturæ portio eius eſt muneri adiuncta, cuius ſplendore perfuſus ſacræ vicis auctoritatem habet l. 1. C. de offic. Vicar. l. 1. C. de legat. 3. Caſſiod. lib. 6. form. 15. vices agentium mos eſt ſic iudicum voluntatibus obedire, vt ſuas non habeant dignitates. Tu autem Vicarius diceris, & tua priuilegia non relinquis, quando propria eſt iuriſdictio, quæ datur à Principe. Habes enim cum præfectis aliquam portionem & C. vet. inſcript. Ageſilaus Ædetius V.C. Cauſarum non ignobilis Africani tribunalis orator, Vicarius præfectorum per Hiſpanias vice ſacra iudicans, C. vnde ſacrum eius auditorium edicto Iuſtiniani 8. Non tamen omnes Diœceſes Vicariis creditæ erant; orientem Comes, Ægyptum Auguſtalis adminiſtrabat, qui tamen Vicarij dicuntur l 12. C.Theod.de decurion. l. 2. C.de his qui propt. met. iud. non appel. In Italia duo fuere Vicarij. Vrbis Vicarius ad quadrageſimum tantùm ab vrbe
C lapidem ius dicebat, vt Caſſiodorus lib. 6. form. 15. licet in decem ſuburbicariis prouinciis præfecturæ vices ſuſtineret. Vicarius præf. prætorio ſeptem Prouinciis Italiæ ius dixit. Nullus vrbis præfecti Vicarius Conſtantinopoli fuit, nullæ ſuburbicariæ Prouinciæ, quia præfectus prætorio orientis in ipſa etiam ſacra vrbe ius dicebat l. raptores D. de epiſcop. & cleric. Vicarius ſeptem Prouinciarum Vicarius eſt Galliarum, vt alibi oſtendimus. Non ſolum ad præfectum præt. ſed & ad Vicarium eius conſtitutiones ſcribuntur. Sulpicius lib. 2. hiſtor. Imperator datis ad præfectum Galliarum, atque ad Vicarium Hiſpaniarum literis. Symmachus in auctuario ep. 9. Vicarium Hiſpaniarum memorat. Olim proconſul fuerat. Sulpicius eod. Obtinent vt Imperiali auctoritate præfecto erepta cognitio, Hiſpaniarum Vicario mandaretur. Nam iam habere proconſulem deſierant. Ammianus lib. 23. Iulianus Venuſto commiſit Vicariam Hiſpaniæ. Vicarius quinque Prouinciarum Aqui-
D taniæ primæ, Aquit. ſecundæ, Senoniæ, ſecundæ Lugdunenſis, & tertiæ Notitia C.de duce tractus Armoric. l. 3. C. de Pagan. Macrobio præfecto præt. Hiſpan. & proc. Vicario quinque Prouinciarum. Nullus alius fuit præfectus prætorio Hiſpaniarum quàm præfectus prætorio Galliarum. In præfatio. Concil. Valent. fratribus per Gallias, & quinque Prouincias conſtitutis epiſcopis. Ammianus lib. 14. Martinum regentem Britanniam pro præfectis eundem Vicarium vocat. In epitaphio Symmachi. Symmacho conſuli propræfecto prætor. in vrbe Roma. Locum præfectorum in hac ciuitate ſeruans Iohannes lib. 3. dialog. Gregor. cap. 10. Vicario Ponticæ datur præco, non aliis edicto 8. Iuſtiniani Paulin. in vita Ambroſij, Vicarius propoſito edicto conuenit omnes vt ſibi deliteſcentem Ambroſium proderent. Gregorij l. 4. dialog. cap. 52. Iohannes vir magnificus in hac vrbe locum præfectorum ſeruans. Vicarius in conſilium admittebatur, & confeſſum merebatur
E non ſolum ex Diœceſi cui præerat, ſed etiam Romæ. Caſſiodorus lib. 6. ep. 15. faſces ſuſcipiebat, & merebat ſecurim l. 7. C. Theodoſ. de honorar. codicil. conſiliariorum qui illuſtribus adſidebant, ea erat merces, vt Vicariæ dignitatis priuilegio gauderent C.Theodoſ. de comitib. qui illuſtrib. agentib. adſunt, quos cum ex primoribus aduocatorum ſub eminentiſſima præfectura aſſumeret expleto vigeſimo, aut decimoquinto aduocationis anno Vicariorum dignitatis ius obtinebant Nouel. Theodoſ. & Valentin. de poſtulando. Vicario ius dicente præco cauſſas appellabat, & ſilentium indicebat, vt Symmachus ep. 36. lib. 10. Vicarij præfecti prætorio viri ſpectabiles qui ex mandato Principis in Diœceſim aliquam, ſiue tractum multas Prouincias habentem mittuntur. Euſebius lib. 3. de vita Conſtant. διέπων τὰ τῆ ἐπάρχων μέρη. ὁ τῆ ἐπαρχίας ἄρχων. Socrates lib. 1. διέπων τὰ τῆ λαμπροτάτων ἐπάρχων μέρη. & Nouel. 26. Iuſtiniani. Vicarij ſedis excelſæ augent dignitatem cum fiant comites primi ordinis lib. 6. tit. 7. C. Theodoſ. Iuſtinian. Nouel. 8. μηδὲ ἀνθυπατείαν μηδεμίαν, μηδὲ βικαρείαν, μηδὲ τὰ κόμιτα τὰ ἑῶας, μηδὲ ὑπατικὴν ἀρχὴν, μηδὲ ἡγεμονικὴν

ἀς δὴ

ὡς δὴ κοντσιλιείας, ἢ κορρικτωρείας καλοῦσι. Comitem orientis ἐν ἴσῳ τοῖς βικαρείοις πάσχειν, A
exæquamus Vicarijs.

Pluralitas Vicariorum præfecti prætorio multarum Prouinciarum.

Præfecti prætorio Italiæ Vicarij tres fuerunt, vrbis Romæ, Italiæ, & Africæ; præfecti prætorio Galliarum tres Vicarij, vnus Hispaniarum, alter Britanniarum, tertius 7. Prouinciarum per Gallias. Doctissimus Scaliger tres Vicarios in vna Gallia ponit, parum bene, cum Notitia Vicarios in occidente sex tantum fuisse dicat. Ausonius in Mosella Vicariam secundam præfecturam vocat,

Aut Italum populos, Aquilonigenásque Britannos
Præfecturarum titulo tenuêre secundo.

Id est, Vicaria dignitate. Vicarij quatuor fuere orientis, l.fin. C. de diuers. offic. Primus Asianæ Diœceseos octo Prouinciis præerat l.1. C. de prox. sacr. scrin. Nicephorus lib.7. B cap.42. Patricium Vicarium præfecti pr. vocat. Ammianus lib.20. pro præfecto Asiam rexit. Ambros.cap.2.ad Colos. præfectorum Vicarij præsentibus eis priuati sunt Ex mandato Principis vice præfectorum cognoscunt. In Martyrolog. 3. Octob. Diocletiano Viator fuit Vicarius in Hispaniis. Constantinus Vicariis titulum comitis addidit l. cum seruus, D. de seruis fugit. Tertullianus Asiæ Vicarius fuit sub Constantino l.1. C. de Palatin. sacrar. largit. Vicarij erant perfectissimi vt S. Augustin. epist. 68. post collation. cap. 33. contra Donatist. postea spectabiles facti. Ammian. lib.18. Aristænetus Vicarius Asiæ.

Vicarij Augustales dicti & quare.

Vicarij dicuntur Augustales quia creantur à Principe l. vlt. C. de his qui per met. iud. Inter senatores censentur. Chlamydem habent, & carpentum, tributa procurant. Cassiodor. lib.9. variar. Nicephorus lib.13.c.3. histor. tripert. lib.10. c.4. Asia ab vndecim præsi- C dibus recta est, quia Hellespontus, & insulæ adiunguntur. Vicarius Asianæ præses erat Phrygiæ Pacatianæ, quem sustulit Iustinianus, & comitem dedit. Nouel. 20. à Vicariis deportati statim amittunt ciuitatem l.1. de legat. 3. Vicarij per se libellis subscribunt quia libellenses non habent l.2. C. de appellat. Vicarius Ponticæ dicitur, & comes Diœceseos Ponticæ l.fin.C.de diuers.offic. Ammian.lib.17. Constantius vocat Vicarium Διοίκεα, qui & præses est Galatiæ primæ, & duplex salarium habet. Nouell.8.& 27. Iustinianus abolito Vicario comitem posuit edicto 8. Thraciæ sub Valentiniano secundo, fuit vnus Vicarius, Hunnis Thracias vastantibus duo, quorum alter vice præfecti præt. orientis rebus ciuilibus, alter vice magistri militum, militibus præerat; vtérque in ciuitate longi muri l.124. C.Theodos. de decurionib. Iustinian. eos sustulit, & prætorem Iustinianæum instituit, qui vir spectabilis fuit. Duæ Prouinciæ fuere sub Vicario Thraciæ, Ripa vbi Constantinopo- D lis, & Thracia, vbi murus longus, ciuitas. Vicarius Macedoniæ comes Macedoniæ vocatur à Constantino magno, l.2.C.Theodos. sine censu vel relig. l.1.C.Theod. de iurisdict. Vicarius dicitur l.6. C.de feriis, sub præfecto prætorio Illyrici fuit proconsul Achaiæ, Vicarius Macedoniæ, quæ habuit quinque Prouincias, & Vicarius Daciæ, quæ habuit V. Prouincias. Inter Vicarios occidentis Ammianus lib.17. & 22. Ponit Vicarium Romæ. Artemius curans Vicariam præfecturam lib.28. Maximus regens quondam Romæ Vicariam præfecturam. Sub Vicario Italiæ fuere consularis Venetiarum, consularis Æmiliæ, & Flaminiæ, consularis Liguriæ, præses Alpium Cottiarum, præses Rhetiæ primæ, præses Rhetiæ secundæ. Eutrop. lib.7. c.6. Cottiæ Alpes incipiunt à Susa, Rhetis olim vnus prætor. vt Tacit. l.1.& 4.histor. vel procurator præerat, Cassiod. in form. ducat. Rhetiar. Vicarius Illyrici sex Prouinciis impositus, Pannoniæ primæ & secundæ, Norico Mediterraneo, E & Ripensi, Sauiæ, & Dalmatiæ. Sola Pannonia secunda, consularem habuit, l.6.C.Theod. de veteran. Sauia correctorem, reliquæ præsides, Ammianus lib.26. Orientem regebat potestate præfecti præt. Italiam cum Affrica & Illyrico Mamertinus, Vet. Inscriptio D.N. Flauio Constantino Clementiss. atque victori Augusto Martianus vir perfectiss. Præses Prouinciæ Norici Mediterranei. Sub Diocletiano Aurelius Agricolaus fuit Vicarius Africæ, vt Surio in 31. Octob. sub Constantino Entolides l. 2. C. de curiis aduocat. sub Constantio Aconius Catulinus. l.24.26. C.de decurionib. Quinque regebat Prouincias, duas consulares, Bizacium & Numidiam, tres præsidiales Tripolitanam, Mauritaniam Sitifensem, & Mauritaniam Cæsaream. Sextus Rufus 6. Prouincias consulares facit, inter quas & Tripolitana, sed Africam propriè dictam, vbi est Carthago, proconsularem, quæ sexta est Prouincia. Antonio Pio imperante, Numidia legatum habuit Tuscium Fuscianum. l.7. D. de legat. præstan. contra tab. Mauritania victo Iuba à Iulio Cæsare vectigalis facta

est,

A eſt,cui proconſul Criſpus Saluſtius,vt Appianus lib.5.ciuil.Dio lib.58.Mauritaniam Claudius in duas diuiſit, in Tingitanam, quæ alluitur Oceano, antea Sitifenſem dictam; & in Cæſarienſem, quæ à duobus equitibus rectæ. Tacit. lib.1. hiſtor. Duæ Mauritaniæ à duobus equitibus cohibentur ſub Galba.Tingitana dicitur regnum Feſſamum,& Marochium Cæſarienſis regnum Teleſinum. Præfecti Galliarum tres Vicarios fuiſſe oſtendimus, Vicarium Hiſpaniæ, Vicarium 7. vel vt alij volunt,17. Prouinciarum Galliæ, Vicarium Britanniæ. Ioſeph. Scaliger. lib.1. Lection. ad Auſon. c.24. Præfectura, inquit prætorij Galliarum tres Vicarios habebat, primus Vicarius 7. Prouincias adminiſtrabat vtramque Germaniam, vtramque Belgicam, & in Britannis vtramque Britanniam, & Flauiam Cæſarienſem. Secundus quinque, quatuor Lugdunenſes,& Maximam ſequanorum. Tertius Viennenſem, vtramque Narbonenſem, vtramque Aquitaniam, nouem Populaniam, Al-
B pes maritimas,quæ 7. Prouinciæ dictæ, à quibus Septimania. Hæc ille ex animi ſui augurio, non ex vero. Omnino ex notitia præfecti prætor. Galliarum tres Vicarij, tres Diœceſes fuere, vt ſupra oſtendimus. Conſtantinus magnus Hiſpaniæ 7. Prouincias fecit l.7. §. interdicere D.de interdict. & relegationib. Sextus Rufus ſex Prouincias numerat, Tarraconenſem,Carthaginenſem,Luſitaniam, Galleciam,Bethicam,Tingitaniam, notitia addit Baleares inſulas, tres priores conſulares fuere, 4. vltimæ præſidiales, Macrobius præfectus fuit prætorio, Hiſpaniarum Proclianus Vicarius l.3.C.de paganis l.15.C.Theodoſ.eodem in quibus legibus præfectus præt. Hiſpaniarum ponitur pro præfecto præt. Galliarum, cuius ſecundus Vicarius 17.Prouincias Galliarum adminiſtrauit,in quas eam diuiſit Conſtantinus. Vulgo 7. tantum Galliæ Prouincias numerat quia Lugdunenſes, Germaniæ, Belgicæ, Alpes, Aquitaniæ, nouem Populania, Narbonenſis, Viennenſis, pro vna Pro-
C uincia ponuntur. Sextus Rufus 18. Prouincias, Notitia 17. ponit, Viennenſem, Lugdunenſem primam,Germaniam primam & ſecundam,Belgicas duas, Alpes maritimas, Penninas, maximam Sequanorum, Aquitanias duas, nouem Populaniam, Narbonenſem primam, & ſecundam, alias Lugdunenſes duas, & quartam Senoniam, in Germania prima Mogantium, Francofurtum, Spira, & VVormæ, in ſecunda Germania, Agripina Colonia, Belgica prima, in qua Treueri, Metenſes, Virdunum, Belgica ſecunda,in qua Rhemi ſueſſiones, Catalaunum,Veremandum, Atrebatum,Cameranum, Bellouaci, Ambianum, Bolonia; in ſecunda Lugdunenſi Turonum,in quarta Lugdunenſi Lutetia, Senones, Alpes maritimæ & Liguſticæ prope Nicæam,Ebrodunum, Auguſta Dia, Alpes penninæ, & Graiæ, vbi mons Ceniſius, & Tarantaſia. Maxima Sequanorum hodie Beſanconium, in prima Aquitania Bituriges & Aruerni;in ſecunda Vaſcones,ſeu nouem Populania,Auſcij,
D Conſaranni, Bigerrones, Conuenæ, Tarbelli,in tertia Aquitania ſunt. In prima Narbonenſi, Toloſa, Narbo, Locata, in ſecunda Narbonenſi Albigenſes, & Ruteni. Vicarius Britanniæ tertius fuit. Conſtantinus Britanniam in quinque Prouincias diuiſit,vt S.Rufus maximam Cæſarienſem, Valeriam, Britanniam primam, Britanniam ſecundam & Flauiam Cæſarienſem, l.2. C. Theodoſ. de exactorib. Pacatianius Vicarius Britanniæ. Vet. Inſcriptio eſt Acilio Glabrioni Sibidio V. C. & omnibus meritis illuſtri legato in Prouincia Achaia conſulari, Campaniæ Vicario per Gallias ſeptem Prouinciarum ſacri auditorij cognitori. Vnus enim totius Diœceſeos Galliarum præfectus fuit. Galliarum nomine interdum tranſalpinæ omnes Prouinciæ veniunt. Ita præfectus prætorio Galliarum dicitur qui Galliæ,Hiſpaniæ,Germaniæ,Britanniæ, præfectus eſt. Ammianus lib.26. Italiam regebat cum Africa,& Illyrico Mamertinus,Gallias Prouincias Germanus.Vet.Inſcriptio Sex-
E to Petronio Probo.V.C.præfect.præt.quater Italiæ, Illyrici, Africæ, Galliarum. Vide quæ ſupra de Diœceſibus diximus. Vetus poëta de Valerio Proculo,

Hic bis præfectus patriæ, præfectus & idem
Hic Libyæ, atque idem Libyæ proconſul, & ante
Ter vice qui ſacra diſcinxit iurgia iudex.

Exarchus vice ſacra iudicans Vicarius præfecti præt. Rutilus in Itinerario de Vicario Britanniæ,

Quæ præfectorum vicibus frænata poteſtas
Illuſtris ſummæ nuper comes additus aulæ.

Iuſtinianus edicto 15. Vnum vtriuſque Libyæ, ſuperioris & inferioris præſidem inſtituit, cui Maneotidem, & Menelaitum vrbes addidit, in quas voluit ab eo Vicarium mitti, qui eius vice ciuiles, & criminales cauſas cognoſceret, qui habebat 20. apparitores ex officio

præſidis;

præsidis, & 50. illius regionis milites, edict. 13. Symmach. lib. 3. ep. 34. Vicaria potestate per Africam functus lib. 10. ep. 36. sedes Vicarij. In auctuario vir clarissimus, & spectabilis Vicarius. Spectabilis Vicaria potestas l. 10. de suariis C. Theod. Vicarij fasces suscipiebant, & merebant securim l. 7. C. Theod. de honorat. Codicil. Sidon. ep. 4. lib. 1. Vicarius fascibus partis, præfectus & Vicarius suos habebant consiliarios. Iustinian. edicto 8. Pares erant dignitate Vicarij & assessores l. 1. C. Theod. de comit. A

Muri longi conditor Anastasius.

Murum longum, de quo supra egimus, condidit Anastasius sexagesimo ab vrbe lapide, extenditque à magno mari versus meridiem millibus passuum 50. latitudine pedum 20. Suidas in verbo Anastasius ὁ βασιλεὺς, idque ad prohibendas irruptiones Scytharum, vt Zonar. tomo 3. Quare Cedrinus vocat ἀναστασιακόν. Longi muri Vicarij duo fuere, alter politicus, alter militaris. Nouel. 26. ἄμφω δὲ οὗτοι πληροῦσι ὁ μὲν τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων ἐκεῖσε τάξιν, ὁ δὲ τῶν ἀνδρειοτάτων στρατηγῶν. Politicus præfecti prætorio, militaris magistri militum vices agit. B

CAPVT XXXIII.

De Ducibus.

Inter clarissimos primas obtinēt Duces.



SPECTABILES omnes vt in Notitia recensentur exsecuti, sumus. Ad clarissimos accedendum, inter quos Duces primo loco numerantur. Quanquam eadem Notitia in Imperio occidentis Duces & præsides plærosque spectabiles fuisse ait. Certè Duces olim dicti, & Imperatores qui vniuerso exercitui præessent l. 5. D. de pact. l. 2. D. de his qui not. infan. Græci vocant στρατηγοὺς, ἡγεμόνας, στρατοπεδάρχας, στρατηλάτας, V. gloss. Ducatus ἡγεμονία. Sueton. in Nerone c. 35. Nero Crispum quia ferebatur Ducatus, & imperia ludere, mergendum mari mandauit. Basilius apud Melissam, στρατοπεδάρχην, καὶ τὸν κήρυκα μέγα βοῶντα προϊόντα πρὸ αὐτοῦ, τοὺς ῥαβδούχους ἔνθεν καὶ ἔνθεν βαρυτάτην κατάπληξιν τοῖς ἀρχομένοις ἐμβάλλοντας, τὰς πλήγας, τὰς δημεύσεις. *Ducem & præconem altè vociferantem qui ei præit, lictores hinc inde terrorem subditis grauissimum inijcientes, verberationes, vincula iniecta.* Anna. lib. 1. Alexiadis, ἀνθυπλίτην, & ἀντιστράτηγον vocat eum, *qui alteri opponitur in summo Imperio positus.* καὶ ἐνθὺς ὁ κομνηνὸς ἐπὶ μνήμης τῷ βασιλεῖ, κατὰ τῶν τοιούτων ἀνδρῶν ἀνθυπλίτης τε, καὶ ἀντιστράτηγος στέλλεται, τὴν οὗ μεγάλου δομεστίκου τηνικαῦτα διέπων ἀξίαν. *Continuo Comnenus in mentem subit Imperatori, & contra eiusmodi homines cum Imperio mittitur, cùm id temporis magnus domesticus esset.* Pausanias pag. 222. eum qui à Romanis in Græciam cum fascibus mitteretur ἡγεμόνα ἀχαΐας, non ἑλλάδος vocatum ait. Euagrius lib. 4. στρατηγὸν pro magistro militum posuit, στρατηγὸν αὐτὸν ἑνὸς τάγματος τῶν καλουμένων πραιστέντων ἀναδείκνυσι, *eum præficit vni parti militum præsentialium, eundem & consulem facit.* C D

Duces præfecti militū apud Tacitum.

Duces Taciti ætate pro militum præfectis positi; sic enim ille lib. 2. histor. petuntur ad supplicium Asiaticus Flauius, & Ruffinus Duces Galliarum. Paulò pòst limitum præfecti Duces dicti. Commodus, Pescenninum, inquit, fortem virum noui, vt est apud Spartianum in Pescennino, & ei tribunatus iam duos dedi, Ducatum mox dabo. Prius tribuni fiebant, deinde Duces, tum comites. Lampridius in Alexan. quæ de hostibus capta sunt limitaneis Ducibus, & militibus donauit, ante tribunum quatuor milites, ante Ducem sex præire iussit. Spartianus Pescenninus niger ordines diu duxit, multisque Ducatibus peruenit, vt citius Syriacos iussu Commodi regeret. Capitolin. Pertinace, qui occiso Commodo petenti signum prima die tribuno dedit, militemus, exprobrans vtique segnitiem temporum superiorum, quod quidem etiam antè in omnibus Ducatibus dederat. In epistola Valeriani, Posthumo patri defertur Ducatus limitis Transrhenani, filio tribunatus Vocontrorum. Spartianus Ælius Verus Pannoniis Dux, & rector impositus. Trebellius Ducem Transrhenani limitis, & Galliæ præsidem Posthumum. Lampridius, Maximinus tribunus cui ego latum clauum addidi. Mox ad Ducatum euectus est; Dux inferior legato, nondum senator. Vopiscus Aureliano, assidentibus Æmilio Saturnino Scythici limitis Duce, &c. Capitolin. Maximino, vt Ducatum possis accipere. Valerianus apud Vopiscum Ducales tunicas commemorat, de Aureliano loquens, Cape, inquit, tunicas Ducales russas quatuor, pallia proconsularia duo. Ibidem, Saturnino Scythicis E

limitis

A limitis Duce, Iulio Tryphone orientalis limitis Duce, & Vlpio Crinito Duce Illyriciani limitis, & Scythici, & Fuluio Boio Duce Rhetici limitis. Capitolinus, de Maximino, cum eum quidam tribuni reprehenderent, dicentes: Quid tantum laboras, cum eius loci iam sis, vt tribunatum possis accipere? Vopiscus in Probo, Nos tibi Ducatu totius orientis salarium quintuplex fecimus, ait Tacitus ad Probum ornamenta militaria geminauimus, consulatum in annum proximum nobiscum decreuimus. Te enim manet Capitolina palmata. In hanc sententiam omnibus semper consulibus scribebatur. Vopiscus in Saturnino, cui inter ceteros Duces qui verè summus videretur, Aurelianus limitis orientalis Ducatum dedit. Pollio in Claudio, Valerianus ad Zozimionem procuratorem Syriæ. Claudium Illyricianæ gentis virum, tribunum Martiæ quintæ legioni fortissimæ dedimus, huic salarium de nostro priuato ærario dabis, annuos frumenti modios tria millia, hordei 6.
B millia: hæc autem omnia idcirco specialiter non quasi tribuno, sed quasi Duci detuli. Claudius postea Dux factus est, & dux totius Illyrici. Scias tantum ei à nobis decretum salarium, ait Valerian. quantum habet Ægypti præfectura, tantum vestium quantum proconsulatui Africano detulimus. Tantum argenti quantum accipit curator Illyrici. Lampridius in Diadumeno, Ducem Armeniæ commemorat. Ducatus igitur limitum præfecturæ dictæ. Ducianum iudicium ipsius Ducis sententia, l penult. C. de appellat. Theodosius A. Salustio quæstori, totius minoris laterculi curam scias ad tuæ sublimitatis sollicitudinem pertinere, ita vt tuo arbitratu ex scrinio memoriæ totius minoris laterculi dignitates, hoc est, præfecturæ omnes, tribunatus, & præposituræ castrorum clementiæ meæ auctoritate mittantur. Præfecturas vocat Ducatus. Sub Valeriano Vlpius Crinitus Illyricum protexit. Sub Gallieno Regillianus Illyrici Dux, vt Spartian. sub Constantio Valentinia-
C nus ex Primicerio protectorum tribunus, Dux Illyrici factus vt Ammia lib. 18. Procop. l. 1. Pers. ῥωμαίων στρατιωτῶν ἄρχοντος δέκας καλεῖσι, συναγκλίνων τῇ ῥωμαίοις ἐν ἀσάλῳ ἡγεμόνας φυλάρχας. Zozimus lib. 2. Duces στρατηγῶν ἐν ἑκάστῳ τόπῳ τάξιν, *prætorum ordinem in quoque loco* habuisse scribit. Constantinus, inquit, diuiso præfectorum magistratu, aliis quoque modis eorum potestatem imminuit. ἐφεστώτων γὰρ τοῖς ἀπανταχοῦ στρατιώταις οὐ μόνον ἑκατοντάρχων, οὐ χιλιάρχων, ἀλλὰ καὶ τῶν λεγομένων δεκῶν οἱ στρατηγῶν ἐν ἑκάστῳ τόπῳ τάξιν, ἐπεῖχον, στρατηλάτας καθίστησι, τὸν μὲν ἐπὶ ἵππου, τὸν δὲ τῶν πεζῶν, εἰς τάττειν τε τὴν ἐξουσίαν τῶν τάττειν στρατιώτας, καὶ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἀμελοῦντας μεταθείς, παράλυσε, καὶ ταύτης τὰς ὑπάρχους αὐθεντίας. *Cum enim militibus vbique agentibus non modo centuriones & tribuni præessent, verum & Duces, qui prætorum ordinem in quouis loco obtinebant, magistros militum constituit, alterum equitum, alterum peditum, & in eos potestatem transtulit milites ordinandi, & animaduertendi si quid pec-*
D *cassent, atque ita factum, vt hoc iure præfecti præt. spoliarentur.* Idem Constantinus *patruelem suum Ducem Constantinopoleos creauit, qui ex eo Ducas appellatus, à quo gens Ducarum Constantinopoli prodita est.* Anna lib. 1. Alexiad. ὁμοῦ δὲ καὶ δέκας μεγάλης κωνσταντίνου ἐξαδέλφῳ ὢν, καὶ τὴν δεκὸς κωνσταντινοπόλεως ἀξίαν παρ' ὅτου εἰσηχείσατο, κἀντεῦθεν καὶ πάντες ἐξ αὐτοῦ κατονομάζονται οἱ δεκώνυμοι. Vt Dux Constantinopoleos fuit, ita & Dux Alexandriæ apud Zonaram tom. 3. pag. 20. Dux Antiochiæ ibidem pag. 207. Hesychius δέξ, ἡγεμὼν, ἄρχων. Procop. lib. 3. de ædif. Iustiniani δέκα interpretatur στρατιωτικῆς καταλόγοις ἄρχοντα, *militaribus numeris præfectum* lib. 3. Reg. c. 4. Banaias ὁπὶ τὸ δυνάμεως. Dux exercitus Callisthenes in Alexandri vita στρατάρχον, στρατηλάτην. Codinus τὸ ὁπὶ τοῦ στρατῦ. quæ verba de totius exercitus Duce audienda. Dux vtriusque Armeniæ maioris & minoris postea comes factus l. vlt. C. diuer. offic. Nouel. 31. Iustinianus quatuor Armenias constituit, ter-
E tiæ comitem imposuit. Olim vniuerso Illyrico, id est Mœsiis, Thraciæ, Daciæ vnus Dux. Postea primæ Mœsiæ Dux, alter secundæ Mœsiæ Dux. Ammian. l. 29. Theodosius prima lanugine Dux Mœsiæ fuit. l. 1. C. Theodos. de Iusor. Danub. Dux Daciæ Ripens. Iornan. de success. regnor. Duces baltheo accinti erant, cum iure gladij, 50. libras argenti accepere l. secundum l. pro singulis C. Theodos. de cohortal. & duodecimam militaris annonæ partem l. vlt. C. de offic. milit. iudic. l. 1. C. de annon. & cap. Duces in Prouinciam euntes veredis vsi, l. Nemo C. de cursu publ. eorum salarium declarat Pollio in Claudio, & Imperator l. Notitia C. de offic. præf. præt. Africæ. Duces dicti spectabiles, senatores clarissimi l. penult. C. de appellationib. l. viros C. de diuersis offic. limitum Duces iudicem habent magistrum officior. C. de off. mag. off. At in occidente limitanei Duces, & comites magistro militum præsenti parent. Euerso occidentis Imperio Longinus Exarchus Rauennæ, singulis oppidis Duces præfecit. Postea Ducis appellatio cum in occidentis, tum in orientis Imperio variè immutata est. Cum enim olim

comites Ducibus digniores essent, vsus deinde obtinuit, vt Duces haberentur comitibus digniores, maxime in occidente; & Duces, duodecim comitibus imperarent Æmonius libr. 4. cap 61. Grifonem more Ducum 12. comitatibus donatum esse ait libr. 5. cap. 11. Ducis Foroiulienſis Ducatus inter quatuor comitatus diuisus est. Langobardi Clephis Regis tyrannidem exosi 30. Duces crearunt. Germani Comites vocant eos quibus oppida in feudum tradunt, Marchiones eos, qui limitibus præsunt, quod Germanis March. limitem significat. Malim audire Pausaniam, qui in eliacis prodit à Gallis equum March. vocatum, vnde Marchiones & Marcheſcalli seu Marescalchi. Nicephorus Gregor. μδρκισία τάξις οὐκ ἔστιν ὀπισήμων παρὰ λατίνοις, ἀλλ' ἐν τοῖς ῥωμαίων τραπέζμασι ὁ τὴν βασιλικὴν κατέχων σημαίαν τὸν παρὰ λατίνοις μδρκέσιον. In oriente Duces dicti βιοκωλύται qui vim prohibent. Basilic. ecl. 6. πρὸ δεκὺς ἤτοι βιοκωλύτης λυκαονίας, καὶ λυδίας. Codinus de orig. Constantin. Ducas inter ἀρχηγέτας τῶν βασιλικῶν θεμάτων reponit. inter rectores & præfectos thematum, seu Prouinciarum. ἔγραψε δὲ καὶ στρατηγοῖς, καὶ τπάρχοις, καὶ σατράπαις, καὶ δουξὶ, καὶ πᾶσι τοῖς ὅσι ἀρχηγέταις τῶν βασιλικῶν θεμάτων. μέγας δοὺξ sub quo Amiralius apud Codin. Nicetas μεγάλε δεκὺς πολὺ παραζώσαμεν δεκικὴ ἀρχὴ βανιτζόβης καὶ βελεγράδων. *Fuit honor magni Ducis.* Mauricius libr. 2. de re militari μοιεάρχης ὁ τὴν μοίρας ἄρχων, ὁ λεγόμενος δοὺξ. Constantinus Porphyr. ἡ λεγεὼν ἡ θετταλικὴ ὑπὸ δοὺκα, καὶ ἡγεμόνα τυγχάνουσα πολλάκις ἢ ταξιάρχου. *Mararches qui Mœræ præest, siue cohorti, dictus Dux. Legio Thessalica sub Duce & præfecto, aut præposito.* Item ὑπὸ ῥωμαίων βασιλείαν ἡνωμένοι εἰς ὑπαρχίας διηρέθησαν, καὶ ἡγεμονίας, καὶ δουκάτα. *Qui sunt sub ditione Rom. in Prouincias diuisi sunt, præfecturas, & Ducatus* in Chorograp. Ibidem ἡ καλαβρείας στρατηγὶς δουκάτον ἦν τὸ παλαιὸν τῆς στρατηγίδος σικελίας. *Calabria prætoria Ducatus erat prætoriæ Siciliæ* in constitut. Manuel Comneni, τὰς δεκικὰς ἀρχὰς διεπόντων. *Ducatus administrantium.* Nicetas in Manuele Comneno. libr. 3. παρελύθη τῆς δεκικῆς ἀρχῆς τε βρανιτζόβης, καὶ βελεγράδων. *Exutus est Ducatu Branitzobæ, & Belegradorum.*

Sed ad veterem Romam redeamus. Per Ægyptum duo Duces fuere, Dux Libyæ, Dux Thebaidis l. vlt. C. de diuers. offic. olim vnus in vniuersa Ægypto, & Libya Dux, quo comite facto, duo Duces creati, Libyæ & Thebaidos. l. 8. C. Theodos. de legat. Spartianus in Celso, Ducem limitis Libyci commemorat, præter duos Duces per Ægyptum, alij 6. Duces orientem tuebantur, Dux Palæstinæ, Arabæ, Phœniciæ, Syriæ, Euphratensis, Osroenæ, Mesopotamiæ, in Notitia. Dux Arabiæ præses item fuit, quo sublato Iustinianus moderatorem Arabiæ creauit Nouel. 102. Dux Mesopotamiæ sub Constantino fuit. Aurelius, mox Cassianus, deinde Vrbicius l. 1. C. de eunuchis. Ammianus lib. 16. 18. 25. 30. edicto Iustiniani, 3. c. 18. & 19. Post Nouellam Iustiniani Ducibus in oriente magister officiorum præerat l. penult. C. de offic. magist. offic. Duces sunt spectabiles l. penult. C. de appellat. l. vlt. C. de diuers. offic. l. vt omnes iudic. tam ciuil. quam milit. l. 3. Ammianus l. 29. Dux Mœsiæ Theodor. iunior. Florentius Moguntiaci Dux. lib. 31. Munderichum Ducem limitis per Arabiam. Nouel. 134. Ne Duces habeant βιοκωλύτας, ἢ τοποτηρητὰς, quia ipsi erant, βιοκωλύται, vim arcebant. Vide Nouell. 145. 148. Dux Rhetiæ, Cassiodor. qui Duces in iis regionibus positos fuisse ait, quæ hostium incursibus essent obiectæ. Diacon. lib. 17. Duces exercitus obuiam eunt Prisco prætori orientis. Cedrinus in Copronymo vocat στρατηγὸς, prætores Europæ, Africæ, orientis, non ἐπάρχους. Nouel. 25. Iustiniani, prætor Lycaoniæ milites olim à Ducibus, post à solo Imperatore lecti C. de re milit. l. penult. Lampridius Alexandrum scribit Ducibus militum ereptos hostibus agros attribuisse. Fundi limitanei, limitrophi alendis militibus. In occidente 12. Duces fuere sub magistro militum præsentiali; primus Dux Mauritaniæ spectabilis qui & præses l. præcipimus C. de appellat. Sub eo fuerunt 8. castra, & 8. præpositi limitum. Dux tripolitanæ Prouinciæ. Vide Notitiam.

Duces in perpetuum creati, eorúmque salarium.

Duces olim in perpetuum creati, nisi ad altiorem dignitatem vocarentur. Salarium eorum Vopiscus in Aureliano describit, Pollio in Claudio. Procopius lib. 2. Vandal. Ducibus discumbentibus retro assistere milites mos erat. Nemini fas nisi Duci armatos ad cœnam inducere. Ad Ducem princeps scribit experientia tua, laudabilitas tua, grauitas vestra C. Theodos. de cursu publico. de cohortalib. Iudicio principis Dux eligitur. Theodos. & Valentinianus A A. Nouel. constitut. de ambitu & locis limit. In primis Duces limitum iudicio nostræ clementiæ prouehi volumus. Innocentius tertius ad Ducem

Carin

A Carinthiæ ſcribens ait,nobilitas tua,Can.venerabilem de electionibus. Duces Ægyptij limitis ſæpe commemorantur. Vopiſcus in Aureliano, Murentium à Valeriano ad Ægyptium limitem miſſum ait.Spartianus Æmilianum Ægypti Ducem ſub Galieno fuiſſe ſcribit.Ammianus lib.22.24.Ducem Ægypti.Sub Valentiniano Victor Dux Ægypti l.5.C.Th. de legat. Poſtea Dux Ægypti comes factus l.3. C.de patrocin. vicor. l.11.C.Th.de pagan.

CAPVT XXXV.

De Drungarijs, & Drungis.

B DRVNGVS globum militum ſignificat,cui qui præerat Drungarius dictus. Vopiſcus in Probo, Drungos omnium gentium vſque ad quinquagenos homines ante triumphum duxit,Pollio Drungum in triumphis Gallieni gregem & globum ducenorum hominum vocat. Vegetius Drungum globum interpretatur. Mauricius δροῦγγος ὅτι τὸ ἐκ τριῶν μοιρῶν συγκείμενον ἄθροισμα, *Drungus cœtus ex tribus Mœris.* *Drungus quid ſignificet.*

Leo Mœram cum Drungo idem eſſe vult, μοῖρα δέ ὅτι ἤτοι δροῦγγος τὸ ἐκ ταγμάτων, ἤτοι ἀνδρῶν τῶν λεγομένων κομήτων συγκείμενον πλῆθος. *Mœra, Drungus eſt multitudo ex cohortibus, aut ijs qui dicuntur comites conflata.* Leo conſtitut.3.Drungarius dicitur *qui imperat vni Mœræ, quæ ſub parte Turmarchi ordinatur.* ὁμίας μοίρας ἄρχων, ἥτις ὑπὸ τὸ μέρος τοῦ τουρμάρχου τάττεται). Comes eſt minor Drungario,vt vult Le.conſtitut.3. μέρος ὅτιν ἢ τὸ ἐκ τριῶν *Quid Mœra.*

C μοιρῶν ἦγον δρόγγων συγκείμενον ἄθροισμα. *Meros eſt multitudo è tribus Mœris, aut Drungis.* δρουγγάριος ὁ μιᾶς μοίρας ἄρχων, *qui imperat vni Mœræ.* δρυγίζι τάπιεδζ opponitur τῇ μακρᾷ τάξει, *per Drungos ordinari* opponitur *in longum porrectæ aciei.* Cum per globos ternorum hominum diuiſum eſſet agmen, vt Mauric. lib.4. τὸ καθ' εὐθείας πορεύεδζ, *recto ductu incedere oportuit* τῷ κῦ δρόγγει, τουτέστι τρεῖς ἢ τέσσαρας ψιλὰς ἀκοντιστὰς, *agmini incedenti per Drungos*, id eſt *tres aut 4. iaculatores.*

Drungarij Conſtantinopoli plures fuere.Drungarius nauigiorum. Zonaras t.3.p.138. ἧς ναυάρχος ὢν ὁ τῶν πλωΐμων δρουγγάριος, *cuius nauarcha erat Drungarius nauigiorum.* Codinus δρουγγάριος ὁ πρῶτος θαλάσσης, *Drungarius primus mari præfectus:* δρουγγάριος στόλου, *Drungarius claſsis.* *Drungorũ multitudo Conſtantinopoli.*

Alius magnus Biglæ Drungarius, cuius munus explorare vigilias iuſſu magni domeſtici. Codinus, πρὸ δὲ πήξεως τοῦ φοσσάτου ἀναχωρεῖ ὁ τοῦ βίγλης μέγας δρουγγάριος, καθίστησι *Drungariũ Biglæ.*

D τὸ λεγόμενον ἡ μεσοβίγλιον, ὡς φησὶ δὲ μεγάλης δομεστίκης πρωτεύσαντα. *Priuſquam caſtra ponantur magnus vigiliæ Drungarius conſtituit diurnas excubias, vt à magno domeſtico imperatum eſt.* Codinus, ὁ μέγας δρουγγάριος τῆς βασιλικῆς βίγλης. Diaconus,*Ordinum princeps*,ſeu *Drungarius principalis vigiliæ.* Zonaras tom.3.pag.115. δρουγγάριος βίγλης. Codin. μέγας δρουγγάριος τοῦ στόλου, *claſsis Drungarius.*Theodor.Hermopolit. δρουγγάριον δικαστήριον Drungarij auditorium P.Diaconus lib.23. Drungarius 12.inſularum Baſilicas in Monodia μέγαν δρουγγάριον κύριον στέφανον τῆς κομνηνῶν. Ttetzes Chiliade 5.

ἀφ' ἧς ὁ θεοῦνυμος, ὁ μέγας κωνσταντῖνος,
μέγας ὁ δρουγγάριος, εἷς σεβαστὸς ἐν βίῳ.

A qua celeberrimus magnus Conſtantinus, ingens, Drungarius, vnus Auguſtus in vita.

Drungarius claſſis imperabat Amiralio,Protocomiti, Drungariis inferioribus,& comi- *Drungarij claſſis officium.*

E tibus.Ipſe ſoli magno Duci ſubditus erat.Codinus ὁ μέγας δοὺξ ἔχει ὑπ' αὐτὸν τὸ τε,μέγαν δρουγγάριον τοῦ στόλου, τὸ ἀμηρᾶλιον, τὸ πρωτοκόμητα, τοὺς δρουγγαρίους, καὶ τοὺς κόμητας.Leo in Naumach.κῦ τὸ ὁμοίωσιν τοῦ βασιλικοῦ πλοίμου, καὶ οἱ τῶν ἄλλων θεμάτων πλοίμοι στρατηγοὶ δρουγγάριοι ὀναλεγό ποτε τῆς αὐτοκρόνους, καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺ κόμητες, καὶ κένταρχοι. *Ad ſimilitudinem claſsis regiæ, & claſsis aliorum thematum, præfecti Drungarij dicti olim,& comites,qui ſub ipſis erant,& centuriones.* Conſtantinus in Chorographia, ἐν τῷ ἀγραείῳ δὲ δὲς εἰσήρχετο μὴ τοῦ βασιλέως, εἰ μὴ, *In nauigium Imp. nemo intrabat cum Imp.niſi Drungarius Biglæ,Drungarius claſsis,& Logotheta curſus.* ἀγραειῶται αὐγουστιακοὶ, *qui præſunt nauigijs Imperatoris.* Conſtantinus in Chorogr. Diaconus lib.23. Alexium Drungarium vigiliæ vocat. Luithprand.in legatione. Drungaris enim ſub cuius manu nauium eſt omnis poteſtas, de comitibus nauium præfectis Codinus, τὸ δὲ πρωτοκόμητα ὑπηρέτημα θαλάσσιον ὅτιν. διάσκευ) οὗ ἕτερος τῶν ἐν τῷ βασιλικῷ στόλῳ πάντων κομήτων πρῶτος. *Protocomes mare & naues curat. Primus eſt omnium comitum in claſſe imperat.* ἀμηρᾶλιος στρατηγίδες νῆες. Conſtantinus Chorog. Comites præficiebantur aliquot nauigiis. Leo in

Naumach. ὑπισήσῃς αὐτοῖς ἄρχοντα, ἢ κῦ πέντε, ἢ κῦ τρεῖς δρομῶνας ἕνα τ̃ λεγόμενον κόμητα. *Præficies ipsis Ducem quinque aut trium dromonum, vnum ex ijs qui dicuntur comites.* A comitibus istis magistri nauium hodie vocantur, comites. Ad res Nauales pertinet officium τ̃ θα, cuius appellationem ignoro, nisi quis putet esse θαλάσιον, aut πρωτοθαλάσιον. Constantinus Porphyrogenneta, κτένας γέρων κληρικὸς πάνυ πλούσιος, ὃς ὑπ̃ δομέστικον εἰς τὴν νέαν ἐκκλησίαν, ὑπηρέτης ἦ τεχνίτης εἰς τὸ ἄσμα, ἤτησε γενέσθ θα, κῦ φορᾶν ὑπηκόντιζλον, κῦ προέρχεσθ εἰς τ̃ λαυσιακὸν, κῦ καθέζεσθ ὡς θα, κῦ ῥογοῦσθ αὐτὸν λίτρων μίαν, κῦ ὑπὲρ τοιαύτης ἀντιλήψεως δοῦναι τῷ βασιλεῖ λίτρας. μ. *Ctenas senex, clericus ditissimus, domesticus nouæ ecclesiæ, Cautus artifex, expetijt à principe fieri Thalassius, vt ferret Epicutzulum, & Lausiacum veniret, sederétque quo loco Thalassij solent, & acciperet libram auri annuam salarij nomine, ostendítque se daturum 40. auri libras, vt hanc dignitatem rependeret.* Idem in Chorog. c. 50. θα, στόκπτος, κῦ στρατηγὸς πελοποννήσου. *Theoctistus Thalassius, & prætor Peloponnesi.* στρατηγῶν ὁ θ, α, ἰωάννης ὁ πρωτεύων εἰς τ̃ αὐτ̃ θεμα. *Præturam gerens Thalassus Ioannes primas tenens in eodem themate.* Constantinus in Chorograp. εἰσερχομένου τ̃ βασιλέως ἐν τῇ φιάλῃ ἐν τῷ δρομωνίῳ, κῦ ἀπιόντ, εἴτε ἐν πρωκόπου, εἴτε θαλλάσσῃ ἴσαν ὁ μιχαὴλ θα, τ̃ φιάλης μέσον τ̃ δρομωνίου πρωτυμοποιῶν τὰς τ̃ δρομωνίου ἐλάσας ῥωναίως ἐλαύνειν. *Cum Rex in Phialam naui cita abiret, siue in longinquum iter, siue alio, Michaël Thalassius Phialæ adstabat Dromoni cohortans remiges vt generosè remigarent.* Ibidem ἐξ ἀρχῆς βασιλικὸν ὀφφίκιον ὢν τὸ θα, τ̃ φιάλης, εἶχεν ὑπ̃ αὐτὸν πάντας τὰς ἐλάτας τ̃ βασιλικῶν ἀρχαείων, ῥωσίων τε κῦ μαύρων ὁ θα, τ̃ φιάλης καθ' ἑκάστω ἢ μέραν, κῦ καθ' ἑκάστω δείλου ὑπὸ παλαίαν τύπα κατήρχετ, κῦ ἐπαθέζετο ἐν τῇ φιάλῃ, κῦ τὰς αὐαμεταξὺ δίκας τ̃ ἐλατῶν ἔκρινεν, κῦ ἀδικήσας ἀφ' μεγαθλίων σφοδρῶν ὑπεξήρχετ. *Per initia Thalassius Phialæ (quæ arx Constantinopoli fuit) præfuit omnibus remigibus regalium nauium russarum & fuscarum. Thalassius Phialæ cottidie sub vesperam ab antiquo sedebat in arce Phialæ, & lites remigum interim dijudicabat, & fontes ac conuictos manualibus clauis concidebat,* ὁ θα, κῦ δομέστικος τ̃ ὑπουργείας. *Thalassius & Domesticus opificum.* τ̃ θα, μιχαὴλ τ̃ ποτε γενομένου κομμερκιαείου χαλδαίας. *Michaëlis Thalassij qui olim fuerat commerciarius Chaldæa.*

A B C

CAPVT XXXV.

De Turma & Bandis.



VIA supra de comitibus & drungariis egimus, de Turmarchis & Bandis pauca subiiciemus. Turmam olim 30. equites, & decurionem qui præesset habuisse vulgatum est. Desidente Imperio. D

Quid Turma.

Vox turmæ accepta, τερμάρχης dicitur Turmæ præfectus, quem & μεράρχην vocant. Leo constitut. 3. §. 43. μεράρχαι οἱ λεγόμενοι ποτε κῦ στρατηλάται, νυνὶ δὲ τῇ συνηθείᾳ καλούμενοι τερμάρχαι. *Merarchæ qui dicti olim Stratelatæ & Duces, nunc autem vulgo Turmarchæ.* §. 9. μέρ γάρ ἐστιν ἢ τέρμα, τὸ ἐκ τριῶν μοιρῶν ἤγουν δρύγγων συγκείμενον ἄθροισμα. *Meros enim est aut Turma, caterua è tribus Drungis seu Mœris conflata.* Idem constit. 7. εἰ δὲ τέρμα γυμνάζοι μηδένα ἐμποδεσθεν πρεσβεύειν, εἰ μὴ τέρμαρχον καβαλλάριον. *Si Turma exercitatur nemo ante ambulet nisi Turmarchus in equo.* Constant. Porphyrog. Chorogr. λέων ὁ φιλόχριστ τ̃ βαασάκιον λαείσης κλεισεραρχὴν ἐποίησεν. τ̃ δεμελίαν εἰς δυφρατίαν εἰς τὰ τρύπια εἰς τ̃ ἐρημίαν ῥωμαίων τερμάρχην. *Leo Christum amans Baasacium Lariss Clesuriarchen fecit. Meliam autem in Euphratia ad Trypia deserti Turmarchen.*

Turma pro loco, in quo fuit, accepta.

Turma interdum pro loco sumitur vbi Turma fuit. Ibidem, ἦν ἄβαρα τέρμα ἦν, ὅτι ἦ ῥωμαίων δεσπότου κλεισέρα γέγονε. *Abara olim Turma fuit, sub Romano despota facta est clusura.* η καππαδοκίας στρατηγὶς τὸ παλαιὸν τέρμα ἦν τ̃ τ̃ ἀνατολικῶν στρατηγίδων. *Prætoria Cappadociæ olim Turma erat prætoriæ orientis.* κεφαλληνίας στρατηγὶς, ἤγουν τὰ νησία τέρμα ἦν τ̃ στρατηγίδων λαγκοβαρδίας. *Cephalenia prætoria, seu insulæ, Turma erat prætoriæ Langobardiæ.* E

Strategus & Hypostrategus.

Videtur Strategis Prouincia esse vbi Strategus ageret, Turma locus vbi Hypostrategis, seu Turmarches. Leo constitut. 3. §. 7. νυνὶ δὲ ὑποστράτηγοι ἀγνοεῖται, εἰ μὴ ὁ καλούμενος μεράρχης κῦ τερμάρχης. *Nunc Hypostrategus non cognoscitur nisi qui dicitur Merarches, & Turmarcha.* Constantinus them. 1. οἱ δὲ λεγόμενοι τερμάρχαι εἰς ὑπουργίαν τ̃ στρατηγῶν ἐτάχθησαν. σημαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον ἀξίωμα τ̃ ἔχοντα ὑφ' ἑαυτὸν στρατιώτας τοξοφόρους πεντακοσίους, κῦ πελτάστας τριακοσίους κῦ δεξιολάβους ἑκατόν. *Turmarchæ instituti sunt in ministerium prætorum. Hæc autem dignitas significat eum qui præsit quingentis sagittarijs, trecentis peltastis, & centum lictoribus qui manus sontibus injicerent.*

Banda

A Banda vero erant copiæ militares in variis thematis locis. In vno quoque themate erant plures τοποτηρηταὶ, plures τοποτηρησίαι, plura banda. V. gloss. Custodia militum caterua quæ Romanis dicitur bandum. Constant. Porphyrog. in Chorograp. sub Leone amante Christum à themate buccellariorum in thema Cappadocum μετέθησαν ταῦτα τὰ βάνδα, ἤτοι ἡ τοποτηρησία βαρέτας, &c. *Translata sunt hæc banda, aut vero Topotereſia, Baretæ.* Ex pluribus bandis & Topotereſiis fiebant sæpe vna turma. Ibidem, ἀπὸ τ῀ θέματος ἀνατολικῶν εἰς τὸ καππαδόκων θέμα μετέθησαν ταῦτα τὰ βάνδα, ἡ τοποτηρησία. *A themate orientali translata sunt in thema Cappadocum ista banda, Topotereſia* Eudociadis, Topotereſia S. Agapeti, Topoter. Afraseæ, quæ nunc omnia sunt vna turma dicta Commata. Bandum vexillum. Etymologicum σημαίας ἰταλοὶ τὰ σίγνα, καὶ τὰ λεγόμενα βάνδα καλέσι. Suidas βάνδον τὸ σημεῖον τὸ ἐν πολέμῳ. Ita Simocatta lib. 4. cap. 6. βανδοφόρος *signifer* Leoni in Tactitis. *Quid Banda.*

B

CAPVT XXXVI.

De Consularibus.

C LIM Consulares dicti qui Consulatum gessissent quibus exercitus commissi. Postea Hadrianus quatuor Consulares per omnem Italiam iudices constituit, vt Spartian. in Hadriano, quos Notitia inter clarissimos secundo loco ponit. Ante Hadrianum Consulares exercitibus præpositi fuere. Sueton. Tiberio c. 42. Corripuit Consulares exercitibus præpositos, quòd non de rebus gestis senatui scriberent. Idem in Domit. c. 6. Oppium Sabinum Consularem à Dacis oppressum. Tacitus lib. 1. histor. quies Prouinciæ quanquam remoto Consulari mansit. Idem in Agricola. Breui Britannia Consularem Petilium accepit. Post Hadrianum alia Consularis potestas. Capitolinus in Pio. Hic ab Hadriano inter quatuor Consulares quibus Italia committebatur, electus est, ad partem Italiæ regendam. Marcus Consularibus ab Hadriano per Italiã institutis substituit iuridicos, vt in eius vita legimus, fuitque Italia à iuridicis administrata, vsque ad Macrini Imperium, sub quo eos desiisse è Dionis fragmentis cognoscimus. Vet. Lap. Consularis Campaniæ, iuridicus per Picenum & Apuliam. Consulares & præsides comitibus Italicianorum & Gallicianorum præferuntur. Consulares Italiæ ad tempora Symmachi perseuerarunt. Consularis Campaniæ, vel Campanus, Symmachus D lib. 9. ep. 121. l. 71. C. Th. de decurionib. Cassiodorus lib. 3. ep. 27. Ex Consulibus alij sunt à Consularibus, vt ex ducibus alij sunt à ducibus. Ex Consulibus enim, ex ducibus dicti, qui Consules, & duces fuissent. Herodianus, γαλλικανὸς ἀνὴρ ἀπ' ὑπατείας. Capitolin. Gordiano 3. à Gallicano ex Consulibus, & Mecænate ex ducibus interempti sunt. Mæcinnas στρατηγικὸς τὸ ἀξίωμα, vt Herodian. Capitolin. in Marco, datis iuridicis Italiæ consuluit. Consulares item addidit ad id exemplum, quo Hadrianus Consulares viros reddere iura præceperat. Ammianus, Consularem Pannoniæ secundæ præfecit Trebellius in Tetrico seniori, Consularem qui iure præsidiali omnes Gallias rexerat Aurelianus per triumphum duxit. Dio, Consularem Prouinciæ Dalmatiæ. Consularis seu ὑπατικὸς Constantinopoli erat apud quem causæ grauiores agebantur, vt Gregorius Nissenus. Eius fit mentio in rescripto Valentiniani & Valentis ad Honoratum Consularem Byzantij C. de comite rat. priuat. E Consularis ille fuit vrbi præfectus. Verba Nisseni in vita Gregor. Nazianzeni sic habent. συλλαζόμενοι ἢ αὐτὸν τῷ τ῀ ὑπατικὸ παρέσησαν βήματι, ὡς πνα ταραχὴν καὶ σάσιν αἴτιον. Consulari in Prouinciis præibant secures, & fasces in sella curuli sedens ius dicebat. Vultus regnantium geminata obsequij pompa præmittit, ait Cassiodorus lib. 6. form. 20. In aliquibus Prouinciis ornatus penula, carpenti etiam subuectione decoraris. Triumpha iura publica, largire iustitiam. lib. 12. ep. 8. Consulari Prouinciæ Liguriæ. Spectabilis vocatur. Senatorium nomen agnoscit. Eius prædia senatorium vectigal sustinent, omnium possessionum suarum professionem facit, lib. 6. tit. 1. C. Theodos. Apud Gregorium primum lib. 7. epist. indict. 2. c. 22. & Symmachum lib. 9. ep. 45. lib. 2. ep. 10. lib. 7. ep. 126. legitur, ex Consulari, ex Consulatu, ex comite, ex protectore, ex præposito vrbis. Vet. Glossa Catholicum Consularem interpretantur. Theorianus in legatione Armeniorum. καὶ χαιρεπίσαντες τ῀ καθολικὸν τ῀ ἀρμενίαν κύειν νόρσεσιν ὅτι τ῀ μὲν ἡμετέρας καὶ ἀγίας ἡμῶν βασιλέως, δεδώκαμεν αὐτῷ τὸ τοῦς αὐτὸν βασιλικὸν θεῖον γράμμα. *Et hilariter cum excepissemus dominum Norsesin Catholicum, seu Consularem*

Armeniæ ex parte fortis & sancti regis nostri dedimus ei sacras regias ad eum literas. Constant. Porphyrogen. them. 1. orient. Ὑπὸ δὲ τὴν ῥωμαίων βασιλείαν ἠνώμενοι εἰς ἐπαρχίας διηρέθησαν, καὶ ἡγεμονίας, καὶ δεκάτας, καὶ τοὺς καλουμένους κονσιλιαρίους τούτοις βουλευτάς. *Sub Romanorum principibus positi diuisi sunt in Prouincias, & præfecturas, & ducatus, & eos qui dicuntur consiliarios* id est, *senatores.* Iterum themate is *consiliarium* βουλευτὴν interpretatur. Hesychius melius, κονσουλάριος, ὑπατικός, *Consularis.* Iustinian. Nouell. 8. μήτε ὑπατικὴν, μήτε ἡγεμονικὴν, ἃς δὴ κονσουλαρείας τε, καὶ πραιτωρείας καλοῦσιν. *Neque Consularem, neque præfectoriam, quas Consularitates, & Correctorias vocant.* A

Notitia Imperij Consulares admittit.

Notitia Imperij ponit Consulares quindecim. Apul. in Apolog. de consilio Consularium virorum. Romæ enim Consulares & senatores quinque in consilio aderant, & quinque equites. In Prouinciis 25. Consularium ornamentorum & insignium meminit l. 2. D. de his qui notantur infamia. Vegetius lib. 2. cap. 9. Quia ex Consularibus viri exercitibus præesse solebant. Consularis Hellesponti ponitur l. 1. C. de off. comit. sacri patrim. Consularis Palæstinæ accinctus ense & baltheo inaurato in Notitia Imp. Consularis Campaniæ. B

Consulares clarissimi in occidente.

In occidente Consulares fuere clarissimi, imo primi inter clarissimos, qui licet Consules non fuissent, Consularibus tamen infulis ornati erant, quos Augustus in Italia rectores instituit, narrante Dione lib. 55. Sueton. in Augusto c. 88. Nisi mihi mirum videretur tradidisse aliquos, legato eum Consulari successorem dedisse, vt rudi & indocto, cuius manu ixi pro ipsi scriptum animaduertit. Alij tamen fuere legati Consulares ab Augusto instituti, alij Consulares ab Hadriano Italiæ præpositi. Consulares enim legati cum exercitu Prouincias amplas & transmarinas regebant. Sueton. in Tiberio c. 41. Hispaniam & Syriam per aliquot annos sine Consularibus legatis habuerit. Hispania enim & Syria inter Cæsaris Prouincias erant, quibus qui præerant Cæsaris legati dicti l. penult. D. de offic. præsid. l. 4. de offic. assessor. l. 10. de accusat. Qui Consulares ideo vocati, quòd Consulari Imperio præerant, & é Consularibus plærumque sumebantur. Sueton. in Vespas. c. 4. Sub Claudio Aulus Plautius Consularis legatus Britanniam administrauit. Martyrologium, Aurelianum Consularem ait, sub Nerone in Italia ius dixisse. Tacit. lib. 2. histor. sub Vitellio nullum in Hispania legatum Consularem fuisse. Sueton. in Vespas. c. 4. legatum Syriæ Consularem. c. 8. Cappadociæ Consularem rectorem. Tacit. in Agricola sub Domitiano Memmius Rufus Campaniæ, Atilius Rufus Syriæ Consulares legati. Plinius Ponto præfectus est cum Consulari potestate à Traiano. Cassiodorus, Consulares pro Consulatu functis posuit lib. 6. for. 4. supra omnes Consulares sententiam primus dicis. V. lapis, C. Plinius L. F. O. V. E. Cæcilius Augur, legatus Proconsularis Prouinciæ Ponti Consulari potestate in eam Prouinciam, & Imperatore Cæs. Ner. Traiano Aug. German. curator aluei Tiberis & riparum. In Martyrol. 16. Kal. Martij 17. Iulij Lucinius sub Hadriano in Italia Consularis fuit, sub Caracalla Rutilius Ciliciæ Consularis præfuit l. 1. C. de generali abolit. à Consularibus Prouinciæ quæ regebantur dictæ Consulares. Capitolinus de Mar. Antonino, Prouincias ex Proconsularibus Consulares aut ex Consularibus Proconsulares aut prætorias pro belli necessitate fecit. Prouinciæ enim aut Proconsulares fuere dignitate reliquis priores, Nouel. Iustin. 103. aut Consulares, aut correctoriæ, aut præsidales quæ inter se pares fuere. Proconsularibus senatus moderatores dabat, aut potius ipse Princeps senatus iudicio. Lamprid. in Alexandro, Prouincias Proconsulares ex senatus voluntate ordinauit: reliquæ nutu Imperatoris rectores sortitæ. Capitolinus de Pertinace, Pertinax in Prouinciis quas Consularis gessit l. 32. D. de donat. inter vir. & vx. §. si mulier, Consulares personæ dicuntur ob Consulatum gestum, non ob Prouincias Consulares. Apud Socratem in hist. eccles. lib. 4. cap. 30. de S. Ambros. Διὰ τοῦτο ὁ τὴν ἐπαρχίας ἄρχων τὸ ὑπατικὸν ἔχων ἀξίωμα ὧ δὴ ὄνομα ἀμβέσιον. *Cauens Prouinciæ rector Consularis Liguriæ & Aemiliæ, ne tumultus fieret.* Paulin. in vita Ambrosij, ipsum Consularitatis insignia suscepisse ait. Tacit. l. 1. histor. Exercituum præfectos Consulares vocat, qui verè Consules fuissent. Apud Vegetium lib. 2. c. 9. Consularis dicitur, quia ex Consularibus creatur. Tacit. l. 1. hist. legatos legionum Consularibus ornamentis donari ait. Consularis aquarum sub præfecto vrbis Romæ fuit l. 1. C. de aquæductib. Insignia Consularium secures & fasces, vt ex Cassiodoro supra docuimus. lib. 6. for. 21. & l. antepenult. D. de offic. deleg. Consulares maiores erant correctoribus, minores præsidibus, l. 1. C. vt omnes iudices. Nemo ex viris clarissimis præsidibus Prouinciarum, vel Consularibus, aut correctoribus, vel qui administrationis maioris infulas meruerint, id est, viri spectabiles Proconsules, aut præfectus C D E

A fectus augustalis aut comes orientis, aut cuiusliber tractus vicarius, &c. Consulares correctores, & præsides omnes vocantur clarissimi præter paucos præsides qui dicuntur perfectissimi. Theodosius l. 2. C. de domest. & protect. Consularem dignitatem clarissimatum interpretatur.

Imperatores cum ad eos scribunt titulis gravitatis & sinceritatis eos ornant l. 1. C. de offic. comit. rerum pr. l. 3. C. de pedan. iudic. l. 9. C. vbi causæ fiscal. Iustissimi, vigilantissimi dicuntur l. 3. C. de offic. rect. prouinc. Erant in oriente consulares 15. in occidente 22. qui vsque ad Iustinianum permansere Nouel. 8. §. hæc omnia. *Imperatores reuerebatur cōsulares, & titulis eos honestabāt.*

Per initia tamen ex instituto Hadriani consulares erant in Italia quæ ad Rubiconem vsque pertinebat. Triumuiri eam ad Alpes vsque protulerunt, & totam Galliam Cisalpinam Italiam fecerunt, vt Dio lib. 47. Eam Augustus in 11. regiones diuisit, vt Plinius lib. 3. cap. *Italiæ extēsio & diuisio.*

B 3. Strabo lib. 4. Dio lib. 47. Romæ intra stadia 470. præfectus vrbi iudicat in prouinciis suburbicariis quæ centesimo lapide definiuntur l. 1. D. de offic. præfect. vrbis quarum vrbes ideo rogatæ vocantur à Papinio in Soterio Gallici. Solitas regiones vocat Vlpianus dicta l. 1. Cassiodorus lib. 6. form. 4. Ditioni tuæ non solum Roma commissa est, verum etiam intra centesimum milliarium potestatem te protendere antiqua iura voluerunt. Herodian. lib. 2. προαγορεύω κελεύσεως κεφαλικῶς εἴ τις ὑμῶν ἐντὸς ἑκατοστοῦ σημείου ὑπὸ τῆ ῥώμης φανείη, ait Seuerus militibus pertinacis percussoribus, ante denuntio, capite plectetur, si quis ex vobis intra centesimum lapidem ab vrbe Roma visus erit. Hinc suburbicariæ prouinciæ Thuscia, Picenum l. 12. C. Theod. de indulgent. debitor. Quæ omnes ab Italiæ prouinciis secernuntur l. 1. C. Theodos. si per obrept. l. 9. C. Theodos. de extraordin. muner. l. 9. eodem. de annuis tribut. Eas tamen esse in Italia negari non potest. Itaque Italia in

C duas diœceses diuidenda, quarum altera suburbicaria 10. prouincias habet; altera propriè Italia, septem: vtraque à suo vicario, si Cassiodoro fides, ad quadragesimam tantum ab vrbe lapidem ius accipiebat. Sub Aureliano vnus Corrector tantum Italiam rexit vsque ad Constantium l. 5. C. quibus non obiicitur long. tempor. præscript. l. 4. C. de iuris & facti ignorant. Sub Constantino Rufus Volusianus annis 8. Italiam Corrector rexit, vt vetus inscriptio indicat. A Constantino Italia in 17. prouincias diuisa, 17. Rectores accepit. l. Nationem D. de verb. signif. *Italia in duas diœceses diuisa.*

Quatuor consulares vicario Romæ parebant, consularis Campaniæ, Thusciæ, Vmbriæ, Piceni suburbicarij, Siciliæ. Consularis Campaniæ mille 950. solidos à Tarraconensibus exigebat, pro lignis & calce ad lauacra Romæ & mœnia reparanda, Symmachus lib. 1. ep. 39. Nouell. Valentinian. titul. 15. In Lucania Æmilia quadringentorum, in Campania

D 1950. solidorum debita emolumenta oportet decerni. Cassiodorus lib. 6. Comitem Neapolitanum consulari obsecutum ait. A consularibus & correctoribus Italiæ ad præfect. præt. appellabatur l. 27. C. Theodos. de appellat. Thusciæ, & Vmbriæ præest consularis vnus l. 41. §. codicil. D. de legat. 3. Idem postea petiit ab heredibus, vt regionem Vmbriæ, Thusciæ in Piceno. Prius corrector Thusciæ fuit, pòst consularis, l. 6. C. Theodos. de numerar. Iulianus Augustus ad Anxomum correctorem Thusciæ. Valentinianus A. rescripto ad Terentium correctorem Thusciæ l. 61. C. Theodos. de decurionib. Tetricus Thusciæ annonariæ corrector fuit ab Aureliano, vt ait Spartian. Quia abundat vino, caseo, carnibus, tritico. Quare Ammianus lib. 17. Hetruriam annonariam vocat. Valentinianus & Valens l. 72. C. Theodos. de decurionib. ad Olybrium consularem Thusciæ. Thuscia 900. vehas calcis ad formas aquæductuum Romam mittit l. 3. C. Theodos. de calc. coctorib. *Vicarius Romæ quatuor cōsularibus præerat.*

E Symmachus ep. 39. lib. 1. Consularis Piceni quæ Marchia Anconitana hodie dicitur.

Notitia imperij duplex Picenum ponit, Annonarium, & suburbicarium. Ammianus l. 15. sub Constantio Piceni consularis fuit Patauinus. Pancirolius Picenum suburbicarium dici vult, quod in formam suburbiorum redactum erat. Parum scienter vt plæraque alia. Suburbicarias regiones dictas esse ostendimus, quæ præfecto vrbi Romæ ad centesimum ab vrbe lapidem parerent, quia sub vrbe continerentur. Picenum & Thuscia suburbicariæ regiones vocantur l. 12. C. Theodos. de indulgent. debit. Imperat. Arcadius & Honor. A. A. Benigno vicario vrbis Romæ scribunt de pastoribus Valeriæ prouinciæ & Piceni. Consularis etiam Siciliæ fuit, cum olim prætores mitterentur. Spartianus de Seuero, Siciliam proconsularem sorte meruit. Sex. Ruffus eam ait sub præsidibus postea fuisse, demum sub consularibus. Denique Iustinianus illi prætorem dedit. Nouel. 104. & Nouel. 75. florente Rep. duo Quæstores Siciliæ tributa exigebant, Lilibetanus, & Siracusanus, vt Asconius in Verrem scribit. Sub principibus Comes priuatarum, vnus rationalis, rationes Si- *Picenū duplex.*

ciliæ, Corsicæ, & Sardiniæ scripsit, vt apparet ex rescripto Imper. Constantini ad Eufraxium rationalem trium prouinciarum, & rescripto eiusdem ad Gerulum rationalem trium prouinc. l. 1. C. Theodos. communi diuid. Consularis item fuit Venetiæ, & Istriæ, cuius Aquileia caput. Sub Constantino magno fuerat corrector. vet. lapis M. Mæcio Memmio Balbano cæciliano placido C. V. Pontifici maiori Auguri, 15. viro sacris faciundis, correctori Venetiarum & Istriæ, præfecto Annonæ vrbis sacræ cum iure gladij, Comiti ordinis primi, Comiti orientis Ægypti, & Mesopotamiæ, iudici sacrarum cognitionum 3. consuli ordinario, patrono præstantissimo, Regio Palatina posuit. A

Flaminia & Æmilia.

Apud Strabonem lib. 5. Consularis Æmilię, & consularis Flaminię. Flaminia est quę Ariminum ducit, cuius metropolis est Rauenna; Æmilia quæ ab Arimino Placentiam fert. Æmilia post Diocletianum semper consularem habuit. l. 1. C. Theodos. de vectigal. & commis. l. 2. C. de agricol. & censib. Æmiliam, & Liguriam Constantinus Vlpio Flauiano regendum tradidit l. 2. C. Theodos. de extraordin. & sordid. munerib. Liguriæ caput Genua, olim Mediolanum. Ætianus sub Arcadio fuit consularis Liguriæ l. 4. C. Theodos. vnde vi. B

CAPVT XXXVII.

De Correctoribus.

Correctorũ ordo, & qui dicti.

NOTITIA Correctores inter clarissimos tertio loco numerat. Correctores prouinciarum dicti sunt magistratus prouinciales, quibus pars aliqua prouinciæ regenda tradita est. Hermogenianus lib. 2. Iuris ἐπιτιμῶν, De omnibus causis de quibus vel præfectus vrbi, vel præfectus prætorio, itemq; consules & prætores, ceteriq; Romæ cognoscunt, Correctorum, & præsidum prouinciarum est notio. Imperator Zeno Sebastiano præf. prætorio, Nemo ex viris clarissimis præsidibus prouinciarum, vel consularibus, aut correctoribus, vel qui administrationis maioris infulas meruerint, id est viri spectabiles. Proconsules, aut præfectus Augustalis, aut comes orientis, &c. C

Correctores quibus inferiores, quibus æquales.

Correctores igitur proconsulibus, præfecto augustali, comite orientis, vicariis, inferiores fuere; præsidibus, & consularibus æquales. Isidorus Pelusiota lib. 3. ep. 263. καλῶς ἂν ὦ ἐλλωγιμώτατε διοικήσειας τὴν ἀρχὴν εἰ τοῦ μὲν δικαίου φύλαξ ἀκλινὴς γένοιο, ἴσου δ' ἀπόσχοιο ἀπεχθείας ἀδίκου, καὶ χαρίτος, τὸ δὲ ξίφος ἄχραντον ὡς ἐνδέχεται τηρήσειας, τὴν ἀπειλαῖς ταπταίσματα προαναστέλλων, *pulcrè, ô prudentissime Corrector, magistratum gesseris, si iusti custos incorruptus fueris, & abstineas ex æquo odio iniusto & gratia, ensem autem immaculatum, quam fieri potest, serues, minitando peccata prohibens, & differens.* Quibus verbis ei mixtum imperium attribuit, vt & lites ciuiles disceptare, & in noxios animaduertere possit. Cassiodorus lib. 6. form. 21. Rectorem prouinciæ vocat. Et ideo te illi prouinciæ rectorem nostra mittit electio, vt reuera corrigere nitaris quos tibi commissos esse cognoscis. Chlamydis tuæ inter alia clauos intende, quos scias non inaniter positos. Hinc fit vt cum publicum agentes purpuram cernerent de vigore semper principis admonerent. Tibi fiscalium tributorum credita monstratur exactio. Tu etiam Senatorem ibi residentem iuberis audire, &c. Igitur chlamis eius purpureis clauis insignis fuit. D E

Quo tẽpore instituti Correctores in Italia.

Quo primum tempore in Italia Correctores instituti sunt dubitatur. Vetus lapis Arimini sub Augusto Cæsare Correctorem ponit. Imperat. Cæsar D. Iul. filius Augustus Pontif. Maxim. consul 23. tribuniti potest. 12. P. P. murum curante L. Turno secundo Aproniam præfect. vrb. fil. Acteio V. C. Correctore Flaminiæ & Piceni. Marmor ab aliquo est corruptum, quia sub Augusto nullus Apronianus vrbi præfect. fuit. Vide an sit Rufinus Turcius Apronianus, qui sub Valentiniano vrbi præfuit vt Ammianus lib. 26. videntur Correctores instituti sub æuum Commodi, quia Seuero & Caracalla Correctores fuere l. 20. D. de off. præs. Papinianus lib. 1. Responsorum legatus Cæsaris, vel præses, vel Corrector prouinciæ abdicando se non amittit imperium. Trebellius in Tetrico, Aurelianus Tetricum Correctorem totius Italiæ fecit, id est, Campaniæ, Samnij, Lucaniæ, Brutiorum, Apuliæ, Calabriæ, Hetruriæ, atque Vmbriæ, Piceni, & Flaminiæ, omnisq; annonariæ regionis. Ceionius Ruffus Volusianus sub Constantino magno totius Italiæ Corrector fuit, vt est in veteri lapide.

Eusebius

A Eusebius lib. 10. hist. eccles. c. 5. Latronianus κοντίκτωρ τῆς σικελίας, lego κορρήκτωρ quem λαμπρότατον vocat. videtur Corrector fuisse. Quanquam Sicilia sub prætoribus, præsidibus, consularibus fuisse dicitur apud S. Rufum. Correctorem Epictetus διορθωτὴν appellat lib. 3. c. 7. de dissert. Arrianus διορθωτὰς τῶν ἐλευθέρων πόλεων, *Correctores liberarum ciuitatum.* Vopisc. Correctorem Lucaniæ fecit Imperator. Ammianus Correctoris dignitate iussus est corrigere militiam. Sub Diocletiano fuit Corrector, qui vir clarissimus, & amicus principis dicitur in rescripto Dioclet. & Maximiani A. A. ad Iulianam, Ostende igitur hoc apud Correctorem vir clariss. amicum nostrum. Iidem ad Numidium Correctorem Italiæ l. 3. C. quibus non obiicitur longi temporis præs. Sed à Constantino diuisa Italia in 17 regiones, duo in ea Correctores fuere, vnus Lucaniæ & Brutiorum, alter Apuliæ & Calabriæ l. 21. C. ad leg. Cornel. de fals. l. 15. C. de decur. Imp. Constantinus A. Mechilio Hilariano Correctori
B Lucania & Brutiorum. In oriente certè Correctores bini fuere, vnus Augustanicæ, alter Paphlagoniæ. In occidente tres, duo per Italiam, tertius per Pannoniam, seu Sueuiam, vt est in Notitia imperij. Cassiod. lib. 3. var. scribit ad Venantium vir. S. Correctorem Lucaniæ & Brutiorum. Alter fuit Corrector Apuliæ, & Calabriæ. Tandem & prouinciis Correctores sunt dati l. 1. C. vt omnes iud. tam ciuil. quam mil. Nouel. 8. §. hæc omnia. Clarissimi erant Correctores, sed militibus præfecti l. 4. C. de iur. & fact. ign. Pro codicillis soluebant quantum consulares. Nouel. 8. sub finem. l. 1. C. de offic. iur. Alexand. Symmachus epist. 37. lib. 1. Moderatorem Apuliæ vocat, quem alij rectorem.

CAPVT XXXVII.

C

De Præsidibus.

PRÆSIDIS nomen generale est. Diuiditur in proconsulem, legatum Cæsaris, & rectorem prouinciæ voce præsidis vtitur Sueton. in Iulio c. 35. Ne Ægyptus quandoque violentiorem præsidem nacta. l. 1. D. de off. præsid. Vlpianus, Ad præsidem potissimum pertinet curare, vt pacata, & quieta sit prouincia cui præest, & quam gerit. *Præsidis diuisio.*

Propriè is est Præses, qui maius in prouincia imperium habet omnibus post principem l. 4. D. eod. Præsides poterant ex Senatoribus legi l. 1. eod. Dio lib. 53. Rem totam in officio præsidum ab Augusto institutum significat, qui *Quid propriè significet Præses.*
D in prouincias munitiores & magis formidolosas, quas prouincias Cæsaris appellauit, misit ἀντιστρατηγούς, proprætores, πρεσβευτὰς, cum exercitu legatos, & præsides, in prouincias populi misit proconsules sine exercitu.

Præsidum auctoritas sensim imminui sub præfectis pr. cœpit, l. quilibet, C. de decur. Cassiodorus in psalm. 104. *Præsidum auctoritatis imminutio.*

De præsidis autem officio Modestus ait plebiscito contineri, ne quis præsidum munus, donúmve caperet, nisi esculentum, poculentúmve, quod intra dies proximos prodigatur. Vlpianus tamen l. 1. D. de off. procons. Non verò in totum xeniis abstinere debebit proconsul, aut præses, sed modum adhibere, vt neque morosè in totum abstineat, neque auarè modum xeniorum excedat. D. Seuerus in epist. quantum ad xenia pertinet, audi quid sentiamus. Vetus Prouerbium est, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. Nam valde in- *Præsidis officium.*
E humanum est à nemine accipere, sed passim, vilissimum, & per omnia, auarissimum. Et quod mandatis continetur, ne domum, vel munus ipse proconsul, vel qui in aliquo officio erit accipiat, emátve quid, nisi victus cottidiani causa, ad xenia iam non pertinet, sed ad ea quę edulium excedunt vsum.

Præses autem habet imperium à principe propriæ personæ cohærens. Legati habent & ipsi imperium, sed quod minus eorum personæ cohęreat, cum literas, & diplomata nomine principis, non, vt præses, suo signet. Vtriusque tamen æquale imperium fuit. Quare Papinianus lib. 1. Responsorum, scribit legatum Principis, vel Præsidem, vel Correctorem prouinciæ abdicando se, non amittere imperium, quos solus princeps arbitratu suo in prouincias mittebat, cum proconsules à patribus crearentur, vt Vopiscus in Probo, & l. obseruare §. 1. de off. procons. Vlpianus lib. 37. ad edictum, præses prouinciæ maius imperium in ea prouincia habet omnibus post principem. Quod idem de proconsule asserit l. & ideo D. de off. procons. præsides pœnam iudicato comprehensam mutare non poterant, vt Apul. Mi- *Præses imperiũ habet à principe.*

les.

lesi. 10. ostendit. Desidente imperio varij præsides fuere in Notit. Imp. Romani. Præses Valeriæ cuius Metropolis Amiternum. Præsides Sardiniæ, & Corsicæ, quæ olim ab vno prætore, pòst singulæ à singulis præsidibus regi cœpere, vt Sextus Rufus, & l. 3. C. Th. de pœn. Demum Iustinianus Sardiniam præfecto pr. Africę attribuit l. 1. §. Deo itaque C. de off. P. P. Afric. Græci præsides προέδρους, ὑπερπροέδρους vocant. Cedrinus, noluit euehere στρατηγὲς, *prætores*, ὡς προέδρους *vt præsides*. Zonaras tom. 3. p. 178. πρῶτος ὑπόδημα φοινικοῦς πεδίλοις τὰς πόδας ἐνεδύσατο, *primus præses purpureos calceos pedibus induxit* vt se Imperatorem ferret. Sed hos proedros primus repperit Nicephorus Phocas, vt præsides essent sanctioris concilij, in quo de summa imperij tractatur. Curopalates in Basilio. σχῆμα μὲν ἓν καὶ ὄνομα μόνον τοῖς βασιλεῦσι προσετέθειτο. ἡ δὲ μεταχείρισις τῶν πραγμάτων πᾶσα τοῖς προέδροις ἐνεργεῖτο βασιλείας, διὰ τὸ νεάζον τῆς ἡλικίας τῶν βασιλέων. *Species sola, & nomen regibus erat. Tractatio rerum fiebat à præside regio, propter Imperatorum imbecillam ætatem.* Legendus Cedrenus in Nicephoro Phoca, qui Basilium accubitorem proedron consilij fecit. Idem Cedrenus ait Tzimisces primum inuenisse dignitatem proedri, μήπω ὄντες τῷ ἀξιώματος, quòd domi belliq; omnia gereret. Præses Dalmatiæ vir perfectissimus dicitur in Notitia. Præsidum nomine prouinciarum clarissimos rectores sæpe exaudimus, quos Græci ἐμβάθμους καὶ ἐμπέκτους vocant, ordinarios appellat l. omnes C. de episc. & cler. & l. 7. de off. rect. prouinc. Synesius ep. 144. ἤτει γράμματα πρὸς τὸ ὁρδινάειον ἄρχοντα, *petebat literas ad magistratum ordinarium* Pentapoleos præsidem. Vet. lapis, Ceionium Rufum Albinum V.C. Philosophum Rufi Volusiani iudicis ordinarij Cons. filium, fuisse eum correctorem Italiæ suprà ostendimus. Nouel. 103. ἀρχὴ ὁρδινάρια, *magistratus ordinarius* dicitur, de moderatore Palæstinæ. Quidam ordinarios magistratus, & ἐμβάθμους infimi ordinis esse volunt. Ineptè clarissimi dicuntur ordinarij l. 1. C. de prox. sac. scrin. l. 2. C. de off. præf. Aug. ordinariæ dictæ prouinciæ præsidiales l. 4. C. de cohort. l. 4. C. de iur. om. iud. clarissimi præsides Nouel. 31. §. Constantinus. Fasces habuit præses l. 8 C. de cohortal. Primo consulares, secundo correctores, vltimo loco præsides recensentur l. 10. C. Th. de pagis. In notitia orientis primi sunt consulares, secundi præsides, vltimi correctores, omnes potestate æquales, & Cæsaris legati. Hermogenianus lib. 2. Iuris ἐπιτομῶν. De omnibus causis, de quibus vel præfectus vrbi, vel præfectus prætorio, itemq; consules & prætores, ceteriq; Romæ cognoscunt, correctorum, & præsidum prouinciarum est notio.

Præsides quibus inferiores.

Præsides autem, id est, omnes à quibus singulæ prouinciæ cum honore clarissimo administrantur, proconsulibus, vicariis, & aliis diœceseon moderatoribus dignitate & auctoritate fuere inferiores, cùm à præside ad eos appellari potuerit, sicut à curiis, à defensoribus, & locorum iudicibus ad præsidem l. 8. quando prouoc. non est necesse l. 1. quando appel. sit. Qua ratione ἀρχόντων ἀρχόντων præses vocatur. Nouel. 15. Omnium ille quondam magistratuum vrbanorum vice functus est l. 10. 11. & 12. de off. præf. Nullusq; in ea prouincia maior post principem, quare Imperator prouinciæ vocatur à Petronio. Cum interim Imperator prouinciæ latrones iussit crucibus affigi. Nondum enim diœceses præfectis pr. commendatæ, & inter eos diuisæ erant. Ius gladij præses semper retinuit. Ideo Isidorum pelusiotam Ausonio correctori gladium tribuere suprà ostendimus, & ep. 116. lib. 1. τὸ βασάνων μηχάνημα vocat, quod correctoris ac præsidis iussu dispensatur. l. 6. D. de offic. præs. qui vniuersas prouincias regunt ius gladij habent, & in metallum dandi eis potestas permissa est. Solidas prouincias vocant Imp. Arcad. & Honor. A. A. rescripto ad Hadrianum P. P. procurator nisi idem præses esset, non habuit ius gladij. Imp. Antoninus A. ad Valerium, procurator meus qui vice præsidis non fungebatur exilij tibi pœnam non potuit irrogare. Capitol. in Gordian. Rationalis proscribens plurimos, interficiens multos, & sibi vltra procurationem omnia vindicans, retusus deinde à proconsule & legato.

Præses deportãdi aut confiscandi potestatẽ nõ habuit.

Præfecti ius gladij fuisse ostendimus, & potuisse alias pœnas irrogare, quæ vitã adimunt, aut libertate, ac ciuitate spoliant, l. si quis fortè, & l. seq. D. de pœn. Deportandi tamen, aut confiscandi potestas ei negata est. l. 1. ne quis sine iussu principis l. 2. D. de pœn. Is quem præses deportandum censuit priùs quàm factum princeps comprobauerit, ciuitatem non amittit. l. 1. quando appellandum sit. Atqui si deportare præses posset, damnatus illicò capitis diminutionem pateretur, & seruus pœnæ fieret l. 29. D. de pœn. qui vltimo supplicio damnantur, statim & ciuitatem & libertatem perdunt. Theophylact. ad c. 19. Ioan. ἔκτισαν καὶ πυρῆσαι οἱ δικασταὶ λέγουσι, ἀφ' ὧν τὴν ἀποφασιν ἐξενεγκωσι, διὰ τὴν δυναμιν τῆς πυρείας καὶ τὸν θανάτου ἐν τῷ γλωσσαις κεκτῆσθαι. Iure gladij dato præses deportare potuisset, nisi id lege vetitum nominatim esset. Vetitum autem videtur, quia interdictio aquæ & ignis in cuius locum deportatio successit l. 3. ad l. Iuliam peculat. pœna fuit ciuis Romani, qui

A qui populum ipsum de capite iudicem habuit l. vlt. de legat. Populi autem potestas in principem translata est. Quare apud Capitolinum M. Antoninus ait, Dignitatis reorum est, vt ab eo audiantur, qui pro populo iudicat. Ideo ne ipse quidem præfectus vrbis deportare potuit, antequam epistola Seueri ad Cilonem, id ius ei datum esset l. 6. D. de interdict. & relegat. Potestas præsidum & aliorum iudicum mandatis principum, quibus prouinciæ forma constituitur, augeri, & minui potuit. Nouel. 17. §. 2. Cassiod. in forma præsidis voluntatem regiam in legibus habes, illis obtempera, & nostra cognosceris implesse mandata.

Denique quia effractoribus specialis pœna principum rescriptis imposita non erat, liberum fuit præsidi quod æquum decerneret, iudicare, metallum tamen in Plebeio, & relegationem in honestiori excedere non poterat. l. 1. D. de effractor. *Præsidi effractoribus pœnam imponebat.*

Præsides prouinciarum in vehiculo semper habuit Alexander apud Lamprid. Idem B præsidiales prouincias fecit quæ erant prætoriæ. Notitia in oriente 42. duos præsides ponit, quorum 40. clarissimi duo perfectissimi, præses Arabiæ, & præses Isauriæ. In occidente præsides triginta & vnum. Præsides tractabant rationes ciuitatum. Plin. lib. 10. epist. ad Traian. publicarum rerum rationes in primis tibi excutiendæ sunt. Mensorem operum adhibeto. Videntur non mediocres pecuniæ posse reuocari à curatoribus operum si mensuræ fideliter agantur. Ita certè prospicio ex ratione Prasensium quam tracto. Incumbebant enim præsides tributorum exactioni l. in fiscalibus, C. de exact. tribut. Eusebius lib. 3. eccles. histor. Plinium vocat ἐπαρχίας ἡγούμενον, *prouinciæ præfectum.* Prouincia Bithynia fuit, vt Plinius ipse scribit ep. 28. lib. 10. Traianus ibidem ep. 29. ita loquitur. Nam, & tu dabis operam vt manifestum sit electum te esse qui ad eosdem mei loco mittereris. Epist. 18. Gabianum Bassum præfectum oræ Ponticæ sui reuerentissimum fuisse ait. epist. 53. Me- C siæ præsidem fuisse ad quem Byzantini quotannis legatum mittebant. Præsides vni tantum prouinciæ præsidebant. Tetricus in Gallia præsidatum gessit apud Trebellium, cum in Aquitania tres præsides essent, vt est in Notitia imperij. Trebel. in Tetrico, Senatorem populi Rom. eundemq; consularem qui iure præsidiali omnes Gallias rexerat. Aurelius Victor, tuebatur, inquit, præsidatu Aquitanos. *Curru Alexādri vecti præsides, quot fuerint in oriente. Officiū eorū.*

Propriè præsides minoribus prouinciis præerant, aut mediocribus l. 1. C. de offic. præfect. præt. Africæ l. 1. C. vt omnes iudic. tam ciuil. quàm clarissimi vocantur l. 5. C. de pignorib. Præses Arabiæ perfectissimus l. 18. C. de pœnis. Dicuntur item vigilantissimi, iustissimi, κράτιστοι, l. 3. C. de offic. rect. prouinc. In actis Apost. cap. 24. cap. 26. Item fratres Imperatoris vt Cassiod. lib. 6. in for. rect. prouinc. Insignia eorum quinque fasces, liber mandatorum, & vultus imperatoris præferebatur, quæ vocantur vexilla præsidialia in martyrolo- D gio. Prid. Cal. Augusti. Beatus Fabius martyr cum ferre vexilla præsidialia recusaret. Accipiunt argenti pondo vicena, phialas senas, vt suprà ostendimus. Firmicus lib. 3 Astronom. præsidem riparum commemorat. Zonaras tom. 3. p. 193. præsidem Constantinopoleos. Ammianus præsidialis officij tabularium. In foro præsidis salutaris Syriæ quæ dicitur palmyrena 30. aduocati erant l. petitiones C. de Aduoc. diuers. iudic. Iconij in Lycia præses ciuilia curabat, dux milites. Iustinianus hos duos magistratus in vnum contraxit & prætorem appellauit, Nouel. 8. & 20. *Præsides minores prouincias administrabāt.*

CAPVT XXXIX.

E

De Chlamyde Rectorum prouinciæ.

MILITARIVM vestium plura genera fuere, chlamydes, paludamenta, diploides, saga, abollæ, lacernæ. Isidorus lib. 19. cap. 24. Chlamys est quæ ex vna parte induitur, neque consuitur, sed fibula infrænatur. Paludamentum erat insigne pallium imperatorum cocco, purpuraque distinctum. Lamprid. in Alexand. Chlamydes hirtas Seueri. Hesychius, ἐνθεταλίσθαι, χλαμηδοφορεῖν. συνηθὲς γὰρ θεταλοῖς χλαμηδοφορεῖν. *Mos est Thessalis Chlamydes ferre.* Plutarchus in Lucullo, κροσσωτὴν ἐφεστρίδα vocat, id est, *paludamentum fimbriatum.* Statius lib. 1. Syluar. 1. de Chlamyde Domitiani, *Quid sit Chlamys & paludamentum.*

——*It tergo demissa chlamys.*

Clemens lib. 2. pædag. cap. 4. χλαμὺς δὲ ἣν ἔνιοι μανδύην, οἱ δὲ ἐφεστρίδα, οἱ δὲ βηρὸν καλοῦσι

Διὰ τὸ ἐμπεριέχειν τὸ σῶμα. *Chlamys quam nonnulli penulam, aut mantelium, alij paludamentum, quidam Berum vocant, quia corpus amiciat.* A

Quid sit Diplois. Diplois militaris vestis, cuius vsus Gallicis primum expeditionibus è præda hostili. lib. 5. Æneid.

Sic fatus duplicem ex humeris reiecit amictum.

Homer. Odyss. τ.

χλαῖναν πορφυρέην διπλῆν ἀμφὶς δὲ οἱ ὀξὺν
χρυσοῖο ἐτέτυκτο.

Lænam purpuream duplicem, Sed ei fibula aurea.

Quid Sagum. Sagum Gallicum militare, Cicero, ad saga ire Varro in virgula diuina, cum neque aptam mollibus humeris fibulam sagus ferret. Sueton. lib. 7. distento sago impositum in sublime iactare, est lasciuiæ militaris ludus. Martial. lib. 1. B

Missus ab excusso miles in astra sago.

Vet. gloss. *sagatio* παλμός. Paterculus lib. 2. vtq; ad saga iretur à populo Rom. diuq; in eo habitu permaneretur.

Quid Lacerna. Lacerna pallium est fimbriatum, ait Isidorus quo soli milites olim vsi. Vetus interpres Persij lacerna, barrus. Martial. lib. 2. ep. 43.

Mittit Agenoreas, Cadmi, tibi terra lacernas.

Quid Abolla & vnde dicta. Abolla vestis militaris, duplex amictus, vt vult Papias. Varro, toga detracta est, & abolla data ad turbam mihi, fera militia munera belli vt præstarem. Ita locum illum lego, dicitur quasi ἀμφόλη, quia χιτὼν est δίπλαξ, vt loquitur Homerus.

Quid Læna. Læna vestimentum militare quod supra omnia vestimenta sumitur, ait Isidor. Virgil. C lib. 4. Æneid.

———*Tyrióque ardebat murice læna.*

Prudentius,

Rex ipse Choos æstuante murice
Lænam reuulsa dissipabat fibula.

Homer. Iliad. 10.

ἀμφὶ δ' ἄρα χλαῖναν ᾤξωσατο φοινικόεσσαν
διπλῆν ἐυτύκτου, ἀλλὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη.

Tunicæ imposuit lænam purpuream, & fibula astrinxit duplicem extentam: florebat autem villis.

Rectorum Chlamydes. Sed vt ad Chlamydem Rectorũ veniamus. Chlamydes Rectorum prouinciarum erant purpuræ clauatæ, Cassiodor. lib. 6. for. 21. Chlamydis tuæ inter alia clauos intende, quos D scias non inaniter positos. Hinc fit vt cum publicam agentes purpuram cernerent, de vigore semper principis admonerentur. Inde & Rectores prouinciarum purpurati dicti. Vulcatius in Auidio Cassio omnes purpuratos augustos cognosceret. Paulinus ad Licentem,

Quanto sudoris pretio, damnóque decóris
Constet ibi Chlamydis, hic honor officij.

C. Theod. de habitu quo vti opor. int. vrb. Nullus Senatorum habitum sibi vindicet militarem, sed Chlamydum terrore depositio quieta colobiorum, ac penularum induat vestimenta. Virgil. lib. 5. Æneid.

Chlamydem auratam quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit. E

Contra ciuilis habitus fuit toga l. 2. C. de Aduoc. diuers. iud. Vet. inscript. statuam poni habitu ciuili in foro D. Traiani pecunia publica censuit.

IVLII CÆSARIS

BVLENGERI DE MAGISTRATIBVS ET OFFICIIS IMPERII ROMANI,

LIBER QVINTVS.

CAPVT I.

De Prætoribus.

A MAGISTRATVS omnes ciuiles,& militares recenſuimus quos Notitia imperij notat. Alij plures fuere,quos,quia præteriit,hîc adſcribam. In primis de Prætoribus agam,vt ſub Imperatoribus fuerunt.

Prætores vnde dicti.

Iuſtinianus Nouel. 13. πραίτωρας ἐπάλαι ἐκ τοῦ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἰέναι, &c. *Prætores vocarunt quòd omnibus alijs præirent*, quibus permiſſum vt ius Ciuile ſcriberent,vnde & prætoria dicta loca,in quibus ius redditur.

Camillus primus Prætor inſtitutus.

Primus Prætor Romæ inſtitutus anno vrb.388. Furius Camillus vt Liuius lib.7. Additus alter anno 510. Peregrinus dictus in Epitome Liuij lib.10. Additi duo anno 520. Sicilia, & Sardinia in prouinciam redactis qui illuc cum imperio mitterentur. Epitome Liuij 20. Item duo victis Hiſpaniis anno 557. Ita in vniuerſum ad id tempus Prætores ſex,è
B quibus duo iuridicundo præerant,reliqui in prouincias miſſi. Id tenuit donec quæſtiones perpetuæ conſtitutæ,anno 605.l.Cenſorino,M.Manlio conſulibus,patribusq; tunc viſum, vt in totum magiſtratus ſui annum Prætores in vrbe manerent, è quibus duo more priſco ius dicerent, reliqui 4. publicis iudiciis præeſſent, iidem omnes exacto anno ſorte in prouincias prætorias mitterentur. Sylla Prætores duos addidit, ita vt ad Ciceronis æuum octo tantum Prætores fuerint,non decem,vt voluit Pomponius l.2.D.de origine iuris.Cæſar dictator addidit duos prætores tutelares,vt Dio lib.43.biennio poſt XIIII. iterum anno poſt XVI. Tiberius ad XII. reſcidit.Claudius addidit duos qui de fideicommiſſis ius dicerent,quorum vnum detraxit Titus, in cuius locum reſtituit Nerua, qui inter fiſcum & priuatos ius diceret, & poſtremùm adiectus prætor tutelaris à Marco Imperatore, vt Capitolinus ait. Ita quindecim fuere. Dio in Tiberio qui δύο στρατηγὺς εἰς τὰς ὁπλομαχικὰς
C ἀγῶνα, λαγχάνῃ ἐπέλαυσεν, *duos Prætores ſorte præeſſe gladiatorijs ludis.* καὶ τὰ δικαστήρια τὰ τῇ ἀστυνομίᾳ προσήκοντα τοῖς στρατηγοῖς καθάπαξ ἔδοτο τὰ μὲν μείζω τῷ ἀστυνόμῳ, τὰ δὲ ἕτερα τῷ ξενικῷ προσαχθῶσι. *Iudicia quæ fuerunt Ædilium Prætoribus, vt moris erat attribuit,maiora quidem præfecto vrbis,minora peregrino Prætori.* Diu autem ſub Imperatoribus tenuit,vt Prætorum & Quæſtorum deſignationes fierent iudicio Senatus, teſte Symmacho lib. 10. ep. 59. Magiſtratuum nomina, quibus varias functiones deſignationum tempore ampliſſimus ordo mandauit,ad æternitatis veſtræ perfero notionem Domine Imperator,vt muneribus exhibendis, aut ſubeundis faſcibus deſtinatos cognitio imperialis accipiat. His copulati

sunt, quos Senatui vestro recens ortus adiecit. A

Prætura est iurisdictio. Prætura iurisdictio dicitur à Capitolino, Gordianus, inquit, post iurisdictionem consulatum primum init. Commodus adulatores, & voluptatum ministros inter prætorios adlegerat, id est, ornamentis prætoriis donarat. Augustus viros prætorios cum quinque fascibus in prouincias mittebat, narrante Dione, lib. 56. τὸ ἐν τῇ ἀσίᾳ πόλεσι αὐτὸν ἐστρατηγηκὸς σὺν πέντε ῥάβδοις προσετέθη: *vrbibus Asiaticis vir prætorius cum quinque virgis impositus est.* Iosephus lib. 2. de bello Iudaic. cap. 28. ἕλληνες ἓξ ῥωμαίων ὑπήκοοι ῥάβδοις, τοσαύταις ὑμᾶς μακεδόνες. *Græci sex Romanorum fascibus parent*, id est, proconsulari imperio reguntur, vt & Macedones. αἱ πεντήκοντα τὰ ἀσίας πόλεις ἄνευ φρουρᾶς ἕνα προσκωμῶσιν ἡγεμόνα, καὶ τὰς ὑπατικὰς ῥάβδους. *Quingenta Asiæ vrbes sine præsidio vnum proconsulem, & consulares fasces experiuntur.* Quid attinet enumerare Heniochos, Colchos, Bosphoranos, & habitantes circa Ponti littora nationes, Mæoticasq; gentes? νῦν δὲ τρισχιλίοις ὑπλίταις ὑποτάσσεται, καὶ τεσσαράκοντα νῆες μακραὶ τὸν πρὶν ἄπλοον, καὶ ἀχεῖαν εἰρωμένην θάλασσαν: *Nunc vero tribus tantum armatorum millibus subjiciuntur, & quadraginta magnæ naues mare ante nauigijs ineptum & indomitum pacificè custodiunt.* Quanta autem Bithynia, & Cappadocia & Pamphyliorum gens, Lydi quoque & Cilices pro libertate dicere valerent. Tamen nunc sine armis φορολογεῖται tributa pendunt. Quid autem Thraces, οἳ πέντε μὲν ὁδοὺς, ἐπὶ δὲ μήκος ἡμερῶν χώραν διειληφότες, τραχυτέραν τε καὶ πολλῷ τὴν ἡμετέραν ἐχυρωτέραν, καὶ βαθεῖ κρυμῷ τὸν ὑπερατείνοντα ἀνακόπτουσαν ἀχὶ δισχιλίοις ῥωμαίων ὑπακούουσι φρουροῖς, οἱ δὲ ἀπὸ τούτων ἰλλυριοὶ τὸν μεχρὶ δαλματίας ἀποτειχομένων ἐν ᾧ ἴστρῳ κατοικοῦντες, ἐν δυσὶ μόνοις τάγμασιν ὑπήκοοι, *qui regionem latitudine quinque, longitudine septem dierum obtinent, asperiorem, & nostra firmiorem, & acri frigore bellum inferentes repellentem, nonne duobus millibus Romanorum militum parent? Post hos Illyrici vsque ad Dalmatiam, & Istrum incolentes duabus tantum legionibus obediunt*, cum quibus & ipsi Dacorum impetus compescunt. Ipsi quoque Dalmatæ tam multa pro libertate ausi, sæpiusque capti sub vna Romanorum legione otium colunt. Galli trecentis, & quindecim gentibus numerosi fontes felicitatis domesticæ habentes, omnibusque bonis totum penè orbem irrigantes ab ortu Alpibus, à Septemtrione Rheno, à Meridie Pyrenæis montibus, ab occasu oceano cincti, vectigales populi Romani se esse gaudent, & mille ac ducentis militibus reguntur. Hispanias legio vna in officio tenet, Germani octo Romanorum legionibus domantur, Britanni quatuor, Afri, Numidæ, & Æthiopes vna legione, Ægyptij duabus, ait Iosephus. Nouel. 20. Prætores Iustinianus posuit in Lycaonia, Pisidia, & Isauria, εἰ καὶ δοκεῖ πῶς συναναμεμίχθαι τῇ αὐτῇ καὶ στρατιωτικὴ τάξις, ἐπειδὴ πρότερον καὶ δὲς ἐφ' ἑκάστης τούτων ἐπαρχίας ἦν. De aliis prætoribus vide Nouella 25. & 26. B C D

Duo Prætores regnante Constantino. Constantino imperante Romæ duo tantum prætores, à quibus ad præfectum vrbis appellatum est, l. si apud C. de appellat. Constantinopoli Constantinus magnus nullum vrbi præfectum, sed tres prætores imposuit l. 5. C. Theodos. de prætor. l. vlt. C. de præd. Minor Primus Flauianus dictus, Secundus Constantinianus, Tertius triumphalis prætor, l. 13. C. Theodos. de prætorib. Flauialis prætor officium præfecti vrbis exsequebatur. Sub Valentiniano quatuor prætores fuere, qui Calendis Ianuariis magistratum inibant. Gratianus alios quatuor addidit. l. vlt. C. de offic. prætor. l. 1. C. de præd. minor. Iustinianus prætorem plebis creauit magnificentissimum, qui apparitores habuit. Idem prætorem Iustinianæum in Lycia, qui ciuilia & militaria administraret. Nouell. 25. §. 1. Mœnia curabat & aquæductus. Item prætorem Pisidiæ Nouel. 20. 24. 29. Prætor Iustinianæus sublatis vicariis præfuit Thraciis. Nouell. 8. Nouel. 26. fuit spectabilis. Nouella 22. πρόνοια δὲ ἔστω καὶ ταῖς ἐπαρχίαις τῆς τῶν ἐθνῶν ἡγεμόσι ἐνταῦθα ὁ τῇ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῆς δαίμονος ταύτης πόλεως ἅμα τῷ πραίτωρι, ᾧ τάδε μέλει καὶ μέρος, *prouideant per prouincias rectores. Constantinopoli autem præfectus vrbi glorioßissimus, & prætor cuius hæ partes sunt, vt nuptias ciuium consideret.* Nouella 13. Iustinianus, *Prætores instituit custodiæ & moribus moderandis, qui turbas populi compescerent.* τὰς δὴ τῇ φυλακῇ καὶ δίκῃ τεταγμένας καὶ τὸν δημόσιον καθεστῶτας ἰσχύοντας ἀταξίαν, καὶ ὥσπερ ἕτεροι πραίτωρές εἰσι τῇ συγκλήτῳ βουλῇ οἱ τὰ ἐλευθεριῶν, καὶ τὰ ἐπιτροπῶν, καὶ τὰ τιθήνων προκαθήμενοι, ἕτως ἔστωσαν καὶ ὅδε οἱ πραίτωρες ὁ δὴ τὰ δήμων ὀρθούντων πραίτωρες δήμων, &c. *vt olim alij prætores erant Senatus qui cognoscerent de libertatibus, de tutelis, & alijs eiusmodi, ita sint isti prætores qui populum ad recta cogant, & populi prætores dicantur.* Ante Iustiniani ætatem Prætoris nomen vsque adeo viluerat, vt symbola & insignia à præfectis vrbis acciperet, cum tamen ea dignitas esset δικαστήριον ἴδιον, καὶ τάξις, & Commentariensis haberet. Iustinianus instituit, vt symbola ab Imperatore acciperet, & E

illustres

A illustres ad eam eueherentur, qui cognoscerent περὶ μοιχείων, ἁρπαγῶν, & aliis eius generis rebus, incendia restinguerent, & furta ex incensis ædibus impedirent. Ea Nouella Iustinianus νυκτεπάρχους sustulit, quia idem munus habent prætores vrbis. C. Theodos. tit. 4. lib. 6. Primæ præturæ quæ Flauialis dicitur 25. millium follium, & 50. librarum argenti erogationem, sumptusq; præscripsimus, in secunda Constantiniana 20. millia follium, & 30. argenti libras sine incommodo editoris expendat. Quinque prætores solemniter designentur Senatusconsulto legitimè celebrato, duo è quinque prætores fabricis vrbis libras aliquot argenti impendant l. 25. eod.

In vet. inscription. repperitur prætor iuuentutis. Sub Imperatoribus prætores post quæsturam statim creabantur omissa Ædilitate, teste Symmacho lib. 4. ep. 8. Nouell. Iustin. 26. Symmachus lib. 8. Vrbanum tribunal filium meum prætorem accipiet. Capitolin. B in Marco. Capitales caussas hominum honestorum ipse cognouit, & quidem summa æquitate, ita vt prætorem reprehenderet, qui cito reorum causas audierat, iuberetque illum iterum cognoscere, dignitatis interesse dicens, vt ab eo audirentur qui pro populo iudicaret. Vnde comitias prætorem per se causas non cognouisse, sed per decemuiros, aut quæsitores. Nouella 20. 29. est prætor Honoriæ & Paphlagoniæ, à quo ad præfectum prætorio appellatur. Socrates libr. 5. cap. 8. ἦν δὲ τις νεκτάριος ὄνομα συγκλητικοῦ μὲν γένους τὴν τοῦ πραίτωρος χειρίζων ἀρχήν. *Nectarius Senatorij ordinis prætor. Prætoris populi* πραίτωρος τοῦ δήμου meminit Codinus quæ dignitas id temporis exsoluerat. *Prætor iuuentutis.*

CAPVT II.

C

De Moderatore.

MODERATOR, prouinciæ rector est, quem Græci vocant ἁρμοστήν. Iustinianus Moderatorem Helenopoli & Arabiæ, Nouell. 28. ἐφηγείσθω γε αὐταῖς ἀνὴρ εἷς ἄρχων μὲν χώρας ἑκατέρας, μοδεράτωρ δὲ προσαγορευόμενος, ὃν ἄν τις ἁρμοστὴν καλέσειε· ὀνομαζέσθω μοδεράτωρ ἰουστινιανὸς ἑλενοπόντου. ὑπακουέτω δὲ αὐτῷ καὶ τὸ στρατιωτικόν. *Elenoponto, & Polemoniaco ponto præsit vir vnus regionis prætor vtriusque, dicaturq; moderator Iustinianeus Elenoponti.* Armostam Lacones dixere, cui milites pareant, habeat responsalem, hominem ad responsum, ἀκροάσθω δὲ καὶ δικῶν χρηματικῶν, τε D καὶ ἐγκληματικῶν, *audiat lites pecuniarias, & criminales.* Nouel. 20. περὶ τοῦ μοδεράτωρος ἀραβίας κοσμημένου καὶ αὐτοῦ τῇ τοῦ περιβλέπτων ἀξίᾳ, *de Moderatore Arabiæ qui sit ornatus dignitate spectabilium.* Arabiæ Petrensi olim duo præerant, dux, & præses, quibus sublatis Iustinianus instituit Moderatorem virum spectabilem, cui 15. auri libras constituit, assessori duas, officio nouem. Nouel. 102. πρῶτον μὲν αὐτῷ σπούδασμα γένηται ἡ τοῦ δημοσίων εἴσπραξις, *prima cura sit ei exigendorum vectigalium.* ἀρχὴ μηδὲν ἐλάττων τοῦ δουκικῆς. fuit in Arabia δοὺξ, καὶ θεῖον πατριμώνιον, καὶ θεῖα πριβάτα, καὶ θεῖος οἶκος. Moderator ciuilibus tantùm, & vectigalibus præerat, Dux exercitui. *Moderator qui dictus.*

Moderatoris dignitas erat consularitate, & ἡγεμονίᾳ maior. Nouel. 26. Ante Iustinianum fuere Moderatores. Ammianus, Moderatoris apparitor qui portam tuebatur in suburbiis. Moderator Appulus, Symmachus epist. 51. lib. 10. Campanus Moderator lib. 10. epist. 53. E Prouinciæ Moderator l. 5. C. de exsecut. & exact. l. 22. de Agricol. & censit. l. 5. de aquæductibus. Phœnicia Libani olim habuit præsidem sub Diocletiano & Constantino l. 3. C. de diuers. rescript. Iustinianus illi Moderatorem spectabilem virum dedit, qui decem auri libras pro annonis annuis ex scrinio Phœniciæ percipit. Edicto 4. Iustini de Magistratib. Phœnic. Liban. Nihil pro codicillis magistratus primicerio Notariorum soluit. Quando erant duo magistratus in eadem prouincia, alter rei bellicæ, alter ciuilibus negotiis impositus, inter eos nunquam conueniebat. *Moderatoris dignitas Cōsularitati præferebatur.*

A

CAPVT III.

De Legatis.

Legati qui dicti.



LEGATI olim dicti viri militiæ gnari, quos Senatus ad Ducem in castra legabat, vt eorum opera, & consilio vteretur. Dionys. lib. 2. origin. ἔστι δὲ πάντων τιμιώτατον, καὶ ἱερώτατον ὁ πρεσβευτὴς παρὰ ῥωμαίοις, ἐξουσίαν μὲν ἄρχοντος ἔχων καὶ δύναμιν, ἀσυλίαν δὲ καὶ σεβασμὸν ἱερέως. *Est omnium res honoratissima & sanctissima apud Romanos Legatus, vim ac potestatem Imperatoris habens, sanctitudinem & venerationem sacerdotis.* Legati à Senatu legabantur. Cicero in Vatinium. Audire de te cupio quo tandem Senatusconsulto legatus sis. Ne hoc quidem Senatui relinquebas, quod nemo vnquam ademit, vt Legati ex eius ordinis auctoritate legarentur. B

Legatorum pluralitas.

Alij autem fuere Legati qui legionibus præessent, & proconsulibus velut administri, & socij darentur: Alij Legati qui ad exteros Principes mittebantur: Alij Legati Cæsaris sub imperatoribus. Varro, Legati, inquit, qui publicè lecti, quorum opera consilioq; vterentur peregrè magistratus, quíve nuntij Senatus ac populi essent. Cicero in Vatinium, Legatos nuncios pacis & belli, curatores, interpretes, bellici consilij auctores, ministros muneris prouincialis esse ait. Cæsar lib. 3. Ciuil. Aliæ sunt legati partes, atque imperatoris. Alter omnia agere ad præscriptum, alter liberè ad summam rerum consulere debet. Mittebantur cum securibus. Cicero de Verre Legato Dolabellæ proconsulis, in Achaiam sumptu publico, & legationis nomine cum imperio, & securibus missus est. Sub Imperatoribus duo genera Legatorum, Consulares qui toti exercitui præerant; Prætorij qui legionibus singulis. Quod ab Augusto repertum, quasi enim vnus ille iam imperator esset, rem administrabat per Legatos, eoq; nec triumphi ius habebant, cum omnia alienis auspiciis gererent. Legati prætorij Tacito dicuntur, Legati legionis, à Dione ὑποστράτηγοι, ὕπαρχοι. Suidas, ἐῤῥύετο τὴν πόλιν ἔνδον ἐξεταζόμενος φορτουνίων ὑποστρατηγὸς τῶν ἐπὶ τῆς μυσίας οὓς δοῦκας καλοῦσι, *liberauit vrbem intus quæsitus fortunio, Legatus copiarum Mysiæ quos Duces appellant.* C

Prolegati.

Erant & Prolegati. Vetus lapis, Prolegatus prouinciæ Rhetiæ. Polyæno πρεσβευταὶ, & ἀρχιπρεσβευταὶ ponuntur. Legatus Cæsaris, id est præses, vel corrector prouinciæ D. lib. 1. tit. 18. Legatus qui eunti proconsuli in prouinciam dabatur à Senatu, dicitur Appiano ὁ τῷ ἡγεμόνι τοῦ ἔθνους ἐκ τῆς βουλῆς ἑπόμενος εἰς βοήθειαν, qui alius erat à Legato Cæsaris, & dicitur Legatus pop. Romani. Vopiscus Imperator, inquit, misit equos decem, & loricas, & cetera quibus legatum muniret ad bellum euntem. Capitolinus, filius Gordiani Legatus patris gladij potestate succinctus est. Spartianus in Seuero, Seuerus cum animaduerteret in municipem suum qui magistratui parum honoris habuerat, Præconem proclamare iussit, Legatum populi Rom. homo plebeius temerè amplecti noli. Tacitus lib. 4. histor. scribit Legatum Cæsaris sub Caligula rexisse Africam, sub Augusto proconsules. Legati post Seuerum in vehiculo sederunt, qui prius pedibus ambulabant. Legati Cæsaris dicti proconsules Augusti, vel Principis, à quo mittebantur, vt proconsul Tiberij apud Tertull. in Apologet. Legati consulares dicti qui statim è consulatu in prouincias mitterentur, Legati prætorij qui statim à prætura. Hadrianus apud Spartian. mox à prætura in Pannoniam inferiorem, Cæsaris tum prouinciam missus est. Vetus lapis, prætorio Legato prouinciæ Africæ. vnde apparet Legatos prætorios non tantum legioni præfuisse, verum & prouinciæ. Apud Gregor. Turonens. Regales dicuntur, qui Romæ Legati Cæsaris. lib. 5. Histor. Francor. Missi Regales. Apud Iosephum, Legati dicuntur οἱ βασιλικὰ πράττοντες cap. 7. lib. 12. Tacit. lib. 4. Histor. Legio in Africa, auxiliaq; tutandis imperij finibus sub D. Augusto, Tiberioq; Principibus, proconsuli parebant. Mox C. Cæsar turbidus animi, ac M. Silanum obtinentem Africam metuens, ablatam proconsuli legionem misso in eam rem Legato tradidit. Æquatus inter duos beneficiorum numerus, & mixtis vtriusque mandatis discordia quæsita, auctaq;. Prauo certamine Legatorum ius adoleuit diuturnitate officij, vel quia minoribus maior æmulandi cura. D E

Dorixenus Legatus.

Aliud genus est δορύξενος ὁ πρεσβεύων περὶ λύθρων εἰ ζωγρήθει ἔν τινες. id est, *Doryxenus Legatus de redimendis captiuis.* Tacit. lib. 13. Annal. Plebeij arcebantur complexu eorum qui prouincias obtinerent l. 2. C. de proxim. sacr. scrinior. Tacit. lib. 2. Annal. Vtq; legionum

Legati

A Legati qui antè præturam ea militia fungebantur. Interdum à Cæsare non prætorij legioni Legati imponebantur. Spartianus Legatos, inquit, prætorios latiùs euagantes Hadrianus coërcuit. In prouincias Cæsaris Legati, Prætores, & Proprætores cum exercitu missi. Inscriptio vetus, Legatus Proprætor. Legati Cæsaris in prouincias Cæsaris copiis instructas ad duos, tres, vel plures annos ἀπλήφοτοι, sine sortitione dilectu Cæsaris mittebantur, ait Dio. Statius lib. 1. Syluar.

——Cum tanti lectu rectoris habenas,
Gallice, fortuna non admirante, subisti.

Legati quinque fasces non ante sumunt quàm prouinciam attigerint, & in ipsa prouincia deponunt. χραπωτικῇ στολῇ paludamento & gladio accincti sunt, quibus ius esset militis animaduertendi. Legatis, qui consulatum nondum gessissent quinque tantum fasces attribu-
B ti, aliis sex. Dio lib. 53. Legato vnus tantum datus Legatus, eidem sæpe duæ prouinciæ datæ. Tacitus lib. 5. & 15. Macedoniæ tum intentus Achaiam quoque curabat. vnde minus oneris fuit, in alendo Legato, quàm in Proconsule, quia Legato duæ plærumque prouinciæ.

Legati exercitus Britannici, id est, quos exercitus Britannicus, aut eius duces mitte- *Legati Britanici exercitus.*
bant ad Principem. Lampridius in Commodo. Has legationes vendidit Pertinax cum esset Præfectus Prouinciis, vt Capitolin. in Pertin. Capitolin. in Vero. Lucius quidem Marco vicem reddens sicuti par erat, obsecutus, vt Legatus proconsuli, vt præses imperatori. Dio, Hadrianus post consulatum Legatus fuit Syriæ. Cassiodor. lib. 10. ep. 22. Illum virum venerabilem, sacerdotio clarum, doctrinæ laude conspicuum, legationis nostræ ad pietatem vestram fecimus vota deferre. Sed quia epistolaris series non poterat continere vni-
C uersa, aliqua sacris sensibus verbo insinuanda commisimus. Legatus est fiduciarius. *Legationem* πρεσβείαν vocant, eiusmodi πρέσβεις fiduciarias literas ferunt. lib. 2. ep. 6. Legatio virum sapientem requirit lib. 1. ep. 4. Legati principis conuiuio adhibiti. Romanus Pontifex in Conciliis habebat suos τοποτηρητάς. Zygomol. in Turcogr. ἀπῆλθεν ὁ βελόμβος κύριος μανουὴλ ὁ παλαιόλογος βασιλεὺς ῥωμαίων ἀφῆκε τοποτηρητὴν τὸ κύριον ἰωάννην τὸ ἀνεψιὸν αὐτοῦ. Misit Legatum suo loco suum è fratre nepotem. Constantin. in Chorograph. τοποτηρητὴς τοῦ πλωΐμου βασιλικοῦ. Lampridius in Alexandro, Apparitores denique nullos esse passus est, Tribunis aut Ducibus nisi milites anteire noluit, iussitq; vt ante Tribunum quatuor, ante Ducem sex, ante Legatum decem irent. Vnde agnoscas Legatum Duce longè digniorem fuisse. Legati quoque qui ad sacrarium Principis mittuntur viaticum, quod legatiuum di- *Viaticũ dicitur legatiuum.*
D citur, solent accipere. D. de munerib. & honor. Sidon. ep. 7. lib. 5. Munuscula Legatis dari ait. Cato de innocentia sua. Cum essem in prouincia Legatus, quum plures ad Prætores, & Consules vinum honorarium dabant, nunquam accepi. Vide Iurisconsultos D. de offic. Proconsulis & Legati.

CAPVT IV.

De Præfecto legionis, & Præfecto limitis, & Tribunis.

E PROPRIVS iudex militum erat Præfectus legionis habens comitiuam primi ordinis, qui absente Legato maximam dignitatem retinebat, tanquam vicarius, vt Veget. lib. 2. cap. 19. Erant Præfecti legionum, alarum, equitum, & classium, tribuni legionis, tribuni cohortium, tribuni militum. l. 1. C. de offic. quæstor. Præfecturæ omnes, tribunatus, & præposituræ castrorum, totius denique laterculi cura pertinet ad officium Quæstoris. Tribuni olim à regibus & consulibus lecti sunt. Postea tribuni aliquot à consulibus lecti, aliquot à populo qui comitiati dicti, qui à consule lecti erant, dicebantur Rufuli à Rutilio Rufo qui legem tulerat de iure tribunorum. Eosdem chiliarchos dixerunt, numerarchas tribunos millenarios. Numeros enim cohortes vocarunt. Apollonius lib. 2. excid. Hierosolymit. *Quis Præfectus legionis.*

——laudauit ineptus
Verba ducis vafri numerus.

Suidas, ἀπείραι πλήθη στρατιωμάτων φάλαγγες, νάμερα, λεγεών. Oecumenius, ἀπεῖρα δέ ἐστιν ὁ

καλεῖμεν νῦν νόμεον. *Cohors quam nunc numerum dicimus.* Vet.gloſſæ νομεάρχαι ἐθνάρχαι. A

Pluralitas legionum. Iam verò legiones in Notitia, Palatinæ, Comitatenſes, Pſeudocomitatenſes fuêre. Legiones Pacatianæ, Riparienſes. Dio lib. 52. triginta duas legiones numerat, & cuique earum ſuas ſedes attribuit, quod Lipſius non vidit. Auguſtus liberis Senatorum militiam auſpicantibus non tribunatum modo legionum, ſed & præfecturam alarum dedit, ac ne quis expers caſtrorum eſſet, binos plærumque laticlauios præpoſuit ſingulis alis, ait Sueton.in Auguſto cap.38. Tribuni toti legioni imperitabant. Horat.

Quòd mihi paruerit legio Romana Tribuno.

Sed ſub legatis, & præfectis legionum, & propriè cohorti præerant, aut mille militibus, ideo χιλιάρχαι Græcis dicti. Varro Atacinus,

At nos congeries obnubit turbida rerum B
Ferrataéque premunt milleno milite curæ.

Numerarchæ qui. Numerarchæ dicti Chiliarchæ, tribuni millenarij. In Græcia ſub Alexandro magno primum Chiliarchæ duces millenarij eſſe cepere,vt prodit Quintus Curtius lib.5. Cohortes prætorianæ fuere millenariæ.

Tribuni laticlauij & angusticlauij. Erant Romæ tribuni laticlauij, alij anguſticlauij l. 4. C. de Teſtamento militis. S. Rufinus vir clariſſimus laticlauius maior annis te manumiſit. Alius tribunus legionis, alius cohortis dicitur l.2. D. de his qui notantur infamia. Dimiſſum accipere debemus tribunum ſiue cohortis, ſiue legionis. Olim alij tribuni ex equeſtri ordine, alij ex plebeio fuere. Cæſar lib.2.Ciuil. Centuriones ampliorisq; ordinis equites Rom. in tribunitium reſtituit honorem. Ipſi conſulares viri tribuni militum eſſe non aſpernati ſunt. Liu.lib.42. Duo conſulares tribuni militum cum eo miſſi. C

Gradus tribunatus. Tribunatus gradus fuit ad Senatorium ordinem. Dio in Domitiano, Iulius Caluaſter πεχλιαρχικὼς εἰς βελείας ἐλπίδα, *qui tribunus fuerat in ſpem Senatoriæ dignitatis.* Sub Auguſto tribuni laticlauij & anguſticlauij, Sueton.in Othone cap.10. Suetonius lenis tribunus anguſticlauius. Quod munus vt pluribus competeret, Semeſtre factum Plin. lib. 4. ep. hunc ego rogo Semeſtri tribunatu ſplendidiorem, & auunculo ſuo & ſibi facias. Iuuenal.

Ille & militiæ multis largitur honorem,
Semeſtri vatum digitos circumlegat auro.
Præfectos Pelopeia facit, Philomela Tribunos.

Ordo militũ equeſtrium. Sueton.in Claudio cap.25. Equeſtres militias ita ordinauit, vt poſt cohortem,alam;poſt alam, tribunatum legionis daret. Lipſius legit, Semeſtres, nimis audacter. Certè tribuni D legionum digniores tribunis cohortium. Plin.lib.3.ep.Tribunus cohortis ſub claſſico fuerat. In auxiliaribus, & fœderatis, vnus & idem pluribus cohortibus præfuit. Vopiſcus in Probo. Tribunatum in eum contuli datis ſex cohortibus Sarracenorum. Vopiſc. in epiſt. Valeriani, Hoſpitia eidem vt tribunis legionum præbebis. Velleius, Tribunatum caſtrorum vocat Appianus in Punico, χρυσοφορέσι τ στρατοπέδων οἱ χιλίαρχοι τ ἑλατίνων οἱ διαφορέντων. *Inter militantes aureos annulos ferunt tribuni,alij ferreos.*

Tribunorũ militũ onus. Tribuni militum cauſas definiebant, crimina caſtigabant, flagellis cædebant. Actor. c. 22. Liuius lib. 28. Tribunos & iura reddere in principiis finebant, & ſignum ab eis petebant. Iſidor.lib.9. Tribuni vocati quòd militibus ſiue plebibus iura tribuunt. Varro meliùs tribunis à tribubus nomen factum ait. Tribuni dicuntur vicarij, quia vices magiſtri militum gerebant l.in crimine C.de iuriſdict. omn. iud.l.1. C. de commeatu l.vlt.C.de erogat. E mil. annonæ. Polyb.lib.6. τὼ ἢ καθόλε δοκιμασίαν τ πλήθες δύο τ χιλιάρχων, ὁμοίως ἢ καὶ τὼ λοιπὼ καὶ τ στρατόπεδον ἐπιμέλεσθαι ἔτι ποιέντας: *vniuerſam lateris probationem duo tribuni faciunt. Similiter aliam etiam caſtrenſem curam hi ſunt qui gerant.* Nam in binos & binos ſe diuidentes ſemeſtris ſpatij duos menſes imperant, & quos ea ſors tangit, vniuerſæ adminiſtrationi caſtrenſi tunc præſunt. Idem imperitandi modus Præfectorum in ſocios. Equites verò & Centuriones cum prima luce veniunt ad tabernacula tribunorum, tribuni ad conſulis, atque ille quicquid agendum tribunis edicit, Tribuni equitibus centurionibusq;, iſti vulgo militum cum tempus cuique venit.

Vnde dicti Tribuni.

Præfecti limitis. Præfecti limitis, quia Comites primi ordinis ſunt, animaduertunt in milites. Dicuntur Comites rei militaris, Comites militum l. 1. C.de Comite rei mil.l.1.C.de offic.vicar. In ciuilibus cauſis vicarios Comitibus militum conuenit anteferri in militaribus negotiis Comites vicariis anteponi. Qui dicti principales milites vel principia.Caſſiodor. lib.6.c.3.

militari

A militari culmine conſpicui pridem conſularibus præferuntur. C. Theod. de conſ. Præf. l. 1. Vegetius lib. 1. cap. 9. Tribuni cohortium à ſcrinio epiſtolarum codicillos accipiunt. D ex quibus cauſis maior. Abeſſe Reip. cauſa intelligimus & Tribunos militum, & Præfectos, qui ad ærarium, aut in commentarium principis delati ſunt. Tribuni minores gradum ex labore acquirunt, vt Veget. lib. 2. cap. 21. cap. 12. Decem Tribuni minores fuerunt. Auxit numerum Tribunorum Conſtantinus, vt Zozimus libr. 4. Conſtantinus de thematibus ſcribit agmen militum diuidi in Præfecturas, quarum aliæ mille, aliæ quingentis capitibus conſtent. De ſalario Tribunorum legendus Vopiſcus in Probo. Martial. lib. 14.

Militiæ decus hoc, & grati nomen honoris,
Arma Tribunitium cingere digna latus.

B Feſtus, Primanus Tribunus, qui primæ legioni tributa ſcribit. Plinius lib. 33. cap. 3. Queſtus Brutus fibulas Tribunitias auro geri. Velleius Præfectos cohortium commemorat. lib. 2. cap. 7. Tribuni maiores ab Auguſto dicti ſunt Auguſtales & Flauiales, minores labore proueniunt. Qui nunc magiſtri militum dicuntur, olim legati Imperatoris dicti. *Primanus Tribunus.*

CAPVT V.

De Laborum Præpoſitis.



C LABARVM, ſeu Laborum maius erat vexillum, quod καμάτων λυτήριον, *Laborum ſolutio* dictum, vt Nazianzen. in primo Steliteut. Sozomenus lib. 1. c. 4. λάβωρον vocat. In actis Nicenæ ſynodi, Conſtantinus iuſſit viros peritos ex auro & lapidibus pretioſis in vexillum transformare quod Labarum vocatur. Tertullianus longè ante Conſtantini æuum Labarum inter vexilla poſuit in Apologet. Suppara illa vexillorum, & candyes Labarorum ſtolæ crucium ſunt. Prudentius *Laborum Præpoſiti.* *Labarum.*

CHRISTVS *purpureum gemmant textus in auro*
Signabat Labarum, ſummis crux addita criſtis.

Euſebius lib. 1. de vita Conſt. mero meridie. Conſtantino crucis effigiem ait in aëre vi-
D ſam, cui ſubſcriptio, τούτῳ νίκα. χρυσοῦ καὶ λίθων πολυτελῶν δημιουργοὺς συγκαλέσας μέσος αὐτὸς καθιζάνει καὶ τοῦ σημείου τὴν εἰκόνα φράζει, &c. ὑψηλὸν δορὺ χρυσῷ κατημφιεσμένον, κέρας εἶχεν ἐγκάρσιον σταυροῦ σχήματι πεποιημένον. ἄνω δὲ πρὸς ἄκρῳ τοῦ παντὸς στέφανος ἐκλίθων πολυτελῶν καὶ χρυσοῦ συμπεπλεγμένος κατεστήρικτο. *In hoc vince. Quare cum artifices auri, & lapillorum pretioſorum vocaſſet, in medio eorum ſedens viſum eis expoſuit, & vt effigiem auro & gemmis imitarentur iuſsit. Labarum autem eiuſmodi fuit. Alta haſta auro veſtita cornu habuit inflexum ſpecie crucis factum, in vertice corona fuit lapillis & auro intexta, vbi ſalutaris nominis Chriſti ſymbolum duæ literæ ſignificantes, primis typis ſignificabant cum litera ρ in medio decuſſata eſſet. Quam figuram Rex in Galea expreſſam poſtea in prælia ferebat; ex incuruo cornu quod in haſtam infixum erat velum pendebat, in quo crux Chriſti delineata, altera parte imago ipſius Conſtantini erat expreſſa fine pectoris.* τοῦ δὲ στρατοπέδων ἁπάντων ἡγεῖσθαι τούτου ὁμοιώματα προσέταττεν. *Omnibus exercitibus*
E *præire huius vexilli ſimulacra iuſsit.* Idem ſcribit Socrates lib. 2. c. 2. Arnobius nam & ſigna ipſa, & cantabra, & vexilla, quid aliud quàm inauratæ cruces ſunt, & ornatæ? Milites quinquaginta Labaro in prœliis ferendo ſtatuti erant ex protectoribus, & domeſticis qui dicti Laborum præpoſiti. Ii erant clariſſimi inter allectos l. 1. C. de præpoſitis Laborum. Ita vt ex conſularibus haberentur. lege Diaconum lib. 11. qui verba Euſebij exſcripſit ex lib. 2. de vita Conſtantini fol. 229. ἦσαν δὲ ἄνδρες τὸν ἀριθμὸν οὐχ ἥπους πεντήκοντα οἷς οὐδὲν ἕτερον ἦν μίνον ἢ κυκλοῦν καὶ περιέπειν δορυφορίᾳ τὸ σημεῖον ἀμοιβαίως ἑκάστου αὐτὸ ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντος, &c.

A

CAPVT VI.

De Præpositis.

Pluralitas Præpositorũ & Præpositurarum.

IN Imperio Romano varij Præpositi, variæ item præposituræ fuere. Lampridius, Præpositurarum locorum ciuilium dabat Alexander, non militum. Capitolin. in Heliogab. militares præposituræ. Militaribus præposituris, & tribunatibus, & legationibus, & ducatibus venditis. Theophylac. Simocata lib. 4. c. 15. Σύνδχον ἐς τὸν βασιλικὸν δορυφορείαν σωματοφυλάκων κορυφαιότατον (ὃν πραιπόσιτον εἴθισο ῥωμαίοις ὀνομαλεῖν) ἀνὰ τὴν μάρτύρων πόλιν ἐξέπεμψε. *Eunuchum ſtipatorum principis ſummum* B *præpoſitum in vrbem martyrum miſit.* Præpositus ille videtur fuisse comes excubitorum. Iosephus lib. 18. c. 17. Caius ἱππάρχῳ ὅπλ τ ἰουδαίας ἐκπέμπῃ μάρυλλον. ἱππάρχης videtur esse Præses, aut procurator potius ex equestri ordine. Aliquem enim in Iudæa equitatui Præpositum fuisse inauditum est. Apud Eusebium lib. 7. cap. 13. πρσταθόων τ μεγίστ πρσάγματ τ ἀπηρραφῆς τ ἐμῆς τῳ τύπῳ χρῆσθ δικάζ). *Præpositus maximo negotio, typo reſcripti mei vti poteſt.*

Qui dicantur Præpositi.

Præpositi dicuntur qui horreis, pagisve præfecti sunt l. 2. C. de suscept. & præpos. ibidem eorum munus dicitur Præpositura. Harmenopulus lib. 4. tit. περὶ ἀξιωμάτων. οἱ πραιπόσιτοι τὸν αὐτὸν ἔχουσιν ἐξουσίαν τοῖς λεγομένοις ἐπάρχοις πραιτωρίων, ἢ πόλεων στρατηλάται, ἢ ἐν τ πρσκυνήσει τ βασιλικῆς γινομένοις, ἢ ἐν τ ἰδιωτικῆς ἑορταῖς, ἢ ἐν πάσῃς τ ἄλλαις τάξεσιν, ἵνα κ τ αὐτὸν βαθμὸν ὃν ὁ χρόν ἐδωσε πρστιμῶσι. *Præpoſiti eandem habent poteſtatem* C *quam ij qui ſunt præfecti prætorio, aut vrbium duces, & in adorando principe, & in feſtiuitatibus populi, & in omnibus alijs ordinibus, vt pro gradu quem temporis ratio affert, anteponantur.*

Præpositi & Tribuni scholarum beneficia.

Præpositi, & Tribuni scholarum hæc habent beneficia, vt intersint Imperatoris epulis & vt adorent purpuram eius. Euseb. lib. 4. de vita Constant. οἱ ὃ γε δ παντὸς στρατὲ ἡγεμόνες, κόμητες τε, κ πᾶν τὸ τ ἀρχόντων τάγμα οἷς τ βασιλέα κ νόμ πρτερον ὧδ πρσκυνεῖν. l. 29. C. Theodos. de tribut.

Præpositi in Romano exercitu.

Præpositi in Romana militia dicti qui sub Tribunis certo militum numero præfecti erant. Suet. in Othone, Ausus est etiam in Illyrico milites quosdam, quòd motu Camilli ex pœnitentia Præpositos suos quasi defectionis aduersus Claudium auctores occiderant, capite punire. l. 3. D. de re milit. Si præsidis, vel cuiusvis Præpositi ab excubatione quis desistat, periculum desertionis subibit. §. vlt. qui Præpositum suum protegere noluerunt vel de- D seruerunt, occiso eo, capite puniuntur. πρσταθόων, πρσκαθήμνος. *Præpoſitus*, πρσεστὼς Græcis. Præpositus legioni quartæ Scythicæ fuit Seuerus cum iam legatus Africæ fuisset, teste Spartiano in Seuero. Præpositi quatuor Armeniæ Nouel. 30. Præpositus voluptatum, Firmicus lib. 3. Præpositus Chrysaphij, Euagrius lib. 1. Flauianus χρυσαφίου τ βασιλείων κρατῶν, *auri Regiæ Præpoſitus.* Præpositus τ πάγκ ἑκάστης πόλεως. Euseb. lib. 9. histor. Præpositus alimentis in Vet. Inscript. Præpositus monetæ sacri Palatij Ammianus, Præpositus Martensium militum effectus est immodico saltu. Zonaras tom. 3. p. 17. Σύνδχ τὸν τ πραιποσίτ διέπων ἀρχήν. pag. 34. Σύνδχον πραιπόσιτον, Antiochum ὃς πάντα ἐκύκα δυνασθόων. Cedrinus Præpositum & patricium τ βαΐλον ἀπέδ fecit Patriarcham. Idem in Leone, πατρίκιον τ ὅπλ τ τραπέζης. Præpositus armamenti Elpidius apud P. Diaconum lib. 17. Omnes qui Græcis dicuntur πρσκαθήμνοι, Latinis *Præpoſiti* dicti. Cantacuzenus lib. 1. c. 19. καλλικρηνίτην τ τ κοιτῶν πρσκαθήμνον. *Callicrenitem Præpoſitum cubiculi.* Codinus πρσκαθήμνοι πόλεων, *Præpoſiti vrbium.* πρσκαθήμν τ βεσιλείς, πρσκαθήμν μεγάλς παλατίς, πρσκαθήμν τ βλαχερνῶν. Apud Cassiodorum, Præpositi illustris dicetur magnificentia. *Præpoſitus eccleſiaſticus* Græcis dicitur οἰκονόμ Nouel. 67.

CAPVT VII.

De Prærogatiuario.

Prærogatiuarius quis appellabatur.

QVI iam cancellos egerat, fiebat Prærogatiuarius, quia Prærogatiuam conscientiæ meruerat vt Cassiodorus lib. 11. epist. 27. Dicitur ordo & honor.

CAPVT

A

CAPVT VIII.

De Principe Iuuentutis.

VT Principes Senatus dicti, qui primi in recitando Senatu recenſerentur; ita qui in equeſtri ordine recenſendo primi recitarentur, Principes Iuuentutis dicti. Tacitus lib. 1. Annalium Auguſtus nepotes ſuos Principes Iuuentutis fecit. Dio προκέιτας τὸ νεότητος, καὶ ἀλκῆς τὸ φύλης. Nero Princeps Iuuentutis à Claudio renuntiatus, apud Tacit. lib. 11. filius Macrini προκείτου τὸ νεότητος, καὶ δύπαρξιδης apud Xiphilin. Lampridius ait Commodum inter Troſſulos Principem iuuentutis fuiſſe. Erant Imperij candidati. *Principes Iuuentutis qui appellati.*

B

CAPVT IX.

Portus Centenarij.

CENTENARII centum præerant militibus vt Veget. lib. 2. c. 8. & Modeſtin. lib. de vocab. caſtrenſ. Centenarius Portus, Caſſiodoro lib. 7. eſt Vicarius Portus qui curat ne peregrini ad Portum cum ciuibus rixentur. l. penult. D. de ſeruis fugit. Limenarchæ vt cuſtodes agrorum & viarum ab Auguſto inſtituti qui proſpicerent ne cui iniuria fieret, diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus. Sueton. in Tiberio c. 36. Alij Portitores fuere, Portorij exactores. Portus vrbis æternæ, Portus Auguſti, Portus Auguſtus, Portus Oſtiæ. Itinerarium Prouinciarum, ab vrbe Roma vſque ad Portum Auguſti mille paſſus. Ammianus lib. 19. Intrare Portum Auguſtum. l. 1. de ſaccar. Portus Rom. Euſeb. in Chronico, Portum Oſtiæ Claudius exſtruxit, dextra læuáque duobus quaſi brachiis obiectis Sueton. in Claudio c. 20. & Dio. Iuuen. ſat. 12. *Centenarij qui dicti, & quid Portus Cẽtenarius.*

C

Ergo intrat poſitas incluſa per æquora moles.

D

CAPVT X.

De Pocillatore.

ACaliculis, Pincerna, Pocillator, magiſter Pincernarum, à poculis. V. Inſcrip. à potione. Nicetas lib. 6. πιγκέρνης ἀξίωμα ὧν. οἰνοχόων. Zozimus lib. 4. Theodoſius auxit numerum οἰνοχόων. Exæquatur Curopalatæ, & magno Primicerio apud Codinum. τὰ τῆ πιγκέρνη πάντα οἷα τῆ μεγάλης πριμμικηρίης αὐδὴ ἢ δικανίκια. καὶ τὰ τῆ κερπαλάτης ὅμοια τῆς πιγκέρνη, καὶ αὐδὴ δικανικίε, *ſine ſceptro iudiciali.* Imo Pincernam numerat ante Curopalatem pag. 13. Copias interdum ductabat. Cantacuzen. lib. 2. c. 29. Imperator Pincernâ Philanthropæno ad Mitylenen pedeſtri & equeſtri manu obſidendam relicto, & c. 34. *Pocillator.*

E

CAPVT XI.

De Præfecto vigilum.

PRÆFECTVS vigilum ab Auguſto inſtitutus eſt vt ſcribit Dio lib. 55. Nam cum ſeptem cohortes vigilum opportunis locis conſtituiſſet, vt binas regiones vrbis vna quæque cohors tueretur, præpoſuit eis Tribunos, & ſuper omnes ſpectabilem virum Præfectum vigilum. *Præfecti vigilum inſtitutor quis.*

Is

Notio eius. Is cognoscebat de incendiariis, effractoribus, furibus, receptatoribus, Sueton. lib. 2. A cap. 30. aduersus incendia, excubias nocturnas, vigilésque commentus est. Ante id tempus Ædiles incendia curarunt. Dio lib. 54. τῆς δ' ἀγορανόμοις τοῖς κεραλίοις τῶν τε τ' ἐμπιπρασμένων καθέσεσιν ἐνεχείρισεν ἑξακοσίους σφισὶ δούλους βοηθοὺς δούς. *Aedilibus curulibus exstinguenda incendia commisit, cum sexcentos eis seruos administros dedisset.* Idem lib. 55. ἐπειδὴ δ' ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ πολλὰ τ' πόλεως πυρὶ διεφθάρη οἰκίας τε ἐξελευθέρους ἐπαρχῆ πρὸς τὰς ὑπηρεσίας αὐτῆς κατελέξατο, καὶ ἄρχοντα ἱππέα αὐτοῖς προσέταξεν. *Quia autem id temporis multa aedificia vrbis igne corrupta sunt, viros libertinos in septem cohortes allegit, ad opem ferendam, & equitem ipsis præfecit.* καὶ εἰσὶ καὶ νῦν οἱ νυκτοφύλακες οὐκ ἐκ τ' ἀπελευθέρων ἐπὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τ' ἄλλων στρατευομένων, καὶ τείχη τε ἐν τῇ πόλει ἔχουσι, καὶ μισθὸν ἐκ τ' δημοσίου φέρουσι. *Et sunt hodiéque nocturni vigiles non è libertinis tantum, sed & ex alijs ascripti, & castra, muróque in vrbe habent, & stipendium è publico accipiunt.* B

Præfecti vigilum quare Sporteoli dicti. Igitur cohortes Præfecti vigilum erant è libertinis conscriptæ ideo per contemptum Sparteoli dicti, Iuuenal. scholiast. ad hæc verba

Dispositis prædiues hamis.

Per translationem disciplinæ militaris Sparteolorum Romæ, quorum cohortes in tutelam vrbis cum hamis & cum aqua vigilias curare consueuerunt vicinis. Tertullian. in Apologet. Ad famam cænæ serapicæ Sparteoli excitabuntur. vide l. 1. D. de officio Præfect. vigilum, & Nouell. Iustiniani 13. οἱ τ' ἀγρυπνούντων καὶ ὕδὲν ἀνεύρυντον καθαλιμπανόντων ἀνθρώπων δρχὴν διέποντες. *Qui Præfecti sunt vigilibus, & hominibus curiosis quorum inuestigationem nihil fugit.* εἰ δέ ποτε συμβαίη γενέσθαι τινα καὶ τὴν πόλιν ἐμπρησμὸν, δεῖ καὶ αὐτὸς παρεῖναι, καὶ ἐπεργεῖν, &c. *Si incendium in vrbe fuerit, oportet ipsos adesse, & operam ponere, & prohibere ne fures bona miserorum rapiant.* Sparteolos monui eos vocatos, non quòd Sparteis vestibus C vterentur quæ incendiis aptæ non sunt, sed quòd per omnes vrbis regiones sparsi essent, à voce Græca σπείρω *semino*, quasi σπαρτοὶ *disseminati.* Ita Iulianus desertor σπαρτὸς vocat Thebanos qui è sparsis ac seminatis dentibus serpentis nati sunt. νυκτέπαρχοι *qui præsunt vigilibus nocturnis*, νυκτοφύλαξι. νυκτέπαρχον sustulit Constantinopoli Iustinianus Nouell. 13. & prætorem plæbis instituit, Cassiod. lib. 7. for. 7. de Præfecto Romæ. Mediocrem dignitatem regis, & in summa opinione versaris. Custos Romanæ ciuitatis diceris, quando eam ab intestino hoste defendis. Quapropter circa fures sollicitus esto. form. 8. de Præfecto vigilum Rauennæ. Tibi commissa est fortunarum securitas, ciuitatis ornatus, & c. Præfectus vigilum Constantinopoli præerat 563. Collegiatis dictis, l penult. C. de commerc. & mercat. In vrbe 14. regiones fuere Romæ, quibus 7. vigilum Cohortes tuendis attributæ. Collegiati Constantinopoli diligebantur ex 35. corporibus artificum l. vlt. C. Theodos. D de calcis coctor. l. 1. C. de excusationibus artificum. Romæ Præfectus vigilum Imperabat vicomagistris, consule Strabonem lib. 5. Tacitus lib. 13. è libertis cohortes in vrbe conscripserat. Appianus lib. 5. ciuil. Præfectum vigilum institutum esse ait Pompeio in Sicilia victo 30. annis ante id tempus quod à Dione ponitur, qui anno 759. institutos vigiles scribit. Sabinus enim Præfectus est à Cæsare ad turbas & latrocinia in vrbe atque in Italia comprimenda, καὶ ἐξ ἐκείνου φασὶ πεφυλάχθαι τὸ τ' στρατείας τ' νυκτοφυλάκων ἔθος τε, καὶ οὐδός. Olim Triumuiri præerant extinguendis incendiis, item Ædiles, & Tribuni plebis D. de offic. Præfect. vigil. Erant in vrbe 14. vigilum excubitoria. Singulæ cohortes duabus vrbis regionibus excubabant l. 1. C. eodem à Paulo Præfectus vigilum dicitur spectabilis.

E

CAPVT XII.

De Præfecto Castrorum.

Castrorum Præfectus. PRÆFECTVS Castrorum ante Cæsares non memoratur, meminit eius Tacit. lib. 1. Annal. singulis legionibus suus Castrorum Præfectus attributus fuit, apud Tacit. lib. 14. Præfect. secundæ legionis. Velleius lib. 2. At è Præfectis Castrorum duobus. Tacit. eos supra Tribunos militum collocat lib. 1. Annal. & lib. 2. histor. Ante Aquilam Tribuni Castrorum, Præfectique. Veget. lib. 2. cap. 10. Erat etiam Castrorum Præfectus, licet inferior dignitate, tamen occupatus non

medio

A mediocribus cauſis, ad quem caſtrorum poſitio, valli & foſſæ deſtinatio pertinebat, tabernacula, vel caſæ militum cum impedimentis omnibus nutu ipſius curabantur, præterea ægri contubernales, &c.

CAPVT XIII.

De Præfecto frumenti diuidendi.

PRÆFECTVS frumenti populo diuidendi Romæ fuit vt Dio lib. 54. & Sueton. lib. 2. cap. 52. diuidebatur per teſſeras frumentarias, de quibus alio loco egi. *Præfectus frumenti diuidendi.*

B

CAPVT XIV.

De Præfectis.

C VIDAS, Præfecti δώδεκα ἄρχοντες προεβεβλημένοι ὑπὸ τ ὑπάτων, οἱ τοῖς ὑπάτοις τὲς ἐπιτηδειοτάτες πρὸς τὴν ἀληθινὴν χρείαν ἐκ τ συμμάχων ἱππεῖς τε καὶ πεζὲς ἐξέλεγον τὲς ἐπικαλεμένες ἐξτραορδιναρίες ὃ μεθερμηνεύομεν ἐπιλέκτες. *Præfecti 12. duces à conſulibus inſtituti, qui conſulibus eligebant ad belli vſum maximè idoneos, ex auxiliaribus præſentibus, equites & pedites extraordinarios, qui dicuntur electi.* In V. Inſcript. πραίφεκτ@ ἀπείρας. Δ γάλλων, πραίφεκτ@ ἀπείρας δαρδάνων ἐξπλορατόρων γερμανικ. Erant & Præfecti Capuam miſſi iuris reddendi cauſa. Liuius libr. 26. Capuam iuris reddendi cauſa ab Roma quotannis miſſuros Præfectos, corpus nullum ciuitatis, nec ſenatus nec plebis conſilium eſſe placuit. Tacitus Præfectos Prouinciarum vocat, Tiberius Præfecturam Prouinciæ alij detulit nomine tenus, alij eam regendam credidit. Hadrianus Turbonem Daciæ Præfectum fecit, alium Præfecturæ titulo ornauit.

CAPVT XV.

D

De Præfecto Latinarum.

LATINARVM feriarum diebus adoleſcens aliquis ex primaria nobilitate vrbi Præfectus eſt, ea ætate quæ non ſit ſenatoria. Gellius lib. 14. cap. vlt. Dio lib. 49. ἐν ᾗ τ αἰωχαῖς αἱρετὸ ὑπὸ τ καίσαρ@ πολίαρχοι παῖδες ἀνῆβοι ἐξ ἱππέων, ἀλλ' οὐκ βελευτῶν γεγονότες ἦρξαν. *In ferijs electi à Cæſare Præfecti vrbis pueri impuberes, ex equitibus non ex ſenatoribus.* Cap. in M. Antonium, virilem togam ſumpſit 15. ætatis anno, nec multò pòſt Præfectus feriarum Latinarum fuit: feriis Latinis certamen quadrigarum in Capitolio factum, vt Plin. l. 27. cap. 7. Tacit. Præfectum vrbis Druſum lib. 1. Annal. E ita & Nero Præfectus vrbi à Claudio vt Suet. cap. 7. Pompon. lib. 2. D. de orig. iur. Sueton. in Claudio c. 4. *Latinarum Præfectus.*

CAPVT XVI.

De alijs Præfectis.

ASSIOD. commemorat Præfectum figulinis, Strabo lib. 4. Præfectum Ligurum. ἐπὶ τὲς ὀρεινὲς λιγύας πέμπεταί τις ὕπαρχ@ τ ἱππικῶν ἀνδρῶν καθάπερ ἡ ἐπ' ἄλλες τ πελέως βαρβάρες. *In Ligures montanos mittitur Præfectus aliquis ex equeſtri ordine vt & ad alios penitus barbaros.* In Præfecturas quotanni Romæ mittebantur Præfecti, qui ius dicerent, ait Feſtus, quem conſule. *Varietas Præfectorũ.*

CAPVT

A

CAPVT XVII.

De Curatoribus viarum, & vicorum.

Quid significet viarum Curator.



VRATOR ἐν πλάτει dicitur, qui rei gerendæ præficitur, maximè qui rebus alienis curat, vt loquitur Apuleius. Hinc Suetonio in Caligula Curator numerum, ac venationum. Gellio Catulus Curator Capitolij restituendij. Capitolinus de Marco Philosopho, Curatores multis ciuitatibus è Senatu dedit. In Pescennino Nigro Aquini Curator. Romæ Curatores vicorum. Vicomagister γενοπάρχης Dioni. ϖεϱσάτης ὁδῶν, *Curator viarum.* Dio lib. 54. de Augusto. ὅ τε ἢ αὐτὸς ϖεϱσάτης τῶ B ϖεϱὶ τὴν ῥώμην ὁδῶν αἱϱεθεὶς, ὁ δοποιὲς αὐταῖς ἐπὶ τῶ ἐϛϱατηγηκότων ῥαβδόχοις δύο ϱ̓ωμαίους ϖεϱοέταξε. Marcus Philosophus Curatoribus vicorum, ac regionum potestatem dedit vt punirent eos qui vltra vectigalia quicquam ab aliquo exegissent, narrante Capitol. Curatores viarum quos mancipes vocat Tacit. lib. 3. Idem, inquit, Corbulo plurima per Italiam itinera fraude mancipum, & incuria magistratuum interrupta, & imperuia clamitando, exsecutionem eius negotij suscepit. Higynus, viæ publicæ Curatores accipiunt, & per redemptores muniuntur. V. lapis Cn. Cornelio Cn. fil. Sab. Mancipi viæ Appiæ. Curatores viarum minores magistratus ab Augusto instituti, cum olim ea cura censorum esset. Cic. de legib. Censores vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigal tuentor. Deinde quatuorviri instituti. Pomponius de orig. iuris, Eodem tempore & quatuorviri qui curam viarum gererent constituti, anno ab v. can. DX. Varro viocuros vocat. Quatuorviris additi duo, C vt seuiri essent. Curatores item extra ordinem reperti qui singulas vias curarent. Plutarchus Cæsarem Curatorem viæ Appiæ, Cicero Thermum viæ Flaminiæ fuisse ait. Augustus deinde quo plures partem administrandæ Reip. caperent, noua officia ex cogitauit, curam operum publicorum, viarum, aquarum. Ante Augustum Curatores perpetui non fuere, nec id certum erat munus. Quatuor viri vias vrbis curabant, Curatores eas quæ extra vrbem. Dio lib. 54. Scribit è seuiris viarum amotos ab Augusto duo, τὰς ἔξω τείχους ὁδὰς ἐγχειϱιζομένους, *qui vias curabant, extra muros,* retentos quatuor qui in vrbe. Ergo sub Augusto & quatuorviri, & Curatores, quatuorviris digniores, quia in vias illas grandes extra vrbem sumptus amplior. Plinius l. 5. epist. Mihi renuntiatum est Cornutum Tertullum accepisse Æmiliæ viæ curaui. Statius lib. 4. Syluar. ad Plotium,

D

Te Germanicus arbitrum sequenti
Annonæ dedit, omniúmque latè
Præfecit regionibus viarum.

V. Lapis, Curatori viæ Appiæ. Curatori viæ salariæ. Statius lib. 4. Syl.

Et spatia obliquæ mandat renouare Latinæ.

Sternebantur autem glarea extra vrbem. Liuius lib. 41. Censores vias sternendas silice in vrbe, glarea extra vrbem substernendas, marginandásque primi omnium locauerunt, de Appia via Procopius lib. 1. Gotth. pag. 188. versu 16. ἔστι ϑὴ ἡ ἀππία ὁδὸς ἡμεϱῶν ϖέντε ἀνδϱὶ ὁδίζοντι. ἐπὶ ῥώμης γὰϱ αὐτὴ ἐς καπύην διήκει· ὁδὸν δὲ ὅϱον τὸ ὁδῷ ταύτης ὅσον ἁμάξας δύο ἀλλήλαις ἐναντίας ἰέναι. καὶ ὅϱον ἀξιοθέατον ϖάντων μάλιϛα· τὸ γὰϱ λίθον ἅπαντα μυλίτου τε ὄντα, καὶ φύσει σκληϱὸν ἐπὶ χώϱας ἄλλης μακϱὸν ὅσης τειμῶν ἄπωϑεν, ἐνταῦθα ἐκόμισε· ταύτης γὰϱ δὴ τὸ E γῆς ὑ δαμῆ ϖέφυκε· λείους ϑὴ τοὺς λίθους, καὶ ὁμαλοὺς ἐϱγασάμενον, ἐγγωνίους ϑὴ τῇ ἐντομῇ ϖεποιημένον ἐς ἀλλήλους συνέδησε δεσμὸν ἐνδὸς χαλκοῦ ἐντὸς, ὅτέ τι ἄλλο ἐμβεβλημένον. οἱ ϑὲ ἀλλήλοις ὅϖωϛε ἀσφαλῶς ξυνδέδενϑ, καὶ μεμύκασιν ὥστε ὅτι δὴ σὺκ εἰσὶν ἡϱμοσμένοι, ἀλλ' ἐμϖεφύκασιν ἀλλήλοις, δύξαν τοῖς ὁϱῶσι ϖαϱέχοντες, καὶ χϱόνε τειϱέντα συχνὰ δὴ ἔτεσι ἁμάξαις τε ϖολλαῖς, καὶ ζώοις ἅπασι ϖάϑεσϑαι ῥυόμενοι, ἐς ἡμέϱην ἐκάστην, ὅτε τὸ ἁϱμονίας ϖαντάπασι διακένειν, ὁδὸν τινὶ αὐτῶν διαφθαϱῆναι ἢ μείον. ῥᾳδίως σωέπεσεν, ὁ μὲν ὁδὸς τὸ ἀμαϱυγῆς τι ὑποβαλέσθαι. *Via Appia quinque dierum est homini expedito, vt altius cincto. Roma enim Capuam vsque pertinet. Lata est vt duo plaustra obuia transitum habeant. Digna visu maximè est. Appius lapidem omnem molarem, & durum ex longinqua terra excisum eo intulit. Ibi enim non nascitur. Læues autem & æquabiles lapides cum incisu angulares fecisset, inter se vinxit sine ferro, ære, aut alio vinculo. Illi autem inter se ita hærent, & apti sunt, vt sibi natura insiti esse videantur. Cum autem tanto tempore plaustris, & animalibus triti sint, neque dissoluuntur vsquam, neque labefactantur, aut imminuuntur, neque de splendore*

aliquid

A *aliquid deperdunt.* Strabo lib. 5. via Appia ab Appio ſilicibus ita ſine ferro coniunctis ſtrata eſt, vt nunquam diſſocientur, & perpetuo niteant. ἔστρωται δὲ διὰ σαβίνων ἡ σαλαρία ὁδὸς ἡ μιονική. *Salaria per Sabinos ſtrata eſt,* via mulis & plauſtris ferendis idonea. lib. 6. vocat ἁμαξήλατον. lib. 5. γνωριμωτάται δὲ τῶν ὁδῶν ἥτε ἀππία καὶ ἡ λατίνη, καὶ ἡ οὐαλερία, ἡ μὲν τὰ πρὸς θάλασσαν ἀφορίζουσα μέρη τῆς λατίνης μέχρι σινοέσσης, ἡ δὲ τὰ πρὸς τῇ σαβίνῃ μέχρι μαρσῶν. μέση δὲ αὐτῶν ἡ λατίνη ἡ συμπίπτουσα τῇ ἀππίᾳ κατὰ κάσινον πόλιν διέχουσα καπύης ἐννέα καὶ δέκα σταδίους. vide Strabonem. *Nobiliſſimæ viæ ſunt Appia, Latina, Valeria, hæc quidem ad mare diuidens partes Latinæ ad Sinæſſam, illa partes ad Sabinam viam vſque ad Marſos. Media earum Latina quæ incidit in Appiam ad Caſinum vrbem diſtans Capua 9. milliaribus.* Tibul. lib. 1. ep. 8.

Namque opibus congeſta tuis hic glarea dura
Sternitur, hic apta iungitur arte ſilex.

B Inde ſtrata viarum, & Aggeres, quod in medio exaggerarentur, vt aquæ defluerent. Lucret. lib. 1.

Stratáque iam vulgi pedibus detrita viarum.

Plutarchus Cæſarem ἐπιμελητὴν, *Curatorem* viæ Appiæ fuiſſe ſcribit. Viam Flaminiam reſtaurauit Auguſtus, qua in bellum erat exiturus, vt Dio, & Plutarch. Statius libr. 4. Syluar. 3.

Quis duri Silicis, grauisque ferri
Immanis ſonus æquori propinquum
Saxoſæ latus Appiæ repleuit.
C *——nouóque*
Iniectu ſolidat graues arenas.
Hic primus labor inchoare ſulcos,
Et reſcindere limites, & alto
Egeſtu penitus cauare terras,
Mox hauſtas aliter replere foſſas,
Et ſummo gremium parare dorſo,
Ne nutent ſola, ne maligna ſedes
Et preſſis dubium cubile ſaxis.
D *Tunc vmbonibus hinc & hinc coactis,*
Et crebris iter alligare gomphis,
Hi ferro ſcopulos, trabésque cædunt,
Illi ſaxa ligant, opúsque texunt
Cocto puluere, ſordidóque topho.

Idem libr. 3.

——Quâ nobilis Appia creſcit
In latus, & molles ſolidus premit agger arenas.

Strabo lib. 5. ἐνταῦθα δὲ συνάπτει τῇ θαλάττῃ πρῶτον ἡ ἀππηία ὁδὸς ἐστρωμένη ἀπὸ τῆς ῥώμης μέχρι βρεντησίου, πλεῖστον δ' ὁδευομένη. Romani προυνόησαν μάλιστα ὧν ὠλιγόρησαν οἱ ἕλληνες,
E στρώσεως ὁδῶν, καὶ ὑδάτων εἰσαγωγῆς, καὶ ὑπονόμων τῶν δυναμένων ἐκλύζειν τὰ λύμματα τῆς πόλεως εἰς τὸν τίβεριν ἔστρωσαν δὲ καὶ τὰς κατὰ τὴν χώραν ὁδοὺς προσθέντες ἐκκοπάστε λόφων, καὶ ἐγχώσεις κοιλάδων, ὥστε τὰς ἁρμαμάξας δέχεσθαι πορθμείων φορτία. Idem lib. 4. Agrippa ὁδοὺς ἔτεμε, *vias ſecuit* à Lugduno in vniuerſam Galliam. Dio de Auguſto, προστάτης τῶν περὶ τὴν ῥώμην ὁδῶν αἱρεθεὶς ὁδοποιοὺς αὐταῖς ἐκ τῶν ἐστρατηγικότων ῥαβδούχοις δύο χρωμένους ἔταξε. *Electus curator viarum circa Romam, viocuros duos ex viris prætorijs inſtituit, qui duobus lictoribus vterentur.* vet. gloſſ. viaculus ὁδῶν ἐπιμελητής. Viam exigere dicuntur Magiſtratus cum viciniam cogunt munire quàm diligentiſſimè ſumptu facto, vt Aſcon. 3. in Verrem ὁδούρης ὁ τῆς ὁδοῦ ἄρχων. ὅδιος ἑρμῆς, *vialis Mercurius* in vet. inſcrip. Dij vij. Virgilius Semitales Deos, Mercurium, & Heeaten, vt Iulianus A. in epiſt. Crepidinem ſemitæ dixit Petronius. Vidi Gitona in crepidine ſemitæ ſtantem. Seruius, crepidines viarum ipſæ eminentiæ dextra, ſiniſtraq́; Quintilian. l. 2. cap. 13. ſtratum militari labore iter. Virgil.

——Viæ deprenſus in aggere ſerpens.

Paulin.lib.4.de vita S.Martini, A

Carpebat prægressus iter, quâ publicus agger
Porrigit erectam per plana iacentia molem,
Vt via constratis solidata, atque edita saxis
Vergeret effusos in concaua subdita nimbos,
Et grauis in duro non sideret orbita colle,
Mersáque ne luteum sorberent plaustra profundum,
Sed summæ vix dorsa viæ vertigo rotarum
Raderet, haud vllo signans vestigia sulco.

Sidonius lib.1.ep.5. Agger calcabili silice constratus, strata dilapidata Festo & Isidoro. Columella lib.1.cap.6. Pauitum solum. Capitolin.in Gordian. Lithostrotum. Veteres putarunt Deos viis & itineribus præesse. Plautus in Mercat.lares viales. De Mercurio viali lib. 5. Æthiop.Histor. Heliodorus. Hesychius κελευθείας τὰς ἐνοδίους δαίμονας. Arnobio Binia Dea. Theocritus in Angea, ἑρμείας εὐνόδιος. Orpheus in Argonaut. ἑκάτη ἡγεμόνεια. vet. lap. Arcanumq; vij. Xenophon θύων ἡγήμονι ἡρακλεῖ. Plutarch.in Gracchis de Caio. ἐσπούδασε δὲ μάλιστα περὶ τὴν ὁδοποῖαν, τί τε χρείας ἅμα, καὶ τοῦ πρὸς χάριν καὶ κάλλος ἐπιμεληθεὶς, εὐθεῖαι γὰρ ἤγοντο διὰ τῶν χωρίων ἀτρεμεῖς, καὶ τὸ μὲν ἔστρωτο πέτρα ξεστῇ, τὸ δὲ ἄμμου χώμασιν ἀκτοῖς ἐπυκνοῦτο. πιμπλαμένων δὲ τῶν κοιλῶν καὶ ζευγνυμένων γεφύραις ὅσα χείμαῤῥοι διέκυπτον, ἢ φάραγγες. ὕψος δὲ τῶν ἠκατέρωθεν ἴσον καὶ παράλληλον λαμβανόντων, ὁμαλὴν καὶ καλὴν ὄψιν εἶχε διόλου τὸ ἔργον. πρὸς δὲ τούτοις διαμετρήσας κατὰ μίλιον ὁδὸν πᾶσαν. τὸ δὲ μίλιον ὀκτὼ σταδίων ὀλίγον ἀποδεῖ κίονας λιθίνους σημεῖα τοῦ μέτρου κατέστησεν. ἄλλους δὲ λίθους ἤλαττον ἀπέχοντας ἀλλήλων ἑκαστέρωθεν τῆς ὁδοῦ διέθηκε, ὡς εἴη ῥαδίως τοῖς ἵππους ἔχουσιν ἐπιβαίνειν ἐπ' αὐτῶν ἀναβολέως μὴ δεομένοις. *Studuit autem maximè vijs reficiendis, cum necessitatis, tum decoris rationem habens. Ducebantur enim viæ rectæ per agros inoffensæ, & pars quidem sternebatur lapide raso, pars aggeribus arenæ densabatur. Cum autem fossæ repletæ essent, & pontibus iunctæ, quæ torrentes disruperant, & hiatus. Altitudo vtrinque æqualis faciem amœnam & lætam operis exhibebat. Insuper mensus viam omnem per milliaria quæ singula stadia octo præter propter continent, Columnulas lapideas quibus spatia signarentur constituit. Alios autem lapides vtrinque minimum à via distantes posuit, vt facilè possent ex ijs equites sine statore in equum insilire.* Sidonius in carminib.sub finem. B C

Antiquus tibi nec teratur agger,
Cuius per spatium satis vetustis
Nomen Cæsareum viret columnis. D

Pollux libr. 1. *vias militares, regias,* vocat ἱπποδρόμους ἁμαξηφόρους, λεωφόρους, εὐρυχώρους, πλατείας. Liuius lib.36. Hæc vna militaris via qua exercitus traduci possit. Hesychius θαμύραι, ὁδοὶ, θάμυρις γάρ ἐστι πανήγυρις. Pœni primi lapidibus vias strauerunt vt Isidorus lib.15. originum. Procopius 2. Pers. stratam regionem Palmyrenorum à Romanis appellatam, quibus strata, iter significet. Salomon primus omnium vias publicas, & militares videtur strauisse. Iosephus lib. 8. origin. Salomon ὁδοὺς τὰς ἀγούσας εἰς ἱεροσόλυμα λίθῳ κατέστρωσε μέλανι πρὸς τὸ διλοῦν τὸ ἀξίωμα τοῦ πλούτου, *vias quæ ducebant Hierusalem, lapide strauit nigro, vt maiestatem opum ostentaret.*

Glarea quid. Glarea pro aggere publico accipitur, cum via desabulata, & glarea mobili stabilis facta esset. Siculus Flaccus de conditionib. Agrorum viæ publicæ regales, quæ publicè muniuntur, & auctorum nomina obtinent, &c. De Curatorib.vicorum Sueton. l. 2. cap. 30. Spatium vrbis in regiones, vicosq; diuisit, instituitq; vt illas animi magistratus tuerentur, hos magistri ex plebe cuiusque viciniæ lecti. Alexander Seuerus fecit Romæ curatores vrbis 14. Sed ex consularibus viris quos audire negotia Romana cum præfecto vrbis iussit, ita vt omnes, aut magna pars adessent cum acta fierent, vt Lamprid. Idem in Heliogab.voluit & per singulas vrbis regiones lenones vrbi præfectos facere, vt essent 14. Vetus lapis, Præfectos vrbis regionum 14. Item Magister regionis 13. Mag.reg. 14. Magistri vicorum. Victruuius, Romam Nero cum deflagrasset, excitauit dimensis vicorum ordinibus, & latis viarum spatiis cohibita ædificiorum altitudine. Fuit & Curator Minutiæ, Curator frumenti populo admetiendi. Sueton.lib.2.cap.37.vet.inscrip. Curator aquarum, & Minutiæ, Curator aluei Tiberis, & cloacarum vrbis. E

CAPVT

A

CAPVT XVIII.

De Curatore Tiberis, & Cloacar.

Curatores Tiberis & aliarum rerum.

DIo lib. 57. in actis anni 788. ſcribit Quinqueviros à Tiberio conſtitutos, qui Tiberis inundationes coercerent, verterentq;. Tacit. lib. 1. Annal. Duumviros cuſtodes Tiberis. Actum in Senatu ab Aruntio, & Ateio, an ob moderandas Tiberis exundationes verterentur flumina, & lacus per quos augeſcit. item, Remedium coercendi fluminis Ateio Capitoni & L. Aruntio mandatum. Sed & fluminum, aluei egeſtis ru-
B deribus quæ vada facerent, purgabantur. Vet. lapis Romæ. Iulius Ferox Curator aluei & riparum Tiberis & cloacarum vrbis terminauit ripam R. R. proximo cippo pedes 181. S. Sueton. in Tiberio cap. 37. Curatores aluei Tiberis. Vet. lapis, Curator riparum & aluei Tiberis. Curatores viarum, aquarum aluei Tiberis. Alius, ex auctoritate Imper. Cæſaris D. Traiani Parthici, Neruæ, Nepotis, Traiani, Hadriani, Auguſti, Pontif. Maxim. Tribun. Poteſt. V. Cos. L. Meſſius Ruſticus Curator aluei, & riparum Tiberis, & cloacarum vrbis R. R. reſtituit ſecundum præcedentem terminationem proximè cipp. pedes 115. S. Frontinus de Aquæductibus. vet. lapis. Curator aquarum, & Minutiæ, Curator Albei Tiberis, & cloacarum vrbis. Curatores aquarum Martiæ, & Virginis. Curator aquæ deducendæ, Curator frumenti, Curator tabularum publicarum. Comes Riparum & aluei Tiberis, & cloacarum. l. 1. §. 1. D. de ripa munienda. Vet. lapis, Titul. Iul.
C ferox Curator aluei, & riparum Tiberis, & cloacarum vrbis terminauit ripam pop. Rom. proximo cippo de cloacis, vide Liuium lib. 1. Plinium lib. 36. cap. 15. Agrippa cloacas purgauit, & per ipſas in Tiberim nauigauit. l. 1. §. cloca D. de cloacis. Dicta cloaca, vt vult Feſtus, à cloacare, id eſt, inquinare, ſiue etiam à colluendo, quaſi colluacæ. Victorinus lib. de ortograph. non cloaca, ſed cluaca, quaſi conluaca. Caſſiodorus lib. 3. variar. ad Argolic. ep. 30. Proinde illuſtris ſublimitas tua ſpectabilem virum Ioannem nos direxiſſe cognoſcat propter ſplendidas Romæ ciuitatis cloacas. Quæ tantum viſentibus conferunt ſtuporem, vt aliarum ciuitatum poſſint miracula ſuperare. Videas illic fluuios quaſi montibus concauis clauſos per ingentia ſtagna decurrere. Videas ſtructis nauibus per aquas rabidas non minima ſollicitudine nauigari, ne præcipitato torrenti marina poſſint naufragia ſuſtinere. Dionyſ. Halicarn. libr. 5. cloacæ purgandæ locatæ à cenſoribus mille talentis.
D Hanc curam procurationem vrbicam Vlpianus vocat l. verum §. ex facto D. de munerib. Prætor curat vt cloacæ purgentur, & reficiantur cum vtrumque & ad ſalubritatem ciuitatum & ad tutelam pertineat. lib. 43. pandectar. tit. 23. Dio ſub finem lib. 49. ὅτε ἀγρίππας τὸ ὕδωρ τὸ μάρκιον ὠνομασμένον ἐκληπὸν φθορᾷ τῶν ὀχετῶν καὶ ἀνεκτήσατο δαπάνῃ οἰκείᾳ, καὶ ἐπὶ πολλὰ τῆς πόλεως ἐπωχέτευσεν. Item de Agrippa, καὶ πάντα μὲν τὰ οἰκοδομήματα τὰ κοινὰ, πάσας δὲ τὰς ὁδοὺς μηδὲν ἐκ τοῦ δημοσίου λαβὼν ἐπεσκεύασε, τούς τε ὑπονόμους ἐξεκάθηρε, καὶ ἐς τὴν τίβεριν δι' αὐτῶν ὑπέπλευσε. *Agrippa Marciam aquam quæ vitio tuborum defecerat, reſtituit propria pecunia, & per multas vrbis partes duxit. Idem omnia ædificia publica, omnes vias priuata pecunia inſtaurauit, canales purgauit ac cloacas, per quas in Tiberim ſubnauigauit.* Curator autem aquarum poſtea Conſularis dictus. P. Victor in deſcriptione vrbis 24. aquas Romam inductas ſcribit, Deſcriptio vrbis ante Notitiam Imper. Rom. 19. tantum aquas. Procopius 1. Got-
E thico 14. aquæductus. Frontinus aquarum Curator fuit, Conſularibus ornamentis vſus, ideo Conſularis l. 1. C. Theod. de diuerſ. offic. l. 1. C. de Aquæductib. Frontinus Senatuſconſultum recitat quo Præfecto aquarum lictores bini, ſerui publici terni, Architecti ſinguli ſunt, ſcribæ, librarij, accenſi, & præcones totidem, quot hi per quos frumentum plebi datur. l. 1. C. de Aquæductib. Duæ familiæ præſto illi aderant, publica in qua 260. homines, Cæſaris in qua 460. vt Frontinus, quem adito. Quia arborum radicibus formarum concamerationes corrumpebantur l. 1. C. de aquæductu. Formas tamen Comes formarum tuebatur. Conſularis curabat vt aqua debito modo in priuatas ædes deriuaretur, & publico, ac thermis ſeruiret l. 1. D. de aqua quotid. & æſt. Plinius lib. 36. cap. 15. ſub finem lib. 31. cap. 3.

A

CAPVT XIX.

De Curatoribus alijs.

Curatorum multitudo.

EVIT & Curator oræ maritimæ Bello piratico Marc. Antonius non ille triumuir, cum infinito imperio. Curator item ludorum. Tacit. l. 13. Cura ludorum Arruntio stellæ. Curator ludi. Tacit. lib. 11. Sulpicius Rufus ludi procurator. Curator munerum ac venationum. Sueton. in Calig. cap. 27. Vet. lapis. Curator muneris publici gladiatorij. Fuere & Curatores operum. Plin. lib. 10. epist. ad Traian. videntur non mediocres pecuniæ posse reuocari à Curatoribus operum si mensuræ fideliter agantur. l. 7. D. de offic. proconsul. Curator corporum l. penult. D. de colleg. Curator municipum l. 5. D. quod vi aut clam. Curator Reip. magistratus municipalis ex decurionibus creatus l. vlt. D. de administrat. Reip. qui pecuniæ publicæ administrandæ, vectigalibus locādis, operibus, locisq; publicis curādis præerat l. 3. l. vlt. D. de administrat. rer. Curator Reipublicæ dicitur & Curator ciuitatis, λογιστής. l. 3. C. de mod. mul. Curabant vndique in vsum ciuitatis deferendam annonam, si quas viderent ædes in ciuitatibus ruinosas, adibant præsidem, & postulabant vt Domino ædium refectio iniungeretur l. 46. D. de damno infect. l. 3. §. 3. D. quod vi aut clam. Curatores item frumenti, & olei emendi, quos σιτῶνας & ἐλαιῶνας, l. fin. ff. de muner. & honor. l. 30. D. de negot. gest. Curator Kalendarij l. vlt. D. de administr. rer. Curator Diuinæ domus, Dominicæ domus l. fin. C. de quadrienn. præscrip. Tacit. lib. 11. Sulpicius Rufus ludi procurator. Ludum intelligo vespertinum, aut matutinum, ludum scilicet gladiatorium. Curator pagi, vel magister ἀμφοδάρχης.

B

C

CAPVT XX.

De Comite formarum.

Quid hîc per formas intelligendum.

FORMÆ dicuntur aquæductus, seu conceptacula quælibet, quibus distinguntur aquæductus, Græci δοχεῖα vocant, l. 27. D. de vsufruct. si quid cloacarij. Aquæ forma dicitur Frontino lib. de aquæductib. Antoninus in Itinerario, Nunc, inquit, nomina aquarum quæ vsibus æternæ vrbis formarum constructionibus aduectæ sunt, indicemus. Vlpianus § si quid cloacarij, l. 27. D. de vsufruct. tam sulcum aquarum publicarum per agros meantium maceriis quibusdam incluſum, quam ipsam fabricam aquæductus formam veteres appellabant. Aquæductus autem, vt Victruuius lib. 8. ait, fiunt tribus generibus, per canales structiles, aut fistulis plumbeis, aut tubulis fictilibus. Qui structiles fiunt riuorum canales formæ propriè nuncupantur, quia subditis formis instruuntur. Sic formacei Afrorum ex terra parietes dicti, quoniam in forma circumdatis duabus tabulis infarciuntur. Plinius lib. 35. cap. 14. Symmachus ep. 12. Auctuarij formas Caietanas commemorat. Forma aquæductus ab Anastasio Bibliothecario lib. de Pontificib. cap. 34. Formæ Traiani cap. 38. Guilielmus lib. de Pontificib. in Hadriano Papa, forma Iouia, forma Claudia, forma Sabbatina. Symmachus lib. 10. ep. 33. formarum condita vocat pecunias, quæ formis restituendis deputabantur. Isidorus origin. lib. 15. cap. 8. lib. 19. cap. 10. Formæ, structuræ, & conceptacula quibus distinguebantur aquæductus. Vitruuius lib. 8. cap. 7. Formæ, canales structiles, & arcuati. Palladius lib. 9. tit. 11. Aqua si per formam ducetur, solidandus est canalis, ne per rimam possit elabi. In Historia S. Stephani Papæ, qui decollati sunt via Latina iuxta formam aquæductus. Cassiodorus ep. 21. 31. & vltima lib. 3. ep. 30. lib. 8. Pragmatica Iustiniani à Iuliano cap 24. reparatio formarum vocatur. Nouel. 17. ὀλκῶν, Iulianus vertit *formarum*. Calx pro formis l. 3. de calcis coctorib. C. Theodos. & C. Iustin. de calc. coctor. vrbis Rom. vel Constantin. Victruuius lib. 8. cap. 7. Aqua in vrbem ducitur fistulis plumbeis, tubis structilibus, canalib. seu formis. Cassiodorus lib. 7. form. 6. In formis autem Romanis vtrumque præcipuum est, vt fabrica sit mirabilis, & aquarum salubritas singularis. Quod enim illuc flumina quasi constructis pontibus

D

E

A pontibus perducuntur, naturales credas alueos, soliditates saxorum, quando tantus impetus fluminis tot sæculis firmiter potuit sustineri. Cauati montes plærumque subruunt meatus torrentium dissipantur, & opus illud veterum non destruitur, si industria suffragante seruetur. Respiciamus certè, aquarum copia quantum Romanis mœnibus præstat ornatum. Nam thermarum illa pulchritudo quid esset, si dulcissima quædam æquora non haberet? currit aqua virgo sub delectione purissima, quæ ideo sic appellata creditur, quòd nullis sordibus polluatur. Nam cum aliæ pluuiarum nimietate terrena commixtione violentur, hæc aerem perpetuò serenum purissimè labens nuda mentitur. Quis possit talia sermonibus idoneis explicare? Claudiam per tantam fastigij molem sic ad Auentini caput esse perductam, vt cum ibi ex alto lapsa ceciderit, cacumen illud excelsum, quasi imam vallem irrigare videatur. Ægyptius Nilus certis temporibus crescens per campos iacentes
B superducto diluuio, aëre sereno, turbulentus exæstuat: sed quantò pulchriùs est, Claudiam Romanam per tot siccas montium summitates lauacris ac domibus liquores purissimos fistularum vberibus emisisse? & ita æqualiter fluere, vt nunquam se possit desiderata subducere? Ille enim dum recedit limus est: dum venit insperatè diluuium. Quis ergo famosum Nilum vrbis nostræ fluminibus non æstimet esse superatum? Quando ille incolas suos aut veniendo terret, aut recedendo destituit. Verùm hæc non superflua commemoratione narrauimus: vt possis aduertere, qualis à te diligentia perquiratur, cui pulchritudo tanta committitur. Qua re, per indictionem illam, comitiuam tibi formarum sub magna deliberatione credidimus, vt summo studio nitaris efficere, quod tantis, ac talibus rebus videris expedire. In primis noxias arbores, quæ inferunt fabricarum ruinas, dum sunt quidam mœnium importabiles arietes, censemus radicitùs amputari: quia nulla læsio remouetur,
C cuius origo non tollitur. Si quid autem conficiente senio fuerit demolitum, peruigili claritate reparetur: ne crescente defectu augeatur nobis causa dispendij. Ductus aquæ fortuna tua est, dum incolumis eris, si illa solidaueris, tantúmque apud nos proficis, quantum te illi studuisse probaueris. Age ergo, peritia, fidesq; tua, vt & constructio fabricæ illibata permaneat, & aquæ distributio nulla se custodum venalitate subducat.

Formæ igitur aquarum dicuntur l. 1. C. de aquæduct. lib. 11. l. 27. §. si quid cloacarij D. de vsufruct legato l. 39. §. idem vult de legat. 1. Nouel. 7. de mandat. Princip. Comes formarum id maximè agebat, ne aquæductus senio labefactarentur, aut vitium facerent. Omnibus ὑδροφύλαξι manus nomine imperatorum signatæ. Aquarum possessores per quorum fines formarum meatus transibant ab extraordinariis muneribus immunes esse statuit Constantinus, vt eorum opera aquarum ductus sordibus oppleti mundarentur, quod for-
D marum repurgium vocant. Arbores dextra, læuaq; formas ita cingebant, vt quindecim pedes ab ipsis formis abessent, ne earum radices cum pullulassent fabricam formæ corrumperent. Ex forma cui nomen Augustæ, quæ in Campania sumptu publico reparata erat, nemini aquam deriuare licuit. E castellis aqua potuit deriuari, non ex aquæductu. Vsus tamen aquæ longo dominio constitutus singulis ciuibus mansit. In eos qui ad irrigationes agrorum, vel hortorum delitias furtiuis aquarum meatibus abusi, grauiter animaduersum est. Si quis meatum aquæ ausus fuisset auertere, quinque libras auri ærario Principis inferre cogebatur. Nemo Claudiam, interruptis formæ lateribus, atque perfossis sibi potuit vindicare. Qui tamen aquæ copiam per indulta principum meruerant, eius vsum ex castellis, aut ipsis formis elicere poterant, ita tamen ne earum fistularum, quas matrices vocant, cursum ac soliditatem adtentarent, aut ne maiores fistulas admouerent, quam ex
E imperiali largitate meruissent. Virorum principum domus, quæ lauacris lautioribus vterentur supra binas, aut vt plurimum, ternas aquæ vncias possidere non potuerunt. Mediocres, & inferioris meriti domus singulis vnciis, & semis contentæ esse iubebantur. Quibus esset domus angustior mediæ vnciæ vsum gaudere potuere, lib. 15. C. Theodos. tit. 2. de Aquæduct. Meminit formarum Gregorius magnus Regest. lib. 10. indict. 5. ep 22. Palladius lib. 9. cap. 1. Canales ligneos vocat. Theodoricus Rex apud Cassiodorum lib. 3. ep. 31. Conqueritur aquam formarum quam summo decet studio communiri ad aquæ molas exercendas, vel hortos irrigandos fuisse deriuatum, & publicis fabricis detrimentum afferri dolet. Formarum seruitio mancipia principum prouisione deputata fuisse ait, quæ nefas fuit in priuatorum transire dominium. ep. vlt. lib. 3. Quamuis Romana ciuitas abundet irriguis sitq; fontibus gaudens, & formarum inundatione ditissima, reperiuntur tamen plurima suburbana quæ aquilegum requirant peritiam. lib. 8. ep. 30. scribit Parmæ Theodoricum antiqui operis formam, vt aquarum copia esset, largitate regia construxisse. Placidus

Comitis formarum officium.

Grammaticus in Zeta monet antiquos in subterraneum fornicem è formis aquam demisisse. Curator formarum. A

Comes formarũ præfecto vrbis obediebat.

Comes formarum sub dispositione viri illustris præfecti vrbis fuit, apud Cassiodor. lib. 7. for. 6. Mille annua quingenta onera calcis formis depurata l. 3. C. Theodos. de calcis coctor. Ad reparationem aquæductuum Romę omnia vectigalia quę colligi poterant ex vniuersis scalis eiusdem vrbis, & ex operariis qui Cyziceni dicti, conferebantur l. 7. C. de Aquæduct. Fuere ductus aquæ nocturnæ, & ductus aquæ diurnæ, l. 17. D. de aqua & aquæ plu. arcen. terram, limum, lapidem, arenam, calcem ad aquam sub terra ducendam iaciebant l. 11. D. communia præd. Fistulæ sub terram missæ de plumbeo castello aquam ducere in aënum lateribus circumstructum potuerunt, vt Celsus docet l. 38. D. de action. empt. & vend. Fornicarij, & fornicatores ad formas exstruendas adhibebantur l. 17. §. fiscus D. de vsuris l. 14. D. de instructo & instrum. legato. Ait Prætor, Quo ex castello illi aquam ducere ab eo cui eius rei ius fuit permissum est, quominus ita vti permissum est ducat, vim fieri veto. Castellum accipe receptaculum quod aquam publicam suscipit. Permittitur autem aquam ex castello, vel ex riuo, vel ex quo alio loco publico ducere, idq; à principe conceditur, alij nulli conceditur ius aquæ dandæ, ait Vlpian. l. 1. D. de aqua cottidiana. Quominus ex publico flumine ducatur aqua, nihil impedit, nisi imperator aut Senatus vetet, ait Pomponius l. 2. D. de fluminib. B

Cyziceni qui dicti.

Aquæductus spontanea liberalitate fiebant.

In prouinciis aquæductus ex ciuilibus reditibus, vel à quolibet spontanea munificentia fiebant l. 1. C. de ratiociniis oper. publ. Ideo eorum cura ad decuriones spectabat. Primus omnium Aquam Martiam, quæ olim dicta Auscia, in vrbem Ancus Martius induxit, postea Quint. Martius Rex in prætura, rursus restituit M. Agrippa. Falluntur igitur qui Appium Claudium Censorem putant anno vrbis 442. primum omnium aquam Appiam ab 11. præter propter lapide per tubos fornicibus lateritiis in vrbem inuexisse. Inuexit quidem aquam, sed non primus. Deinde alij exemplum secuti tantam aquarum copiam vndique induxêre, vt ad balneas, ad fullonicas, ad Naumachias, ad Euripos in circo satis esset. Claudius Rutilius in Itinerario, C

Quid loquar aërio pendentes fornice riuos,
Qua vix imbriferas tolleret Iris aquas.
Intercepta tuis clauduntur flumina muris,
Consumunt totos Celsa lauacra lacus.
Nec minus & proprijs celebrantur roscida venis,
Totáque natiuo mœnia fonte sonant. D
Frigidus æstiuas hinc temperat halitus auras.
Innocuámque leuat purior vnda sitim.
Nempe tibi subitus calidarum gurges aquarum
Rupit Tarpeias hoste premente vias.
Si foret æternus casum fortasse putarem,
Auxilio fluxit qui rediturus erat.

Aquæ denominationes diuersæ.

In veteribus inscriptionibus memoratur Aqua Cærulea, Claudia, Curtia, Traiana, Anienis, Noua, Anio vetus. Balneum & Piscina sabinæ. Fons Antonianus, Cæruleus, Curtius, Lollianus, Marianus. Romam Nero cum deflagrasset excitauit diuersis vicorum ordinibus, & latis viarum spatiis cohibita ædificiorum altitudine. Iam aqua priuatorum licentia intercepta, quo largior, & pluribus in locis in publicum flueret custodes adhibiti, ait Tacit. de Appia aqua. Ouid. l. 2. μεταμορφώσεως, E

Subdita qua veneris facto de marmore templo
Appias, expressis aëra pulsat aquis.

Propertius lib. 2. eleg. 2.

Et creber Platanis pariter surgentibus ordo
Flumina sopito quæque Marone cadunt.
Et leuiter nymphis tota crepitantibus vrbe
Cum subitò Triton ore recondit aquam.

Nullus Romæ fluuius Maro, sed in Peloponeso. videtur tamen Romę simulacrum Maronis dormiens

A dormiens proieciſſe aquas ore, auribus, inguinibus. Agrippa qui aquam virginem induxit lacus Romæ 700. fecit, fontéſque & aquarum caſtella complura. Propertius lib. 3. eleg. 21.

Hic Anio Tiburne fluis, Clitumnus ab Vmbro
Tramite, & æternum Martius humor opus.
Albanus lacus, & ſocia Nemorenſis ab vnda,
Potáque Pollucis Lympha ſalubris equo.

Tiburnum Anienem vocat. A ſylua Clitumnum oriri ait, quod egeſtus à Vadimonis lacu abſorbetur intra ſpecum ſyluis obſitum, & oculis mox redditur. Nemorenſis, & Albanus lacus ex iiſdem montibus orti. Salubrem aquam Iuturnam vocat. Varro, Nympha
B Iuturna quæ iuuaret. Itaque multi ægroti propter id nomen aquam hinc petere ſolent. Apud Iuturnam bello Latino viſi Caſtor, & Pollux equorum ſudorem abluentes. Martial. lib. 4. ep. 18.

Qua vicina pluit Vipſanis porta columnis
Et madet aſſiduo lubricus imbre lapis.

Lib. 3. ep. 47.

Capeni grandi porta quâ pluit gutta,
Phrygiæque matris Almo quâ lauat ferrum.

Ea porta fontanalis dicta, vbi manalis lapis ad eliciendas aquas, in Almone fluuio ad Portam Capenam lauabatur Cybeles ſimulacrum, vbi & Vipſana porticus centum co- *Porta fontanalis.*
C lumnis ſuffulta. Sed de aquarum Romæ abundantia. Plinius lib. 36. c. 15. lib. 31. c. 3. Si quis diligentius æſtimauerit aquarum abundantiam in publico, balneis, piſcinis, domibus, euripis, hortis, ſuburbanis, villis, ſpatióque aduenientium exſtructos arcus, montes perfoſſos, conualles æquatas, fatebitur nihil magis mirandum fuiſſe in toto orbe terrarum. Strabo lib. 5. quaſi flumina per vrbem aquæductibus fluere ait, atque vnam quamque domum propemodum habere fiſtulas, & tubos, quibus aquam deriuet. Quod magnitudinis Imperij Rom. præcipuum eſſe indicium docet Frontinus aquarum curator. Claudius Auguſtus apud Sueton. opera magna potius, quàm neceſſaria quàm multa perfecit, ſed vel præcipua aquæ ductum à Caio inchoatum item emiſſarium Fucini lacus, &c. Claudiæ aquæ gelidos, & vberes fontes, quorum alteri Cæruleo, alteri Curtio & Albadino nomen eſt, ſimúlque riuum Anienis noui lapideo opere in vrbem perduxit, diuiſitque in plurimos & ornatiſſimos lacus. Vetus inſcriptio Ti. Claudius Druſi filius, Auguſtus, Germa-
D nicus, Pontifex Max. Tribunitia poteſtate XII. Cos. V. Imperator XXVII. Pater patriæ, Aquas Claudiam, ex fontibus qui vocabantur Cæruleus, Curtius à millenario XXXXV. Item Anienem nouam à milliario 62. ſua impenſa in vrbem perducendas curauit. Alia inſcriptio Imperator Cæſ. Veſpaſianus Pontifex Max. Trib. pot. II. Imper. III. Deſign. IIII. P. P. Aquas, Curtiam, & Cæruleam perductas à Diuo Claudio, & poſtea intermiſſas, dilapſaſque per annos nouem ſua pecunia vrbi reſtituit, legendus Plinius lib. 36. c. 15. Pub. Victor. XX. Romæ aquæ ductus. Procopius 14. tantum ponit lib. 1. Gotth. ῥώμης ὑ ἐχετοὶ τέσσαρες καὶ δέκα μὲν τὸ πλῆθός εἰσι, οἱ δὲ πλίνθῳ ὠπτημένῃ τοῖς πάλαι ἀνθρώποις πεποιήται ἐς τοσοῦτον βάρος, καὶ βάθος διήκοντες, ὥστε ἀνθρώπῳ, ἵππῳ ὀχεμένῳ ἐνταῦθα ἱππεύειν ῥᾴδιόν ἐστι. Romæ canales 14. numero ex latere cocto à veteribus facti, tam lati & profun-
E di, vt eques ibi equo vehi poſſet. Frontinus arcus, & fornices in quibuſdam locis centum pedes ſubleuatos ait. Plinius, vicit antecedentes aquarum ductus nouiſſimum impendium operis inchoati à Caio Cæſare, & peracti à Claudio, quippe à quadrageſimo lapide ad eam excelſitatem, vt in omnes vrbis montes leuarentur, influxere Curtius, atque Cæruleus fontes. Erogatum in id opus HS. ter millies, id eſt ſeptena milliones & ſemis. Iure igitur Propertius lib. 3. el. 21. exclamat,

Omnia Romanæ cedent miracula terræ,
Natura hîc poſuit quicquid vbique fuit.

Et Frontinus, Tot aquarum tam multis neceſſariis molibus pyramides videlicet otioſas comparem? Agrippa in ædilitate ſua adiecta virgine aqua ceteris corriuatis, atque emendatis, lacus 700. fecit, præterea ſalientes 105. caſtella 130. complura etiam cultu magnifica. Operibus iis ſigna trecenta ærea, aut marmorea impoſuit, columnas ex marmore 400. eáque omnia annuo ſpatio, ait Plinius lib. 36. cap. 15. Dio lib. 54. de Agrippa, ὅτε

ὕδωρ τὸ παρθένων καλούμενον τῆς ἰδίοις τέλεσιν εἰσαγαγὼν αὔγυστον προσηγόρευσε. Notitia Imperij mille trecentos quinquaginta duos lacus Romæ ponit. Aquarum curatores ab Auguſto inſtitutos ait Frontinus, cum lictoribus, ſeruis, ſcribis, librariis, accenſis, præconibus. Agrippa primus per ſeruos ſuos hæc opera tutatus eſt, eámque familiam Auguſto moriens legauit. Auguſtus deinde publicauit, eáque deinceps manſit, quæ habuit homines plus minus 240. fuit & altera familia Cæſaris dicta, & numerus eius 360. quam Claudius cum aquas in vrbem perduceret inſtituit. Fuere & villici, caſtellani, curatores, ſilicarij, tectores, ait Frontinus. Aquas 20. numerant, Appiam, Anienem, Veterem, Martiam, Tepulam, Iuliam, Virginem, Halſiam, quæ & Auguſta; Claudiam, Albudinam, quæ Cærulea Curtia, Auguſta, Anienem nouam, Riuum Herculaneum, aquam Crabam, aquam Sabatinam, quæ limina Aurelia, Septimiana trans Tiberim dicta. Aquam Traianam, Alexandrinam, Damnatam, Annian, Algentianam, Seuerianam, Antonianam, Setinam. Strabo lib. 5. τοσοῦτον δὲ ὄζει τὸ εἰσαγώμενον ὕδωρ διὰ τῶν ὑδραγωγείων, ὥστε πολλοὺς διὰ τὸ πόλεως καὶ τῶν ὑπονόμων ῥεῖν, ἅπασαν ἢ οἰκίαν σχεδὸν δεξαμενὰς, καὶ σίφωνας, καὶ κρουνοὺς ἔχειν ἀφθόνους, ὧν πλείστῳ ἐπιμέλειαν ἐποιήσατο μάρκος ἀγρίππας.

CAPVT XXI.

De Caſtellis.

Quid hîc per Caſtella ſignificetur.

CASTELLA ex Iuriſconſulto ſuprà diximus eſſe receptacula, quæ aquam publicam ſuſcipiunt. Heſychius κάστελλον ὄνομα τόπου ἄνω καὶ κάτω φέροντος, καὶ μείζοντος τὸ ὕδωρ. *Caſtellum nomen loci ferentis ſurſum deorſum, & diuidentis aquam.* Diuidicula Feſtus appellat. Aquæ enim per tubos inuectæ Caſtellis excipiebantur, & à Caſtellanis voluntate Principum variè diuidebantur. Ioannes Curopalates in Conſtantino, ὁ δὴ βασιλεὺς τοὺς τε τῶν ὑδάτων ὀχετοὺς ἐποιήσατο, τοὺς τὸ ὕδωρ τῇ πόλει εἰσάγοντας, καὶ τοὺς δεχομένους τοῦτο κάστελλας. *Princeps fecit tubos quibus aquæ in vrbem inducerentur, & Caſtella quibus reciperentur.* Labeo l. 78. D. de contrahenda empt. Fiſtulas emptori acceſſuras in lege dictum erat. Quærebatur an Caſtellum ex quo fiſtulis aqua duceretur accederet. Feſtus, Quod nunc Caſtellum ex quo à riuo communi aquam quiſque ducit, id veteribus diuidiculum appellabatur. Iulius Frontinus de aquæductib. Eſt fere nunc in vſu cum plures quinariæ impetratæ, ne in viis ſæpius conuulneretur vna fiſtula, excipiatur in Caſtellum, ex quo ſinguli ſuum modum recipiant. Ex Caſtello fiſtulis quiſque aquam in ſuum fundum diuiſam ducebat. Victruuius lib. 8. c. 7. l. 3. C. de aquæductu, Eos qui aquæ copiam vel olim, vel nunc per noſtra indulta meruerunt vſum aut ex Caſtellis, aut ex ipſis formis iubemus elicere.

Caſtella plumbea.

Caſtella hæc vt plurimum plumbea erant l. 38. D. de actione empti & veditti l. 17. ibidem, Caſtella plumbea, putealia, id eſt, opercula puteorum, epitonia fiſtulis adplumbata. Eodem titulo Iureconſultus labra, crateres lapideos vocat, quibus aqua ſaliens ex ſiphunculis concipitur. Plinius lib. 5. epiſtol. In hoc fonte crater, circa ſiphunculi plures miſcent iucundiſſimum murmur. Item, Stibadio aqua velut expreſſa cubantium pondere ſiphunculis effluit, cauato lapide ſuſcipitur. Salientes autem capita ſunt fiſtularum, atque etiam ipſæ tubulorum, fiſtularúmque ſcaturigines, quæ & ſiphunculi dicuntur, ab aquæ expreſſione, tanquam ex ſiphone ſalientis. Græci κρουνὸς vocant.

Caſtella dicuntur conceptacula.

Caſtella ſunt conceptacula quædam laxiora certis ſpatiis emodulata, ex quibus aqua in varia loca diſtribuitur, in villas ſcilicet, & prætoria principum indultu, vt Frontinus. Victruuius lib. 8. c. 7. Ductus aquæ fiunt generibus tribus, riuis per canales ſtructiles, aut fiſtulis plumbeis, ſeu tubulis fictilibus, quorum hæ rationes ſunt. Si canalibus vt ſtructura fiat quàm ſolidiſſima, ſolúmque riui libramenta habeat faſtigiata, ne minus in centenos pedes ſemipede. Eæque ſtructuræ confornicentur, vt minimè ſol aquam tangat, cúmque venerit ad mœnia, efficiat Caſtellum, & Caſtello coniunctum ad recipiendam aquam triplex immiſſarium. Collocentúrque in Caſtello tres fiſtulæ æqualiter diuiſæ in tria receptacula coniuncta, vti cum abundauerit ab extremis in medium receptaculum redunder. Ita in medio ponentur fiſtulæ in omnes lacus, & ſalientes in altero in balneas quæ quotannis vectigal populo præſtent, ex quibus tertio in domos priuatas, ita ne deſit in publico.

A publico. Frontinus, quicunque post hanc legem rogatam riuos, specus, fornices, fistulas, Castella, lacus aquarum publicarum quæ ad vrbem ducuntur forauerit, ruperit. Vlpianus l. 1. D. de aqua cottidiana. Caput aquæ illud est vnde aqua nascitur. Si ex fonte nascitur, ipse fons. Si ex flumine vel lacu prima incilia, vel principia fossarum quibus aquæ ex flumine, vel ex lacu in primum riuum communem pelli possunt. Festus incillas, & incilia fossas interpretatur quæ in viis fiunt ad deducendam aquam, vel deriuationes de riuo communi factas. Romæ olim vbi plebs numerosior fuit, & aquæductus in vsu, omnis aqua, quæ incilibus & Castellis duceretur, in publicos vsus erogata est. Tibris enim omnibus ab antiquo in propatulo fuit. Lege autem cautum ne quis priuatus aliam aquam duceret, quam quæ ex lacu abundaret, quæ postea caduca dicta, non solum ad potum sed maximè ad balneas, fullonicas, naumachias, euripos, cui vectigal est positum.

B Olim certè ius dandæ aquæ, aut vendendæ censorum fuit, aut ædilium curulium. Postea ius omne ad principes transiit, à quibus aquarum curatores, & comites formarum instituti. Primus curator ab Augusto Messala Coruinus. Per initia ius impetratæ aquæ neque emptorem, neque hæredem, neque vllum nouum dominum sequebatur. Ad balneas aquæ semel datæ perpetuò mansere. Tubuli ad aquas vel testacei, aut lateritij, vel lignei, vel plumbei fuere, auctore Plinio lib. 16. c. 42. lib. 31. c. 6. tubis fictilibus vtilissimam aquam duci scribit Palladius lib. 9. R. Rust. c. 11. à Victruuio didicit aquam duci aut forma structili, aut plumbeis fistulis, aut canalibus ligneis, aut fictilibus tubis. *Cēsores dabant aut vendebant aquas.*

Canales arcuato sæpe opere fuere, vt loquitus Frontinus, quorum altitudinem montes vrbis æquarunt. Plinius lib. 36. c. 15. Spatióque aduenientis aquæ exstructos arcus, montes perfossos, conualles æquatas. A lapide quadragesimo ad eam excelsitatem vt in omnes vrbis montes leuarentur, influxere Curtius atque Cæruleus fontes. Strabo lib. 5. οἱ ὑπόνομοι συνόμῳ λίθῳ κατακαμφθέντες ὁδοὺς ἁμάξαις χόρτου πορευτάς. *Cuniculi lapideis fornicibus suffulti spatium currui fœni onusto ad transeundum præbent.* Claudianus Paneg. de Sexto Honor. consul. *Canales arcuati.*

C

Inde salutatos libatis Tibride lymphis
Excipiunt arcus, operosaque semita ductis
Molibus.

Sidonius carm. 22.

Arctus at in thermas longè venit altior amnis,
Et cadit in montem, patulisque canalibus astris
D *Circum fert clausum caua per diuortia flumen.*

Statius lib. 1. Syl. 5.

——Præcelsis quarum vaga molibus vnda
Crescit, & innumero pendens transmittitur arcu.

Sæpe fluuij nouis arcubus auersi, aut fistulæ aquariæ incisæ, vt aquæ penuria hostes ad deditionem compellerentur. Claudianus de Gotthis sitientibus,

Vno colle latet sitiens, inclusáque vallo
Ereptas quæsiuit aquas, quas hostibus ante
Contiguas alio Stilicho deflexerat arcu,
E *Mirantémque nouas ignota per oppida valles*
Iusserat auerso fluuium migrare meatu.

Capitolinus in Maximo & Balbino de seditione inter populum & milites prætorianos, Nec vnquam ad amicitiam essent traducti, nisi fistulas aquarias populus incidisset. Herodian. lib. 7. Postremo quando castrorum oppugnatio parum procedebat, visum ducibus interuertere omnes riuos, qui in castra peruenirent, vt milites aquarum penuria, sitíque conficerent. Fuerunt enim plumbei tubuli & fistulæ, quibus aqua Marcia ex proximo Castello in castra prætoria deriuabatur. Certè in regione quinta Esquilina Castellum aquarum fuit Marciæ, Iuliæ, & Tepulæ. In aquæ Marciæ formis supra portam S. Laurentij hæc inscriptio visitur: Imper. Cæsar Mar. Aurel. Anton. Pius, felix Aug. Parth. Maxim. aquam Marciam variis casibus impeditam, purgato fonte, excisis, & perforatis montibus restituta forma, adquisito etiam fonte nouo Antoniniano in sacram vrbem suam perducendam curauit. De aqua Claudia V. Insc. D. M. Clementi Cæsarum N. seruo,

Castel

Caſtellario aquæ Claudiæ fecit Claudia ſabbathis, & ſibi & ſuis. Extra portam Capenam fuit aqua Mercurij dicta, qua populus lauri ramo alterius caput aſpergebat, ea luſtratione periuria dilui credens. Ouidius A

Eſt aqua Mercurij portæ vicina Capenæ,
Si iuuat expertis credere numen habet.

P. Victor in quarta regione trans Tiberim 24.aquas ponit, Appiam, Marciam, Virginem, Claudiam, Herculeam, Tepulam, Damnatam, Traianam, Amniam, Alſiam, ſeu Auguſtam, Iuliam, Cæruleam, Algentianam, Antonianam, Alexandrinam, Anienem nouum, Anienem veterem, Albudinam, Crabram. Alij 20. tantum aquas agnoſcunt, & totidem aquæductus.

B

CAPVT XXII.

De Curatoribus vrbium, & aliarum rerum.

Multitudo Curatorum.

RESPVBLICÆ olim & ciuitates habuere fundos, ædes, aut pecuniam quam in tuto apud negotiatores collocabant l.1. Quod cuiuſque vniuerſitat. Habuere item præpoſitos pecuniis dandis, & ſuſcipiendis, ſtipulationibus contrahendis, rationibus tractandis, qui fuere ſub diſpoſitione Curatorum Reip.vel Curatoris Calendarij, vel patris ciuitatis l.1. C. de ſolution. & lib. debit. Imp. Alexander IIII. viris, & C Decurionib. Fabretanorum, Cautiones ſeruorum publicorum ita demum firmam ſecuritatem debitoribus præſtant, ſi Curatorum adſignantium, vel eorum quibus exigendi ius eſt,auctoritate ſubnixæ ſunt. Sanè Curator veſter ſi fraude ſerui conſtiterit effectum vt interciperentur à Curatore illatæ quantitates de peculio eius, quod eo modo deeſt reſtituet. Marcus Philoſ. multis ciuitatibus è Senatu Curatores dedit apud Capitolin. Aquini Curator nominatur in Peſcennino Nigro. Curatores iſti cum è Senatu ſæpe legerentur. Municipalibus magiſtratibus fuere digniores. Curator ciuitatis Pater Reip. memoratur in Alexandro Seuero. Optatus lib.1. Curatorem Reip. commemorat. Caſſiodorus lib.7. ep.12. Ab indictione illa illius ciuitatis Curam ad te volumus pertinere, vt laudabiles ordines Curiæ ſapienter gubernes, moderata pretia ab ipſis quorum intereſt facias cuſtodiri. Non ſit merces in poteſtate ſola vendentium, æquabilitas grata cu- D ſtodiatur in omnibus, vt vere Curatoris impleas officium cum tibi ſollicitudo fuerit de vtilitate cunctorum. Conſuetudines autem tibi ex noſtra auctoritate defende, quas in eodem loco tuos conſtat habuiſſe maiores, id eſt annonas, & lucra. Ita lib.7. ep.25. annonas & conſuetudines coniungit. Curator iſte Reip. à Decurionibus vt plurimum creabatur qui res ciuitatis adminiſtraret. Plinius lib.7. ep. 5. Actorem publicum vocat. Vide l.1. & vlt. D. de muner. & honor. l.3. de adminiſ. rer. ad ciuit. Lampridius ſcribit Alexandrum 14. vrbis Romæ Curatores feciſſe, ſed ex conſulibus viros. Ariſtoteles lib.4. Polit. ἐπιμελητὰς, διοικητὰς, *Curatores, & præpoſitos* appellat *eos qui pro Imperio iubere non poſſunt*, ἄρχας, *& magiſtratus, qui iudicare, & iubere poſſunt.* Curator tamen Reip. in Imperio Rom. Magiſtratus fuit municipalis qui ex Decurionibus creatus pecuniæ publicæ adminiſtrandæ, vectigalibus locandis, operibus, locisque publicis curandis præerat, Vlpian.lib.3.opinion. E Sin autem frumentaria pecunia in alios vſus quàm deſtinata eſt, conuerſa fuerit, velut in opus Balneorum publicorum, licet ex bona fide datum probatur, compenſari quidem frumentarias pecunias non oportet, ſolui autem à Curatore Reip. iubetur. Papirius Iuſtus lib.2. de Conſtitutionib. Imperatores Antonius & Verus reſcripſerunt pecuniæ quæ apud Curatores remanſit vſuras exigendas. Item reſcripſerunt agros Reip. retrahere Curatorem ciuitatis debere, licet à bona fide emptoribus poſſideantur, Item reſcripſerunt pecuniam ad annonam deſtinatam diſtractis rebus Curatorem exigere debere, Item reſcripſerunt à Curatore Calendarij cautionem exigi non debere cum à Præſide ex inquiſitione eligatur. Curator habuit interdum collegam. Papirius ibidem, Curatorem etiam nomine collegæ teneri, ſi interuenire, & prohibere eum potuerit l.9.D.de adminiſt.rer.ad ciuit. Papinianus lib.1. Reſponſ. Curatores communis officij diuiſa pecunia quam omnibus in ſolidum publice dari placuit periculo vice mutua non liberantur. Prædium publicum in

quinque

A quinque annos idonea cautione non exacta Curator Reip. locauit, l. vlt. D. de munerib. & honor. Curatores qui ad colligendos ciuitatum publicos reditus eligi solent personali muneri subiugantur. Paulus lib. 1. sentent. ad Curatoris officium spectat vt dirutæ domus à dominis exstruantur. Vlpian. lib. 7. ad edictum. Planè si Præses vel Curator Reip. permiserit in publico vim facere, Nerua scribit exceptionem aduersus edictum quod vi aut clam locum non habere, quia etsi ei locorum publicorum procuratio data est, concessio tamen data non est. Hoc ita verum est si non lex municipalis Curatori Reip. amplius concedat. In consilium Curatoris Reip. vir eiusdem ciuitatis assidere non prohibetur, quia publico salario non fruitur, vt Paulus lib. singulari de offic. assessor. Imperatores Verus & Antoninus rescripserunt debitori Reip. à Curatore pecunias remitti non posse, vt scripsit Papirius Iustus lib. 2. constit. Grani æstimationem per iniuriam post emptionem
B ablati, quæ rationibus publicis refertur, Curator Reip. domino restitui iubeat, vt Vlpian. lib. 3. opinion. Vide an huc pertineant verba Cedrini qui κουράτωρας τέσσαρας ἀρχόντων γειτόνων ponit *Curatores quatuor magistratuum vicinorum.* Idem in Romano, εἰς κουρατωρείαν καταστήσας τὴν μελιτήνην. *in Curatoris fide posita Mitilene.* Plutarchus in Numa Curatores pagorum ponit. Vet. lapis Brixiæ P. Clodio P. F. Curatori Reip. Bergom. datus ab imperat. Traiano, Curator Reip. comens. datus ab Imp. Adriano. Agathias lib. 5. κουράτωρας vocari ait τοὺς φροντίδα καὶ ἐπιμέλειαν τῶν βασιλέως οἴκων καὶ κτημάτων. Aliud est apud Salustium; de Rep. vestra cuius Curator huc missus es, paucis accipe. Ammianus Marcellin. Curator vrbis Lucius quidam. Cassiod. lib. 7. ep. 13. Curatorem Romæ, comitem Romæ, & munus eius comitiuam Romanam vocat. quare per indictionem illam comitiuæ Romanæ cum priuilegiis, & iustis commodis suis tibi concedimus dignitatem, vt fidei studio,
C magnóque nisu quæras improbas manus, & insidiantes, aut priuatorum fortunis, aut mœnibus ad tuum facias venire iudicium. ep. 14. Comitem Rauennatis inter mediocres dignitates numerat. Olim certè hæc omnia munera Curatorum, & comitum ad censuram pertinebant, qua pereunte, is magistratus in plures διακονίας, & ἐπιμελείας diuisus est, vt alij essent Curatores aluei Tiberis, viarum, aquæ ductuum, vrbis, operum publicorum, sartorum tectorum, qui proprie non magistratus fuere, sed quasi magistratus. Curatores fuere auri fodiendi. Cassiod. lib. 9. ep. 3. Bergantino viro comiti patritio Athalaricus Rex scribit, vt ad massam iuris regij Rusticianam in Brutiorum Prouincia constitutam Chartarium destinet, qui aurum fodiendum curet. Omnino Curator Reip. fuit in ea iudex sub Præside maximus. Alexander A. vrbico. S. vt proponis, decreto ordinis ad libertatem ductus es. non debere te inuitum actum Reip. administrare Curator Reip. non ignorat,
D præsertim cum seria eiusmodi officia administrare debeant. Idem Marcellino, quanquam pecuniæ quantitas sententia Curatoris Reip. non continetur, sententia tamen eius rata est, quoniam indemnitatem Reip. præstari iussit. Vlpianus librum singularem scripsit de off. Curat. Reip. qui Græcè Logistes. Suidas λογιστὴν interpretatur κριτὴν δοκιμαστὴν ἐξεταστὴν, *iudicem censorem inquisitorem*, λογιστὰς περιψήφους *numeratores.* Imper. Gordianus Aug. Ceteri P. P. Curator Reip. qui Græco vocabulo Logista nuncupatur multandi ius non habet. Præfecti pr. ad 50. libras auri mulctare possunt. Paulus lib. 9. Responsorum, Curatores ἐπιμελητὰς vocat. Sempronij bona qui ex pollicitatione debitor patriæ suæ extiterat Respublica iussu Præsidis possedit. quorum bonorum magistratus Reip. tres Curatores constituerunt.

E

CAPVT XXIII.

De Iudicibus, & sceptro.

MVLTA Iudicum genera in vtroque Imperio fuere. Apud Codinum δικαιοδότης, de quo Nouel. 2. Comneni. Alius est δικαιοδότης, cuius meminit Euseb. lib. 1. histor. δικαιοδότης τῶν ἔθνους, καὶ τιμητὴς γενησόμενος, Cyrinus *Præses gentis*, sub quo descriptio & recensio facta. διαιτηταὶ *Iudices* dicuntur. Nouel. 92. δικανίκιον virga iudicis insigne fuit. Chronic. Constantinopol. ἰδίαις χερσὶ δέδωκεν αὐτῷ δικανίκιον πολλοῦ ἄξιον, ἤτοι ῥαβδὸν ἀργυρᾶν περικεχρυσωμένην. *Propria manu dedit ei Dicanicium pretiosum, aut virgam argenteam inauratam.* Dabatur & Patriarchis. Malaxus in histor. Patriarch. *Iudicum multitudo.*

ἔλαβεν

ἔλαβεν ὁ σελτᾶν & μετὰ χεῖρα τὸ δικανίκιν, καὶ τὸ ἔδωκεν εἰς τὸ χέρι τοῦ πατριάρχα. *Accepit Sultanus inter manus baculum iuridicialem, & tradidit in manus Patriarchæ.* Codinus δικανίκιον ξύλον λεῖον *læue lignum* interpretatur. A

Sceptrũ honorificum. Sceptrum & virgam honori semper fuisse vulgo notum est. Æschyl. in Chois sceptrum vocat βάκτρον πεισιμέλητον, *baculum homines persuadentem.* Xenophon eos qui in comitatu regis essent appellat σκηπτούχους *sceptrigeros.* Iliadis lib. 1. Homer.

——σκῆπτρον ὑπὲς ἀχαιῶν
ἐν παλάμαις φορέεσι δικασπόλοι, οἵτε θέμιστας
πρὸς διὸς εἰρύαται.

Sceptrum filij Græcorum in manibus ferunt iudices qui leges à Ioue seruant.

——ποτὶ ἢ σκῆπτρον βάλε γαίῃ
χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον. B

Ad terram iecit sceptrum aureis clauis confixum. Eustathius, σκῆπτρον βασιλείας ὄζει, δίκης, θεμιστός, καὶ δημηγορικῶν λόγων σύμβολον. σκῆπτρον ὁμήρῳ ἡ τυχοῦσα ῥαβδός. *Sceptrum symbolum est regni, iustitiæ legum & concionis ad populum. Sceptrum Homero quælibet virga.* Iuuen. sat. 10.

Da nunc & volucrem sceptro quæ surgit eburno.

Fœminæ sceptrum tulêre. Virgil.

Præterea sceptrum Ilione quod gesserat olim
Maxima natarum Priami.

Aristophan. in Auib. ἅπτει τὸ σκῆπτρον ἀνάθημα ὄρνις, vbi Scholiastes, ὡς ἀετὸς ἅπτει σκήπτροις βασιλέων. Pausanias ait Cheronenses τιμῶν σκῆπτρον διὸς, ὃ δίδωκε πέλοπι quod vocent δορύ. Herodotus de Assyriis, σφραγῖδα ἕκαστος ἔχει, καὶ σκῆπτρον χειροποίητον, ἐπ' ἑκάστῳ δὲ σκήπτρῳ ἔπεστι πεποιημένον ἢ μῆλον, ἢ ῥόδον, ἢ κρίνον. αὐτὰ γὰρ ἅπτεσθαι ἀσφὶ νόμος ὄζειν ἔχειν σκῆπτρον. C
Strabo scribit quosdam in Asia διαιτᾶσθαι ὑπὸ τοῦ σκήπτρου, σκῆπτρον ὑπὸ τυράννοις, ἢ βασιλεῦσιν ἦ. Iustinus lib. 43. Ætate Romuli reges hastas pro diademate habebant, quæ

Hastæ pro diademate. Græci σκῆπτρα vocarunt. Pro Diis hastas coluere, ideóque adhuc simulacris Deorum hastæ adduntur. lib. 1. Regum cap. 9. ἐγὼ εἰμὶ μικρότερος σκήπτρου φυλῆς ἰσραήλ, καὶ ἡ φυλὴ μου ἐλαχίστη ἐξ ὅλης σκήπτρου βενιαμίν. *Ego sum è minimo sceptro tribus Israël, & ex minima tribu ex omni sceptro Beniamin.* Berosus quisquis ille est siue Babylonius, siue Viterbiensis, sceptro Domini Ianus, seu Noa expellebat noxios è cœtu hominum, claues ei duæ, religionis & felicitatis.

Virga pro insigni potestatis aut superbiæ. Virga quoque potestatis, aut superbiæ insigne. Demosth. in Pantænetum νικόβουλος ἦ ἀπίφρονος ὄζει, καὶ ταχέως βαδίζει, καὶ μέγα φθέγγεται, καὶ βακτηρίαν φορεῖ. Theophrast. de Arrogantia, βακτηρίας τοὺς σκολιοὺς ἐν λακεδαίμονι ἔχει. Aristoph. Concion. λακωνικὰς ἔχετε βακτηρίας· ἑλακωνομάνουν, ἀνόμων, σκύτινα ἐφόρουν. Theophrast. lib. 4. histor. Plant. c. 5. σκυτάλια καὶ βακτηρίαι ἐξ ἀκάνθης λύκης τρίζει. Scholiastes Aristophanis, Iudices & Primates ait vsos ὀρθῇ βακτηρίᾳ, rusticos incurua. ἐχρῶντο ἦ αὐτῇ οἱ ἐν ἀστικοῖς καὶ οἱ δικάζοντες, τῇ ἦ καμπύλῃ οἱ ἀγροικοί. Glossæ ἀστικὴ βακτηρία ὀρθή. Clemens lib. 1. Pædag. c. 8. οὐκ ἀγαθὸν ἦ κύριον, ἀλλὰ τῷ ῥαβδὸν, καὶ τῷ ἀπειλεῖν, καὶ τὸ φόβον. Prudent. D

Regnum per omne iussus
Sacram tenere virgam.

ῥαβδονομεῖν, *potenter regere.* Lictoribus virga attributa, Stat. lib. 1.

Atriáque & multa pulsantur limina virga.

Martial. lib. 8. E

——*nobilique virgâ*
Vatis Castaliam domum sonare.

Ouid. lib. 5. Trist. el. 7.

——*Et quos prætexta verendos,*
Virgáque cum verbis imperiosa facit.

Plutarch. in Paulo Æmilio, ῥαβδονόμοι τὰς ἀτάκτους συρρεούσας ἐξειργόντες. Idem in Pompeio, ὁ πάντα διακοσμῶν ἐκεῖνα, στέφανον ἔχων καὶ ῥαβδόν, Alexandriæ, vt populum disponeret ad excipiendum regem. in Antonio qui Athenis non cum fascibus, sed μετὰ τῶν γυμνασιαρχῶν ῥαβδῶν πορεύεται. Liuius lib. 45. Popilius virga quam in manibus gerebat, circumscripsit regem. Ausonius, virgam frequenter commouendo viatores turbam submouent. Apud Plutarch. in Themistocle, Lacedæmonius belli dux Themistoclem virga quam manu gerebat,

A gerebat, ferit. Ita & centuriones vitim gerebant, qua milites ferirent. Sed vt ad iudices redeamus, Constantinopoli fuit Prætor τῶ δήμω, qui ius diceret populo, κειτὸς βήλω. Nicetas plures belli iudices fuisse ait viros illustres. Alius δικαιοφύλαξ apud Codinum. Nouel. 82. εἰς δειλινὴν ὀψίαν καθεδουμένους οἱ διαιτηταί. in vespertinum vsque tempus sedent iudices. Agathias lib. 3. ἐξ ἑωθινοῦ μεχρὶ ἡλίου καταδύντος. Sueton. c. 32. Augustus ius dixit assiduè & in noctem nonnunquam. Res agi & rerum actus dicti, ὅτε ἡ δίκη εἰσὶ, quando causæ aguntur. Sueton. in Claudio, rerum actus diuisos esse in menses æstiuos, & hibernos. Codinus νομοφύλακα ponit. Columella lib. 12. c. 3. Primoribus moratarum ciuitatum non satis visum est bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos creassent, quorum erat officium, qui legibus parerent, eos laudibus & honoribus prosequi, eos qui non parerent, pœna mulctare, assidua iurisdictione vim legum custodientes. Suidas, νομοφύλακες, ἀρχὴ τις παρ'

B ἀθηναίοις διαφέρουσα τῶν θεσμοθετῶν, οἵτινες τὰς ἀρχὰς ἐπιωάσκαζον τοῖς νόμοις χρῆσθαι. *Nomophylaces alij fuere à Thesmothetis qui magistratus cogebant leges seruare.* Pollux lib. 8. ὁ δικαστὴς, ὁ δικάζων, ὁ κλήρῳ λαχὼν, ὁ κληρωθεὶς, ὁ τὴν ψῆφον κύριος, ὁ δὲ δικαίᾳ θεσσάτης, ὁ τῶν νόμων φύλαξ. σκεῦη τὰ δικαστικὰ σύμβολον, βακτηρία, πινάκιον, &c. *Magistratus Iudex & Prætor* ἄρχων, ἀρχικὸς, ἔξαρχος, ὕπαρχος, ἀρχιγέτης, ἔπαρχος, ἡγεμὼν, στρατηγὸς, θεσσάτης, ὕπομνηστὴς, ἁρμοστὴς, στρατηγὸς, διωκάστης, ἔφορος, ἐπόπτης. Basil. ecl. 9. εἴτε ἄρχοντες εἶησαν δικασταὶ, εἴτε θεῖοι διαιτηταί. ἔχουσι γὰρ ἔτι ἐκβιβαστὰς, καὶ ἐπείκτας, *siue Prætores sint iudices, siue diuini arbitri. Habent enim & isti viatores & compulsores.* Apud Zonaram ἐπείκτης βασιλέως, *compulsor regius.* Cedrenus βασιλέως ὁ ἐπείκτης τοῦ βασιλέως τὸ ἀπόῤῥητον ἐκοινώσατο σαμωνᾶ κουβικουλαρίῳ. *Compulsor regius enuntiauit arcanum Samonæ cubiculario.*

Admonui iudices ius in noctem dixisse, aut etiam nocte illatis lucernis, vt Plinius ep. ad *Iudices noctu ius dicebant.*

C Vrsum. Capitolinus in Marso, qui comitiis etiam vsque ad noctem interfuit, id est iudiciis. Xiphilinus ἔνδεκα πολλάκις καὶ δώδεκα ἡμέραις αὐτὸν δίκαιον καὶ ἐν νυκτὸς ὄντα ὅτε δικάζων ἐκείνῃ. *Duodecim interdum diebus, aut vndecim eandem litem & de nocte iudicabat.* Tamen lege 12. tabul. Sol occasus suprema tempestas esto. Theodorus Hermopolit. ὁ κυρίως δικαστὴν οἷόν εἰσιν οἱ δώδεκα κριταὶ, καὶ οἱ τῶν δικαστηρίων θεσμοθήμονες, οἷον ὁ δρουγγάριος, καὶ ὁ διαιτοδότης, πᾶν ἄρχων θεσμοθήμων δικαστήριον, καὶ ἔχων ἐξουσίαν ἔχει καὶ διαιτοδοσίαν, καὶ κεφάλαιον. θεσμοθήμων δὲ δικαστηρίων οἱ ὀφφικιάλιοι, καὶ ὁ μέγας δρουγγάριος. *Index propriè cuiusmodi duodecim iudices, & qui præsunt iudicijs, cuiusmodi est Drungarius, & iuridicus, & quisquis præest iudicio habens Imperium, iurisdictionem, & potestatem. Præsunt iudicijs officiales, & magnus Drungarius,* διαιτοδοσίαν ἔχουσι οἱ δώδεκα διδόναι δικασὰς, καὶ δεκατόχους. *Iurisdictionem qui possunt dare iudices, & recuperatores* κεφάλαιον ἄκρατον καθαρὸν ὅτι ὡς τὸ ἔχειν ξίφος ἐξουσίαν, ὅσῳ καὶ ἐξουσία λέγεται· μόνος γὰρ βασιλεὺς

D ἄκρατον ἐξουσίαν ἔχει ὡς δικαίῳ καὶ ἀποκεφαλίζειν. *Merum Imperium est vt habere ensis potestatem quæ potestas dicitur: solus Princeps merum Imperium habet, vt qui capite plectere possit.* τῶν δικαστῶν οἱ μὲν ἔχουσι διαιτοδοσίαν, καὶ δικαίᾳ καὶ θεσιμῷ, καὶ πιστρεπτὰς τὰς ἀμφιτάνοντας, ὁποῖοι εἰσι σήμερον ὁ δρουγγάριος, καὶ ὁ ἔπαρχος· ἔτι γὰρ δικαίᾳ καὶ δικασὰς διδόναι ὅπου ὑποθέσθαι τὰς ἄλλας κρίσεις. *E iudicibus alij iurisdictionem habent, & possunt mulctare & punire peccantes, vt hodie Drungarius & præfectus vrbi. Isti enim possunt iudices dare, verbi causa, alios iudices.* οἱ δὲ μηδὲν τοιοῦτον ἔχοντες τὸν μόνον ἔχουσι ὅτι δικάζουσι, ὁποῖοί εἰσι οἱ τῶν βήλων κριταί. *Alij ius gladij non habent, sed cognoscunt de pecuniarijs causis vt Beli iudices.* Igitur Drungarius ius gladij habuit & merum Imperium, non iudices veli, forte similes iis qui Athenis διαιτηταί, οἱ ὑποφάνων τῶν πεντήκοντα νομισμάτων δίκας κρίνοντες *qui supra quinquaginta nummos lites iudicabant.* κεραμίσκον διαιτοδότου, interpretantur, quia *suffragia iudicum in vasa cornea mitterent.*

E Alexander Seuerus apud Lampridium vetuit eos iudices fieri qui furti aliquando con- *Iudices furti cõdemnatos non admittebat Alexander Seuerus.*
demnati essent. Si vnquam furem iudicem vidisset paratum habuit digitum vt illi oculum erueret. Claudius fures iudices palam apertéque damnauit. Olim Latinè tantum decreta interponebantur, l. 48. de re iudicata. l. 12. C. de sentent. postea vsus obtinuit, vt Græcè ferri possent sententiæ. διαιτᾶς Harpocration arbitros esse vult. διαιτηταὶ ἕτεροι δικαστῶν. ἔτι μὴν γὰρ ἐν δικαστηρίοις ἐδίκαζον ἀποδεδειγμένοις, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν διαιτητῶν ἐφεσίμους ἐκεῖνον. οἱ δὲ διαιτηταὶ κλήρῳ πρότερον λαχόντες ἢ ὑπερφάντων αὐτῶν τῶν κεκριμένων τοῖς κεκριμένοις δικάζειν. *Diætetæ alij sunt à iudicibus qui in certis foris iudicant, & de appellationibus ab arbitris cognoscunt. Arbitri aut sortiti, aut potestate à litigantibus facta iudicabant. Si appellaretur, iudices ordinarij cognoscebant.* Cassiodor. lib. 12. ep. 5. Generaliter quidem amplissimum cognitorem decet beneficia dilatare. Nicetas, εἷς τῶν βήλων κριτῶν, εἷς τῶν δεκατέων ὀφφίκιον ἀναβάν. Iudices ordinarij sunt Principes viri clarissimi, non spectabiles aut illustres. C. Th. lib. 7. tit. 57. de cohortal. Præsul pro iudice ponitur apud Cassiodorum. Vide an iudices Beli sint qui iudicant intra velum. Suidę βῆλον βάπτισμα.

Liber mandatorum apud Iudicatem.

Prope iudicantem in Imp.Rom.semper erat liber mandatorũ. Iudex in loco amplo sellæ aut tribunali insidebat,nisi de plano ius diceret.Supra purpureę cortinæ annulis suspensæ & à lateribus conuolutæ tribunalis faciem aperiunt.l.181.C.Th.de decurionib.Apud Surium 23.Augusti,Lysias introgressus obduxit velũ,postea exiens ex tabella recitauit sententiam. A

Gladij potestas penes Præsidem.

Præses & Rector Prouinciæ gladij potestatem habuit. Eius sedes in Metropoli fuit, vbi & mandata Principis proponebantur vt faciliùs innotescerent. Nouel.17. In Metropoli Præses tota hyeme ius reddebat. l. 6. de offic. Rect. Prouinc. æstate alias ciuitates obibat. Strabo lib.3. *ὁ ἡγεμὼν διαχειμάζει μὲν ἐν τοῖς ἐπιθαλαττίοις μέρεσι, καὶ μάλιστα τῇ καρχηδόνι, καὶ τῇ ταρακωνι, δικαιοδοτῶν. ἥρως δ' ὢν εἶδεσι, ἐφορᾷ δέ πινα τ δεομένων ἐπανορθώσεως. Præses in maritimis hyemem agit, maximè Carthagine & Taracone ius dicens. Aestate Prouinciam peragrat,considerans ea quæ corrigi debent.* Cic.7. in Verrem, Æstate summa quo tempore cæteri Prætores obire Prouinciam,& concursare consueuerunt.Cassiodorus lib.5.ep.14.Iudex Romanus propter B expensas Prouincialium quæ grauare pauperes suggeruntur per annum in vnumquodque municipium semel accedat, cui non amplius quàm triduanæ præbeantur annonæ.Nouel. Maioriani de curialib. Per municipia iudices locorum Præsidis partes sustinebant, *τοποτηρηταί*,l.2.C.de re exhib. Delegabantur à Prouinciæ Rectore,Nouel.8.17.128. Theophylactus in c.19. actor. *ὑπελεῖς καὶ ἀγοραίους κριτὰς*, *vulgares iudices* vocat. Iustinianus Vicariis istis explausis quicquid eorum muneris fuit,defensoribus iniunxit.Nouel.15. Præses ordinarius totius Prouinciæ iudex est, nec eo quisquam in Romana Notitia inferior. Synesius in epist.101. *τοῖς ἀρξασιν ἡμῶν καὶ τῶν ἐλάττω, καὶ τῶν μείζω, καὶ τῶν αἰγυπτίων ἀρχόντων. Qui apud nos gesserunt maiorem, minorem, & Aegyptiorum magistratum.* Quia minor dignitas Præsidis à quo Pentapolis regebatur, maior Ducis, vel Comitis qui Ægyptiacum limitem tuebatur. l.vlt.C.de diuers.offic. Synes.ep.144. *περὶ τ κόμητ ἐγεγράφεις λέγω δ τυχόντ ἀρχῆς τ ἐν* C *τῇ πατρίδι. De Comite scripseras, eum intelligo qui militum præfecturam in patria est adeptus.* Augustalis totius Diœcesis præfectus erat. Fuerunt & magistratus municipales iudiciis præpositi. Ante Diocletianum iudices non omnes causas ipsi iudicabant, sed litigantibus iudices dabant l.1.C.de ord.iud.l.4.D.de offic.præs.Super causa statu Præses non cognoscit l.2.C.de ord.iud. Adito Præside Prouinciæ,& accepto familiæ herciscundæ iudicio, experire. Prætores & Proconsules edictis se iudicium vel actionem daturos pollicentur,non iudicaturos l.1.§.1.D.de dolo,l.si id quod D.de iurisdict.omn.iudic. Gellius lib.2. Prætores pro æstimandis iudiciis se recuperatores daturos edixerunt.Plaut.Bacchid.Prætor recuperatores dedit, Suidas,in voce *ἡγεμονία τοῖς ἀρχοσιν δ πάσας πᾶσιν ἐφεῖτο δίκας εἰσάγειν, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἄρχουσι τὰς τ ὀρφάνων,&c. τοῖς δὲ λογιστὰς τὰς τῶν τ ἀρξάντων δώσειν. Non omnibus magistratibus omnia iudicia admittere licuit, sed prætori quidem causas orphanorum rationalibus rationes accipere* D *eorum qui magistratu abijssent.* Aliquando causarum & personarum fauore ipsi cognoscunt vt causas liberales,& quasdam pecuniarias l.1.C.de ord.cognit.l.vlt.C.vbi causæ stat.l.1.D.de rei vindicat. Diocletianus sanxit vt Præsides omnia per se definire possent l.2.C.de pedan. iudicib. Causas criminales semper terminarunt l.1.D.de offic.eius cui mand.iurisd.

CAPVT XXIV.

De Imperatore iudicante.

Roma summa iudiciorum tractabatur.

HANC partem lib.3.c.24.de Imper.exsecuti sumus. Romæ summa omnium iudiciorum exercebatur,vt Aristides *ἀκοῦσαι ἐκεῖ ἔξεστι μὴ τὸν ἐν τῇ πόλει ψῆφον ἐνεχθεῖσαν ἐλθεῖν ἄλλοσε, δὲ ἐπ' ἄλλας δικαστὰς, ἀλλὰ στῆναι ἀνάγκη τοῖς ἐγνωσμένοις. Non igitur licet post sententiam Romæ latam aliò ire, nec ad alios iudices, sed necesse est stare iudicatis.* *μόνῃ δικαστὴς ἕτερος μέγας, ὃν ὅποτε δὲν ἐκφεύγει τ δικάντων. Manet alius index magnus* (Cæsarem intelligit) *quem nihil vnquam iusti fugit.* E

Neronis cõsuetudo in iurisdictione & cognitione.

Nero in iurisdictione postulatoribus nisi sequenti die ac per libellos non temerè respondit. In cognoscendo morem eum tenuit vt continuis actionibus omissis sigillatim quæque per vices ageret. Quoties autem ad consultandum secederet, neque in commune quidquam, neque propalam deliberabat, sed & conscriptas ab vnoquoque sententias tacitus ac secreto legens, quid ipsi libuisset perinde atque pluribus idem videretur pronuntiabat. Augustus appellationes quotannis vrbanorum litigatorum prætori delegauit vrbano, ac

Prouin

A Prouincialium consularibus viris quos singulos cuiusque Prouinciæ negotiis præposuisset. Quoniam non iure magistratus, sed ex delegatione principis, eiúsq; vice hę causę disceptabantur. Sed ad Senatum postea, demum etiam ad maiores iudices appellationes deductæ sunt, ita certè vt Princeps rursus appellari posset. Vetus hoc Mecænatis præceptum, μήτε αὐτόδικος, μήτε αὐτοτελὴς ὅπω τις τὸ παράπαν ἔστω, ὥστε μὴ οὐκ ἐφέσιμον ἀπ' αὐτοῦ δίκην γίγνεσθαι. *Nemo ita merum Imperium obtineat, vt non ab ipso appellare liceat.* Themist. orat. ad Valent. ὅπω γοῦν τὴν βασιλέως ἐπωνυμίαν ἀπαξιοῖ, τὴν τῶν δικαστῶν ἀγαπᾶ ὡς ἐκεῖνο δυνάμεως πρόσρημα, τὸ δὲ σοφίας. *Sic igitur regis nomen abnuit, iudices amat, quia illud potentiæ, hoc sapientiæ vocabulum est.*

A Consulibus igitur, & ab ipso Senatu ad principem sæpe prouocatum est, & ab eo ita iudices dati, vt appellatio interponi non posset. l. 1. l. à Proconsule C. de appellation. Appellationes tamen rectà ad principem fieri non poterant l. Imperatores D. de appellat. Ha-
B drianus tandem à Senatu appellari vetuit, ne ab ipso Imperatore appellari videretur, qui Senatorum numero adscriptus. D. l. 1. à quibus appel. non licet l. ius Senator. D. de dignit. Apud Lamprid. Alexander ait: Et vos ipsi magnifici, vnum me de vobis esse censete potius quàm magni nomen ingerite.

A Consulibus & à Senatu ad Principem sæpe appellabatur.

Mansit tamen illibata principis auctoritas quo præsente in Senatu appellationum iudicia, quæ consultationes dicebantur, peragebantur, aut ab eo confirmabantur. Nouel. 62. Imo vt sententiæ à principe profectæ viderentur Senatores quamuis princeps abesset splendidiori veste & campagis vtebantur, quod in eius conspectu tantummodo fieri consueuerat, Nouel. 126. Illustriorem hunc ornatum attingit Themistius in gratiarum act. ad Valentin. ὑμεῖς ὥσπερ ἐν πανηγύρεσι μεταμφιεσάμενοι τὰς τηβέννας καὶ τὰ ὑποδήματα ἀλλαξάμενοι συγκαθεζόμενοι, ἐπὶ τῶν δίφρων. *Vos vt in diebus solemnibus vestiti cum togas & calceos muta-*
C *ueritis sedentes vnà in sellis.*

Integra Principis auctoritas in iudicijs. Senatorum vestes splendidiores absente Principe, & quare.

Senatus autem à principe ad hæc iudicia aliáque negotia vocabatur, in dicto conuentu vel silentio cui conuentus in erat, vt ait Iulianus antecess. Nouell. 56. Cassiodor. epist. 1. lib. 11. silentiosè geritur publicum bonum. Suffragia omnium non semper conquirebantur. Interdum exclamabant omnes, aut in sententiam pedibus ibant, aut more Græcorum ἐχειροτόνουν *manu sublata.* Ephes. Syn. 2. Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit, quoniam voces vestras necessarias habeo & manus, si quis non potest clamare, manum extendat.

Senatus sententiã prolaturus quomodo se gerebat.

CAPVT XXV.

D

De Centumviris.



CENTVMVIRI *fuere in Lydia apud quos causæ agebantur*, ὑφ' ὧν ἐδικαιοῦτο ἡ λυδία, ἑκατὸν ἄνδρες. Philostratus in Polemone. Centumviri Romæ à quibus Centumvirale iudicium dictum est. Ouid. lib. 3. de Ponto,

Vtque frui solitus sedissem forsitan vnus
De centum iudex in tua verba reis.

Quid de Centumviris.

L. 17. D. de inofficioso testamento. Erant olim dies conuentus quibus Decemviri hastam Centumviralem cogebant. Auctor ad Pisonem

Seu trepidos ad iura decem citat hasta virorum,
E *Et firmare iubet centeno iudice causam.*

Plinius consiliis 4. conscribi solere Centumviros docet. lib. 4. ep. 24. Proximè cum apud Centumviros in quadruplici iudicio dixissem. epist. 21. lib. 5. Descenderam in Basilicam Iuliam, sedebant iudices, Centumviri venerant. lib. 9. ep. 23. Frequenter agenti mihi euenit vt Centumviri, quum diu se intra iudicum auctoritatem, grauitatémque tenuissent. Quintilian. lib. 12. c. 5. Trachalum cum in Basilica Iulia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia vt moris est cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum, & laudatum ex quatuor tribunalibus memini. lib. 5. c. 2. de partibus Centumviralium quæ in duas hastas diuisæ sunt. Cum autem Centumviri in quatuor consilia conscripti essent, in Basilica Iulia vna cum Decemviris quatuor diuersa tribunalia ascendebant, vt docet Quintilian. lib. 12. Instit. cap. 5. Hæc quatuor iudicia in vno & eodem loco sic exercebantur, vt qui primo tribunali diceret, facilè à reliquis exaudiretur. De vna enim eadémque caussa quatuor hæc tribunalia simul vno tempore cognoscebant, & iudicabant

Centumvirale quadruplex vnde appellatum.

vno in loco teste Valer.Max.lib.7.cap.7.& l.76. D. de legat. Ideo Centumvirale iudicium dictum quatruplex à Plinio lib.4. ep.24. Quòd 4. consiliis, & 4. tribunalibus constaret. Vrbanus prætor Centumviralibus iudiciis præsidebat, vt Plinius libr.5. ep. ad Rufum, & medius inter 4. tribunalia sedebat. Partes Centumvirales in duas hastas diuisæ erant, ait Quintilian. lib.5. cap.2. In omnibus enim iudiciis Centumviralibus duæ hastæ ponebantur, vna Centumviralis & altera Decemviralis, seu prætoria.l.10. de inoffic. testam. Erant enim ad dextram prætoris duo consilia iudicantium, totidem ad læuam. Itaque sæpe factum, vt duo consilia absoluerent, duo damnarent. Quanquam autem Centumviri dicti, erant tamen 105 viri l.Titium §.1. D.de inoffic.testam.

CAPVT XXVI.

De Decemviris.

Decemviri qui.

QVos Festus Decemviros litibus iudicandis vocat, Dio lib. 54. τοὺς δέκα τοὺς ἐπὶ τῶν δικαστηρίων τῶν εἰς τοὺς ἑκατὸν ἄνδρας κληρουμένων. *Decemviros litibus iudicandis quæ sorte à Centumviris iudicandæ erant.* Verba sic habent, καὶ διὰ τοῦ τὸ πρότερον μὲν ἀποδημοῦντος ἔτι τῶν αὐγούστου δόγμα ἐγένετο τοὺς εἴκοσι καλουμένους ἄνδρας ἐκ τῶν ἱππέων ἀποδείκνυσθαι, ὅθεν οὐκ ἔτι οὐδεὶς αὐτῶν εἰς τὸ βουλευτήριον ἐσεγράφη μὴ καὶ ἑτέραν τινὰ ἀρχὴν τῶν ἐς αὐτὸ ἐπάγειν δυναμένων λαβών. οἵτε δὴ εἴκοσι οὗτοι ἄνδρες ἐκ τῶν ἓξ καὶ εἴκοσιν εἰσὶν, οἵτε τρεῖς οἱ τὰς τῶν θανάτου δίκας προστεταγμένοι, καὶ οἱ ἕτεροι τρεῖς οἱ τῶν νομίσματος κόμμα μεταχειριζόμενοι, οἵτε τέσσαρες οἱ τῶν ἐν τῷ ἄστει ὁδῶν ἐπιμελούμενοι, καὶ οἱ δέκα οἱ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων τῶν εἰς τοὺς ἑκατὸν ἄνδρας κληρουμένων ἀποδεικνύμενοι. οἱ γὰρ δὴ δύο οἱ τὰς ἔξω τῶν τείχους ὁδοὺς ἐγχειριζόμενοι, οἵτε τέσσαρες οἱ ἐς τὴν καμπανίαν πεμπόμενοι καταλέλυντο. *Ideo prius absente Augusto decretum fuerat vt XX viri ex equitibus crearentur. Vnde nemo eorum in Senatum allectus erat nullo gesto magistratu qui in Senatum aditum præbet. XX. illi viri sunt ex XXVI viris, tres scilicet viri capitales, Tresviri monetales, Quatuorviri viarum in vrbe Curatores, & Decemviri litibus iudicandis, quæ sorte à Centumviris iudicandæ sunt. Duo enim viarum extra vrbem Curatores, & 4. in Campaniam missi sublati erant.* Igitur Xviri illi erant quos prætor vrbanus in consilium diebus cognitionum adhibebat. Adrianus Decemvir lit.iudic.multo ante X X.annum ætatis fuit, vt Spartian.sub Augusto X.Senatores fuere vt Dio, sub Antoninis V.Senatores, V.equites, vt Vlpianus in fragmentis. Decemviri iudices erant non assessores, vt Valer.Max.lib.2.c.5.l.6.D.de manumis.vind. Romæ Xviri iudices, in Prouinciis X X. recuperatores certi, & perpetui fuere, qui non prætoris, aut præsidis arbitrio legerentur. Apud Suet.in August. c. 36. Xviri Centumviralem hastam cogunt. Eorum meminit Cic.in oratore, & pro Cęcinna, Decemviri, ait, re quęsita & deliberata sacramentum nostrum iudicauerunt. Marcellus Donatus putat eos è Centumviris non fuisse. Perperam. Pomponius l.2.de orig.iur.legendus. Erant ex X X V I viris qui quotannis populi suffragio creabantur, & inter Centumviros iudicabant. Festus in verbo, præfecturæ, ita restituendus mihi videtur, in quas solebant ire præfecti quatuor ex X X V I virorum numero, qui populi suffragio creati erant in hæc oppida Capuam, Cumas, &c.

CAPVT XXVII.

De Iudicibus rerum capitalium.

Quæstores vnde dicti.

QVÆSTORES dicti quòd quærerent de rebus capitalibus, vnde qui talia quærerent, quæstores parricidij appellantur, ait Fest. Sub Sylla Dictatore fuere octo prætores, 1. Vrbanus, 2. Peregrinus, 3. de Maiestate, 4. de Vi, 5. de Peculatu, 6. de Crimine inter Sicarios, 7. de Ambitu, 8. de Veneficio vel falso. Olim Triumviri capitalibus criminibus præfuere. Horat.o.4.epod.

Sectus flagellis hic Triumviralibus
Præconis ad fastidium.

Triumviri capitales de maleficio ciuium non cognouerunt, quos Dio lib.54. vocat, τοὺς τὰς τοῦ θανάτου δίκας προστεταγμένους. Creati sunt qui carceris curam haberent, vt cum animaduerti oporte

A oporteret,id interuentu eorum fieret. Salluſt.in Catil. In eum locum poſtquam demiſſus eſt Lentulus Iudices rerum capitalium, quibus præceptum erat,laqueo gulam fregere. Hi octo lictores habebant, qui eorum iuſſu in damnatum animaduerterent. Plaut. Amphitr. Quid faciam nunc,ſi treſviri me in carcerem compegerint,&c.Ita quaſi incudem me miſerum octo homines validi cædent. Treſviri, & XXVI viri à prætore conſtituebantur, qui ad columnam Mæuiam in vilia capita animaduerterent,vt Aſconius ad Diuinat. Ciceron.Valer.Maxim.lib.5. c.3. Prætor mulierem damnatam Triumviro in carcere necandam tradiderat. l.8. c. 4. à L. Calpurnio Triumviro ſeruus in crucem actus eſt. Feſtus, legem Papiriam commemorat de Triumviris Capitalibus. Valer. Max. lib.5. c.9. lib.6. c.1. Fuere & Duumviri Capitales, qui è perduellionis crimine iudicabant. Liu. lib. 1. de Tullo rege loquens, Duumviros, qui Horatio perduellionem iudicent, ſecundum legem
B facio, lib. 6. ſunt qui Duumviros qui de perduellione inquirerent, creatos putent, in cauſa M. Manlij. C. Rabirius à Iul. Cæſare, & L. Cæſare Duumviris perduellionis damnatus ad populum prouocauit,vt Dio lib. 35. Cic. in oratore, planéque Duumvirorum Iudicium, aut Triumvirorum capitalium, aut Decemvirorum Slitibus iudicandis, dico nunquam.

Quæſtores parricidij creati, quia conſulibus de capite ciuis Romani iniuſſu populi ius dicere non licebat. Lex Numæ:Si quis hominem liberum ſciens dolo malo neci duit,parricida eſto. Fuerunt & Quinqueviri qui de exilio iudicarent. Plin. lib. 29. Decuriæ pro more cenſuris principum examinantur. Inquiſitio per partes agitur, & qui de nummo indicet à Gadibus, columníſque Herculis accerſitur, de exilio vero non niſi die quadrageſimo quinque electis viris datur tabella. Partes vocat centumviralium iudiciorum ha-
C ſtas, de quibus Quintilianus lib.5. Inſtit. In conſtitut. Honorij & Theodoſ. In criminalibus cauſis Senatus ſtatuta iamdudum Quinqueviralis iudicij forma ſeruabitur. In quo cum perfacile eſſe credamus optimos legere de ſummis, ſortito tamen ad iudicium vocabuntur, ne de capite atque innocentia, alterius iudicio electi iudicent. Ante hanc conſtitutionem non ſorte capiebantur, ſed ex Senatu Quinqueviri eligebantur.C.Theodoſ.tit. de iuriſdict. & tit. de accuſation. Seruius ad lib.6. Æneid. *Quæſtores parricidij, cur ita vocati.*

Nec vero hæ ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes,
Quæſitor Minos vrnam mouet.

Sine ſorte,id eſt,ſine iudicio. Tractum hoc de more Romano, non enim audiebantur cauſæ niſi per ſortem ordinatæ. Nam tempore quo cauſæ agebantur, conueniebant omnes,
D vnde ait Conſilium, & ex ſorte dierum ordinem accipiebant, quo poſt diem trigeſimum ſuas cauſas exſequerentur, vnde eſt, vrnam mouet.

Quæſitores autem dicuntur qui exercendis iudiciis præſunt. Aſcon. ad lib. 3. Verrin. Cum in rem agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant iudicem qui dabatur poſt trigeſimum diem. Vnde apparet in publicis iudiciis rei nomine delato, receptóque, non ſtatim cauſam dictam, ſed ex ſorte litigatores dierum ordinem accepiſſe, nec ante 30. poſt diem iudicem adiiſſe. Immò verò non niſi poſt 30. diem iudex dari ſolitus. Sed nec tum quidem ſtatim iudicium agitabatur, ſed decimo pòſt die litigantes iudex adeſſe iubebat. Aſconius ad Cornelian. Reum Cornelium duo fratter Cominij lege Cornelia de maieſtate fecerunt. Detulit nomen Publius, ſubſcripſit Caius. Et cum P.Caſſius prætor decimo die,vt mos eſt,adeſſe iuſſiſſet, eóque ipſo die non adfuiſſet. *Quæſitores qui dicatur.*

E

CAPVT XXVIII.

De Quinquennijs.

QVINQVENNII magiſtratus fuere iudicio Senatus creati qui publicos ſumptus minuerent. Plinius epiſt.1. lib. 2. ad Traianum. Veritus ne forte inter Quinquennios crearetur, qui minuendis publicis ſumptibus iudicio Senatus conſtituebantur. Mar. Antoninus cauit & ſumptibus publicis, ait Capitolinus. Suetonius in Nerone, multa ſub eo & animaduerſa ſeuerè, & coërcita, nec minus inſtituta. Adhibitus ſumptibus modus, publicæ cœnæ ad ſportulas redactæ. Spartian. in Adriano iudicum ſumptus conſtituit, & ad antiquum modum redegit. Xiphilin. in *Quinquennij magiſtratus ſumptus publicos minuebant.*

Nerua, πολλὰς μὲν θυσίας, πολλὰς δὲ καὶ ἱπποδρομίας, ἄλλας τέ τινας θεὰς κατέλυσε συστέλλων ὡς οἷόντε δαπανήματα. *Multa sacrificia, Circenses ludos, & alia spectacula sustulit, contraxitque quantum ponit sumptus.*

CAPVT XXIX.

De Relatione Iudicum.

Quid Relatio Iudicũ.

RELATIO dicta cum iudex referebat de lite ad principem. Symmachus lib. 10. ep. 62. Consultus relatione Diuus genitor clementiæ vestræ. l. 1. C. de Relation. Relatione promissa. Rescribebat princeps ad eam Relationem, aut Patricij electi à principe. l. 34. C. de appell. & consultat. Symmachus lib. 10. Post crebras cognitiones, & rescripta ad Relationem numerosa. Optat. Milenit. lib. 1. Relatio missa est, rescriptum venit. Solebant autem Iudices cum sua relatione simul mittere acta iudicij, & supplementa partium. Symmach. lib. 10. ep. 46. 47. 55. 58. Paulinus, directa Relatio est sub nomine Senatus à Symmacho tunc præfecto vrbis de repetenda ara victoriæ.

CAPVT XXX.

De Viginti viris.

Viginti virorũ institutor Augustus.

VIGINTI viri ab Augusto creati anno 741. ab V. C. Triumviri monetales, Triumviri capitales, Quatuorviri viales, Decemviri Slitibus iudicandis. Libera autem Rep. fuit vetus consuetudo vt populus quotannis 26. viros crearet, quorum munia sic postea distribuebat. Fiebant ex illis Triumviri capitales, Triumviri monetales, Quatuorviri curatores viarum in vrbe, X viri Slitibus iudicandis qui hastam centumviralem cogebant, Duumviri curatores viarum extra vrbem, Quatuorviri in præfecturas Campaniæ mittebantur. Sed hic numerus ab Augusto anno 741. imminutus est, sublatis viocuris, qui extra vrbem vias curabant, & Quatuorviris qui in Campaniæ præfecturas mittebantur. Ita pro XXVI viris XX viri fuere, quos ex equestri ordine sumi iussit Augustus cum olim ex liberis Senatorum sumerentur, vt Dio lib. 54. Festus in voce, præfecturæ, XX viratus erat ianua ad honores ad quos principum liberi hoc gradu pergebant. Spartianus in Didio qui inter XX viros electus est suffragio matris Marci. Dio lib. 58. in Claudio τὰς γαμβρὰς τότε ἐν τοῖς εἴκοσιν ἀνδράσιν ἄρξαι, καὶ μετὰ τοῦτο πολιαρχῆσαι ἐν τῇ αἰσχαῖς ἐπέλευσε. *Generos inter XX. viros magistratum gerere, & postea præfectos vrbis fieri per ferias Latinas iussit.* Tacit. Annal. lib. 3. Tiberius Neronem Germanici filium iam ingressum iuuentam commendans patribus petiit vt munere capessendi XX viratus solueretur.

CAPVT XXXI.

De Proceribus.

Quinam Proceres.

PROCERES fieri per Codicillos vacantes scribit Cassiodorus lib. 6. var. Codicillis vacantibus in palatio versantur, qui titulo tenus, & honoris tantum participes erant, sine salario, sine vlla tractatione.

CAPVT

A

CAPVT XXXII.

De Appellationibus.



MNES illi magiſtratus de quibus adhuc egimus ea lege ius dixerunt, vt ſi qui ſe grauatos eorum ſententiis putarent, vel Imperatorem, vel Senatum, vel Præfectos Prætorio & vrbi, vel Quæſtores appellare poſſent. Olim certè ex omni imperio appellationes Romam confluebant vt ait Ariſtides in Panegyr. Romæ. ἀκὴν ἐκεῖ ἔξεστι μὴ τῷ ἐν τῇ πόλει ψῆφον ἐνεχθεῖσαν, ἐλθεῖν ἀλλόσε, ἢ ἐπ' ἄλλους δικαστὰς, ἀλλὰ σφᾶς αὐτοὺς ἀνάγκη τοῖς ἐγνωσμένοις, εἰ μή τις ὀξὺ μικρὰ πόλις ὥστε περισσεῖας δικαστῶν ἕνεκα τῷ ἀξίαν φθόγγου, ἢ τὴν δικαίαν μὴ κεκτήσαντα, μηδὲ τὸ νενικῆσθαι, ἀλλὰ μυρεδικασὴς ἕτερον μέγας, ὃν ἔστιν ἐκφυγεῖν τὸ δικάζειν. *Non igitur illis fas poſt ſententiam in vrbe latam, alio confugere, nec ad alios iudices, ſed neceſſe eſt acquieſcere iudicatis. niſi fortè in minori aliquo oppido ſit opus externis iudicibus, cum quis vel præter meritum reus eſt, vel actor cauſam non obtinet, nec ſi certa conſtat victoria, quando alius ſupereſt magnus iudex, quem nihil vnquam iuſti fugit.* Heſychius δίκας ἔξω ξένης λεγομένας vocat *iudicia quæ per appellationem in alieno ſolo fiunt.* *Appellationes quomodo fiebant.*

Appellationum certè vſus ante Auguſtum infrequens Romæ fuit, poſtea vero deficiente magis magisq; in dies prætorum tam in ſortiendis quàm in dandis iudicibus poteſtate, prouocandi licentia creuit, maximè vbi ex reſcripto principis peti, dariq; iudices cœpti, à quibus vt & à magiſtratibus poterat appellari. Has igitur appellationes Auguſtus quotannis præfecto vrbis, ſi vrbani erant litigatores, aut ſi prouinciales viris conſularibus delegauit. Sueton. cap. 32. lib. 2. Appellationes quotannis vrbanorum quidem litigatorum præfecto delegauit vrbis, vt prouincialium conſularibus viris, quos ſingulos cuiuſque prouinciæ negotiis præpoſuiſſet. Caligula per initia magiſtratibus liberam iuriſdictionem, & ſine ſui appellatione conceſſit, verum non diuturnum id fuit. Nam & ad Senatum, & ad principem paſſim appellabatur. Sed ad principem appellantibus cum certa, ſi cauſa caderent, propoſita eſſet pœna, Nero ſtatuit vt eiuſdem pecuniæ periculum facerent & qui ad Senatum, & qui ad principem appellaſſent, vt Sueton. in Nerone cap. 17. A Senatu vero ne appellaretur ad principem Hadrianus effecit l. 1. C. à quibus appel. non licet. M. Antoninus, apud Capitolinum, multis cognitionibus ad ſe pertinentibus Senatum iudicem dedit. Hermogenianus l. præfecti D. de minorib. Appellationem iniquitatis ſententiæ querelam eſſe ait, quatuor tempora ſunt appellationum. Primum intra decem dies appellandum. Nouel. 23. à recitatione ſententiæ. Secundum intra quod petendi ſunt apoſtoli l. iudicib. C. de appel. Tertium inducendæ appellat. l. 2. & 3. C. de temporib. & reparat. appellat. Quartum terminandæ l. ſancimus C. de appel. l. 20. D. de appel. Appellatio etiam à barbaris vſurpata. Scribit enim Athenæus in thurifera felicis Arabiæ regione, ſi quis iniquo iudicio ſe putet oppreſſum ad regis aulam adire, cuius è faſtigio feneſtella eſt catena vincta, quam is qui regem appellat, mouet, & feneſtella aperta iniuriam quam paſſus eſt regi, indicat, qui vel in iudicem, vel in appellantem cauſa cognita animaduertit lib. 12. ὁ βασιλεὺς λιβανοφόρῳ χώρας ἑάντις δικασὰν ἄγῃ μὴ δικαίως δεδικηκέναι, ὀξὺ ἀνεὶς ἐν τῷ ὑψηλοτάτῳ τοῦ βασιλείου, ἢ αὐτὴ ἀλύσῳ δέδεται. In Perſis prouocare ad Regem licuit. Cambyſes corrupto iudici pellem detraxit, & filium iudicantem ei inſidere coëgit. Darius Sandotum iudicem in crucem egit. Mecænas Auguſto fuit auctor vt à quocunque iudice libera eſſet ad Cæſarem prouocatio. Dio. μήτε αὐτόδικος, μήτε αὐτοτελὴς ὅτῳ τὸ σῶμα ἔστω, ὥστε μὴ οἷόν ἐφέσιμον ἀπ' αὐτοῦ δίκιον γενέσθαι. *Nemo ita merum imperium obtinere debet vt ab eo prouocari non poſſit.* Contra conſtitutionem Hadriani à Senatu ipſo ſæpe ad principem prouocatum. l. 1. l. à proconſulib. C. de appellat. quia principis appellatio eſt poteſtatis, iudicis ſapientiæ, vt ait Themiſtius in orat. ad Valentem. ἔστω γὰρ τῷ βασιλέως ἐπωνομίαν ἀπαξιοῖ, τῷ δὲ δικαστῇ ἀγαπᾷ, ὡς ἐκεῖνο δυνάμεως τεκμήριον, τὸ δὲ σοφίας. Lamprid. in Alexandro, & Vopiſcus in Probo. Probus appellari voluit ab omni magiſtratu ad Senatum. Permiſit patribus vt ex magnorum iudicum appellationibus ipſi cognoſcerent. Admonuimus ad Principem, & Senatum ſine periculo litigantium appellari non potuiſſe, Tacit. lib. 14. Ann. vt qui à priuatis iudicibus ad Senatum prouocauiſſent, eiuſdem pecuniæ periculum facerent, cuius ij qui principem appellauere. olim à Prætore ad Collegam eius appellatum. Cic. in Verrem. Luc. Piſo multos *Appellationes tempore Auguſti fuerunt infrequentes.*

codices impleuit earum rerum,quibus ita interceſſit, quod iſte aliter atque vt edixerat,decreuiſſet, vbi Aſconius, intercedere vt vides etiam prætor prætori ſolet,vt Piſo Verri appellatione cauſæ ad collegam facta. Interdum à prætore ad tribunos appellatum. Cicero pro Quintio. Appellantur tribuni à quibus cùm eſſet certum auxilium petitum. Horatius interempta ſorore apud Liuium lib.1. populum appellauit. Cic.ibidem, cuius procurator à prætore tribunos appellare auſus ſit. Sub Cæſaribus frequentior appellatio. Tacit. lib.4. Iisq; inſtantib.ad Imperatorem prouocauit. Dio lib.52. à maioribus magiſtratibus ad Auguſtum appellatum. Symmachus lib. 10. Puniti qui temerè à Præfecto vrbis appellaſſent. A defenſoribus ciuitatum, duumuiris, pedaneis iudicibus ad præſides appellatur, ab ipſis ad ſpectabiles proconſules, moderatores ſi cauſa decem libras non excedit,ſi excedit Præfectus Præt. appellatur.l.cum appellatio C.de appel. Nouel.23. εἴσω δέκα ἡμερῶν τὸ ἐκφωνηθέισης ψήφῳ δυάσαι ἔκκλητον ἐπιδιδόναι. Procurator,adiutor eius,curator,patronus *intra decem dies à ſententia dicta appellare poſſunt.* τοῖς ἐπάρχοις τὸ πραιτωρείων ἑδεὶς ἐκκαλεῖται, *à Præfectis præt. nemo prouocat.* Nouel. 41. τὰς ἐκκλήτους γινομένας δίκας. *Appellationes* ad Principem *rectà fieri non poterant* l.Imperatores D.de appel. A B

Appellationũ iudicia.

Appellationum iudicia quæ conſultationes dictæ præſente in Senatu principe peragi, aut ab eo confirmari ſolebant. Nouel.62. Imo vt ſententiæ à Principis oraculo exiſſe viderentur Senatores quamuis princeps abeſſet, ſplendidiore veſte & campagis vtebantur, quod eo præſente tantum fieri conſueuerat. Nouel.126. οἱ γὰρ δικαζόμενοι, καὶ οἱ συνήγοροι, καὶ οἱ τῶν σωμηρούσι, καὶ πάντες οἱ ἐν τοιαύταις ὑποθέσεσι ὑπηρετοῦντες ὡς ἡμῶν αὐτῶν καθημένων καὶ ἀκροωμένων, τῇ μὲ ἐσθῆτι, τῷ δὲ ὑποδήμασι, καὶ ῥήμασι χρῆσθαι τοῖς ἡμετέροις ἀρχοῦσιν ἐπώκλωσε οἷς μόνοις καιρὸς πρόσεστι τοῖς τῆς βασιλείας εἰσιοῦσι. Inuenimus autem in huiuſmodi examinationibus rem fieri quæ Rep. & noſtro imperio indigna eſt, *litigantes enim procuratores, aduocati, & omnes qui in eiuſmodi cauſis miniſterium ſuum adhibent, quaſi nobis ipſis præſidentibus, & audientibus, tam veſte, quàm calceamentis, & verbis apud noſtros magiſtratus vſi ſunt, quibus ſolos vti oportet,qui ad regem adeunt.* Sed ipſi iudices non à ſe,ſed velut nobis præſentibus,& loquentibus ſententias ferunt. Statuimus vt quæſtor palatij cum præfecto præt. de eiuſmodi cauſis cognoſcant, & ſententias non vt à nobis,ſed vt à ſe ferant. Themiſtius in gratiar.act.ad Val. ὑμεῖς ὥσπερ ἐν πανηγύρεσι μεταμφιασάμενοι τὰς τηβέννας, καὶ τὰ ὑποδήματα ἀλλαξάμενοι συγκαθεζόμενοι δεῖ τῷ δίφρῳ. *Vos vt in diebus ſolemnibus cum togas & calceos mutaueritis conſidentes in ſellis.* Senatus autem à principe ad hæc iudicia,aliaq; negotia vocabatur indicto conuentu, vel ſilentio,cui conuentus ineſt, vt Iulianus ait Nouel.56. de appellationibus.C.de appell.& D.eodem tit. A proconſulari Helleſponti ad vrbis Conſtant. præfectum appellatur, ſi cauſæ decem libras auri excedunt, ſin minus ad proconſulem l. cum appellatio.C.de appel. Nouel. 23. ἐκκληθείσα δίκη μέχρι δέκα χρυσίου λιτρῶν ἕως δεῖ μὲ τὸ αἰγυπτιακῆς διοικήσεως καὶ τὸ θεσσαλωνικῆς ἑκατέρας λιβύης ἀκροατὴν ἔχῃ τὸ ἀυγουσταλιον, δεῖ δὲ τὸ ἀνατολικῆς διοικήσεως τὸ κομιτα τὸ ἀνατολῆς, δεῖ δὲ τὸ ποντικῆς, καὶ ἀσιανῆς τὰς θρεβλεπίδας κόμητας, καὶ αὐθυπάτων, καὶ κεφαλῶν, ὡσαύτως δὲ καὶ μοδεράτωρας, legendum, καὶ ἀυπάτας, καὶ κεφάτωρας, ὡσαύτως δὲ καὶ μοδεράτωρας, εἰ ἄρα ἰδικοὺς αὐτοῖς τὸν ἐπιτεταμένον, πάντων τῶν θεσπεσιμωτάτων θεῖον ἐχόντων ἀκροατήριον, καὶ μὴ διναμένῳ πνὰ τὰς δεῖ τῇ ἐξεζέσει τῶν ἐκκλήτων θεσπίσας παρ' αὐτῶν ψήφους κομίζεσθαι. τὰς δὲ τῶν θεσφάσεων τῶν θρεβλεπίων λεγόντων γινομένας ἐκκλήτους, εἴτε ὑπερβαίνοι τὸ πόσον τῶν δέκα ἢ χρυσίου λιτρῶν, εἴτε καὶ ἐλαττόνῃ θεὶ τοῦτο, καὶ ὁ ἔπαρχος τῶν πραιτωρείων ἅμα τῷ κοιαίστωρι ἐξεταζέτω, ἑκατέρας αὐτοῖς ὑπαρχούσης τάξεως. l.præcipimus C.de appel. A conſulari Cypri appellatur Quæſtor palatij. C D E

CAPVT XXXIII.

De Cognitoribus.

Cognitores dicũtur iudices.



COGNITORES dicti iudices. Cognitiones iudicia extra ordinem.Seneca in ludo Claudij, à Cognitionibus ei eſt. Vet. inſcriptio, Magiſtrum cognitionum ſacrarum ponit. Manilius,

Cognitor eſt vrbis.

Ouidius. *Inter Ephemeridas melius,meliúsque iacerent,*
Quas aliquis duro Cognitor ore legat.

Suetonius

A Suetonius in Vitellio, Cognituras, & sectiones ponit. Prudentius

Hic tum pronuntiauit Cognitor
Claudatur infans carcere.

L. 3. C. Theodos. de reparation. Si in sacræ cognitionis examine. l. 9. Cognitor sacer. l. 38. C. Theodos. de Nauicular. Cognitor annonarius. l. 12. de leg. & decur. C. Theodos. Cognitor ordinarius.

Cognitio extraordinaria, & quæ causæ cognitionis sacræ.

Cognitionis nomen ad ea plærumque iudicia refertur, quæ extra ordinem habentur. Illæ causæ quæ cognitioni Principis reseruantur, quasq; extra ordinem per auditores ille suos definit, cognitionis sacræ esse dicuntur. Cognitio prætoria l. 1. D. de rei vindicat. Cognitio extraordinaria l. 1. D. de extraord. cognit. Cognitio de re pecuniaria, de existimatione, de capitali crimine, de honoribus l. penult. D. eod. Cognitio iudiciaria l. 18. C. de nuptiis. Cognitio quæ fit de plano l. 4. C. de dilation. Quæcunque causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt, l. 71. D. de reg. iuris. Festus, Cognitor qui litem alterius suscipit coram ab eo cui datus est.

Cognitoris & Procuratoris differentia.

Cognitorem à procuratore separat Paulus lib. 1. sentent. tit. 2. & 3. Ascon. in Verrem, qui defendit alterum in iudicio, aut patronus dicitur si orator est, aut aduocatus si aut ius suggerit, aut præsentiam sui commodat amico, aut procurator si negotium suscipit, aut cognitor si præsentis causam nouit, & sic tuetur vt suam. Cic. pro Roscio Comœdo, Fannium cognitorem dedisset, &c. Nemo alteri petere potest, nisi qui cognitor sit factus. Cognitores non suo, sed mandantis nomine litem exsequuntur, Procuratores suo & litem contestantur, eamq; peragunt quasi sint pene domini & alieni iuris vicarij. Cicero pro Roscio Comœdo, obiectum est Roscio à Fannio quod in ea lite quam aduersus Q. Flauium mouisset, is Fannium cognitorem dedisset, qui vadimonia obiisset, ac demum post litem cum Fannio contestatam sine eo de damno & iniuria cum Flauio decidisset.

Cognitor sacer qui vocetur.

Cognitor sacer dicitur qui vice principis auditurus est, & iudicaturus, cui audientia vice principis sacris apicibus mandata est. vet. glossæ, *cognitor* ἔκδικος.

CAPVT XXXIV.

De Sportulis.

Sportulæ quid.

PORTVLAS olim reliquias ciborum è mensa patroni reportari solitas, quibus clientes inter familiares alerentur, deinde centum quadrantes singulis clientibus datos pro Sportulis vulgatum est. Martialis lib. 3. epigr. 7.

Centum miselli iam valete quadrantes
Anteambulonis Congiarium lassi
Quos diuidebat balneator elixus.
Quid cogitatis, ô fames amicorum?
Regis superbi Sportulæ recesserunt.

Eas Sportulas Domitianus apud Suetonium sustulit cap. 7. A quibus Sportulæ dictæ munuscula quæ à Consulibus, Prætoribus, Quæstoribus, imo & nubentibus darentur amicis, auspiciis magistratuum, aut officialibus. Symmachus lib. 9. ep. 124. Consularem Sportulam vocat. Ennodius ep. apud Boëtium, preces adiicio vt consularem Sportulam cum responso præfatæ petitionis accipiam. Sidon. lib. 8. ep. 6. Itaque vt primum breui peracta, nec breuis Sportula, datiq; fasti. Erant autem aureæ l. 1. de expens. ludor. C. Theodos. solis consulibus ordinariis facultas conceditur tribuendi sportulas aureas. Iustinian. Nouel. 103. argenteas definiuit, vt aurum solis imperatoribus largiri liceret, Symmachus lib. 1. ep. 97. Consularem oblationem vocat. Munus consulare lib. 4. ep. 15. lib. 2. ep. 81. dantur caniſtelli argentei pro quæstoriis Sportulis l. 1. C. Theodos. de expens. ludor. Cum publica celebrans officia, sit Sportulis nummus argenteus, alia materia dypticis. Nec maiorem argenteum nummum fas sit expendere, quàm qui formari solet, cum argenti libra vna in argenteis 60. diuiditur. Symmachus lib. 4. ep. 55. Nuptialem Sportulam numisma vocat. Honorem Sportulæ lib. 4. ep. 14. lib. 9. ep. 88. In nuptiis nobilium Sportulæ erant aureæ, nomisma

auro

auro cusum appellet lib.4.ep.55. Ammianus lib.14. quidam vigore artuum imminuto rogati ad nuptias, vbi aurum dexteris manibus cauatis offertur impigrè vel vsque spoletum pergunt. Plin.lib.10. ep.120. qui virilem togam sumunt vel nuptias faciunt, vel opus publicum dedicant, solent totam bulem, atque etiam è plebe non exiguum numerum vocare, binosq; denarios vel singulos dare. Græci ἐκταγιατικὸν vocant, *Sportulam* quæ pro ingressione magistratus datur officialibus. Nouel. Constantini 8. μὴ ὑπερβαινέτω ἡ ἀπαίτησις τοῦ ἐκταγιατικοῦ τὰ ἑκατὸν νομίσματα, *ne superet centum nummos petitio Sportularum.* Nouel.9. μηδὲ συμμεριστὰς τοῦ ἐκταγιατικοῦ εἶναι, *neque diuisores sportularum esse qui inter se diuidant.* Sidonius lib. 5. ep. 7. dispositiones numerariis, prætorianis Sportulas, Clientibus olim Sportulæ erant centum in diem quadrantes. Martialis libr. 1. ep.27. libr.3. ep.7. libr.5. ep.77. Iuuenalis satyr.1.

CAPVT XXXV.

De Seuiris militaribus.

Quinã Seuiri militares.

TVRNEBVS Seuiros esse ait qui equitibus sex classium præerant, vt vnicuique classi suus esset, illisq; Ducibus equites mense Quintili transuehebantur. Vet. Inscript. Geminio Felicio Seuiro equitum Roman. item alia, Decemuiro Slitibus iudicandis, Seuiro equit. Roman. Turmæ, Seuiri alij iuniores, alij seniores. Vet. lapis Q. Vitellium Saturnini. Vitellius, & Constans Seuiri iuniores patri optimo. alius lapis P. Valerio P.L. Pal. Tacito Seuiro seniori, & Augustali, Plutarch. in Camillo Tribunos ait fuisse consulari potestate Seuiros, οὗ δήμου χιλιάρχους χειροτονοῦντος ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν. τὸ γὰρ ἓξ ἄνδρας, ἀλλὰ μὴ δύο τοῖς πράγμασι ἐφεστᾶναι. Sed illi sex tribuni consulari potestate non ad hos Seuiros pertinent, de quibus Capitolin. in Mar. Philosopho, & Seuirum turmis equitum Romanorum iam consulem designatum creauit, edente cum collegis ludos seuirales assedit. Liuius lib.1. tres equitum centurias fuisse ait, quas Turnebus in sex Decurias diuisas fuisse putat. οὐδὲν ὁρίζω.

CAPVT XXXVI.

De Palatinis munerationum.

Palatini munerationum spectabiles.

MVNERATIONVM, vel remunerationum sacrarum Palatini spectabiles erant, breues ad Imperatorem, vel ad Prætoriana scrinia deferebant l.2.C. Theod. de Palat. sacrar. largit. l.2. de commeatu eod. l.13. de indulgentia Debitor. C. Theodos. Comes sacrarum remunerationum. l.41. de appellat. & pœnis carcer. C. Theodos. & in constitut. Theodos. & Valentis titul. 43. de Palatinis.

CAPVT XXXVII.

De Notoria.

Notoria quid sit.

NOTORIA dicitur epistola qua aliquid imperatori sit notum. Trebellius in Claudio, quod notoria intimasti. S. Augustin. in epist.160. Circumcelliones quosdam, & clericos Donatistas, cura eorum qui publicæ disciplinæ inseruiunt præmissa notoria ad iudicia, legesque perduxit. Epist. 159. qui non accusantibus nostris, sed illorum notitia ad quos tuendæ pacis vigilantia pertinebat, præsentari videatur examini. Idem collat.3. die.l.8. data notoria l. 31. C. Theod. de episcop. cleric. S. Augustin. in collat. primæ diei. c.17. c.18. sollicitos reddit notoria. Notor qui dat Notoriam. Seneca in Ludo Claudij. Petron. in satyr. Apuleius lib.7. Ille falsam de me Notoriam

Notor quis dictus.

A toriam pertulerat. Notoria item dicuntur indicia, quibus crimina ad magistratum deferuntur, l.6.D.ad Turpil.l.7.C.de accusatorib.l.Diuus D. de custod.reor.

CAPVT XXXVIII.

De Notaria.

Quid Notaria, & vnde dicta.

B MAXIMA cognatio est Notoriæ cum Notaria, quam scripturæ compendium interpretari licet. Symmachus lib.10. ep.4.44.38. Apparitio quæ Auxentio fuerat deputata per notariam mihi fecit indicium. Apparitorum Notariis signari. Vet.glossæ, Notaria indicatio, indicium S. Augustin.Breuicul. collat. cum Donatist.collat.1. diei cap.4. Recitata est Notaria Donatistarum cap.7. Quibus Donatistarum Notariæ responderunt. Notaria dicta est à notarum compendiis.collat.2.diei c.3. Et cum se notas lignorare dicerent petentes vt prius eis ederentur gesta conscripta.cap.43. Neque ea natura rerum est, atque ipsarum vt ita dixerim literarum, vt notas quisquam legat alienas. Dicitur & notoria.

CAPVT XXXIX.

C

De Curatore operum publicorum.

Curator operum publicorum.

NOTITIA Curatorem operum maximorum commemorat. Virgil. lib.2.Georgic.

Adde tot egregias vrbes, operúmque laborem.

Opera maxima Circus in 11. vrbis regione, Mœnia, Amphitheatrum Castrense, Campus Viminalis in V.regione, Campus Martius, in noua. l.3.l.penult. D. de operib. public. Sunt procurationes vrbicæ l. verum §.ex falso D.de minorib. Curator operum publicorum Sueton.in August.cap.37. Prætoria l.4.C.de operib. publ. Portus, thermæ, aquæductus, horrea, stabula, cursus publici, C.de operib.publ. Plinius lib.36.cap.15. Amphitheatra, theatra, muri, pon-
D tes, viæ. Nouel.25. Iustin. P.Victor thermas 16. Basilicas 18. Pontes 7. Obeliscos 5. Victorias magnas 6. paruas 43. Bibliothecas 29. Lucos 14. Capitolia duo, Columnas Cochlides duas, Macella duo, Ludos 6. Naumachias 5. Stadia 2. Nymphæa, seu lauacra 12. Tabulas & signa sine numero, Arcus marmoreos 36. Lupanaria 46. Pistrina 254. Fora 16. Campos 8. Senacula tria: vnus olim Curator operum publicorum l.1.D. de operib.publ. l.4.D.de administrat. rerum ad ciuit.pertin. Nullius nomen inscriptum nisi Principis, aut eius cuius pecunia opus fieret. In prouinciis tertia pars redituum ciuitatis mœnibus, & balneis restituendis impenditur C.de operib.publ. Ædes sacræ l.si in alium D.de offic.proconf. Curatores publicorum operum ὅπως ἂν μηδὲ ἐλαττοῖντο οἱ τῶν ὑδάτων ὁλκοὶ, μηδὲ αἱ τῶν γεφυρῶν πάροδοι, μηδὲ ἡ τῶν τειχῶν ἀσφάλεια, μηδὲ ἡ τῶν ὁδῶν ἐπιμέλεα, *vt non corrumpantur aquæductus, neque pontium transitus, neque murorum munimenta, neque viarum strata.*

Tẽpla quare rotunda fiebant.

E Templa Romæ, & sacella plæraque rotunda, quia ad diuturnitatem firmiora. Ideo Phaleræus dixit τὰ περιοδικὰ κῶλα τοῖς λίθοις τοῖς ἀντερείδουσι τὰς περιφερεῖς στεγὰς, καὶ συνέχουσι. *Periodica membra similia sunt lapidibus rotunda tecta continentibus.* In publicis operibus erant exostæ, id est, procesta, & meniana à Menio dicta, vt vult Nonius, non in priuatis ædificiis.l.meniana.C.de ædificiis priuat. Constantin.lib.2. Epitom. περὶ ἡλιακοῦ, ἢ ἐξωστοῦ. Erant & ἐνώπια τὰ καταντικρὺ τοῦ πυλῶνος, φαινόμενα μέρη, ἃ καὶ διεκόσμουν ἕνεκα τῶν παριόντων, ait Hesychius. Adhibebant ψηφίδων σοφισμοὺς κινουμένων σχεδόντι λάμψιν πλακός τε ἀνθηρᾶς ἀντίχροον, πολύχρουν, Tessellæ elegantes quæ aciem oculorum præstinguerent, & pauimenta florida versicoloria. Erant Imbuli, id est porticus platearum, cocleæ altæ, & rotundæ turres, pauimenta litostrota, crustis ac tessellis tinctis in varios colores, tessellata, & sectilia pauimenta, vt Sueton. Parietes tenui marmore inducti, ligna sub auro latentia, vt Seneca ep. 115. Adhibebatur ad ædificia lapis piperinus, cocleatius, columbinus molaris, arenarius, tophus tiburtinus, columnæ Doricæ, Ionicæ, Tuscanicæ, Corinthiæ, Atticæ, quaternis angulis,

gulis, aut amplius paribus laterum interuallis, vt Isidorus. Aletri tabula lapidea, l.Betilienus de S. sententia faciendas curauit semitas in oppido omnes, porticum qua in arcem itur, campum vbi ludunt, horologium, macellum, basilicam calecandam, sedes circum balinearium, lacum ad portam, aquam in oppidum adauxit pedes CCCXC. fornicésque fecit, fistulas solidas. Ob has res censorem fecere bis, &c. Seneca ep.86. Sordidus sibi videtur nisi parietes magnis, & pretiosis orbibus refulserunt, nisi Alexandrina Marmora Numidicis crustis distincta sunt, nisi operosa, & in picturæ modum variata circumlitio prætexitur, nisi vitro absconditur camera, nisi Tasius lapis quondam rarum in obliquo spectaculum templo piscinas nostras circumdat. In templis erant πρόδομοι, ὀπισθόδομοι, τόποι ἐν οἷς τὰ κειμήλια ἀπόκειται ὄπισθεν οἴκων. Victruuius lib.2. Pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitiis altitudines exstructæ, contignationibus crebris coassatæ.lib.3. Crepidines, proiecturæ, τετράστυλος, δίπτερον, ψευδοδίπτερον, περίπτερα, πτέρωμα, ἀρεοστύλαι, διάστυλον, σύστυλον, πυκνόστυλον, εὔστυλον. Stereobatæ, spirarum proiecturæ, stylobatæ. Tria coria ex marmoreo grano cooperiuntur ad trullam in tectoriis, vt albarium opus fiat, tusum marmor interdum miscetur, vnde tectoria fiunt. Firmicus l.1.cap.14. Astronomic. Gregor. in vita Gregor. Nazianz. οἴκους γραφῇ τε καὶ πλαξὶ μαρμάρων διαπρεπεῖς, καὶ ψηφῖσι διηνθισμένους. γραφὰς, καὶ κεντήσεις μαρμάρων. Sed his rebus locus alius est.

CAPVT XL.

De Officio.

Officiũ hîc quid significet.



OFFICIVM supra ostendimus accipi pro apparitoribus, & officialibus magistratuum. Iam hic quod vulgatissimum est addo, Dici passim officium, quod ab amicis exhibetur vel in nuptiis, vel in ceteris vitæ muneribus. Iuuenal.sat.2.

———Officium cras
Primo sole mihi peragendum in valle Quirini.
Quæ caussa? officij quid quæris? nubit amicus.
Sat.3. *Quod porro officium? si curet nocte togatus*
Currere.
Si vocat officium turba cedente vehetur
Diues.

Officium consulare lib. 5. ep. 34. Symmachus lib.7. ep.30. Sueton. Iulio cap.15. Relicto nouorum consulum officio. Spartianus Hadriano, Romæ prætoris, & consulis officia frequentauit. Ammian. lib.22. Cum Mamertini, & Neuitæ nomina suscepissent paginæ consulares humiliari princeps visus est in officio pedibus gradiendo cum honoratis. Plin. lib. 9.ep.37. Publica officia vocat. Symmachus lib. 2. ep. 83. Votiua officia, & læta lib.3.ep. 21. Lætitiæ officia festiua lib.5.ep.5.& vltima. Seneca ep.63. ciuile officium lib.de consolat.cap.6. Publicum. Ammianus lib.22. Adorare, adesseq; officio inter honoratos. Tertul. lib.de pallio, nihil curiæ debeo, nihil officio aduigilo, nulla rostra occupo. Officia Deum curantia. Arnobius lib.1.

CAPVT XLI.

De Opinatore.

Opinator quis dictus.



OPINATOR exactor fuit militaris annonæ. Symmachus lib. 9. ep. 46. Augustin. ep.219. Cum ab Opinatoribus vrgeretur, vt redderent l.11. de erogat.militar.annonæ C.opinio ponitur pro censu, vel æstimatione. Æstimabant, quanti species adærandæ essent.

CAPVT

A

CAPVT XLII.

De Tribunis Plebis.

TRIBVNI Plebis sub Claudio August. fuere apud Zonaram tom. 2. pag. 23. Tacitus lib. 3. Tiberius Tribunitiam potestatem Druso petebat. Id summi fastigij vocabulum Augustus repperit, ne Regis, aut Dictatoris nomen assumeret, & tamen cetera imperia appellatione aliqua præmineret. Appianus p. 304. lib. 4. Ciuil. Primus, inquit, Tribunorum occisus est Saluius. ἱερὰ δέ ἐστιν ἡ ἀρχὴ, καὶ ἄσυλος, καὶ τὰ μέγιστα ἴσχυεν, ὡς καὶ τῶν ὑπάτων τινὰς καὶ εἰς τὰς φυλακὰς ἐμβαλεῖν, *Magistratus sacro sanctus est, & inuiolabilis, & plurimum poterat, vt & consules aliquot in carcerem coniecerit.* Sub Macrino Tribuni Plebis ius habuere cogendi Senatus absente consule, & prætore. Cicero pro domo sua, Tribunis Plebis referentibus sententiam consul designatus dixisti. Augustus iure Tribunitiæ potestatis Senatum cogere & referre potuit, quod & factum à Tiberio præsentibus consulibus apud Tacitum lib. 1. Annal. Sed Augusto alio decreto patrum opus fuit, vt quoties vellet, Senatum cogeret & referret. Dio in actis anni 732. ὥστε καὶ τὸ τῆς βουλῆς ἀθροίζειν ὁσάκις ἐθελήσῃ. Idem in fragmentis, ὑπὸ τῶν δημάρχων συνήλθομεν, ὅπως ἐν τῷ χρόνῳ πρόπον τινὰ διαλέλυτο. *Conuenimus conuocati à Tribunis Pleb. quod id temporis quodammodo exoleuerat.* lib. 56. καὶ οὐ πρότερον ἐπαύσαντο ταραττόμενοι πρὶν τοὺς δημάρχους τήν τε βουλὴν αὐθήμερον συναγαγεῖν, καὶ δεηθῆναι αὖθις, ἐπέτρεψάν σφισι πλεῖόν τι τῶν νενομισμένου ἀναλῶσαι. Ludis Augustalibus cum seditio orta esset, non prius turbæ quieuerunt, quam eodem die Tribuni Pleb. Senatum coegissent, rogassentq; vt plus sumptuum ludis facere possent quàm moris antea fuisset, quod à Senatu eis indultum est. Tribuni γερουσίαν ἀθροίζειν *Senatum cogere* poterant, etiam præsente consule. Eorum potestas vrbis finibus terminata erat vt docet Dionysius Halycarn. lib. 8. Gellius lib. 13. c. 12. lib. 14. c. 7. & 8. Liuius lib. 4. Sub Augusto & aliis Imperatoribus Tribuni Plebis fuêre apud Dionem, Tacitum, & alios.

Tribuni Plebis.

B

C

CAPVT XLIII.

De alijs Tribunis.

D

TRIBVNI Militum dicti συνταγματάρχαι, χιλιάρχαι. Sozomenus in Valentiniano, συνταγματάρχης τοῦ καταλόγου τῶν ἰοβιανῶν, *Tribunus cohortis Iouianorum.* Paul. Diaconus lib. 11. Iouianus millenarius erat Valentinianus cum esset Tribunus Scutariorum. Sidonius in Narbone,

Et iam te aula tulit, piúsque Princeps
Inter conspicuos statim locauit,
Consistoria quos habent, Tribunos.

Tribuni quidam Maritimorum fuere. Cassiodorus lib. 12. ep. 34. Tribuni Maritimorum nauigia in littore possident. Alij fuere Tribuni Prouinciarum. Trebellius, Tribunatum Vocontiorum eius filio dedit. Zonaras in Valentiniano, τρίβουνον νουμέρου, *Tribunum cohortis*, seu *numeri.* Lampridius in Alexandro, Annonam militum diligenter inspexit, Tribunos qui per stellaturas aliquid tulissent Capitali pœna affecit. Stellatura dicta ἀπὸ τοῦ στέλλειν, vel à *stellione.* Tribuni fuere prætorij apud Sidonium ep. 10. lib. 7. Sueton. in Calig. c. 40. in Nerone c. 47. Erat sub dispositi Præf. præt. Tacit. lib. 5. & 15. Annal. & lib. 1. Histor. Dio lib. 57. 58. Tribuni cohortium Prætorianarum vicissim nocturnam principis custodiam obibant. Hadrianus lib. 3. εἷς ἦν τῶν ὑπ' αὐτῷ χιλιαρχούντων τὴν νυκτερινὴν φρουρὰν ἐκ περιόδου ἐκκεχειρισμῶν, *vnus erat Tribunorum sub Plautiano Præfect. præt. cui nocturna principis custodia credita erat.* Ioseph. lib. 19. c. 1. Chæreas ἐπὶ τῶν παλατίου εἴωθε τὸ ξίφος ὑπεζωσμῶν ἱππικόν. ἔθος δὲ τοῖς χιλιάρχοις τοῦτο ἐζωσμένοις αἰτεῖς παρ' αὐτοκράτορος τὸ σημεῖον. Erat & Tribunus voluptatum apud Cassiodorum ep. 19. lib. 6. ep. 10. lib. 7. qui præpositus voluptatum dictus Firmico lib. 7. c. 10. Tribunus voluptatum Histrionum iudex. Cassiodor. lib. 7. ep. 10. Sueton. lib. 3. cap. 42. Tiberius nouum officium instituit à voluptatibus. Arbiter voluptatum Petronius, apud Tacitum. Iuuenal. sat. 3.

Tribunorũ Pluralitas.

E

Rara tamen merces quæ cognitione Tribuni
Non egeat.

Tribunus Prouinciarum, Cassiodor. lib. 7. ep. 30. Tribunus Dalmatiæ. Cedrinus in Iustino. Paneg. Maximiano dictus, cum per maximos Tribunatus stipendia patris conficeret. Vopiscus in Probo, Tribunatum ei contuli datis ex cohortibus Sarracenis: creditis etiam auxiliaris Gallis. Miraris quòd imberbem Tribunum fecerim contra constitutum D. Hadriani. De Chiliarcho Græcorum Diodorus lib 18. pag. 653. Antipater ἀπέδειξεν τὸν μὲν κάσσανδρον χιλίαρχον, καὶ δευτερεύοντα τῇ τιμῇ ἐξουσίαν. ἡ δὲ χιλιαρχὸς τάξις, καὶ προσαγωγὴ τὸ μὲν πρῶτον ὑπὸ τῶν περσικῶν βασιλέων εἰς ὄνομα καὶ δόξαν προηλθεν. μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ὑπ' ἀλεξάνδρου μεγάλης ἔτυχεν ἐξουσίας, καὶ τιμῆς, *fecit filium Cassandrum Tribunum, & secundæ à se potestatis. Tribuni autem ordo, & promotio à Regibus primum Persarum in nomen & gloriam deducta est. Post sub Alexandro præcipuo numero & potestate fuit.*

Tribuni notarij. Erant & Tribuni Notarij. In Auctuario Symmachi epist. 21. 22. in vet. inscript. Claudianus poeta Tribunus Notarius V. C. Tribuni Notarij viri clariss. l. 4. & 6. de Aduocat. diuersor. iudic. C. Symmachus libr. 10. ep. 36. Dicuntur Tribuni Notarij, & spectabiles apud S. Augustin. ep. 159. 160. Interdum spectabiles tantum l. 6 de decurionib. & filiis eorum. & Nouella Valentin. de testamentis. Symmachus lib. 5. ep. 39. Sidonius lib. 5. ep. 9. ait patrem suum Tribunum Notariumq; militasse. Honorio principi. Ammianus lib. 7. lib. 26. l. 2. C. de primicer. præclaram, nobilemq; militiam quæ glorioſis obsequiis nihil non Reip. commoditatis, & decoris affert.

Schola Notariorum. Schola Notariorum dicitur præclarum collegium l. 15. lib. 6. C. Theodos. titul. 2. Tribuni, & Notarij dignitas, ac potestas. Symmacho lib. 5. ep. 39. l. 1. de mandat. princip. Vet. Inscriptio. Petronius Maximus Tribunus Notarius in sacro consistorio. Tribuni consistoriani sedendi in intimo secretario principis ius habebant, vt Ausonius in Grat. act. cap. 19. fuere participes consiliorum imperatoris. Cassiodor. lib. 1. ep. 4. Qui honor datur egregiis lib. 10. ep. 20. lib. 6. ep. 16. Damascius vir spectabilis Tribunus & Notarius in breuiario liberati cap. 10. & in Chalcedon. Concil. act. 1. & Tribunus Notariorum.

Alij Tribuni notarij. Alij fuere Tribuni Notarij qui à Præfecto præt. cum honorem cosequebantur. Cassiodor. lib. 6. ep. 3. Princeps concessit Præfect. præt. vt fori sui militibus post expleta officia tribueret honorem Tribunorum & Notariorum, qui exæquantur Tribunis Notariisque Principis. Vet. inscript. Rufius Prætextatus Posthumianus V. C. filius magnifici viri Mariniani Præfect. præt. & consulis ordinarij Quæstor candidatus, prætor vrbanus, Tribunus & Notarius Prætorianus, Præfectus vrbi secundo, consul ordinarius. Duodecim Notarij qui sub Primicerio laterculum maiorem tractabant dicuntur Tribuni l. penult. C. de Metat. Aliis enim sub se scriniariis præerant, vnde & hæc militia literata vocatur, quia armatam imitabatur.

CAPVT XLIV.

De Censu per prouincias agendo.

Census per prouincias agendus. CENSVS per prouincias actus, vt prouinciales ex modo census tributum penderent. Tacitus lib. 1. Germanicum agendo Galliarum censui tunc intentum. Eius instituti auctor Augustus. Claudius in oratione quam in Senatu habuit censor. Galli patri meo Druso Germaniam subigenti tutam quiete sua, securamq; à tergo pacem præstiterunt, & quidem cum à censu nouo tum opere, & inadsueto Galliis ad bellum auocatus esset. Liuius lib. 134. Cum Augustus conuentum Narbone ageret, census à tribus Galliis quas Cæsar pater vicerat actus. Dio de septimo Augusti consulatu, καὶ γαλατῶν ἀπογραφὰς ἐποιήσατο, καὶ τὸν βίον τήν τε πολιτείαν διεκόσμησε. *Censum Gallorum egit Augustus in septimo consulatu, & vitam & administrationem ciuilem composuit.* Dio in Caligula, τὰς τῶν γαλατῶν ἀπογραφὰς vocat, *descriptiones censuales Gallorum*, quorum ditissimum quemque ad cædem designauit, vt eorum bona sibi transcriberet.

CAPVT

A

CAPVT XLV.

De Tetrarchis.

DEMOSTHENES in Philippicis, τετράρων μερῶν ὄντων (apud Harpocrationem) τῆς θετταλίας ἕκαστον μέρος τετρὰς ἐκαλεῖτο, καθά φησιν ἑλλάνικος ἐν τοῖς θετταλικοῖς ὄνομα δὲ φησὶν εἶναι τῆς τετράσι θετταλιῶτιν, φθιῶτιν, πελασγιῶτιν, ἑστιαιῶτιν. *Cum sint quatuor partes Thessaliæ, quæq; pars dicitur Tetras vt ait Ellanicus in Thessalicis. Nomen autem quadrantibus, seu tetrasi ait esse Thessaleoten, Pthioten, Pelasgioten, Estiæoten.* Aristoteles in communi Thessalorum Republica sub Aleuato Pyrrho Thessaliam in 4. mœras, seu

B

partes diuisam ait. Philippus in quaque Tetrarchia rectores posuit. Tetrarchia, & Tetras est quadrans regionis, vt loquitur Manilius. Augustus Archelao dedit dimidium regni Herodis, duos reliquos quadrantes vocauit Tetrarchias, & attribuit Antipæ, & Philippo, vt Iosephus, lib. 17. c. 18. vocat Archelaum Tetrarcham. Sic Deiotarus olim à Pompeio totius penè Galatiæ Tetrarcha constitutus est, cum olim plures essent Galatiæ Tetrarchæ. Hirtius in bello Alexandrino, Deiotarus Tetrarches Gallogræciæ tum quidem penè totius, quod ei neque legibus, neque moribus concessum esse ceteri Tetrarchæ contendebant. τετράρχας interdum dicitur οὐραγὸς & φύλαξ, *qui postremi agminis custos est.* Leo in Tacitis. τετράρχης ἐστὶν ὁ καὶ φύλαξ ὁ λεγόμενος οὐραγὸς καὶ τελευταῖος ἱστάμενος τῆς ἀκίας.

C

CAPVT XLVI.

De Decadarchis.

HARPOCRATION ait *Lacedæmonios vrbibus quibus imperarent X viros imposuisse.* δέκα μόνον ἄνδρας κυρίους ἑκάστης πόλεως ἐποίησαν. τὰς μὲν ὑπὸ λακεδαιμονίων καταστηθείσας πόλεσι δεκαδαρχίας συνεχῶς ὀνομάζουσιν οἱ ἱστορικοί. *Decadarchias vrbibus à Lacedæmonijs impositus.* *Decadarchæ.*

D

CAPVT XLVII.

De Toparcha.

TOPARCHA qui alicui loco imperitabat. Procop. lib. 2. Persico αὔγαρος ἦν τι ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐδέσης τοπάρχης, οὕτω καὶ τοὺς κατ' ἔθνος βασιλεῖς τηνικαῦτα ἐκαλοῦν. *Augarus erat quidam Edessæ regulus, & Toparcha. Ita tunc reges illius gentis vocitabant.* *Toparcha.*

CAPVT XLVIII.

E

De Tesserarijs.

TESSERARIOS Plutarch. in Othone διαγγέλων καὶ διοπτήρων ὑπηρεσίας τελοῦντας interpretatur, *qui ministerium obeunt speculatorum, exploratorum, internuntiorum.* Tacit. lib. 1. hist. Tesserarium speculatorem memorat. in v. inscr. legionum Tesserarij leguntur. *Tessararij qui.*

CAPVT XLIX.

De Triumviris ad Transuectionem equitum.

CENSIO equitum per censorem lustro quoque fieri solita quinquennalis erat, Transuectio annua, quam Dio in Nerone vocat ἐτησίαν ἐξέτασιν, *annuam recognitionem.* In *Cẽsio quinquen Transuectio annua.*

censione Censores rogabant equitem ecquid legitima stipendia confeciſſet, cur equus strigoſus eſſet (vt Gellius lib.10.cap.20.lib.4.cap.13.l.7. cap.vlt.) In Transuectione recogniti tantum trabeati equites, & salutati ab eis Censores. In censione sine trabea pedibus veniebant, equum publicum manu ducentes. Plutarchus in Pompeio, ἔθος γάρ ἐστι ῥωμαίων τοῖς ἱππάδι ὅταν στρατεύσωσι τὸν νόμιμον χρόνον, ἄγειν εἰς ἀγορὰν τὸν ἵππον ὅπως τοὺς δύο ἄνδρας, οὓς τιμῆσαι καλεῖται, ὁ καθαιθιπασμένος τῶν στρατηγῶν, ἢ αὐτοκρατόρων ἕκαστον ὑφ' οἷς ἐστρατεύσαντο. &c. ὥρθη γὴ πομπήϊος ἀναβὰς ἐπ' ἀγορὰν καταβοήσας, τὰ μὲν ἄλλα σωφρόσυνα τῆς ἀρχῆς ἔχων, αὐτὸς γὴ μέγ' ἀγαθὸς ἄγων τὸν ἵππον. (erat enim consul cum Crasso) ὡς γὴ ἐγὼ ἴδω, &c. τῷ βήματι προσήγαγε τὸν ἵππον. Censor senior dixit, στωμυλάνομαί σε, ὦ πομπήϊε, &c. Dionysius lib.6. scribit in transuectione in equis albis sedentes, & oleæ termite coronatos ἀφ' ἱερᾶς πύλης ἔξω τῆς πόλεως ἱδρυμένης, *ab æde Martis quæ est extra vrbem* transisse per forum, & ante Castorum ædem, atque inde rectà in Capitolium, & in transitu censores solutasse in Tribunali præsidentes, & cellis curulibus in foro ante Castorum ædem. Dio in Nerone scribit equites cum transuehérentur sub Nerone primum equos suos ephippiis ornasse. Lege auctorem de viris illustrib.c.32. Imperatores ipsi præsederunt in transuectione, vt Sueton.lib.2.c.38.l.4.c.16. lib.5. c.16. fiebat ea ante diem Id.Iulias. Aliæ fuere transuectiones extraordinariæ, in quibus turmæ equitum per triumuiros ab Augusto creatos censoria potestate recogniti, vt Sueton.lib.2.c.37. Tacitus lib.4. Volusius censoria potestate legendis equitum decuriis functus est.

CAPVT L.

De Tribunis fori suarij.

Fori Boarij & Suarium.

FORA duo Boarium & Suarium in septima vrbis regione, quæ via lata dicitur, P. Victori, Plin.lib.8.c.51.v.Inscrip. Domino nostro Flauio, Clodio, Constantino, fortissimo, Cæsari, Flauius Vrsacius vir perfectissimus, Tribunus cohortium vrbanarum 10.& 11.& 12.& fori suarij. Corpus suariorum l.vlt. C.de suariis.

CAPVT LI.

De Triumviris legendo Senatui, & alijs.

Triumviri legendo Senatui.

SENATVM primo legisse Reges docet Liu. lib.1. Mox Consules primos lib.2. deinde Censores, postremò Dictatores lib.23.& 37. Deniq; Imperatores. Suet. lib.2.c.25. Augustus Triumviros legendo Senatui creauit, & Triumviros recognoscendis equitibus. Ostendimus suprà fuisse Triumviros capitales, Triumv. Monetales, Triumv. delectui faciendo, Triumv. sacris conquirend. & donis prosignandis, Triumv. ædib. reficiendis, Triumv. agris diuidendis, Triumv. coloniis deducendis, Triumv. Nocturnos. Triumv. epulares. De Triumviris Nocturnis. Val. Max. lib.8.c.1. Mar. Mulnius, Cn. Lollius, L. Sextilius Triumviri quod ad incendium in sacra via ortum extinguendum tardius venerant à Tribunis Plebis die dicta ad populum damnati sunt. Item, P. Villius Triumvir Nocturnus à P. Aquilio Tribuno Plebis accusatus populi iudicio concidit, quia vigilias negligentiùs circumierat.

CAPVT LII.

De Principe Dalmatiarum.

Princeps Dalmatiarum qui dictus.

APVD Cassiod. lib.7. for.24. Princeps Dalmatiarum non est Comes aut Rector prouinciæ, sed præfectus iudiciis ac iudicibus. Sine te, inquit, nec secretarij præstatur accessus, nec oscularionis pompa peragitur, totusq; ille iudicis genius, ita tibi legibus probatur creditus, vt sine te nequeat esse perfectus. Comiti quidem prouinciarum potestas data est, sed tibi iudex ipse commissus est. Vide Cassiodorum.

CAPVT

A

CAPVT LIII.

De Sufete, & Saphiat.

MISCELLIONES ſumus, & peregrinos magiſtratus interdum delibamus. Sufes ſummus Chartaginis magiſtratus fuit. Seneca de Tranquillit. Non vis niſi Conſul, aut Prytanes, aut Ceyx, aut Sufes adminiſtrare Remp. *Quid Sufes.*

Apud Cedrenum Saphiat Perſarum dicitur, à quo forte Sophi, qui nunc eſt Perſarum dictus. *Quid Saphiat.*

B

CAPVT LIV.

De Principe officiorum.

PRINCIPALES officiorum viri apud Capitolinum dicuntur Principes officiorum. Imperator Antoninus Auguſtus cum ſalutatus eſſet à Gentiano, & Aduento, & Oſpilio Macrino Præf. Prætor. clariſs. viris, item amicis & principalibus officiorum, & vtriuſque ordinis viris. Idem in Antonino Philoſopho, Amicis comitantibus è Senatu ornauit additis officiorum omnium principibus. In maiorum iudicum officio fuere plures primates, ſeu primores, ſed vnus tantum princeps. *Princeps officiorum.*

C

In notitia Imp. in officio Præfecti vrbi memoratur princeps. Symmachus lib. 10. ep. 36. Principes officij vtriuſque præfecti ſcilicet prætorio, & præfecti vrbi. Principatus honor & dignitas vocatur lib. 7. de princip. agent. in reb. C. & l. 19. & 22. C. Theod. de agent. in reb. Iuter 25. Apparitores magiſtri militum qui principatus munere defuncti erant tribuni militum fiebant numerarij, & ipſi inter tribunos prætorianos, ſeu principis ſtipatores, recipiebantur. l. pen. C. de apparit. magiſt. milit. nullusq; eorum ad perſonalia munera magiſtratu aſtringi poterat. Omnes codicillis à ſcriniariis libellorum ſcriptis, & ab ipſo principe, & magiſtro ſubſcriptis probari oportet. Dicuntur probatoriæ l. vlt. C. de diuerſ. off. Princeps officij proconſulis Achaiæ ex ducenariis ſcholæ agentium in rebus clariſſimus dicitur l. 2. C. de princ. agent. in reb. Adorata clementia principali cum inſignibus tranſacto biennio exibit, l. 2. C. de priuileg. Scholar. officialibus præſidum officio liberatis non licet purpuram imperatoris adorare l. 1. C. de apparit. præf. vrbis. Tum vicarij dignitatem conſecutus ſit Comes primi ordinis l. 5. C de princ. agentium in reb. Eos qui ordine tranſcurſa militia poſt ducenam ad deſideratum principis peruenerint gradum, aut adiutores illuſtris viri magiſtri officiorum extiterint, cum inter honoratos ceperint numerari vicarianæ dignitatis titulis decorari cenſemus. & l. 6. Hic primus proconſulem ſalutabat, & apud eum ſedebat. l. 4. ibid. Si cohortalis fuit eo onere liberatur, itemq; liberi nati poſtquam Princeps officij fuit, l. pen. eod. Ipſe Princeps, vxor, & liberi eius quoties litigarent minores ſportulas ſoluebant. l. vlt. eod. Ducenarij tantum principes fiebant l. 1. C. de offic. magiſt. off. functi officio cingulum deponebant. l. princeps. C. de princip. agent. in reb. l. 3. C. de numerar. Principes præſidibus cedunt, rationalibus anteeunt, proconſularibus æquantur, omnia citatoria omnium cauſſarum, & perſonarum etiam ſenatorum ad principes ſpecialiter reuocantur. Ceteri actus qui in ſacratiſſimo cœtu Senatus tractari ſolent, cenſualium ſollicitudine celebrantur. Principes & vicarij ægros curant, milites ad diſciplinam ſeuerè tenent, campicurſionem, armorumq; inſpectionem faciunt. Suidas ἀρίστιν ὁ ἔξαρχος τάξεως. *Princeps caput eſt officij.* Omnibus imperat, & quid agendum ſit diſponit. Veget. lib. 2. c. 21. Principem in officio præfectorum primicerium eſſe ait. Ad hanc, inquit, primipili primæ cohortis peruenit palmam, in qua ex omni legione infinita commoda conſequuntur, ſicut primicerius in officio præfectorum prætorio ad honeſtum, quæſtuoſumq; militiæ peruenit finem. Ammianus lib. 15. Ruffinum apparitionis præfecturæ prætorianæ principem. Item primiſcrinius officij prætoriani l. 1. §. in ſcrinio primo, & ſequenti C. de offic. præfect. præt. Africæ. Quiſque primus cohortalium proprium ſcrinium habuit. Princeps primum ſcrinium habuit. l. 3. C. de diuerſ. off. Primicerius officij. Princeps officij omnia in officio adminiſtrabat l. 1. C. de principe agent. in reb. *Princeps in officio Præfect. vrbi cẽſetur.*

D

E

A

CAPVT LV.

De Primatibus Regionum vrbis.

Primates regionum.

ROMÆ fuere Primates regionum vrbis. Symmachus in Auctuario ep. 26. Regionum primatibus euocatis. Regionum quoque priores, & maiores ep. 29. 20. & 30. Irruentibus pluribus corporatis, & maioribus regionum. Augustus enim vrbem in regiones, vicosq; diuiserat vt Sueton. lib. 2. cap. 30. Prudentius lib. 2. in Symmach.

Quæ regio gradibus vacuis ieiunia dira
Sustinet.

B

Erant Romæ 14. Regiones in quibus horrea & pondera. Lampridius in Alexandro, instituit horrea in omnibus regionibus, ad quæ conferrent bona, qui priuatas custodias non haberent. Ammianus lib. 27. Prætextatum Præfectum vrbi instituisse pondera per regiones vniuersas. Regionarij apud S. Gregor. lib. 7. Iudiculi cap. 17. Erant & regiones Constantinopoli l. 22. C. Theodos. de Diuin. offic. Chartagine item regiones Concil. Africano can. 57. 69. 61.

CAPVT LVI.

C

De Triumuiris Mensarijs.

Triumviri mensarij.

TRIVMVIRI Mensarij ob argenti pecuniam facti viri Consulares apud Liuium lib. 23. Iam olim Quinqueviri Mensarij creati fuerant apud Liuium lib. 7. anno V. C. CDI. vt fœneratorum improbitas coerceretur & æris alieni plebis Romanæ magnitudini succurreretur.

CAPVT LVII.

D

De Duumviris Naualibus.

Duumviri nauales.

DVVMVIRI Nauales classi ornandæ reficiendæq; apud Liuium lib. 10. Creati anno V. C. CDXLII. vide Liu. lib. 40. 41.

CAPVT LVIII.

De Triumviris ad Dilectum.

Quinam Triũviri ad dilectum.

APVD Liuium lib. 25. Triumviri creati qui conquirerent iuuenes ad arma ferenda, militéque facerent secundo bello Punico anno DXLI. Eodem libro meminit Quinquevirum turribus, muriſque reficiendis.

E

CAPVT LIX.

De Tribunis rerum nitentium.

Tribuni rerũ nitentiũ.

SVB Præfecto vrbi fuit Tribunus rerum nitentium, qui curabat vt omnia publica opera nitida essent, quod olim Ædilium fuit. in veter. inscript.

CAPVT

A

CAPVT LX.

De Tribunis militum.



TRIBVNI militum alij actuosi fuere, alij vacantes. Tribuni militares Romæ tot fuere vt prima duo subsellia ex 14. gradibus implerent. Cic. lib. 1. ep. 8. ad Trebat. de Tribun. vacant. Sueton. in Claudio c. 25. Martial. lib. 3. ep. 53. *Tribuni militum.*

——*Vidit me Roma Tribunum.*

B Iis qui Tribuni vacantes essent, non erat necessarius census equester. Sueton. lib. 2. cap. 40. χιλιάρχας Græci vocant. Q. Curtius lib. 5. Cohortes quingenarias fuisse ante Alexandrum, postea millenarias. In legione Rom. 6. tantum Tribuni, 6. millia militum. Varro Atacinus,

Ferratæque premunt milleno milite curæ.

Horat. *Quod mihi paruerit legio Romana Tribuno.*

Quia legioni bini Tribuni per vices imperabant.

Olim Tribuni à Regibus lecti, postea à consulibus, demum à populo apud Liuium lib. 7. Sex Tribuni lecti in quatuor legiones, 18. à consulibus narrante Liuio lib. 7. postea populus 16. legit consules tantum octo vt Liuius lib. 42. Qui à Regibus & consulibus lecti dicti Rufuli apud Liuium lib. 7. postea decretum lib. 44. vt in octo legiones parem *Tribunorũ electio.*

C numerum Tribunorum consules & populus crearent. Rufuli dicti & Rutili quia Rutilius Rufus legem tulerat ait Festus. Alij qui à populo creati dicti Comititiati, vt Ascon. lib. 2. in Verr. Ætate Ciceronis, Proconsules & prætores creabant Tribunos ex equitibus aut plebeiis. Interdum & Senatores Tribuni. Sæpe ex Tribunis facti Senatores. Dio in Domitiano, Iulius Caluaster κεχιλιαρχηκὼς ἐς βουλείας ἐλπίδα *Tribunus fuit in spem Senatoriæ dignitatis.* Vide Sueton. lib. 2. cap. 38. Tunc fuere Tribuni laticlauij aut angusticlauij. Tribunatus illi erant semestres, vt plures eum honorem nanciscerentur. Iuuenal. s. 7. *Rufuli vnde dicti.*

Semestri vatum digitos circumligat auro.

Erant item alij Tribuni legionum apud Sueton. in Claudio cap. 25. alij Tribuni cohortium, qui minus honesti erant, vt Cæsar lib. 2 ciuil. vocat. Cohortes intellige sociorum qui erant in auxiliis. Vnde sub inferiorib. Imp. Tribuni Maurorum, Assyriorum Vocontiorum. Vo-

D piscus in Probo, Tribunatum in eum contuli datis sex cohortibus Sarracenorum, vbi Tribunatus significat præfecturam. Ita Tribunus stabuli, fabricæ, voluptatum. Vegetius lib. 2. cap. 7. Tribunus maior per epistolam sacram Imperatoris iudicio destinatur. Minor Tribunus prouenit ex labore. Alij sunt Augustales alij Flauiales à Vespasiano.

CAPVT LXI.

De Vicario Tribuni.

E VICARIVS in exercitu est Tribuno inferior. Vegetius lib. 3. Dux autem esse debet attentus vt in omnibus legionibus, siue auxiliis, vel vexillationibus, de Tribunis, Vicariis, Principiisque, si qui turbulenti sunt milites, cognoscat. Mauricius, ὅπου μὲν τριβοῦνον γενναῖον, καὶ φρόνιμον, καὶ κατὰ χεῖρα μάχεσθαι δυνάμενον, ὅπου δὲ βικάριον, ἢ καμπιδούκτωρα. *Aliubi Tribunum generosum & prudentem, & manu strenuum, aliubi Vicarium.* *Vicarius Tribuni.*

CAPVT LXII.

De Legatis municipalibus.

AB ordine Decurionum legati plærumque ad Principem etiam inuiti mittebantur, hi quibus tres liberi superstites non essent, l. 1. C. de legat. vel qui biennio post *Legati municipales.*

suſceptam aliam legationem non vacauiſſent. Byzantini quotannis ad ſalutandum Traianum cum viatico 12. millium nummûm legatum deſtinabant apud Plin. lib. 10. ep. 3. quod vetitum l. vlt. C. de legation. l. penult. Pſephiſma de legatione fiebat cauſa cognita. Cic. pro Flacco. Nemo ſuis ſumptibus onus legationis ſuſtinere debet l. 2. C. de legat. Legati qui ad ſacrarium Principis mittuntur, quia viaticum quod legatiuum dicitur, accipiunt, perſonale munus obeunt l. 15. C. Theod. eod. formam legationis Honorius præſcripſit. Creabantur & ad cenſus accipiendos legati l. 1. C. eod. A

CAPVT LXIII.

De Villico vrbis. B

Vrbis Villici qui dicti.

VILLICVS vrbis apud Iuuenat. ſat. 4. præfectus vrbi dicitur. Villici fuere rureſtres, vrbani. Villici in vrbe inſularij. vet. gloſſ. *Villicus* οἰκονόμος, ἐνοικιολόγος, ἢ ὁ κατ' ἀγρὸν. οἰκονομῶν. Villicus inſularius, conclauia elocans, & cœnacula, & mercedes exigens. Iuuenal. ſat. 2.

Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam,
Magna parte ſui. Nam ſic labentibus obſtat
Villicus, & veteris rimæ contexit hiatum,
Securos dormire iubet pendente ruina.

Villici ergo vrbani inſularij, domnædij, cœnacularij, σταθμοῦχος ὁ τὰ ἐνοίκια τῶν οἰκίας σωμάτων, diuerſitores qui hoſpites in cœnaculis inſularum accipiunt. Apud Petronium ſub procuratore inſulæ ſunt diuerſitores, & inſularij. Iuuenal. C

Pegaſus attonitæ poſitus modo Villicus vrbi,

Quaſi Roma eſſet Villa, & inſula Domitiani.

Villicus vnde dictus.

Varro lib. 1. de re ruſt. Villicus agri colendi cauſa conſtitutus, atque appellatus à Villa, quòd ab ea in eam (forte in vrbem) conuehebantur fructus, & euehuntur cum veneunt. Horat.

Villice ſyluarum, & mihi me reddentis agelli.

Iuuen. ſat. 3.

Viue bidentis amans, & culti villicus horti. D

Columel. lib. 12. Villicus ſemper caueat ne improuidus ab opere vincatur.

Quis verè Villicus.

Villicus item eſt is, qui præpoſitus eſt rationibus ruſticis, fructibus percipiendis, vniuerſóque operi ruſtico l. 8. D. de inſtrument. leg.

CAPVT LXIV.

De Campidoctoribus.

Campidoctores qui dicantur.

QVIA de tribunis egi, agam & de Campidoctore, & cantatore. Campidoctores dicuntur ὁπλοδιδάσκαλοι, cuiuſmodi fuit Capella ille hirſutus apud Iuuenalem, E

Diſcit ab hirſuto iaculum torquere Capella.

Lampridius in Alexandro, Campidoctores veſtri hanc vos docuerunt contra Sarmatas. In ſingulis legionibus fuere Campidoctores, qui tirones erudirent, & iaculum torquere, palum ferire, ictum corporis modica declinatione vitare docerent.

Quis neſcit palaria campi. ait Iuuenalis.

Item Horat.

Cur neque militaris inter æquales equitet?
Cur apricum oderit campum patiens
Pulueris atque ſolis?

Ammia

A Ammianus, Campidoctores commemorat legionis Gallicæ. Pompeius cum agilibus saltu, cum velocibus cursu, cum validis vecte certare ait Salustius. Manil. lib. 5.

Sunt quibus & simulacra placent, & ludus in armis,
Tantus amor pugnæ est, discúntque per otia bellum,
Et quodcunque pari studium producitur arte.

V. glos. Campidoctor ὁπλοδιδάκτης. *Armidoctor.* In passione Thebæorum militum cum Exsuperio vt exercitus appellant Campidoctore, & candido Senatore militum. Apud Mauricium Campiductor dicitur ὁδηγὸς, *viæ rector.* ἔμπροθεν δὲ τοῦ μετώπου περιπατοῦσιν ὁ καμπιδούκτωρ, καὶ ὁ μανδάτωρ, ὁ μὲν τοὺς τόπους ἐρευνῶν, καὶ ὁδηγῶν, ὁ δὲ τὰ μανδάτα γνώμῃ τοῦ ἄρχοντος διδούς. *In fronte ambulant Campidoctor, & mandator; alter loca inquirens, & viam sternens; alter* B *mandata voluntate & iussu ducis enuntians.* Alibi sæpe meminit Mauricius. *Campidoctor varijs modis dicitur.*

CAPVT LXV.

De Mandatore & Cantatore.



VT in naue Portisculus fuit, qui celeuma remigibus caneret, ita & in exercitu Cantator παρακλήτωρ, στρατοκῆρυξ, *qui militibus animos faceret.* Leo constitut. 3. παρακλήτορες οἱ διὰ λόγων διεγείροντες τὸ στρατὸν πρὸς τοὺς ἀγῶνας, οὓς οἱ πρὸ ἡμῶν νεώτεροι, καὶ τῶν ἄλλων τακτικοὶ ῥωμαῖς, C καντάτωρας ἐκάλουν. *Hortatores qui verbis exercitum excitant ad prælia, quos recentiores scriptores Latinè Cantatores vocari aiunt.* Idem constitut. 12. & 13. Fuit & προτομανδάτωρ. Cedrenus ὑπηρέτει δὲ τούτῳ τὴν προτομανδάτωρος πληρῶν ἀρχήν. Mauricius lib. 1. στρατηγ. παραγγέλλει ὁ μανδάτωρ σιλεντίου μανδάτα. *Mandator & Cantator.*

CAPVT LXVI.

De Buccellarijs.

D BVCCELLARIVS auctore Constantino lib. 1. de thematib. dicitur φύλαξ τοῦ ἄρτου, *panis custos*, vnde Buccellariorum thema. στρατιῶται εἰσὶν ἀβαρεῖς, καὶ ἐλαφροὶ πρὸς τὸ πόλεμον. *Milites sunt leuis armaturæ & agiles ad bellum.* βούκελλος γὰρ τὸ κρικελλοειδὲς ψωμίον καλεῖται. *Buccella frustum panis orbiculatum.* ἕπονται τοῖς στρατιώταις ὥσπερ καὶ οἱ ὀπτιμάτοι, καὶ τὰς τροφὰς αὐτῶν ἐπιφέρονται. *Sequuntur milites, & eorum cibaria ferunt. Nomen gentis est, Mariandeni vocantur, & Galatæ,* τὸ οἰκεῖον ὄνομα τοῦ ἔθνους, καὶ ἑλλήνων μαριάνδηνοι ὀνομάζονται, ἐκλήθησαν δὲ γαλάθαι. Vet. gloss. βουκελλάριοι παραμένοντες στρατιῶται, *quasi assectæ militum, mancipia armata.* Cedrenus pag. 593. & pag. 601. βουκελλαρίων στρατηγός. Idem in Copronymo, στρατηγὸς εἰς βουκελλάριον. Suidas, Buccellarij οἱ ἑλληνογαλάται, καὶ ἡ τῶν βουκελλαρίων χώρα γαλλογραικία. *Gallogræci, Buccellariorum regio Gallogræcia.* *Buccellarius quis dictus.*

E Georgius Pachymeres lib. 3. Historiæ, scribit Buccellarios, Mariandenos & Paphlagones ob tributorum exactiones quibus opprimebantur paulatim ad Turcos defecisse. Constantinus in Porphyrogen. in Chorographia, Buccellarios pro certo militum genere ponit. Michal, inquit, Pancratucham fecit Icanatum, postea Strategum εἰς τοὺς βουκελλαρίους, Ducem *Buccellarijs* imposuit. Huiusmodi enim per Prouincias alebantur. l. vlt. C. ad l. Iul. de vi arm. Mauricius lib. 2. Strateg. c. 2. Buccellariorum ordinem constituit. c. 9. ambulante exercitu ante & post Imperatorem procedere iubet. χρὴ περιπατοῦντος τοῦ στρατοῦ ἡγεῖσθαι τὸν τοῦ παντὸς στρατηγὸν, προπορευομένων αὐτοῦ τιμῆς ἕνεκα τῶν ἐπιτιμίων ἰδικῶν αὐτοῦ ἀνθρώπων μετὰ τῶν ἀδεστράτων, καὶ βουκελλαρίων βάνδων, ὄπιθεν δὲ αὐτοῦ εὐθὺς τοὺς σπαθαρίους, καὶ μετ' αὐτοὺς τοὺς βουκελλαρίους. Olympiodorus apud Photium, τὸ βουκελλαρίου ὄνομα ἐν τοῦ ἡμέραις ὠνωρίου ἐφέρετο κατὰ τῶν στρατιωτῶν οὐ μόνον ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ γότθων τινῶν. *Oportet procedente exercitu præire Imperatorem, ante quem incedunt honoris causa homines eius honorati cum sarcinis & Buccellarijs bandis, à tergo vero eius proximè Spatharios, quos sequantur Buccellarij.* Appellatio Buccellarij ætate Honorij *Buccellarij Mariandeni & Paphlagones ad Turcas defecerunt, & quare.*

Honorij non modo de Romanis, verum & de Gotthis vsurpata. Subiungit τὸ ξηρὸν ἄρτον *Buccellatum* dici. Mauricius lib. 8. χρὴ ἐν ἡμέρᾳ πολέμου ἐν τῇ σέλλᾳ ὑπιφέρεσθαι ἕκαστον στρατιώτην ὕδωρ, ἢ βυκελάτα. *Vnusquisque miles in die pugnæ ferre debet in sella aquam, aut Buccellata.* Vulcatius in Cassio Buccellatum vocat succum panem. Eustathius de tempor. interuallo ὀφείλεσι οἱ στρατιῶται χορηγεῖσθαι ἐν ἐξπεδίτῳ δύο ἡμέρων βυκελάτα. *Debent milites instructi esse in expeditione Buccellato ad duos dies.* Glossa vetus, βυκελάτα ἄρτα ἐλαφρὰ ὃς λέγεται κολλίκιον. παξαμάδιον παξάμους δίπυρον ἄρτον *panis bis coctus dictus à Paxamo* qui scripsit ἐφαρτυτικά, vt Suidas, Buccellatum panis bis coctus C. l. 1. de erogat. milit. ann. Ammian. lib. 18. Buccellatum frumentum ad vsus diuturnitatem excoctum quo milites in castris pascuntur. Spartianus in Pescenn. Buccellato iubens milites contentos esse. δίπυρον ἄρτον. Paulin. ep. 36. in ep. Augustini, Buccellato Christianæ expeditionis. A B

CAPVT LXVII.

De Optimatibus.

Optimates qui dicti.

PTIMATES olim dicti Romæ qui partes Senatus sequerentur, & plebeculæ studia infringerent. ὀλιγαρχικὸς vocant *qui popularibus opponuntur.* Vet. glossæ, Optimates πρωτοπολίται, τὰ πρῶτα τῆς πόλεως, *primi ciues, principes vrbis.* Aurelianus epist. ad Gallonium, Optimates Gothicas mulieres nobiles. Capitolinus in Marco, semper sanè cum Optimatibus non solum bellicas res, sed etiam ciuiles priusquam faceret aliquid contulit. C

Optimates ministri potestatum.

Postea Optimates ministri potestatum fuere, quales sunt in Nouellis οἱ ταξεώται, cohortales, speculatores, qui iusti milites non sunt, sed quasi publici quidam serui Ducibus ministrant, optionibus similes. Constantin. Porphyrog. ὀπτιμάτων θέμα οἰκτρότατον, καὶ τέρμασι, καὶ δρόμοις τετιμημένον. ὃ προσταθὲν λέγει μόνον δομέστικον, εἰς μὲν ὑπηρεσίαν ἐτέτακτο τῶν στρατιωτῶν, ὅτε οἱ βασιλεῖς τοῖς ἔθνεσιν ἐπεστράτευον, οἳ ἐν τοῖς βασιλικοῖς τάγμασι τάττονται. ὅσοι μὲν ἐν τῷ ῥόλαις, καὶ τοῖς ἱκανάτοις καὶ τοῖς λοιποῖς τάγμασι ἐστρατεύοντο, εἰς ὑπηρεσίαν εἷς ἕκαστον αὐτῶν ὀπτιμάτων ἐπέκειτο. ἔστι δὲ ὀνομασία τῶν ἀτίμων ἴσως ὕβριν φέρουσα τῶν κορτελίνων. *Thema Optimatum miserrimum est, neque turmis, neque drungis honoratum, cui themati qui præest dicitur solum Domesticus. Thema enim illud ordinatum in ministerium militum qui in regijs cohortibus militabant quoties Imperator expeditionem moueret. Quotquot enim in scholis, aut Icanatis, & reliquis cohortibus merebant, vnum quisque Optimatum in ministerium posidebat. Est autem cognomentum ignobilium, Cortelinis simile, nec minus contumeliosum. διὸ καὶ εἰς θέματος τάξιν λογίζεται. καὶ ὁ στρατηγὸς ὁ τότε ἄρχων κατονομάζεται, ἀλλὰ δομέστικος ὁ ὑπὸ χεῖρα ὢν τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῷ ἀξίαν καταδεέστερος.* *Quare neque thematis loco habetur, neque qui huic ordini præest dicitur Strategus, aut Prætor, sed Domesticus sub potestate Strategi positus, & dignitate inferior.* D

Optimati sub Honorio.

Optimati sub Honorio cepere. Olympiodorus apud Photium, ὅτι τῶν ῥαδαγαΐσου γότθων οἱ κεφαλῶται ὀπτιμάτοι καλοῦντο εἰς δώδεκα συντείνοντες χιλιάδας. *Gotthorum Radagaisi capita Optimati dicti, quorum 12. millia fuere.* Mauricius lib. 2. Strateg. c. 3. ταξίαρχοι λέγονται οἱ μιραρχαι τῶν ὀπτιμάτων, καὶ ἄρματος προσαγορεύεται ὁ σύμμαχος τῶν ὀπτιμάτων, ἤτοι ὁ αὐτοῦ ὑπασπιστής. *Taxiarchi dicuntur merarchæ Optimatum, & armatus dicitur auxiliaris Optimati, aut eius armiger.* lib. 3. εἰ μὴ τοι συμβῇ ἐκ τῶν ὑποδεεστέρων τούτων τάγματων ἐν πρώτῃ τάξει τάσσεσθαι ἢ ἀπὸ ὀκτὼ ἢ ἀπὸ δέκα ποιεῖν ὡς ἀσθενέστερα τὰ μέν τοι τῶν ὀπτιμάτων τάγματα ὡς ἐν δευτέρᾳ τάξει τασσόμενα, καὶ ἐν ἐπιλογῇ ὄντα ἀπὸ πέντε μὲν στρατιωτῶν, δύο δὲ θεμάτων ποιεῖν ἕπεται αὐδρας τὴν δεκαρχίας ὀφειλέσης ἔχειν. *Si contigerit vt ex his imbecillioribus ordinibus in prima acie constituantur, ordines ex octo aut decem quia minus firmi sunt, fiant, ordines autem Optimatum quia in secunda acie ponuntur, & in delectu sunt, ex quinque militibus & duobus armatis describantur, cum decarchia, seu manipulus & contubernium decem hominibus constare debeat.* E

CAPVT

A

CAPVT LXVIII.

De Icanatis.



ICANATI fuere milites optimatis digniores qui cohortem habuere. Constantinus in themate orient. quinto. Quotquot enim in scholis, aut Icanatis, & reliquis cohortibus militabant, in ministerium vnum aliquem optimatum possidebant. Cedrenus, ἦρχε δὲ τῶν μὲν ταγμάτων ἐξκουβίτων ἰωάννης ὁ γράψων ἀνὴρ πολεμικὸς, καὶ πολλάκις ἐν μάχαις ἀνδραγαθήσας, τῶν δ' ἱκανάτου ὀλβιανὸς ὁ μαρούλης ἀνὴρ δεδοκιμασμένος. *Icanati optimatis digniores.*

B *Præerat cohorti excubitorum Ioannes Grapson vir bellicosus, qui rem sæpe in pugnis bene gesserat, Icanato impositus erat Olbianus Marules, vir spectatæ virtutis.* Item alio loco Constantinus τῶν τάγματος ἄρχων τῶν ἱκανάτων, καταλιπὼν τὸν λέοντα τῷ ῥωμανῷ προσεχώρισε, *Impositus cohorti Icanatorum, derelicto Leone, ad Romanum se applicuit.* Paphlago in vita Ignatij ait Nicetam decennem à Nicephoro auo τῶν ἱκανάτων, *Icanatorum* domesticum προβεβλῆσθαι *præpositum esse.*

CAPVT LXIX.

De Themate obsequij.

C



CONSTANTINVS Them. orient. 4. τὸ δὲ θέμα τὸ καλούμενον ὀψίκιον πᾶσιν ἔχει γνώριμον τὴν προσηγορίαν ὀψίκιον γὰρ ῥωμαϊστὶ λεγεῖ ὅπερ σημαίνει τῶν ἑλλήνων φωνῇ τοὺς προπορευομένους ἔμπροσθεν τῶν βασιλέως ἐπ' εὐταξίᾳ καὶ τιμῇ. *Thema obsequium vnde appellatum sit, vulgo notum est. Obsequium enim Latina vox significat eos qui ante regem incedunt ordinatim honoris causa.* Quare neque Sralegus dicitur, ὁ τῶν ὀψικίου ἡγούμενος, ἀλλὰ κόμης, ὃς καταρτίζει καὶ διευθύνει τὰς ὁδοὺς καὶ μονὰς τῶν βασιλέως, *Dux obsequij, sed Comes, qui dirigit, & præparat itinera, & mansionem seu habitationem Imperatoris.* Diaconus in Theodosio. Ex proprio stolo misit taxatos velocibus scaphis, & ex themate obsicio apud Rhodum amnem colligi iussit. Capitol. Marcus armauit gladiatores, quos ob- *Thema obsequij.*

D sequentes appellauit, tanquam non in legionibus, sed in obsequiis essent. Idem in Pertinace, cum milites ad obsequium venissent.

CAPVT LXX.

De Candidatis.



CANDIDATI dicti Quæstores Principis de quibus suprà abundè egimus. Procop. lib. 2. Gotth. Asbides Iustiniani Imp. δορυφόρος ἐπεὶ ἐς τοὺς κανδιδάτους καλουμένους τελῶν ἔτυχε. Lampridius, Alexander Quæstores Candida- *Candidati qui dicti.*

E tos ex sua pecunia populo munera dare iussit. Sed non solum Candidati dicti Quæstores, verum & Prætores Symmacho lib. 1. ep. 38. Quæstor Candidatus lib. 5. ep. 62. Candidati Senatores lib. 5. ep. 65. Votiua Candidati negotia lib. 5. ep. 20. Diptychum Candidati ep. 26. eod. largitas Candidati ep. 59. eod. Candidati per actum munus lib. 2. ep 81. Candidati designatio lib. 2. ep. 59. Candidatos patrimonij tertiam partem conferre iussit Princeps in ea quæ solo continentur, deforme arbitratus vt erat, honorem petituros, vrbem, Italiamque non pro patria, sed pro hospitio, aut stabulo quasi peregrinantes habere, ait Plinius lib. 6. ep. 19. Capitolinus, Marcus Philosophus sanxit vt Senatores peregrini quartam in Italia partem possiderent. Cedrenus, γορδιανὸς αὔγουστος ἐποίησε ἀριθμὸν τῶν λεγομένων κανδιδάτων, ἐπάρας αὐτοὺς κατ' ἐπιλογὴν, ὡς τελείους, καὶ εὐσθενεῖς, καὶ μεγάλης ὄντας θέας ἀπὸ τῶν τάγματος τῶν λεγομένων χολαρίων, κάλεσας δὲ τὴν χολὴν τοῦ αὐτοῦ ἀριθμοῦ εἰς τὸ ἴδιον ἐπώνυμον ἰουνιώρων· οὗτοι δέ εἰσιν οἱ ἐκ τῆς χολῆς. *Gordianus Augustus fecit numerum eorum qui Candidati dicti, eligens eos vt perfectos, & robustos, qui ingentem speciem præberent,*

præberent, ex cohorte scholarium, vocauit autem scholam huius numeri Iuniorum ex suo nomine. Hæc A
& in fastis Siculis leges.

Candidati, milites ostẽsionales appellati.

Candidati erant milites ostensionales ex iis quos staturæ proceritas, & forma commendaret. Hieronymus in Hilarione, Candidatus Constantij rutila coma. Candidati Senatores dicti qui in Senatum adscribendi erant à Principe. Cassiodor. lib.4. epist.25. Ad Argolicum Præfectum vrbi. Illustris magnificentia tua Petrum parentum luce conspicuum, suáque grauitate iam Senatorem, in album sacri ordinis secundum priscam consuetudinem curet referri, vt & tanto ordini proficiat numerus, & Candidato de sacro ordine crescat ornatus.

Candidati Principis legunt libros principales in Senatu.

Candidati Principis, id est Quæstores, Prouincias non sortiuntur. Hi enim solis libris principalibus in Senatu legendis vacant. D. lib.1. tit.13. Candidato præstitimus curules infulas. Cassiodorus lib.2. epist. Quæstor Candidatus non semper est Candidatus Prin- B
cipis. Qui enim Quæsturam vrbanam ambiebat, dicebatur Quæsturæ Candidatus, vel Quæstor Candidatus, qui munera Quæstoria exhibebat, & diptycha, vt Symmachus lib.2. ep.30. l.2. D. de legat.3. Candidati Principis libros principales in Senatu legebant. Ammianus, Candidatus dum militaret. Cassiodorus lib.1. ep.4. Ait patrem suum Tribunum Candidatum & Notarium Valentiniano Augusto à secretis stetisse.

CAPVT LXXI.

De Militibus ostensionalibus.

C

Ostensionales milites qui dicti.

QVIA Candidatos à Gordiano Milites ostensionales dictos ostendimus, addamus & hanc ex Lampridio mantissam. Milites quos ostensionales vocant, non pretiosis, sed speciosis clarisque vestibus ornabat, nec multum insignibus, nec multum in eas aut ad apparatum regium auri, & serici deputabat. Ostensionales dicuntur qui ad obsequium Principis diebus festis & solemnibus soliti conuenire, vt Comitatenses, & Palatini, οἱ πρὸς ἐπίδειξιν ἐσκοσμημένοι ἢ πρόσωπον τοῦ βασιλέως, de quibus & suprà egimus.

CAPVT LXXII. D

De Ordinarijs militibus.

Qui dicantur milites Ordinarij.

QVÆRI potest qui sint Ordinarij de quibus Vopiscus in Bonoso. Militauit primum inter Ordinarios, deinde inter equites. Explicat Festus his verbis, sunt quidam qui manipularium eum qui in infimo sit ordinis, appellatum credant Ordinarium. Ordinarios existimo esse legionarios manipulares, quorum centuriones dicuntur Ordinarij. Capitol. in Albino, sæpe & Ordinarios centuriones in crucem egit. Spartianus in Caracalla meminit equitum extraordinariorum. Fuere & milites summarij cohortis Comitianæ Nouel.30. E

CAPVT LXXIII.

De Cingulo militiæ.

Cingulum militiæ.

CINGVLVM iudicibus omnibus attributum, quod si adimeretur, aut abiiceretur magistratu abibant. Sidonius lib.5. ep.7. Cinctis iura, id est iudicibus in actu positis. Paulus lib.1. sentent. Qui apud cinctos, aut priuatos iudices fuerit. Cassiodorus ad Psalm.29. Cingulum significat quod ad iudicis pertinet dignitatem. Nam cincta potestas in ipso cubiculo noscitur constituta. Sic enim cinctum dicimus iudicem quando eius fasces, honoréque declaramus. Chrysostomus,

οὐκ ἐν

A οὐκ ἐν τῇ χλαμύδι ἢ τῇ ζώνῃ, οὐδὲ ἐν τῇ φωνῇ τ κήρυκ& ἀρχων. *Magistratus non est in chlamyde & zona, neque in voce præconis,* ἀλλ' ἐν τῷ τ πεποιησθαι ἀναπαῦζ, *sed in acquirendo Deum conditorem suum.* Cassiodor. lib. 1. ep. 4. lib. 6. ep. 2. Sidonius epist. 9. lib. 1. Illustratus honore cinctus. Cinctus, & cingulum iudicis. Cassiodor. lib. 7. ep. 22. Similis discincto habetur qui ignobili torpori relinquitur. Omnium magistratuum præcipuum insigne fuit cingulum sine quo Principem adire non licet. Sine cingulo erant Honorarij. l. 1. C. vt dignit. ordo seruet. l. omnes C. de meratorib. Exauctorati cingulo exuuntur. Nouel. 12. Ambros. serm. 14. Duces & Principes omnes etiam militares accuratè sericis vestibus accincti, operosis cingulis auro fulgente pretiosis ambiunt solito nitidius in conspectu Regis incedere.

B

CAPVT LXXIV.

De Tironibus.

SENATORES & possessores omnes Tirones illis repræsentare tenebantur, quibus per suburbicarias Prouincias Tironum congregandorum munus Principes iniunxerant, Nouella constit. Theodos. & Valentin. de Tironibus cap. 2. & 3. Idcirco Illustres vacantes per omnes nostras Prouincias constitutos ternos Tirones in adæratione debere persoluere pronuntiamus. Comites consistoriani vel primi ordinis, Tribuni, & Notarij, & ij qui administrationes ordinarias in Prouinciis gubernant, singulos dabant. Tribuni vacantes siue Comites secundi vel tertij ordinis omnésque clarissimi tertiam partem Tironis agnoscunt, ita vt vnius Tironis pretium 30. solidis taxetur. *Tirones.*

C

IVLII CÆSARIS

BVLENGERI DE OFFICIIS QVÆ SVB DISPOSITIONE ILLVSTRIVM, SPECTABILIVM, ET Clarissimorum fuêre,

LIBER SEXTVS.

CAPVT I.

De Annona.

SVB Præfecto vrbi Romæ & Constantinopoli fuit Præfectus Annonæ, quem ἐπιμελητὴν σίτου vocat Dio lib. 54. de Augusto, προσῆλθον αὐτὸν δικτάτωρα τε ἅμα δεόμενοι λεχθῆναι, καὶ ἐπιμελητὴν τοῦ σίτου, *ad eum venerunt, rogarúntque vt Dictator fieret, & Curator Annonæ*, vt olim Pompeius. Et is quidem Annonæ curam necessitate compulsus suscepit, & duos viros ante quinquennium Prætura defunctos frumento diuidendo eligi iussit. Item, καὶ ἵνα ἐπὶ τοῦ σίτου διαδόσει προβάλλωνται καὶ οἱ ἐν τῇ ἀρχαῖς ἀεὶ ὄντες ἕνα ἕκαστον ἐκ τῶν πρὸ τριῶν ἐτῶν ἐστρατηγηκότων, καὶ ἐξ αὐτῶν τέσσαρες οἱ λαχόντες σιτοδοτῶσιν. *Constituit vt ad diuidendum frumentum ij qui magistratus gerebant vnum aliquem ex ijs qui ante tres annos Prætura defuncti erant proponerent, & è Prætorijs viris quatuor sorte capti frumentum diuiderent.*

De nomine Annonæ. Sed vt de Annona ordine & via agamus, sic habeto, Romæ veteri nomen Annonæ ignotum fuisse, quia se quisque opibus suis sustentabat, & in angusta vrbe ciues non adeo frequentes erant, vt ex agri Rom. fructibus ali non possent, cum quisque sumptum suum labore exerceret. Vbi populosa vrbs, frequens ciuibus, inquilinis, peregrinis fuit, Romanus ager alendæ plebi impar repertus est, aliunde opes aduocandæ, frumentum ex Sicilia, Africa, Gallia conuehendum. Manius Marcius Ædilis plebis primus frumentum assibus in modios dedit, auctore Plinio lib. 18 C. Gracchus semisse, & triente, vt Florus ait. Cato mille quingenta talenta Romæ ad frumentationem dicauit, vt scribit Plutarchus in Cæsare. Clodius legem Annonariam tulit, vt frumentum gratis populo daretur, ait Asconius. Trecenta viginti millia è plebe frumentum accepêre, narrante Suetonio in Iulio c. 41. Iulius capta Africa 20. Myriades medimnorum, 30. Myriades librarum olei paupertinæ plebi alendæ Romam intulit, vt Dio lib. 43. Augustus ex Ægypto ducenties centena millia modiorum, vt Sueton. lib. 2. c. 40. 41. & victore. Paul. Diaconus lib. 7. histor. miscel. Augustus vt Annonæ vrbis copiam efficeret, fossas in curia & vetustate limo clausas labore militum patefecit, & vrbi annua ex Ægypto ducenties centena millia frumenti intulit. Sueton. fossas Nili manu militari detersit Augustus. Caracalla frumentationi addidit aliam partem dimidiam ex publicis vectigalibus, προστίθησι τῷ σιτηρεσίῳ ἄλλο τοῦ τελουμένου ἥμισυ, ait Dio. Aurelianus Annonæ præfectus panibus vrbis Romæ vnciam de Ægyptio vectigali auxit.

CAPVT

A

CAPVT II.

De Præfecto Annonæ.

ANNONÆ Præfectus tum primùm Romæ creatus est, cum Spurius Metius, qui frumenta populo diuiserat, occisus est, vt S. Augustinus lib. 3. de Ciuit. Dei c. 17. Zonaras primum Præfectum Annonæ Minutium Augurium vocat. M. Augurius ἀπὸ τῆς σιτοδείας ὑπαρχίδης τεταγμένος. Ea Præfectura olim magna. Pompeius, Augustus, & Imperatores plærique Annonæ Præfecti fuere. Ætate Boëtij nihil ea fuit abiectius. *Præfectus Annonæ.*

B Sic enim ille lib. 3. de consolat. Philosop. Prosa 4. At qui Præfectura magna olim potestas, nunc inane nomen, & Senatorij census grauis sarcina. Si quis quondam procurasset Annonam, magnus habebatur, nunc ea Præfectura quid abiectius? Munus eius describit Cassiod. lib. 6. variar. form. 18. Tui studij est, vt sacratissimæ vrbi præparetur Annona, vbique redundet panis copia. Per officinas pistorum, cibósque discurris, pensum, & munditiam panis exigis. Carpentum Præfecti vrbis mista glorificatione conscendis. Tu illi in spectaculis coniunctissimus inueniris. Si querela panis, vt assolet, concitetur, tu promissor vbertatis seditiones ciuicas momentanea satisfactione dissoluis. Non immerito Pompeius fertur copiæ quantitate prouisa vsque ad rerum peruenisse fastigia. Dignitati tuæ pistorum iura famulata sunt, quæ per diuersas mundi partes possessione latissima tendebantur. Suarij quoque reperti tuo deputari videntur examini. Triticeas quidem copias

C Præfectura prætoriana procurat, Præfectus Annonæ dispensat, panis pondera examinat. Seneca eiusdem munus attingit lib. de Breuit. vitæ c. 18. Tu quidem, Pauline, orbis terrarum rationes administras tam abstinenter quàm alienas, tam diligenter quàm tuas, tam religiosè quàm publicas. Cum ventre humano tibi negotium est. Curas ne frumentum concepto humore vitietur, & concalescat, vt ad mensuram, pondúsque respondeat.

Præfectus Annonæ non erat magistratus, sed extra ordinem vtilitatis causa constitutus, vt Pomponius lib. 1. Pandect. l. 2. tit. de orig. iuris. l. 1. D. de Exercit. Præfectum propter Annonæ ministerium vocat. Peræquatores etiam victualium rerum in vrbe Regia propria voluntate constituit, & tam necessariæ rei iudicem facit. Ipse enim gaudium populis, ipse nostris temporibus præstat ornatum, quando tales viros copiæ publicæ præficit, vt plebs querula seditionem non debeat habere satiata, ait Cassiodor. lib. 6. ep. 6. Per eum prospicitur, *Præfectus Annonæ vtilitatis causa constitutio.*

D ne quid à populis conquerentibus excedatur, ep. 18. lib. 6. Bona caduca, & vacantia per eundem dantur petentibus cum onere tributa soluendi. lib. 12. ep. 9. Experientia tua preces illius diligenti examinatione discutiat, & si reuera ille quem suggerit de hac luce transisse, filios non reliquit, nec ab alio constat rationabiliter possideri, introductionem memoratæ rei officium vestrum celebret.

Cognouit de causis Annonariis, & ad eum ad Principem prouocari potuit, vt docet Iurisconsultus l. 8. D. quod cum eo qui in aliena potestate est, negotium gestum. Cum seruus, inquit, quem Titianus præposuerat mutuis pecuniis dandis, & pignoribus accipiendis, alia quædam gessisse, & horrea conduxisse, & multis soluisse probaretur, Præfectus Annonæ contra dominum dederat sententiam, quam Imperator conseruauit. *Eiusdem cognitio.*

Præfectus Annonæ vrbis sacræ cum iure gladij fuit. Cassiod. lib. 6. form. 18. Notitia Præ-

E fectum Annonæ Africæ sub dispositione Præfecti Prætorio Italiæ fuisse ait. Præfectus Annonæ Romæ sub Præfecto vrbis fuit, & vtérque Annonæ ciuilis curam gessit. Cassiodorus tamen lib. 6. form. 18. Præfecturam Prætorianam triticeas copias procurare ait. Fuit & Præfectus Annonæ orientis. Vopiscus in Aureliano, Meceo Brundusio Præfecto Annonæ orientis. Symmachus lib. 9. ep. 14. Annonæ vrbicæ Præfectum ponit.

Primus Romæ Annonæ Præfectus fuit Turranius, quem Augustus sibi ipse substituerat. Tacit. lib. 1. Augustus paulo ante excessum sibi Turranium substituerat, & Annonæ præfecerat. Idem lib. 11. Tum potissimum amicorum vocat, primúmque rei frumentariæ Præfectum Turranium. Deinde creatus est Codicillis Imperatoris. Arrianus lib. 1. Dissert. Epict. πρὶν ἐλθεῖν εἰς τὸ ῥώμην ἀπαντῆσαι αὐτῷ παρὰ τοῦ καίσαρος. *Priusquam Romam veniret occurrerunt ei Codicilli à Cæsare.* σιτωνικῶν enim cura ad eum pertinet cui Imperator mandarit, Nouel. 30. Præfectum Annonæ sequebantur vbique Apparitores l. 1. C. Th. de conditis in publ. horr. l. 4. de can. frument. eodem. Illos etiam qui potestati Præfecturæ *Turranius primus Annonæ Præfectus apud Romanos.*

Annonariæ præsunt, & apparitores qui iisdem ministeriis obsecundant. Nefas fuit apparitores vrbanæ Præfecturæ Annonario officio se inserere, cum apparitores Præfecti Annonæ ministerio suo Annonæ Præfecturæ fungi oporteret, l. 1. C. de appari. Præfect. A

Exactio Præfecti Annonæ quoad suum officium.

Exigebat autem Pręfectus Annonę canonem qui ad officium suum pertinebat, per compulsores suos, & nisi canonem implesset, cum officio suo obnoxius retinebatur. l. 2. ibid. Qui ambitu grassabantur, iis emerendæ plebeculæ nihil promptius fuit, quam si Annonæ consulerent. Hac via grassati omnes qui ad Imperium aspirarunt. Lucan. lib. 2. de Iulio Cæsare.

Quoque modo vanos populi conciret amores,
Gnarus, & irarum caussas, & summa fauoris
Annona momenta trahi. Namque asserit vrbes
Sola fames, emitúrque metus, cum segne potentes
Vulgus alunt. B

Ideo frumenti pretium sæpe minutum, quibusdam etiam gratis datum. Tacit. lib. 15. pretium frumenti minutum vsque ad ternos nummos. Item, frumenti pretio nihil additum, quamuis ducentas naues, &c. Item, Addiditque militum sine pretio frumentum, quo antea ex modo Annonæ vtebantur. Sueton. Nerone c. 10. constituit Prætorianis cohortibus frumentum gratuitum. Herodianus de Seuero, τὸ σιτηρέσιον αὐτοῖς πρῶτος ηὔξησε, καὶ δακτυλίοις χρήσασθαι ἐπέτρεψε. *Annonam Seuerus Prætorianis militibus auxit, & annulis vti permisit.* In Annonæ penuria plebs in turbas plærumque ibat. Sidon. lib. 1. epist. 10. Vereor ne frumentum populi Rom. Theatralis caueæ fragor insonet, & infortunio meo publica deputetur esuries. Symmach. lib. 4. ep. 18. Comperisti haud dudum frumentarias magnæ vrbis querelas. Successit huic olei penuria, & adhuc manet de fruge caussatio. Hinc rerum fessi viros curiæ oratum C remedia legauimus, & spes est clementissimum, diuinúmque Principem salutari ope consulturum petitis. Interea laborantium murmur est, strepit ciuitas. Ammian. Marcel. lib. 21. & 26. Romæ assiduè orta murmura super inopia victus. Sueton. lib. 2. c. 25. Et si tumultu in grauiore Annona metueretur. Symmach. lib. 2. ep 6. lib. 6. ep. 18. Periculosum est Romæ esse in defectu alimentorum. Vopiscus in Aureliano, Nihil lætius est populo Rom. saturo. Symmach. lib. 4. ep. 4. Adiecta est pro alimentis populi Rom. supplicatio. In metu enim sumus, an obsit commeatibus Annonariis medij temporis mora, & perturbatio plebis oriatur. Tertullian. lib. aduers. Psychicos, cum stupet cœlum, & aret annus, nudipedalia denuntiantur, magistratus purpuras ponunt, fasces retro auertunt, preces indigetant, hostiam instaurant.

D

CAPVT III.

De Inuectione frumenti.

Frumẽtum ex quibus Prouincijs Romam Inuectum.

TRITICEAS copias Romam è Prouinciis inuehi solitas scitum est. Ex Sardinia, & Sicilia frumenta Romam inuehebantur, quas Prouincias Valerius Maximus lib. 7. c. 6. benignissimas Romæ nutrices vocat, Florus lib. 4. cap. 2. Annonæ pignora Saluianus lib. 6. Fiscalia horrea, & vitales portas. Tacitus lib. 13. Temperata apud transmarinas Prouincias frumenti subuectio ex Prouinciis ad alimenta plebis. Prouinciales vltro emere frumenta, & vendere cogebantur. Diuortia, E inquit, itinerum, & longinquitas regionum indicebantur, vt ciuitates à proximis hibernis in remota, & auia deferrent, donec quod omnibus in promptu erat, paucis lucrosum fieret. Ex Africa annona Claudianus lib. 11. Stilic.

———Quid Pœnus arator
Intulerit, madidus quantum transmiserit auster,

Item, *———Spes vnica nobis*
Restabat Libyæ, quæ vix, ægréque fouebat
Solo ducta notho, nunquam secura futuri,
Semper inops, ventique fidem poscebat & anni.

Ante quam Romanum Imperium in duo secaretur, annona maximè ex Ægypto Romam illata, postea Ægyptus Constantinopoli cessit, Africa, Gallia, Macedonia Romæ.

Symma

A Symmachus epist. 55. ep. 82. lib. 3. Tandem de ripa Tiberis (nam per fines meos Tiberis elabitur) onusta specto nauigia, non iam sollicitus vt ante de fame ciuium. Item, venerabilis pater patriæ Macedonicis commeatibus Africæ damna pensauit.

CAPVT IV.

Quibus Annonæ darentur.

Annonæ distributio.

B PRÆTORIANIS cohortibus frumentum menstruum gratuitum à Seuero datum esse suprà ostendimus. Vet. glossæ Annonam salarium interpretãtur. Eadem ἐπίμετρα dicta. l. 15. C. Th. de susceptor. A possessoribus per tres vices petatur Annona. In Epimetris eam consuetudinem synceritas tua faciat obseruari, vt in aridis quidem fructibus centesimam leuandi dispendij caussa à possessore susceptor recipiat, lardi vero, & vini centesimam consequatur. l. 9. C. de susceptor. Frumenti quinquagesimas, vini & lardi vicesimas susceptoribus dari præcipimus. Dabantur item Annonæ viris ex castrensibus, qui absoluti muniis erant, cum tractoriis & diplomatibus cursus publici, l. 1. de tractor. & sat. C. Theod. Annonæ delegari dicuntur ministeriis sacri Palatij l. 15. de erogat. milit. Annonæ C. Theod. Adlectis item in Senatum Annonæ datæ. Symmachus lib. 7. ep. 95. Dynamin dignum esse prædico, qui nostro ordini copuletur. Sed adiicienda ei est prærogatiua militiæ, vt beneficio adlectionis vtatur. His quippe tantùm C munera relaxari Diualia constituta voluerunt, quos castrensis honor illuminat. Si igitur & hoc insigne detuleris, quod Annonarum & euectionum cumulet adiectio, prono cursu in consulares legetur. Adlectionem hic accipit pro beneficio Imperatoris, quo quis post decursos in aula & comitatu Principis labores adlegebatur in ordinem Senatorum, velútque ex consularibus consequebatur clarissimatus dignitatem. Quia autem copiæ triticeæ in horrea condebantur, de horreis pauca subiiciam.

CAPVT V.

De Horreis.

Horreũ vnde dictum.

D POMPONIVS Sabinus ad lib. 1. Georg. Horreum ab horrore dictum existimat. Is enim locus in eminentiori domus parte, siue villæ esse debet. Columella lib. 1. cap. 6. Tabulata pensilia vocat. Victruuius lib. 6. c. 9. sublimata. Varro sublimia. Alia tamen fuêre subterranea, vt Varro lib. 1. c. 57. de re Rust. Plin. c. 38. lib. 18. Cassiod. ep. 12. lib. 12. Seuerus Horrea in omnibus regionibus publica fecit, narrante Lampridio. Varro lib. 1. de re Rust. Quosdam scribit sub terris granaria habere, quæ speluncæ σείρεις in Cappadocia dicantur. Idem lib. 4. de ling. Lat. quia Horrea vulgo fuere subterranea, Horreum in quo frumenta condantur, ab Horrido dictum putat. Vnde & condita vocantur frumenta in Horreis condita. C. de conditis in public. Horr. Dicuntur ἀποθήκαι Dioni lib. 58. σιτοβολῶνες Philoni in Mechanicis lib. 2. σιτοφυλακεῖα, E σιτοθήκαι, σιτοφυλάκια Themistio serm. 4. Spartianus in Hadriano. Condita militaria diligenter agnosceret. Capitol. in Gordiano iuniore, quæ totius anni in aceto, frumento, & larido, atque hordeo, & paleis condita non haberet. Iustinianus ἀπόθετα vocat. Nouel. 163. χάριν τῶν ἐν εἴδεσι συντελουμένων ὑπέρ τε τῶν ἀποθέτων, καὶ τῆς στρατιωτικῆς δαπάνης. id est, *Pro ijs quæ in speciebus soluuntur, & pro conditis, & pro militari impensa.* Hæ annonariæ species, siue horreaticæ in vrbibus munitissimis, quæ fere capita Prouinciarum erant, asseruandæ condebantur, vt loquitur Ammianus de Palæis Isauriæ. Procopius lib. 2. Persic. ἐν δάραις τε, καὶ νισίβιδι πόλει ἐν δημοσίῳ τὰς ἐπετείους τροφὰς ἀποτίθεσθαι νενομίκασι. *Daris & Nisibi in publico annua alimenta reponere solent.* Locus quem Procopius δημόσιον, id est *publicum* appellat, Palatium, & Prætorium publicum est, l. vlt. C. de offic. Rect. Prouinc. Seruabantur & in castris, vbi prætenturæ militum limitaneorum erant. Nam hæc castra burgi erant, & opera munitissima. Auson. in Mosella,

Mœniáque antiquis te prospectantia muris
Addam, præsidijs dubiarum condita rerum,

Sed modo securis non castra, sed Horrea Belgis. A

Cum autem per Prouincias iter faciebat Imperator, totius annonæ militaris ratio coram illo exponebatur, atque adeo δόγματα oculis subiiciebantur, quæ posterior ætas appellauit probam. Marcellinus lib.21. Iouiniano vehiculo insidenti, quod portabat reliquias Iuliani, vt Principibus solet, annonæ militaris offerebantur indicia, & vt ipsi nominant proba, & animalia publica monstrabantur. Petrus Rauennas serm. 25. Condita permanere ait. serm.25. si sæculorum condita fortè te delectant.

Horrea quadrato lapide.

Erant Romæ & in Prouinciis Horrea quadrato lapide, & insulæ condendo tritico. P. Diaconus Horrea Romæ sub Nerone arsisse scribit. Erant & fiscalia Horrea. C. Theod. l. 16. de susceptorib. & arcar. Quæ Horreis inferuntur pro illationis modo ilico apocharum cautionibus adnotentur. Non autem oportet in Horreis fiscalibus nisi frumenta fiscalia constitui, l. 1. C. Theod. De equis Curul. Palmatis, atque Hermogenis equis ex Horreis fiscalibus B alimoniam præberi decreuimus. Alia sunt Horrea portuensia l. 1. C. de Horreis Portuensibus D. l. 1. C. Theod. de patronis Horr. Portuensium. Nec vltra tempus constitutum quispiam sibi administrationem Horreorum Portuensium fraudulenter vsurpet.

Publicorum Horreorum vsus.

In publicis Horreis ciuitatum species annonariæ militibus exhibendæ conseruabantur C. de Nauicul. seu Naual. pub. Erant igitur alia Romæ Horrea annonæ populi, alia in portu Hostiæ Portuensia, alia in matricibus vrbibus fiscalia, annonæ exercitus, alia in omnibus vrbibus annonæ ciuium. E fiscalibus Horreis annonæ equis Palmatis prouisæ. Militibus duobus diebus buccellatus datus, tertio panis, alternis diebus vinum, & acetum, vno lardum, duobus caro veruecina militibus data. l. Nulli. C. de officio rector. Prouinciæ l. fortissi. l. 1. C. de erogat. milit. annonæ. Fuere patroni Horreorum Portuensium l. 1. C. Theod. de patronis Horreor. Portuens. Nec vltra tempus constitutum quispiam sibi administrationem C Horreorum Portuensium fraudulentur vsurpet. Annona militum vt in tuto esset sæpe in castella & loca munita deferebatur. Cassiodor. lib. 3. ep. 41. Tritici speciem quam ob exercituales expensas nostra prouidentia de Italia destinauit, ne fatigata Prouincia huius præbitione læderetur, ad castella supra Druentiam constituta de Massilienſibus horreis constat esse portanda. Symmachus lib. 9. ep. 14. Annonarios paratus vocat. Commeatus annonarios lib. 3. ep. 82. Annonaria Thuscia dicitur Ammiano lib. 27. Annonaria regio Trebellio in Tetrico. Tetricum in Italia annonariæ regionis correctorem. Dio in Commodo, ἀποθήκας τῶν τ' αἰγυπτίων, καὶ τῶν ἀραβίων φορτίων. *Conditoria specierum ex Aegypto & Arabia.*

Curatores & Comites horreorum.

Alij fuere curatores Horreorum, alij comites Horreorum. P. Victor, curatores Horreorum. l. 2. de susceptoribus præpositi. & arcar. Præpositi Horreis in quibus fiscales species deponuntur. In Notitia, curator Horreorum Galbianorum sub Præfecto vrbis. Vetus In- D scriptio, Numini domus Augustæ, sacrum fortunæ conseruatrici Horreorum Galbianorum M. Lorinus magister sua pecunia dedicauit. Galbio fuit vnus ex Ducibus Valentiniani contra Bonifacium missus in Africam. l. 3. C. de offic. Præf. vigil. Effracturæ plærumq; fiunt in insulis, horreisque, vbi homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reponunt, cum vel cella effringitur, vel armarium, vel arca. Horreis effractis quæstio haberi potest de seruis custodibus, licet & in illis ipsius Imperatoris portio esset. In Horreis quibus & alij publicè vtebantur, pignora, & aliæ res deponebantur l. 9. C. de pignorati. acti. Fuerunt in portibus annonæ vrbicæ caussa mensores Portuenses, quibus iunguntur caudicarij, id est, frumentarij, nauicularij dicti à nauibus codicariis, quarum vsus erat in amnibus. Seneca lib. de breuit. vit. Plurium tabularum contextus caudex antiquis dicebatur, vnde publicæ tabulæ caudices, & naues quæ ex antiqua consuetudine per Tiberim commeatus subue- E hunt, caudicariæ dicuntur. Caudicarij pistoribus frumentum venumdare cogebantur l. 1. C. Theodos. de can. frum. vrb. Rom. Vet. Inscriptio, quinque mensores nos Portuenses, quibus vetus fuit, cum caudicariis diuturnúmque certamen.

Horrea diuersorũ generum.

Horrea autem variorum generum fuere, vinaria, olearia, frumentaria, quædam ex tabulis facta, quorum stipites in terram defossi essent l. 18. D. de act. empti. Horreum frumentarium mobile ex tabulis ligneis factum, l. 60. D. de acquir. rerum dominio. Horat. o. 28. lib. 3.

Parcis deripere Horreo
Cessantem Bibuli Consulis amphoram.

Propriè tamen cella vinaria dicitur, farreum & Horreum frumentarium. Cicero contra Rullum, illi capuam cellam atque Horreum agri campani esse voluerunt. Varro lib. 1. R. Rust. Dubium non est quin cella vinaria maior sit facienda in eo agro, vbi vineta sint ampliora,

A pliora, vt Horrea ſi frumentarius eſt ager. Farreum Feſtus dictum eſſe ait à farre quo ſolo veteres vſi. Horatius tamen lib.4. od.13. *Farreũ vnde dictum.*

Nardi paruus onyx eliciet cadum
Qui nunc Sulpitijs accubat horreis.

Horreum vinarium l.7. D. de inſtructo vel inſtrum. legato. Horrearij. Cuſtodes horreorum. Lamprid. in Alexandro, Horrea in omnibus regionibus publicè fecit ad quæ conferrent bona, ſi quipriuatas cuſtodias non haberent. Plinius lib.2.epiſt.ad Gallum, Eſt & alia turris. In hac cubiculum, in quo ſol naſcitur, conditurque. Lata poſt apotheca, & horreum. Sub hoc triclinium. Oportuit & apothecam vinariam, & horreum frumentarium in ſublimi fuiſſe, ſub quibus eſſet triclinium. In Neronis incendio horrea quadro ſtructa lapide, magnæq; illæ veterum inſulæ, quas diſcurrens flamma adire non poterat,
B magnis machinis ad externa quædam bella præparatis labefactatæ, atque inflammatæ ſunt. Socrates lib.7.cap.39. ὠεῖα vocat. πῦρ πολὺ μέρος τ̃ πόλεως κατέφαλωσεν ὡς καὶ τὰ μέγιστα τ̃ ὠείων ἀπολέσθ̃, καὶ τὸ δημόσιον ὃ ἐπώνυμόν ἐϛι ἀχιλλέως. *Conflagrauit magna pars vrbis, ita vt maxima horrea perierint, & publicum quod Achillis dicitur.* Publicum ſupra dictum eſſe prætorium oſtendimus, vbi publicum triticum ſeruaretur. Libet hic aſcribere horreorum & piſtrinorum numerum ex Publio Victore. In prima regione ad portam Capenam, horrea 13. piſtrina 20. In regione ſecunda ad Cælimontium horrea 23. piſtrina 12. In tertia regione horrea 18. piſtrina 12. In quarta regione horrea 8 piſtrina 12. In quinta horrea 23. piſtrina 12. In ſexta horrea 18. piſtrina 20. In nona horrea 22. piſtrina 20. In decima horrea 48. piſtrina 20. In vndecima horrea 16. piſtrina 12. In duodecima horrea 26. piſtrina 20. In decimatertia horrea 26. piſtrina 20. In decimaquarta horrea 22. piſtrina 22. Paulo ampliorem numerum repperies in Notitia imperij Romani. Horreis populi Rom. præpoſitus erat Comes horreorum lib. 11. C. tit. 16. Piſtores pani conficiendo obnoxij, qui mancipes dicti l. 1. & 2. C. de frumento vrbis. Horrea autem ne frumenta computreſcerent, hac forma iubentur extrui à Philone lib.2. μηχανικῶν. τὰς δ̃ κειθὰς δεῖ, καὶ τὰς πυρὰς ὡς βέλτιϛα καθάραν̃τας, καὶ σήρὰς ὡς βαθυτάτας ὀρύξαν̃τας, καὶ τέτων τ̃τ' ἐδάφ@ ἀλείψαν̃τας, ὅσον δπὶ τέσαρας δακτύλὰς τὸ βάθ@, καὶ κύκλῳ πελαλείψαν̃τας πηλῷ διηργασμένῳ, & ὀχ-ερωμένῳ ἀμόργῳ. Ἔϛω τὰ μὲ δύο μέρη χνὰς, τὸ δ̃ ἕν ἄμμος εἰς τ̃ πηλὸν ἐμβεβλημένα, ὡς αὐ ξηρανθῶϛι. Ἐμβληθέν@ δ̃ ἐϛὶ τὰ δεῖ ὄξυς κεφαλεῖον δριμυτάτὰ, εἰς τὸ μέσον ἄχρι ἐ τεταχήλὰ κατ-ρύξαι, καὶ πελαλόν@ αὖθεν κωνοειδεῖ χήματι πλίνθοις καταλείψαι πηλῷ. ἕτω γὰ ἀσπίδ@ γί-νε). *Hordeum & triticum optimè purgare oportet, & ſpecus altiſſimos fodere, ſolumq; luto facto, & amurca munito circumquaque alto quatuor digitos inungere. Duæ ſint pulueris partes, vna arenæ, quæ luto admiſceantur, vt ſiccari poſſint. Cum autem triticum ingeſtum eſt, defodere oportet vas fictile aceti acerrimi in medio vſque ad collum, & deſuper lateribus in coni ac metæ ſpeciem amplecti, lutoq; inungere. Ita enim triticum non computreſcit.* Vitruuius lib.5. cap. 9. fodiuntur, & exinaniuntur quàm altiſſimè ſtructiles cloacæ cum tabulis, complentur ea loca carbonibus, deinde inſuper ſabulone eæ ambulationes ſternuntur, & exæquantur, vt ſint ſiccæ. In his ſunt theſauri ciuitatis. Eo enim facilè ſal importatur, frumenta publicè, priuatimq; expeditiùs congeruntur, tum ambulationes hypæthræ aperiuntur, & menſuræ tributim ſingulis capitibus deſignantur. Aliud horreorum genus ita deſcribit Philo lib. 2. φυλάτ̃ε) ὁ σίτ@ ἐν ὑφῴοις δγαλελειμμένοις ἐν ἀμόργῳ. τὰς τοίχὰς καὶ τὸ ἔδαφ@, καὶ τὰς θυείδὰς ἔχὰσι, καὶ δγαπνοὰς πλάτὰς ἐραμμένὰς πρὸς βορρᾶν, καὶ πεφεγμένὰς δικτύοις ἵνα ὑπὸ τ̃ ὀρνίθων μὴ κατέδη), μήτε θηρία ἐγγίγνη). *Horreorum & piſtrinorũ numerus.* *Præpoſitus horreis Romanis.* *Triticum aceruatur in cœnaculis quorum parietes amurca inuncti, & ſolum ipſum, & feneſtras plures, & ſpiracula obuerſa ad Boream habeant retibus munita, ne ab auibus comedantur, aut animalia innaſcantur.*

C D E

CAPVT VI.

De Claſſe frumentaria.

CLASSIS frumentaria olim ex Sicilia, Sardinia, Africa, Gallia, Ægypto Oſtiam appulit. Romani alueos à ſingulis regionibus Ægypti ære publico in Nilum fluuium ducendos curarunt, quibus triticum Alexandriam inueheretur. Si quis alueos illos perfodiſſet, Honorius & Theodoſius eum viuum creman- *Claſſis frumentaria.*

dum constituerunt, l. 1. C. de Nili aggeribus. Symmachus lib. 10. epist. 22. Quum Imperator mittit puppes annonarias mixti populo Senatores in Tiberinis ostiis occurrunt, & magna veneratione excipiunt. Idem Africanos Commeatus vocat ep. 54. lib. 4. Insusurras frugis Africanæ tenues commeatus. Inuectionem alimentariam ibidem dixit. Castigatione iudicum quos alimentaria spectat inuectio. Curabant enim iudices prouinciales, vt annona Romam perferretur lib. 10. ep. 31. & epist. 44. In eos animaduersum est quorum incuria classis in portibus morata esset l. 34. de nauicullariis C. Theodos. l. 6. C. de Murileg. Classis aduentu nuntiato mira fuit omnium lætitia. Symmachus lib. 10. ep. 3. Romanos portus frequens, atque onusta classis intrabit. lib. 3. ep. 55. Iam portum nostrum complurium prima classis salutat. C. de Canone frumentario, Romæ Nautici apud præsidum, aut magistratuum acta confiteantur incorruptas species esse, eorúmque apud quos deponitur ista testatio, præsens aspectus probet, nihil in his esse vitij, quod eo tempore quoad sacræ vrbis portum peruenit, præfecturam iugiter obseruare præceptum est. Rescripta quibus speciali beneficio aliquid frumenti, vel hordei vrbicarij canonis remissione indultum est, irrita sunt: vicarij, cæteriq; iudices, nisi ab vsurpatione vrbicarij canonis abstineant, deportantur, primates officiorum capite mulctantur. Mamertinus Panegyr. In media expediendæ annonæ trepidatione nuntius venit, plurimas naues Africano tritico graues litus Achaicum præteruectas Constantinopolim peruolasse. Permoti omnes, & aduersus eos qui oram maritimam tuebantur irati. Venimus ad principem, desidia iudicum tantum perisse frumenti certatim pro se quisque conquerimur. Cassiodorus lib. 1. ep. 35. frumenta publica quæ de Calabro, atque Appulo littoribus, per Cancellarium vestrum ætatis tempore consueuerant destinari, nec autumno venisse modis omnibus permouemur. Fabius declamatione 12. salutem publicam vehis, spiritum populi tui reportas, omnium nostrum in ista classe nauigant animæ, quid spem publicam ad anchoras alligas? Cassiodorus lib. 1. Præpositus videat vt ne naues externæ antè frumento onerentur, quàm ciuium annonæ consultum fuerit. Frumenta quæ per præpositi Cancellarium destinari solebant nondum venere. Classem frumentariam Symmachus vocat lib. 10. ep. 22. & 31. Seneca ep. 77. Lampridius de Commodo, instituit Africanam classem quæ subsidio foret si Alexandrina frumenta cessassent. Symmach. lib 2. ep. 6. Classis in alios conuersa cursus. Sermo est tenui victu in turbas plebem moueri. Rutilius in Itinerario,

Interea latijs consurgunt horrea sulcis,
Pinguiáque hesperio nectare prela fluunt.
Ipse triumphali redimitus arundine Tibris
Romuleis famulas classibus aptat aquas.

Frumentatio Libyca sæpe Romæ saluti fuit, cum Libya maximè σιτοφόρος etiam apud Pindarum fuerit. Horat. lib. 1. O. 1.

Quicquid de Libycis verritur areis.

Qui incendunt messes in Africa grauiùs quàm alibi puniuntur, l. aut facta §. vlt. D. de pœnis. Iulius Cæsar 20. myriades medimnorum ex Ægypto ad plebem alendam Romam destinauit, vt Plutarchus in Iulio. Commodus præfectum annonæ Africæ instituit, cui subadiutor notarius, vt Symmachus ep. 17. lib. 1. ad Theod. & epist. 34. lib. 1. Is curabat oleum ex Africa. Iulius Cæsar duos prætores, & duos ædiles qui frumento præessent, & à Cerere cereales constituit lib. 2. de origine iuris §. deinde Cornelius. Symmachus scribit Puteolanis municipibus D. Constantinum 150. millia modiorum in alimoniam ciuitatis indulsisse. Sub Magistro militum in occidente erant quatuor classes Italiæ, quatuor classes Gallicæ, sed eæ militares, non frumentariæ fuere. Quemadmodum & classis Veneta, classis Danubij, classis in Britannia, classis Rauennæ, Miseni, Comensis, Rhodani, Riparienses, Ararica. Tacitus lib. 4. M. Antonij triremes captas cum valido remige ad forum Iulienſe misit Augustus. Præfectus classis Venetæ Aquileiæ stationem habuit. Centum & amplius nauium classis erat in Danubio, & alia classis in Britannia l. 2. C. Theodos. de Iusor. Danub. Suetonius in Augusto cap. 49. Classem Rauennæ, & alteram Miseni ad tutelam superi, & inferi maris collocauit. de iisdem Tacitus lib. 4. Annal. Italiam vtroque mari duæ classes tuentur. Veget. lib. 4. cap. 3. & 35. Classis Miseni meminit. Notitia classis Comensis præfectum in liguria ponit, quæ per lacum latinum (vulgo dicitur Comi) nauigabat. Suetonius nouum comum vocat. Præfectus classis in flumine Rhodano Viennæ, vel Arelatæ morabatur. Aripis fluminum vbi classes stabant, Gallia Riparienſis dicta, Milites Riparienses

& Ripen

A & Ripenſes. Præfectus claſſis Barcariorum Ebreduni in Sabaudia fuit. Barca minus eſt nauigium apud Iſidorum lib.9.origin. In prouincia Lugdunenſi 1. præfectus claſſis Araricæ, quæ Caballoduni ſtationem habebat. In prouincia Lugdunenſi Senonica præfectus claſſis Andretianorum. *Barca.*

CAPVT VII.

De Nauicularijs & Dromonarijs.

B NAVICVLARII dicti, & nauiculatores, nauium Domini & rectores, quos Græci ναυκλήρους vocant. Dromonarij remiges erant. Caſſiodorus lib.4.ep.15. Remigum enim labor operoſus valentes animo,& viribus quærit, vt confidentia mentis procellis obuiare poſſint vndoſis. Comperimus Dromonarios 20. & vnum de conſtituto numero mortis incommodo fuiſſe ſubtractos. Dromones à τρέχω curro, Curſoriæ naues. Dictæ & Celoces, à voce κέλομαι, de quibus Procop. lib. 3. Gotth. Caſſiodorus lib. 5. ep. 17. vocat trireme vehiculum, remorum tantum numerum prodens, ſed hominum facies diligenter abſcondens. Iſidorus lib. 19. cap. 1. Dromones longas naues vocat. Pollux ὁλκάδας, Fulgentius δρομάδιν lembum. Moſchopulus δρόμωνα. Curſoria nauis l.2.C.de offic.præfect.præt. Caſſiodorus, Dromoni faciendo qui frumenta conuehere poſſit lib. 2. ep. 31. Excurſus cum veredariis per alueum padi facere di- C cuntur, vt diuiſo labore equis publicis ſubueniatur. Eos manibus ambulare ait Symmachus lib.10. ep.58. ep.27. Nauicularij lignorum obnoxij functioni. Nauicularij lauacrorum vrbis Romæ l.13.de Nauicular. C. Theod. l.11. 14.20. 16. 32. Concilium Nauiculariorum. Corpus neceſſarium Valentiniani Nouell. Dromonem Moſchopulus breue nauigium eſſe ait, Procopius longum. Caſſiodor. lib.5. Decreuimus mille interim Dromones fabricandos adſumere, qui & frumenta publica poſſint conuehere, & diuerſis nauibus ſi neceſſe fuerit obuiare. Zonaras de Mauricio, καὶ δρομῶνι ἐμβεβηκὼς ἀπέδρα. Iuſtinianus Rhinotmetus στέλλει τριήρεις, & δρομῶνας, & νῆας ἑτέρας τῶν φορτηγῶν, *mittit triremes, & Dromones,& naues alias onerarias.* *Nauicularij & Dromonarij qui dicti.*

Tacitus Nauicularios pro nautis poſuit. Atque in decurſu, inquit, vim in mercatores, aut Nauicularios audebant. Vegetius lib.4.nauium rectores, & magiſtros Nauicularios. l. D 5.D.de iure immunit. ἦσαν γὰρ & ἄλλοι τινὲς ὑπὸ προφάσει τῶν ναυκλήρων, & τοῦ σίτου, & ἔλαιον ἐμπορουμένων εἰς τὴν ἀγορὰν τοῦ δήμου τῶν ῥωμαϊκῶν ὄντων ἀτελῆ αἰτούντες τὰς λειτουργίας διδράσκειν. *Erant & alij quidam qui prætextu nauiculariorum frumentum & oleum inferentium in Romani populi forum, & ideo immunium, poſtulabant munia ſubterfugere.* qui neque nauigabant, neque maximam patrimonij partem in re nautica & mercibus habebant. *Nauicularij pro nautis.*

Erant fundi Nauicularię functioni adſcripti, quos qui à Nauicularijs accipiebant ſecundum agri opinionem quæ antiquitus aſcripta erat nauicularíam functionem ſuſcipere cogebantur. Naucleri delegatas ſpecies annorias transferentes à vi & iniuria liberi erant, dum ne ſuſceptas ſpecies in negotiationis emolumenta conuerterent. Si nauium inopia eſſet præfectus præt. orientis, præfecto Auguſtali & Inſularum præſide conuentis ciuitatis Alexandrinæ & Carpatiæ claſſis ſummates, & alios naucleros cogebat onus frumentarij E commeatus, qui per orientales nauarchos ex Alexandriæ conditis conſueuerat Conſtantinopolim transferri,in ſuam fidem ſuſceptum ad horrea Byzantij comportare ſalariis præſtitis. In his quæ Nauicularío nomine obnoxia erant domus ipſa Principis debitam functionem agnoſcebat. Qui res nauicularíæ functioni obnoxias emebat, munificus erat pro ea parte quam emerat, id eſt, munera nauicularíæ functionis implere cogebatur lib.11.C.tit. 1. & 2. Nauicularis illa functio inſtituta erat vt annonæ comportatio facilius expediretur. *Fundi Nauicularijs aſſignati.*

Præfectus Ægypti curabat felicem embolam, id eſt, frumenti ex Ægypto tranſuectionem Conſtantinopolim, & Alexandriam intra menſem ſeptimum pro alendis eius vrbis pauperibus, pœna indicta ſolidi in ternas artabas,id eſt, ternos medimnos Atticos, niſi id eſſet exſecutus. Nulla nauis quæ plus duobus millibus modiorum caperet, ab hac embola etiam religionis prætextu poterat excuſari. Edicto 13.Iuſtiniani, l.iubemus C.de ſacroſanctis eccleſ. Auguſto imperante ex Ægypto vrbi ducenties centena millia frumenti inferebantur. Pendebat modius libras vicenas. Egeſip. lib. 2. cap. 9. Ægyptus 4. menſibus anni *Quid Embola felix.*

Romam

Romam aluit. Postea frumentum ex Ægypto Constantinopolim translatum. Constantinus magnus 8.millia panum cottidie distribuit, vt Metaphrastes in Paulo Constantin. Patric. Socrates lib. 2. cap. 10. Constantinus dedit populo Constantinopolitano octuagesies centena millia modiorum frumenti, Constantius filius eius ademit. Medimnus capit modios sex, seu libras 120. vt Suidas. Sub Iustiniano 800. myriades medimnorum Constantinopolim inferebantur, id est, octo milliones medimnorum, pro quorum Naulo Princeps 80. millia solidorum nautis soluit, Edicto 13. Iustiniani l. 1. C. Theod. De frumento vrbis Constantinop. Erant apud Præfectum Ægypti 600. auri libræ ad hoc frumentum deducendum, id est, 62. millia aureorum nostratium. A

CAPVT VIII. B

De auctoritate Præfecti Annonæ.

Auctoritas Præfecti annonæ.

ANNONÆ nomen apud Romanos latissimè patuit, quo omnia esculenta non solum quæ ex agris colligantur, verum reliqua omnia comprehenduntur. Liuius lib. 23. Vectigal nouum ex annona salaria statuerunt, sextante sal, & Romæ, & per totam Italiam erat. Annonam nonnulli ex Suida dictam putant à Nonis, quia Nonis cuiusque mensis tesseræ frumentariæ plebi Romanæ darentur. Alij quod veteres sub horam diei nonam cibum caperent. Martial.

Imperat exstructos frangere nona thoros. C

Annona vnde dicta.

Existimem annonam ab anno dictam, quasi anni copiam, aut vt quædam voces è Græco & Latino conflatæ sunt, ab anno, & ὠνέω emo. ὠνὴ ἀγορὰ Suidæ. ὤνια πρασιμὰ ἀγοραστά. Græci *Annonæ curatores* ἀγορηνόμους vocarunt, ἐπισκοποῦντας τὰ τῶν πόλεων ὤνια, τοὺς τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν ὤνια διοικοῦντας ἄρχοντας, *magistratus qui res venales in vrbibus inspiciebant, qui in foro venalia administrabant.* Romani Ædilem verterunt. Plaut. in captiuis.

Euge edictiones Ædilitias hic habet quidem,
Mirúmque adeo est, ni hunc fecere sibi Ætoli
Agoranomon.

Ὀψονόμοι magistratus qui dicti.

Ὀψονόμοι Athenis magistratus, qui ea quæ ad obsonia pertinerent, moderarentur, vt Eustathius Iliad. lib. 2. σιτώνης ὁ προεστὼς τοῦ δημοσίου σίτου, *Præfectus publici frumenti.* Suidas, σιτοφύλακες ἀρχὴ ἦν ἀθήνησι, ἤ τις ἐπεμελεῖτο ὅπως ὁ σῖτος δικαίως πραθήσεται, καὶ τὰ ἄλφιτα, καὶ οἱ ἄρτοι. ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν ιε μὲν ἐν ἄστει, πέντε δὲ ἐν πειραιεῖ, *magistratus erant Athenis Sitophylaces, qui curabant vt iusto pretio frumentum veniret, & farinæ & panes. Erant 15. numero in vrbe, quinque in piræo.* Erant alibi Sitarchi annonæ Præfecti. Athenæus lib. 4. Harmodius ὁ κατασταθεὶς παρὰ Φυγαλεῦσι σίταρχος, *qui apud Phygalenses erat Præfectus annonæ.* σιτώνης *annonæ manceps.* σιτομέτρης, *frumenti mensor.* Aristot. Polit. lib. 4. cap. 15. Romæ annonæ Præfectus magistratus per initia non fuit, vt Pomponius l. 2. D. de orig. iuris docet. Extraordinem vtilitatis causa creabatur. Liuius lib. 4. Lucium Minutium à plebe Præfectum creatum ait, qui annonæ consuleret. Postea ius dixit, & magistratus extraordinarius fuit, qui de rebus ad annonam pertinentibus cognosceret. Marcianus l. 13. D. de accusation. Mulierem propter publicam vtilitatem ad annonam pertinentem audiri à Præfecto annonæ deferentem D. Seuerus, & Antoninus rescripserunt. Ius igitur dixit Pistoribus, quos officium Proconsulis Africæ Pistorum patronis, atque annonæ Præfecto apud publica monumenta consignabat, l. 12. C. Theod. de Pistorib. l. 15. Ne quis vnquam Præfectus annonæ contra suam, alienámve sententiam Pistorum locum eiectis permiserit reformari. Habuit proprios apparitores l. 3. C. Theodos. de apparitor. Præfect. annon. Centurio præfuit eius officio. Multam potuit indicere l. 13. D. de accusat. Frontinus Senatusconsultum recitat, quo præfectis aquarum bini lictores serui publici, terni scribæ, librarij, accensi, præcones totidem dantur, quot habent ij per quos frumentum datur. In municipiis eius loco creabatur curator annonæ, quæ si grauior esset, plebs in turbas ibat, vt Cicero pro Milone. Seneca de Breuitate vitæ cap. 18. Iosephus lib. 15. cap. 12. Symmachus ep. 6. libr. 12. frequens sermo est tenui victu in turbas plebem moueri. Claudian. lib. Stilichonis, D E

Aulæq;

A ——*Aulæque tumultum,*
Et Romæ lenire famem.

Marcellinus Comes apud Constantinopolim Honorio octauùm Consule magnam exarsisse populi seditionem ingruente penuria narrat. Ammianus lib. 26. Victor in Antonino Pio. Sueton. in Claudio cap. 18. Orosius lib. 7. cap. 6. Marcellinus Comes, cum ad horrea publica processum celebraret Theodosius, tritici in plebem ingruente penuria, ab orientis populo lapidibus impetitus est. Omnia quæcunque ad portum vrbis æternæ à priuatis conuehebantur per saccarios iussu præfecti vrbis comportabantur. C. Theodos. de saccariis. *Saccarij qui dicti.* Saccarij dicebantur baiuli qui saccis onera deferebant. Saccaria negotiatio quæ circa saccos versatur l. qui fundum D. de contrahend. empt. Timebantur furta mensorum portuensium, ideóque vnus è patronis caudicariis per quinquennium custodiam portuen-
B sium conditorum suscipiebat.

Erant & porcinarij vrbis æternæ, & pecuarij, periculo suariorum populo porcinæ species affatim præbitæ. Erant & susceptores vini C. Theod. de suariis pecuariis. l. 2. C. Theod. de Naufrag. Item de Canone vrbis Romæ. *Porcinarij, pecuarij, vini susceptores.*

CAPVT IX.

De frumentatione populi Roman.

C EVRMENTATIONEM gratuitam esse in plebem annonæ erogationem vulgo notum est. Græci σιτηρέσιον dixere. Eius originem Plinius ad Manium Martium Ædilem refert lib. 18. postea sæpe diuisum frumentum ab Ædilibus, mox etiam à Tribunis, conciliandæ plebis qui leges tulere, vt non incerta vt antea, sed perpetua, stataq; frumentatio esset. Prima fuit lex C. Gracchi, qua frumentum plebi è publico datum, imo pretio, tum lex M. Catonis frumentaria, cuius meminit Plutarch. in M. Catone. Successit P. Clodij lex Tribunitia, de qua Asconius ad Milonian. Iulius Cæsar Dictator numerum eorum qui frumentum è publico acciperent, imminuit, Augustus auxit, Traianus pueros etiam ad alimenta è publico admisit, quorum numerum Marcus Antoninus auxit. Tabulæ publicæ in quibus descripta nomina eorum qui è publi-
D co frumentum acciperent, apud Præfectum annonæ depositæ erant. Diuidendæ annonæ Cereales Ædiles Iulius instituit, Augustus ei muneri quatuor viros imposuit, quorum numerus deinde ad 28. excreuit. Diuidebatur frumentum per tesseras frumentarias, quæ ad Minutiam frumentariam deferebantur, vt Nonis cuiusque mensis certum quisque frumenti modum acciperet. Mensores frumentarij admetiebantur. Lucillius, *Frumētatio populi Rom. quid.*

Frumentarius est, modium hic secum, atque rutellam
Vnum habet.

Certus frumenti modus qui in vna aliqua vrbe quotannis expendebatur, Canon dictus. Ita Canon Alexandrinus, Canon vrbis Romæ, Canon Constantinopolitanus. Datum & oleum, & caro ab Aureliano, vt Vopiscus.

E

CAPVT X.

De Canonicarijs.

CANONICARII dicti, qui Canonem & illationes exigerent, & in horrea inferrent. Eos Cassiodorus lib. 12. ep. 7. Chlamidibus indutos scribit. Canonicarius fuit Thusciæ. Canonicarij qui mittuntur à scrinio Canonum. l. 1. C. de Murilegulis. Erant ex officio annonæ. l. vlt. §. vlt. de pignorat. act. Missus ex officio annonæ centurio culleos ad annonam sustulit. Collatores dant ἐνδυματικὰ Canonicariis, & salarium, vt aliquid remittant de exigendi seueritate. Nouel. de indemnitate releuanda. Si Canonicarius non exegit, postea mittitur compulsor l. vlt. C. de exact. tribut. *Canonicarij vnde dicti.*

Apud

Apud Cassiodorum lib. 11. ep. 38. Ioanni Canonicario Thusciæ mittitur à præfecto prætorio pecunia pro chartis conficiendis. lib. 12. ep. 12. Canonicario præcipit, vt in diœcesi sua possessorem admoneat, vt trina illatione seruata assem tributarium deuotus exsoluat. Idem lib. 2. vt quicquid vnaquæque domus senatoria profiterur destinatis procuratoribus per prouincias trina illatione, aut arcæ vicarianæ sedis vniuersa compleat. Tenues, inquit, prementur si Senatores non soluent. A

Canonicarij Palatini qui.

Erant igitur Canonicarij Palatini qui mittebantur in prouincias ex scrinio canonum ad exigendos solemnes titulos fiscales, & mittebantur vel à Comite domorum, vel à præposito sacri cubiculi. Nouell. 30. vel à Comite priuatarum. Cassiodorus lib. 6. in form. Comitis priuatarum. Canonicarios dirigis. Dicuntur scriniarij. Nouell. 134. ἐν ἐκείναις γὰρ τῇ ἐπαρχίαις & πόλεσι βαλόμεθα τὰς ἀρχοντίας ἐκκινδυνεύειν ὑπὲρ τῆ δημοσίων εἰσπράξεως ἐν αἷς μηδὲ σκευισάμενοι, μηδὲ βύνδικες, μηδὲ ἕτεροί τινες εἶεν ἰδίῳ κινδύνῳ τὰ ἀπαιτησιν τινὲ μόνοι. *In illis prouincijs, & vrbibus volumus in periculum vocari pro exactione publicorum in quibus neque scriniarij, neque vindices, neque alij sint qui exactionem suo periculo faciant.* Item Nouell. 147. mentio fit πρακτόρων, σκευισαείων, δεκαρίων in canone exigendo. Nouell. 128. καὶ τοῦτο δὲ προφυλαχθῆναι κελεύομεν ὥστε κανονικάριον τοιοῦτον ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ στέλλεσθαι ὅστις δυνατὸς τῷ κινδύνῳ τῆ ἀναλωμάτων αὐτὸν ἀπαλλάττειν τὰ δημόσια τέλη, ὥστε μὴ μηδεμιᾶν πρόφασιν ἐξεπιλύσαι μετ' αὐτὸ ἐκπέμπεσθαι, καὶ ζημίαν τῆς ὑποτελέσιν ὑπάγειν. *Hoc quoque obseruari praterea iubemus, vt eiusmodi Canonicarius in prouinciam mittatur qui periculo designantium ipsum possit publica tributa exigere, ne qua de causa necesse sit post eum denuo expilatorem emittere, & collatoribus damnum inducere.* Nam expilatoris ipsam etiam appellationem de cætero tollimus. Si verò Canonicarius parum idoneus sit, ne expilator emittatur, sed alius Canonicarius atque eum ipsum Canonicarium iubemus iis consuetudinibus contentum esse, quæ definitæ sunt ne collatoribus nouum aliquod onus aut damnum inferant. Canonicariorum enim venalis erat improbitas. B C

CAPVT XI.

De Canone.

Canon quid sit.

CANON Regula dicitur, & norma quam cum in aliis rebus, tum maximè in tributis & indictionibus seruari oportuit, vt certus frumenti, vini, auri, argenti modus penderetur, ne infinita illatio esset. l. modios D C. de susceptor. & arcar. & C. de canone frumenti vrbis Romæ. vnde & Canonica illatio pro omni iusta & legitima indictione ponitur, l. 3. C. quæ res venire non poss.

Canon publicus.

Canon publicus dictus anniuersaria pensitatio, functio, collatio, præstatio, quæ à prouincialibus quotannis populo Romano Constantinop. vel Alexandrino gratis ac sine pretio vllo mittebatur, qui speciebus his constabat, frumento, vino, carne, oleo. l. final. C. de collat. fundi patrimon. l. 2. C. de præd. Tamiacis l. fin. C. de diuers. præd. l. 1. C. de indict. l. 1 C. de collat. donat. l. 3. C. quæ res vendi non possint.

Canon aurarius, delegationis, emphyteuticus, frumentarius & alij multi.

Fuit autem Canon aurarius, Canon delegationis, Canon emphyteuticus l. priuatæ C. de excusat. muner. l. 13. C. Theod. de extraord. sine sord. muner. l. finali C. de iure emphyteut. Canon frumentarius de quo Lamprid. in Heliogab. iusserat & Canonem pop. Rom. E vnius anni meretricibus, lenonibus, & exoletis intra muranis dari, extra muranis alio promisso cum eo tempore iuxta prouisionem Seueri, & Traiani septem annorum Canon frumentarius Romæ esset. Spartianus in Seuero, Rei frumentariæ quam minimam reppererat ita consuluit, vt excedens ipse vita septem annorum Canonem relinqueret. C. de Canone frumenti vrbis Romæ. Canon anniuersarius l. 17. C. de Iudæis. Canon ciuilis l. fi qui C. de diuers. præd. vrb.

Canon telonei.

Canon telonei quod ratione mensæ publicanorum penditur. Cassiodorus lib. 5. ep. ad Ampelium. Telonei quin etiam Canonem nulla faciatis vsurpatione confundi. Canon glebæ qui ratione glebæ præstatur. Sidonius lib. 6. quem si domesticis fidei deputata humanitate foueatis. Canon largitionalium titulorum, Canon metallicus, Canon vestium, Canon vrbanus, Canon fundorum, Nauli, titulorum omnium, Suarius, Senatorius, Patrimonialis, rei priuatæ, & ceteri Canones passim in iure.

Asconius

A Asconius Tributorum genera facit tria, Canonem, vt in portoriis & vectigalibus; oblationem, vt in vini distractione; indictionem quæ collectio seu collecta indicitur. Cicero tria illa complexus est, ait Asconius. Sic enim de Sicilia loquens: quando illa frumentum quod deberet ad diem non dedit, ecce Canonem ait Asconius, quando id quod opus esse putaret non pollicita est, ecce oblationem: quando id quod imperabatur recusauit, ecce indictionem. Canonica pensitatio l. 2. C. de lucris aduocat. Canonica illatio C. de sacrosanct. eccles. l. placet. Est ordinaria functio, quæ habet certam præstationem lege impositam, ad cuius solutionem etiam ecclesia tenetur. *Tributorum genera tria ponit Asconius.*

Canon largitionalis est auri quantitas quæ in arcam largitionum quotannis ex prouinciis infertur. Quælibet prouincia suum Canonem, id est indictam à Principe pecuniam præstabat. Sic Iustinianus ex Canone Phœniciæ decem libras auri quotannis primicerio B Notariorum solui iubet. In edicto 4. l. vltim. C. de Canone largition. titul. Si delegatio quæ ab amplissima præfectura in diuersas prouincias ex more quotannis emittitur minus contineat, omnes largitionales titulos, nihilominus competentem exactionem procurari præcipimus. Delegationem voca scripturam præfecti prætorio, de qua pluribus alibi agimus. *Quid notet Canon largitionalis.*

CAPVT XII.

De Erogatore obsoniorum.

C NEMO Romæ potuit obsonia à Principe data erogare nisi qui codicillis Principis eam potestatem accepisset. Cassiodorus lib. 12. ep. 11. Quapropter obsonia Romano populo distribuenda, ab illa indictione propitia tibi diuinitate concedimus, vt sine aliqua deminutione percipere possit quod Regia liberalitate percepit. *Distributor obsoniorum.*

Nemini nisi qui ciuis esset obsonia erogari poterant. Non fiat lucialis pretio qui ciuitatis illius non habet iura nascendo. Munera ista Quiritum sunt. Non suscipiat locum liberi fortuna seruilis. *Ciui tãtum dabãtur obsonia.*

CAPVT XIII.

D

De Alimentarijs pueris, & Alimentis.

IMPERATORES non viris tantum, & fœminis adultis, verum & pueris consuluerunt, quibus alimenta decreta. Victor de Nerua, Puellas, puerosque natos egestosis parentibus sumptu publico per Italiæ oppida alendos curauit. In alimentis percipiendis discreta fuerunt nouorum, & veterum ciuium iura. Plinius Panegyr. hæc mansuetudo legis veteribus ciuibus seruabatur. Noui seu per Latium in ciuitatem, seu beneficio Principis veniissent, nisi simul cognationis iura impetrassent, alieniissimi habebantur, ait Plinius. Marcus tamen pueros, & puellas E nouorum hominum frumentariæ perceptioni ascribi iussit, vt Capitol. in Marco. Traianus quinque millibus puerorum, & puellarum alimenta indulserat, vt Plin. in Panegyr. Pertinax alimentaria compendia quæ nouem annorum ex instituto Traiani debebantur obdurata verecundia sustulit, narrante Capitol. Idem tamen antequàm Augustus esset, alimentis diuidendis via Æmilia procurauerat per oppida & vicos ad Æmiliam, eodem auctore. Tetricus omnis annonariæ regionis corrector fuit in Italia apud Trebel. Iulianus Didius, vbi Germaniam rexisset curam alimentorum in Italia meruit. Puerorum & puellarum quibus alimenta data numerum auxit Aurelianus, apud Vopiscum. Nerua cum tesseræ frumentariæ præstari desiissent, quingentis millibus aureorum agrum emit ad pauperes alendos, vt Dio. Hadrianus constituerat vt pueri vsque ad 18. puellæ vsque ad 14. annum alerentur, l. 14. §. 1. D. de alim. vel cibar. *Alimentarij pueri.*

CAPVT XIV.

De Panum Erogatione.

Panum Erogator.

ROMÆ per initia plebeculæ frumenta erogata esse ostendimus, postea & oleum, & carnes & panes, vt inopiæ ciuium consuleretur.

Panda Dea vnde dicta.

Pandæ Deæ nomen Romæ factum esse volunt à Pane dando. Veteres glossæ Pandam, εὐρύστερνον θεὴν interpretantur, latum pectus habentem, vt terra, vel ops intelligi debeat.

Panum varietas.

Panum autem varia genera fuere, Panes ciuiles, militares, populares C. Theodos. de annona ciuili. Panes palatini. Panes secundi. Zeno Veronensis, Habens, inquit, aginam, exagium, facilè quemadmodum vultis singulos ponderate, inuenietis nullum habere minus. Tripondes sunt, omnes numismatis sacri, vna libra signati, qui mensæ deseruiunt.

Panes cacabacei vnde dicti.

Panes cacabacei dicti sunt, qui saporem malum ex aqua in cacabo calefacta retinerent. De carne Lampridius scribit Alexandri Seueri edicto factum, vt carnis bubulæ & porcinæ libra in vnum vel duo minuta redigeretur, cum antè libra octo minutatis fuisset. λεπτὰ duo efficiunt quadrantem. Alexander Seuerus carnem populo addidit, quæ gratis daretur. Zozimus libr. 2. λουκιανὸς τοῦ χοιρείου κρεῶν ἦν χορηγὸς, ὃ τὸ δημόσιον ἐπεδίδου τῷ ῥωμαίων δήμῳ. *Lucianus carnium porcinarum erat distributor quæ de publico plebi dabantur.*

Miranda Principum antiquorum in Egenos liberalitas.

Seuerus moriens 7. annorum canonem reliquit, ita vt in singulos dies septuagena quina millia modiûm expendi possent: in modio Romano fuere chœnices 8. quæ legitima mensura est homini in diem alendo necessaria. Tesseræ frumentariæ, quæ singulis diuidebantur fuere chœnicariæ. Turba quæ cottidianum demensum de publico accipiebat, sexies centena hominum millia fuere. Spartianus in Seuero legendus. Varia Panum genera notauimus, siligineum, primum, secundum, qui dispensatorius, postremum, vt vet. interpres ad hæc Horatij verba,

vescemur siliquis, & pane secundo.

Vopiscus in Aureliano scribit coronas eum fecisse de panibus qui nunc Siliginei vocantur, & singulis quibusque donasse, ita vt siliginem suam cottidie toto æuo suo, & vnusquisque reciperet, & posteris suis dimitteret. Fuit Romæ pistorum corpus huic pani conficiendo, qui siliginarij dicti. Vet. Inscriptio annonæ sanctæ Ælius Vitalio mensor perpetuus corpori pistorum siliginariorum.

Panis gradilis.

Præfectus annonæ Constantinopoli panes inter pauperes diuidebat, erantq; panes gradiles C. Theod. de annonis ciuicis l. 2. panis gradilis in alium gradum translatio inhibetur officio Præfecti annonæ l. 3. vniuersi panem gradilem de gradibus adipiscantur, nemo de pistrino accipiat, non ex officinarum conductoribus. l. 5. Ciuis Romanus qui in viginti panibus sordidis qui nunc dicuntur Ardinienses, quinquaginta vncias comparabat, triginta & sex vncias in bucellis, sex mundis, sine pretio consequatur. Popularibus enim quibus non est aliunde solatium quibus idem panis hodieq; distrahitur, & eorum successoribus clementia nostra deputabit, in quo nunc emitur loco propriis gradibus erogandum. Quibus titulus figendus est æneus, in quem & panis modus, & percipientis nomen debet incidi. Vendebatur igitur panis iste gradilis certis hominibus, non gratis dabatur, nec actor, procurator, seruus senatoris percipere potuit l. 7. ibidem panes Palatinos Palatini accipiebant, milites militares, populus populares, non alios. Qui vrbe excedebant annonariam consuetudinem vendere non poterant, sed panes in horreorum conditis reseruabantur. Palatini panes illis dati qui domos Constantinopoli habebant. Ciuicæ annonæ dicuntur publicæ. Alios panes assignauit Constantinus militibus, qui & ipsi vrbem ædificiis ornassent. Dicuntur panes ædificiorum cocti, domibus assignati. Alios panes Constantinus Consul singulis diebus in plebem diuisit, vinum, carnem, oleum. Idem octoginta millia panum quotidie dabat pauperibus, vt Metaphrastes in Paulo Patriarcha 6. Nouembr. Socrates 80. millia modiorum frumenti ponit lib. 2. cap. 3. Sordidus panis duarum erat vnciarum, & semis. Valentinianus buccellas mundas. 6. vnciarum dedit, quibus alios panes addidit Theodosius magnus, alios Martianus. Centum 17. marmorei gradus per 14. vrbis Constantinop. regiones erant, è quibus ciuiles seu gradiles panes dispensarentur, eandem Romæ largitatem Traianus exercuerat, vt Plin. in Panegyric.

Hi

A Hi panes nec alienari, nec in alium transferri poterant, Theodosius distrahi permisit. In pluribus nummis Traiani & Hadriani, hi gradus visuntur per quos populus ascendit panem accepturus. In summo est scriba, & alius cum tessera qui panes diuendit: tesseræ illæ non erant signa ærea, sed symbola lignea quadrata, aut rotunda, vt libro de Venatione circi ostendimus, in quibus modus frumenti expressus esset qui cuique daretur. Legatur Codex Theodos. titul. de annonis ciuic. & C. Iust. titul. de canone frum. vrbis. Constant. tit. de iure dot. C. l. vlt. l. vlt. de quadrimestri præscript. Panis buccellatus vulgo dicitur nauticus, buccæ pro panibus. Suetonius lib. 2. Ammianus lib. 17. viginti dierum frumentum ex eo quod erat in ædibus conditum ad vsus diuturnitatem, buccellatum vocant. Cum frumentum per tesseras dari desiit, Nerua quingentis millibus aureorum agrum emit ad pauperes alendos, vt Dio. Panibus Aurelianus vnciam addidit. Gradilis, seu ci-
B uilis panis vno sextertio veniit l. 1. C. Theodos. de pretio pan. ostiensis. Quinquennio quoque noui pistores ex Africa Romam vocabantur l. secundum C. Theodos. de pistoribus. Ipse præfectus vrbis officialium manu scholis & militibus panem distribuit, oleum distributum à Capulatoribus, & mensæ fuerunt oleariæ, è quibus distribueretur. C. Theodos. titul. de Mensis oleariis, Cato. cap. 66. & 67. de re rustic. Dixit capulare, & capulatores. Columella item libr. 12. cap. 50. Publ. Victor, & S. Rufus, ponunt in tertia vrbis regione scholam Quæstorum, & scholam Capu[illegible]torum, qui conueniebant, in locum vbi oleum distrahebatur, vt rationes olei ponerent. Primus oleum Seuerus dedit, Heliogabalus sustulit, Alexander restituit, vt Spartianus, & Lampridius, Alexander Suillam dedit. Postea Aurelianus, vt Victor. Suidas carnem suillam & bubulam scribit venire 80. nummis. C. Theodos. de suariis. Zozimus libr. 2. de Suilla carne, loquitur. Panis ostien-
C sis & fiscalis vno nummo distractus C. Theodos. titul. de pane ostiensi, per vicena pondo piscis primæ qualitatis solidus ministratur, titul. de precio piscis ibidem. Præfectus annonæ curabat pisces, Annona non tantum hominibus, verum & equis data capita pabula equorum vocant. Actuarius id est, numerariis magistri militum duplex annona, & vna capitatio dabatur. Annona dicitur quantum ad victum hominis sufficit. Ammianus libr. 22. Tonsor Constantij Imperatoris vicenas diurnas annonas, & totidem iumentorum pabula habuit, quæ capita dicuntur. Actuarij ciuitatum annonam ad milites transferebant à publicis horreis l. actuarios C. de numerariis: in Osrœna & Mesopotamia Princeps plura prædia ad alendos milites destinata habet, quæ nec alienari, nec locari, nec in Emphyteusin dari possunt, & limitotropha, id est, limitaneos milites alentia dicuntur, qui sub Duce, vltra Tigrim, & citra Euphratem, & in ipsa Mesopotamia plurimi metabantur
D C. de fundis patrim.

CAPVT XV.

De Rei frumentariæ Cura.

Frumenti Cura.

E DECIMAS ex agris vectigalibus exigi, & in horrea condi Romæ, vt annona subleuaretur, vulgatum est. Per initia quidem Ædilium munus fuit, vt frumentum populo binis æris admetirentur. Postea ipsi Imperatores per se annonam curarunt, præfectósque, seu curatores annonæ instituerunt, qui Kal. cuiusque mensis frumentum per tesseras diuiderent. Tesseris acceptis itabant ad horrea, vbi frumentarij populo frumentum admetiebantur.

Panis gradilis pro frumẽto distributus.

Demum in locum frumenti successit panis gradilis. Certè nulla ciuitas paulo amplior fuit, vbi rei frumentariæ curatores non essent. Iam olim Athenis decem annonæ præfecti fuere, qui cogerent mercatores duas partes tritici quod in portum illatum erat in astu deferre iusto pretio ad plebem alendam. Suidas. Οἱ ἀθηναῖοι δέκα ἐκλήρων δημοσίᾳ ἐμπορείαν, οἷς προσέταττο τῶν τε εἰσπορείων δημοσίᾳ, ἓ τῶν σίτῳ καταπλεόντων εἰς τὸ ἄστικον ἐμπόριον τὰ δύο μέρη ἀναγκάζειν εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν. Romæ autem frumenta petebantur è prouinciis, maximè Ægypto, Africa, Sicilia, Sardinia. Prudent. in Symmach.

Respice nunc, Libyci desistat ruris arator
Frumentis onerare rates, & ad ostia Tibris

Mittere triticeos in pastum plebis aceruos. A

Idem alio loco.

Númne Leontini sulcator soluere campi
Cessat frugiferas Lilybeo ex littore cymbas:
Nec dat vela fretis, Romana nec horrea rumpit
Sardorum congesta vehens granaria classis?

Lucanus libr. 7. de Sardinia & Sicilia.

Nec plus Hesperidum longinquis messibus vllæ,
Nec Romana magis complerunt horrea terræ,
Vbere vix glebæ superat cessantibus austris. B

Siciliam & Sardiniam horrea fiscalia vocari docet Iustin. libr. 44. Si Africæ frumenta de-
,, essent è Macedonia petebantur ait Symmachus libr. 3. epistol. 1. Idem libr. 4. Castigatio-
,, ne iudicum, quod alimentaria spectat inuectio, Africa fruges dabit. Sed libera Republ.
si quando annona publica parum processerat, priuati quibus ampla res domi esset inter-
dum populo suis sumptibus frumentum admensi sunt. Plutarch. in Crasso, ὁ κράσσος τρεῖς μῆνας σιτηρέσιον ἑκάστῳ ῥωμαίων, ἐκ τῶν ἰδίων παρέσχηκε. *Crassus tres totos menses frumenta-*
,, *tionem vnicuique ciuium Roman. de suo præbuit.* Marco Seio vitio datum non est quod in an-
,, nonæ caritate esse modium dedit, vt Cicer. libr. 2. offic. Sub imperatoribus quoque si gra-
uis annus, aut sterilis esset, senatores ad populum alendum frumenta conferebant, vt
,, Symmachus epistol. 68. libr. 7. Nobis, inquit, tardior Africanorum nauium commea-
,, tus incutit curas, & sterilitas conditorum. Quapropter ad collationem vocati remedia pa- C
,, triæ vsitata promisimus. Id temporis præfectus vrbi curabat annonam auctore Ammian. Marcel.

,, Imperatores ipsi sæpe horrea inuisebant vt annonæ consulerent. Quare tridui frumen-
,, to in horreis viso Augustus statuit veneno mori, si è prouinciis classes interea non venis-
,, sent, vt Suetonius & Diaconus lib. 7. Imò & sub Gotthorum rege Theodorico sulcato-
,, riis nauibus fiscale frumentum Romam deportabatur, ait Cassiodor. lib. 2. epist. Columella.
,, lib. 1. cap. 1. Ibi, inquit, nunc ad ostiam locamus, vt nobis ex transmarinis prouinciis ad-
,, uehatur frumentum. Claudius Imperator ostiam interdum itabat vt frumenta inspiceret. Dio lib. 58. ἔτός τε ἐς τὰ ὦσια πολὺς ἐπίσιτον σῖτα κατέβη. Idem tres viros prætorios consti-
tuit, qui ea, quæ publico deberentur, exigerent, & lictores, cæteraque eis ministeria de-
dit. Cúmque grauis annonæ penuria esset, non modo in præsens annonæ consuluit, sed D
& in futurum. Ἐπεισάκτα γὰρ πάντος ὡς εἰπεῖν τῶν σίτα τοῖς ῥωμαίοις ὄντος, ἠχώρει ἡ πολὺς τῶν ἐξ ἠθείου ἐκβολαῖς ἅτε κλύσεις ἀσφαλεῖς, ἅτε λιμένας ὑπιτηδείας ἔχοσα, ἀνωφελῆ σφίσι τὸ κράτος τῆς θαλάσσης ἐποίη. *Cum enim è prouincijs frumentum omne Romanis aduueheretur, regio ad Ostia quibus Tyberis in mare se exonerat, cum neque appulsus nauium tutos, neque portus opportunos haberet, inutile eis maris robur efficiebat.* Exceptis enim iis quæ suo tempore inueherentur, & in horrea conderentur nihil per hyemem importabatur. Cui rei vt consuleret portum præparauit. Ἐξορύξας τὴν ἠπείρον χωλὸν καὶ σμικρὸν τὸ πέρας πρὸς ἐκπόδισσε, καὶ τὸν θάλασσαν ἐς αὐτὸ ἐσεδέξατο. Continentis locum peramplum effodiens omnia circumquaque lapidibus fundauit, & in eum locum mare admisit, pilasque ingentes, & aggeres cum vtrinque in ipso mari effodisset, circumquaque mari aggeres illos complexus est, insu-
lamque fecit, in qua turris ignes ostentans excitata est. In quos vsus ea turris fuerit indi- E
cat Statius lib. 3. syluar.

Teleboúmque domos, trepidis vbi dulcia nautis
Lumina noctiuagæ tollit pharus æmula lunæ.

Iuuenalis Satyr. 12.

Tyrrenamque pharon, porrectáque brachia rursus.

,, Sueton. in Claudio cap. 20. Portum Ostiæ extruxit, circumducto dextra sinistraq; brachio,
,, & ad introitum profundo iam salo, mole obiecta, quam quo stabiliùs fundaret, nauem antè
,, demersit, qua magnus obelisçus ex Ægypto fuerat aduectus, congestisq; pilis superposuit
,, altissimam turrim in exemplum Alexandrinæ phari, vt ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigerent. De pharo Alexandrina Epigramma Græcum.

Πύργος ἐγὼ ναύτῃσιν ἀλωομένοισιν ἀρίγνως

Εἰμι

A Εἶμι ποσειδάωνος ἀπενθέα πυρσὸν ἀνάπτων.

Turris sum nautis errantibus opem ferens, accendens Neptuni lampadem luctu carentem. Classis certè Alexandrina puteolos primùm appellebat, iam inde ab Augusto, vt Suetonius cap. 98. & Seneca epistol. 78. Subitò nobis hodie Alexandrinæ naues apparuerunt, quæ præmitti solent, & nunciare secuturæ classis aduentum: tabellarias vocant. Gratus illarum Campaniæ aspectus est. Omnis in pilis Putelorum turba consistit, & ex ipso genere velorum, Alexandrinas, quamuis in magna turba nauium, intelligit. Solis enim licet supparum intendere, quod in alto omnes habent naues. Cùm intrauêre Capreas, & promontorium, ex quo

Alta procelloso speculatur vertice Pallas.

Cæteræ velo iubentur esse contentæ: supparum Alexandrinarum insigne est. Ad Misenum
B promontorium sæpe naufragium factum. Tacit. lib. 15. Pretio frumenti nihil additum est sub Nerone, quamuis ducentas ferme naues portu in ipso violentia tempestatis, & centum alias Tiberi subuectas fortuitus ignis absumpsisset. Ibidem. Nero certam ad diem in Campaniam redire classem iusserat, non exceptis maris casibus. Ergo gubernatores quamuis sæuiente pelago à Phormiis mouere, & graui Africo dum promontorium Miseni superare contendunt Cumanis littoribus impacti. Mari igitur frumenta Romam conuehebantur. Claudianus lib. de bello Gildonico,

Frugiferas certare rates, latéque videbam
Punica Niliacis concurrere Carbasa velis.

Item alio loco.

C *Tot mihi pro meritis Lybiam, Nilúmque dedére,*
Vt dominam plebem, bellatorémque senatum
Classibus æstiuis alerent, geminóque vicissim
Littore diuersi complerent horrea venti.

Naues cum puteolos appulissent, vectores & nautæ candidati, coronatiq; thura libabant. Sueton. in Augusto cap. 98. Statius lib. 3. Syluar.

——Modo nam trans æquora terris
Prima Dicarcheis Pharium grauis intulit annum;
Prima salutauit Capreas. & margine dextro
D *Sparsit Tyrrhenæ Mareotica vina Mineruæ.*

Sed & Constantinopolim mari frumenta conuehebantur. Themist. serm. 6. Διὰ τὴν σιτοπομπείαν ὑπηρετεῖ ἡ θαλάσσα τῇ τοῦ βασιλέως ὁρμῇ, καὶ ὁ χειμέριος πλοῦς. Οὐκοῦν αἱ σιτοθήκαι μεσταὶ εὔρωτος, καὶ ἀραχνίων, ἀλλ' ὑπερχείλεις, καὶ ὑπέραντλοι, οὐδὲ ἀπαξιοῖ βασιλεὺς αὐτόπτης γίνεσθαι τοῦ θησαυροῦ. Ἀλλὰ τὰ μὲν τοῦ χρυσοῦ ταμιεῖα ἑτέροις φυλάξειν ἐπιτρέπει, τὰ σιτοφυλακεῖα δὲ αὐτὸς περινοστεῖ. *Mare vt frumenta conuehantur, studio Imperatoris, & nauigatio hyberna seruit. Non igitur horrea sunt plena rubigine, & araneis, sed frumento referta, neque indignum videtur Imperatori inspicere hos thesauros. Aerarium quidem alijs committit, ipse frumenta, & horrea per se lustrat.* Addo & litteris Imperatoris, quas σφυρηλάτους Themistius vocat, quasi solidas, & malleo ductas, sigillóque regio signatas, priuatis frumenti & olei, cæterarumque rerum maximum modum attributum. Sic ille serm. 4. Δαπαιῶμεν πορὸς βασιλικοῦς ἐκ τοῦ σιλοφυλα-
E κίων τοῦ δημοσίων, ὡς καὶ οἱ νεοῤῥύφοι, καὶ οἱ βαλανεῖς; δεῖ ἐξετάζειν ὅτι μοι οὐκ ἐξὸν οὐ σίτου μόνον διακοσίους μεδίμνους, οὐδ' ἐλαίου ἴσα κεράμια παρὰ βασιλέως καρποῦσθαι, ἀλλ' ἐκείνου τοῦ μακροῦ καταλόγου τῆς εὐπαθείας, ὁπόσον τοῦ δέλτοις τοῦ σφυρηλάττοις ἀκολουθεῖ. *Consumimus frumenta regia ex horreis publicis, vt sutores, sartores, & balnearij. Considerandum est, quod cum mihi liberum esset à rege percipere non modo ducentos medimnos frumenti, totidemq; vascula figlina olei, verùm etiam prolixum illum beneficiorum ac voluptatum catalogum, quæ litteris regijs comites sunt, nolui admittere.* Postea σφυρήλατον vocat δέλτον χρυσῆν, *aureas litteras*, seu *aureum diploma.* Prolixus ille catalogus est meo animo is de quo agitur titul. 23. lib. 11. Cod. Ex quo apparet populo alendo contulisse prouinciales frumentum, oleum, porcinam, bubulam, qui canon, & commeatus dicitur, quem curante præfecto vrbi, & præfecto annonæ aduehebant nauicularij l. 2. C, de frument. vrb. Const. libr. 11. Iustin. libr. 44. Hispaniam Romanis frumentum, vinum, mel, oleum, equorum pernices greges, metalla, linum, spartum, minium pependisse scribit.

Species annonæ quæ sint. Certè, Annonæ in speciebus consistunt, veluti frumento, vino, oleo, pane, carne, sale, A
melle: Tributa in corporibus, veluti auro, argento, ære, equis, vestibus, quæ intributiones & contributiones dicuntur, l. vlt. D. de censib. Annonæ quibus opponuntur corpora dicuntur prodigia, seu τρόξιμα l. 3. tit. 3. lib. 10. Cod. Quæcumque pro reliquis prodigiorum in annonario titulo in quibuscumque corporibus sub auctione licitanda sunt. Prodigia illa à prodigendo, & consumendo. Vulgo legitur prodiga, fortè an prodigua. Oleum
,, certè perpetuum Seuerus Imperator. P.R. dedit. Lamprid. in Alexand. Oleum quod Se-
,, uerus populo dederat, quódque Heliogabalus imminuerat, turpissimis hominibus præfe-
,, cturam annonæ dando, in integrum restituit. Aurelianus primus carnem diuisit. Vopiscus
,, in Aureliano. Idem & carnem porcinam pop. Rom. distribuit, quæ hodie diuiditur. Statuerat & vinum populo gratuitum dare, vt quemadmodum oleum, panis, & porcina gratuita præberentur, sic etiam vinum. Panes ætate Iuuenalis datos esse certum est, cum ipse B
dicat Satyr. 10.

———Atque duas tantum res anxius optat,
Panem, & circenses.

Panis gradilis. Panis hic gradilis dictus est, quod è gradibus qui in vnaquaque regione Romæ erant ad pistrina daretur, vt constat è Pub. Victore, & Cod. Theodos. titul. annon. ciuil. Cassio-
,, dorus lib. 9. variarum. Vt siue in gradu, siue in aliis locis frumentorum condita potue-
,, rint inueniri, dentur frumenta pistoribus, tum deinde populo panes. Prudentius libr. 1. in Symmach.

Omnis qui celsa scandit cœnacula vulgus,
Quique terit silicem varijs discursibus atram, C
Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis.

Iam olim panes illi dati videntur cum Varro Cererem dictam Empandam paganalibus esse velit, quod in asylum qui confugerent eis panes darentur. Vnde precatio verbis conceptis, Te Anna Peranna Panda. Interpretantur vet. gloss. Pandam γῆν εὐρύστερνον, l. 1 C.
,, lib. 11. titul. 23. Annona in pane cocto domibus exhibenda est. Ita enim debet canon ab
,, inclytæ memoriæ Constantino præstitus, à Theodosio auctus, expendi: ne cogantur ci-
,, ues de publico sibi emere, quæ aliis vendere potuissent. Ideò vetat Imperator, cuiquam,
,, ne diuinæ quidem domui frumentum de publicis horreis pro annona penitus præberi, sed
,, integrum canonem mancipibus consignari, vt panes coquantur. Alij autem fuere panes
ciuiles & populares, alij militares, lib. 11. C. de annonis ciuil. l. 1. vbi nihil ex annonis ciui- D
cis (ita enim legendum, non publicis,) scholarum nomine vindicari debere monet Imperator. Annona enim aut militaris fuit, aut ciuilis. Militibus præter stipendia dabantur, quæ ad victum, cultumque corporis pertinebant, cibi, & vestes. Lampridius in Seuero. Milites non pretiosis vestibus ornabat, dicens imperium esse in virtute, non decore. Plutarch. in Gracchis, auctor est legem à C. Graccho latam de vestibus militibus è publico dandis sine stipendiorum detrimento. Panes illi ciuiles esse videntur, quos Constantinus magnus populo dedit, & Palatinos vocauit quia ex palatio petebantur. Suidas, παλατίνοι εἶδος ἄρτων, οὓς ἐφιλοτιμήσατο τῷ δήμῳ κωνσταντῖνος ὁ μέγας, καθ' ὃν ὑπατεύεχρόνον, οὕτως ὀνομάσας αὐτοὺς, οἷα ἐκ τοῦ παλατίου χρηγουμένους. Idem fiscalis appellatur panis à Cornuto ad hæc verba Persij Satyr. 3.

———Et populo cribro decussa farina. E

Panem, inquit, non deliciosius cribro discussum, sed plebeium de populi annona, id est fiscalem. Item, hunc panem fingit gregalem, & plebeium esse positum. Ij panes fuere bilibres, & siliginei ab Aureliano dati, vt Vopiscus in Aureliano. Iam verò multæ ciuitates fuere, quibus Imperatores frumenta ad panes coquendos largiti sunt. Socrates enim lib. 2. histor. scribit, Constantinum magnum Alexandriæ σιτηρέσιον instituisse in pauperum
,, gratiam. Symmachus libr. 10. epist. 53. Constantinus 150. millia modiorum in alimo-
,, niam puteolanis quotannis dedit. Quæ summa à Diuo Constante regente Rempub. me-
,, dia parte mutilata est. Post quem Constantius æquè relatus in cœlum, supplicatione de-
,, posita annonam puteolani populi 25. mil. modiorum adiectione cumulauit. Vide locum luculentum. Constantinus idem Constantinopoli octoginta millia frumenti in singulos dies præbuit. Constantinus filius eius quia Hermogenes occisus erat, ἐζημίωσε τὴν πόλιν ἀφελῶν τοῦ σιτηρεσίου τῶν παραχεθέντων παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἡμερισίου ὑπὲρ τέσσαρας μυριάδας.

Ὀκτὼ

A ὀκτὼ δὲ ἐγὼ μυριάδις ἐχρησμῳδῶ πρότερον δ' οὔτε ἐν τ ἀλεξανδρέων κομιζομένῳ πόλεως. *Multauit vrbem, detraxítque 40. millia modiorum frumenti, quòd in singulos dies Alexandria petitum Constantinopolitanis diuidebatur*, ait Socrates lib. 2. cap. 3. huius σιτήσεως, seu *frumentationis* meminit Zosimus lib. 1. δίνειμε τῷ δήμῳ βυζαντίων σῖτησιν, ἐφ' μεχρὶ τ ἦ διέμεινεν ἔχων. Constantinus *dedit populo Byzantino modum frumenti, quem ad hoc vsque tempus accipere perseuerat.* Legendus ea de re Euagr. lib. 3. Iulianus Augustus frumenti modum assignauit Antiochenis, vt ipse testatur in Misopog. ἔνθεν εἰσηνεγκον ὑμῖν μέτρων, τετρακοσίας μυριάδας. ὡς ἦ αὐηλωτο τὸ τοῦτο, πρότερον μὲν πεντακισχιλίους, ἐπάκις ἦ χιλίους ὕστερον, εἰ τανῦν μυρίους, ὃς ὀπιζόειόν ὄζι λοιπὸν ὀνομάζειν μοδίους πάντα οἰκόθεν ἔχων ὅσα τ αἰγύπτε κομιδέντα μοι σῖτον, ἔδωκα τῇ πόλει. *Inde vobis modum frumenti, quadringenta millia, intuli.* (Fortè legendum μέτρων, id est mensurarum, seu modiorum 40. myriadas) *quo numero consumpto, primùm quinque millia,*
B *postremò nunc decem millia modiorum, vt vos iam nominare consueuistis, quod omne triticum ex Aegypto ad me allatum fuerat è domo & patrimonio, ciuitati donaui*, & pro quindecim mensuris non amplius argenti accepi, quam pro decem pendere solebatis. Præter solitum canonem 125. modios nomine parapetecumatis Theodosium dedisse ostendit l. 2. de annon. ciuil lib. 11. Cod. illud ὑπαπαντήσιμα fuit, cum tesseræ populo darentur, de quibus Apuleius lib. de mundo. Plura possem in hoc argumentum nisi doctissimus Lipsius occupasset, quem adito. Piget enim me obtrudere, quæ ab aliis obseruata sunt.

CAPVT XVI.

C

De Accenso.

DE annona diximus, de officiis, & apparitoribus dicamus. Ab iis exordiemur qui libera Rep. fuerunt, inter quos primo loco fuit Accensus, quem Varro ab acciendo dictum esse vult, quòd populum ad Comitia iussu consulis acciret. Apparitor enim fuit consulis, quo iubente clamabat horam esse tertiam, itémque meridiem, & horam nonam, vt Comitia centuriata stato tempore cogerentur. Idem silentium populo imperabat, Illicium vocabat. Varro lib. 5. l. Lat. In commentariis consularibus scriptum sic inueni, qui exercitum imperaturus erit, Accenso dicit hoc: Calpurni, voca Illicium, omnes Quirites huc ad me. Accensus dicit sic: Omnes Quiri-
D tes, Illicium visite huc ad iudices. C. Calpurnius dicit: Voca ad conuentionem omnes Quirites huc ad me. Accensus dicit sic: Omnes Quirites ite ad conuentionem huc ad iudices.

Accensus vnde dictus.

In aliquot rebus idem vt præco Accensus acciebat, à quo Accensus quoque dictus. Accensum solitum ciere Bœotia ostendit, quam Comœdiam Ælij esse dicunt hoc versu,

Vbi primum Accensus clamarit meridiem.

Accẽsus & præco idem in quibusdam.

Hoc idem Cosconius in actionibus scribit prætorem Accensum solitum tum esse iubere, vbi ei videbatur horam esse tertiam, inclamare horam esse tertiam, itémque meridiem, & horam nonam. Liuius de Decemviris Cos. potestate, penes præfectum iuris 12. fasces erant, collegis nouem, singuli Accensi apparebant. Cicero ad Quint. Fatr. Apud C. Octauium primus lictor quieuit, tacuit Accensus, quoties quisque voluit, dixit. Tacuit ergo
E tunc Accensus, qui tamen potuit non tacere, si silentium imperaret interpellatoribus.

Quid discriminis inter præconẽ & Accensum.

Alexander ab Alexandro lib. 2. c. 27. dierum Genial. id esse discriminis putat inter Accensum, & præconem, quòd Accensus populum ad concionem, præco ad Comitia vocaret. Parum commodè. Nam & Accensus ad Comitia iussu consulis populum accibat. Cic. ad Q. Fratrem Accensus sit eo etiam numero, quo eum maiores nostri esse voluerunt, qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris ac muneris non temere nisi libertis deferebant. Itaque consules ipsi sibi ex libertis Accensos arbitratu suo creabant. Omnino id est discriminis inter præconem & Accensum, quòd præco in Comitiis, concione & iudiciis, si quid pronuntiandum, recitandúmque esset alta voce recitabat: Accensus autem ad magistratum homines priuatos accersebat, aut vero conuentionem, & Illicium populi accibat, vt Varro, vel etiam silentium faciebat, erátque Accensus ceteris apparitoribus honestior. Sueton. in Iulio c. 20. Antiquum etiam retulit morem, vt quo mense fasces non haberet, Accensus ante eum iret, & lictores pone sequerentur.

Accensus velatus. Postea in municipiis, itémque Romæ Accensus velatus publici ministerij nomen fuit. A Vetus Inscriptio, T. Statilius Vol. Proculus Accensus velatus. Alius Lapis, L. Varronio L. F. Pal. Capitoni scribæ ædilitio Accenso velato, II viro Quinquennali, Curatori viarum, patrono Coloniæ ordo regalium, quorum honore contentus sua pecunia posuit, L. D. D. D. Nonius Accensos genus militiæ esse scribit administrantibus proximum dictos, quòd ad necessaria sæpius accirentur, velut accersiti. Plin. lib. 7. Adiectus est, & meridies Accenso consulum id pronuntiante. Asconius 3. in Verrem, Accensus nomen est ordinis, & promotionis in militia, vt nunc dicitur Princeps, vel Commentariensis, aut Cornicularius. Hæc enim nomina de legionaria militia sunt.

Accēsi scribebant. Accensi interdum scribebant. Cic. lib. 5. in Verrem. Non reprehendo quod scripsit Accensus. Cur enim sibi hoc scribæ soli assumant? Vetus Inscript. Securitati cognationis suæ fortunatus Augusti libertus Verna patroni ab epistolis, Accensus, Patrono Diuo Aug. B Vespasiano, lictor, curiatus, viator. Honor. Dec. Cos. & Pr. & sibi, & Epaphrodito Aug. lib. ab epistol. fratri suo. Alius Lapis, T. Tettienus felix Augustalis scriba libror. ædil. curul. Viator ædilis plebis Accensus consuli H S L. M. N. legauit ad exornandam ædem Pomonis, ex qua summa factum est fastigium inauratum, podium, pauimenta marmorea, opus tectorium.

Alij quondā adscensi & vnde dicti. Alij fuere olim adscensi à censu, & censendo dicti. Varro lib. 4. Quosdam adscensos equitibus fuisse ait, id est, qui in locum demortuorum adcenserentur. Idem l. 6. Plaut. in friuolar. Vbi rorarij estis? En sunt. Vbi Accensi? ecce. Accensos ministratores Cato esse scribit. Festus adscensos esse ait eos qui in locum mortuorum militum subito subrogabantur, dicti quia ad censum adiiciebantur. Idem, Adscriptitij veluti quidam scripti dicebantur, qui supplendis legionibus adscribebantur, hos & adscensos dicebant, quod ad C legionum censum essent adscripti. Quidam velatos, quod vestiti inermes sequerentur exercitum. Nonnulli ferentarios, & rorarios vocant. Plaut. in Menæchmis. Idem istuc aliis adscriptiuis fieri ad legionem solet. Adscriptiui dicti, quod olim adscribebantur inermes, qui succederent armatis militibus, id est, si quis eorum deperisset ait Varro lib. 6. de lin. Lat. Dicuntur στρατιῶται ἔπακτοι, καὶ προσεπιγεγραμμένοι. Varro lib. 3. de vita pop. Rom. Quid ea scripti vis? Cum erant attributi Decurionibus & Centurionibus qui eorum habent numerum Accensi dicebantur. Nonius, Decuriones, & Centuriones à numero, cui in militia præerant, vocabantur. Accensi qui his accensebantur, id est, attribuebantur. Eosdem etiam quidam vocabant ferentarios, qui depugnabant pugnis, & lapidibus, his armis quæ ferrentur, non quæ tenerentur. Varro Rhetor. lib. 20. vt consules ac prætores qui sequuntur in castra Accensi dicti, quòd ad res necessarias sæpe acciantur, D velut accersiti, quos nunc dicimus deputatos.

Adscriptitij dicti adscensi.

Adscriptiui.

Accensi ferentarij.

Accēsus pro optione. Festus Accensum interdum pro optione sumi significat, qui adiutor Centurioni dabatur à tribuno militum, &c. Consule Festum, in voce, Optio.

CAPVT XVII.

De Apparitoribus.

Apparitor. APPARITOR de accenso, scriba, cohortali, & ceteris qui magistratui apparent, accipitur. Piso in Annali apud Gellium lib. 6. c. 9. Flauius libertino patre natus scriptum faciebat, isque in eo tempore ædili curuli apparebat, quo tempore ædiles subrogantur. Imo Apparitor & cohortalis, seu cohortalinus pro eodem accipiuntur. Notitia Imperij, clarissimum virum Correctorem Apuliæ, & Calabriæ in officio iurisdictionis suæ habuisse Principem, cornicularium, tabellarios duos, Commentariensem, adiutorem, ab actis, subadiuuam, & ceteros cohortalinos, &c. Virum illust. magistrum militum præsentalem habuisse in officio magisterij sui dignitates infra scriptas, Principes duos, numerarios duos, Commentariensem primiscrinios, qui numerarij sunt, scriniarios, exceptores, & ceteros Apparitores, id est τοὺς παρισταμένους τοῖς ἐπ' ἀξιώσεως. Cic. pro Cluentio, quid sibi autem illi scribæ, quid lictores, quid ceteri, quos apparere huic quæstioni video. κλητῆρες, ταξεῶται, δορυφόροι, *statores.* Suetonius lib. de Grammat. Orbilium Apparitorem, ministrúmque magistratuum. Virgil. lib. 9. Æneid.

Quam

A *Quamquam ipſi cupiant Regi apparere Latino.*

Seruius ad hæc lib. 12.

Hæ Iouis ad ſolium, ſæuique in limine Regis
Apparent, acuúntque metum mortalibus ægris.

Apparent, inquit, id eſt, præſto ſunt ad obſequium, vnde etiam Apparitores conſtat eſſe nominatos. Feſtus Naualis ſcriba qui in naue apparebat. Apparitor magiſteriæ poteſtatis l. 33. C. de appellat. Apparitor cohortalis l. 12. C. de cohortal. Apparitor vrbanæ ſedis, l. 2. C. de apparit. Præf. vrbis. Apparitio pro ipſis Apparitoribus l. 1. C. de locat. præd. ciuil. Apparitura ipſum miniſterium, & officium apud Sueton. l. de Claris Grammat. Cic. lib. 3. de leg. Leges ſunt quas Apparitores noſtri volunt. Plura Apparitorum genera fuiſſe conſtat ex lib. 12. Cod. tit. 52. 53. 54. 55. 56. 58. 59. 60. Vendebant interdum pignora. Vlpianus B lib. 12. de Euictionib. l. ſi pignora veniant per Apparitores. Hieronym. ad Saluinam, Apparitorum cateruam vocat. Gellius lib. 2. Poſteaquam lictor qui illi apparebat intellexit. Lamprid. in Alexandro, Apparitores nullos eſſe paſſus eſt. Tribunis, & Ducibus niſi militem anteire voluit, iuſſitque vt ante Tribunum quatuor milites irent, ante Ducem ſex, ante legatum 10. Symmachus lib. 2. ep. 44. Apparitorem militem prætorio miſſum vocat. Militare eos Caſſiodorus lib. 6. form. 25. ait. Omnes Apparitores decet habere iudices ſuos. Nam cui præſul adimitur, & militia denegatur. lib. 7. form. 7. Si præſidem ademeris, militem non relinquis. Apparitio enim tollitur, quoties qui iubere poterat abrogatur. lib. 11. ep. 6. Militia enim de quouis munere & officio accipitur. Symmachus lib. 7. ep. 95. Sed adiicienda eſt ei prærogatiua militiæ, vt beneficio allectionis vtatur. Apparitores magiſteriæ poteſtatis militibus adnumerantur l. 2. C. de apparit. mag. mil. Qui in officio magiſtrorum equitum militiam ſortiti ſunt, ordinis ſunt militaris. item l. 1. eod. l. 2. C. de Apparit. Præf. vrbis. Quicunque illuſtris vrbanæ ſedis Apparitor clandeſtina fraude piſtorem concuſſerit, accuſatus, atque conuictus perpetui panificij nexibus addicitur. In Notitia, Apparitores magiſteriæ poteſtatis ſtatuti ſunt ſub iuriſdictione magiſtrorum, ſupernumerarij ſub iuriſdictione Præfecti vrbis. Apparitioni Proconſulis Africæ & legatorum eius quadringenti deputantur l. 2. C. de Apparitor. Proconſ. Inter Apparitores Præfectianos erant cornicularij, qui poſt tranſactos corniculos purpuram ſacram adorabant. Item primiſcrinij, numerarij, ſcriniarij, exceptores. Curiales, & cohortales cenſibus adſcripti Apparitores magiſteriæ poteſtatis eſſe non poterant. Cod. lib. 12. tit. 53. 54. 55. Symmachus lib. 10. ep. 36. Apparitionem pro officio aduocatorum qui apparent poſuit. ep. 41. Appa- D ritores Præfecturæ vrbanæ.

Apparere quid, & Apparitores varij.

Apparitura quid ſit.

Officiales præfecti prætorio, & Comitum, ac Rectorum, dicti Apparitores, & officium apparitio l. 1. C. de fil. offic. qui in bello mor. Lictor apparere dicitur ſacerdoti, Senecæ lib. 2. controuer. Æmilius Probus, ſiue alius eſt, in Eumene, cum ab anno viceſimo 7. annos apparuiſſet. Apparitio Præſidis l. vlt. D. Quod met. cauſa. Cohortales, & Apparitores illuſtrium, & ſpectabilium codicillis Principis creantur cum probatoriis. Nouel. 8. & 28. l. penult. & finali. C. de diuerſ. offic. Cohortales interdum in ſchola agentium in rebus militabant quorum filij nati antequam Pater Principatum adeptus eſſet, cohortali conditioni erant obnoxij. l. 7. C. de Princip. agentium in rebus. Olim qui erant ex cohorte prætoris pro opera egregiè magiſtratui nauata duplex emolumentum à prætore conſequuti ſunt, alterum in prouincia quod Lucellum, alterum in vrbe poſt reditum è prouincia, quum E eorum nomina à magiſtratu in ærarium referebantur, & in beneficiariis Proconſulis vocabantur. Catullus,

Officiales præfecti prætorio, & Comitum, ac Rectorum.

Apparitores appellati.

Vt mihi qui meum ſequutus
Prætorem refero datum Lucello.

Cicero in Rullum, quid tum ſi Apronio delitiis prætoris Lucelli aliquid iuſſi ſunt dare? lib. 5. epiſt. ad famil. ep. ad Rufum, Nam de Lucello eſt ita actum vt auctore Gn. Pompeio iſta pecunia in faro poneretur, qua pecunia Pompeius vſus eſt vt tua, quam tu depoſueris. Quod dabatur ipſi prætori dictum honorarium. Priuata pecunia amicorum Lucellum, Cicero ibidem, cum de Lucello parum gratum viſum eſt, vulgo logæo male. Catullus,

Et quidnam in tabulis patet Lucelli
Expenſum.

Nil

——Nil mihi esse, nec cohorti A
Cur quisquam caput vnctius referret.

CAPVT XVIII.

De Officialibus.

Vox Officialis omnes ministros cõplectitur.

VEMADMODVM vox apparitoris, generalis est, & ad omnes pertinet qui magistratibus apparent, ita vox Officialis ἐν πλάτει ad ministros omnes pertinet, qui magistratibus ministrant, & in eorum Offi- B cio sunt. Ipse ordo apparitorum dicitur Officium l. 33. C. de Decurionib. Die natalis DOMINI quotannis prætoriani Officiales mutabantur,& ad gradum Cornicularij vel Commentariensis promouebantur, ait Cassiodor. lib. 11. for. 18. 17. 19. Quapropter vnusquisque iuxta matriculæ seriem tua designatione vulgetur, vt quem loci ordo postulat, gradus promotionis accedat.

Apparitorũ Officium.

Apparitorum munus erat iussa præfecti præt. implere, litigantes in iudicium introducere, acta scribere, recitare, partibus sententias scribere, atque exsequi, l. 1. & 2. de Principe agent. in reb. l. 9. C. de cohortalib. l. vlt. C. de iure domus Imperat. l. vlt. C. vt intr. certi tempor. Infirmis mulieribus, & egregiis viris domi iuramentum deferebant Nouel. 124. §. 1. l. illicitas ff. de Offic. præf. Ne tenuis vitæ homines sub prætextu aduentus Officiorum lu- C mine vnico, vel breui suppellectile ad aliorum vsum translatis iniuriis vexentur, præses prouinciæ prouidebit. Præibant præfecto, vt lictores consuli. Cursus publici curam habebant, tributa, résque fiscales exigebant, latrones sibi à stationariis indicatos capiebant l. 2. C. de cohortalib. l. 4. C. de episcop. & cleric. In martyrologio 27. Maij, Dorostorus in Mysia veteranus, & emeritæ militiæ comprehensus ab Officialibus maximo præsidi offertur. Ordo curialis ab ictibus plumbatarum habeatur immunis, scituro iudice si vel ipse, vel eius Officium contra legem aliquid vsurpare tentauerit, grauissimo supplicio esse subdendum. Officium ipsi Officiales dicti l. 6. §. ne tenuis D. de offic. præsidis l. 74. de Euictionib. l. 1. §. penult. D. de seruis fugit. l. 72. D. de furtis l. 6. C. de sentent. & interlocut. l. 1. C. ad Turpilian. Officiales dicuntur l. 34. D. si certum petatur. l. 6. §. si quis D. de pœnis. l. penult. D. de bonis damnat. & sæpe alibi. Qua voce & Apuleius vsus. Græci ταξεώτας appellant. D Iustinianus edicto 1. ἡ σὴ ὑπεροχὴ τ κῆ τ ταξεωτῶν χρηδῶ προσταξεσι. Tertull. lib. de anima. Inuidia est in præsidem cum Officia pulsantur, id est, Officiales. Symmachus lib. 7. ep. 95. Nam cum præstans auctoritas tua vinarij tituli debita flagitaret, vsque ad Officij condemnationem malitia progressa est. Seruius ad 1. Æn. Ducuntur iudices vsque ad secretarij fores, ibique Officium remanet. Symmachus in Auctuario ep. 20. Officiis quoque interminatus sum ταξις *Officium.* Theognostus de caussa Ignatij, ἕτερον ἦ ταξιώτης λῶ, ἢ ἐκ λαικῆ τάγματος. *Erat Officialis & ex ordine laico.* Nouel. 5. Iustiniani ἐν τοῖς ταξιώταις τ λαμπροτάτ τ ἐπαρχίας ἀρχοντος τετάξε. *In Officio illustrissimi prouinciæ prætoris ordinabitur.*

Qui proprie dicti Officiales.

Propriè Officiales dicuntur præfectiani, qui merentur in Officio præfecti prætorio, quibus ab intestato siue successore morientibus præfecti prætorio arca succedebat. l. 6. C. de Apparib. Præfecti prætor. Annonas olim, deinde pecunias acceperunt 700. aureos l. annonam E C. de erogat. milit. annon. pro ingressu litis tres aureos l. penult. §. penult. D. de legat. 3. l. omnes. §. exsecutor. C. de episcopis & cler. Pro citandis reis, actis scribendis, edendis recitandis instrumentis edendis l. 1. C. de sport. l. in sacris C. de proximo sacror. scrin. l. vlt. C. de Principe agent. in reb. Huic Officio pro insinuandis Codicillis magistratus aliquot aureos soluebant Nou. 8. & 28. Defensores quoque cuiusque metropolis Officio præfecti quaternos aureos, alij minorum ciuitatum ternos pendebant. Nouel. 6. Monachus post tres annos si è monasterio discesserit, *& aliud militiæ, aut vitæ genus induerit bona eius monasterio addicantur, ipse in Officio clarissimi prouinciæ prætoris deputetur.* ἢ εἴς τινα ἐλθοι στρατίαν, ἢ ἕτερον βίου χῆμα τ ἰδίας ἀπῆ, ἢ ὅπως εἰς τὸ μοναστήριον ἐπανέλθοσης, ὡσὰς ἐν τοῖς ταξεώταις τ λαμπροτάτ τ ἐπαρχίας ἀρχοντος τετάξε. Episcopus *ne sit ex Officialibus, aut Curialibus ortus,* ἤτοι ἐκ τ ταξεωτικῆς, ἢ ἐκ βελευτικῆς ὁρμώμενος τύχης.

Officiales Clarissimorum.

Officiales Clarissimorum erant conditioni suæ obnoxij, vt ab Officio nisi completo primipili

A primipili munere liberari non possent l.34.D.si certum petat. Præsidis prouinciæ Officiales perpetui esse dicuntur l.8. C.de aduocat. diuers. iudic. Fisci patroni à cohortis, vel alterius viliotis conditionis nexibus cum liberis quandocunque genitis liberi custodiuntur. l.17. ibidem, οἱ ἐν τάξει ὄντες δικηγόροι, *Qui sunt in corpore aduocatorum.* l.1. C. vbi quis de Curiali. Si quis Curiæ, vel Officiis iudicum, aut aliis quibuscunque corporibus obnoxius, intra prouinciam ab his erit quos aufugit comprehensus, eorum societati, quos declinauerat aggregetur. l.2. Non possunt præscriptionem fori opponere ij qui ad Curias vocantur, vel cohortalibus debentur Officiis, vel aliis corporibus obnoxij sunt. Cum ergo perpetui essent cohortales non licuit iis ad aliam militiam transire sine annotatione, aut indulgentia Principis, vt est in Notitia Imperij. l.7.C.Theod.de cohortal. Beneficiarij, vel Officiales rationalis si exhibitione cursus seu primipili necessitate neglecta, interuersa
B etiam ratione fiscali ad ecclesias putauerint transeundum Curialium retrahantur exemplo. l.penult. ibidem, omnes qui ex primipilariis quamlibet militiam contra licitum præsumpserunt, etiam si obtinuisse eam speciali adnotatione nostræ indulgentiæ videantur, spoliati cingulo ad priorem statum reuocentur l.vlt. si cohortalis apparitor, aut obnoxius cohorti ad vllam adspirauerit dignitatem, spoliatus omnibus impetrati honoris insignibus, ad statum pristinum reuocetur, liberis etiam in tali eius conditione susceptis fortunæ patriæ mancipandis, liberi enim eorum cohortales esse coguntur l.12. ibid. Veteranorum item filij propter priuilegia parentibus eorum indulta non ideo vacabant, sed aut Decurionatus muneribus obtemperare, aut militare cogebantur. Quod si resectis digitis ad militiam inutiles iudicati essent, Curialibus muneribus, & obsequiis aggregabantur. l.1. & 2. C.Theod. De filiis militar. apparit. & veteran.

C Sic & Tabularij Reip. serui conditionales vocantur, l.11. C. qui potiores in pignore ἰδιόχειρα, quorum series manu contrahentium, vel Notarij, vel alterius cuiuslibet scripta fuerint, ipsorum tamen habeant subscriptiones, siue testibus adhibitis, siue non, licet conditionales sint, quos vulgo tabularios vocant, siue non, quasi publicè conscripta suum robur habeant. Hos tabularios seruos publicos vocat Iustinianus Institut. tit. de adoption. & l.7. C. de iure fisci. Tabularij dicuntur conditionales serui, qui huic conditioni mancipati essent, vt ad aliam adspirare militiam non possent. l.3.C.Theodos.de Numerariis Annonarios & actuarios conditionales esse præcipimus, annonis etiam adiuuari. l.8. Iubemus omnes numerarios primos etiam & magistros eorum Officij sedis amplissimæ, tum autem ceterorum iudicum solutos penitus militaribus sacramentis conditionales etiam fieri, ne dignitas fraudibus faciat vmbraculum, per quinquennium perinde inseruire scriniis. l.13. *Tabularij serui conditionales.*

D C.de cohortal. Nullum ex primipilaribus, nullum ex Principe cohortalis Officij ad aliam posse militiam aspirare. l.14. Quisquis cohortalibus adhuc obsequiis obligatus, cingulum cuiuslibet militiæ meruerit, primipili munus implere cogatur. Vide lib.12.Cod.Iustin.De apparitoribus præfectorum præt. De apparitoribus Præfecti vrbis, magistrorum militum, Proconsulis, & legati, Comitis orientis. De Cohortalibus, Principibus, cornicularijs, ac primipilarijs, de apparitoribus præfecti annonæ, de apparitoribus iudicum, & probatoriis eorum tit.55. 56. 57. 58. 59. 60.

CAPVT XIX.

E

De Cohortalibus.



OHORTALES dicti apparitores, ceteríque omnes qui tanquam accessiones, & adminicula quædam sunt ceterarum dignitatum, quasi Cohorti obnoxij, τῇ τάξει ἐναπογεάφοι. Proconsules enim & prætores Cohortem amicorum, & administrorum habebant. Sueton. lib. 6. Comes ad orientem C.Cæsaris iuuenis occiso liberto suo quod quantum potare iubebatur recusaret, dimissus è Cohorte amicorum nihilo modestius vixit. lib.7. per hæc gratissimus Claudio, receptúsque in Cohortem amicorum magnæ dignationis est habitus. Horat. l.1. epist. *Cohortales qui dicti.*

Quid studiosa Cohors operum struit.

Idem sat.7. l.1.

Persius exponit causam, ridetur ab omni

Connen

Conuentu, laudat Brutum, laudátque Cohortem. A

Cic.4. in Verrem. Verres habuit Cohortem, in qua erant præfecti, scribæ, medici, aruspices, præcones. Catulllus,

——Quid esset
Iam Bithynia, quomodo se haberet,
Et quantum mihi profuisset ære.
Respondi id quod erat, mihi neque ipsi,
Nec prætoribus esse, nec Cohorti,
Cur quisquam caput vnctius referret.

Imp. Constantius Rufino præf.præt. l.3. C.de hered.Decur. Si quis Cohortali conditione B grauatus sine successore obierit, successionem eius ad ceteros Cohortales eiusdem prouinciæ pertinere iubemus l.1. D. ad l. Iuliam repetund. Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias quas quis in magistratu cepit, vel cum ex cohorte cuius eorum est. l.3. C.de canone largit.tit. Præcepit nostra serenitas neque veloci cursui, neque alij grauamini subiacere chartularios, qui de Cohortalibus officiis vniuscuiusque prouinciæ largitionales titulos retractant. lib.12. C.tit.58. de Cohortalibus, Principibus, corniculariis, l.4. Officia rectorum prouinciarum volumus admoneri, vt susceptos in officio proprio vel probatos, Cohortium nomine, vel legionum priuilegiis existiment inferendos. l.3. solita Cohortalibus Syriæ priuilegia porreximus, ac iubemus eos non ad sollicitudinem Bastagæ, non ad functionem nauiculariam deuocandos, non inuitos Curialibus cœtibus adscribendos, verum peracto labore militiæ pastus primili competenti sedulitate functione transacta præ- C rogatiuam his recusationis offerimus. Cohorti obnoxij dicuntur l.4. C.Theod. de veteranis. Cohortalium corpus l.2. C de defensorib.ciuit. Cohortalis militia l.48. de hæreticis. C. Theod. Cohortale officium l.13. de Cohortal. Principib. l.4. Cohortales sunt officia rectorum prouinciarum. Cohortalini, seu cortalini dicuntur l.26.28. de Cohortal. Princip. cornicul. C. Cohortalinorum militia l.14. de priuileg. eorum qui in sacr. palat. Cohortalis vita l.11. §.1. C.de aduocat. diuers. iudicum. l.12. C.de hæret. & manich. πλὴν τῶν ἐκ γένους κορταλίνων. Officium rectoris prouinciæ 50. libras auri fisco inferre cogitur. Si prophana delubra aperiri, & in iis prophanos aris accendi ignes, adoleri thura patiatur l.7. C.de paganis. l.6. Rectores prouinciarum, & officia, & Principales. Principatus, numeratus, commentariensis gradus sunt inter Cohortales. l.1. C.ad l. Iuliam de ambitu. Nullus omnino Principatum, vel numeratum, seu commentariensis gradum, vel cætera officia repetere audeat. Curiosi & D stationarij erant in officiis, & crimina iudicibus nunciabant, ac probabant l.1. C.de curiosis & station. l.31. C.Theod. de episcopis: si quis sacerdotibus & ministris, vel ipsi cultui, locóque aliquid importet iniuriæ, quod geritur literis ordinum, magistratuum, & curatorum, & notoriis apparitorum, quos stationarios appellant, deferatur in notitiam potestatum.

Officiales clarissimorũ imitabãtur lictorũ habitum.

Officiales clarissimorum fuisse habitu lictorum, aut certè non absimili videntur. Gellius lib.12. c.3. Lictorem à limo vel licio dictum. Licio enim transuerso, quod limum appellatur, qui magistratibus præministrabant, cincti erant. l.1. C.Theod. de habitu quo vti oportet intra vrbem. Officiales quoque per quos statuta complentur vti quidem penulis iubemus, verum interiorem vestem admodum cingulis obseruare, ita tamen vt discoloribus quoque palliis pectore contegentes conditionis suæ necessitatem ex huiuscemodi agnitione testentur. Serui birris aut cucullis vtantur. Cohortales in matriculis scripti, si E probatorias habuissent. l.9. C.de diuers. offic. Probatorias memorialium, & agentium in rebus, ceterorúmque apparitorum prætorianæ per orientem ampliss. præfecturæ, eorum etiam qui in diuersorum iudicum officiis numerantur ex sacris probatoriis militiæ sacramenta sortiri decernimus. vide l. vltimam ibidem. Præsides prouinciarum nullos habebant à libellis, ipsíque per se precibus subscribebant. l.2. C.de assessor. Rectores prouinciarum tot ex suo officio quotannis ad mansionem mittebant, quot in ea prouincia cursus publici loca erant. l.34. l.46. C. Theod. de cursu publ. Græci vocem officij & officialium vsurparunt. Glossæ Græcobarb. μετ' ὁποῖα ἐψηφίσασιν, ἢ μιπαλλωτίαζων, καὶ ἐχειροτονοῦσιν οἱ ἀθηναῖοι, καὶ ἄλλοι προτίτερα τοὺς ὀφφικιάλιδας, καὶ ἄρχοντας. *Post quæ Athenienses & alij decreuerunt, prius officiales & magistratus.* Lucas Patriarcha in sancito. τὸ δὲ συνηγορῆσαι κληρικὸν, ὡς οἱ κοσμικοὶ ὀφφικιάλιοι. *Clericum aduocatum agere, vt sæculares officiales.* Codinus, τὰ τῶν ὀφφικιαλίων τῶν βασιλέων κωνσταντινουπό. ὀνόματα, *Nomina officialium Constantinopolit. Imperatorum.* Basilic. ecl. 6. περὶ παντοίων

ὀφφικια

A οφφικιαλίων. Constitut.4. Theodos.& Valentin. Ariouindo magistro militum quosdam de apparitionibus magisteriæ potestatis. Apparitorem se dicere magisteriæ potestatis exceptis quos obsequiis magistri militum deputatos ad alia iudicia inconsulto suo iudice trahi non liceat. Probare se debebant apparitores magisteriæ potestatis, neque Curiales, neque cohortales, neque censibus volumus adscriptos. Vnde apparet meliori loco fuisse apparitores magist. pot. quàm cohortales. Ibidem edicunt Imperatores vt magister militum subnotet eum esse de numero trecentorum, cui præcepta, vel sententiæ mandatæ sunt exsequendæ, &c. Quod si qualem diximus magistri militum subscriptionem protulerit, si quidem ille est, cui neque à Curia, neque à cohortali officio de statu moueatur controuersia, nec tributa, nec functiones debere firmatur, statim dimittendus est, vtpote fori alieni litigator.

B

CAPVT XX.

De Præconibus.

PRÆCONES ludis, iudiciis, concionibus adhiberi soliti, in officio magistratuum fuere. Plautus in asinaria: Face iam tu Præco nunc omnem auritum populum. Præcones magistratibus ministrabant, Sen. Consulta prædicabant, iudices candidatos tribuum & Curiarum suffragia suis nominibus appellabant, in concionibus audientiam faciebant. Plaut. in Pœnolo, *Præcones in officio magistratuum erant.*

C *Exurge Præco, fac populo audientiam.*

Liberi fuere, vt docet Cic. pro Quintio, & à Consulibus ex ciuibus legebantur, eorúmque plures fuere Decuriæ. Præco populum in concionem vocat. Liuius lib. 1. Ergo ex omnibus locis vrbis in forum curritur, quò simul ventum est, Præco ad Tribunum Celerum, in quo tum magistratu forte Brutus erat, populum aduocauit. lib. 33. de libertate Græciæ à P. Quintio renuntiata. Et Præco cum tubicine vt mos est in mediam arenam vnde solemni carmine ludicrum indici solet, processit, & tuba silentio facta ita pronuntiat: Sen. Romanus, & Tit. Quintius Imperator Philippo Rege, Macedonibúsque deuictis Græcos liberos immunes suis legibus esse iubet. Varro lib. 5. de lin. Lat. Nunc primum ponam de censoriis tabulis, vbi noctu templum censura auspicatur, atque de cælo nuntium erit, præconi sic Imperato, vt viros vocet. Omnes Quirites pedites armatos priuatósque voca illicium huc

D ad me. Præco in templum primùm vocat, postea de muris item vocat. Consul ibidem illicium vocat per Accensum, Censor & Quæstor parricidij per Præconem, vt Commentarium indicat Vetus inquisitionis M. Sergij Mani filij Quæstoris, qui capitis anquisiuit Trogum in qua sic est: Auspicio orando sede in templo auspicij dum aut ad prætorem, aut ad consulem mittas auspicium petitum. Cum eat Præco reum vocet ad te, & eum de muris vocet, Præconi id imperare oportet, Cornicinem ad priuati ianuam, & in arcem mittas, vbi canat Collegas T. Trogi, & Comitia edicat è rostris, argentarij tabernas occludant. Præco item indictiuum funus indicit. Varro lib. 4. de lin. Lat. Itaque ex ædibus efferri indictiuo funere Præco etiam eos dicit qui è tabernis efferuntur. Idem Præco locabat. Varro ibidem, ab eo Præco dicitur locare, quod vsque idem it quoad in aliquo consistat pretium

E de auctionib. Horatius lib. 1. sat. 6.

Si Præco paruas, aut vt fuit ipse coactor
Mercedes sequerer.

Magistratibus Præco apparuit. Apuleius florido primo. Præco cum Proconsule, & ipse tribunal ascendit, & ipse togatus illic videtur, & quidem perdiu stat, aut ambulat, aut plærúmque contentissimè clamitat. Enimvero ipse Proconsul moderata voce rarenter, & sedens loquitur & plærúmque de tabella legit, quippe Præconis vox garrula ministerium est, Proconsulis autem tabella sententia est. Polybius de legationib. pag. 19. προελθὼν ὁ κῆρυξ, καὶ σιωπησάμενος τὰ πλήθη διὰ τῆς σαλπιγκτοῦ. *Progressus Præco cum silentium per tubicinem imperasset.* Pollux lib. 8. κῆρυξ ὁ μὲν τις τῶν μυστιαῶν, ὁ δὲ περὶ τοὺς ἀγῶνας, οἱ δὲ περὶ πομπὰς, οἱ δὲ κατ' ἀγορὰν τὰ ὤνια προκηρύττοντες. *Præco alius in mysterijs, alius in certaminibus, quidam per pompas, nonnulli in foro venalia prædicantes.*

Præcones dicti quòd ante cieant, & vocent. Senatusconsulta postquam facta erant *Præcones vnde dicti.*

recensebant, iudices, & candidatos suis nominibus appellabant, litteras in Senatu publicè A legebant, bona quæ publicè auctioni proponebantur, proclamabant, ac pretia conficiebant. In Comitiis legum subiiciente scriba leges pronuntiabant. In Comitiis magistratuum tribus citabant, qui designati essent renuntiabant, in iudiciis iudices reos & testes citabant, audientiam faciebant, oratores dixisse pronuntiabant. Præconis vox *legis vox* est Nouel. 69. τῶν νόμου φονῇ. Iulianus Præconis voce interpretatur. Litigantes voce Præconis citabantur. l. Diuus. D. de in integr. restit. Si citatus non respondit, confestim autem iudicem pro tribunali sedentem adiit, existimari potest pars non exaudita voce Præconis defuisse, Nouel. 122. Iubemus ordinarios iudices non solum voce Præconis, sed etiam propositis edictis absentem vocare in iudicium. Asconius 3. in Verrem. Apud veteres iudices, & reus & accusatores & defensores dicebantur à Præcone, id est alta voce enuntiabantur. Præco supplicij causam ante enuntiabat C. ex quib. caus. infam. l. fustibus cæsum, cui per Præco- B nem dictum est, ἐσυκοφάντησας *calumniatus es*, vt calumniatorem videri notatum. Spartianus in Seuero, cum hoc Præconis elogio, legatum populi Rom. plebeius temerè amplecti noli. Ambros. serm. 90. Iussit ad lupanar duci sub voce Præconis dicentis Agnen sacrilegam virginem Diis blasphemiam inferentem, scortum lupanari datum. l. si duo. §. vlt. D. de iureiurando. Si quis peierauerit, fustibus eum castigandum, & ita ei superdici, προπετῶς μὴ ὄμνυε. l. 1. C. de Quæstorib. Qui ex Quæstore honore attonito viguerunt acclamatione excipiantur solita, nec prætereantur vt incogniti. Præco proclamabat eos esse Imperij Patres. Cassiodorus, si præfectum vox Præconis enuntiet, &c.

CAPVT XXI. C

De Lictoribus, & Viatoribus.

Lictores, & Viatores.

LICTORES, & Viatores in officio fuere. Liuius, missique Lictores ad sumendum supplicium, nudatos virgis cædunt, securíque feriunt. Valgius Rufus in secundo librorum quos inscripsit de rebus per epistolam quæsitis Lictorem dicit à ligando appellatum esse, quod quum magistratus P. R. virgis quempiam verberari iussissent, crura eius & manus ligari, vinciríq; à Viatore solita sint, ísque qui ex collegio Viatorum officium ligandi haberet, Lictor sit appellatus. Vtitur ad eam rem testimonio M. Tullij, verbáque eius refert ex oratione quæ dicta est pro C. Rabirio, D Lictor, inquit, colliga manus. Hæc ita Valgius, & nos sanè cum illo sentimus. Sed Tiro Tullius M. Ciceronis libertus Lictorem vel à limo, vel à licio dictum scripsit. Licio enim transuerso quod limum appellatur qui magistratibus præministrabant, cincti erant. Consule Gellium lib. 12. c. 3. Plutarchus in Romulo olim non λικτώρεις, sed λιτώρεις dictos esse ait, quasi λειτουργοῦντας, *publico ministrantes*. Eiusmodi fuere Athenis τοξόται qui prehendebant, ligabant, verberabant. Aristophanes in Lysistrata, ξυλλάμβανε αὐτὴν τοξότα, καὶ ὀπίσω τῷ χεῖρε δεῖ. *Corripe eam arcitenens, & manus post terga liga.* δημόσιος ab Aristoph. dicitur, καὶ τοξότης, καὶ ὑπηρέτης, καὶ σκύθης ἀποστρέφετε τὰς χεῖρας αὐτῶν.

Lictor unde dictus.

Lictores suppliciorũ ministri.

Plautus asinaria, Lictores posuit pro ministris suppliciorum. Vbi ad languorem tua duritia dederis octo validos Lictores, affectos virgis vlmeis.

Viatores erant apparitores.

Viatores item apparuere magistratibus. Romæ à villis ad Senatum Patres accersebant, E vt Plin. l. 18. c. 3. Columel. l. 1. præfat. de illis temporibus proceres ciuitatis in villis morabantur. Samnitum Imperatores Viatoribus vsos prodit Liuius, lib. 10. Idem de apparitore, Cum, inquit, apparitor iussu magistri equitum eum duceret. Cic. lib. 5. in Verr. Honoris causa Viatores, Lictores & Accensi cum scriberent literas nomen sui officij non ponebant, scribæ ponebant. Viator fiscum tollit, vt pro frumento prætor pecuniam numeret.

Viatores ministri Trib. & ædilium plebis.

Postea Viatorum nomen ad tribunorum & ædilium plebis ministros translatum est, qui illorum iussu quemlibet prehendebant. Liuius l. 2. Ardens itaque ira tribunus Viatorem mittit ad consulem, consul Lictorem ad tribunum. Varro lib. 21. rerum humanar. In magistratu habent alij vocationem, alij prehensionem, alij neutrum. Vocationem vt consules, & alij qui habent Imperium, prehensionem tribuni plebis, & alij qui habent Viatorem, neque prehensionem, neque vocationem, vt Quæstores, & ceteri, qui neque Lictorem habent, neque Viatorem Liuius l. 38. Ipsi scribæ & Viatores tribunos reliquerunt in ius

vocan

A vocantes Africanum. Plinius l. 18. c. 3. Viator Cincinnato dixit: Vela corpus, vt ego Senatus mandata feram. Cic. 2. in Rullum, ſcribit, Duumviris anteiſſe Lictores, non cum bacillis, ſed vt hic prætoribus anteeunt, cum faſcibus duobus. Duumviri in coloniis deducendis duobus bacillis vſi. Plutarch. in Romaic. c. 66. Lictores ait, ἱμάντας ἐν τοῖς κολπίοις κομίζοντας. *In ſinu lora geſſiſſe quibus ligarent noxios.* Cic. 7. in Verrem Lictorem carnificem, cuſtodem corporis vocat Seſtium quendam. Item lib. 5. in Verr. Seſtium Lictorem in prouincia innocentem ſecuri percuſſiſſe ſcribit. Præco prætoris, inquit, iubet prouinciales audire prætorem. lib. 7. in Verr. Proximus Lictor Seſtius conuerſo bacillo oculos tundere. Virgis conciſum à Lictoribus tuis. Pro Rabirio, I Lictor, colliga manus, caput obnubito arbori infelici ſuſpendito. Conſules ſuos habuiſſe Viatores indicat Vet. Lapis, T. Staberio ſecundo coactori argentario Viator conſularis, & prætorius, ſibi & Claudiæ ſtratonicæ
B vxori. Alius Lapis, T. Staberius Epigonus Viator conſularis ſibi & ſuis. Item, M. Sutorius M. L. Pamphilus Lictor curiatus, qui ſacris publicis P. R. Quiritium Viator qui Cos. & Pr. apparet Decurio colleg. Fabrum Ferrar. De Viatore conſulari & prætorio Vet. Lapis, Muſtorius M. L. Barnaes conliber. Pamphili qui Cos. & præt. apparet. Item de Viatore Quæſtorio. Lapis alius, Q. Lucretio Q. L. Gemello Viatori Quæſtor. ab ærar. Q. Lucretius Q. L. Chreſtus Viator Quæſtor. ab ærar. patrono fecit. De Viatore collegij, alius, D. M. Ti. Claudio Oneſino Viatori collegij magni Claudia Zmirna conjux. Item Deo ſoli mithræ C. Iunius C. F. Tromnenianus vir clar. Viator Quæſt.

Stator pro apparitore ponitur. Vetus Lapis, D. M. M. Antonius Heutuchas Antonio Fortunato ſtatori Auguſtorum alumno benemerenti fecit. Idem Nomenclator, Accenſus & Lictor interdum fuit. Vet. Lapis, L. Pomp. Auguſti liberto Fortunato Nomenclatori, *Stator & apparitor idem.*
C Accenſo, Lictori Auguſti 3. Decuriar. Pompeia Pia vxor viro clariſſimo fecit. Ex quibus coniicere eſt Nomenclatores, Accenſos, Lictores, ſuas habuiſſe Decurias.

CAPVT XXII.

De Statoribus.



TATORES dicti apparitores qui ſtant ad iuſſa accipienda. Vlpianus l. 10. D. quib. ex cauſſ. maior. In eadem cauſſa ſunt, & qui à militibus Statoribúſque vel à municipalibus miniſteriis aſſeruantur. l. vlt. de cuſtod. reor. C. Theod. Statores aſſeruant vinctos & miniſtros habent. Cic. lib. 2. famil. ep. 19. Exiſtimaui eſſe faciendum vt ad te Statores meos & lictores cum litteris mitterem. Petron. Satyr. *Statores qui dicti.*
D

Quædam enim fœminæ ſordibus calent, nec libidinem concitant,
Niſi aut ſeruos viderint, aut Statores altius cinctos. Priapeiis.
Iam primùm Stator hic libidinoſus
Alternis ineundo, & excundo.

CAPVT XXIII.

De Carnifice.

E



ARNIFEX item in officio fuit. Cic. pro Rabirio. Sed moreretur prius acerbiſſima morte millies Gracchus, quàm in eius concione Carnifex conſiſteret, quem non modò foro, ſed etiam cælo hoc, ac ſpiritu cenſoriæ leges, ac vrbis domicilio carere voluerunt. δήμιον vocat Dio in Seiani ſupplicio, Publicum ſeruum. Iuuenal. 10. *Carnifex.*

Quippe tenet ſudans hanc publicus, & ſibi conſul
Ne placeat curru ſeruus vectatur eodem.

Iſidorus l. 18. c. 2. Carnificem eſſe vult qui eodem curru geſtaretur. Zonaras in Camillo οἰκέτην δημόσιον. Carnificem commemorat Tacitus lib. 5. Tradunt temporis eius auctores à Carnifice laqueum iuxta compreſſam filiam Seiani. Plinius in epiſt. Maximam Corneliam virginem veſtalem ſe à Carnifice contingi noluiſſe tradit Cic. 7. in Verr. Aderat ianitor

Carnifex prætoris. Plaut. Asinaria, ob furtum te ad Carnificem dabo. In capti. Illorum Carnificum scelera. Seneca c. 1. de consolat. ad Mart. Tortores iidem fuere. Cic. pro Cluentio, cum iam tortor, atque essent tormenta ipsa defessa. Liuius l. 10. de Bello Macedon. Conspectum tortoris, verberúmque non sustinuit. Horat. o. 5. l. 3. carmin. 4. A

At qui sciebat quæ sibi barbarus
Tortor pararet.

Extra portam Mæuiam quæ & Exquilina Plautus Carnifices relegat.

CAPVT XXIV.

De Interprete. B

Interpretes.

INTERPRETES quoque in officio fuere. Cicero, Primum, inquit, ad thermum se pro Coss. in Sicilia in longua apparitione singularem, & prope incredibilem Interpretis sui Marcilij fidem cognouisse. In Corneliana, C. Publicium Menandrum libertinum hominem apud maiores legatos in Græciam proficiscentes Interpretem secum habere voluisse. Liuius lib. 7. Gallus processit magnitudine atque armis insignis, quatiénsque scutum hasta, cum silentium fecisset, prouocat per Interpretem vnum ex Romanis. Firmicus lib. 3. c. 8. Math. Imperatorum aut potentissimorum iudicum Interpretes. Plin. lib. 25. c. 2. Mithridatem solum mortalium viginti duabus linguis locutum certum est, nec de subiectis gentibus vllum hominem per Interpretem appellasse. l. 1. §. vlt. D. de verb. obligat. Ita tamen vt vterque alterius linguam intelligat siue per se, siue per verum Interpretem. l. 5. in fine D. de capt. & postlim. reuersis. Virgil. C

Nunc & Ioue missus ab ipso Interpres Diuûm.
Tuque harum Interpres curarum, & conscia Iuno.

Quintilian. Sequester ille, & media litium manus, & Interpres. Virgil.

Troiugena Interpres Diuûm.

CAPVT XXV.

De Nomenclatore. D

Nomenclator vnde dictus.

NOMENCLATOR, siue Nomenculator à nomine calando dictus est, qui candidatis magistratum ambientib. nomina singulorum ciuium è memoria subiiceret. Cic. ad Attic. lib. 4. Ad vrbem ita veni vt nemo vllius ordinis homo Nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiã nõ venerit.

Nomenclatores fartores dicti, & monitores.

Festus, Nomenclatores fartores dictos esse ait quòd salutatorum nomina candidatis infercirent. Vetus Codex scriptus, Nomenclator Paschatis, & Campulus sacellarius coniurationis Principes in Leonem Papam. Cic. pro Murena monitores vocat. Nam si nomine appellari abs te ciues tuos honestum est, turpe est eos esse notiores seruo tuo, quàm tibi. Si etiam noris tamen per monitorem non appellandi sunt. Nomenclatores Suet. in Aug. c. 19. in Calig. c. 41. Seneca de Tranquillit. c. 12. l. 7. de operis libert. D. l. vlt. D. de liberali caussa. Si Nomenclator sit, vel histrio. Si forte vel librarius, vel Nomenculator, vel calculator sit. Seneca lib. 2. ep. 19. Alioqui habebis conuiuas, quos ex turba salutantium Nomenculator digesserit lib. 3. ep. 27. Nemo vetulus Nomenculator qui nomina non reddidit, sed accepit. Quintilian. lib. 6. c. 4. Afer ingrato litigatori conspectũ eius vitanti in foro per Nomenculatorẽ missum ad eum, Amas me, inquit, quòd te non vidi. Plutarch. in Catone, καὶ νόμου γραφέντος ὅπως τοῖς παραγγέλλουσι εἰς ἀρχὴν ὀνοματολόγον μὴ παρεῖναι. *Et cum lex scripta esset candidatis ne Nomenclator præsto esset.* V. Inscrip. M. Æmilio Lepidi lib. felici Nomenclatori viro priori decima L. L. liberalis. Item, L. Volusio vrbano Nomenclatori censorio. Item Ioui Op. Max. L. Vrbanus. V. C. Nomenclator censorius D. D. D. Item, D. M. Ti. Claudi Augusti liberti Thaletis Viniciani Nomenclatoris à censibus Thallus, &c. Spartian. de Adriano, Nomina plurimis sine Nomenclatore reddidit, quæ congesta semel audiuerat, vt Nomenclatores sæpius errantes emendauerit. E

CAPVT

A

CAPVT XXVI.

De Scribis.



SCRIBÆ in officio magistratuum fuere. Liuius lib. 2. de Scriba Regis Porsennæ. Vbi eò venit in confertissima turba prope Regium tribunal constitit. Ibi cum stipendium forte militibus daretur, & Scriba cum Rege sedens pari fere ornatu multa ageret. Idem lib. 30. Pecuniam ex ærario scribæ, viatorésque ædilitij clam egessisse per indicem comperti damnati sunt. Græci vocant, γραφέας, ἀντιγραφεῖς, γραμματεῖς: Herodotus, γραμματιστὰς: Sozomenus, ἀρχιγραμματεῖς: Socrates ὑπογραφεῖς. A quibus orti Notarij. Ammianus lib. 30. Cæsarium ante hac eius domesticum, postea Notarium Principis. Pollux lib. 8. Onomast. c. 9. §. 21. ἀπογραφεῖς, qui totius ciuitatis censum, priuatorúmque singulorum debita digerebant. Vetus Lapis, I. Tarquitio L. filio Pomp. Etrusco Sulpiciano Scribæ Quæstorio ex testamento de HS 20. Alius, D. M. M. Atineo Ælij filio Pal. Paterno Scribæ ædilium curulium hon. vsus ab Imper. equo publ. honor. præfecto cohor. 2. Bracchar. Augustan. tribun. mil. legion. 10. Prætensis à D. Traiano in expedit. Parth. donis donati præfecti alæ 7. Phrig. Cur. Kal. fabraternor. Nouorum Atinia A. F. Faustina Patri optimo. Philostratus lib. 7. γραμματεύς τις ἦκων τῶν βασιλικῶν οἴκων. *Scriba quidam veniens ex Imperatoris aula.* Erant enim Scriba Regij, Pontificij, militares, ædilitij, Quæstorij. Varro lib 4. L.L. Scribæ publici Pontificum. Capitol. in Macrino, cum Scriba Pontificum esset. Valer. Max. l. 2. cap. 1. Gneum Flauium Scribam ædilitium. Vetus Lapis, Agriæ Triphosæ vestificæ, Liuius Theoua ab epistolis Græcis, Scriba à libris Pontificalibus, coniugi sanctis. B. D. S. M. Vegetius lib. 2. c. 19. Præter corporis robur Notarium quoque, & computandi artem in tironibus eligendam, &c. Sed in quibusdam Notarum peritia, computandi, calculandíque vsus exigitur. Totius enim legionis ratio, siue militarium numerorum, siue pecuniæ quotidie adscribitur actis, maiore prope cum diligentia, quàm res annonaria, vel ciuilis Polytycis libris adnotatur. Iidem fuisse videntur cum exceptoribus l. 19. §. vlt. D. locati. Cum quidam exceptor operas suas locasset. Iulius Firmic. lib. 4. Math. c. 6. Iurisperitos, seu Scribas, vel exceptores. Gregor. magnus in prol. 40. Homil. de diuers. lect. euang. quia sicut à me diuersis temporibus dictatæ sunt, ita quoque sunt ab exceptoribus Codicibus affixæ. Collatio Charthagin. sub Honor. excipientibus Hilario, & prætecto exceptoribus.

Scribæ.

B C D

A Scribis orti Notarij, epistulares, Scriniarij, tabularij, numerarij, & alia id genus officia. Festus Scribas fuisse ait librarios qui rationes publicas in tabulis scribebant. Cicero lib. 5. in Verrem, Scribarum ordinem honestum esse ait, quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculáque magistratuum committantur. Quorum auctoritatem Cato quæstor imminuit, vt scribit Plutarch. ὅθεν ἀθυὸς εἰς τὸν ἀρχεῖον καταστὰς, μεγάλων ἐπαίσατο μεταβολὴν τοῦ φέρειν τὸ ταμιεῖον ὑπηρετῶν, καὶ γραμματέων, οἳ ἀφ' ἑστίας ἀεὶ τὰ δημόσια γράμματα, καὶ τοὺς νόμους ἔχοντες εἶτα νέους ἄρχοντας ἀθρόλαμβάνοντες, δι' ἀπειρίαν, καὶ ἀγνοιαν ἀτέχνως διδασκάλων ἑτέρων, καὶ παιδαγωγῶν δεομένους ἐκ ὑφίεντο, ἐξεσίας ἐπέσοις, ἀλλ' ἦσαν ἄρχοντες αὐτοί. *Cato*, inquit, *quod erat Quæstorij muneris diligenter edidicit, quare quamprimùm Quæsturam iniit, ministros & Scribas Quæstorios refinxit ac reformauit, qui cum præ manibus semper publica monumenta, & leges haberent, in nouos magistratus incidissent, quorum imperitia & ignoratio doctoribus egeret, non eos magistratu vti sinebant, sed ipsi magistratus erant*, donec Cato iuuenili robore negotia capessens, non solum nomen & honorem magistratus habere se, sed mentem etiam, vim, & robur probauit, Scribásque ministros esse, ac suum munus fungi coëgit, deprehendens & castigans eos cum aliquid perperam agerent, docénsque si per inscitiam peccarent. Proteruiores aliis blandiebantur, grassantes officiis, & cum Catone bellum gerebant. Inter Scribas eum qui Principem locum tenebat, amouit officio, damnatum, quòd in hereditate fides ei non constitisset. Alteri inficientiæ, & ignauiæ iudicium intendit, qui cum atramento sutorio absolutus esset, eo nec vsus est. Cato, ἀδὲ τὸν μισθὸν ἀπέδωκεν. ὅτω δὴ τοὺς γραμματεῖς ταπεινώσας, καὶ ποιήσας ὑποχθείους, καὶ τοῖς γράμμασι ὡς αὐτὸς ἐβούλετο χρώμενος. *Neque pretium persoluit. Cum igitur Scribas ita deiecisset, & mansuefecisset, literis ac scriptis arbitratu suo vsus est.* Ibidem docet vnam ex orationibus Catonis perennasse, quòd Scribas Cicero notis scribere docuisset. τέτον μόνον ὧν κάτων εἶπεν ἁμαρτάνεσθαι φασι τὸν λόγον, κινέσθον δὲ τὸ

A Scribis quinā orti.

E

ὑπάτε τὰς ἀγαφέρουσας ὀξύτητι τῶν γεαφέων σημεῖα προδιδάξαντος ἐν μικροῖς καὶ βεαχέσι τύποις A
πολλῶν γεαμμάτων ἔχοντα δύναμιν. ἔπω γὰ ἦσκουν, ἀλλ' ἐκέκτητο τὰς καλουμένας σημειογεάφους, ἀλλὰ τότε πρῶτον ὡς ἴχνος τι καταβολὴν λέγουσιν. *Solam eam orationem Catonis de capite plectendis Catilinæ coniuratis asseruari aiunt, cum Cicero consul docuisset eos qui inter Scribas præcellerent velocitate, notis breuibus scribere, quæ plurium literarum vim haberent. Nondum enim habebant Notarios, sed tunc primum vestigium quoddam eorum fuit.*

Scribarum merces. Scribas mercedem apparitionis accepisse supra docuit Plutarchus. Adstipulatur vetus tabula. Quæstor vrb. qui ærarium prouinciam obtinet eam mercedem deferto, Quæstorque qui ærarium prouinciam obtinebit eam pecuniam ei Scribæ, Scribísque, hæredive eius soluito, ídque ei sine fraude facere liceto. Sine malo peculatu fiat, ollisque hominibus eam pecuniam capere liceto. Omnium minimæ dignitatis fuit Scriba naualis, quòd periculis quoque eius ministerium esset obiectum, narrante Festo. B

Scribæ dignitas vnde discenda. Scribas certè in aliquo numero iam olim fuisse, vel è Scriba Porsennæ discas, qui eodem pene cultu cum Rege, in eodem tribunali fuit, vt Liuius lib. 2. Iustinian. Nouel 94. Scriba clarissimus in prouinciis est quasi prætor tutelaris. Scribæ vocem Græci recentiores à Latinis mutuati sunt. Harmenopul. lib. 5. tit. 11. σὺ ἀκριβέα ποιήσῃ αὐτὸς ποιεῖν ὑπογεαφῶ παρόντος καὶ σκέπτα, ᾧ ἡ ὑπὲρ τούτων φροντὶς ὑπετάγαπαν. *Sedulò debet ipse descriptionem facere præsente Scriba, cui horum Cura mandata est.* Dionys. Halycarnas. γεαμματέα πορφυρᾶ ἐσθῆτα πορφύρεας ἐνδεδυκότα καθήμενον ἐπὶ τοῦ γραπτικοῦ βήματος. Zonaras, τὸν γεαμματέα πορφυρᾶν συγκαθήμενον αὐτῷ, καὶ ὁμοίως ἔχοντα τῆς στολῆς. Romæ Decuriæ fuere Scribarum Quæstorior. ædilit. prætorior. Qui à Quæstor. ædilib. prætoribus sæpe legebantur. Cic. pro Cluentio, persuasi vt Scribam iurati legerent eum quem iidem isti censores ærarium reliquissent. Liuius lib 40. Q. Petilius prætor vrb. eos libros à L. Petilio Scriba sumpsit, & erat familiaris vsus quod Scribam eum Quæstor Q. Petilius in Decuriam legerat. Qui tamen iam in Decuriam allecti erant à prioribus magistratibus, nisi causa cognita, indicto iudicio arbitratu noui magistratus remoueri non poterant, vt Plutarch. in Catone. δευτέρῳ δή τινι ῥαδιουργίας προσῆκε κρίσιν. ὁ μὲν ἤλωκε ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπεὶ μιᾷ ψήφῳ τὰς ἀφιείσας ὑπερέβαλον αἱ καθάρσεις. *Alij cuidam secundo ignauiæ dicam impegit. Non tamen is condemnatus est, sed cum sententiæ absolutoriæ à condemnantibus vna superarentur, Marcus Lollius absolutorijs suum calculum addidit, & ita damnationem effugit.* Decurias aliquot pretio emptas fuisse docet. Cic. lib. 5. in Verrem. C

Scribarum officiũ laudabilius apud Græcos quàm apud Romanos. Æmilius Probus in Eumene, Scribarum munus apud Græcos multo honorificentius fuisse scribit, quàm apud Romanos, quia Roma mercenarij habiti, apud Græcos nemo nisi honesto loco admissus; quare Cn. Flauius libertino Patre natus ædilis curulis à populo renuntiatus Senatui displicuit, vt Gellius lib. 6. c. 9. Cicer eius tamen quidam Scriba Scipionis Africani præturæ candidatus filio Scipionis Africani populi suffragiis ante positus est, vt prodit Valer. Max. lib. 4. cap. 5. In Persis præfecti omnes Regios Scribas habebant per quos literæ à Rege missæ legerentur. Herodot. lib. 3. γεαμματισὰς βασιλήϊους οἱ πάντες ὕπαρχοι ἔχουσι. Imper. Romani γεαμματεὺς τοῦ θεσμοῦ, *Scribas legum & edictorum habuerunt*, quibus Quæstor præpositus fuit. Sozomenus lib. 7. cap. 13. Iustina, inquit, Meneuolum vocat *Præpositum Scribis legum, & edictorum, iubétque vt quàm ocyßimè legem ponat.* τὸ ἐπὶ τῆς γεαμματέως τοῦ θεσμοῦ πεταγμένον, καὶ ἐκέλευσε τῷ τάχει τὸν νόμον. In Iudæa Scriba Prætoris seu Ducis exercitus populum in ordinem digerebat lib. 4. Reg. cap. vlt. τὸν γεαμματέα τοῦ ἄρχοντος τοῦ δυνάμεως τὸν ἐκτάσσοντα τὸν λαὸν τῆς γῆς. D E

Scribæ apud Reges Syriæ honestissimorũ in numero habebantur. Honestissimo loco fuerunt Scribæ apud Reges Syriæ. Iosephus lib. 11. c. 2. orig. ῥάθυμος ὁ πάντα ὑπομνήματα γεάφων, καὶ σεμάλιος ὁ γεαμματεύς, καὶ οἱ τοῦ βουλῆς τὸν συνέδρια κρίνοντες. *Rhathymus qui scribebat omnia, & Semalius Scriba, & iudices consilij in Syria.* Fuisse videntur à secretis Principis. Alexander magnus in Eumenem Scribam ἀρχιγεαμματέα vt Plutarchus vocat, vel γεαμματέα, eodem loco habuit quo σωματοφύλακας, Perdicam, Craterum, Antigonum, & alios corporis custodes, narrante Arriano lib. 6. Apud Solomonem Iosaphat erat ὑπομνήσκων, *à memoria.* Susa Scriba, γεαμματεύς lib. 2. Reg. c. 20. vtraque dignitas ampla.

Varij Scribarum ordines. Omnino ita statuendum est varios Scribarum ordines fuisse. Alios digniores qui à secretis Principis, & Senatus essent; alios inferiores, qui minoribus magistratibus operam nauarent, aut acta populi conficerent, cuiusmodi sunt hodie, tabelliones, notarij, & alij vulgares scribæ. Cassiodorus lib. 12. c. 21. Scribæ partes explicat. Translator esto, non

conditor

A conditor antiquorum gestorum, exemplar velut annulum ceris imprime, vt sicut vultus non possunt signum refugere, ita manus tua ab authentico nequeat discrepare. Constantinus Porphyrogenn. negat scribas esse perfectos iudices. Nouel. 11. ἐπειδὰν ὁ σαρίβας οὐκ ἔστι τέλειος δικαστὴς ἀλλὰ καὶ θεματικῶν κριτῶν, καὶ αὐτῶν τῶν ἀντιγραφέων ὑποβέβηκε. *Quia Scriba non est perfectus iudex, sed iudicibus thematis, & ipsis antigrapharijs inferior est.* Magnæ dignationis fuit Scriba apud Phalaridem. Tzetzes Chiliad 5. cap. 31. τοὐκρὸς γραμματεὺς φαλάριδος ἐπὶ τῶν διοικήσεων πάντων τῶν πραγμάτων. *Teucer Phalaridis Scriba, cui administratio rerum omnium commissa.*

Apud Suidam *Scriba nullius rei fundus est, legit tantum Senatui & populo quæ acta sunt, sed antigrapharius scribit Senatui.* γραμματεὺς παράξεως μηδεμίας ἦν κύριος, ὑπανεγίνωσκε δὲ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τὰ πραττόμενα, ὁ δὲ ἀντιγραφεὺς γράφει τῇ βουλῇ. Socrates lib. vlt. hist. eccles.
B ὑπογραφεῖς appellat. ἰωάννης πρωτοστάτης ὢν τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων. *Ioannes primicerius existens regiorum notariorum.* Solomon habuit Scribas Eliam, & Achiam lib. 3. Reg. cap. 4. Admonui supra libera Rep. libertinos pecunia emisse Decuriani. Cicero lib. 3. in Verrem. Ad eos me Scribas reuoca. Noli hos colligere qui nummulis corrogatis de nepotum donis, ac scenicorum corollariis cum decuriam emerunt ex primo ordine explausorum in secundum ordinem ciuitatis se venisse dicunt. Mirabimur turpes aliquos esse in eo ordine quò cuiuis licet pretio peruenire. Sueton. in Claudio cap. 1. Corpus eius per municipiorum, coloniarumque primores suscipientibus obuiis Scribarum decuriis ad vrbem deuectum. Cornelius Nepos, vel vt alij volunt, Æmilius Probus in Eumene, Scribæ apud Romanos reuera sicut sunt, mercenarij existimantur. Apud Græcos è contrario nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco, fide, & industria cognita, quod necesse est omnium consi-
C liorum eum esse participem. Diocletianus Scribæ filius fuit, auctore Eutropio. Photius in Biblioth. p. 39. Theophylactum Simocatam ἀπὸ ἐπάρχων, καὶ ἀντιγραφέων fuisse ait, *ex præfectis, & antigrapharijs.* In eclogis Probi Rhetoris, Orestes ὀπάων καὶ ὑπογραφεὺς Attilæ vocatur. Tabularios cum Scribis coniungit Imperator. C. Theod. de superexaction. l. 3. Querelæ propriæ libellum contestandum, conueniendosq; Scribas, tabularios, & cetera officia publica commonenda.

Scribæ & tabularij militare non poterant l. 1. C. Theodos. de tabular. l. 1. Nullus omnino ex tabulariis, vel scribis, vel decurionibus, eorúmque filiis in quocunque officio militet. *Scribæ & tabularij nõ militabant.*

D

CAPVT XXVII.

De Cursoribus, & Brutianis.

VT viatores priscis Romanis in vsu, ita & Cursores. Liuius lib. 31. cap. 24. Hemerodromos vocant, ingens vno die spatium emetientis, qui currebant aut pedites, aut equites, aut mulis. Cassiodorus lib. 5. ep. 59. Cursuale ministerium vocat. Patresfamilias habuerunt priuatos Cursores l. 99. D. de legat. 3. Si alij Vernæ, alij Cursores legati sunt, si quidem & Verna, & Cursores, Cursoribus cedent. Semper enim species generi derogat. Petronius faleratos Cursores vocat. vet. gloss. ἡμερο-
E δρόμοι οἱ τοῖς βασιλικοῖς διατάξεσι ταχύτατα διακοούμενοι. *Hemerodromi qui regijs iussis celerrimè seruiunt.* Leo constitut. 3. μανδάτωρες οἱ τὰ μανδάτα ἀπὸ τῶν ἀρχόντων πρὸς τοὺς στρατιώτας ὀξέως διακομίζοντες. *Mandatores qui mandata ducum ad milites perniciter deferunt.* *Cursores qui dicantur.*

Brutiani olim magistratibus pro Cursoribus apparuere, apud quos & alia ministeria obibant. Cato in libro qui de falsis pugnis inscriptus est, ita de Q. Thermo conqueritur. Dixit à Decemuiris parum sibi bene cibaria curata esse, iussit vestimenta detrahi, atque flagro cædi. Decemuiros Brutiani verberauere. Cùm Hannibal in Italia grassaretur, primi totius Italiæ Bruttij ad Hannibalem desciuerunt. Id Romam ægrè passi, postquam Hannibal Italia decessit, Bruttios ignominiæ causa non milites scribebant, nec pro sociis habebant, sed magistratibus in prouincias euntibus parere, & præministrare seruorum vicem iubebant. Itaque hi sequebantur magistratus tanquam in scenicis fabulis, qui dicebantur lorarij, & quos erant iussi, vinciebant, aut verberabant, auctore Gellio lib. 10. cap. 3. Festo in verbo. Brutiani qui officia seruilia magistratibus præstabant. Vet. gloss. Brutiani οἱ δουλικὰς τάξεις *Brutiani pro Cursoribus habiti.* *Lorarij.*

χειωσάντες, quos Fulgentius ait, Gerones dictos. V. glos. Gerones, χειειστὴ, περακτῆρες. Publicos Cursores fuisse docet Strabo, τ ἢ πικεντῶν ὑπήρξε μητρόπολις πικεντία, νυνὶ ἢ κωμηδὸν ζῶσιν ἀπωθέντες ὑπὸ ῥωμαίων διὰ τὴν πρὸς αὐνίβαν κοινωνίαν. αὐτὴ ἢ στρατείας ἡμεροδρομεῖν, καὶ γραμματοφορεῖν ἀπεδείχθησαν ἐν τῷ τότε δημοσίῳ, καθάπερ καὶ λύκανοι, καὶ βρέττιοι, καὶ τὰς αὐτὰς αἰτίας. *Picentum picentia Metropolis erat, nunc autem vicatim viuunt reiecti à Romanis, quòd ad Hannibalem defecerint. Quare loco militiæ Cursores esse, & literas ferre coacti sunt, vt & Lucani, & Brutij.* Cursores alij postea fuêre Imperatoribus, de quibus iam agam, vbi pauca de seruis publicis ascripsero. Fronto lib. de aquæductibus. Placere Senatui eos qui aquis publicis præessent, cum eius rei caussa extra vrbem essent, lictores binos, & seruos publicos ternos, architectos singulos, scribas & librarios, accensos, præconesq; totidem habere, quot habent ij per quos frumentum plebi datur. Fuerunt alij Serui Publici Cyprij, à Catone Romam deportati apud Dionem lib. 39. Corneliani à Sylla, teste Appiano lib. 1. & Gel. liani apud Gellium lib. 13. cap. 12. Admonui Brutios fuisse ἡμεροδρόμους. Ad Rosinum quidam malè τὺς κερσιδύονζας, δολιχοδρόμους; δίαυλοδρόμους, ὁπλιτοδρόμους, σταδιοδρόμους ad Cursores Imperatorum, & tabellarios refert. Codinus p. 57. κερσιδύοντας vocat, equites qui sine vexillo proprio ante exercitum in hostes excurrebant, πρωτοστάτωρ ἔστι καὶ δεφένσωρ τ κερσιδύοντων. τούτων γὰρ μήτε τάξιν ἐχόντων μήτε φλάμυλον ἴδιον. item πρωτοστάτωρ διὰ τ πρωτεγγέλων παντὸς αὐτὸ ἔ στρατῦ. *Protostator, defensor est eorum qui ante excurrunt, qui nullo ordini ascripti sunt, neque flamulum proprium habent. Protostator præit vniuerso exercitui.* δολιχοδρόμων, ait Pollux lib. 3. ὁ τ δολιχὸν θέων, καὶ ὁ τ μακρὸν δρόμον ἀγωνιζόμενον, *qui cursum plenum, & maiorem diaulo decurrit.* δίαυλοδρόμων, *qui ad metam currit, & rursum à meta ad carceres.* Pollux Δίαυλος, καὶ ὁ ἔ διαύλε ἀγωνιστὴς, καὶ ἀγωνιζόμενον τὸ διπλῦν στάδιον, *qui duplex stadium emetitur.* σταδιοδρόμων, *qui stadium decurrit,* ὁπλιτοδρόμων, *qui armatus stadium emetitur.*

Cursores multi fuêre. Alij fuere in imperio Romano Cursores, & tabellarij. Ælius Verus, Cursoribus suis exemplo cupidinum alas frequenter apposuit, narrante Spartiano, eósque ventorum nominibus sæpe vocauit, Boream alium, alium Nothum. Milites Pinnigeri, Pinnirapi fuere, quibus Imperatores & præsides literis ferendis vsi. Aristides Panegyr. in Romam, αἱ ἢ ἐπιστολαὶ μικρὸν φθάνουσι, γραφῆσαι, καὶ πάρεσιν ὥσπερ ὑπὸ πτηνῶν φερόμεναι. *Epistolæ recens scriptæ statim præueniunt, & quasi à volucribus delatæ adsunt.* Isidor. lib. 8. origin. cap. 2. Alas in Mercurij capite, & in pedibus significare volucrem fieri per aëra sermonem. Nuntij ad instar Mercurij, qui in eius tutela sunt, pennas fronte gerunt. Iuuenal.

——*Præcipiti venisset epistola pinna.*

Vnde πτερορόμοι dicti, qua voce Plutarch. vtitur in Othone, qui pedibus currebant excalceati, erant classiarij. Sueton. in Vespasian. cap. 8. Classiarios qui ab Ostia & Puteolis Romam pedibus per vicos commeant, iussit excalceatos cursitare. Constantinopoli dicti περικλαρῆ, vt Leo constitut. 7. Landulphus in Phoca Præfectum Cursorum vocat Protocursorem. Vopiscus Aureliano Cursores eo habitu quo ipse habebat, Senatoribus concessit, qui olim ingenui fuere. Alexander Seuerus seruos esse voluit. Verus Cursores suos homines ingenuos indefessè, atque inhumaniter faciebat cursitare, ait Spartian. ταχυδρόμοι, δρομεῖς, vet. gloss. *exercipedes.* Cedrenus ἕνα τ κερσώρων αὐτὸ ὁ ἔπαρχον πρὸς τ μάγιστρον ἔπεμψε. *Præfectus vnum è Cursoribus suis, ad magistrum misit.* Anonymus in Passione Domini, προσκαλεσάμενον ὁ πιλάτον τ κέρσωρα σελλῇ αὐτὸν ἀγαγεῖν τ Ἰησοῦν. *Cum Pilatus euocasset Cursorem mittit eum, vt* IESVM *adducat.* Dicuntur & πεζοδρόμοι, σκελίκιοι, μαντοφόροι, ὑποκεισαρεῖοι. Eleutherius Zebelenus de forma, & constit. corp. καὶ οἱ πέρσαι τ ἥλιον λέγουσι δηλῦν τὺς μεταλλικὺς, τὺς ἐργαζομένους τὰ κανία, καὶ μεγαράδχα, τὼν ἢ σελήνην τὺς πεζοδρόμους, ἢ σκελικίους, ἤγουν ταχυδρόμους, μαντοφόρους, καὶ ὑποκεισαρίους. *Persæ solem dicunt significare metallicos, & eos qui faciunt caniculla. lunam Cursores pedibus agiles, responsales.* De Hemerodromis Liuius, lib. 31. Nisi speculator, Hemerodromos vocant Græci, ingens vno die emetiens spatium contemplatus regium agmen è specula quadam. Inter Hemerodromos, Philonides Alexandri Magni Cursor celeberrimus fuit. Manilius,

——*Quamuis extremo citiùs reuolauerit orbe,*
Nuntius, extremum vel bis remeauerit orbem.

Cursorem autem alij pedibus, alij cisiis volabant, vt loquitur Cicero pro Roscio Amerino. De Cursualibus equis alio loco reddemus. De Angariis, & Parangariis, Herodotus lib. 8. consulendus.

Equi vehedarij. Xenoph. lib. 8. Cyrop. Equos vehedarios à Cyro institutos esse ait, Symmachus lib. 5. ep. 50.

A ep. 50. vectorem iudicialium literarum vocat Euſtathius, ἀγγάδας πέρσας ἄγγαρον γραμματοφόρον ἐκδεδοχέναι. *Aſtandæ Perſis Angari, tabellarij, qui feſſis curſu equis recentes ſufficiunt, aut fatigatis ſuccedunt,* ἄγγαρον, οἱ ἐν δεδοχέναι γραμματοφόρον βαρβαρικὴ ἔστα λέξις ἐπεχωρίασε τοῖς Ἕλλησι. ἀγγαροφορεῖν Φορτία φέρειν ἐν δεδοχῆς. ἄγγαρος κάμαξ, ἢ τὸ εἰς αὐτὰ δενδράδα ξύλον. *Angari qui literas ferentes in curſu ſibi ſuccedunt, vox barbara ad Græcos tranſiit. Angaroforein onera ferre, per vices ſuccedendo oneri. Angarus ſtipes quo vitis ſuſtentatur.* Theodoretus libr. 1. ἀπέστειλέ τινα τὸν τῶν Φορείων ἐναλλαττομένους ἵππους ἐλαύνειν εἰωθότα, καὶ τὰς ἀποκείσεις ὡς τάχιστα φέρονται. *Miſit quendam ſolitum agitare equos qui per vices in curſu ſubmutantur, vt reſponſa celerrimè ferat.* Petronius in Satyr. Phaleratos Curſores vocat, Chryſoſt. homil. 6. ad pop. Antioch. αὐθρωποι τὸν ἅπαντα χρόνον τοιαύτας σωτεραφέντες ἀποδημίας, καὶ τοῦτο ἔργον ἔχοντες, ἵππους ἐλαύνειν διηνεκῶς, νῦν ὑπ' αὐτῆς ἱππασίας συντριβέντες ὑστέρησαν. *Homines totum tempus*
B *in talibus decurſionibus, & profectionibus impendentes, & hoc vnum munus exercentes, vt continuè equos agant, nunc ab ipſa equitatione contriti defecerunt, & ab Epiſcopo veſtro equitandi neſcio præuorſi ſunt.*

CAPVT XXVIII.

De curſu Publico Angarijs, & Parangarijs.



VANTO egimus de Curſoribus Principum, proximum videtur vt de curſu publico agamus. Angarias in Perſide à Cyro repertas è Xe-
C noph. docuimus. Etymon attigimus. quid ſit indicatur lib. 56. Baſilic. ἀγγαρεία μὴν παράοδον ἡ διὰ τὸ δημοσίας ὁδὸν τὸ καὶ δρόμον ἐχούσης ὡς τύχον ἐντεῦθεν ἕως τύρου. παραγγαρεία δὲ ἡ διὰ τὸ ἐκπλαγίας ὁδὸν ὡς τυχὸν ἐντεῦθεν εἰς ἡλιόπολιν. *Angaria eſt tranſitus per publicam viam quæ curſum habet, vt verbi gratia ex hoc loco Tyrum. Parangaria tranſitus per tranſuerſam viam, vt ex hoc loco Heliopolim.* Vult ille Angaros militari via recto itinere pergere, Parangaros tranſuerſa, non recta via. Angaros Hieronymus in Eſther, & Ioſeph. lib. 2. verhedarios vocant. Arethas in cap. 18. Apocal. ἵπποις, καὶ τοῖς διὰ τούτων ὀχήμασι ἃ ἡ παλαιὰ μὲν φωνὴ ἀγγάρας, ἡ δὲ τῶν ἑλλήνων δημοσίους ἱπποτάφους, ἡ δὲ τῶν ῥωμαίων ῥαιδία, ἀφ' οὗ καὶ ῥαιδάριος. *Equis vecti, & vehiculis equeſtribus, quæ veteri verbo Angaræ, Græcis publicorum equorum ſtationes, Romanis Rheda dicitur, vnde Rhedarius dictus.*

Curſus publicus.

Quid ſit Angaria, & Parangaria.

D Euſtathius Angarum palum interpretatur fulciendis vitibus, ἀγγαρεύειν εἰς φορτηγίαν, καὶ ὑπηρεσίαν τινὰ ἄγειν, *duci ad onera per vices ferenda.* Suidas ἀγγαρείαν ἀνάγκην ἀκούσιον, καὶ ἐπιβίας γινομένην ὑπηρεσίαν, *miniſterium per vim exactum eſſe vult.* item δημοσίαν, καὶ ἀναγκαίαν δουλείαν, *ſeruitutem publicam.* Fuit munus patrimoniorum l. vlt. D. de muneribus, & honor. Angariæ iumentorum, vel plauſtrationes nuncupantur l. 7. C. de fabric. quæ ſeparantur à nauibus, Gregor. ep. 8. cap. 64. Nauem ab omni Angaria eximere feſtines. l. penult. D. de priuileg. veteran. naues dicuntur Angariarij. Plauſtra item & operæ continentur Angariarum voce, interdum tamen ſeparantur l. 2. C. de quibus munerib. Erat præpoſitus, manceps, decurio Angariarum, quarum frequens vſus apud Perſas. Herodot. lib. 8. Xerxes in Perſidem miſit, qui acceptam cladem nuntiarent. His nuntiis nihil pernicius tranſcurrit in rebus humanis, quot diebus tota via conſtat, totidem equos, & viros ferunt eſſe di-
E ſtinctos. Ad ſingulorum dierum iter decurrunt, quos neque vis niuium, neque imber, neque æſtus, neque nox diſtinet, quin propoſitum ſibi curſum expediant, ὁ μὲν δὴ πρῶτος δραμὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ, ὁ δὲ δεύτερος τῷ τρίτῳ, τὸ δ' ἐντεῦθεν ἤδη κατ' ἄλλον διεξέρχεται. παραδιδόμενα καλέεται ὑπὸ ἑλλήνων ἡ λαμποφόρεια τὸν τῷ ἡμέρῃ ὄπιθεν ἑσπέρῃ. τὸν δὲ τὸ δράμημα καλέουσι πέρσαι ἀγγαρήιον. *Primus curſor ſecundo tradit mandata, ſecundus tertio, inde ex alio in alium curſus tranſit, cuiuſmodi eſt Græcis facium ſuccenſio, quam Vulcano celebrant, hic curſus vocatur Angaria.* Habebant & Græci φρυκτωρίαν, Heſychius φρυκτὸς, πυρσός. φρυκτωρία πυρκαία. πυρσεία, λαμπὰς, καῦσις, *ignis accenſus.* De die fumos è turribus, de nocte ignes excitant, vt hoſtium irruptionem nuntient, λυχναφία. Ariſtot. de mundo τοῦτον τὸν τρόπον ὁ κόσμος, καὶ μάλιστα τῶν φρυκτωρίων καὶ δεδοχὰς πυρσεύσασαν ἀλλήλοις ἐκφαίνων τὴν ἀρχήν μεχρὶ σούσων. *Tanta erat deſcriptæ collocationis ratio, & præſertim ignium mutatis ſubinde vicibus lucentium, à finibus imperij ad vſque Suſa.* Thucidides lib. 2. φρυκτὸς ἄγγελος dixit.

Angaria.

Angariæ & Parangariæ exiguntur in tranſuectione armorum & ſpecierum l. vlt. C. de fabric. *Angariarũ*

& Perangariarum vsus. fabric. l. 1. de quibus muner. l. maximarum C. de excusat. muner. exiguntur plaustra, iumenta, naues, operæ extra ordinem libr. 12. Cod. titul. 50. quod graue onus est prouincialium. A

CAPVT XXIX.

De Euectionibus.

Euectiones quid sint. EVECTIONES sunt diplomata, seu codicilli, quibus cursu publico vtendi potestas datur, quæ & synthemata, & combinæ, & diplomata, & tractoriæ dicuntur. Hieron. ad Iulian. Iam dimisso synthemate equus publicus sternebatur. l. 2. l. 3. l. 5. C. lib. 12. tit. 51. A currentibus tam iudices quàm curiosi euectionem exhiberi sibi postulabant. C. de curios. l. 4. Euectionum copiam facit Senator euocatis à principe l. 6. C. tit. 51. libr. 12. Sidon. lib. 2. ep. 5. Egresso mihi publicus cursus vsus fuit, vtpote sacris apicibus accito. l. 3. C. de cursu public. Euectiones ab omnibus postulentur, & tam iudices, quàm custodes publici cursus minimè transire patiantur, antequam seriem euectionis adspexerint. Præfectis præt. sine diplomate, & euectionis titulo cursum publicum præsumere licuit l. 62. C. Theodos. de cursu public. Cum & ipsi largirentur euectiones. Cassiodorus lib. 6. form. 3. & C. tit. de cursu public. l. 3. Illustres euocatoriæ securitatem habent, vt ad comitatum accedant l. 54. C. Theodos. de cursu public. l. 18. C. de dignitat. Præter illustres nulli temerè publicum cursum vsurpare licet. Plin. lib. 10. e. 123. 124. Symmachus libr. 3. ep. 63. Plutarchus in Galba, Nymphidius non mediocriter indoluit, cum serui publici à consulibus destinati essent, qui Senatusconsulta ad Imperatorem ferrent, quibus ipsis ea quæ diplomata dicuntur dari solent, vt iis statim agnitis ciuitatum magistratus tabellariorum cursum accelerent in commutatione vehiculorum datis deductoribus. B C

Diplomata quid erant. Diplomata autem erant chartulæ signo principali obsignatæ, vel tesseræ, quibus agnitis ἔπαρχοι, præsides, præfectique, vehicula cum equis publici cursus accommodabant C. de cursu publ. συνθήματα sunt *tesseræ.* πᾶς ὁδεύων ἀπαιτείσθω συνθήματα παρὰ τῶν προεστηκότων τοῦ δημοσίου δρόμου, l. 3. C. de cursu publ. l. 27. C. Theod. eod. neque plures parhippos dimittendos, nec emensis euectionibus dandam commeandi cuiquam facultatem C. de cursu publico. D

Tractoriæ quid. Tractoriæ diplomata sunt quæ dantur missis, vel euocatis à principe cursu publico vtentibus, adscriptis etiam statiuis, id est, diuersoriis & mansionibus quibus alantur sumptu publico. In Marculphi Monachi libro tractoriæ formula hæc est: Ego Imperator Gratianus omnibus agentibus in illo loco. Nos Gaium Cecinnam partibus illis legationis caussa direximus. Ideo iubemus vt locis conuenientibus eidem euectio à vobis simul, & humanitas ministretur, hoc est, veredi, siue paraueredi tot, porcelli tot, verueces tot, agni, anseres, phasiani, pulli, oua, olei libræ, gari libræ, mellis, aceti, cumini, piperis, costi, caryophylli, spici, cinnamomi, grani, masticis, dactylæ, pistaciæ, amygdalæ, ceræ libræ tot, salis, olerum, leguminum carra tot, faculæ tot. pabuli equorum carra tot. Hæc omnia tam eundo, quàm redeundo eidem ministrari in locis solitis, & impleri sine mora procurate. Eustathius lib. de temporib. τρακτωρίαι ἐλέγοντο αἱ κελεύσεις αἱ παρὰ τῶν ἐπάρχων προφάσει ζώων δρομικῶν γινόμεναι, ἃς καὶ κομβίνας ἡ αὐτὴ γλῶσσα καλεῖ, τουτέστι συνθήματα. *Tractoriæ dictæ iussa Præfectorum præt. vt animalia ad cursum dentur. dicuntur & combinæ, & synthemata.* Non possunt qui tractorias habent in statiuis esse vltra triduum. Viatica illis præbentur de publico C. de cursu publ. Euocatoria opus fuisse diximus iis qui nondum illustres essent, vt publicum cursum vsurparent, quia sacris apicibus acciti cursum habent publicum. l. 62. C. Theodos. de cursu publ. Præter illustres personas nemo temere cursum public. vsurpet. l. 54. C. Theodos. de cursu publ. l. 18. C. de dignitat. Plinius lib. 10. ep. 123. 124. Symmachus ep. 63. lib. 3. Qui falso diplomate iter commeauit, punitur l. 27. §. vlt. ad leg. Corn. de fals. Sub Traiano præsides euectiones dedere, quod prohibet Constant. l. 5. C. Theodos. de cursu publ. Legatis qui mittuntur ad Principem, & adlectis dantur euectiones l. 9. l. 12. C. Theodos. de cursu pub. l. 16. C. eod. Iulianus vicariis 12. euectiones quotannis permisit, præsidibus binas. Diplomata autem diem certum continent intra quem veredis vti licet, E

quibus

A quibus elapſis irrita erant, vt ſcribit Traianus ad Plinium lib. 10. ep. 6. Beatus Auguſtinus ad docendam Rhetoricam Mediolanum conductus euectionem à Symmacho P. vrb. obtinuit lib. 5. confeſ. cap. penult. Dioſcorus ep. 55. inter epiſtolas Auguſtin. Zenobius memoriæ magiſter factus eſt, & miſit mihi euectionem cum annonis. Qui euectionem acceperat eam præſidi prouinciæ per quam tranſit oſtendebat, ille ſubnotabat. l. 28. C. Theod. de curſu publ. Traianus ad Plinium lib. 10. ep. 55. Diplomata, quorum præteritus eſt dies, in vſu eſſe non debent.

CAPVT XXX.

B

De Euocatoria Principis.

PRINCIPES Euocatoriis, id eſt literis & iuſſis quos vellent, euocabant. Caſſiodorus lib. 7. ep. 34. quapropter ad Comitatum noſtrum iuſſis te præſentibus euocamus. Sidonius Carm. 5. *Euocatoria.*

Euocat hunc precibus.

Symmachus lib. 3. ep. 52. Ad auſpicia obſequij conſularis Domini Valentiniani euocatus. Lupus Ferrarienſis ſacris Domini Regis non ſum euocatus. Sidonius lib. 8. epiſt. 12. Euocatoriam vocat. Iordanus in Chronico, Theodoricum regem audiens ordinatum Imperator Zeno graue ſuſcepit, eiq; euocatoria deſtinata ad ſe in vrbem venire præcepit. Symmachus lib. 4. ep. 5. Nunc adie-
C cta eſt ei honorabilis euocatio quam teſtimonij innuit auctoritas. lib. 9. ep. 44. lib. 6. ep. 35. 36. Euocationis honorificentia. Nouel. Theod. & Valentin. de illuſtrib. Caſſiod. lib. 3. epiſt. 28. libr. 5. epiſt. 28. libr. 10. epiſt. 13. libr. 7. epiſt. 34. Alia eſt Euocatoria quæ petenti conceditur à Principe lib. 7. form. 35. Euocatoriæ ſecuritas lib. 3. de ſilentiar. C. non liceat ad Comitatum Principis ſine venia Imperatoris accedere: Decuriones tamen & ſilentiarij poſt peractam militiam liberè accedebant præter Euocatoriæ ſecuritatem l. 3. l. 4. Cod. Theodoſ. de Decurionibus & ſilentiar. Sacræ reuocatoriæ l. vltim. Cod. de dignitatibus.

CAPVT XXXI.

D

De Baſtagarijs.

BASTAGARII dicti qui ſeruiebant vecturæ rerum ad ſacrum ærarium pertinentium, quam propriis iumentis faciunt excepta parte quinta quæ de fiſco paratur. C. de murileg. l. 9. Ne vnquam Baſtagariis militiam vel ſuam deſerere liceat, vel aliam antequam eam impleuerint, ſurreptitia impetratione tentare. Heſychius βασαγλῶ, βάρος, *onus* interpretatur, βασάζω *fero*, βασαγάει, βασαγάρης, *Bajulus*, ἀχθοφόρος, βασάγιον, *theca*, in qua milites arma ſua recondita portabant, apud Leonem in Tacticis, Conſtit. 5. Baſtaga eſt onus transferendi res Principis, à quo nemo excuſa-
E ri poteſt, ne ipſa quidem domus imperialis aut eccleſia. l. 1. & 2. C. de quib. muner. l. 3. C. de cohortalib. Cohortales Syriæ, nec ad ſollicitudinem Baſtagæ, nec ad functionem nauicularíam deuocantur, l. 8. eod. Onus iumentis portandarum rerum fiſcalium, Baſtagarij quibus id muneris incumbit. Baſtaga priuata ſub diſpoſitione Comitis largit. priuatarum Dominicæ domus fuit. *Baſtagarij qui dicebãtur.* *Baſtaga quid ſit.*

Præpoſitos Baſtagarum ſub Comite ſacrarum largitionum Notitia ponit. Pro modo iugerum quæ habebat quiſque onerabatur l. 1. C. ne quid oner. Id munus deſerere non poſſunt, niſi tempus abierit l. 4. C. de nauicular. Erant milites qui res Baſtaga vectas comitabantur. In occidente legio Italica ſub Duce tranſuectioni ſpecierum excubabat. Nauicularij frumentum quotannis Alexandriam & Conſtantinopolim deferre tenebantur quod erat 800. myriadum artabarum, ſeu medimnorum Atticorum. Edicto Iuſtiniani 13. 14. c. 8. Hæc tranſuectio dicitur Pia embola. iubemus nullam C. de ſacroſanct. eccleſ. l. 4. l. 6. C. de nauicular. Baſtagarij deferebant veſtes Principis ſericum, byſſum, gemmas, arma, annonam *Baſtagarũ præpoſiti.*

nam, l.vlt. §. tyron.D.de muner. & honor. Bastagas indicebat tertiocerius officij Comitis largition.& singulæ singulos habebant præpositos. In occidente 4.recensentur singulis annis Bastagæ, quæ in Orientem tendebant, totidem in Occidentem. Bastagas translationes Honorius appellat l. placet C. de sacrosanct. eccles. l. iubemus publicarum specierum transuectionem, & felicem embolam. In diuersis Orientis locis erant corpora nautarum, quorum quique per vices onera publica ferunt, qui nauem duorum millium capacem habent. Ideo à muneribus ciuilibus ac tributis liberi erant l. 1. D. quod cuiusque vniuersit.l. 2.D.de iure imminutat. l.1.2.4. C. de nauicular. Nullam vim oportet Naucleros sustinere delegatas species annonarias transferentes.

CAPVT XXXII.

De Vehiculatione.

Vehiculatio.

MVNVS vehicularium Augustus instituit,quod Nerua Italiæ remisit,vt ex nummis eius apparet,in quibus hęc verba leguntur: Vehiculatione Italiæ remissa. Angarię,& veredi prouincialium patrimoniis,& possessionibus indicebantur,ideo prouinciales grauabantur. Traian.munus illud à prouincialibus seuerè exegit, teste Aurelio Victore, his verbis, Simul noscendis ocyus quæ vbique è Rep.gerebantur, admota media publici cursus,quod equidem munus satis vtile in pestem Romani orbis vertit posteriorum auaritia. Hadrianus cursum fiscalem instituit, ne magistratus hoc onere grauarentur, quia illi in cursu sumptus faciebant,quos Hadrianus eis è fisco administrauit,sed prouinciales nihilominus grauati sunt,vt prius,ait Spart. Ante Augustum magistratibus in prouincias euntibus præsto aderant prębendorum mancipes,qui equos,mulos, tabernacula,& quicquid ad iter necessarium de publico exhiberent. Quod sustulit August. apud Suetonium lib.2.cap.36.his verbis: Vt proconsulibus ad mulos,& tabernacula, quæ publicè locari solebant, certa pecunia constitueretur. Liuius lib.42. l. Posthumius Consul priusquam ab Roma proficisceretur literas Præneste misit, vt sibi magistratus obuiam exiret, locum publicè pararet,vbi diuerteretur,iumentaq; cum exiret inde,præsto essent. Ante hunc Cos. nemo vnquam sociis in vlla re oneri, aut sumptui fuit. Ideo magistratus mulis, tabernaculisque, & omni alio instrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent sociis. Priuata hospitia habebant, ea benignè, comiterq; colebant, domusq; eorum Romæ hospitibus patebant, apud quos ipsis diuerti mos esset. Legati qui repentè aliquo mitterentur, singula iumenta per oppida iter quà faciendum erat, imperabant. Aliam impensam socij in magistratus Rom.non faciebant. Dio lib.53. τὸ μὲν γὰρ πάλαι ἐργολαβοῦντες τινες παρὰ τῶν δημοσίου πάντα σφίσι τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέροντα παρεῖχον. *Nam olim quidem erant qui ituris in prouincias præbenda publicè redimerent, & omnia ijs exhiberent quibus magistratus eorum egeret.* Ventidius Bassus ἐργολάβος, & manceps præbendorum fuit. Antoninus Pius vehicularium cursum summa diligentia subleuauit, vt Capitolin. Seuerus vehicularium munus à priuatis ad fiscum traduxit,ait Spartianus. Alexander Seuerus præbuit prouinciarum præsidibus mulos binos, equos binos, auctore Lamprid. Philostratus in Dionysio Sophista. Hadrianus Satrapam αὐτὸν ἀπέφηνεν οὐκ ὀλίγων ἐθνῶν. κατέλεξε δὲ τοῖς δημοσίᾳ ἱππεύουσιν, *ipsum fecit præsidem non minimarum gentium. Allegit eum inter eos qui publicum cursum vsurpare poterant.* In laterculo nomina eorum descripta erant, quibus hoc datum. Idem in Heliodoro, *cui dedit Imperator ius publici cursus vsurpandi.* ἔδωκεν ἱππεύειν δημοσίᾳ. λογοθέται δρόμου, *generales erant publici cursus, & rationales.* Paulus Diaconus lib. 22. & alibi sæpe vocat, logothetam *tu dromi*, τοῦ δρόμου. Codinus eum summum cursorum præfectum esse vult. Zonaras pag.134. tom.3. λογοθέτην δρόμου, *tutorem Imperatoris* fuisse ait. Constantinus Porphyrogen.in Chorographia, σαυράκιος ὁ πλητὺς εἰς τὴν πατρίκιον ἡμέριον, καὶ λογοθέτην τοῦ δρόμου. λογοθέται καὶ φροντισταὶ τοῦ δρόμου, *rationales & curatores cursus.*

Stationarij qui.

Stationarij quoque, & curiosi publicum cursum curabant. Stationarij erant apparitores dispositi per prouincias certis locis,vt magistratibus denuntiarent quæ gererentur.l.1.ff.de off.præfect. vrb. Certus numerus equorum definiebatur in euectione, quem egredi non liceret. C. Theodos.l.45. C. cur. P. Nullus numerum amplius,quàm singulas,vel binas angarias vsurpet. Per angarias hic videntur equi significari. l. vlt. C. eod. Iubemus nemini licere

licere cuiuſcunque ſcholæ, vel officij, vel militiæ, ſeu conditionis per totius orientalis tractus partes ob quamcunque cauſam proficiſcenti, ſeu redeunti, ſupra vnum veredum, vnumq; paraueredum, cum euectione tamen iudiciali, mouere, niſi ſpecialis ei præſtita ſit noſtræ ſerenitatis quantitatem animalium continens euectio, cum in hac parte ſine noſtra quoque ſpeciali auctoritate tanta conueniat animalia moueri, quanta tranſuehendæ pecuniæ ſumma, & eius tuitio depoſcit. Is qui habuit veredi euectionem, exigere paraueredum non potuit. Caſſiodor. l. 5. ep. 39. Paraueredorum itaque ſubuectiones exigere, eos qui habent veredos adſcriptos prouincialium querela comperimus, quod nullum penitus ſinatis præſumere. lib. 11. ep. 14. Dum multis itineribus Como ciuitas expetitur, ita ſe poſſeſſores paraueredorum aſſiduitate ſuggerunt eſſe fatigatos, vt equorum nimio curſu ipſi potius aterantur. Paraueredos vult eſſe Cuiatius maiores equos agminales, qui & parafredi, aut parippi. Comitibus 4. veredi dati cum parippo, Tribunis militum tres conceſſi. l. 49. C. Th. de curſu pub. Conſtantinus vocat curas, publicum curſum l. 1. C. de off. mag. off. l. 2. C. de curioſis. Notitia, Præfectus claſſis Rauennatium cum curis eius de ciuitate Rauennæ. Præfectus claſſis Comenſis, cum curis eiuſdem ciuitatis Comi. Curæ ſunt veredarij, quibus ad claſſem neceſſaria ex ciuitate Rauennate celeriter extrahebantur.

CAPVT XXXIII.

De Curioſis, & Animalibus.

Curioſi qui appellati.

CVRIOSI curſus publici in officio magiſtri officiorum fuere, qui curſum publicum curarent, & ei præpoſiti eſſent. Fuere & Curioſi qui paſſim delicta in re militari commiſſa, nunciarent, qui commiſſa in curia Principis, vel in comitatu præſidum per omnes prouincias referrent ad præfectos. Suidas in S. Chryſoſt. ἡλιόμβρωτον ὑπὸ τοῦ κουριώσου τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει, *tractus in media vrbe à Curioſo vrbis.*

Curioſi dicti Curagẽdarij.

Dicuntur & Curagerendarij l. 1. C. Th. de Curioſis, qui crimina iudicibus nuntiare, & probare dicuntur. Inſpiciebant euectiones publici curſus l. 2. ibidem. Agentes in rebus in curis agendis, & euectionibus publici curſus inſpiciendis. Sufficit duos tantum curas gerere, & curſum publicum gubernare. Hi verò peruigili diligentia peruidebant, ne quis citra auctoritatem euectionis moueat curſum, vel amplius poſtulet quàm conceſſit euectio, vt habens vnius copiam rhedæ flagitet mulas duas, aut rhedam vſurpet, cui birotum, vel veredum poſtulare, vel clabulare permiſſum eſt. Curioſi erant agentes in rebus qui curſus tuendi ſollicitudinem ſuſtinebant l. 3. eod. Firmicus lib. 3. Erant enim aut publicani, aut vectigaliarij, vel curioſi.

Animalia pro equis ſumpta.

Animalia autem pro equis ſumi contritum eſt. l. 2. eod. Continuo etiam in curſu clabulari vt fortè quis pro animalibus minimè præbitis pecunias pendere cogatur, lucro eius qui curſui præſederit; improbè vindicandas. Clabula & clabulum vehiculi genus. Symmach. l. 2. ep. 27. Quot numero animalia collocarit, & quo apparatu exſtruxerit manſiones. lib. 3. ep. 10. 16. 29. l. 8. C. Th. de curioſ. Manceps robuſta vſui curſus animalia pręparet. l. 4. Agentes in rebus ad curſum gerendum, & curas agendas iudicio ſcholæ, & ordinis merito diriguntur. l. 8. dicuntur curſus publici præpoſiti. Animalia autem publica vocantur l. 2. & 10. C. Th. de curſu publ. Animalia publici curſus l. 8. eod. Animalia publico curſui deputata l. 9. de Trib. & Annon. Amm. l. 21. & animalia publica monſtrabantur. Anaſtaſ. lib. de Pontif. in Marcel. Animalia catabuli l. 2. C. de cur. pub. dicuntur pecora. De manſionibus vero liberatus in Breuiario c. 5. ſcripſerat poſitus in 6. manſione. vide Itinerarium Antonini Imp. & Itinerarium à Burdegata Hieruſalem vſque. Separantur ab oppidis, & ciuitatibus l. 23. 35. C. Th. de curſu pub. dicuntur ſtationes l. 65. eod. Manſionum præpoſiti l. 21. de decurion. C. Th. Curſuales præpoſiti. Symmacho lib. 2. ep. 46. Caſſiodor. lib. 5. ep. 5. lib. 6. form. 3. Præfecti vehiculorum l. 4. de curſu pub. C. Theod.

Curſus publici Cura.

Curſus publicus maximè pertinebat ad curam præfecti præt. cui licuit euectiones facere. l. 9. de curſu publ. Caſſiod. lib. 5. ep. 5. lib. 6. form. 3. Diploma ſacrum curſus vocat. Symmachus lib. 5. ep. 38. Plin. lib. 10. ep. 68. & ep. vlt. Sidonius in Panegyr. Auiti

——*Referens diplomate Auitum*
Jam Geticas intrare domos.——

Symmachus lib. 9. ep. 23. tractorias appellat. Oro, vt equorum tractoriis quas vir illustr. A
Theodorus emisit per epistolam prestes, ne mutato iudice beneficij lenteseat auctoritas. C.
Theodos. titul. de tractor. & statiuis, sunt diplomata quibus concessa facultas mouendi
equos publici cursus, pariter definitur commeatus in itinere præstandus. Tractoriæ cum
statiuis solitis bidui tantummodo tempus accipiunt. Nulli verò penitus cum necessariis
prębetur, nisi his tantummodo qui animalia, atque equos sacro vsui necessario prosequuntur, ita tamen vt his dimissis in tractoriarum corpore præfinitus quinque dierum numerus
ascribatur, vt nullus vltra hoc temporis spatium ad residendum in quo libitum fuerit loco,
copiam nanciscatur. l. 2. eod. Cursualis tractus cursum publicum significat. Cassiod. lib. 4.
ep. 47. Constantin. epist. ad Ablauium præfixa actis concil. 1. Arelat. Carolus magnus in
Capitularib. lib. 4. cap. 3. lib. 7. cap. 20. Excusationes suas in tractoria subscribant. Concil.
Chartag. 5. canon. 10. Augustin. lib. contra Donatist. cap. 24. & ep. 217. ad Victorian. Tra- B
ctoriæ igitur dicuntur quoties præter equos Princeps viaticum largitur iis quos trahit ad
comitatum l. 38. C. Theod. de cur. publ.

Postæ quid sint. Postæ quibus hodie vtimur, dicuntur quasi positæ statio nes equorum cursualium, quorum vsus cum intercidisset, à Maximiliano Cæsare, tum à Ludouico XII. & Francisco I.
Franciæ Regibus restitutus est. Sed postæ ad literas tantum transuehendas, aut homines
ipsos equis summutatis adhibentur. Olim erant cisia duabus rotis apta, & vehicula quæ fiscus in mansionibus alebat. Cum arma, publicæ species, & pecuniæ transueherentur, vocabantur angariæ & parangariæ, quia non tantum fiscalia vehicula vsurpabantur, sed à prouincialibus cum ingenti onere boues, asini, muli, vehicula exigebantur.

C

CAPVT XXXIV.

De Verhedarijs, & Parauerh.

Verhedi equi cursuales. VERHEDI sunt publici equi cursuales, qui à Græcis ταχυδρόμοι. Procop. 1. Vandal. Ille qui equis publicis in ciuitate præerat, omnes tradidit Belisario. Is quendam ex illis qui equo celeriter inuecti *regias perferunt literas, quas Veredarios appellant.* τὰς βασιλικὰς ἀποκρίσεις ἀεὶ στελλομένων, οὓς δὴ βερεδαρίους καλέουσι. l. 2. Persic. ἵπποις δημοσίοις ὀχούμενος οὓς βερέδους καλοῦσι. *Vectus equis publicis quos Verhedos vocant.* Vet. glos
Verhedus πῶλος. à vehenda rheda, veterinaria bestia, à vehendo, D
ὑποζύγιον. Veterinarius ἱππιάτρος. Publici equi, & agminales dicti. Cedrenus in Leone
filio Basilij, qui cum fugeret τοὺς δημοσίους ἵππους ἐν ἑκάστῳ στάθμῳ ἀγκυλοκοπῶν, *equos publicos in singulis stabulis, & mansionibus suppernans.* Equi cursorij, & cursuales Cassiodoro libr. 5.
Parauerhedi. Parauedorum subuectiones exigere. lib. 11. Si possessores Parauerédorum assiduitate suggerunt esse fatigatos, vt equorum nimio cursu atterantur. Sine euectione, diplomate, synthemate non licuit equis publicis vti. Cassiodor. ibid. qui sine nostra euectione verhedum
attinguat, per vnum equum centum solidos statim soluere cogatur per Saionem. Idem
seruetur in cursualibus equis. Parippis centum libræ imponantur. Verhedi stragulis instrati erant. Martial. l. 14.

Stragula succincti venator sume verhedi,
Nam solet à nudo surgere ficus equo. E

Equi cursuales publici equi Festo dicuntur, & Cassiodor. lib. 2. ep. 31. lib. 5. ep. 5. Vet. gloss.
Verhedarij vnde dicantur. Verhedarij equi dicuntur à Verhedo, quia festinantes in equis currunt, nec descendunt de
equis antequam sua responsa liberent. Habent pennas in capite vnde intelligitur festinatio
itineris, daturq; eis semper equus paratus. Non manducant nisi super equis quando proficiscuntur. Mercurius vtrinque gerebat pinnas in capite, vt Plaut. Amphyt. Apul. in Apolog. Iuuenal. sat. 4.

Anxia præcipiti veniebat epistola pinna.

Fortunatus de Gelesuntæ morte,

Mœrorisque grauis tam citò penna volat.

Vet. Interpres Iuuen. Si victoria nuntiabatur, laurus in epistola ferebatur; si aliquid aduersi,
penna. Non pro bo. Supra ostendi cursores alatos. A cyro fuit origo equorum cursualium,
vt

A vt Zonaras tomo 1.pag.120. Xenophon lib.8.Cyri inſtit. vehiculorum curſualium ab Auguſto. Sueton.cap.49. Et quo celerius ac ſub manum annuntiari, cognoſciq; poſſet, quid in prouincia quáque gereretur, iuuenes primo modicis interuallis per militares vias, dehinc vehicula diſpoſuit. Commodius id vſum eſt, vt qui perferrent literas, interrogari quoque ſi quid res exigeret, poſſent. Omnia enim quæ in imperio gererentur, ad Imperatorem ſcribi moris fuit. Symmachus libr. 10. epiſt. 37. licet vehiculo publicorum ceteris quæ ex more mittuntur, omnia neceſſe ſit rurſus ad ſerenitatis veſtræ notitiam peruenire.

Certi ponderis onus impoſitum verhedis. l.17.C.Theodoſ. de curſu publ. Vehiculis nihil vltra mille librarum menſuram patiemur imponi, ita vt verhedariis, vt habeant quod his 30. libras equis vehere conceſſimus. Enormium vehiculorum vſus interdicitur. l. 18. *Verhedis certum pondus imponebatur.*

B Ne amplius in ſingulis quibusq; carpentis, quàm bini, aut vt ſummum terni homines inuehantur. Gregor.in vita Nazianz. ἱπποστάθμας equorum manſiones vocat, ἱπποστάσια. Suſima,inquit,oppidum λεωφόρε βασιλικῆς μέσον κείμενον, & τ δημοσίε δρομε ἔχον τὰ ἱπποστάσια. Angariarum curſum ſubmoueri non oportet propter publicas ſpecies quæ ad diuerſos portus deferuntur, ait Imper. C. Theod.l.20. de curſu publ. In carpentis bini tantum,aut terni homines ferantur, qui ſint cuſtodes ſpecierum, quas comes largitionum tranſmittit per angarias.

CAPVT XXXV.

C

De Parippo & Clauola.

PARIPPVM eum videri ait Iulianus, ſi quis vſurpato vno,vel duobus veredis, quos ſolos euectio continebat, alterum,tertiúmve extra ordinem commouet. C.Theod. de curſu publ. Parippum, vel Auertarium nemo accipiat ſine Imperatoris voluntate. lib. 12. C. tit. 50. l.4. Parippus dicitur qui ſupra numerum euectionis vſurpatur,apud Caſſiodor.l.4.var. Iulianus ep. ad Euſtoch. ἄξει σε ὁ δημοσίῳ δρόμος ὀχήματι χώρων ἑνί, & παρίππῳ. τῷ ἐνοδίαν δίμοιρ σοι & τ ἐνόδιον πεδαγκεκληκαμεν. *Curſus publicus te ducet vno vehiculo, & Parippo vſum. Deos viales tibi propitios eſſe precamur.* Quo loco πάρεππος vocatur equus ſingularis præter vehiculum. l. 4. Cod. de *Parippus.* *Auertarius.*

D curſu publico.

Paraueredus pro Parippo accipitur, id eſt, pro eo qui veredo vno ſuper numerum vtitur diplomate comprehenſum, vel ſuper numerum ſolitum. Iulianus A.in ep. χρῆσαι ὄχήματι δημοσίῳ μεχρὶ τραπέδε & ἐμέ, & ἑνὶ παρίππῳ. *Veris vehiculo publico ad comitatum vſque meum cum equo vno amplius.* Sella cum frænis 60.libras totidem auerta non tranſeat. ἡ δὲ ἀβέρτα, τυτέστι τὸ ὑπομάχαλον ὅσῳ ἐπιφέρηται κ & ἔνωτε, ἔστω & ἀπὸ ἐξηντα λιτρῶν. καλεῖται δὲ ἀβέρτα, ὅτι & ἀπεστράφθαι. *Auerta vocatur ex eo quod auerſa ſit. eſt enim lorum latius quod poſt tergum equi iugalis excurrit ſub alis eius ſuccinctum.* Erat mantica,ſeu pera ad veſtes recondendas. Acro lib.1 ſat.6. Horat. Pera,mantica,Auerta. *Paraueredus idē cum Parippo.*

Clabula autem vehiculi genus fuit, quo vtebantur in tranſitu militum, armorum,legatorum. Impp. Valentinianus & Valens Mamertino præpoſ.l.23.C.Theodoſ. Ad procura- *Clabula quid ſit.*

E tionem clabularij curſus eligendi ſunt ex eo hominum genere qui in prouinciis comitiuæ, aut præſidatus, aut rationem epiſtulis honorariis nixi, ab omni ſe publicorum & ciuilium officiorum miniſterio remouerunt. l. 26. Curſus mancipes clabularij l. 29. Hi tantum Parippum præſumant,quibus nos ipſi in euectione,quam facimus,veredum cum Parippo tribui iuſſerimus. Leo A.l.22.C.de curſu publ. clabularem curſum vocat vehicularem. Nonnulli legunt caballarem. Clabulæ ſunt taleæ quæ de teneno ramo ex vtraque parte æquabiliter præciduntur,vt Varro lib.1.de R.Ruſt.cap.40. fortè clabularis curſus dictus eſt propter ſynthemata, & teſſeras euectionum. Ammiano Marcel.lib.20. curſus clabularis, vehicularis. Curſus publicus dicitur Ambularis l.vlt.§.1.D .de muner. atque honor.mendosè, vt videtur. Capitolinus in Pertinace: Dein præfectus cohortis in Syria profectus Tito Aurelio Imp. à præſide Syriæ,quod ſine diplomate curſum vſurpauerat,pedibus ab Antiochia ad legionem ſuam iter facere coactus.Plutarchus in Galba, τ ὑπάτων οἰκέτας δημοσίᾳ, προχρησαμένων τὰ δόγματα νομίζοντας τῇ αὐτοκράτορι, & τὰ καλούμενα διπλώματα

σεσημασμένα δόντων. *Cum consules publicos seruos destinassent ferendis ad Imperatorem Senatus decretis, dedissentq; diplomata signata*, rem indignè accepit præfectus prætorio, quod non à Senatu, sed ab Imperatore, aut præfecto prætorio ea dari oporteret. διπλαῖ vocantur, quia duplices tabellæ fuere, combinæ ab eadem causa, vt κομβινεύειν apud Chrysostomum oratione de circo, est duobus, seu paribus equis currere. A

Euectiones tractoriæ. Euectiones tractorias appellari ostendimus C. de cursu publ. quibus adlecti, vel legati ad cursum publicum vtuntur, illisq; viatica ex legatiua præbentur apud Sidon. l. 1. ep. 5. Augustin. lib. 5. confes. cap. 13. & epist. 55. euectionem publicam vocat. Sulpic. Seuerus Histor. sacr. lib. 2. Hilarius per vicarium ac præsidem data euectionis copia adesse compellitur. Paulin. l. 4. de Martino,

Dicite quid vestri velox euectio regis
Efficiat tardante Deo. B

Rarò, & in publicis tantùm necessitatibus, aut non nisi merentibus euectiones datæ, l. 4. C. Theod. de cursu publ. l. 56. 58. Nec vtebantur eo beneficio, nisi in actu Reip. positis, & administrationis sublimissimæ pompa. Cumque semel vsi fuerant non poterant iterum vt nisi consulto Principe. l. 44. eod. Cassiodor. lib. 6. for. 6. Illustribus viris potestas faciendæ euectionis delata potius honori fuit quàm vsui, C. Theod. l. 54. eod. Euectionis naualis meminit Victor Vticen. l. 3. Vandal. Cassiodor. lib. 2. ep. 31. Dromanarios comparat veredariis lib. 7. for. 14. Appendix ad Histor. Franc. Gregor. Turon. lib. 11. cap. 109. nauali euectione properat. Ius concedendi euectionem competere soli Principi, deinde eius voluntate præfecto præt. ac magistro officiorum ostendimus. l. 12. 56. 57. C. Theod. de cursu publ. l. 9. C. de cursu publ. Notitia in præfect. præt. Illyrici, vterque præfectus præt. euectiones annales non habet, id est, quotannis à Principe ius euectionis non impetrat, vt vicarij, qui 10. aut 12. euectiones quotannis à Principe impetrant, & præsides binas, l. 12. C. de cursu publ. Sed ipsi præfecti emittunt. l. euectio C. eod. Plinius præses prouinciæ epist. 14. lib. 10. diploma se dedisse tabellario ad Traianum scribit. Prouincia eius Bithynia fuit. C

CAPVT XXXVI.

De Vehiculis, Rhedis, Parauerhedis.



ERHEDARIOS dictos à Rhedis ostendimus, quæ dicuntur Cursuales l. 9. C. Th. de legat. & Decur. Postea veredi etiam sine rheda fuere. Cisiorum meminit Cicero pro Roscio Amerin. D

Olim Reges Galliæ boum vehiculo vecti. Carolum magnum iter fecisse carpento iunctis bubus, & bubulco agente rustico more prodit Eginarth. Et ante Carolum olim reges Gallię mense Maio boum vehiculo vecti se nobilitati spectandos, adorandosq; præbebant, ait Cedrinus. Parauerhedi sunt maiores equi agminales, qui postea parafredi in lege Baioariorum dicti. Præsidibus, rationalibus, & ceteris quibus Respublicas & annonas & alimenta pecoribus subministrat, vsurpandi Parauerhedi licentia denegetur. Equos qui publico cursui deputati sunt non lignis, vel fustibus, sed flagellis tantummodo agitari oportuit l. 1. & 2. C. lib. 12. tit. 51. Fiscalem Rhedam dixit Sulpicius Seuer. Dial. 2. c. 4. Principes publicum, & celerem cursum vbique hoc modo instituerunt, ait Procop. in anecdotis. Viro expedito ad iter diei stationes constituerunt, quandoque octo, quandoque pauciores, sed non infra quinque. Quadraginta equi vt plurimum in sua quaque statione stabulabantur, & ibidem hippocomi ad curandos equos. Succedentibus verò ad stationes probatissimis equis, qui eos agebant decem fermè dierum iter vicissim conficiebant. Primo Rhedæ quadrirotæ, quæ mille pondo ferrent, Birotæ ducenta, quæ trahebantur à tribus mulis, Rhedæ per æstatem ab octo equis, hyeme à decem, l. 8. C. Th. de cursu publ. Veredi 30. pondo ferebant. Singulæ tantum Rhedæ vno die mittebantur l. 35. & 40. ibidem. Veredorum sella cum fræno 60. librarum est l. 12. Cod. de cursu public. Agminales equi ἀγελαῖοι, ταγματικοὶ, qui agmen exercitus sequuntur ad conuehenda impedimenta. l. 3. C. Theodos. l. 8. de cursu public. In singulis stationibus 20. veredi fuere, 10. cottidie poterant emitti, qui agminales dicti, fortè quia turmatim agebantur. Nero nunquam carrucis minus mille iter fecisse traditur, soleis mularum argenteis E

Parauerhedi dicti parafredi.

A genteis vtebatur. Sabina Neronis vxor, mulas quibus agabatur, aureis funibus ſubligabat auctore Sueton. Stabula in quibus equi alebantur prouincialium ſumptibus reficiebantur l.7.l.comperimus C.de curſu pub.Virgil.Catalect.

———*Mulio celerrimus,*
Neque nullius volantis impetum ciſi
Nequiſſe præterire.

Symmachus lib.10. ep.37. publici vehiculi meminit, quo vehi ſoliti. Euſeb.lib.10.eccleſ. hiſto. Conſtantinus Imp.ait, ϖᾶσαν τ λατζωνιανὴ κοντίκτορ@ σικελίας δημόσιον ἅρμα λαβὼν fortè κορρέκτορ@. Numerus eorum qui in currum aſcenderent definitur lib.3.Euſeb.de vita Conſtant. Tribura & ſpecies publicæ rhedis tranſuectæ. C. Theod. de curſu publ. l.13. 18.20. Agentes in rebus veredis binis vſi. Eodem l.7. 9. 14. Proficiſcente vicario veredi
B decem, aſini 30.moueantur tantùm. Carro ſexcentæ libræ imponantur,non plures. Veredorum ſella cum frænis 60. libras non tranſeat, auerta 35. lineæ, & amictoria quibus onerantur rhedæ deputentur angariis & nauibus. Zozimus lib. 1. Conſtantinus fugiens Galerium τὰς ἐν σαθμοῖς ἵππους ἐς τὸ δημόσιον ἔτρεφε ἅμα τ φθάσαι τ σαθμὸν κωλύων, & ἀγρείας ἐῶν τοῖς ἐξῆς ἑστῶσιν ἐχρῆτο, *equos in ſtationibus publicos mutilabat, & ijs vtebatur quos in poſtremis manſionibus repperiſſet.* Sollicitudo vehicularis patrimonij munus eſt. item angariarum præbitio l. vlt. C. de muner. & honor. Si immunitas aliquibus conceditur neque ab annona, neque ab angariis excuſari poſſunt l.16. C.Th. de curſu publ. l. 48. lineæ veſtes Principis, non rhedis, ſed angariis ad comitatum diriguntur.

Angaria autem erat tranſuehendarum rerum Principis, armorum, veſtium militarium *Angaria quid.*
C neceſſitas, ob quas prouinciales boues, plauſtra, nautas,naues præſtant l. 21. C. de curſu publ.l.10.C. de ſacroſanct. eccl.l.2. C. de nauibus non excuſ. l.16.C.Theod. Sidonius l.1. ep.5. Ticini curſoriam, ſic nauigio nomen, aſcendi,qua in Eridanum breui delatus. Vnde diſcas curſum publicum non equis tantùm, vehiculiſq; ſtetiſſe,ſed nauigiis,etiam,ac dromonibus per flumina & ſinus diſtributis. Caſſiodor.lib.2. variar. Et ideo Comiti ſacrarum largitionum noſtra præcepit auctoritas,vt Hoſtilienſi loco conſtitui debeatis, quatenus fiſcali humanitate recreati excurſus cum veredariis per alueum padi more ſolito faciatis, l. pen. D.de veteran. Cum rhedæ publici curſus non ſufficiunt, priuati dant plauſtra, & iumenta quæ angariæ dictæ.l.15.C.Theod.de curſu pub. Qui veredis currebant,à recta curſus publici via quingentis paſſibus diuertere non poterant. l.25. eod. Plauſtris angariarum 1500.pondo imponuntur, equo tantùm 30.l.28.& 30.eod. Auſon.ep.ad Paulin.

D *Non ciſium, aut pigrum caueas,conſcende veredum,*
Non tibi ſit rhedæ, non amor acris equi.
Martial. *Parciùs vtaris moneo, rapiente veredo.*

Paulinus epiſt.9. Victor epiſtolarum noſtrarum veredarius.

CAPVT XXXVII.

De Bubus, Aſinis, Equis, Animalibus.

E ANTE Iulianum Aug.non equis tantum,ſed mulis,aſinis ad curſum,& bubus vſi. Iulianus ſuſtulit. Socrates lib.3. Iulianus ϖᾶσι τὸ δημόσιον τ χρειῶν δρόμον, οἷον ἡμιόνων, βοῶν, ὄνων μόνον ἢ τ ἵππων τ δημοσίαις χρείαις ὑπάρχειν, *ſuſtulit publicum neceſſitatum curſum,vt mulorum, aſinorum, boum,& ſolum equorum curriculum reliquit ad publicos vſus, quæ res opes imperij fregit.*

Imperatores alios bubus,& mulis,alios equis vehi iubebant. Theo- *Imperatorum iuſſu alij bubus, & mulis,alij equis vehebantur.*
doret.l.1.Hiſt. δημοσίοις ὄνοις, & ἡμιόνοις, & ὀρθοῖ, & ἵπποις, *publicis aſinis,mulis,& equis.* Conſtantinus A.iubet epiſcopos vehi. ἀπέστειλέ τινα τὸν κ' τὴν πορείαν ἐναλλαττομένους ἵππους ἐλαύνειν ἀσθόδα, & τοὺς ἀπεκείσε ὡς τάχιστα φέρειν. Conſtantinus A. *miſit quendam ſolitum agitare equos,qui in itinere ſubinde mutantur, vt reſponſa citiſſimè ferat.* l.13. C.lib.12.tit.5. Cautum ne mulionibus verhedarij auferant ſaga, id eſt, inſtrata equorum. *Manſiones,ſtationes,mutationes* dicuntur ἱπποσάθμοι, ἀλλαγαί, ἀμοιβοί. l. ſi quis C. de curſu publ. ἐὰν τις μίαν γὰρ ἀλλαγὴν ϖαρελάσῃ, &c. *ſi quis vel pro vna mutatione veredum ſuperducendũ eſſe crediderit,quadruplum ſoluat.*

παριτῶν dicebantur. l. 1. C. Th. de cursu publ. Si quis iter faciens bouem non cursui destinatum, sed aratris deditum duxerit abstrahendum, per stationarios, & eos qui cursui publico præsunt, correptus, &c. Boues enim cursui publico seruiebant, plaustra sarcinis onusta vehentes. l. 53. 38. eod. Quotannis veredorum quarta pars reparabatur l. vlt. eo. Pabula, fœnum, paleæ, hordeum à prouincialibus pretio accepto exhibebantur l. 2. C. de lucris aduocat. l. 23. C. Theod. de cursu publ. Mancipes cursus publici debent animalibus alimenta quæ fiscus suggerit, ministrare. A

Animalia pro equis sæpe posita. Animalia pro equis ponuntur. Capitol. in Max. tanto impetu mutatis animalibus cucurrit. Constantinus magnus quibusdam episcopis νοτοφόρων, id est, *asinorum dorso, onera gestantium, & mulorum*, ὑπηρεσίας, *ministerium*, vt ad se venirent indulsit, aliis δημόσιον δρόμον, vt Socrates lib. 1. ☾ γὰρ δύο δημοσίων ὀχημάτων ἐξουσίαν εἰς ἀμφοτέρους ἐκ τῆς αὐθεντίας τοῦ χαράγματος ἡμῶν τοῦτο λαβεῖν σε πρέπει. *Etenim duorum publicorum vehiculorum facultatem ex auctoritate diplomatis nostri te accipere oportet vt veharis.* Ammianus lib. 14. decem vehiculis publicis vsus. lib. 21. vehiculo publico impositum. Epiphan. hist. tripart. l. 2. c. 16. Nam & duo vehicula te percipere conuenit l. 14. Ammian. res vehicularis. l. 21. vehicularium munus. Spart. Seuero vehicularis cursus Capitol. in Anton. publici equi, cursuales equi, Cassiodor. l. 2. & 31. l. 5. ep. 5. Iulian. ad Basilium δημοσίου δρόμου. Victor in Constantio, publica iumenta. Iter diebus & noctibus continuatur l. continuus l. 37. §. cum ita D. de verb. obligation. Præsides euntes ad aliquam ciuitatem vnam tantum angariam, & duos parauerédos, & totidem officium, petere poterant. Nouell. Maioriani titul. 1. de curial. Petrus Rauennas serm. 25. Ne cui forsitan deesset euectio ad portanda illa quæ dimittitis, angariatus est pauper. B

C

CAPVT XXXVIII.

De Protallagatore.

Protallagator qui dictus. PVD Codinum in officiis Imp. Const. πρωτάλλαγάτωρ dicitur, ὁ ἄρχων τῆς ἀλλαγῆς ὑπὸ τὸ μέγαν πριμικήριον ὤν. *Qui præest cursui publico, subest magno Primicerio.* ἄλογον dicitur *iumentum.* μεγαλοαλόγται, *qui magnis equis vtuntur.* ἄλογα ζῶα νωτοφόρα, ἀχθοφόρα. *Aloga animalia quæ onera gestant.* Niceræ ἄλογον ὑποστελλιακὸν, πολεμιστηρίου ἵππου, *equus cum sella militaris.* ἀλλαγαὶ loca mutandis equis publici cursus destinata, Basilic. eclog. 58. ἐάν τις παρελάσῃ μίαν γὰρ ἀλλαγὴν, τὸ τετραπλάσιον τῆς τοῦ ζώου τιμῆς δώσατο. *Si quis equitarit vltra mutationem vnam, quadruplum equi pretium soluat.* ἀλλάγιον cursus publicus. ὁ ἄρχων τῆς ἀλλαγῆς, *præpositus mutationum, manceps mansionum.* Ita πρωτάλλαγάτωρ, melius dicetur à mutationibus & stationibus equorum, quàm ἀπὸ τῶν ἀλόγων. Apud Cantacuzenum l. 1. c. 26. Sennacherim Protallagator generalis cursus dicitur. D

Alogator. Alius fuit Alogator præfectus stratiotarum, qui erant milites stationarij cum equis. Codinus ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ παλατίου στρατιῶται ὀνομαζόμενοι ὅτω, δηλαδὴ, ἔχοντες ἄλογα, ἐφ' ὧν ☾ ἀλογάτωρ. *In aula Palatij, stratiotæ dicti, qui habent equos, quibus præest Alogator.* Sunt equites stationarij δηλαδή. E

CAPVT XXXIX.

De Cursu Publico Turcarum.

Cursus Publicus secũdum Turcas exercitus. PRÆCONES Imperatoris Turcarum, quos Vlacides vocant, mandata eius perniciſſimo Cursu quacunque differunt, & nuncij ſi quid nouarum rerum inciderit, ad ianuam regis citiſſimè feſtinant. In itinere ſi in equitem, quicunque tandem ille ſit, Præcones inciderint, eum confeſtim equo deſilire iubent, in quem inſiliunt, donec in alium recentem & validum inciderint. Corpus totum cingunt faſciis, ne curriculo debilitetur. Ex Peloponeſo Adrianopolim ſcimus Præcones veniſſe intra quinque dies. Hoc iter intra decem & quinque dies eques ægrè maximis itineribus conficere poteſt, ait Chalco Condylas lib. 9.

CAPVT

A

CAPVT XL.

De Mancipibus cursus publici, & Mansionibus.

PROFICISCENTE Vicario veredi decem, asini triginta moueantur tantùm, Carro sexcentæ libræ imponantur non amplius C. Theod. tit. de cursu publ. Mancipes cursus publici id curant C. lib. 12. tit. 51. l. 14. C. Theodos. de curios. l. 18. Hi Mancipes, & redemptores habebant apparitores, siue stationarios, ne pabula stationibus equorum deessent l. 19. Prouinciales autem non cogebantur conferre pabula, & pecunias pro equis cursualibus, nec paraueredorum onere prægrauabantur. l. 26. C. Theod. de cursu publico. Cursus Mancipes clabularij l. 23. locari dicuntur ad procurationem clabularij cursus iis qui in prouinciis Comitiuæ, & Præsidatus, aut rationum epistulis nixi, ab omni se ciuilium & publicorum officiorum ministerio remouerunt. Qui viri & euectiones commeantium exactissima cura inspicere debebunt, & animalibus alimenta quæ fiscus noster suggerit, ministrare. Mutationem cursus publici vocat Ammianus lib. 21. Vectúsque mutatione celeri cursus publici. Firmicus lib. 3. c. 3. Velox cursus dicitur l. 3. de can. largition. tit. Cursuales equi l. 19. C. de cursu pub. Cassiod. l. 5. ep. 5. Quicquid in Rep. geritur pene ministerio cursuali completur. Cursuale obsequium l. 8. de re milit. C. Theod. sollicitudo cursualis l. 7. de curios. eod. Cursuales præpositi lib. 2. Symmach. ep. 46. Victor in Traiano c. 7. Præcipuum eorum munus fuit, vt Imperatorum literas celeri cursu perferrent. Firmic. lib. 3. c. 13. Regum nuntios, veredariásque reddent. Auctor epist. ad Eustoch. de vincul. B. Petri. Affluit ibi Augustus, & sacris scriptis per veredarios toto orbe mandari studuit. lib. Ester. c. 8. Egressíque sunt veredarij celeres nuntios perferentes. Epiphan. Histori. tripart. lib. 5. c. 49. Missus est veredarius, qui hæc velociter adimpleret. In Historia Seruatij episc. Tungror. veredarij veloces. Eunodius epist. ad Adeodatum. Hieronym. epist. ad Eustoch. de cura virginit. Quia singulæ metuunt veredarium vrbis offendere, intelligit senem, qui quotidie perambulabat cubicula monialium. Dicitur necessitas veredariæ functionis l. 8. C. Theod. de cohortal. Hieronym. in c. 1. Amos scribit, à veteribus appellatos frumentarios, qui suo sæculo agentes in rebus, vel veredarij dicti. Symmach. ep. 48. l. 2. duobus veredis. Equis velocibus publici cursus. Cassiodor. lib. 6. for. 6. Victor de persecut. Vandal. lib. 2. vniuersæ Africæ veredis currentibus. l. 8. C. Theod. de cohort. Princ. cursus veredorum. Veredi interdum equi rhedæ adiuncti, interdum singuli equi. Auson. ad Paulum.

Mancipum cursus publici officiũ.

B C D

Vel celerem manuum, vel ruptum terga verhedum,
Conscendas, propera, dummodo iam venias.

Ex arca præfecti prætorio sumitur, quod animalium locatoribus pro mercede dari solet. l. 2. C. Theod. de curios. Mansiones dictæ mutationes l. 15. 17. C. de cursu pub. lib. 6. histor. trip. c. 45. Cognouit mortem Iuliani Apostatæ, licet plus quam 20. mutationes ab eo loco vsque ad illius exercitum esse viderentur. Theodoret. l. 3. c. 19. Iter vocat 20. dierum, quia verhedi, & equi iter vnius diei faciunt. Ammianus l. 21. Vectus mutatione celeri cursus publici σαθμοὶ, ἱπποσάπα. Suidæ. l. 9. C. Theod. de tribut. & annon. Tabulariorum fraudes se resecasse per suburbicarias regiones. V. C. Anatolius consularis missa relatione testatus est, quòd pabula, quæ hactenus ex eorum voluntate ad mutationes, Mansionésque singulas animalibus cursui publico deputatis, repente solebant conuehi, nunc certo tempore deuehi ordinauit. Lamprid. in Alexand. Milites expeditionis tempore sic dispossuit, vt Mansionibus annonas acciperent, ne portarent cibaria 17. vt solent, dierum nisi in barbarico. Ibi hordeum, & lardum pro vsu militum reponebatur. l. 2. C. de lucro aduocat. l. 119. C. Theod. de decurionib. Sueton. in Tito, primam Mansionem. Ammian. lib. 16. quadragesimam. Itinerarium Antonini de Mansionibus. Plin. lib. 12. c. 14. Mansiones à se distant 150. stadiis Herodotus lib. 6. Iter à mari Græco ad Susa per σαθμὰς 3. diuidit. Hoc legitimum tempus visum prætori diurni itineris faciendi. l. 1. D. si quis caution. Lamprid. Alex. in prima mansione mansurus sum. Vopiicus in Aurel. Ambros. de obitu Valentinia. l. 4. C. de offic. rect. prou. l. 12. C. Theod. de erogat. milit. annonæ. l. 3. C. eodem. Bona Mansio. à voce Mansionis facta vox gallica *Maison*. Cursum publicum à Mancipibus regi

E

diximus, quorum exercitatio dicitur Mancipatus, & Mancipium. Mancipes singulis Mansionibus per quinquennium præfecti à proconsule, aut præside, C. Theod. de cursu publ. l.34. Triginta tantum diebus quoque anno à statione poterant abesse.l.22.36.eod. A

Catabulenses qui dicebantur. Catabulenses animalia currentia comitabantur, quorum officium Catabulum. Anastasius de Marcellino, damnatus est in Catabulum. Cassiodor.l.3.c.16. Marmora ad Rauennatem vrbem per Catabulenses directa.lib.4.ep.47.& C.de cursu publ. Muliones, carpentarij, mulomedici cursui publico deputati annonas, & vestem ab Imperat. accipiebant, nullam mercedem ab his quibus euectio data. Ternis veredis muliones singuli sufficiunt. Præpositus, manceps, decurio angariarum ante quinquennium mancipatu abire non po-

Catabulum. tuit. Postea perfectissimus fiebat. Catabulum locum esse putem animalia publica, & Catabulenses dictos qui animalia curarent ad deferendas militares annonas, aut res alias quæ publicus vsus exigeret. B

CAPVT XLI.

De Cortelinis.

Cortelini ijdem qui cohortales. DE Cohortalibus supra non nihil attigimus. De Cortelinis quos eosdem esse interpretor aliquid subiiciamus. V. gloss. κορτελῖνοι δοῦλοι θυρωροὶ τοῦ πραιτωρίου, *Cortelini sunt viles custodes prætorij.* Constantinus Porphyrog. themate oriental. 5. ὅτι ἡ τοιαύτη ὀνομασία τῶν ἀτίμων ἴσως ἦν φέρουσα τὸ παρὰ ῥωμαίοις λεγομένων κορτελίνων. *Est autem nomen hominum vilium, vt & vox Cortelinorum Romæ.* Alij fuere Cortinarij apud Codinum, qui εἰς τὸν κόρτιν, ἢ σκηνὴν βασιλέως ὑπηρετοῦσι, *Tabernaculo Imperatoris ministrant.* l. 4. Basil. tit. 1. τοὺς κορταλίνους καλεῖ βενεφικιαρίους, λέγει δὲ φροντίζειν αὐτοὺς τῶν ἀλλαγῶν τῶν ἵππων. *Cortalinos vocat beneficiarios, ait autem eos curam gerere mutationum equorum.* C In singulis prouinciis perpetui erant præsidum apparitores, Cortelini dicti, & cohortales, quibus vt plurimum Primipili necessitas, aut exhibitio cursus iniungebatur. Primipili certe non erant apparitores, sed iis in prouinciis præcipua annonæ militaris cura mandata erat.C.de Primipilo. l.4. C.de Episcop.& cler. Officiales, rationales, si exhibitione cursus, seu Primipili necessitate neglecta, clerici facti sint, ad priorem conditionem retrahantur. l.per Illyricum C. de cohortalibus, singulis iudicibus per Illyricum centum fuere cohortales ob metalla l.11. si quis ex grege cohortalinorum stipendiis fuerit exemptus. Hæc D officia militiæ dicuntur. Non possunt ad aliam transire militiam sine annotatione clementiæ Principis,l.7. l.13.l.14. eod. Ex hoc cohortalium grege plærumque assumuntur qui tabulas, vel chartas, fiscalium debitorum tractent, qui tunc dicuntur chartularij l.10. C. de chartular.Cortelini dicuntur ἀμφίκαθεοι præsulum statores,& quasi nuntij.Stationarij erant ex cohortalibus l.1.C.de cohortal.& l.4. l.10. Quicunque chartas, vel tabulas, vel quodcunque aliud ministerium cohortalis optauerit, non ante accedere permittatur, nisi nomen eius matriculis receptum fuerit. Præsidum cohortales perpetui erant, & officio obnoxij l.14.C.de cohortal. Cohortales extra ædes præsidis habitabant. Alij fuere domestici intra ædes præsidis, qui priuatas eius rationes tractabant C.de offic.assess. & domest. Vide quæ supra de cohortalinis, & officiis diximus. E

CAPVT XLII.

De Agentibus in rebus, & frumentarijs.

Agentes in rebus. AGENTES in rebus in locum eorum, qui olim dicti frumentarij, successere, qui iussu Imperat. aut præfecti prætorio prouincias perlustrabant, & ea quæ gererentur obseruabant, renuntiabántque. Hieronymus in c.1. Abdiæ, & in c.1. Amos, quos nunc Agentes in rebus, vel veredarios appellant, veteres frumentarios nominabant. Lamprid. in Commodo, Anterum per frumentarios occiderunt. Capitol.Macrino, cum per quendam frumentarium ille didicisset. Capitol. in Maximo

& Al

A & Albino, ad omnes prouincias misit frumentarios. Spargebantur per domos, priuatorum habitu, vel egentium vt Tacit.& Arrian.in dissertat.Epicteti. Ammian. lib.14. Hi milites in legionibus habebantur. Caracalla tantum iis detulit, vt ius animaduertendi in frumentarios vni sibi reseruaret, auctore Dione, πυρφόρους, vel πυρφώρους appellant. Hieronymus in Abdiam c.1. Septuaginta transtulerunt πυρφόρον, quem nos frumentarium vertimus iuxta antiqui sermonis eloquium. Consule Ammianum initio lib.14. Non dissimulabo tamen mirari me vocem vsurpatam πυρφόρος à 70. interp. qui ætate Ptolemæi vixere, cum vox & vsus frumentariorum sub Imperat. Romanis cœperit, qui longè tempore Ptolemæi fuere inferiores.

Athenienses ἁλιτροὺς vocarunt, ab ἁλέω quod est molo, qui explorarent eos qui frumen- *Ἁλιτροὶ qui.*
tum, & molas domi occulerent, eosdem Sycophantas, qui obseruant ficus Athenis effe-
B rentes. Trebellius in Gallieno, cum nunciatum esset Gallieno per frumentarios Claudium irasci. Dicti sunt à frumentariis legionum, qui frumenta perquirebant. Curiosi & frumentarij sunt ἐρευνηταί. Spartianus in Hadriano, Cum per frumentarios occulta omnia exploraret per causam frumenti inuestigandi. Eusebius lib.6. cap.11. eccles. histor. Sabinus Φρουμεντάριον ἐξαπέστειλε εἰς ἀναζήτησιν μου, *Frumentarium misit qui me inuestigaret.* Dio τοὺς σπαπώτας τοὺς ὠτακουστὰς, καὶ διοπτεύοντας, *Milites auricularios, exploratores.* Victor in Diocletiano, Remotum pestilens frumentariorum genus quorum nunc agentes in rebus simillimi sunt, qui ad explorandum, annuntiandúmque si qui forte motus existerent, instituti sunt.

Genus illud hominum in magno Imperio necessarium, si calumniæ absint, ne ciuitates *Agentes in rebus cur necessarij.*
iugum exuant, & ambitiosi homines res nouas moliantur, quare speculatores, διοπτῆρες,
C Curiosi non modo apud malos, verum & apud bonos Principes fuerunt, sed minus licenter grassati. Milites eos fuisse docet Imp. Constantinus ad Agentes in rebus l.1. C. de offic. mag. offic. Idem officium fuit Saionum apud Cassiodorum lib.9. ep.18. lib.4.ep.14. 27. 32. 34. qui eos ferro accinctos ait, interdum gladio sæuiisse. l.1. C. de offic. mag. off. Priuilegiis dudum scholæ vestræ indultis, & integris reseruatis ad ducenariam, centenariam, & biarchiam nemo suffragio, sed labore vnusquisque perueniat. Principatum vero adipiscatur matricula decurrente, ita vt ad curas agendas, & ad cursum illi exeant, quos ordo militiæ vocat, & eius laborum adiutor.

Agentes in rebus mittebantur ad monendum militem, & paraueredos exigendos. l.7. *Quare mitterentur.*
C.Theod.de cursu publ. ἡμεροσκόποι apud Nicephor. Gregor.lib.4. Fuerunt qui de die ob-
D seruarent, exploratores. Literæ mittebantur per milites speculatores. Sueton.Calig. c.44. Literas Romam misit monitis speculatoribus vt vehiculo ad forum vsque pertenderent. Tacit.lib.2.histor.Vitellio speculatores Syria, adactum in eius verba orientem nuntiauere.

Mittebantur item vt compellerent, exigerent, admonerent, præcepta Imp. portarent. l.2.C.de exsecutorib. & exactor. Quicunque ex Palatio nostro cuiuscunque tituli ad prouincias commeauerit compulsor, exactor, admonitor, portitorve præcepti, Agens in rebus, vel Palatinus, vel apparitor illustrium potestatum, hoc tantum potestatis arripiat, quod mandatum curæ suæ specialiter approbatur, nec quod iniunctum alteri fuerit collegij iure præsumat. Ex Agentibus in rebus erant ἀγγελιαφόροι. Theodoret. in relig. hist. Zeno erat adscriptus in numerum eorum qui literas Imperatorias celeriter ferebant. Dio in fragmentis Vrsini, καὶ ὅτι καὶ ὁ ἀδρέντων ἐν τοῖς διοπταῖς τε, καὶ ἐρευνηταῖς μεμισθοφορηκότα, καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς τάξιν λελοιπότα, ἔστε τοὺς γραμματοφόρους τελέσαντα, καὶ θεσκοίτου ἀποδειχθέντα. Et
E *quod aduentum qui meruerat inter speculatores, & frumentarios, & ex eorum ordine egressus inter tabellarios adscriptus erat, & excubitor effectus.* Speculatores igitur inferiores tabellariis, tabellarij excubitoribus. Suetonius l.2. Curiosum, ac speculatorem ratus. Græci πολυωρέσμονα. Plutarch. in Galba, διοπτὰς ἀγγελείας, διοπτῆρας, ὠτακουστὰς· καὶ πλειφόροι σωμελῶς ἐφοίτων, ἀεὶ τοῦ προχωροῦν ἑκάστῳ φέροντες, *Nunty continuò commeabant semper ei aliquid accedere nuntiantes.* V.gloss. ὠτακουστὴς, *auricularius.* Hesychius, πλειφόροι τέλος τι σπαπωτικόν. *Primigeri ordo militaris.* Aristid.lib.2. τοῦ ἱεροῦ. ὅτε γὰρ οἱ τὰς ἀγγελίας κομίζοντες τῶν σπαπωτῶν, ἡμᾶς παρῆλθον. *Neque enim tabellarij nos præuerterunt.*

Agentes in rebus quibus iniuncti negotij tempus emensum esset ad Comitatum reuersi *Agentes emenso negotiorum tempore redibat ad Comitatum.*
probabant causas necessariæ tarditatis. Ex his aliqui ad mansiones mittebantur, vt inspicerent, ne quis sine diplomate, aut supra modum euectionis curreret, ad quod munus singuli in singulas prouincias mittebantur, iique tantum missi qui gradum in schola meruissent. l.4. C.de curiosis & station. l.1. C.de offic.mag.offic. l.2.C.de curio. & station. &

C.Theo

C.Theodos.de Agentib.in reb.& station. Agentes in rebus in curis Agendis,& euectionibus publici cursus inspiciendis credimus in omnibus velle pro futura Reip. ideóque solos, Agentes in rebus in hoc genere iussimus obsequium adhibere, & non ab alio penitus officio. Hi vero peruigili diligentia peruidebunt ne quis contra euectionis auctoritatem moueat cursum,vel amplius postulet quam concessit euectio. Soli agentes in rebus curas agere, & euectiones publici cursus inspicere poterant l.2. C.Theod. de curiosis. A

Qui fuerint in rebus Agentes.

Dubitatur qui Agentes in rebus fuerint. V. glossæ μαγιστριανὸς, Agentes in rebus interpretantur. Suidæ Magistriani sunt Castrenses καστρισιοι. Nonnulli eos esse volunt qui res Principis agerent, qui in rebus & actu militabant, quibus curæ erat euectiones inspicere, & curas agere, qui in militia Palatina per prouincias speciebus annonariis quæ fisco, aut vrbibus præstabantur ex canone, aut indictione conuehendis, importandísque præerant, qui canoni Romano, canoni Alexandrino, frumento militari, annonísque officiorum, quæ in Palatino comitatu erant, præsidebant. Exigendis tributis 48.agentes in rebus à Zenone præpositi C.de Agentib.in reb.l.matriculam Agentium in rebus à tua celsitudine confectam admittentes iubemus ne ducenarij plus quàm 48. in cingulis habeantur in posterum. Ad eos delegatoria missa. Suidas, Delegatio ἡ ἐπίσχη σιτοπομπείας, ἢ ἡ ἀνώνων μεταχωμιδή, *Expositio, & deportatio annonarum, & tritici.* B

Cursores à pedibus.

Erant alij cursores quos Spartianus in Adriano pedibus itasse scribit. Optiones, tesserarij, speculatores apud Tacitum Lamprid. Alexander de omnibus hominibus per fideles semper suos quæsiit quos meminisset hoc agere. Tertullianus curiosos & frumentarios commemorat. D. Ambrosius ep. ad Marcellum, Palatina omnia officia, hoc est, memoriales, Agentes in rebus, apparitores diuersorum Comitum. Agentium tamen in rebus munus in prouinciis erat, cum & in Imperatoris aula frumentationibus, & annonis præesset, & in prouinciis annonas curarent. Distinguuntur à Palatinis C. Theodosiano his verbis. Quicunque igitur inter Agentes in rebus, vel inter Palatinos militiæ sacramenta sortiti sunt. Item, Sublimitatem tuam inuestigare præcipimus an aliqui hæreticorum,vel in scriniis, vel inter Agentes in rebus, vel inter Palatinos, cum legum nostrarum iniuria audeant militare. Palatini propriè erant domestici Principis. Palatium enim domus Principis. Comitatenses quicunque de Comitatu sunt, qui tamen omnes Palatini dicti. Frumentarij propriè qui frumenta portabant in horrea publica, & ex horreis pub. cum frumentum viritim dabatur, in ædes ciuium portabant, & specie frumentationis omnia ciuium arcana explorabant. C

Qui & quot fuerint in schola Agentium.

In schola Agentium in rebus erant Ducenarij 48. Centenarij ducenti. Biarchi 250. qui commeatum curabant,circitores 300. equites 450. Omnes simul 1248. vt Vegetius lib.2. c.8.& l.3. C.de Agentibus in rebus. Ad exemplum militum descripti erant, qui cum à laboribus quiescerent itinerum, ducenarij, & centenarij facti in prouincias mittebantur, vt magistratuum officiis præessent, & tunc Principes dicti, quo munere functi Proconsulis, aut Vicarij dignitatem habebant.C.de Princip. Agent.in reb. Quatuordecim Principes officiorum ex schola Agentium in rebus in orientis prouincias exibant. Sex tantum in occidentis. Schola Agentium in rebus lites coram Principe experiebatur, conueniebatúrque sub magistro officiorum. Gotthi eos vocarunt Saiones apud Cassiodorum. Metaphrastes in 22. Octobr. vocat eos μαγιστριανὸς τ̃ θείων ὀφφικίων. Vide titulos C. de præpositis Agentium in rebus, de Principib. Agent.in rebus lib.12.tit.20.21.22. Dicitur schola Agentium in rebus. In epist. Hormisdæ Papæ. Eulogius vir strenuus Agens in rebus. Vir spectabilis magistrianus Eulogius. Agentes in rebus plenum vigiliarum munus exercent l.7. C. Theodos.de priuileg.eorum qui in sacra Pal.milit. Theodosius Nouel.de Principib. Agentium in rebus. Agentium in rebus labores & vigilias tantas esse, vt soli efficere videantur quicquid publici muneris est. Cassiodor.lib.11.ep.35. Agentes in rebus Principum literas deferunt,& vicissim acta publica,literásque publicas referunt. Quod vt celeriùs fieret,curru vehebantur. Dio in fragmentis Vrsini, ὀχημάτων τ' ἐνταῦθα, ὡς ἢ σπαπώτης τις τ̃ ἀγγελιαφόρων ἐπέβη. *Inscendit currum, vt miles tabellarius.* Alij fuere speculatores, de quibus Tacit. lib.1. histor. Militibus vt nihil in commune turbantibus, ita sparsis per domos occulto habitu, & maligna cura in omnes quos nobilitas, aut opes, aut aliqua insignis claritudo rumoribus obiecerat. Atrianus lib. 4. Diss. Epicteti. ὅπω ἢ ὑπὸ τ̃ σπαπωτῶν ἐν ῥώμῃ οἱ ἀφπηδεῖς λαμβανόνδ. Δημηκάδηκέ σοι σπαπώτης ἐν σχήματι ἰδιωτικῷ, ἢ ἐξάμβων καπὼς λέγλν τ̃ καίσαρα, εἶτά σου ὥσπερ ἐνέχυρον παρ' αὐτοῦ λαβὼν τ̃ πίστεως τὸ αὐτὸν τ̃ λοιδορείας κατηρχθαι λέγλς, ἢ αὐτὸς ὅσα φρενῆς, εἶτα δεθεὶς ἀπάγη. *Ita Romæ simplices, ac faciles à militibus capiuntur.* D E

Adsistit

A *Adſtitit tibi miles habitu priuato, & exorſus inclementer dicere in Cæſarem, deinde tu quaſi pignore fidei accepto, quod ipſe prior criminari inceperit, dicis & ipſe quod ſentis, deinde vinctus abduceris.* Symmachus de literis Imperat. l. 6. ep. 36. Cum ab Agente in rebus ſacræ literæ mihi rederentur, quibus ad officium præcelſi viri conſulis euocamur, vidi alias æque ad tuum nomen emiſſas, quibus te honorificentia Imp. acciuit. Conſulis quoque ſcripta idem Agens exhibuit. lib. 7. ep. 59. Sacras mihi Iulius Agens exhibuit. Idem deſideratam tuam paginam inſimul tradidit. lib. 10. ep. 57. Quia ſpeciatim ſacris literis imperaſtis, vt ſi qua ab eo Romæ in his cœtibus (Senatus & populi) geſta ſunt, Agenti in rebus excerpta tradantur. Ex ſchola Agentium in rebus Principes conſtituuntur officiorum, Præfecti Prætorio, Præfecti vrbi, Vicariorum, Proconſulum Africæ, Achaiæ. Arcadius & Honorius A. A. ad Anatolium P. P. Illyrici, Principes qui de Agentium in rebus numero ad guber-
B nanda officia diriguntur. Arcadius A. Cynegij P. P. quoniam Agentibus in rebus huiuſmodi præſtitimus codicillos, vt poſt Principatum in ampliſſimo ordine inter allectos conſulares habeantur, &c.

Magnam igitur dignationem Principum Agentium in rebus eſſe oportuit, qui emenſo Principatu inter conſulares habeantur, Senatores ſint, nulla functione, nulla collatione teneantur. Imperator Proculo P. vrb. Qui ex Agente in rebus Princeps fuerit, ſit Sena- *Agentiũ in rebus eximia dignatio.*
tor, & merito Conſularibus adgregetur, ſed vt eum functio vlla non teneat, collatio non
C defraudet. Ad petitionem Comitum ſecundi ordinis, vel cubiculariorum Imp. primi duntaxat loci, vel tribunorum vrbanicianorum Agentes in rebus fiebant, & militare dicebantur l. 8. C. Theod. de Agentib. in reb. Multa illis priuilegia Imperatores attribuêre, quod eorum opera in rebus grauiſſimi negotij vterentur. Vide l. 1. & 2. C. de Præpoſitis Agentium in rebus. Principes Agentium in rebus, & comites conſiſtoriani Proconſulibus æquabantur. Licuit eis in officio habere domeſticos, vt præſidibus, comitibus, ducibus. C. de Principib. Agent. in reb. l. 3. Proconſularis apicis dignitatis adiectione Principes Agentium in rebus præcipimus decorari. Impp. Theodoſius, & Valentinian. Valerio magiſtro offic. Ex Agentibus in rebus Principibus domeſticos in ſuis actibus habere liceat eos, quorum fidem induſtriámque probatam ſibi exiſtimant. Iidem Cyro P. P. Eos qui ordine tranſcurſa militia poſt ducenam ad deſideratum Principis peruenerint gradum, aut adiutores viri illuſtris magiſtri officiorum extiterint, cum inter honoratos cœperint numerari, Vicarianæ dignitatis titulis decorari cenſemus. Iidem Nomo mag. offic. Principes Agentium in rebus quos ſæpe ſæua pericula, vitæque interdum renuntiatio ad memoratum gradum adduxit, completo militiæ ſuæ tempore, Comitiuæ primi ordinis cingu-
D lo in diem vitæ potiri decernimus.

Agentes in rebus cum in conſiſtorio aurum acciperent, non vtraque manu cauata, ſed expanſa chlamyde accipiebant. Ammian. Marcellin. Agentibus, inquit, in rebus in- *Mos Agentiũ in rebus in auro capiendo.*
ductis ſolemniter in conſiſtorium vt aurum acciperent, quidam non expanſa chlamyde, vt moris eſt, ſed vtraque manu cauata. Idem ſcribit Agentem in rebus fuiſſe conſula-
rem Pannoniæ. Duobus Agentibus in rebus gradum militiæ redditum. Ij militare dicebantur in actu Reip. non in literis. Dicuntur magiſteriani Nouel. 17. 124. Quorum alij ſunt Tribuni ſcholarum, Primicerij, Senatores, Ducenarij, Centenarij, Biarchi, Circitores, Equites, Tirones, lib. 12. C. tit. 20. de Agentib. in reb. Hieronym. ad Pammach. Finge aliquem Tribunitiæ poteſtatis ſuo vitio regradatum per ſingula equeſtris militiæ officia ad Tironis vocabulum deuolutum, Nunquid ex Tribuno ſtatim fiet Tiro? non, ſed antè
E Primicerius, Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor, Eques, Tiro, & quanquam Tribunus quondam, miles gregarius fiet. Agens in rebus exacta militia fit Princeps Agentium in rebus l. 13. C. Theodoſ. de Agent. in reb. Cur Agentium in rebus miles officij poſt tot laboris incerta aliquid patietur ambiguum, qui crebris actionibus excubando ideo Principis nomen habere meruit, quia militiæ ſacramentis ceteros antecellit? Obſeruabit enim iugiter Imperialibus iuſſis & vt reuerentiam prætorianæ ſedis extolleret, tunc ad eius venit obſequium, quando vocabulum cœpit habere præcipuum. Tales ergo tardare piaculum eſt, quia poſt palmam nemo tardatus eſt, ait Caſſiodorus lib. 11. epiſt. 35.

CAPVT

A

CAPVT XLIII.

De Sacri Palatij Decurionibus.

Decuriones qui dicebãtur.

OLIM Decuriones dicti qui præerant turmæ apud Festum. Fuerunt & Decuriones Consistorij, id est, primarij Principum consiliarij C. de Silentiar. & Decurion. Decuriones enim dicti Principes, seu capita cuiuslibet ordinis. Militia Decurionum sacri Consistorij lib. 6. C. Theod. tit. 1. Decuriones sacri Palatij deposito sacramento æquantur Ducibus qui perfectissimi, & egregij dicuntur.

Immunitas Decurionũ.

Possessiones Decurionum, aut silentiariorum nullas angarias, aut B parangarias, vel parauedarios præstant. Immunes sunt à superindicto lib. 6. C. Theod. tit. 8. Decuriones sacri Consistorij sub quibus sunt silentiarij, C. Theod. de silentiar. Ammian. lib. 20. Aliquis Palatij Decurio qui ordo dignitatis est. Decuriones Palatij absoluti militia Illustratum vacantem cum cingulo nanciscuntur, súntque exmagistri officiorum, C. Theodos. libr. 6. tit. 7. Symmachus in Auctuario epist. 25. Decurionem sacri Palatij commemorat.

CAPVT XLIV.

De Principib. Agent. in rebus.

C

Principes Agent. in rebus, eorũq; munus.

EX Agentibus in rebus Principes creati C. de Principe Agent. in reb. Hic Princeps litigantes ad præfectum citari iubebat, omniáque iudiciorum acta exequebatur. Symmachus lib. 1 ep. 22. Cum ad eius ædes Princeps officij commeasset, & obstinatam hominis audaciam non posset inflectere inanem syngrapham reportauit. Princeps iudicia actori dictabat, & libellum reo edendum componebat. Ei præcipua cura tributorum exigendorum, vt Cassiod. in delegat. Principis lib. 11. Symmach. lib. 10. ep. 36. C. Theod. de Princip. Agent. in reb. Particeps erat omnium sportularum quæ à litigantibus soluebantur l. vlt. C. de re mil. Maius capiebat stipendium quàm ceteri summates officij l. 1. C. de off. P. P. Afr. in quo decem Principes fuere l. 1. C. D eod. Princeps domesticorum cancellarium habebat, cui arcana scribenda committebat l. 4. C. de Principe Ag. in re. Clarissimus l. vlt. eod.

CAPVT XLV.

De Allectis.

Allecti qui, quidve allegere.

ALLECTI, auctore Festo, dicuntur, qui propter inopiam Senatorum ex equestri ordine in Senatum assumuntur. Allegere est in ordinem aliquem cooptare. Sueton. l. 3. Instanti sæpius vt ciuitate donatum in E decurias allegeret, negauit se allecturum. Vlpianus tractatu de decurion. scribit spurios posse in ordinem allegi, παρακλήτους. Ver. glossæ *Allectos* λογογράφους interpretantur. Sub Imperatoribus Allecti dicti sunt, qui in ordinem susceptorum allecti essent. Valentinian. & Valens A. A. ad Rufin. P. P. Nulla debet esse causatio, quin solidi ex quocunque titulo congregati in massam obrisæ, soliditatémque redintegrentur. Et ita fiat omnis illatio, vt largitionum, & prosecutórum, Allectorúmque fraudibus aditus obstruatur. Iidem ad Germanianum comit. S. largit. Ne diutius vel Allecti, vel prosecutores, vel largitionales adulterinos solidos subrogando, &c. Omnino Allecti fuere susceptores ex decurionum numero l. 5. de exact. tribut. l. 23. C. de decurionib. eorum munus dicitur allegatio l. 11. 12. 13. C. Theod. de suscept. Allectores dicuntur & Allectura in V. Lap. L. Besio Allectori Galliarum. Ob Allecturam fideliter administratam. Alij sunt Allecti inter prætores, aut Senatores de

quibus

A quibus l.1.C.de præpos.labor. Qui præpositi laborum nostro iudicio promouentur clarissimi sint inter Allectos l.3.C.de proxim.sac.scrinior. In scriniis Palatij militantes consulari honore fulti, inter Allectos habeantur. Sidonius lib.5. ep.7. Hi sunt qui inuident tunicatis otia,stipendia paludatis, viatica veredariis, mercatoribus nundinas,munuscula legatis, portoria quadruplatoribus, prædia prouincialibus, flaminia municipibus, arcariis pondera,mensuras Allectis,solatia tabulariis,dispositiones numerariis,prætorianis sportulas,ciuitatibus inducias, vectigalia publicanis. Allectos vocat eos qui rationes publicas scribunt. l.2. C. Theod. de Quæstion. Debitores verò, & quos Allectos, & susceptores memorant. Aut eos qui fiscalibus tributis suscipiendis Allecti sunt.l.2.C.Theod.de episc.eccles.& cler. vt de clericis non exactores,non Allectos facere præsumat.Allecti vtebantur mensuris certis,& ponderibus l.penult. C.de defensorib.ciuitat. Iustinianus pragmat.sanct.c. 18.Theo-
B doric. in edicto 148. Allecti item qui præturam non gessissent, sed Allectione accepissent. Commodus cum Allectionibus innumeris prætorios miscuisset, Pertinax S.C.fecit, iussitque eos qui præturas non gessissent, sed Allectione accepissent, post eos esse,qui verè prætores fuissent,vt Capitolin. Plinius in ep.dixit inter prætorios adlegi. Symmachus beneficium adlectionis vocat lib.7.ep.95. Sed adiicienda est ei prærogatiua militiæ,vt beneficio adlectionis vtatur, id est, beneficio Imperatoris quo quis post decursos in comitatu Principis labores adlegeretur in ordinem Senatorum,velútque ex consularibus consequeretur clarissimatus dignitatem. Imper.Honor.& Theodos. Epiphanio Præfecto vrbis. Domestici,atque protectores,&c. Senatoriam sibi vindicent dignitatem,séque cum Allectione clarissimos nostro iudicio gratulentur. Iidem Monaxio P.P.Domestici cum ad decem primatus gradum peruenerint, inter Allectos velut exconsulares habiti Senatoria se præditos
C gaudeant dignitate.l.9.C.Theod.de Domest.& protect. de præposit.labor. l.1.C.de Primiceriis scrinior. l.19.& 24. C. Allectionis honorem vocat Constantius ep.ad Senatum l.10. C.Theod. de Prætor. & Quæst. Comitibus & tribunis, ita demum prosit Allectio, si sacra scripta ad vrbanæ præfecturæ officium Romam pertulerint, quibus eorum vita laudetur, aiunt Valentinian.& Valens A.A.ep. ad Prætextatum, l.10. C.Theod. de priuileg. eorum qui in sacro Palatio.

CAPVT XLVI.

De Cornicularijs.

D

NOTITIA Imperij Cornicularios inter officia, atque insignia præcipuarum dignitatum numerat. Dicti sunt de cornibus secretarij, quibus adstabant, ne quis irrumperet,aut magistratum interpellaret. Secretaria enim cancellis, & repagulis claudebantur, quibus apparitores adstabant. Cassiod. lib.11.ep.36. Inculpabiliter Cornicularij est perfunctus officio. Præfuit enim cornibus secretarij prætoriani, vnde ei nomen est deriuatum. Optimè.nec enim audiendi sunt, qui à Corniculo genere ornamenti quo donabantur milites ab Imperatorib. dictos volunt. Quanquam Liuius lib.10. scribit Papirium consulem equites omnes ob insignem in bellis operam donasse Corniculis,armillísque argenteis. Alciatus Cornicularium in Palatina militia
E pro accenso primiscriniorum, vel Principis proximorum exaudiendum putat. Alij Cornicularium esse dictum volunt, quòd Corniculo tribuni militum præsit. Omnino fuit apparitor, cuius munus attingit Iulius Firmicus libr. 2. cap. 6. Erunt homicidiis publicis præpositi,& exceptores earum sententiarum, quæ de hominum capitibus proferuntur, aut Cornicularij, aut commentarienses, sed quibus iura committantur. Cassiodorus lib.11. ep.6. Miles ad secreta iudicis proximatus præsidis sui famam aut ornat, aut maculat. Accursius male Cornicularios esse vult cornicines. Nec melius ij qui Cornicularium à cornu dictum autumant,quo silentium litigatoribus indiceret. Quidam Cornicularium iussa iudicum scripsisse & publicasse putant. Existimem alios fuisse scribendis actis destinatos. V. gloss. Cornicularius ῥαβδίτης, καὶ πρόπαχος. *Lictor virgam gerens, propugnator.*

Cornicularij vnde dicti.

Cassiodor.lib.11.ep.36. Illi qui inculpabiliter Cornicularij est perfunctus officio septingentos solidos, quos & longua consuetudo deputauit, per illam indictionem de Samnij prouincia ex illatione tertia sine ambiguitate contrade. Præfuit enim cornibus secretarij

Corniculariorum merces.

prætoriani,vnde ei nomen eſt deriuatum. (Quidam parum commodè legunt, iuribus ſecretarij.) Eo miniſtrante calculum ſcripſimus inempti, quod magnis pretiis optabatur impleri,gratificati ſumus cui leges fauerint. Ex armata militia promouebantur ad Cornicularij gradum. Symmachus lib.10.ep.56. Petronianus vrbanarum dudum cohortium miles ad Corniculariorum gradum inculpati laboris diuturnitate prouectus. A

Cornicularij honos. Cornicularij honor exæquatur cum iis qui purpuram ſacram adorant reſcripto Valentiniani, & Valentis ad Germanianum præpoſ. Exceptis his, qui Cornicularij honore perfuncti ſunt,vel his,qui ſecundum legem purpuram noſtram adorarunt.Hos aiunt Imperatores inter protectores domeſticos, vel ſcholares militare poſſe l.9. C.Th. de diuerſ. offic. Cornicularium inter primates aſſiſtere docet Caſſiod. lib.11.ep.19. Optatus, qui tironum excubias inculpabiliter egit, fit Cornicularius, vt inter primates aſſiſtat. Poſt tranſactos Corniculos,& miſſionem,licebat illis adorare purpuram Imperatoriam,& liberum habere otium.Imp.Valentinian.& Valens ad Mamertin.præpoſ.Præfecturæ:Cornicularios qui annis ſingulis ex numero deputatorum exeunt, poſt tranſactos Corniculos noſtram adorare purpuram volumus, quo honore perfunctis cum iam miſſionem tenuerint, liberum otium damus,vt ad ſuſceptionem vel cuiuſlibet neceſſitatis officium,qui ex Cornicularios adorauerint,minimè deuocentur.Suſceptionem interpretor ſuſceptoris fiſcalis pecunię officium. Corniculi illi Cornicularij munus ſignificant. Caſſiod. lib.11. ep.18. de Cornicularios qui egreditur. Antianus qui prætorianis inculpabiliter paruiſſe perhibetur obſequiis, inter tribunos & Notarios ad adorandos aſpectus properet principales,& ſpectabilitatis decoretur inſignibus. Cornicularius Chartulario, Primiſcrinio, & Numerario anteponitur reſcripto Anaſtaſij ad P P. Illyrici. Ita tamen vt primi ordinis comitiuam per interlocutionem eiuſdem poteſtatis mereantur hi, Cornicularius, Chartularius, Primiſcrinius, & Numerarius ſcrinij. Sic & apud Caſſiod.lib.11.ep.18. Cornicularius numeratur ante primiſcrinium. B C

Cornicularij quorum iuriſdictioni obnoxij. Cornicularij ciuilium tantum iudicum, non etiam militarium iuriſdictioni ſubiecti erant,& immunes ab indictionibus omnibus tam militarium,quàm ciuilium iudicum, reſcripto Theodoſij & Valentini A A. ad Zoilum P. P. C. de apparit. P.P. Exactio annonarum, & cellarienſium ſpecierum olim per procuratores curiarum, poſtea per Cornicularium cuiuſque prouinciales officij fieri iuſſa, l.32. C.Theod.de erogat.militar.annon. Corniculum gerere,eſt Cornicularium eſſe.C.Theod.de iis quæ adminiſtrant.l.omnis. Præfectus vrbi, & Præfectus Præt. Cornicularios habuerunt. Symmachus lib.10.ep.56. l.1.C.de apparit.P.P. Apud Caſſiodorum Theodoricus ait,Cornicularios præfecturæ qui annis ſingulis ex numero deputatorum exeunt, poſt tranſactos militiæ annos noſtram adorare purpuram volumus. Cornicularius inter tribunos & Notarios Principi præſentatus ſpectabilitatis decoretur inſignibus.lib.11.ep.18.Iulius Firmicus lib.2.c.6. Erant Cornicularij,aut commentarienſes,quibus damnatorum cura committatur. Muneris eorum fuit, vt ſecretarij aditum vel aperirent,vel occluderent.l.vlt.C.de offic.diuerſ.iudic. l.2.C.de prox.ſacr. ſcrin.Sciant Principes Cornicularij,& primates officiorum ternas libras auri è ſuis facultatibus eruendas, ſi honoratis viris ſecretarij iudicum non patuerit ingreſſus.Valer. Maxim. lib.6.c.1. Letorio tribuno militari à Caninio tribuno plebis dicta, quòd Cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet Pancirolius vir eruditus, Cornicularium ſcribam extitiſſe,& quandoque cancellarium appellatum,eundémque cornu pro inſigni geſſiſſe exiſtimat.Velim id aliquo auctore locuplete probaſſet. Sed multa oſcitanter ſcribit. Olim Corniculo mereri dicti Cornicularij. Suet. lib. de claris Grammatic. Deinde in Macedoniam Corniculo equo meruit. Auctor de vir.illuſtrib.de M.Æmilio Scauro,Primus in Hiſpania Corniculum meruit. Sueton. in Domitiano c.17. Saucium ac repugnantem adorti Clodianus Cornicularius, & Maximus. Aſconius Ver.3. Cornicularij meminit. Omnino alij fuere equites qui Corniculo meruerunt, & Corniculum ac argenteas armillas ab Imperatorib. re bene geſta conſequuti ſunt, alij qui in officio Præfecti Prætor. Corniculum geſſere, & cornu ſecretarij obſeruarunt. D E

CAPVT XLVII.

De Commentarienſib. & Optionib.

Commentarienſes. COMMENTARIENSES dicuntur quorum manu acta ſubnotantur quoties apud fiſcum agitur. l.45.D.de iure fiſci. §. Quoties apud fiſcum agitur, actorum poteſtas poſtu

A postulanda est, vt merito iis vti liceat, eáque manu Commentariensis adnotanda sunt. Commentarienses item dicti carcerum custodes, qui in Commentarium custodias referebant,& librum custodiarum singulis quibúsque diebus conficiebant l.Diuus Adrian.D.de bonis damnator. l.penult. C.de custodia reorum. Etymologicon, κομμοδαρησίας τὰς ὑπὸ τῶν ὑπομνηματογράφων φερόντας ὁ νόμος καλεῖ, ἢ ὑπηρετοῦντας τῇ ἐγκληματικῇ δίκῃ, ὑπασπιζόντων αὐτῶν ἀπλήκτειόν, ἢ κυβικλαείων μὴ πλήθος ῥαβδούχων, σιδηρέων δεσμῶν, ἢ ποινικῶν ὀργάνων σαλεύοντας τῷ φόβῳ τὸ δικαστήριον. εἰσὶ δὲ καὶ οἱ νῦν λεγόμενοι χαρτικλάριοι. *Commentarienses lex vocat eos* (lego τὰς τὰ ὑπὸ) *qui faciunt ea quæ sunt actuariorum, eos qui seruiunt iudicijs criminum, quos comitantur ij qui fossatum Principis curant, & cubicularij cum lictoribus multis, & ferreis vinculis, & instrumentis supplicíorum, quæ metu iudicium replent. Sunt autem & qui nunc dicuntur Chartularij.* Hesychius, Commentaresius τὰς γραφὰς τῶν ἐγκλημάτων ἐκ δέχων, *Qui excipit scripta accusationum, vel criminum.* Commentaresij Suidæ, οἱ ὑπὸ τῶν ὑπομνημάτων, *Qui Commentarios curant.* C.Theod.de his quæ administrant.vel offic.publ.l.5.Qui Commentariensis nomine exosa miseris claustra custodiunt.Athanasius sub finem Apologiæ ad Constantium Commentaria Præfectorum videtur accipere de custodiis, & carceribus eorum. ὥστε Φρεμόνιον τὸν ὑπήκοον τοῦ ἀξώμεως ἐκεῖθεν ἀχθῆναι, ἢ ἐμὲ μὲν μέχρι τῶν βαρβάρων ζητεῖσθαι, ἢ εἰς τὰ κομμοδάρεια τῶν ἐπάρχων ἀπεσταλῆναι. *Ita vt Frumentius Episcopus Axumeos ex eo loco abductus sit, & ego inquisitus sim vsque ad loca Barbarorum, & missus in Præfectorum Commentaria.* Iul. Firmicus lib.3. Astron. Erunt cornicularij, aut Commentarienses, quibus damnatorum cura committatur,seu clauicularij, vel carcerum custodes.Vet.gloss. κομμοδαρήσιοι οἱ ὑπὸ τῶν ὑπομνηματογράφων. *Qui præsunt actuarijs.* Cassiodor.lib.11. ep.28. Heliodorus Commentarensium fungatur officio. Dignè si quidem eius integritati committimus, quæ custodienda C esse censemus. Vulgo legitur, Cheliodorus. ἑξιολάβοι recentioribus Græcis dicti qui comprehenderent, aut custodirent reos. Suidas ἑξιόλαβοι· δορυφόροι. S. Lucas Actor. cap. 23. ἑτοιμάσατε στρατιώτας διακοσίους ὅπως πορεύθωσιν ἕως καισαρείας, ἢ ἱππεῖς ἑβδομήκοντα, ἢ δεξιολάβους ἑκατόν. *Præparate milites ducentos vt Cæsaream eant, & equites 70. & lictores seu custodes centum.* Meminit Constantinus Porphyrog. themate orient.1. videtur ea fuisse custodia militaris.Tacit. lib.3.Annal.Seruos Lepidæ cum militari custodia haberentur. Fuit enim carcer vrbanus vt Tullianum, Rusticus vt ergastula, castrensis de quo Iuuen.

Commentaresius.

——Sonuit si dextera ferro,
Læuáque si longo castrorum in carcere mansit.

Is enim,qui in noxa erat,catenam manui dextræ alligatam habuit, quæ eadem militis cuD stodis sinistram vinciret. Seneca lib.1. de Tranquillit. Sed quid refert? Eadem custodia vniuersos circumdedit, alligatíque sunt qui alligauerunt. Nisi tu forte leuiorem in sinistra catenam putas. Idem epist.5. Quemadmodum eadem catena, & custodiam, & militem copulat. Certe Commentarienses ab iis quos custodiret, possessiones, aut mancipia comparare non potuit. Sic enim Imperator, edicit, Princeps,Cornicularius, Commentariensis,Numerarius,& ordinarij per singula officia,possessionum,atque ædium, nec non etiam mancipiorum comparationem sciant sibi esse præclusam. l. 3. C.Theod. de iis quæ administrantib. Impp.Valentinian. Valens & Gratian. ad Probum P.P. Ad Commentariensem receptarum personarum custodia, obseruatióque pertineat. Adiutorem eius pari iubemus inuigilare cura. Iidem intra triceſimum diem semper Commentarienses ingerere numerum personarum iubent.l.5.& 6.C.Theod.de custod.reor. Nequissimi dicuntur ComE mentarienses l.5. C.Theod. de pœnis. Exceptores pro loco & tempore suo ad Commentarios accedebant l.2. C. Theodos. de Numerar. & Actuar. Commentarienses igitur carceri præfuisse, neruo ferreo aut bubulo pedes, aut ceruices reorum impediuisse, stratores habuisse, qui carcere clausos custodirent, & iis necessaria præberent. Imò Commentarienses missos, vt fontes comprehenderent, indicant rescripta Imperatorum. Constantinus A. ad Florentium rationalem. Illud etiam obseruabitur, vt neque his qui stratorum funguntur officio, neque ministris eorum liceat crudelitatem suam accusatoribus vendere. Non enim existimationis tantum, sed etiam periculi metus iudicio imminebit, si aliquem vltra debitum modum inedia, aut quocunque modo aliquis stratorum exhauserit. Victualem substantiam non habentibus faciant ministrari libellis duabus, aut tribus diurnis, vel quot existimauerint, vti Commentariensium decretis, quorum sumptibus proficiant alimoniæ pauperum. Ita lego textum hunc l. vlt. C.Theod. de custodia reorum. l.1. Interea viro exhibito non ferreas manicas, & inhærentes ossibus mitti oportet, sed proli-

xiores catenas, vt cruciatio desit, & permaneat fida custodia. Commentariensis dicun- A
Pannicularia & spolia. tur, & Optiones. Vlpianus l.6. D.de bonis damnator. Pannicularia sunt ea quæ in custo-
diam receptus secum attulit: spolia quibus indutus est, cum quis ad supplicium ducitur.
Ita neque speculatores vltro sibi vendicent, nec Optiones ea desiderent. Præsides pati non
debent Optiones, siue Commentariensis ea pecunia abuti. De boiis, numellis, compedi-
bus quibus noxij in carcere attinebantur. Eusebius lib.5. c.1. τὰς ϰῆ τὴν εἱρκτὴν ἐν τῷ σκό-
τει, ἢ τῷ χαλεποτάτῳ χωρίῳ συγκλείσας, ἢ τὰς ἐν τῷ ξύλῳ διατάσεις τ πεδῶν ὅθι πεμπτὸν διατε-
τεινομένων τρύπημα. *Alias*, inquit, *machinationes inuenit diabolus quæ clausæ sunt in carcere, loco ob-
scuro & molesto, & extensiones pedum in ligno qui distendebantur ad quintum foramen.* De stratoribus Vlpianus lib.12. ad edictum, In eadem causa sunt & qui à militibus, stratoribúsque,
vel qui à municipalibus ministeriis adseruantur, si probentur rei suæ superesse non potuisse.
Plinius lib.10. ep.30. Custodias per publicos ciuitatum asseruatas scribit. Vetat Traianus B
per milites asseruari. In actis D. Cypriani legitur eum à stratore ex custodiis officij currui
impositum, & ad Proconsulem Africæ Galerium maximum perductum. Vlpian. l.1. de
offic.Proconf.Nemo Proconsulum stratores suos habere potest, sed vice eorum milites mi-
nisterio in prouinciis funguntur. Iustinianus edicto 13.c.12.17.23. Præcipit præfecto Au-
gustali vt Commentarienses ad comprehendendos fontes mittat. Commentariensis cum
rei interrogandi essent, eos ad tribunal præfecti adducebat, acta delinquentium, & eorum
responsiones scribebat, & in Commentarios referebat, vnde Commentariensis dictus, vt
discimus e.7.Syn.act.4. Epistola Asterij. Commentariensis apud Metaphrasten speculatori
iubet, vt securi feriat fontes. Capiclarij, vel potius clauicarij, Optiones carceris, præpositi,
custodes carceris, Commentariensis pro iisdem ponuntur. Martyrologium in passione
Glyceriæ. ὁ ἡγεμὼν ἐκέλευσεν ἀχθῆναι τὴν ἁγίαν γλυκερίαν. ἀνοίξας ὁ ϰαπηλάριος & εἶδεν C
αὐτὴν λυθεῖσαν. *Prætor iussit adduci sanctam Glyceriam. Cum autem aperuisset Capiclarius, vidit eam
solutam.* Paulus lib. singulari de pœnis milit. Carceri præpositus si pretio corruptus. Impp.
Honorius & Theodos. Cæciliano P. Præt. Iudices omnibus dominicis diebus productos
reos è custodia carceris videant, interrogent, ne his humanitas clausis per corruptos car-
ceris custodes negetur. D. Ambrosius. Neque Paulus & Silas tempus distulerunt, quin
Optionem carceris baptizarent. Dicitur & manceps carceris Iulio Firmico.

Optio vnde dicatur. Optio carceris, adiutor fuit Commentariensis, quasi adoptatus, & electus ait Non.
Optiones enim ab optando dicti, quod antecedentibus ægritudine præpeditis, tanquam
adoptati eorum, atque vicarij solent vniuersa curare, vt Veget. l.2. c.7. Lautumarius item
colonus carceris, à lautomiis Siculis. Manilius lib.7.

D
Quisquis in Andromedæ surgentis tempore ponto
Nascitur, immitis veniet, pœnæque minister,
Carceris & duri custos, quo stante superbè
Prostratæ iaceant miserorum in limine matres,
Carnificisque venit mortem ducentis imago,
Accensisque rogis, & strictæ sæpe securi,
Vinctorum Dominus, sociúsque in parte catenæ.

Lapis Vet.M.Aurelius Optio carceris, cohor.12.vrb.Gord.Galli vocant Iaulerios à Gabia,
seu γαλεάγρα, Gabiola, Cauea, Iaula. Iul.Firmic. lib.2. Astron. Erunt clauicularij, vel carce-
rum custodes, & quibus publicarum catenarum cura credatur, aut præpositi carnificum. E

Quid sit Optio, eiúsque munus. Optio certe cuiusuis est muneris administer, & adiutor, Græcis βοηθός. Festus in re militari
Optio appellatur is quem decurio, aut centurio optat, sibi rerũ priuatarum ministrum, quo
facilius obeat publica officia. Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur Accẽsus qui à tri-
buno militũ centurioni dabatur adiutor. Vnde apud Plautum Optio pro adiutore ponitur
in asinaria, Optionem tibi sumito Leonidem. Callistus l.vlt.de iure immunit. Quamobrem
etiam eũ qui in Palatina militia id ipsum agat, quod in exercitu Optiones iure dici arbitror
Optionem. Varro lib.1. de l.Lat. Primi singularũ decuriarum decuriones dicti, quos ipsi pri-
mos administros sibi adoptabant. Idem lib. de vita Patrũ, Optiones qui referentibus centu-
rionibus adoptati in cohortes subibant, vt semper plenæ essent legiones. l.vlt.de iure immu-
nit. Optio fabricæ, qui fabricis præst. Polyb. lib.6. Optiones in re militari vocat ἀγοὺς, qui
agmen cogunt. Procop. lib.3. de bello vand. τ δ' ὑπασπιστῶν τριακοσίους ἀπολέξας αὐδρας ἀγαθὰς
τὰ πολέμια ἰσχύειν παρέδωκεν, ὃς οἱ ἐπεμελεῖτο τ φυλὴν τ οἰκίαν διαπαύσης, ὀπτίωνα τοῦτον καλοῦσι ῥωμαῖοι.

Trecentos

A *Trecentos armigeros, seu scutigeros cum elegisset viros strenuos dedit Ioanni qui sumptuum domesticorum curator erat, Romani optionem vocant.* Vir doctus ἀκίαν, id est, *aciem*, legit. Sed non video quem curatorem sumptuum in acie instruenda esse oportuerit. Puto magistrum, seu maiorem domus intelligi. Iustian. Nouel. 129. καὶ τοὺς μὲν ἑκάστου τάγματος ὀπτίωνας ἀποδέχεσθαι τὰ εἴδη δίχα τινὸς διαστροφῆς, καὶ ῥογεύειν τὰς ἐξάρχοις, καὶ τοῖς στρατιώταις τὰς ἐν εἴδει χορηγουμένας ἀννόνας. *Et recipere optiones cuiusque cohortis species annonarias sine vlla interuersione, & impertiri eas Ducibus & militibus.* Optiones enim dicti qui annonam militarem diuidebant l. 9. C. de iure fisci.

Græci Basilicon lib. 54. Annonæ diuisorem interpretatur optionem militum. Quia Duces annonæ diuidendæ sibi adiutores optabant. Fœderatorum auxilia habuerunt phylarchos, & optiones l. vlt. C. locati Impp. Arcadius, & Honorius Hadriano P. P. Missi optio- *Diuisor annonæ.*
B nes, id est, exactores militaris annonæ. Tacitus l. 1. histor. Optionem speculatorum commemorat. Plutarchus in Galba, ἐν δὲ τούτοις οὐετούριος, καὶ βάρβιος, ὁ μὲν ὀπτίων, ὁ δὲ τεσσεράριος. οὗτοι γὰρ καλοῦνται οἱ διαγγελέων, καὶ διοπτήρων ὑπηρεσίας τελοῦντες. *In his Veturius & Barbius, alter quidem Optio, alter Tesserarius. Sic enim vocantur nuntij, & inspectores.* V. gloss. γραμματεὺς, *scriba*, tesserarius. Vet. Lapis, Cn. Lucilius C. filius vel. vindex miles coh. 6. præt. vixit annos 30. militauit annis 12. Principalis beneficiarius tribuni, deinde optio in centuria. Alius, Equiti cohortis eiusdem, tesserario, optioni.

Optiones erant quasi succenturiones, vt loquitur Liuius lib. 8. Centurioni primipili permissum erat à consulibus, vt succenturionem quem vellet legeret. Dio lib. 42. ἑκατοντάρχους, καὶ ὑπομείονας, centuriones & succenturiones, seu optiones in Senatum legit Cæsar. Nouella 116. τοὺς δὲ φοιδεράτους πρὸς τοὺς ἰδίους ὀπτίωνας. in Nomocanone tit. 13. c. 3. ὀπτίωνες. *Optiones quasi succẽturiones.*

C

CAPVT XLVIII.

De Proximis.

PROXIMVS pro adiutore & optione accipitur. Anonymus de castrametat. οἱ δουκάτωρες μετὰ τοῦ προξίμου ἔστωσαν. *Ductores stent cum proximo.* Idem, ὁ δὲ πρόξιμος, καὶ ὁ κόμης τῶν βουκκίνων. *Proximus, & Comes Buccinatorum.* *Proximi nomine quid hîc notetur.*

Proximi sacrorum scriniorum qui magistro offic. Proximi sunt. Proximi memoriæ, epistolarum, libellorum in scriniis vsque ad Mel- *Proximorũ diuersitas.*
D loproximos sunt clarissimi, l. 4. C. Theod. de prox. com. dispos. l. 11. l. 17. 12. 18. eodem. Proximatus C. Theodos. tit. 1. lib. 6. Si quis tota impleta militia ad proximatum, & comitiuam dispositionum, vel magisterium admissionum peruenerit. Proximi scriniorum, & magistri dispositionum cum Comites facti sunt, æquantur Vicariis l. 2. C. Theod. de Prox. Comitib. dispositionum. Cod. Iustin. tit. 19. lib. 12. Proximus admissionum Ammiano lib. 22. Melloproximi qui Proximi futuri sint l. 13. C. de Proxim. sacror. scrin.

CAPVT XLIX.

E

De Adiutoribus.

ADIVTORES, & subadiuuæ in officio magistratuum fuere, qui operam illis suam in re gerenda commodarent, & aliquam laborum partem in se reciperent. Ita & adiutor tutelæ dicitur quem prætor solet permittere tutoribus, vt constituant, qui non possunt administrationi tutelæ sufficere, ita tamen vt suo periculo eum constituant, vt docet Pomponius lib. 2. Enchiridij. *Adiutores quinam dicebantur.*

Adiutor Præfecti vrbis Constantinopolit. Primicerij titulo honestatur, & personarum officij curam habet, sed biennio tantum in officio permanet l. vlt. C. de offic. Præf. vrbis. Primicerius Adiutor tuæ sedis officij curam insuper personarum suscipiat. Agentes in rebus qui ducenæ, vel centenariorum gradum meruerint subadiuuas habere dicuntur in rescripto Leonis A. ad Patricium magistrum offic. Adiutor vrbani officij *Adiutorum pluralitas.*

apud Symmachum lib.1.ep.22.lib.10.ep.36. Notitia Imperij, Adiutorem, & subadiuuam A
Præfecti vrbis ponit. Adiutores, & subadiuuæ magistrorum tit.24.lib.6.C.Theod. Agens in rebus magistri officiorum Adiutor factus vicariis æquatur tit. 28. lib. 6. C.Theod. Nouel. 35. τινὲς μεμοραλίων δύναντ βοηθοὺς ποιεῖν εἰς ἴδιον τόπον. εἰσὶ δὲ βοηθοὶ εἴκοσι ἕξ. *Aliqui memorialium Adiutores in suum locum facere possunt. Adiutores autem viginti sunt.* Adiutores qui matriculas tractant, puniuntur si supra hunc numerum militare quenquam sinant. Cassiodorus in formula magister. dignit. Adiutor etiam nostris præsentetur obtutibus, vt vicaria sorte beneficij eligamus eius præsidium, qui nobis præstat fidele solatium. Adiutores actoris serui ponuntur in l. Sticho. §. Item quæro an ea D. de statuliber. l. 3. C. de diuers. offic. Primiscrinius præfecti præt. mulctatur tribus libris auri, Adiutores officiorum Palatinorum, ac numerarij equitum illustrium virorum, siue actuarij libram auri fisci iuribus soluant, nisi statuta fuerint custodita. Commentariensi Adiutor fuit C. de custodia reorum B
l. ad commentar. Si commentariensis necessitate aliqua procul ab officio egerit, Adiutor eius pari cura inuigilabit. Adiutores corniculariorum, immunitatem grauiorum munerum habent l. vlt. D. de iure immunit. Adiutor officij Palatini deportatur si supra quingentos 46. Palatinos in matriculas retulerit l.17. C. Theodos. de Palat. sacrar. largit. l.20. eodem. Adiutor, & primicerij diuersorum officiorum rationem sacrarum remunerationum tractare dicuntur l.3.C.Theod.de agentib.in reb. vt periculum se, & Adiutor, & subadiuuæ subituros esse cognoscant, si huius sanctionis nostræ normam vnquam etiam insequentibus magistris desierint intimare. Tractabant enim matriculas Adiutores & subadiuuæ, & in eas referebant eos qui in scholas allegebantur. l.16. de Palat. sacrar. larg. eod. Fuerunt & Adiutores corniculariorum, seu Principum, & officiorum Palatinorum l.10. C.Theod. de cohort. Princ. cor. l.4. de exsecut. & exact. eod. Adiutores expleto sui tem- C
poris actu ad eandem sollicitudinem adspirare vetabantur l.16. de Numer. act. & scrin. eod. Adiutores suum habuere scrinium l.1. C.de offic.præf.præt. Af. Interdum Adiutores pro Quæstoris ministris accipiuntur, quos ex diuersis scriniis sumit l. comperimus C. de proxim. sacr. scrin. l.10. l. nulli. C. de Numerar. Adiutor pro scriniario accipitur. Adiutores Quæstoris βοηθοὶ, ἤτοι σκρινιάριοι. Nouel. 26. ministri Quæstoris quos sibi sumit ex scriniis memoriæ, libellorum, epistolarum Nouel. 24. cap. 6. τάξις κοιαίστωρος. Adiutores Ducum l.18. §. 5. C. de re milit. Adiutores sacræ memoriæ l.13. l.14. C. de proxim. sacr. scrin. Adiutores magistri officior. l. 5. C. de Princ. agent. in rebus. Adiutor Primicerij Tribunorum Notariorum in Notitia quæ subiecta est Nouel. 80. περὶ τάξεως κοιαίστωρος, καὶ τῶν βοηθῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀντιγραφέων. De officio Quæstoris, & eius Adiutoribus, & scribis vocat τοὺς ὑπουργοῦντας, καὶ ὑπηρετουμένους τῷ κοιαίστωρι. *Ministros Quæstoris.* Notitia D
consuetudinum Primicerio Tribunorum Notarium βοηθὸν attribuit.

Subadiuuæ. Subadiuuæ erant Adiutorum adiutores, vt Synesius in epist. ad Herculian. ἁρποκρατίων τις ἐστὶ τῶν ἡρακλείου δορυφόρων τάξιν ἔχων τῷ βοηθῷ βοηθεῖν. ἡ γὰρ συβαδιούβα λέξις τοῦτο ἑρμηνεύειν πιστεύετ. *Harpocration quidam est, cui munus est, Adiutoris adiutorem esse. Vocabulum enim subadiuuæ id significat.* Suidas συβαδίουβος παρὰ ῥωμαίοις ὁ τῶν βοηθοῦ βοηθός. Magister officiorum ex schola agentium in rebus habuit Adiutorem, & subadiuuas duos, habuit & subadiuuas fabricarum, & subadiuuas barbariorum, id est, officinarum barbaricariorum in Notitia Imperij & l.12. C. de præpos. labor. l. agentes in reb. C. de agentib. in reb. In singulis fabricarum scriniis 4. subadiuuæ magistri officiorum locum tenent. In officio præfecti pr. Africæ subadiuua, seu primiscrinius decem ministros habebat, quibus annonæ à fisco datæ l.1. §. in scrinio C. de off. P. P. Afric. Glossæ Basilic. συβαΐουβος, ὁ E
τοῦ βοηθοῦ βοηθός.

CAPVT L.

De Ducenarijs, & Centenarijs.

Quodlibet officium nomen habet sibi conueniens.



OFFICIA magistratuum imaginem militaris cohortis, & nomina habent, cuius exemplo ad gradus promouetur. Ascon. 3. in Ver. Accensus nomen est ordinis & promotionis in militia, vt nunc dicitur Princeps, aut Commentariensis, aut cornicularius. Hæc enim nomina de legionaria militia sumpta sunt. Quod idem Veget. indicat lib.2.c.7. Quemadmodum igitur in militia armata fuere Imperatores,

Legati,

A Legati, Tribuni, Centuriones, Decani, ſic & in Palatina fuere, Præfecti, Magiſtri, Ducenarij, Centenarij, Sexagenarij, Imperator Conſtantin. l. 1. C. de exact. trib. Ducenarij & Centenarij, ſiue Sexagenarij non prius debent aliquem ex debitoribus conuenire, quàm à Tabulario ciuitatis breues accipiant debitorum. In legione Ducenarius ducentis militibus præeſt, Centurio centum, ſic in officio Ducenarius ducentis cohortalibus, Centenarius centum præeſt. Imperator, Miſſus, inquit, ex officio annonæ Centurio culleos ad annonam ſuſtulit. Centurio, id eſt, Centenarius. Erant igitur Ducenarij, Centenarij, Sexagenarij exactores inter agentes in rebus præcipui qui ducentis, centenis, aut ſexagenis præeſſent. *Ducenarij & centenarij.*

Ducena & centena gradus dignitatis, promotionisq; fuit, in ſchola agentium in rebus. Leo Imp. reſcripto ad patricium magiſtr. offic. ex quo primum Ducenæ, vel centenariorum gradum in ſchola agentium in rebus militantes meruerint. Imperat. Theodoſ. & Valentin. *Ducena & centena.*

B Eos qui ordine tranſcurſa militia poſt Ducenam ad deſideratum Principis perùenerint gradum. Imper. Conſtantinus ad Ælianum proconſulem Africæ. Si quis à Ducenariis, vel Centenariis, vel fiſci aduocatis læſum ſe eſſe cognoſcit. Dignitates perfectiſſimatus, ducenæ, centenæ, egregiatus, Monetariis negatæ ex reſcripto Imp. Conſtantini ad Bithynos. Imò neque Cæſariani in actu duntaxat conſtituti ad perfectiſſimatus, vel ducenæ, vel centenæ, vel egregiatus dignitates admittebantur, ex reſcripto eiuſdem ad Bithynos. Ducenariam, & centenariam, vocat Conſtantinus A. reſcripto ad agentes in rebus, his verbis. Priuilegiis dudum ſcholæ veſtræ indultis integris reſeruatis ad ducenariam, centenariam nemo ſuffragio, ſed labore vnuſquiſque perueniat, principatum verò adipiſcatur matricula decurrente. Imperatores Valentinianus & Valens reſcripto ad Dracontium vicarium Africæ Ducenarios ab exactione prouincialium, vt & Conſtantius A. arcuerunt. Cypria-

C nus lib. 1. ep. 4. Ducenarius potius, quàm Epiſcopus vocari volens. Euſebius lib. 3. Hiſtor. eccleſ. cap. 30. De Paulo Samoſateno, δευτεράειν μᾶλλον, ἢ ἐπίσκοπον θέλων καλεῖσθαι. *Ducenarius magis quàm Epiſcopus vocari volens.* Ducenarium commemorat Notitia Imp. Vegetius lib. 2. cap. 8. Ducenarium ait fuiſſe qui duas centurias, id eſt, ducentos homines ducebat in acie ſecunda. l. 1. C. de officio præfect. præt. Afric. Annonæ ſtatuuntur hoc ordine. Præfectis præt. auri libræ centum, Conſularibus auri libræ 20. Cancellariis auri libræ 7. Tum hominibus in primo ſcrinio, item Numerario, hominibus in ſcrinio ſecundo, in ſcrinio tertio, in ſcrinio quarto, hominibus in ſcrinio arcæ, hominibus in ſchola chartulariorum, grammaticis hominibus, oratoribus hominibus. & l. 2. eodem. Annonæ ſtatuuntur Duci, Adſeſſori Ducis, Ducenariis, Centenariis, Circitoribus. Biarchis, Primicerio, Numerario, &c. l. 7. C. de Palatin. ſacrat. largit. Breuis quas dignitates per ſingula ſcrinia offi-

D cium ſacrarum largition. habere ſtatuimus. Scrinij exceptorum perfectiſſimus ordinis ſecundi, numero vnus, id eſt, primicerius exceptorum vnus, Ducenarij duo, id eſt, tertiocerius, & quartocerius vnus, id eſt, primicerius inſtrumentorum, epiſtolares numero duo formæ primæ, numero 36. formæ ſecundæ, numero 4. formæ tertiæ, numero tres. Scrinij numerorum perfectiſs. ordinis tertij, numero vnus, Ducenarius numero vnus, Centenarij numero duo, &c. vbi animaduertes Ducenarios dici tertiocerium, & quartocerium. In ſcrinio exceptorum Ducenarium vnum fuiſſe, & Centenarios duos in ſcrinio numerorum. In ſacro ſcrinio tabellariorum Ducenarium vnum, Centenarium vnum. In ſcrinio canonum Ducenarium vnum, Centenarium vnum. In ſcrinio mittendariorum Ducenarium vnum, Centenarios duos, &c. Ducenarij igitur erant & Centenarij 6. vel 8. Ad primos gradus promoti dicuntur ordinarij, vt in legione qui primos ordines ducunt ordinarij vo-

E cantur. Vegetius lib. 2. cap. 7. & 8. Primates officiorum dicuntur ordinarij l. ordinariorum C. de cohortalibus. Ordinariorum, inquit, iudicum apparitores, qui vel ſpeculatorum, vel ordinariorum attigerint gradum, nullo annorum numero, nulla ſtipendiorum contemplatione laxentur priuſquam primipili ſtatum digeſta ratione compleuerint.

Alij fuere Ducenarij procuratores, qui per prouincias colligendis publicis reditibus ducena ſtipendia pro ſalario accipiebant, de quibus Sueton. in Claudio cap. 24. Eos primus Auguſtus inſtituit vt Dio lib. 53. quos ait à numero pecuniæ quam ſtipendij nomine accipiebant appellatos. Alij fuere in quarta iudicum centuria Ducenarij, qui ducenta millia poſſiderent. Suet. in Auguſto cap. 32. Alij liberti centenarij, qui centena millia l. 16. D. de iure patronatus. Si libertus minorem ſe centenario in legem fraudis fecerit, &c. Cyprianus ep. 68. Actis publicè habitis apud Procuratorem Ducenarium. Capitolin. in Pertinace inde ad Ducenarium ſtipendium tranſlatus. Equites Ducenarij apud Suetonium in Auguſto. De protectoribus Ducenariis mentio fit in duabus inſcriptionibus veteribus. *Ducenarij procuratores.*

Legitur etiam in aliis inscriptionibus, equi Centenarij & Ducenarij. D. Hieronymus Senatores & Ducenarios in schola agentium in rebus commemorat. Finge aliquem tribunitiæ potestatis suo vitio regradatum per singula equestris militiæ officia ad tironis vocabulum deuolutum. Nunquid ex tribuno statim tiro fit? Non. Sed antè Primicerius, Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor, Eques, id est, Tiro. Apuleius l. 7. matamorph. meminit procuratoris Ducenariæ. in veteri lapide procur. Ducenar. Apud Photium Eulogius, περέννιος δουκηνάριος πρόσταγμα λαβὼν παρ' αὐτῶν βασιλείων. *Perennius Ducenarius mandatum accipiens ab Imperat. Decio, & Valeriano.* M. Antonius Sabellicus procuratores Ducenarios interpretatur, qui ducentesimam ex auctionibus exigebant, cum quo sentiunt Turnebus, & Alciatus. Torrentius procuratores Ducenarios fuisse eos qui per prouincias in colligendis publicis reditibus constituti ducenta sestertia pro stipendio acciperent, vt Dio lib. 53. Hinc ducena & centena ipsa eorum qui publica colligebant dignitas & functio. Budæus lib. 3. de asse, procuratores Ducenarios fuisse ait, qui ducenta sestertia in censu haberent, dimidiatum scilicet censum equestrem.

Ducenarij tributorum exactores. Omnino Ducenarij fuere tributorum exactores, vt supra ostendimus, Agentes in rebus quos ad quadraginta octo Zeno reuocauit. l. 3. C. de Agentib. in rebus. Orti ab illis procuratoribus Ducenariis ab Augusto institutis, de quibus Dio lib. 53. ἐπιτρόποις καίσαρος ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν διδομένων αὐτοῖς χρημάτων ὄνομα προσγίγνεται. *Procuratoribus Cæsaris nomen factum à pecuniarum numero quæ illis datæ.* Diximus fuisse & Decuriam iudicum Ducenariorum. Sueton. in Augusto c. 32. Ad tres iudicum decurias quartam addidit ex inferiori censu, quæ Ducenariorum vocaretur, iudicaretq; de leuioribus.

Vnde dicti Ducenarij. Ducenarij autem dicti apud Dionem à numero pecuniarum, sicuti Duplicarij milites à duplicibus cibariis. Varro l. 4. l. l. Duplicarij, quibus ob virtutem duplicia cibaria vt darentur, institutum. Liuius lib. 2. ad hoc centuriones, duplicariosq; quibus duplum stipendium. Armati duplares binas consequuntur annonas. Veget. lib. 2. c. 7.

CAPVT LI.

De Exactoribus, & Exsecutoribus.

Exactores. EXACTORES dicti Exsecutores, qui exigerent tributa. Sidon. lib. 4. ep. 24. Improbitatem executorum vocat. Iustinus Nouell. 17. δημοσίους πράκτορας, καὶ ἐξαιτητάς. l. 5. C. Theodos. de censitis. Strenuus exactor incumbat. Firmic. lib. 3. cap. 13. Imperatorum exactores, & qui annuas fiscariorum præstationes exigant. lib. 4. cap. 3. fiscalium præstationum exactores. l. 2. & 3. de conueniend. fiscalib. debit. C. & C de exactorib. tribut. Plaut. flagitatores. Isidorus lib. 10. origin. Exsecutor ab exsequendo, idem & exactor. Petr. Rauennas serm. 25. Ad eum ipse & exsecutor, & debitor. Sidonius l. 4. exactorum circumlatrantium barbaram instantiam. Exactores vectigalium milites dicuntur à Theodoreto lib. 4. Histor. eccles. cap. 12. στρατιώτας οἳ τὰς εἰσφορὰς εἰσπράττειν εἰώθασι, milites qui illationes exigere solent. C. Theodos. de exsecutorib. & exactor. l. 7. Quicunque è palatio nostro cuiuslibet tituli ad prouinciam compulsor, exactor, admonitor, portitórve præcepti, agens in rebus, vel palatinus, vel apparitor illustrium potestatum. Isti omnes cum in prouincias venerint Rectorem prouinciæ cuiusque adire, cum eo agere, illo insistente, disponente, complere vniuersa iubentur. l. 6. ibidem. l. 5. siue à palatinis petantur quæ sunt sacris largitionibus inferenda, siue quid res priuata nostra desideret, vel si quod subsidium publicarum necessitatum præpositus per apparitionem suam arcæ nomine deposcit, per Rectorem prouinciæ exactio celebretur. Symmachus lib. 10. ep. 42. exactor vectigalis in macello sedebat, qui pretium rebus imponeret. Philo in Caium, φόρων ἐκλογεὺς τῶν τῆς ἰουδαίας. Accusatus est Athanasius ὅτι τελωνεῖ τὴν αἴγυπτον τὸ δὲ συναθροιζόμενον χρυσίον ἀνδρί τινι τυραννίδα κατασκευάζοντι χορηγεῖ, *quod vectigalia exigeret ex Aegypto, & pecuniam viro cuidam tyrannidem meditanti daret, quam collegerat*, vt Theodos. lib. 1. cap. 25. Exactores renuntiabant quid esset in reliquis, qui essent debitores. lib. 12. Cod. exsecutio facta est ex Imperatoris mandato siue scripto, siue diuina voce editum fuerit sacro euangelio proposito, ἐκ θείας κελεύσεως ἀγράφως, καὶ ἐγγράφως τῶν θείων λογίων προκειμένων. In exigendis igitur vectigalibus tanta cautio adhibita est, vt proposito sacro euangelio exigerentur.

A rentur. l. 7. C. de exſecutorib. & exactorib. πᾶς ἀνθρωπος εἴτε θείων κέλευσιν, εἴτε ἐχχιλιῶ πρόσταξιν ἐπείγοιτο ἐφάλλ πρῶτον ἐμφανίσαι τῷ ἄρχοντι. *Quilibet exſecutor diuinæ iuſſionis, præceptiue præfecturæ prætor, id prius inſinuare præſidi debet*, vt is inquirat, an ſit in eo vitium aliquod falſi, aut legibus aduerſum aliquid, & an per obreptionem impetratum ſit. Exſecutio autem ſiue ſcripto, ſiue ſine ſcripto propoſitis euangeliis fiat.

CAPVT LII.

De Mittendarijs.

B MITTENDARII fuere ex Palatinis ſacrarum largitionum, quorum alij in Palatio res largitionum curabant, alij mittebantur in prouincias, vt integra tributa, & quæ reliqua erant ex vectigalibus exigerent l. 2. C. de canone largition. tit. de Palatino officio ad regendum principatum officij Comitis domorum per Cappadociam mittebantur, qui dicti mittendarij. l. 3. C. de Palat. ſacr. largition. Non tamen per ſe conueniebant poſſeſſores ſiue ex præterito reliquum traheretur, ſiue præſentia tributa ſolui conueniret, ſed per rectorem prouinciæ. Mittebantur autem ex Palatinis ſacrarum, vel priuatarum largitionum, erantq; ſub Comite largitionum l. 7. C. de Palat. ſacr. largition. Anaſtaſius ſtatuit, vt vnus tantum in ſingulas prouincias mitteretur, qui Canonicarius diceretur, ἵνα μὴ πολλῶν ἀπαιτέντων τὰ δημόσια, καὶ οἱ σωτῆρες βλάπτονται, καὶ αὐτὸς ὁ δημόσιος λόγος, εἷς μόνος κανονικὸς εἰς ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐκ C τοῦ προσφόρου πεμπέσθω σκεύους. l. vlt. C. de exactor. tribut. *Ne exactorum multitudo cum fiſci rationibus, tum collatoribus damnum afferat, vnus tantum in ſingulas prouincias ex competenti ſcrinio canonicarius mittatur, qui eorum quæ proprio ſcrinio debentur exactionem vrgeat.* Si ad diem ſolutam non eſſet compulſor mittebatur, qui ſoli præſidi, & officio, & canonicario immineret. ἐξεπιλύσιν *compulſorem* vocat. Mittendarij ſinguli quotannis ex ducenariis, duo vel tres ex centenariis liberabantur, l. 7. & 8. C. de exactorib. tribut. Nemo in officio ſacrarum largitionum, vel priuatarum rerum militiæ cingulum ſumere potuit ſine adnotatione Principis l. 9. C. eod. Caſſiodorus lib. 11. var. *Mittēdarij.*

CAPVT LIII.

D

De Proſecutoribus.

PROSECVTORES dicti ſunt qui publico nomine, ac mandato proſequerentur ea quæ tranſmitterentur, aut qui vel aurum, vel publicas functiones proſequerentur, apud Caſſiodor. lib. 4. var. ep. 7. Sublimitas tua Proſequutores frumentorum qui de Sicilia fuerant ad Gallias deſtinati lachrymabili nos aditione pulſaſſe cognoſcat, dum ſuſceptum onus promouiſſent in pelagsu aduerſis flatibus fuiſſe ſuſceptum. Proſecutores equorum l. 1. de tractor. & ſtat. Tractoriæ cum ſtatiuis ſolitis tantummodo biduum tempus accipiant, nulli vero penitus cum neceſſariis ſibi perſonis præbeantur, niſi his, tantummodo qui animalia atque equos ſacro E vſui neceſſarios proſequuntur. l. 9. C. de curſu publ. His enim ambulandi facultatem iudices ex ſuo arbitrio præbituri ſunt, quos in tranſmiſſionem publicarum functionum proſequutores viderint conſtitutos. Proſequutores reorum l. ſolent D. de cuſtodia reorum. Cautum autem fuit ne Proſecutores auri ſine proſecutorio præcepto Comitis largitionum aurum proſequerentur. C. de auri publ. proſeq. Proſecutores aurum fiſci rationibus illatum dum tranſmitteretur proſequebantur. *Proſecutores qui dicebantur.*

CAPVT LIV.

De Arcarijs.

ARCARII dicti, qui tributis exigendis, recipiendisq; præpoſiti ſunt, quæ in arcam, ſeu menſam præfecti præt. inferantur. Sed & omnes qui pecunias alienas ſuſcipiunt, & cuſto *Arcarij qui.*

& custodiunt, Arcarij dicuntur. Vetus interpres epist. ad Rom. œconomum arcarium vertit. Arca publica sumitur pro publico ærario. Vopiscus in Aurelia. Est prætoriæ vestræ auctoritatis arca publica. Omne ταμεῖον dicitur arca. Fiscalis arca fuit verum ærarium. Arca prætoria item. *Arcarius gazæ vaζοφύλαξ.* in vet. gloss. ὁ ἐπὶ τ ταμείου. Arcarij ex Decurionibus aut plebe suffragio Decurionum eligebantur, nominantis & curialium periculo, quemadmodum, & susceptores l.exactores C.de susceptor.præpos.& arcar. A

Arcarum multitudo. Arcæ plures fuere, Pontificalis, Præfecti Præt. fiscalis, Præfecti vrbis, Quæstoris, arca vinaria, olearia, frumentaria. De Arca Pontificali Symmachus lib.1 ep.6. Rursus Pontificalis arcarius prosequitur apud te mandata collegij. vet.lapis, si quis hoc armarium vendere voluerit,tunc inferet Arcæ Pontificum H S. L. M. N. De Arca præfecti præt. Cassiodorus ep.8. lib.12. Desiderans sine aliqua imminutione publicæ vtilitatis inferre se debere nostris Arcariis debitam functionem l.vlt. C.de susceptorib. præpos. Aurum siue argentum quodcunque à possessore confertur, Arcarius, vel susceptor accipiat. l.2.C.de his quæ ex pub. Nullus penitus ex eo quod refertur in conditis, vel in Arca continetur ad quemlibet titulum vsurpet.l.13.C.de susceptor. Scire volumus prætorianam amplis.præfecturam eos qui aurum largitionale susceperunt, nihil cum Arcæ ratiociniis habere commune. Cassiodor.lib.12. ep.20. Thomaci & Petro V.V. C.C. Arcariis Senat. præfect.præt.l.9.C. Theodos. de indulgentiis debit. Collatori priuato, & patrimoniali diuinæ quinetiam domui, omnique iuri munifico, necnon & cellariis concessimus reliqua, siue æs, pecunia, aurum, argentúmve debetur, ita vt nec horreis & præfectoriæ Arcæ, nec nostro aliquid ex his ærario debeatur. l.16. Arca amplis.præfecturæ. Nouell. Maioriani de indulgent.reliq. Nouell.eiusdem de curialib. In eam Arcam species annonariæ referebantur, quia triticeas copias præfectura prætorij procurabat, vt Ammianus l. 14. Rufinus ea tempestate præfectus prætorio, ire compellebatur ad militem vt satisfaceret, atque monstraret, quam ob causam annonæ conuectio sit impedita. Boëc. lib. 1. prosa 4. Cum acerbæ famis tempore grauis, atque inexplicabilis indicta coemptio profligatura inopia Campaniam videretur, certamen aduersum præfect.præt.communis commodi ratione susceptum,Rege cognoscente contendi,& ne coemptio exigeretur euici. B C

Arcariorũ cura. Cassiodorus lib.6.form.3. & 18. Arcarij curam gerebant annonæ, & cæterorum titulorum, & vestium, l.6. C.de exactor.trib. In fiscalibus debitis, hoc est annonarijs, ceterisque titulis qui ad arcam eminentissimæ pertinent præfecturæ, necnon in his debitis, quæ rationale vsurpat officium,rectores prouinciarum constringantur, & eos maneat necessitas exigendi,à quibus exspectatur auctoritas. Dicuntur Arcales tituli. Nouella Theodos. Neque domum diuinam, neque eccles. Arcarius præfectorum vocatur à Cassiodoro lib.1.ep.10. lib.12. ep. 9. 23. 27. Arcarij ponderabant species annonarias. Sidonius lib.5.ep.7. Arcariis pondera, quibus aurum & argentum pendebatur,quod collatores exsoluebant. l.15.C. de susceptor. Aurum siue argentum quodcunque à possessoribus confertur Arcarius, vel susceptor accipiat, ita vt prouinciæ moderator, eiusque officium ad crimen suum nouerit pertinere, si possessoribus vllum fuerit ex aliqua ponderum iniquitate illatum dispendium. l.9. Modios æneos, vel lapideos cum sextariis, atque ponderibus per mansiones, singulásve ciuitates iussimus collocari, vt vnusquisque tributarius sub oculos constitutis rerum omnium modis sciat quid debeat susceptoribus dare. l. 1. C. de ponderatorib. Aurum quod infertur à collatoribus. si quis vel solidos voluerit, vel materiam appendere, æqua lance,& libramentis paribus suscipiatur. Ideo Zygostates per ciuitates constitutus. l. 2. eod. l.pen. C. de defensorib. Quoties de qualitate aut pondere nummorum dubitario esset, Zygostates per singulas ciuitates dirimebat contentionem l.vlt. C. de ponderat. Arcarij numerabant stipendia domesticis equitibus, & peditibus, solidosque iusto pondere ac numero exsoluebant. Cassiodorus lib.1.ep.10. Domestici partis equitum & peditum conquesti sunt ab Arcario præfector. pro emolumentis solemnibus nec integri ponderis solidos percipere, & in numero grauia dispendia sustinere lib.11. ep.16. In ponderibus, atque mensuris vos suggeritis grauatos. Graue scelus esse iudicamus, aut mensuras modum excedere, aut libram æquissimi ponderis iustitiam non habere. Ea pondera præmittebantur à præfecto in prouincias & ciuitates. Nouel. Maiorian. de curialib. & loco publico collocabantur, vel in æde sacra. Nouell.Iuliani 124.§.15. Nouel. Iustiniani 128. vnde publica, & fiscalia pondera dicuntur Firmico lib.4. cap.7. & 15. Iustinian. pragmat.sanct.cap.18. De Arcariis fisci Lamprid.in Alexand. Arcarios instituit,qui de Arca fisci ederent munera. Symmachus Arcam Quæstoriam, arcam laudat theatralem præfecti vrbis. Cassiodorus lib.11. Arcarius D E

A rius præfectorum pecunias, id est, solidos prætorianos adnotabat. Idem meminit arbitri Arcæ. Vinariam Arcam commemorat Symmachus lib. 10. ep. 35. 42. 47. Tribunatus, fori, Arcæ vinariæ reliqua. l. 3. C. Theodos. de calce cocta, Arcæ vinariæ descriptio, rationisq; redditio cœpta perficiatur. Tribunus fori vinarij. Symmachus lib. 9. ep. 124. Ob reliqua Arcæ vinariæ, quæ nullis præfectis superiores Principes exigenda mandarunt, atque magna ex parte collata imperiali constat imperio. lib. 10. ep. 4. Arcæ vinariæ debita à præfecto erui iussit Imperator. De Arca olearia, frumentaria l. 2. de curator. Kalendar. l. 1. de frumento vrbis Constantin. Arca vinaria l. 3. de calce cocta. C. Theodos. Arca fiscalis l. 12. de Numerar. actu. Arcæ, & sacrarum largitionum vires l. 6. C. de condit. Donor. C. Theodos. Arcarius siue susceptor l. 14. l. 32. de susceptor. & Arcar. C. Theodos. Arcarius longè inferior comite patrimonij. Cassiodorus lib. 12. lib. 5. vt Arcario præfecti prætorio reliqua
B suppleas. Nostris Arcariis debitam inferas functionem. Arcariorum apochæ. Si cancellarius Arcario nostro non intulerit debita ex prouincia. Durum est vt assis publicus cancellarij negligentia iaceat, quem Arcarius de suo rependere debeat. In notitia rationalis vinorum sub notitia erat præfecti vrbis Romæ.

Ex his apparet, Arcarium propriè fuisse præpositum his suscipiendis quæ in Arcam præfecti prætorio inferuntur. l. 1. C. de off. præfect. præt. Afric. Nouell. 147. cap. 2. Arcarij item qui præsunt Arcæ rerum publicarum. Item qui pecuniam publicam adseruant. C. de susceptor. præpos. & Arcar. Sed & Arcarius priuati alicuius esse potest l. Thais in fin. D. de fideicommissar. libertatib. Stichum rationibus redditis manumitti volo. Stichus Arcarius probante Domino nomina fecit, & rationes à Domino scriptas exhibuit. Macarius homil. 16. ὑ τῶν ἀρκαρίων τῶν φοβουμένων τὰ πονηρὰ πνεύματα. vnde apparet Arcarios fuisse ser-
C uos qui patris familias Arcam curarent. Alij fuere Arcarij de quibus Iustinianus Nouell. 147. τὰ ὁμολογηθέντα τυχὸν ἢ καὶ ἀντεπεφωνημένα τῷ δημοσίῳ παρὰ τρακτευτῶν, ἢ σκρινιαρίων, ἢ ἀρκαρίων, *quæ confessa sunt, & quæ in quæstionem vocantur de publico à tractoribus, scriniarijs, & Arcarijs.* Edicto Iustinian. 13. Erant & Arcarij ecclesiarum. Balsamon ad Photij Nomocanonem tit. 9. cap. 1. δεῖ τοὺς οἰκονόμους κωνσταντινοπόλεως κατὰ μῆνα ἢ τὸ μήκιστον ὑπὲρ δύο λογοποιεῖν πρὸς τοὺς ἀρκαρίους. *Oportet œconomos Constantinopoleos singulis mensibus aut certè post duos menses rationem putare cum arcarijs.*

Arcarius quis propriè dictus.

CAPVT LV.

D

De Saion.

SAIVS & Saio Miles erat exsecutor iussionis Principis, qui donatiuis exuitur, si iussionem excesserit. Cassiodorus lib. 7. for. 42. lib. 8. epist. 27. lib. 12. ep. 3. vt Saius eum propriæ curæ manciparet.

Saio quis erat.

CAPVT LVI.

De Decurialibus.

E DECVRIALIVM Collegium Romæ fuit, qui Senatusconsulta, acta Senatus, auctoritates excipiebant, & complebant. Cassiodorus lib. 5. Scrinia seruabant viri scribendi, dicendique periti, quibus præfuit rector, qui dicitur iudex Decuriæ, l. 1. & 2. C. de Decurialib. Decuria personæ vice fungitur l. mortuo 22. D. de fideiussorib.

Decuriales.

CAPVT LVII.

De Actis & Actuarijs.

LIBERA Rep. Romæ fuere acta populi, aut Senatus. Res illustres annalibus, ædificia theatri diurnis vrbis actis mandare moris erat, auctore Tacito lib. 13. Ea dicta diurna actorum Scriptura, acta publica, Diurna P. R. Diurna acta, vt Tacit. lib. 3. 13. 16.

Acta.

Annal.

Annal. Suetonius lib. 1. cap. 20. lib. 3. cap. 5. In fastos, & acta publica relatum est. Cicero A
in Pisonem Acta vocat tabulas publicas. Trebellius archiua, vbi & Imperatorum epistolæ asseruatæ. Tabularium, Tablinum, in quo tabulæ publicæ. Festus Tablinum proximè atrium locus, quod antiqui magistratus in suo imperio tabulas rationum ibi habebant, publicarum rationum factum locum. Videntur verba transposita quæ Iosephus Scaliger ita restituit, Tablinum proximè atrium locus dicitur publicarum rationum causa factus, quòd antiqui magistratus in suo imperio tabulas rationum ibi habebant. Varro lib. 1. de vita pop. Rom. Ad focum hyeme, ac frigoribus cænitabant, æstiuo tempore in propatu-
Tabulinum. lo, rure in corte, in vrbe in Tabulino, quod Mæuianum possumus intelligere tabulis fabricatum. Tabulinum hoc nihil ad tabulas publicas facit. Visum est tamen apponere, quia Tablinum dicitur, quasi Tabulinum. Publicos actus vocat Cassiodorus in Præfatione variarum. Dio ὑπομνήματα, Commentarios, ἀντὶ τῶν εἰς ὑπομνήματα ἐγγεγράφας. Illud ipsum in B
Commentarios publicos referens. Fuere & acta Senatus de quibus Sueton. lib. 1. Tacitus lib. 15. Commentarios Senatus in quos referebantur ea quæ apud patres acta cum dignitate, dictaq; essent, quæ ne publicarentur, Augustus auctor fuit, ait Sueton. lib. 2. cap. 36. de actis populi. Iuuenal. sat. 7.

——Quantum daret acta legenti.
——Libris actorum spargere gaudes
Argumenta viri.

Dio in Tiberio δημόσια ὑπομνήματα. Iosephus lib. 14. c. 17. δημόσια γράμματα. Vegetius lib. 2. Acta militaria fuisse ostendit, Totius, inquit, legionis ratio siue obsequiorum siue militarium numerorum adscribebatur actis. C

Chartularius acta legionum curabat. Chartularius dictus qui acta legionum conficeret, ὁ χαρτελάριος ὁ τὰς τῶν στρατοπέδων καταγραφὰς τε, καὶ ἀναζητήσεις ἔχει. *Chartularius curat descriptionem exercitus, & inquisitionem.* De Senatus actis Tacitus lib. 5. Annal. Iunius Rusticus componendis patrum actis dilectus à Cæsare. Tertullianus lib. 5. cap. 1. in Marcion. Acta professionum. Prudentius chartulas viuaces, & regesta vocat.

Hic in regestis liber est celestibus.
Omne crimen in fasces refert suos
Dirus tyrannus chartulis viuacibus.

Dio τὰ καινὰ ὑπομνήματα in Tiberio. Vopiscus Probo, regesta scribarum. Ex thermis Diocletianis, ex domo libertina, ex regestis scribarum porticus Porphyreticæ, actis etiam Se- D
natus ac populi. Tertullianus lib. de Patientia, regestas materias. Quintilianus lib. 3. c. 8. instit. Sunt enim velut res regestæ in hos commentarios. Tertull. l. 4. in Marcion. Digesta. Euangelium Lucæ, digestum. vnde Pandectæ iuris Digesta. Cyprianus lib. de opere & eleemosyna, Actus Apostolorum dixit. Actuarij qui acta scribebant. Sueton. in Iulio cap. 55. Orationem ab Actuariis acceptam. Vet. gl. ὑπομνηματογράφος, *actuarius, memorialius.* Virgilius lib. 2. Georgic.

Insanúmque forum, & populi tabularia vidit.

Plato lib. 5. de legibus, κυπαρισσίνας μνήμας εἰς τὸ ἔπειτα χρόνον γεγραμμένας. *Cupressinas memorias in posterum tempus scriptas.* Vet. lapis, Actuarius legionis septimæ. Erant & Athenis, & in aliis ciuitatibus, & vrbibus acta publica, in quæ classes, vrbes pecuniæ referebantur. Demosthenes in Leptinem. ἀναγνώσεται τάς τε ναῦς ὑμῖν γεγραμμένας ὅσας ἔλαβε, καὶ ἃ ἐκά- E
στῳ, καὶ τὰ πόλεων ἀριθμὸν, καὶ τὰ χρημάτων τὸ πλῆθος, καὶ τὰ τροπαῖα ἃ ἑκάστου. *Legetis naues vobis scriptas quot acceperit, & vbi vnamquamque nauim, & vrbium numerum, & pecuniarum, & vbi quodq; trophæum.* Sueton. in Iulio cap. 20. Inito honore primus omnium instituit vt tam Senatus, quàm populi diurna acta conficerentur, & publicarentur. Conficiebantur autem ab vno aliquo Senatore. Spartianus de Hadriano, post quæsturam acta Senatus curauit. Isidorus lib. 1. cap. 43. Ephemeris dicitur vnius diei digestio. Hoc apud nos Diurnum vocatur & Diarium. Kalendaria in menses singulos digeruntur. Annales singulorum annorum, Historia multorum. Fastorum libri sunt, in quibus totius anni fit descriptio, vt Festus, quibus additi dies comitiales, nefasti, festi, ludi, feriæ. Olim commentarij Pontificum. Senator qui acta Senatus confecit in vet. inscript. Ab actis Senatus, à Cura actorum vocatur. Epiphanius in Quartodecimanos, ἀπὸ τῶν ἄκτων δῆθεν πιλάτου αὐχοῦσι τὴν ἀκρίβειαν ἁρπάσαι, *ex actis Pilati se veritatem inuenisse gloriantur.* Pæanius in metaphrasi Eutropij

lib. 9.

A lib. 9. ἄλλῳ τινὶ ἀκτουαρίῳ τῷ τῆς αὐτῷ ἐπαγάγοντι. Iustinianus Nouell. 117. εἰ δὲ χειλιάρχου ἢ τινος τοιούτου ἡ τελευτὴ ἢ ἀμφισβήτησις ᾖ, ἔνθα τὰ πρωτεῖα τῆς χώρας, κἀκεῖ καὶ ἡ ἀκτουαρία. *Seruo quodam actuario finem ei vitæ afferente.* De Aureliano. Item, *si autem sit scholaris ille de cuius exitu & fine dubitatur, vxor eius depositum de quo dictum est, accipiet à primis scholæ illius, aut ab actuario.* Senatori qui acta Senatus scribebat, adiunctæ scribæ, & censuales, qui actuarij dicti. Capitolinus, Senatusconsultum tacitum esse ait, in quo nulli scribæ serui publici censuales, sed soli Senatores. C. lib. 10. De tabulariis, logographis, censualibus. Censuale officium dicitur l. 18. C. de testamentis.

Erant & acta municipalia l. 6. C. Theodos. de exhibendis, vel transmittendis reis. In vet. inscript. Ab actis præfecti prætor. Ab actis proconsul. Ab actis vicarij. Ab actis præsidum. Ab actis præfecti vrbi. C. de principib. Agentium in rebus l. 2. Omnia citatoria, omnium scilicet causarum, atque personarum licet sint Senatoriæ dignitatis ad Principes specialiter reuocari præcipimus. Actus verò ceteros qui à sacratissimo cœtu Senatus tractari consueuerunt censualium sollicitudine celebrari. Ædiles fiebant Senatores post acta Senatus tractata. Dio de Domitio Floro, τὰ τῆς βουλῆς ὑπομνήματα ἀεὶ χειρὸς ἔχων, ᾧ ἀγορανομῶν ἐπ' αὐτῆς ἀποδειχθῆναι ὤφελον. *Habens in manibus acta Senatus, & ideo ædilis designandus.* Acta scriniorum apud Cassiodor. lib. 11. ep. 22. Catellum quem matriculæ series fecit accedere nostra auctoritas quoque actorum scriniorum curam fecit obtinere. Actuarij palatinorum, & comitatensium rationes tractant l. 5. C. de erogat. milit. annonæ. Actuarij comitum ærarij l. 3. C. de diuers. offic. Actuarij vrbis Constantinop. Actuarij Thymelæ & equorum curulium, ciuitatum, diuersorum officiorum, qui non ordinantur nisi ex sacrorum scriniorum probatoria. l. 20. 22. C. Theod. de diuers. offic. Protocollon dictus liber C in quo actuarij acta scripsere. Nouell. 44. πρωτόκολλον τὸ λεγόμενον πρωτόκολλον ἔχον. Quia membra chartarum κόλλα, vel potius κῶλα dicta. ecloga 2. Basilicon. Ἢ μὴ εἰς ἕτερον χάρτιν τὰς συμβολαιογράφους γράφειν συμβόλαιον εἰ μὴ εἰς τὸ ἔχοντα πρωτόκολλον τὸ λεγόμενον πρωτόκολλον, *vt tabelliones non in alia charta contractus scribant, quàm ea quæ protocollum habeat.*

Acta municipalia.

Numerarij comitum à Gratiano Augusto dicuntur actuarij. Actuarius non litigantium acta in iudicio scribebat, quæ ab exceptoribus notabantur, sed diuersa contrahentium negotia coram iudice fidem apud omnes factura chartis mandabat C. de numerariis & actuar. Actuarius significatur his verbis Iustiniani ad P. P. qui pro tempore sollicitudinem ab actis in amplitudinis tuæ geret officio l. 7. C. de aduocat. diuers. iudic. A tabellionibus scripta debent actis insinuari, vt perpetuam fidem mereantur. l. 2. C. de custodia reor. reus auditus apud acta cum de admisso constiterit pœnam carceris sustineat, atque ita postD modum eductus apud acta audiatur. Ita enim quasi sub publico testimonio commemoratio admissi criminis fiet. l. vlt. C. de re iudic. acta vocantur publica monumenta. Gesta quæ sunt translata in publica monumenta habere volumus perpetuam firmitatem. Dicuntur insinuari cum in acta conferuntur. l. 30. C. de donat. In hac sacratissima vrbe conscriptæ donationes apud magistrum census insinuentur. l. 2. C. Theod. de denuntiatione. Denuntiari vel apud prouinciarum rectores, vel apud eos quibus actorum conficiendorum ius est decernimus. Tabellionum scripta fidem non faciebant nisi actis insinuata essent. Nouel. 44. §. 1. Nouell. 73. §. si vero. quia acta apud iudicem fiunt, non apud Tabelliones. C. de donationibus l. Data iam lege statuimus vt donationes interueniente actorum testificatione conficiantur.

Numerarij dicti actuarij.

In actis omnia manifestabantur apud præsides, vt res esset certa l. in contractib. §. vlt. C. E de non numerata pecunia C. de canone frum. vrb. R. l. 1. Nautici apud præsidum, aut magistratuum acta confiteantur incorruptas species suscepisse. Hæc acta dicuntur gesta l. nulli C. de episcop. & hæret. l. 31. C. de donationib. In donationibus quæ actis insinuantur. Dicuntur & instrumenta forensia l. 10. C. de fide instrum. Publica testificatio l. 3. C. de bonis vacantib. Publicæ chartæ tabulæ l. 3. C. de tabulariis. Si quis dominorum seruum suum siue colonum chartas publicas agere permiserit.

Qui acta scribunt personæ publicæ dicuntur l. 30. C. de donation. Publicare erat acta scribere. Donator habeat facultatem donationes rerum suarum vbique positarum apud magistratus publicare, id est, insinuare. Hæ donationes quæ fuerint publicatæ obtineant inconcussam & perpetuam firmitatem l. 28. C. de episcop. & cler. Episcopus pecunias pro redimendis captiuis exactas apud rectorem prouinciæ publicare, id est, actis inferere debet. l. 30. l. 32. C. de donation. Donationes apud magistratum census insinuentur, id est actis inferantur. Donationem apud magistratum intimate. l. 19. C. de sacros. eccles. Donationes

Actuarij personæ publicæ.

tamen in pias causas licet non fuerint intimatæ valent l.23.C.de testam. Forma in scribendis actis expressa est l.comparationes C.de fide instr.l.28.nulli C.de ep.& cler. Cum autem episcopus huiusmodi pecunias pio relictas arbitrio fuerit consecutus,statim gestis interuenientibus earum quantitatem,& tempus apud rectorem prouinciæ publicare debebit.l.25. C.de donat. A

Quæ notãda in conscribendis donationib.

In conscribendis autem donationibus nomen donatoris ius ac rem notare oportet, neque id occultè,aut priuatim,sed aut in tabula,aut quodcunque aliud materię genus tempus dabit, vel ab ipso, vel ab eo quem sors ministrauerit,perscribatur, actis etiam inuectendis quæ apud iudicem vel magistratum conficienda sunt. Apud Magistrum census Constantinopoli, in prouinciis apud præsides aut magistratus municipales omnia scribenda vel legenda erant l.18.C.de testam.Testamenta omnia,cereraq; quæ apud officium censuale publicari solent in eodem loco reseruentur.l.curent.D.de testibus.Curent magistratus testari volentibus se ipsos & alios testes,& signatores præbere. Apud duumuiros, vel defensores ciuitatum acta confecta.vide l.Iul.maiest.l.2. Actuarij qui scribendis actis soli sufficere non poterant,adiutores habebant,quibus merces soluta exceptis piis causis. l.23. C. de testam. Ne voluntates vltimæ deficientium apud alium aperiri possint, quam apud census magistrum clarissimum monumentis interuenientibus pro iuris ordine. Nouel. 44.73. Actuarij P.P.Afr. scrinium habebant 10. hominum quibus annonæ à fisco præstantur l.1.C. de off. P.P.Afr. Actuarij dicti qui scribunt quæ dicuntur, Suet. l.1. orationem Cæsaris ab Actuariis malè exceptam. Seneca, multum vna vox facit, non quidem quæ alienis verbis commendatur,& Actuarij vice fungitur. B

Actuarij militares.

Erant,& Actuarij qui nomina militum in Pittacio scriberent. Veget.lib.2.c.19. Acta in quæ referuntur quæ in iudicio gesta sunt. Theophilus instituț.de curatorib.vocat ὑπομνήματα. Acta magistratus lib.1.sentent.tit.3. Acta publica tam ciuilia quàm criminalia l.2.C. de edendo. Acta præsidum notis scribuntur l.33. ff. ex quib. caus. maior. Actorum lectio, recitatio l.2.C.de delatorib.l.45.§.quoties D. de iure fisci. Cyprianus ep.1.l.4. Actis publicis habitis apud procuratorem. Apud acta asseuerare l.12.C. de pactis. Apud acta interrogari, profiteri, promittere. l.24.D.de liberal.causis l.17.D. de in ius vocando. Paulus lib. 1.sentent. tit.3. Mandari potest procuratio apud acta præsidis. In acta refertur l.4.§.vlt.de fideiuss.tutor. In actis profiteri l.29.§.vlt. D. de appellat. Inter acta appellare l.5. §. vltim. D.eodem. C

Scribæ ab actis.

Magister militum,& Comes rei militaris scribas habuit ab actis l.3.C.de diuers.off. Adiutores vero officiorum Palatinorum, ac Numerarij Comitum illustrium virorum siue Actuarij, vet.inscrip.à tabulario Castrensi Pæantius Eutropij interpres Actuarium, ὑπομνηματογράφον vocat. Aurelianus Agrippinę occisus est Actuario quodam dolum machinante. Seneca ep.23. Non quidem hæc quæ alienis verbis commodatur,& actuarij vice fungitur. Spartianus, A quodam Actuario cuius vxorem corruperat percussus est. Victor in Galeno, Actuarij genus hominum nequam. D

CAPVT LVIII.

De Censualibus.

Censuales qui dicantur.



ENSVALES dicuntur Tabelliones, scribæ librorum censualis ministerij, qui operam suam accommodant magistro census in vrbe, & acta Senatus conficiunt,l.2.& 4.C. de princip.agent.in reb.& C.de tabular. scrib. logograph. & Censualib. Symmachus lib.10.ep. Argenti publici ratio quod Censualibus editores numerum contulerunt. Nouel.17.Censualis apparitio l.consulta C.de testamentis.Nouel.17.c.8. Censuales vocant Græci τὰς δημοσίας ἀπογραφῶν φύλακας. E

Censualium munus.

Censualium officia aurum oblatum à Senatoribus exigunt,operam suam accommodant magistro census in vrbe,& acta Senatus conficiunt, in prouinciis census & patrimonia describunt, Prætores & Quæstores nominant, quibus iunguntur subscribendarij, actuarij, diurnarij,regerendarij,C.Th.de studiis liberalib.& de priuilegiis domus Aug. Ad Censuales pertinet denominatio Prætorum ludos edentium l.13.23.C.Th.de Prætorib.& Quæst. Romæ censum egit præf.vrb.qui ob id Censuales habuit,& nomenclatores in officio, quia

& in

A & in priuatis ciuitatibus censum decurionibus præsentibus Censuales agebant, l. 10. C. de suscept. & arcar. Pro Notitia Censualis officij munus edebatur l. 27. C. Theod. de Præt. & Quæst. Symmachus lib. 4. ep. 8. Cum etiam Censuales absentium munera illa soleant edere, quorum mediocritatem volumus æmulari. Ætate Symmachi si Prætores, & Quæstores designati non adessent quando ludi exhibendi populo Rom. plectebantur condemnatione frumentaria l. 1. & 2. De Præt. & Quæst. C. Th. l. 3. 7. 18. eod. Fiscus eorum nomine expendebat sumptus quos absentes postea refundere cogebantur. l. 6. eod. l. 20. C. de decur. Excipiuntur minores 25. annis. Grauitas sumptuum eos abire vrbe cogebat. lib. 10. ep. 4. lib. 4. ep. 12. lib. 2. ep. 46. 80. lib. 7. ep. 59. Symmachus, Editores interdum iuuabantur ab Imper. ob impensas. Sueton. l. 2. c. 43. Vopisc. in Aurel. Capitol. in Anton. Philos. Symmach. lib. 10. ep. 36. Cum argenti publici ratio quæreretur, quod editores Censualibus
B contulerunt. Ver. glos. censum, & regestum τὸν ὑπογραφὴν τῶν δεχαίων interpretantur. Ad Senatusconsultum Tacitum non scribæ, non serui publici, non Censuales illis intersunt actibus, Senatores excipiunt, Senatores omnium officia Censualium, scribarumq; complent, ne quid fortè prodatur, ait Capitol. in Gordiano. Serui ab Arcadio, Honorio, Theodosio postremo his actibus excluſi.

Censuales igitur officiales erant publici, qui regesta & acta publica seruabant, publicis actis in Senatu præsentiam accommodabant l. 4 de testam. C. Th. Firmicus lib. 3. Astron. c. 11. Censuales erant penulati. Sidonius lib. 7. ep. 6. l. 1. C. Theod. de habitu quo intra vrb. Officiales quoque per quos statuta complentur, ac necessaria peraguntur vti penulis iubemus. Censuales erant in officio præf. vrbi, vt est in Notitia Imper. Iustinian. Nouell. 17. *Censuales, publici officiales appellabantur.*

ὃ συγχωρήσῃς ἢ ἡ βελοὺταις, ἢ κλωσταλίοις ἢνίκεν τοιάσῃς γένοῃ χωρίων. Non concedes Decurio-
C *nibus, aut Censualibus quando venditiones locorum fiunt.* Nouell. 128. *μήτε ἢ κλωσταλίοις, ἢ λογογράφοις, ἢ ἄλλοις τισὶ τῷ δημοσίῳ ὑπηρετεμένοις. Neque Censualibus, aut logographis, aut alijs qui publico seruiunt.*

CAPVT LIX.

De Magistro Census.

MAGISTRI Census ij erant apud quos professiones, testamenta, & tabellionum instrumenta edi, ac publicari solita. Nouel. 44. l. 18. l. 23. C. *Magister Census.*
D de testam. Hic magistratus erat in vrbe qui postea γενικὸς dictus. Nouel. 44. Suidas in Anthemio. Locus vbi acta & insinuationes fiebant dictus ταξιάδιον. Cedreno apud Censuales scribas aperta testamenta l. 18. l. 23. C. de testam. l. 41. C. de episc. & cler. Quod munus postea tributum Quæstoris. Nouel. Leonis 44. Donationes quæ quingentos aureos non excedebant apud Magistrum Census insinuabantur l. 30. l. 32. C. de don. Ea acta, decretaq; Senatus scribebantur l. 2. C. de princip. agent. in reb. Præmia & pecuniæ ludorum ab editoribus apud Censuales deponebantur. Symmachus ep. 21. ad Theod. Censualibus præerat Census magister qui perfectissimus l. 32. C. de episc. & cler. l. 32. C. de donat. Clarissimus dicitur l. 1. C. Th. de studiis liberalib. vrb. Rom. Studiosi ei literas præsidum suorum ostendebant. Dicti sunt autem Censuales à Censu, de quo Cassiodorus lib. 3. ep. 52. Au-
E gusti temporibus Romanus orbis agris diuisus, censuq; descriptus est. l. 4. D. de Censibus. Hæc descriptio in Italia immuni vsurpata non est l. 1. C. de Trib. vrb. Constantinop. Dio lib. 37. Metellus Nepos prætor tributis Italiam liberauit. Eadem post tributaria facta vt Aurel. Victor. Roma tamen immunis d. l. 1.

CAPVT LX.

De Formularijs.

FORMVLÆ dicuntur & actiones quas ne populus vt vellet instituerent, certas solem- *Formularij.*
nesq; esse voluerunt, l. 2. §. his legibus D. de orig. iuris. Vnde forensis Formularius Spartiano in Geta. Quem ad fisci aduocationem delegerat ex Formulario.

A

CAPVT LXI.

De Aduocatis.

Qui dicantur Aduocati.



DVOCATI in officio magistratuum fuere qui dicuntur defensores. Ammian.lib.20. Asconius lib.1.var.Aduocatum in iudicio dicit eum esse qui vel ius suggerit,vel præsentiam suam amico commodat. Moris enim erat in iudiciis cum priuatis, tum publicis amicos omnes aduocare,quorum auctoritate iudices mouerentur. Terent.in Phormione. Amicos aduocabo ad hanc rem qui adsient. Plaut. Casina,stultus contriui diem dum adsto aduocatus cuidam cognato meo,quem her- B
cle litem adeo perdidisse gaudeo,ne me nequicquam sibi aduocauerit. Cicero pro Sextio, Scio quid grauitas vestra,quid hæc aduocatio postulet:pro Quintio,Nihil tam copiosa aduocatione vterer, si petendum esset. Postea promiscuè aduocati, & patroni causidici dicti, & oratores. Tacit.lib.de oratorib.l.33.C.de episc.& cleric.qui Rhetores & togati l.8.C.de postulando l.3.& 5.C.de aduoc.diuers.iudic.

Causidicina munus est Aduocatorum.

Eorum munus Causidicina Ammiano dicitur lib.30. Ipsi togati, Cassiod.lib.6.ep.4. habitu te togatæ dignitatis ornamus,vt indutus veste Romulea iura debeas affectare Romana. Apul.Milesl.10. forenses rabulæ, & pragmatici,vilissima capita forensia, vulturisq; togati. Symmach.lib.5.ep.39. Epictetus togæ forensis honos. Sidonius lib.2.ep.13.epistolam tuam nobis Marcellinus togatus exhibuit, homo peritus. Symmachus lib.9.ep.29. causidicinæ in sinu candidatis.l.188. de decurion.C.Th.l.vlt.de cohortat. causidicinam gerere C
in foro præfecturæ. vet. gl. *Διηλογία causidicatus*, causa dicatio fortè, causæ dictio. Ennodius Marciano. Non est bonis artibus in fœcunda liguria, nutrit foro germina, quæ libenter amplectatur & curia,nota proximitate sociantur causidicus & senator, his qui bene toga vsi fuerint, referatis susceptura sinibus palmata blanditur. Varij autem fuere Aduocati, quorum alij auditorio præfecti præt. alij præfecti vrbis operam darent, quidam in foro Comitis orientis, nonnulli rectorum prouinciarum, quidam Aduocati fisci fuerunt. Ammianus lib. 14. Aduocatos Palatinarum primos scholarum. Paulin. in vita Ambrosij, qui professus in auditorio præfecturæ prætorianæ ita splendidè causas perorabat, vt eligeretur à viro illustri Probo tunc præfect.præt.ad consilium tribuendum,post quod consularitatis recepit insignia, vt regeret Æmiliam,Lucaniamq; prouincias. In foro præfecti præt. erant 160.aduocati,inter quos 64. primates plurimis priuilegiis cohonestati l.8.l.13.15.17. D
C.de aduoc.diuers.iudic.l.7.C.tit.sequ. l.10.12. C.eod. ex his duo quotannis, aut biennio patroni fisci electi, qui 60. auri libras Kalend. Octobr. pro salario inter se diuidebant l.4. 6.7.C.eod. Iisdem præfecti præt.strenam Kalend. Ianuariis quasi comitibus consistorianis soluebant.

Fisci Comes exaduocatus dicitur.

Zozimus historiographus fisci comes exaduocatus dicitur l.4. C. eod. Kalendis Ianuariis Aduocatis fisci dati à Principe 47. aurei. In foro Comitis orientis 40.tantum Aduocati, qui non minus quinquennio iuri operam dedissent. Horum primus per biennium fisci patronus creatus ex publico salarium fermè solidorum 600.percipit, quod Kalend.Octob. soluitur, vt & Aduocatis præfecti præt. Incipiebat fisco patrocinari Kal.April.finito biennio nullius, nisi propinquorum causas tuebatur, nec milites, nec alios hospitio excipiebat. C. de aduoc. diuers. iudic. Aduocati quoque Comitis rei priuatarum & Proconsulis Asiæ E
post depositum aduocationis officium clarissimi ordinis Comitis perfruebantur dignitate, necnon Aduocati intra Africam manentes clarissimatus honore potiebantur. Nouell. Theod. de tributis fiscal. Causidici præfecturæ vrbanæ, vel prætor. expleto aduocationis vicesimo anno vicariæ dignitatis ius, potestatemq; obtinebant. Nouell. Theod.de postul. Nouell.Valentinian. De confirmandis his quæ administ.vel pub.offic. Aduocatio seminarium dignitatum appellatur. Clarissimi causidici dicti Sidon.lib.1.ep.7. Symmachus lib.5. ep. 39. Epictetum causidicum in foro rectoris. Celsum causidicum fori præfect. vrbi. lib. 10.ep.36. Vet.Inscript. Sextilius Agesilaus Ædesius vir clariss. causarum non ignobilis tribunalis Africani orator.

Quando inciperent dignitates Aduocatorum.

Aduocatorum dignitates exacto aduocationis tempore incepere. Sidonius lib. 1. ep.2. Aduocatorum more, quorum cum finiuntur actiones, tunc incipiunt dignitates. Aduocati prætoriani postquam ad fisci patronatum peruenerant, & in eo annum compleuerant,

consisto

A consistoriani Comites abscedebant. C. de aduoc. diuers. iudic. Aduocati fisci sibi gradum faciebant ad amplissimas dignitates. Capitolin. Macrino Aduocatus fisci fuit, ex quo ad amplissima quæque peruenit. Constitutum vt patroni fisci crearentur post biennium exconsule. C. eod. Cassiod. lib. 1. Aduocatus fisci, negotia fisci tuetur. Hesychius φισκοσυνήγορος ὁ ταμείων συνήγορος. *Aduocatus ærarij.* Philostratus in Cyrino ἐπιστεύθη ἐκ τοῦ βασιλέως τὴν τοῦ ταμείου γλῶτταν. αἰτιωμένων δὲ αὐτὸν τοῦ κατ' ἀσίαν ἐνδεικτῶν ὡς πραότερον περὶ τὰς κατηγορίας ἢ αὐτὸν διδάσκουσι, καὶ μὴν πολλῷ βέλτιον. ἐνδειξάντων δὲ αὐτῶν, καὶ πόλιν οὐ μεγάλην ἐπὶ πολλαῖς μυριάσι, ἐκράτει μὲν ὁ κυρῖνος τὴν δίκην ἄκων. *Ei commissa est à rege lingua fisci. Cum autem eum accusarent iudices Asiatici quòd lenior esset in criminibus vindicandis quæ ipsi indicarent, & certè multo melius erat vti lenitate, cumq; iterum indicarent Asiæ delatores, vrbem non magnam multis myriadibus esse multandam, huic actioni Cyrinus præfuit inuitus.*

B Olim certè gratis ex lege Cincia caussæ agebantur, quam Marcus Cincius Tribunus plebis anno v. c. 549. tulit, rettulit Augustus, & firmauit nouo Senatusconsulto, vt Dio lib. 54. καὶ τοὺς ῥήτορας ἀμισθεὶ συναγορεύειν, ἢ τετραπλάσιον ὅσον ἂν λάβωσιν ἐκτίνειν ἐκέλευσε. *Caussidicos sine mercede caussas agere, aut quadruplum eius quod acceperint pendere iussit.* Tacit. lib. 11. lib. 14. Pœnaq; legis Cinciæ aduersus eos qui pretio causas orassent. Item, legem Cinciam flagitant, ne quis ob caussam orandam pecuniam donúmve accipiat. Claudius capiendis pecuniis Aduocatis posuit modum vsque ad dena H S. Apulei. Apolog. 1. Mercenariam eorum loquacitatem vocat. Suetonius Nerone cap. 17. Item vt litigatores pro patrociniis certam, iustamq; mercedem darent, pro subselliis nullam omnino darent præbente ærario gratuita. Plinius lib. 5. peractis tamen negotiis permittebatur à Traiano pecuniam decem millium dare, id est, centum aureos. Vlpianus l. 1. de variis & extraordinar. *Caussæ gratis agebantur.*

C cognitionib. 100. aureos tribuit patrono in singulas causas. Hoc omnes priusquam iudicio experirentur, iubebantur iurare nihil se ob aduocationem cuiquam dedisse, promisisse, cauisse. Dubito an ad Causidicos & Aduocatos pertineant. *Rabulæ forenses, clamatores* ἐγγλωσογάστορες, κνισσοκόλακες, γαστρολάλοι, κνισσολόγοι, κνισσολέσχοι, *helluones, plebeculæ pestes, & voragines, qui hodie fora nostra infestant.* Ammianus lib. 30. At nunc per omnes tractus videre est violenta, & rapacissima genera hominum per fora omnia volitantium, & subsidentium diuitum domos, vt Spartanos canes, & cretas vestigia sagacius colligendo ad ipsa cubilia peruenire caussarum. Salustius, Caninam facundiam vocat, latratores, clamatores, caussidicos. Hi sunt, ait Sidonius, qui causas protendunt adhibiti, impediunt prætermissi, fastidiunt admoniti, obliuiscuntur locupletati, &c. Sed de his talibus alius locus. Ad reliqua pergamus.

D Tractatoria est libellus rerum tractatarum. Augustinus epist. 62. concione 2. in psalm. 36. Tractatoria Syricij Papæ tom. 1. Concil. gener. Tractatorium locus in quo causæ tractabantur. Theodosius de postulando & perpetuanda aduocatione. Curiales qui post 64. priores aduocatos in amplissimo foro postulandi subimet vsurpauere licentiam nisi ad fisci nostri peruenerint patronatum nullo beneficio constitutionum quæ de Aduocatis factæ sunt, fruantur. Aduocatus fici pro fisco in aula apud Comitem sacrarum largitionum, in prouinciis apud procuratorem Cæsaris, in vrbe apud præfectum ærarij intercedebat l. 4. c. de aduoc. fisci. Aduocati fisci patroni ærarij erant l. penult. C. de aduoc. diuers. i udic. De Aduocatorum honorariis l. 1. D. de extraordinariis cognitionib. Aduocati Cæsarienses in Cappadocia celebrantur l. si maior C. de legit. hæred. Legendus Strabo lib. 12. de Mazace Cappadocum. *Tractatoria, & Tractatorium quid sint.*

E

CAPVT LXII.

De Aphoplistis.

ERANT λῃστοδιώκτῃ, βιοκωλύται, ἀφοπλισταὶ, qui vim prohiberent, latrunculatores, qui priuatos homines exarmarent ne cædes facerent. Iustinianus eos sustulit, Nouell. 8. Iulianus Antecessor Nouell. 15. Cumque in prouincias iudices iusti mittantur, superfluum est latrunculatores mittere, & quos Biocolytas, & Aphoplistas vocant. Basilic. 6. titul. περὶ δουκὸς, ἤτοι βιοκωλάτου λυκαονίας, καὶ λυδίας. *Aphoplistæ. Biocolytæ.*

CAPVT LXIII.

De Latrunculatoribus.

Latrunculator qui dicatur.



LATRVNCVLATOR dicitur is qui ad conquirendos & persequendos Latrones à Principe mittitur, quem Iustinianus ληστοδιώκτην vocat. Nouell. 8. Iudex est qui de criminibus iudicat l. 61. l. solemus §. vlt. D. de iudic. Est rerum capitalium iudex, Quæstor parricidij. Habebat in satellitio milites diocmitas, vel dioctas, vt Capitolinus in Marco Philosoph. vocat, leuis armaturæ, qui prædones comprehenderent. Tertull. Latronibus vestigandis per vniuersas prouincias militaris statio sortitur. Nouel. 28. 29. βιοκωλύται dicuntur. Ammianus lib. 27. Musonius vicarius Asiæ adhibitis semiermibus paucis, quos diocmitas vocant, vnum grassatorum cuneum, si patuisset facultas, adoriri conatus est. Nouel. 7. ληστοδιώκτας, & βιοκωλύτας qui erant in prouinciis ἐπαύσαμεν, & rectoribus prouinciarum id curæ esse volumus vt arceant Latrones. Nouel. 8. καὶ ληστοδιώκτας, ἢ τοὺς καλουμένους βιοκωλύτας, μᾶλλον δὲ λωποδύτας, ἢ ἀφοπλιστὰς ἐκπέμπειν. Vt nullo præterea nobis alio magistratu opus sit, aut etiam vel Latrunculatores, vel quos vocant violentiis cohibendis, imo grassationibus exercendis præpositos, vel exarmato res emittere, satis quidem honestos præ se ferentes titulos, re autem ipsa perpetrantes omnium flagitiosissima. ἀταγορεύομεν καὶ τῷ ἐνδοξοτάτῳ στρατηγῷ τῆς ἑώας, καὶ πᾶσι τοῖς ἡμετέροις ἄρχουσιν, ἢ ληστοδιώκτας, ἢ βιοκωλύτας, ἢ ἀφλοπλιστὰς ἐκπέμπειν. Nouel. 134. μηδένα δέχεσθαι ἢ βιοκωλύτην, ἢ ληστοδιώκτην.

CAPVT LXIV.

De Metatoribus, & Mensoribus.

Metatores & Mēsores quinam appellentur.



VEGETIVS lib. 2. cap. 7. Metatores ait eos dici qui præcedentes locum eligunt castris, item qui diuersoriorum & hospitiorum designant loca. Deputatas singulis domus manu sua denotabant, & postibus hospitaturi nomen adscribebant. l. 1. C. de Metatis. Lucan.

Hesperios audax veniam Metator in agros.

Mauricius lib. 1. strat. cap. 3. Antecessores οἱ προλαμβάνοντες ἐν τοῖς ὁ δοιπορείαις καὶ τὰς ἐπιτηδείας ὁδοὺς, καὶ τόπους πρὸς τὴν τῶν ἀπλήκτων ποιήσιν ἀνερευνῶντες. Cyprian. ep. 1. lib. 4. Primum hospitium vobis in carcere præparauit, & Metator quodammodo vester nunc quoque vos antecessit. Suidas, μετάτωρ ὁ προαποστελλόμενος ἄγγελος πρὸς τοὺς ἄρχοντος, *Metator nuntius missus à magistratu.* Optatus lib. 3. cum ante Metatores milites, vt fieri solet mitterentur.

Metatorum & Mensorū discrimen.

Vegetius lib. 2. cap. 3. Metatores à Mensoribus separat. Mensores enim domos in quibus quisque habitaret signo notabant Principe iter faciente C. de Mensorib. l. 1. & 2. C. de Metatis. Veget. lib. 4. cap. 7. Mensores sunt qui in castris ad Podismum dimetiuntur loca in quibus milites tentoria figunt, vel hospitia in ciuitatibus præstant. Metatores qui præcedentes locum eligunt castris. Mauricius lib. 2. cap. 2. Strateg. πραιπεδάτωρας vocat. Ambrosius lib. 5. Examer. cap. 10. Metatores itinera disponunt. Idem ad psalm. 119. serm. 5. Miles itinerarium ab Imperatore accipit, & custodit illud, præscripto incedit ordine, cum armis suis ambulat, rectaq; via conficit iter, vt inueniat commeantium parata sibi subsidia, si alio ambulauerit itinere annonam non accipit, mansionem paratam non inuenit. Imperator statiuas ordinat, triduo ambulat exercitus, quarto requiescit die, eliguntur ciuitates, in quibus triduum, quatriduum, & plures interponantur dies. Lampridius in Alexandro, itinerum dies publicè proponebat, vt edictum penderet ante menses duos, in quo scriptum esset, Illa die, illa hora, ab vrbe sum exiturus, & si Dij voluerint, in prima mansione mansurus. Deinde per ordinem mansiones, deinde statiuæ, deinde vbi annona esset accipienda, & id quidem eo vsque dum ad fines barbaricos veniretur. Glossæ Basilic. μένσωρες οἱ τὰ φοσσάτα μετροῦντες, οἱ νῦν μενσουράτορες. Constant. Porphyrogen. μένσωρες οἱ τὰ ἄπληκτα ἤτοι φοσσάτα μετροῦντες καὶ καθιστῶντες. Leo Constit. 3. Mensuratores vocari ait. Manu scriptus Anonymus,

A Anonymus, δεῖ δὲ καὶ μενσουράτωρι σχοινίων μέτρον χιλίων ὀργυιῶν ἐπιδοῦναι. *Oportet mensuratori dare funem vlnarum mille.* l. vlt. C. de diuers. offic. Mensores in palatio aulicis annonam, equis pabula metiuntur. Eorum primicerius biennio confecto vltimum Agentium in rebus locum consequebatur, id est, eius scholæ tiro fiebat, l. 1. C. de Mensorib.

Alij erant Mensores apud magistros militum, qui & ipsi domos signabant militibus. Alius agri Mensor de quo Ouidius lib. 1. Metamor. *Mensorum multitudo.*

Cautus humum longo signauit limite Mensor.

Cod. titulus est, si Mensor falsi mod. Horat.

Arua decempedis metata.

Fuere & Mensores operum apud Plin. lib. 10. epist. Mensores frumenti l. 29. D. de excusat. tutor. Mensorum frumenti corpus fuit l. 10. §. 1. D. de vacat. mun. l. vlt. D. de iure immu-
B nit. Aggenus lib. de constit. agror. Alius fuit Mensor qui decempeda, & pertica vteretur: alius Mensor, qui machina, & norma ad designandum agrum quadratum aut trigonum. Ad officium de finibus cognoscentis pertinet Mensores mittere, & per eos dirimere finium quæstionem, l. 8. D. de finib. regun. Plin. epist. 28. lib. 10. Videntur non mediocres pecuniæ posse reuocari à curatoribus operum, si mensuræ fideliter agantur. Respondet Traianus, Mensores vix etiam in operibus quæ aut Romæ, aut in proximo fiunt, sufficienter habeo. Chrysolog. serm. 125. Ioannem Baptistam Christi præcursorem ac Metatorem fuisse. Freculphus lib. 2. Chronici, Iulium Cæsarem Metatorem potius fuisse Imperij, quo postea Augustus potitus est. Sidon. ep. 11. lib. 8. Metatoriam paginam quasi cum musa præuia misi. Apud Suidam δηριγεόμενος, ὀψικευόμενος, *Qui ex obsequio Imperatoris Mansiones præparat.* Mansionarius vt Hincmarus ep. 23. lib. 3. Constantinus Porphyrog. ὀψίκιον
C διὰ τὸ καταρτίζειν τὰς μονὰς τοῦ βασιλέως. *Obsicium quod præparet Mansionem Imperatoris.*

Metatum accipitur pro hospitij, aut diuersorij onere, quod à Proconsule imponitur. Basilic. eclog. 6. οὐκ ὀφείλει μετάτοις τὴν ἐπαρχίαν βαρεῖν ὁ ἀνθύπατος, *Proconsul non debet prouinciam onerare Metatis.* Harmenopullus lib. 2. titul. 5. οἱ ὁπλοποιοὶ, ἀρχιατροὶ, γραμμάτων διδάσκαλοι, ζωγράφων παιδευταὶ τοῦ βάρους τοῦ μετάτων ἐλεύθεροι διατηρείσθωσαν. *Armorum fabri, Medici Principes, literarum Doctores, institutores pictorum liberi sint ab onere Metatorum*, id est, ne militem hospitio excipere cogantur. *Metatum quid.*

CAPVT LXV.

D

De Mensuris publicis.

PVBLICÆ Mensuræ & pondera in Capitolio seruabantur, vnde & amphora Capitolina dicta. Capitolin. in Maximino, Bibisse autem sæpe in die vini Capitolinam amphoram constat. Fannius in Carmine de ponderib. & Mensuris *Mensuræ publicæ.*

Amphora fit cubus, quam ne violare liceret
Sacrauére Ioui Tarpeio in monte Quirites.

Vet. Lapis, Imperatore Cæsare, Vespasiano 6. Cos. Tito Cæsaris Augusti filio 4. Mensuræ exactæ in Capitolio. Valentinianus instituit per regiones vrbis vni-
E uersas pondera, vt Ammia. lib. 28. Acceptas ab Imperatore Mensuras vel Papa vel Senatus seruabat, in pragmatica sanctione Iustin. cap. 18. Hæ mensuræ dicebantur Capitolinæ, vrbanæ, & Italicæ, vulgaribus maiores. Symmachus lib. 10. ep. 26. Auri libras vrbanis ponderibus conferendas, id est, trutinæ largioris examine. Castrenses Italicis dimidio maiores erant. S. Hieronymus hin duos choas Atticos facit, quos nos appellare possumus duos sextarios Italicos, ita vt hin Mensura sit Iudaici sextarij nostríque Castrensis, cuius sexta pars facit tertiam partem sextarij Italici. Aristides 3. Hiericho, ἡμίναν βασιλικὴν, *regiam heminam*, Capitolinam vocat.

Vulgatum est mensuras alias fuisse liquidorum, alias solidorum, alias quibus longa, lata, profunda metirentur, in quibus granum minima mensura fuit. Digitus 4. granorum, 4. digiti palmum minorem faciunt, παλαιστὴν, tres pollices. Palmus maior 5. digitorum est, *dorum* δῶρον dicitur. Lateres τετράδωροι 4. Palmorum, Palmus duplex 8. digitorum vocatur διχάς. Dodrans 12. digitorum, σπιθαμὴ est vnciarum 9. totidem pollicum. *Mensurarũ pluralitas.*

Cubitus eſt ſeſquipes, qui palmos ſex efficit. Pes palmorum 4. pollicum 12. digitorum A
16. Pes eſt as, pollex vncia. Palmus minor quadrans, Spithame dodrans, palmipes 5. palmorum eſt, dicitur πυγὼν eſt minor cubito palmo vno. Cubitus 24. digitorum eſt ſeſquipes. πῆχυς cubitus palmos ſex facit. Gradus duorum pedum eſt, greſſus duorum pedum & ſemis. Paſſus quinque pedes longus. Vlna ſeu ὀργυὰ 6. pedum. Pertica decempeda 10. pedum. Calamus Hebræis ſex cubitorum, ſeu decem pedum, & ſemiſſis. Plethrum 100. pedum. Stadium 125. paſſuum, pedum 750. Diaulus duorum ſtadiorum, mille paſſuum. Dolichos menſura ſtadiorum 12. Paraſanga 30. ſtadia implet, ſchœnus duas paranſangas, Stathmus milliaria 28. porca longa 120. pedes, lata 30. quarta pars actus octaua pars iugeri. Iugerum duorum eſt magnorum actuum. Actus magnus clauditur in quadrum pedibus 120. Vncia pars libræ duodecima ſemuncia. Duella tertia pars vnciæ. Siliqua, ſiciliquus quarta pars vnciæ. Sextula ſexta pars. Denarius ſeptima pars, quia vncia eſt dena- B
riorum 7. & drachmarum 8. 84. denarij libram efficiunt. Scriptulum eſt 24. vnciæ pars, γράμμα. Mina vetus drachmarum 75. mina recentior 100. obolus eſt 6 pars drachmæ, ſemiobolus 12. pars, qui diuiditur in χαλκᾶς τρεῖς, ſingula æra in 7. λεπτὰ, quæ ſecari non poſſunt.

Libra, eiuſque diuiſio. In libra ſunt 12. vnciæ, 96. drachmæ, in vncia 8. drachmæ. Drachma ſcriptula tria capit. Scriptulum duos habet obolos. Libra alia ponderum eſt, alia Menſuræ. Libra Menſuræ vas eſt cubicum 12. vncias liquoris capiens. Partes aſſis ſunt vncia, ſextans, quadrans, triens, quicunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as, ſeu libra. Non eſt eadem ratio libræ ponderum, & menſuræ, quia libræ menſuralis dodrans pendit tantum ſeptuncem, ponderalis ſemiſſem.

Quincunx. Hemina. Sextarius. Quincunx eſt ſextarij quartarius. Cotyle eſt dodrans. Hemina eſt dextans ſextarij Ro- C
mani, & libræ menſuralis. Sextarius duas cotylas, ſeu heminas capit. Sextarius Romanus ſexies repetitus congium explet, capit libram vnam & beſſem, diuiditur in 12. cyathos. Cyathi duo ſextantem faciunt. Cyathi tres quadrantem, cyathi 6. heminam. Martial.

Quincunces, & ſex cyathos, beſſémque bibamus.
Poto ego ſextantes, tu potas Cinna deunces.

Cyathi 12. ſextarius, 2. heminæ. Mart.

Beſſalem ad ſcutulam ſexto peruenimus ambo,
Poſthac in cotyla raſa ſelibra data eſt.

Sextarius Romanus. Sextarius Romanus habet heminas duas, quatuor quartarios, octo acetabula, ſeu oxy- D
bapha, cyathos 12. vncias 20. Menſurales. Hemina 10. habet vncias Menſurales. Cyathus quantum quis vno hauſtu bibere poteſt. Martial.

Næuia ſex cyathis, ſeptem ſuſtina bibatur,

Cyathus habet legulas quatuor. Martial.

Octauus ligulam miſit ſextante minorem.

Legula tres dragmas, & ſcriptulum vnum. Fannius

Nam libræ beſſem ſextarius addet.

Xeſte ſextarius Græcus cotylas duas. Cotyla quartarios duos, quartarius duo acetabula, acetabulum ſeſquicyathum, cyathus conchas duas habet, myſtra quatuor, chemas quinque. Cheme duo cochlearia, ſeu legulas capit. Cotyle τρυβλίον, ſemiſextarius minor eſt E
vncia Romana vncia vna. Cyathus drachmas 12. concha drachmas 6 myſtrum drachmas tres, cheme drachmas duas cum ſemiſſe, cochleare ſeu legula drachmam vnam & ſcriptulum, cotyle Attica nouem vncias Italicas capit. Martial.

Quamuis me legulam dicant equitéſque Patréſque
Dicor ab indoctis lingula Grammaticis.
Sum cochleis habilis, ſed non minus vtilis ouis,
Nunquid ſcis potius cur cochleare vocer?

Myſtrum & cheme, ſimilia teſtæ conchylij Hebræis lag ſextarius, pars 12. Menſuræ hin, ſex ouorum capax, pars 24. menſuræ ſeah, ſeu ſati. Hin duos choas Atticos capit, χοῦς Atticus 9. libras menſurales, vt ſcribit Ioſephus libr. 3. origin. c. 12. & 13. Satum habet 24. ſextarios Atticos, quia log eſt 24. pars ſati, ſeu ſeah. Sata tria faciunt epha, id eſt 72.

ſextarios

A ſextarios Atticos. Epha, eph, metreta, medimnus idem ſunt. Chorus & gomor decem ephi, ſatum ſex cabos capit, χᾶς ſex ſextarios, cotylas 12. log ſextarius eſt Atticus & Hebraicus. Caph pars trigeſima τῆς log. Capit quantum vola manus continet liquoris. Minor eſt concha Attica, maior myſtro, par cochleari, aut ligulæ Romanæ. Quearach acetabulum ſex qui cyathus. Semis menſuræ log dicitur baqua, triens, ſchiliſchi, quadrans arbacth, ſeu reba. Sextarius eſt infima menſura, amphora media, culeus maxima.

Amphora dicitur quadrantat ex pede in quadrum, & ex quadro in cubum, capacitate reſoluta. Dicitur metrete, cadus, κεράμιον. Metreta in liquidis, medimnus in ſolidis. Amphora Romana 80. libras capit, Attica 108. Amphora Romana ſextarios 48. heminas 96. quartarios 192. acetabula 380. cyathos 586. *Amphora.*

Vrna eſt amphora dimidiata. Amphora tres modios Romanos capit, modius 16. ſex- *Vrna.*
B tarios, & libras menſurales 27. cum duabus vnciis. Congius ſeu χᾶς amphoræ bes, ſextarios ſex tenet. Congius tamen ſuperat Atticum χόα libra vna menſurali, quia ſextarius Romanus maior Attico duabus vnciis. Congius capit 10. libras menſurales, χᾶς nouem. Metreta Atticus in liquidis 72. ſextarios capit. Chus Atticus pars eſt 12. metretæ. Congij nouem ſunt 10. choes Attici. Medimnus in ſolidis 72. ſextarios capit. Choenix medimni pars 48. eſt ſextarius Atticus, & Semis, ἡμεροτροφὶς, pabuli diurni menſura. Vnde Pythagoræ dictum ſuper choenice: ne ſedeas, id eſt, ne contentus eſto hodierno cibo. Medimnus habet 162. libras menſurales. Medimnus veterinarius ἱπποιατρικὸς, cotylas ſeu libras 144. vncias mille 728. Artaba quinque modij. Culeus 20. amphoræ. Tina vas eliquandis racemis, cuppa calcandis. Oenophorus, orcha, gutturnium, cucuma vaſa liquidis capiendis. Trulla in ſummo anguſta, in imo lata. Laguncula, lecythus, guttum, cymbium, hy-
C dria, ſcyphus, aquiminarium, ſeria, ſeriola, fidelia. Subiiciam è libro Cleopatræ de Menſuris manu ſcripto, paucula. ἡμνᾶ ὄνομα ἔχῃ ταθμὲ. ἔχῃ ϑ γο ις. δραχμὰς ρκ η. γραμμάρια τπ δ. ὀβολὸς ψξ η, θερμὸς ορν β. β δ. χαλκοῦς σρμ δ. νομίσματα σς. ὁ ἀττικὴ μνᾶ ἔχῃ γοιβε. δραχμὰς ρ. γραμμάρια τ. ὀβολὸς χ. χαλκοῦς δύω, νομίσματα οέ. ἡ πτολεμαικὴ μνᾶ ἔχῃ γοιή. δραχμὰς ρμ δ. γραμμάρια υλβ. ὀβολὸς οξ δ. θερμὸς ά σς ςς βφς β. χαλκοῦς ωλιβ. νομίσματα ρή. ἡ λίτρα ἔχῃ γο ιβ. δραχμὰς ςς. γραμμάρια σω η. ἡ γο ἔχῃ δραχμὰς ή. γραμμάρια η δ. ὀβολὸς μή. θερμὸς οβ υυ ρμ δ. χαλκοῦς τω δ. νομίσματα ς. καλεῖται ϑ ἡ γο τετρασάριον ἰταλικὸν. ἡ δραχμὴ ἔχῃ γραμμάρια γ. ὀβολὸς ς. θερμὸς ϑ. υυ ιη. χαλκοῦς μή. τὸ ἰταλικὸν δίωβόλιον ἔχῃ δραχμὴν α. ἡ δραχμὴ ϑ ἡ ἄλλη ὁμώνυμον καλεῖται ἡ αἰγυπτιακὴ ἥ τις ἐκτὸν μέρον ὄξι τ ἀττικῆς ἄγουσα ὀβολὸν ά. τ γραμμάριον ἔχῃ ὀβολὸς β. θερμὸς γ. υυς. χαλκοῦς ις. ὀβολὸς ἔχῃ θερμὸν αριι υυγ. χαλκοῦς η. τ ἡμιοβόλιον χαλκοῦς δ. ὁ θερμὸς ἔχῃ υυβ χαλκοῦς γ.
D ἀττικὸν ϑ ἡμιόβολον ἔχῃ τέσσαρα πεμπτά. τ υ ἔχει ἀττικοῦς χαλκοῦς β. ἡ ὁ χαλκοῦς β πεμπτά. ὁ χαλκοῦς ἔχῃ ἡμιόβολον τ δ. ϑ. ὥστε τὸς δ χαλκοῦς ἄγειν ἡμιόβολον. ὁ στατὴρ ἔχει δραχμὰς δ. νομίσματα γ. καλεῖσι ϑ αὐτὸν τετράδραχμον. τ διπλοῦ δίδραγμον ἄγῃ δραχμὰς δ. ΝΝ γ. ἡ τ βασιλικὸν κέρυον ἄγῃ κοτύλας δ.

Subiungerem reliqua, ſed ea me non ſatis capere fateor. Cyathum ait ἔχει γραμμάρια ϡ. ὀβολοῦ ξ. ponit χοεῖν μεγάλην ἡ μικρόν. κόγκη ἡ μεγάλη ὄξιν ὡς ὀξύβαφον, ἡ ϑ ἐλάττων κόγχη ἡμικύαθον. ὀξύβαφον κυάθους γ. Suidas ἄκαινα μέτρον δεκάπουν. ἡμιεκτέον μέτρον δ χοινίκων. ὁ γὰρ μέδιμνος μή χοινίκων ὄξι. τέτταρα τ ἕκτον εἰσιν ἡ χοίνικες. ἡμίεκτον ϑ τὸ χοεῖον δ χοίνικας· ἡμιμέδιμνον μέτρον χοινίκων κδ. Explicatius Onoſander ὁ παλαιστὴς ἔχει δακτύλους ἔχει δ. ὁ πῶς ἔχει παλαιστὰς δ ἤτοι δακτύλους ις. ὁ πῆχυς πόδας αϛ ἤτοι δακτύλους κδ. *Palmus minor 4. digitos capit, pes 4. palmos aut digitos 16. cubitus ſeſquipedem aut digitos 24.* τ βῆμα ἔχει
E πῆχυ ἕνα ἡ πόδα ά ὃ ὄξι πόδες βς ἤγει παλαιστὰς ι. ἡ ὀργυὰ ἔχει βήματα β ἡ πόδα ά ἤτοι πόδας ς. ἡ ἄκαινα (alij ἄκαιναν dicunt) ἔχει ὀργυὰς αϛ ἡ πόδα, ἤγει πόδας ι, ἤγει παλαιστὰς μ τὸ πλέθρον ἔχει ἀκάνας ι ἤτοι ὀργυὰς ις ἡ πόδας δ. ἤγει βήματα μ ἤγει πήχεις ξ δ ἡ πόδας ά ἤγει πόδας ρ. ἤγει παλαιστὰς υ *Greſſus cubitum habet*, id eſt, *duos pedes & ſemidepedem & pedem vnum. Palmos decem. Vlna habet greſſus duos & pedem vnum aut pedes ſex. Acena ſeſquiulnam habet & pedum vnum aut* 10. *pedes aut palmas* 40. *Plethrum acenas* 10. *vlnas quindecim & pedem vnum aut pedes centum aut palmos quadringentos.* Heſychius ὀρθύδωρον μέτρον τ ὀρθὸν τ χειρὸς ἀπὸ ἀκρᾶς τ καρπᾶ μέχρι τ δακτύλου ἡ σπιθάμη. *Orthydorum eſt ſpatium rectæ manus à ſumma ſola vſque ad digitur & ſpithame,* 12. *digitorum.* Suidas δοχμὴ ἡ παλαιστὴ, Suidæ. Victruuius lib. 3. E cubito cum dempti ſunt palmi duo relinquitur pes 4. palmorum. Palmus habet 4. digitos, pes 16. digitos. totidem aſſes ærarius denarius. Frontinus de aquæductib. Aquarum moduli aut ad digitorum aut ad vnciarum menſuram inſtituti ſunt. Digitus eſt 16. pars pedis. Corus menſura liquidorum, & aridorum continet modios 30. alij

modios

modios 15. tantum. Ephi mensuræ leguminum genus continens modios 36. Tzetzes in Hesiod. σπιθαμὴ ἔχει δώρας ἤγουν παλαιστὰς τρεῖς. ὁ δὲ παλαιστὴς ἐστὶ δακτύλων δ. Eustath. σχοῖνος μέτρον διαστήματος κατὰ μὲν τινὰς ἑξήκοντα σταδίων, κατὰ δὲ ἑτέρους τριακοσίων τεσσαράκοντα. *Spithame tres habet palmos, palmus 4. digitos. Schoenus sexaginta stadiorum, secundum alios trecentorum* 40. Strabo lib. 17. σχοῖνος ἄστατις ἐν αἰγύπτῳ· ἀπὸ μεμφέως ἐπὶ θηβαΐδος ἡ σχοῖνος ἑκάστη σταδίων 120. ἀπὸ τῆς θηβαΐδος μέχρι συήνης ἑξήκοντα. *Schoenus incerta in Aegypto. A Memphi ad Thebaidem schœni singulæ sunt stadiorum* 120. *à Thebaide ad Syenem* 60. Vetus scholiastes manu scriptus. Maiores orbem in partes, partes in prouincias, prouincias in regiones, regiones in loca, loca in territoria, hæc in agros, hos in centurias, has in iugera, hæc in climata, climata in actus, perticas, passus, gradus, cubitos, pedes, palmos, vncias, digitos partiti sunt. Vncia digitos tres habet. Passus pedes quinque, Pertica passũs duos, seu pedes 10. Actus minimus latitudine pedum 4. longitudine 120. Climata vndique versus pedes habent sexaginta. Legendus Higinus de limitibus, S. Epiphanius & Priscianus de Mensur. & ponderib. Hesychius πυγὼν μέτρον, τὸ ἀπὸ ὠλεκράνου ὅπερ ἐστὶν ὁ ἀγκὼν ἕως ἔξω τῆς χειρὸς ἐπικεκαμμένων τῶν δακτύλων καὶ σπιθαμή. *Pygon Mensura à cubito vsque extra manum digitis inflexis.* Vide Columellam lib. 5. cap. 5. Pollux lib. 2. εἰ τοὺς δακτύλους ἀποτείνας ἀπὸ τοῦ μεγάλου πρὸς τὸν σμικρότατον μετρεῖς, σπιθαμὴ τὸ μέτρον, *Si digitum extenderis à magno ad minimum digitum est spithame, seu dodrans.* εἰ δὲ τὸν μέγαν δάκτυλον τῷ λιχανῷ ἀντιτείνας τὸ μέτον, λιχάς. *Si magnum digitum indici contra intenderis lichas est.* ἀπὸ δὲ τοῦ ὠλεκράνου πρὸς τὸ τοῦ μέσου δακτύλου ἄκρον τὸ διάστημα πῆχυς. *A cubito ad summum medij digiti, dicitur cubitus.* εἰ δὲ συγκάμψειας τοὺς δακτύλους ἀπ' ἀγκῶνος ἐπ' αὐτοὺς πυγών. εἰ δὲ συγκλείσειας πυγμήν, εἰ δὲ ἄμφω τὰς χεῖρας ἐκτείνειας, ὡς καὶ τὸ στέρνον αὐταῖς συμμετρεῖν ὀργυιά ς. *Flectas digitos à cubito ad ipsos, pygon. si concludas pygmen, si ambas manus extenderis vt pectus cum ipsis simul metiaris, vlna.* Palæmon de ponderibus.

Orbis diuisio.

——— Cecropiúmque talentum
Sexaginta minas, seu vix sex millia drachmas.
Nam nil est oboló ve minus, maiús ve talento,
Hæc maior latio libra est, gentique togatæ
Centum hæc sunt drachmæ, quod si decerpseris illis
Quatuor, efficies hanc nostram denique libram.
Semioboli duplum est obolus, quem pondere duplo
Gramma vocant, scrupulum nostri dixere priores,
Semina sex alij siliquis latitantia curuis
Attribuunt scrupulo, lentes veraciter octo
Aut totidem speltas numerant, tristés ve lupinos
Bis duo.
In scrupulis ternis drachmam quo pondere doctis
Argenti facilis signatur pondus Athenis
Olcéque à Decuma non re, sed nomine differt.
Drachmam si geminas, aderit quem dicier audis
Siciliquus drachmæ vnius si adiectio fiet
Sextula quæ fertur, nam sex his vncia constat.
Sextula cum dupla est, veteres dixere duellam,
Vncia fit drachmis bis quatuor, vnde putandum
Grammata dicta, quòd hæc vigintiquatuor in se
Vncia habet.
Vnciáque in libra pars est quæ mensis in anno.

Actus quadratus.

Isidorus, Actus quadratus vndique finitur pedibus 120. Hunc Betici Arapennem dicunt, & aruipendium, vt alij. Actus duplicatus iugerum facit. Iugerum constat longitudine pedum 240. latitudine 120. Leuca passibus quingentis constat Vide Isidorum lib. 16. c. 24. Veteres non vbique in mensuris inter se consentiunt. lib. 4. Reg. c. vlt. Tres fuisse Hierosolymis dicuntur qui mensuras seruarent, τρεῖς φυλάσσοντας τὸν σταθμόν.

CAPVT

A

CAPVT LXVI.

De Glabrarijs Cæsarum.



VIA Cæsaribus sui fuere Glabrarij, pauca de hoc genere subiiciam. Glabrarij, σμήκ), Pumicatores Principis in veterib. gloss. Lapis Vetus, Diophantus Tiberij Cæsaris ornator Glabrarius. Gablatores, Glabrarij. Ipsum caput Glabrabatur. Martial. lib. 3.

Psilotro faciem læuas, & dropace caluam.

B Adhibebant cilicia, fortfices, spongias, rutabula, Sueton. lib. 2. c. 75. Præter cilicia, & spongias, & rutabula, & forfices atque alia id genus titulis obscuris, & ambiguis. *Forfex* ὀδοντάγρα.

Deglabrandi veteres studiosi fuere. Varro c. 2. lib. de re Rust. si quem Glabrum facere velis, ranam luridam coniice in aquam vsque quo ad tertiam partem decoxeris, eáque vnguere corpus. Martial. lib. 10. ep. 64.

Læuis dropace tu cottidiano.

Lib. 12. epist. 32.

Nec plena turpi matris olla resina,
Sum mœnianæ qua pilantur vxores.

ῥητίνη *resina.* Quintilian. lib. 2. c. 5. Vulsis, læuatis, & inustas comas acu comentibus. Pli-
C nius lib. 2. ep. 2. Pumicatos vocat. V. gloss. alipilarius ἀλωπακισής. Lucianus in ἀλαπίται πίλα γυναικεία, τετῆσι ῥυπῶσι. V. gloss. ψιλωθρὸν, ἀργυρικὸν, auri pigmentum. ἀλαπλεία Philostratus lib. 4. in vita Apollon. Pers. sa. 4.

——Arcanáque lumbi runcantem,
Elixásque nates labefactent forcipe adunca.

Petronius, quæ sola Salamandra tibi supercilia excussit. Sueton. c. 68. lib. 2. Augustus solitus crura suburere nuce ardenti quo mollior pilus surgeret. Consule Dionem Chrysost. in fine primi Tharsici. Hesychius μάδδα· τὸ ψιλωθρὸν, μαδίσας τὰς τρίχας ἀποβαλών. Apuleius lib. 5. Puer inuestis. Afranius,

Præterea corpus meum nunc pilare primum incipit.

D id est, pilos edere. Ludij volsi, volsellæ. Iuuen. sat. 8.

——Quid resinata iuuentus,
Cruráque totius facient tibi læuia gentis.

Aristoph. schol. γυνὴ ἔτοι, ἢ πιπιόμφοι, τὰ ῥινία λεῖοι.

Nam res mortifera est inimicus pumice læuis.

——Nullus tota nitor in cute, qualem
Præstabit calidi circumlita fascia visci.

Martial. l. 3.

——Non potes illos
Resina, veneto nec resecare luto.
E *Purgéntque sæuæ cana labra volsellæ.*
Hoc Salamandra notet, vel sæua nouacula nudet.

Plinius lib. 10. c. 67. Salamandræ sanie contacta loca depilantur. Aristophanes Acharnanib. τὸ πόδ' ἀποτίθεσκεν. Scholiast. ἀπεπίλουν οἱ θεῖκες τὰ αἰδοῖα. *Pili vulsi quandoque per ignominiam.* Zonaras in Copronymo, ψιλωθεὶς τὴν κεφαλὴν, καὶ πώγωνα, καὶ ὀφρυας, καὶ ὄνῳ ἐποχηθείς. Ælian. lib. 15. c. 27. histor. animant. ἀωρολέους vocat *exoletos.* Lucillius lib. 7.

Sardor, subbellor, desquamor, pumicor, ornor,
Expilor, & pingor.

CAPVT

CAPVT LXVII.

De Brambaricarijs, & alijs Artificibus.

Brambaricarij qui dicebantur.

BRAMBARICARII, vel barbaricarij dicti qui argento, auro, vel ære cassidas & bucculas tegebant, & deaurabant l.1. de fabricensib. C.Theodos. l.fin. C.de Palatin.sacrar. largit. l.1.C.de excusation. Artific. Donatus ad lib.2.Æn. Barbaricarij dicuntur qui ex auro coloratis filis exprimunt hominum formas & animalium, & aliarum specierum imitatam subtilitate veritatem. Palæmon in Glossis, barbarica ornamenta ex auro. Hripsi dicuntur & phrygiones, quod phryges acu pingere primi instituerint, qui propriè barbari. Virgil.

Barbarico postes auro, spolijsque superbi.

Notitia in Galliis tres argentariorum, seu barbaricariorum præfectos statuit l.scriniis C.de Palatinis sacrar. largition. Barbaricarij centenarij numero duo statuuntur.

Argentarij & alij multi artifices.

Argentarij sunt qui vasa argentea cudunt: mensarij quoque, & trapesitæ, nummularij, mensularij, collybistæ dicuntur argentarij, ἀργυροπράται, barbaricarij qui thoracas ahenos,

Aut leues ocreas lento ducunt argento.

l.Artifices C.de excusation. Artificum argentarij barbaricarij, diatrerarij, ærarij. διατρήτους, calices celatos l.27.§.si calicem D.ad l.Aquiliam. Martial lib.12. epigram.71.

O quantum diatreta valent, & quinque comati.

l.vlt. C.de pignoribus argenti distractores. l.1. C.de excusation. Artific. numerantur marmorarij, clauicarij, quadratarij, musiuarij, deauratores, Albini, quos κονιάτας, fusores, signarij, fabricarij, parthicarij (qui parthicas pelles concinnant) aquæ libratores, vitriarij, plumbarij, specularij, eborarij, cisiarij, braclearij, id est πεταλουργοὶ. His alia nomina artificum subiungere libet, Vet. glossa, *Lucarius* θωρακοποιὸς, *Seplasiarius* μυροπώλης, *ærarius* χαλκεὺς, *lanarius* ἐριουργὰς, *plumarius* ποικιλτὴς, *lapidarius* λιθουργὸς, *claustrarius* κλειδοποιὸς, *grabatarius* κλινοποιὸς, *Scordiscarius qui facit stratum & coactile.* Codiscarius pellio, Flaturarius qui cudit nummos, libarij, crustularij, botularij, qui opera dulciaria fingunt, dulciarij, coactiliarij, linteones, textores, limbularij, carinarij, fabri tignarij, materiarij, cupedinarij, popinarij, *laterarius* πλινθουργὸς, *cornarius* κεραυξόος, *lutor* ἡλιαστὴς, *lentiarius* ὀθονιακὸς, *interrasor* διαῤῥινητὴς, *purpurearius* πορφυροπώλης, *pigmentarius* φαρμακοπώλης, *valuarius* δομοτέκτων, *membranarius* διφθεροποιὸς, *clauarius* ἡλοποιὸς, *clauare* πορφυρῶσαι, *vitriarius* ὑαλουργὸς, *tabernarius* ἐργαστηριάρχης, *altiliarius* ὀρνεοτρόφος, Artemidorus lib.4.*de somnijs*, ἀργυρίου βασιλικοῦ ἐργεπιστάτην, *eum qui monetarijs impositus. Pometarius* ὀπωροπώλης, *mulo medicus* ἱππίατρος, *mulo curius* ἡμιονόκοιρος, *molinarius* ὑδραλέτης, *organarius* ὑδραύλης, *coactilarius* πιλοποιὸς, *Cocio Arilator* μεταβόλος, *coagmentarius* ἁρμολόγος, *cotiarius, & samiator* ἀκονιστὴς, *dardanarius* σιτοκάπηλος, *coronarius* στεφανοπλόκος, *coriarius* βυρσοδέψης βορσεὺς. *Clauarius* ἡλοκόπος, *dardanarius* παντοπώλης. Artifices qui Comites primi ordinis sunt æquantur vicariis lib.6. tit. C.Theodos. Carpentarij, scandularij, capsarij, aquilices in legionibus merebant l.6. C.de iure immunitatis. *Cœnaclarius* σταθμοῦχος, *lanilator* ἐριοπλύτης, *libratores* ζυγοστάται, *iuscellarius* ζωμοποιὸς, *liquaminarius* γαροπώλης, *falangiarij* λιθοφόροι, *lanipendius* σταθμοῦχος ἐριδίων, *lapidarius* λατόμος, *magnamentarius* μυρεψὺς, *marmorarius* μαρμαροποιὸς, ἀγαλματογλύφος, *pigmentarius* χρωματοπώλης, μυροπώλης, *pilarius* σφαιροποιὸς, *prædiator* ὠνητὴς ὑπαρχόντων, *riparius* ὀχθοφύλαξ. D. de iure immunitat. Structores, carpentarij, scandularij. Corinthiarius Suetonio ob vasa Corinthia Tertullian. in Apologet. Lenones, perductores, Aquarioli, manticularij, Aquilices, Tubarij, Cornuarij, Arcuarij. Apuleius: Negotiator magnarius, Saliarius, Signifex, Cæmentarius, Abcetarij, Polymitarij, Arnobij, Panchristarij. Alia plæraque artificum nominum notare est curiosis. Quædam interpretabor.

Diathretarij.

Diathretarij dicuntur, qui vasa aurea, argenteáque cælant. Vlpianus l.27. ad l.Aquiliam, Si calicem Diathretum faciendum dedisti, si faber imperitia fregit, damni iniuria tenebitur. Plumarij qui ex plumis auium vestimenta conficiunt, aut acu pingentes plumas imitantur. Plautus in Epidico, linteolum cumatile, aut plumatile. S.Hieronymus in Chronicis Macedonium artis plumariæ. Corippus

Auratum

A *Auratum ſcandens ſolium, ſedémque paternam,*
Conſtructam plumis, pulchríſque tapetibus aptam.

Q. Calaber lib. 9. de Palamede

———— ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ
οἰωνῶν πτερὰ πολλὰ περὶ λεχέεσσι κέχυντο,
ἀλλὰ ἢ οἱ συνέῤῥαπτο περὶ χροῒ χείματος ἄλκαρ λευγαλέου.

Circa eum multæ pennæ auium circa lectum ſparſæ erant, aliæ ei conſutæ tegendo corpori, defendendo frigori. V. gloſſæ *Plumarius*, ποικιλτὴς. Victruuius lib. 6. c. 6. Plumariorum textrinæ, pictorúmque officinæ. Parthis & eorum equis munimentum loricæ plumatæ ſunt, quæ vtrumque toto corpore tegunt. Virgil. lib. 11.

———— *Quem pellis ahenis*
B *In plumam ſquamis auro conſerta tegebat.*

Statius lib. 11.

Quà malè iam plumis imus tegit inguina thorax.

Vet. gloſſæ, *Plumarius*, πτιλοβάφος. Varro, quid ſit bene pictum à plumario, aut textore in puluinaribus plagiis. Statius Thebaid. lib. 4.

Et aſpera plumis Terga.

Ammianus, Romani hoſtem vndíque laminis ferreis in modum tenuis plumæ contectum, tela rigentis ferri lapſibus reſiliebant. Muſiuarij vero dicti qui muſiuum opus facerent, cuiuſmodi ſunt Lucillio,

Quàm variè lexes compoſtæ, vt teſſerulæ omnes
C *Arte pauimenti, atque emblemate vermiculatæ.*

Muſiuarij igitur qui ex inſertis, & ſcutulis marmoreis varij coloris varias animalium formas effingunt. Spartia in Peſcennino, Pictum de muſiuo. ὑποδήματα μουσάκια, *Calcei picturati de muſæo*, vt Codinus. Hebræis maſac eſt opus miſcellum facere. Muſaicum miſcellum opus, Trebellius in Tetrico, Picturatam de muſæo. Anaſtaſius de vitis Pontificum in Leone 3. Ædificauit eccleſiam cum apſida ampliſſima & cacumina mirifica de muſiuo. Fecit abſidam de muſiuo ornatam. In Leone 4. decorare ex muſiuo. In Benedicto 3. pictura muſiui decorare. Græci recentiores μουσιοῦν, διὰ μουσίων καλλοπίζειν. Pauimenta ſectilibus ſcutulis, aut teſſellis ſtructa, & ad regulam ex acte perfricata vocantur muſiua. Firmicus lib. 4. Faciet eos qui ſic habent Iouem quodam ſubtili artificio ſæpe pollentes, aut aurifi- *Muſiuarij qui dicantur.*
D ces, aut ex auro veſtes pingentes, aut inauratores, aut muſiuarios, aut ex argento quædam facientes opera. Eodem libro c. 15. Bractearios, muſiuarios pictores. Græci ψηφοθετητὰ vocant, ψηφοβολίαν, ψηφοθέτης, *teſſellarius, teſſellator.* ψηφολογία *teſſellatus*, pauimentum, μοῦσαν, εὔμουσον, μουσικὸν, μουσαϊκὸν, de opere teſſellato. Sidonius pauimenti aſaroticos lapillos vocat in Narbone. Plinius lib. 35. c. 1. Auro vt parietes toti operiantur, verum & interraſo marmore vermiculatis ad effigies rerum & animalium cruſtis. Cæpimus & lapidem pingere. Maculas quæ non eſſent in cruſtis inſerendo vnitatem variare, vt ouatus eſſet Numidicus, vt purpura diſtingueretur Sinnadicus, qualiter illos naſci optarent delitiæ. Manilius

Aurifices auri faciet, qui mille figuris
Vertere opus poſſint, caræque acquirere dotem
Materiæ, & lapidum viuos miſcere colores.
E ———— *Triclinia templis*
Concertant, tectique auro iam veſcimur aurum.

Philo lib. de Cain. καθάπερ κονιάματα, καὶ γραφαὶ, καὶ πινάκια, καὶ λίθων πολυτέλων διαθέσεις αἷς οὐ μόνον τοίχους, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐδάφη ποικίλλουσι. Iuuenalis,

Qui Lacedæmonium pityſmate lubricat orbem.

Lacedæmonium orbem vocat teſſellas marmoreas varij in pauimento coloris, in quæ vinum cum ſonitu allidebant. Græci κοτταβισμὸν appellant. Orbes Lacedæmonios commemorat Seneca ep. 87. Pauper ſibi videtur ac ſordidus niſi parietes magnis ac pretioſis orbibus refulſerint, niſi Alexandrina marmora numidicis cruſtis diſtincta ſint in veterib. gloſſis, colorator ἰνδικοπλάστης. Vegeti. lib. 7. c. 1. Si ſectilia ſint, aut ſi teſſeris ſtructa pauimenta. Vide Suet. in Iulio de teſſellatis & ſectilibus pauimentis. Iam verò *quadratarij* λιθοπήκτῃ, qui marmora ad amuſſim quadrant. Albini, Albarij in C. Theod. κονιάται, *qui incruſtant, &* *Orbis Lacedæmonius.*

dealbant parietes. Tertul.libro de Idololatria, scit albarius rector, & tecta sarcire, & tectoria inducere, & cisternam liare. Suidas κονιάται οἱ τὰς τοίχους ἀσβεστίζοντες. Vlpianus l. 27. sub finem ad l. Aquil. Scandularij qui scandulas tecta tegentes fabricant. Intestinarij in C. Theod. qui intestina fabricant.

Opus intestinum quod dicatur.

Est autem intestinum opus ex ligno ad ornatum ædium. Varro lib.3.de re Rustica, cum villas haberes opere tectorio, & intestino, ac pauimentis nobilibus lithostrotis spectandas. *Pauimentum* ψηφυλόγημα, ψηφυλόγητον ἔδαφος. Cic. pro domo sua, porticum domus suæ pauimentatam fuisse ait. Apuleius,pauimenta ipsa lapide pretioso cæsim deminuto in varia picturæ genera discriminantur.Seneca controuersia 2.lib.2. In hos ergo exitus varius ille secatur lapis,vt tenui fronte parietem tegat. At quam iunctus seuere?In hos pauimentum tessellatum, & infusum tectis aurum. Vet. glossæ χονδροβολίας ἔδαφος, pauimentum quod non tessellis,sed quasi punctis,& granis sit distinctum. Nicetas Chomates lib. 3. πλάκας ῥαιδίοις ὀστρώδεσι ποικιλοχρόας, *insertas, & scutulas guttis distinctas.* Idem τυπώματα διαψηφίδων vocat, *Figuras opere musiuo,* ψηφίδων μικρῶν ὑπαθέσεσιν, *Insertis tessellis tenuibus.* Galenus in exhortatione ad artes τὸ ἔδαφος ἐκ λίθων πολυτελῶν συγκείμενον θεῶν εἰκόνας ἔχον ἐξ αὐτῶν διατετυπωμένας, *Pauimentum ex lapillis pretiosis compositum esse habens deorum imagines ex ipsis expressas.* Nicetas in Ioanne Comneno, οἱ ἐν τοῖς τοίχοις διὰ ψηφίδων, καὶ χρωμάτων εἰκονιζόμενοι, *Qui in parietibus per tessellas,bracteas & colores effigiantur.* Tessellæ sunt βόλια καὶ ψῆφοι. Nusquam nostro æuo,musiuum hoc opus felicius effingi puto,quàm Florentiæ in porticu magni ducis, vbi marmorum maculæ alienis marmoribus tam venustè inseruntur, tot discolorium lapidum crustis vermiculatæ animalium effigies exprimuntur,vt naturam arte vinci dicas.

CAPVT LXVIII.

De Baphiorum Procuratoribus.

Baphia quid sint.

BAPHIA sunt officinæ infectorum, qui vestibus purpura,& cocco tingendis operam dant l.2. C.de Murilegis. Baphij,& Gynæcij per quos & priuata nostra substantia tenuatur,& species Gynæcij confectæ corrumpuntur: in Baphiis etiam admixta temeratio næuum inducit, inquinatæ alluuionis suffragiis abstineant.l.14. Priuatæ,vel lintearię vestis magistri, thesaurorum præpositi, vel Baphiorum, ac textrinorum Procuratores. l.13. Si quis ex corpore Gynæciariorum, vel linteriorum,vel limphariorum (linifariorum melius in C.Theod.qui sunt linifices)monetariorum, vel murilegulorum. Erant præpositi Baphiis. Lamprid. in Alexandro, Purpura Alexandrina vulgo Probiana dicitur. Idcirco quod Aurelius Probus præpositus Baphiis id genus muricis repperisset. Phœnicum tinctura Suidas vocat ὄξος ἀπὸ τῶν φοινίκων.

Procuratores Baphiorum.

Procuratores Baphiorum sub Comite largitionum erant in Notiria Imperij l.1. C.quæ res venire non possunt. Fucandæ, atque distrahendæ purpuræ vel in serico, vel in lana, quæ blatta, vel oxyblatta, atque hyacynthina dicitur. Quidam oxobaptam, pro oxyblatta pessimè restituunt. In occidente nouem erant Procuratores Baphiorum in quibus purpura ad vsum Principis tingebatur. Quod à priuatis fieri primus Nero prohibuit.Deinde reliqui Imperatores C. de vestibus Holoberis. Auratas, ac fericas paragandas auro intextas viriles priuatis vsibus contexere, conficeréque prohibemus. Procurator Baphij Cistensis. Vide Plinium lib.37.c.1.Purpuræ vsus hodie exoleuit. Eius officinam è Democriti Abderitani Physicis subiiciam. λίτραν μίαν λαβὼν πορφύρας διοβόλου εἰς ὄξος ἀπόβαλε ἀπὸ πυρὸς. εἰς ὃ τὸ κατασκεύαζε τὸ πορφύρας τὰ εἰσερχόμενα εἶσι ταῦτα. φῦκος ὁ καλοῦσι ψαμμοσχοῖνον, καὶ κόκκος, καὶ αὖθος θαλάσσιον, ἄλγησαν λαδικήνην, κρῆμνος ἐρυθρόδανον, τὸ ἰταλικὸν φυλάνθιον, τὸ ἀνκτικὸν, σκώληξ ὁ πορφύρεος, ῥόδιον τὸ ἰταλικὸν ταῦτα τὰ αὐθη πεπτέμενα ἐφ' ἡμέρας τρεῖς, ἔστι δὲ ὁ τὸ γαλατίας σκώληξ, καὶ τὸ τὰ ἀχαΐας αὖθος, ὃ καλοῦσι λακχᾶν, καὶ τὸ τὰ συρίας ὃ καλοῦσι σιρίζων, καὶ τὸ κοχλίον, καὶ τὸ κοχλισκοχλίον τὸ λιβυκὸν, καὶ ὁ αἰγύπτιος κόκκος ὁ τὰ γαλλίας ὃς καλεῖται πίννα, καὶ ἡ ἰσατις βοτάνη. Non arbitror legitimũ hunc & priscum tingendæ purpuræ modum esse. Vitruuius lib.7.c.13. Ostrum excipitur è conchylio marino, è quo purpura inficitur quod habet non in omnibus locis quibus nascitur vnius generis colorem, sed solis cursu naturaliter temperatur.Itaque quod legitur Ponto,& Gallia,quod hæ regiones sunt proximæ ad septemtrionem est atrum, progredientibus inter septemtrionem, & occidentem inuenitur liuidum.

Quod

A Quod legitur ad æquinoctialem orientem inuenitur violaceo colore, quod meridianis regionibus excipitur, rubra procreatur poteſtate. Ea conchylia cum ſunt lecta ferramentis circa ſcinduntur, è quibus plagis purpurea ſanies vti lachryma profluens excuſſa in mortariis terendo comparatur, & quod ex concharum marinarum teſtis eximitur, ideo oſtrum dicitur. Id autem propter ſalſuginem citò fit ſiticuloſum, niſi mel habeat circumfuſum. Heſychius, κάλυξ dicitur θαλασσία πορφύρα. καλχὴ διφθέρη πορφύρα. βοτάνιον ἀνθόφορον· κεκοκκυωμένον πεχρισμένον κοκκυγίνῳ, ὅ ὅτι πορφυρῶν ἀπὸ κοκκυγέας δένδρου. *Calyx marina purpura. Calche pellis purpurea. Herbula florem ferens. Coccyginum eſt purpureum ab arbore coccugea.* Coccum & coccinum intelligit Pollux lib. 1. c. 4. Ab Hercule purpuram repertam ait, λύθρῳ πορφύρας τὰ χείλη τῶν κυνὸς ἐξεφοίνιξε, *Sanies purpuræ labra canis purpureo tinxit.* Implent, inquit, naſſas, κυφέλας, & ciſtas purpuris quas cœperint. κοχλάμνοι τὸ ὄστρακον ἐν ταύτῳ, καὶ τὴ σάρκα, B ταριχεύσαντες τε ἐπὶ δουσοποίαν, ὕδατι τῷ ἁσίῳ σπαθήσαντες ἐνέψοσι ἐμπύρῳ λέβητι τὸ θήραμα τὸ θαλάττιον. τὸ δὲ αἷμα ἐπειδὰν πυρὶ ὁμιλήσῃ κεῖταί τε καὶ ἐξανθεῖ. καὶ τὸ μὲν ξανθίζει, τὸ δὲ κυανανγὲς γίνεται, τὸ δὲ ἄλλο εἰς ἄλλην χρόαν τρέπει. *Cum ſciderint teſtam in eodem, & carnem ſale condiuerint ad tingendas & inficiendas lanas, & ſi quid eſt ſordium deterſerint, coquunt in cortina & aheno marinum venatum. Sanguis cum ignem ſenſit funditur, efflorescítque, & pars quædam flaueſcit, alia cærulea fit, alia purpuraſcit, aut in alium colorem mutatur.* Quicquid immerſeris colorem ſanguinis illius imbibit. Ea autem tinctura Sole gaudet, cuius radius eam incendit, & illuſtrat. Heſychius τραχέλας τὰς πορφύρας ἢ τὰς σπονδύλας τῶν κιγκλίων interpretatur, vertebras ſpinæ dorſi. Clemens Alexandrin. lib. 6. ſtromat. πορφύραν δὲ ἀπαθῆ θέσεως ἄλλης πορφύρας ἐκλεγόμεθα. *Purpuram appoſita altera purpura ex compoſitione, & comparatione vtriúſque inter ſe eligimus.*

Codex ſcriptus anonymi auctoris ita coccinum tingit, λαβὼν εἰς λίτραν μίαν πορφύρας καὶ Coccini tinδιόβολον, καὶ λίτραν σκωρίας ἀρέως πυρωθέντος εἰς βέρον ἐπιθεὶς ἐπὶ πυρᾶς, ὥστε λαβεῖν βράσματα, C εἶτα λαβὼν ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὸ ζέμα βάλε εἰς λεχάνιον πεφθαλῶν τῷ πορφύραν, καὶ ἐπιχέας τὸ ζέμα τῇ πορφύρᾳ ἔα βρέχεσθαι νυχθήμερον ἔν εἶτα λαβὼν βρύων θαλασσίων λίτρας δ βάλε ὕδωρ, ὥστε ἐπάνω τῶν βρύων τετρασάκτυλον, καὶ ἕψε ὡς ἂν παχυνθῇ, καὶ διυλίσας τὸ διύλισμα θέρμανον, καὶ σωθεὶς τῷ ἐρεᾷ καθέρε. χαυνοτέρα δὲ σωτηθείσθω, ὥστε φθάσαι τὸ ζωμὸν ἕως τοῦ πυθμένος, καὶ ἔασον νυχθήμερα δύο, εἶτα λαβὼν μὴ ταῦτα ξέρανον ἐν σκιᾷ, τὸ δὲ ζωμὸν ἔκχεον. εἶτα λαβὼν τὸ αὐτὸν ζωμὸν, καὶ λαβὼν λίτρας δύο βάλε ἐν τῷ ζωμῷ ὕδωρ ὥστε ῥυῆναι τῷ πεφθῷ ἀναλογῶ, καὶ ἔχε ὡσαύτως ἕως ἂν παχυνθῇ εἶτα ὑλίσας βάλε τὸ ἐρεᾶ ὡς τὸ πρῶτον, καὶ ποιησάτω νυχθήμερον ἔν εἶτα λαβὼν ἀπόπλυσον εἰς βέρος, καὶ ξέρανον ἐν σκιᾷ· ἔπειτα λαβὼν λακχᾶν (flos eſt Achaiæ) καὶ λαπάθου λίτρας δ ἔκζεσον μὴ ἔρρι ὡς ληθῶσι τὸ λάπαθον, καὶ ὑλίσας τὸ ὕδωρ θαλάσσιον βάλε λακχᾶν, καὶ ἕψε ἕως παχυνθῇ, καὶ διυλίσας πάλιν τὸ λακχᾶν βάλε τῷ ἐρεᾷ εἶτα πλύνων ἔρρι, μὴ ταῦτα ὕδα- D τι, ἔπειτα ξηράνας ὁμοίως ἐν σκιᾷ, θυμίᾳ ὄνυξι θαλασσίοις ἐναποβεβρεγμένοις ἐν ἔρρι ἡμέρας δύο. *Cum ſumpſeris ad duas libras purpuræ, & duos obolos, & libram ſcoriæ ferri igniti, in vrina igni appone ita vt ferueat, deinde eximito ab igne, & in peluim mitte id quod bullit, proijciens purpuram, & inſculum ferucns purpuræ affundito & ſine tingi diem vnum & noctem. Deinde cape 4. libras muſci marini, & tantum aquæ affunde, vt 4. digitis muſcum ſuperinundet, & tandiu tene donec craſsior ſuccus fiat, eúmque ſaccatum calefac, & lanam immerſam irriga. Laxior & ſolutior ponatur ita vt liquorem coctum ad fundum vſque præueniat, & ſinito ita duos dies, mox eam ſiccato in vmbra, & liquorem effunde. Deinde miſceto liquorem illum cum aqua eadem proportione qua ſupra factum eſt, & teneto ſic donec inſpiſſetur, deinde cum per ſaccum tranſmiſeris injicito lanam vt ſupra, per diem vnum & noctem, tum lauato in lotio, & ſiccato in vmbra. Poſtea laccham florem ex Achaia & lapathum ad libras 4. miſceto, & cum lotio ferucre facito vt lapathum diſſoluatur, & ſaccans aquam maris injce* E *laccham & coque donec inſpiſſetur, & iterum ſacco tranſmitte laccham, & injce lanam lotio lotam poſt aqua laua, tum ſiccans in vmbra ſuffito vnguibus marinis lotio intinctis per duos dies.* Non ſatis hanc condituram purpuræ capio. alij viderint. Muſurus κάλχλω βοτάνῃ, δι' ἧς ἡ πορφύρα βάπτεται, *Calchen herbam* eſſe ait, *per quam purpura tingitur.* κάλλαι dicuntur purpureæ veſtes, aut lanæ tinctæ, πορφυρᾶ ἱμάτια, ἢ τὰ βαπτὰ ἔρια, ἐξ ὧν κέραμος καλλαΐνος. καλλαΐα, *Propriè palearia purpurea quæ gallinaceis ſub mento pendent.* καλλαΐνον χρῶμα ἀνθηρὸν ἢ τὸ βένετον. *Color florens, aut venetus dicitur callainus.* Georgius Monachus in chronicis Phœnici cuidam filio Agenoris inuentum purpuræ attribuit. Heſychius ἴενναν *purpuram* vocat. Nonnulli putant purpuram auro intextam ante Attalum non fuiſſe. Contra Plutarch. in Nicia, πεπυθάνομαι μεχρὶ νῦν ἐν συρακούσαις ἀσπίδα κειμήλιον πρὸς ἱερῷ διάκυνδος, νικῶν μὲν λεγομένην, χρυσῷ δὲ καὶ πορφύρᾳ, δι' ὧν πρὸς ἄλληλα μεμιγμένων διὰ ὑφῆς συγκεκροτημένην. *Audio hodieque Syracuſis clypeum in templo oſtendi Niciæ auro & purpura inter ſe commode mixtis intextum.* Suidas, διυσσοποιὸς ὅτι τὸ πορφυρᾶς λέγει τὸ ἔμμονον καὶ ἀνεκπλυτον

ἐχέσης τὸ αἷθον τὸ βαφῆς. *Deusopoeos dicitur purpura cuius flos, colórque deleri nequit.* Solinus c.49. A
In Numidia Cullu vrbs purpurario fuco Tyriis velleribus comparata. Silius lib.16.

———Getulisne magis fucaret vellet ahenis.

Eam vrbem Ptolemæus Collopa vocat.
Purpurarius αἱ δροπορφυρός, αἱ δροκαλχλοῦς. V.gl. Ostrea Tarentina, Gellio lib.16.c.7. Serenus

Purpureo triti cineres de vellere prosunt,
Quod fuerit vero conchili sanguine tinctum.

Persius s.2. *Et Calabrum coxit vitiato murice vellus.*
Lib.7.epig.Greg. ἁλιανθέα φάρεα κόχλῳ κοσμήσῃς, *Purpurea pallia conchylio ornabis.* Tyria purpura & Sidonia in pretio. Iuuen. sat.10.

———Et picta Sarrana ferentem B
Ex humeris aulæa togæ.

Virg. *Sarrano dormiat ostro.*
Horat. lib.1. epist.

———Qui Sidonio contendere callidus ostro
Nescit Aquinatem potantia vellera fucum.

Lucret. lib.6.

Purpureúsque color conchyli mergitur vua,
Corpore cum lanæ dirimi qui non queat vnquam.

Horat. *Te bis Afro murice tinctæ vestiunt lanæ.* Νέαφα.
Catul. *Tincta tegit rubeo conchylis purpura fuco.* C
Tibul. lib.4. el.1.

———Cui mollia caris
Vellera det succis bis madefacta Tyros.

Statius lib.9.

Ipse bis Oebalio saturatam murice lanam.

Propert. *———Pœnis tibi purpura fulgeat ostris.*
Ouid. *Nec quæ bis Tyrio murice lana rubet.*

Confer Amyclæos medicatum vellus ahenis
Murice cum Tyrio, turpius illud erit. D

De Laconica purpura. Valerius lib.1. Argonaut.

Illis Tænareo pariter tremit ignea fuco Purpura.

Seneca in Herc. Oetæo

Nec Sidonio mollis aheno
Repetita bibit lana colores.

Horat. *Lana Tarentino violas imitata veneno.*
Virgil. Cul.

Si non Assyrio fuerint bis lota colore
Attalicis opibus data vellera.

Petron. vestimenta cubitoria Tyria quidem, sed semel lota. Nonnus Dionysiac. lib.40. E
κύων Herculis αἵματι κόχλου.

χείλεα φοινίξας ἱερῷ πυρί, ᾧ ποτε μάγῳ
Φαιδρὸν ἁλιχλαίνων ἐρυθαίνετο φᾶρος αὐάκτων.

Canis Herculis genas pinxit sanguine conchylij, labra purpurans humido igne, quo solo pallia regum purpuratorum clarè rubebant. Ammianus præfectum Tyrij textrini commemorat. Martial.

Quicquid Agenoreo Tyros improba coxit aheno.

Conchi leguli qui dicantur. Conchi leguli mancipia textrini Principis dicuntur C.Theod. lib.10. tit.20. l.4.5.9.14. 15.Cassiod.lib.1.ep.2. Curator tingendæ purpuræ Regiæ Comes vocatus in dignitate substantiam habet mediocrem. Color nimio lepore vernans, obscuritas rubens, nigredo sanguinea regnantem discernit. Cum sex pene mensibus marinæ delitiæ à vitali fuerint vigore separatæ, sagacibus naribus nesciunt esse grauissimæ. Hæc cum infecta semel substantia

perseue

A perſeuerat,& neſcit ante ſubtrahi quàm veſtis poſſit abſumi. Quod ſi conchyliorum qualitas non mutatur, ſi torcularis illius vna vindemia eſt : in illis autem rubicundis fontibus cum albentes comas ſerici doctus moderator intinxerit.Cum blatta,quam noſtro cubiculo dare annis ſingulis conſueuiſti,venire feſtina. Ea Tyros eſt Hydron Italica aulicum profecto veſtiarium.Si perſcrutator Hydruntini maris intuſa conchylia ſolemniter condidiſſet, apto tempore aceruus ille Neptunius generator florentis ſemper purpuræ, ornator ſolij, aquarum copia reſolutus, imbrem aulicum flammeo liquore laxaret. Vt crines illi lactei carneo poculo bis térque ſatiati pulcherrima ebrietate rubuerint.Purpuram pro magiſtratu poſuit Dio Chryſoſt. ὤρᾳ μὲν τ βαρβάρων ἀγορά ſ δυοῖν μνῶν ἢ τριῶν καλὸν πορφύραν, δημοσίᾳ δ' ἐθέλοις πολλῶν πάνυ ταλάντων ὠνῇ. *A barbaris duobus minis, aut tribus pulchram purpuram emeris, à populo pluribus talentis redimes.*

B Baphia in oriente plura fuerunt. Celeberrimum in Phœnicia. Ad ea certis temporibus Theodoſius quintum de ſcrinio tabulariorum, ſextum de ſcrinio canonum, ſeptimum de ſcrinio exceptorum mitti iubet vt nundinas purpuræ prohibeant. Ab alio enim quàm à Principe non poterant emi. Hic Procurator Tyri degebat. Euſebius lib.7. c.vlt.eccleſ.hiſt. ἐπιτροπὴν τ κτ τύρου ἁλουργοῦ βαφῆς, *Procurationem tincturæ purpureæ Tyri.* Eorum officium recognoſces l.lotas C.de murileg. l. temperent C. de veſtib. Holoberis. Metaxam à nemate ſerico Martianus diſtinguit l.vlt. C.ſpecies de pub. Lotas in poſterum ſerico blatæ & metaxæ huiuſmodi ſpecies inferri præcipimus. Qui canonum ſcrinium tractabant, 20. libris auri damnabantur ſi ſtatuta cæleſtia temerari paterentur. Purpuram deſcribit Theodoſius his verbis:pallia quæ tincta conchylio,quæ nullius alterius permixtione contexta ſunt.Pallia ex omni parte texturæ cruore infecta conchylij. Nulla ſtamina ſubtexantur tincta con- C chylio, nec eiuſdem infectionis arguto pectine ſolidanda fila decurrant.Reddenda ærario holobera veſtimenta virilia protinus offerantur. Vellera adulterino colore fucata in ſpeciem ſacri muricis intingere non ſinimus : Nec tinctum cum rhodino prius ſerico, alio poſtea colore fucari.Erãt nauiculæ functioni muricis & legẽdis conchyliis deputatæ.Erant & ſacri textrini mancipia.Baphiarij,& eorum liberi ab ea arte non poterant diſcedere C.de murileg. Alij erant linifices,alij linificiorum Procuratores, alij lineæ veſtis magiſtri, qui linum pecti,mundari,in veſtes conuerti curabant.Procuratores linificiorum duo erant,vnus Viennæ in Galliis, alter Rauennæ in Italia. Priuatæ vel lintearię veſtis magiſtri, theſaurorum præpoſiti,vel Baphiorum ac textrinorum Procuratores non ante ad rem ſacri ærarij procurandam accedant quàm ſatiſdationibus dignis eorum adminiſtratio roboretur. Qui Patre conchi legulo geniti probabuntur aut matre, memoratæ adſcriptioni obnoxios ſe D eſſe non ambigant. C.de murilegulis. Themiſtius orat.1. ſcribit πολλὰ τ πορφύρας fuiſſe βασανίσματα, quibus ſyncera probaretur. Athenis Xyſtis pallium purpureum fuit apud Ariſtoph. ξυσὶς τ κροκωτὸν ἱμάτιον ᾧ χρῶν) οἱ βασιλεῖς τραγικοί. Horat.

Baphiorum varietas.

———*Nec Laconicas mihi*
Trahunt honeſtæ purpuras clientæ.

V.gloſſ. Blattela θεσμὸς αἱματοῦς κογχυλίων. Ariſtoph.in pace, φοινικίδα βάμμα σαρδιανὸν· *Chlamydem purpuream tincturæ Sardiniacæ*, διαφέρουσι γὰρ αἱ κυκλικαὶ βαφαί. *Cyzici tincturæ excellunt.* Xenophonti φοινικιστὴς βασιλέως, id eſt *tinctor purpuræ.* Idem ait milites Græcos χιτῶνας φοινικοῦς geſſiſſe.Vopiſcus in Aureliano,Meminiſtis fuiſſe in templo Iouis Optimi Max.Capitolini pallium breue,purpureum,laneſtre,ad quod cum matronæ, atque ipſe Aurelianus E iungerent purpuras ſuas cineris ſpecie decolorari videbantur cæteræ diuini comparatione fulgoris.Hoc munus Rex Perſarum ab Indis interioribus ſumptum Aureliano dediſſe perhibetur. Dicitur Sandix Indica talem purpuram facere ſi curetur. Vet.gloſſ.Blatta σίλφιον.

Suſis purpuræ Ermionicæ inuenta ſunt quinque millia pondo à ducentis annis præter propter repoſitæ,cuius flos recens & integer erat.Plutarch.in Alexan. Δαρείου τάλαντα πεντακισχίλια συγκειμένης μὲν ἐξ ἐτῶν δέκα δεόντων διακοσίων, πεφύκαμεν δ' ἐπὶ τ νεαρὸν φυλάττεσθαι. Purpureum inficitur purpuræ flore,& buccini ſucco.In conchyliatis non miſcebatur buccinum, in vtriſque lotium humanum additur,ſed vt odoris fœditas emendetur, admouentur quædam medicamenta, vt Plinius lib. 9. Strabo lib.16. & lib.13. Laodiceæ aqua eſt tincturæ apta βαφὴ γίνεται ἐκ ῥιζῶν σὺν κόκκῳ τ ἀλουργοῦς. Suidas Caſtorium εἶδος βαφῆς ἀπὸ τ κογχύλης. Ælianus cap.1. libr.16. Hermionicam purpuram florentiſſimam eſſe ait. Purpuræ florem illum tingendis expetitum veſtibus in mediis faucibus habent. Liquoris hic minimi eſt in candida vena vnde pretioſus ille bibitur nigrantis roſæ

Purpura Ermionica.

colore sublucens. Cum vita succum euomit. reliquum corpus sterile, maioribus purpuris detracta concha auferunt. Minores trapetis frangunt Tyrij. Plinius lib.9. c.36. Buccinum minor concha est instar buccinæ. Hysginus fit si cocco tinctum tyrio tingas, fit amethystinus si conchylia transeant in tyrium. Coccus Galatiæ rubens granum est. Seneca lib.1. quæstion. Purpura eodem conchylio non in vnum modum exit. Interest quandiu macerata sit, crassius medicamentum, an aquatius traxeris, sæpius mersa sit, & excocta, an semel tincta. Purpuram Tyriam, quo melior, saturiórque est, eo oportet altius teneas, vt fulgorem suum ostendat. κόλχους εἰς βαφὴν πορφύρας παρέχετο τὰ ἐπιθαλάσσια τῆς λακωνικῆς, ἐπιτηδειοτάτους μετὰ τὴν φοινίκων θάλασσαν, ait Pausan. *Laconicæ littora cochleas ferunt ad tincturam purpuræ secundum mare Phœnicum opportunissimas.* Ctesias in India, ἄνθος πορφυροῦν esse ait, ἐξ οὗ πορφύρα βάπτετο οὐδὲν ἧττον τῆς ἑλληνικῆς, ἀλλὰ πολὺ εὐανθεστέρα, *Florem esse purpureum, ex quo purpura tingitur non inferior Græcanica sed florentior.* In arboribus item electriferis repperiuntur animalia rubra instar cinnabareos, ex quibus contritis Indi tingunt pallia purpurea. Ea tinctura melior quam Persarum θηρία ἐρυθρὰ ὡς κιννάβαρι. Straboni σίλφιον dicitur μηδικὸς ὀπός. V. gloss. *blatta* σίλφη *blattia* θρόμβος αἵματος. Sidonius

Rutilásque ferte blattas,
Meliboea fucat vnda,
Bibulum colore vellus
Ctesiphontis ac Niphatis
Rapidas vacante panno,
Bene ficta plaga cocco
Cruor incruentus exit.

Paulus Diacon. in glossis, blatta genus purpureum vermis. Blatteæ tunicæ Capitolino & Vopisco. Blatteus color Isidoro lib.12. cap. vlt. lib.19. c.28. Cornelius Nepos in Darete phrygio, si tamen is auctor legitimus est

Complutáque murice multo Purpura.

CAPVT LXIX.

De Magistris lineæ vestis & priuatæ.

Magistri lineæ vestis.

MAGISTRI lineæ, seu linteæ vestis sub comite largitionum erant, qui linifariis, seu lintearіis præerant. Linteones dicuntur à Valentiniano l.8.C.Theod.de murilegul. In occidente pro magistris lineæ vestis scribitur Comes vestiarij, l.1.C.Theod. quia præb.tiron. l.6.C.Theod. de murileg. opifices vestis linteæ contexendæ. Textores, textrina linteæ vestis. Scythopolitani linifi linteones obnoxij publico canoni. Linifices melius dicerentur, quàm linifi.

Magistri priuatæ vestis.

Magistri priuatæ vestis laneas & sericas vestes procurabant, de quibus nos abunde lib.2. c.4. de Imperat.Rom. Dicuntur & procuratores rei priuatæ l.2. C.de murileg.

CAPVT LXX.

De Procuratoribus Gynæciorum.

Procuratores Gynæciorum.

VICTRVVIVS lib.6. cap.10. Ædes Græcorum ita ædificari solitas ait, vt in iis essent Andrones viris, Gynæcones fæminis, Parthenones virginibus, Xenones hospitibus. Gynæcon dicitur, & Gynæceum, & γυναικονίτις. Plutarch. in Apoptehgmat. Lacon. νὴ τοὺς θεοὺς, ὦ ξένε, καλὴ γυναικονίτις.

Gynæcium quid.

Gynæcium igitur locus ædium secretior mulieribus attributus, vbi & vestiarium. Terent. vbi in Gynæceum ire occipio. Vnde & Gynæciarij qui vestes curarent regias. Procopius lib.3. Vandal. Gynæconitidis meminit. Apud Laërtium Diogenes è Lacedæmone Athenas rediens, ἐκ τῆς ἀνδρονίτιδος εἰς τὴν γυναικωνίτην.

Euseb.

A Euſeb. lib. 2. eccleſ. Hiſtor. Gynæciarios & bapheas vocat οἰκέτας τ ταμείυ. Erant procuratores Gynæciorum, & textrinorum l. penult. C. de murilegulis l. 3. C. de indulgent. debit. l. 1. C. de veſtibus Holoberis. Auratas & ſericas paragandas auro intextas viriles priuatis vſibus contexere, conficereq; prohibemus. Paragandæ faſciæ erant aureæ, vel ſericæ auro ornatæ quæ veſtibus intexerentur, non vt inſtitæ aſſuerentur. l. 2. ibid. Nemo vir auratas habeat aut in tunicis, aut in lineis paragandas. l. 1. veſtimentum virile eſt lineum quod ſub alia veſte geritur, vinctum nunc vno nexu, nunc pluribus loris. Vopiſcus in Aureliano, paragandas monolores, dilores, trilores, pentelores pro numero aurearum faſciarum intextarum. Libra auri tunc erat libra ſerici vt Vopiſc. in Aureliano. In lege Rhodia ὁλοσηρικὰ ὅμοια τῷ χρυσίῳ. Holoberi ſunt Holoſerica. Pollio in Claudio Albam ſubſericam & paragandem triuncem vnam. Zonaras Beros ſericeas veſtes eſſe ait. Holoberi qui non ſubſerici, ſed to-

B ti ex ſerico texti eſſent. Non à vero Latina voce dicti ſunt. Vox eſt barbara eius gentis vnde Beri primùm allati. Græcis tamen omnia purpurea dicuntur ἀλήθινα. Ita Balſamon in explicatione conciliorum ἀληθινὰ ὑποδήματα, calceos purpureos vocat. Et Trebellius Pollio in Valerianis, Chlamydes veri luminis limbatas appellat purpureas clari luminis. Vopiſcus in Carino, lineas micantes purpura. Anaſtaſius in Zacharia, vela ſerica alithina. in Leone 3. tetrauela holoſerica alithina, ob præſtantiam ſacri muricis. Vopiſcus in Aureliano, darentur tunicæ ſubſericæ lineæ paragandiæ. In faſtis Siculis Φορέσας τριχάεον ἄστρον παραγαῦδιον, καὶ αὐτὸ ἔχον χρυσᾶ πλουμία βασιλικά. *Ferens tunicam aſperam paragandam, & ipſam habentem aureas plumas regias.* Tunicæ albæ ſubſericæ, vel purpura ornabantur, vel paragande, id eſt faſcia aurea. Vopiſcus in Probo: dabis Probo interulas paragandias duas. Paragodam vocem Syram eſſe volunt, quæ veſtem verſicolorem ſignificet. Paragandem triun-

C cem Pollio vocat, cui auri tres vnciæ inerant. Lampridius in Alexandro, Contenta cyclade quæ ſex vnciis auri plus non haberet, Vopiſcus in Bonoſo, tunicam auro clauatam ſubſericam bilibrem vnam. Vopiſcus in Aureliano Paragandas veſtes ipſe primus militibus dedit, cum antea non niſi rectas purpureas accepiſſent. Heſychius γανδᾶν interpretatur λάμπειν, vnde nonnulli paragandam quaſi ſupra alias veſtes lucentem. Veſtis artifices po- *Veſtis artifices.*
nit Plaut. in Aulular. Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius, caupones, patagiarij, induſiarij, flamearij, carinarij, violarij, aut manulearij, aut murobathrarij, propolæ, linteones, calceolarij, ſedentarij, ſutores, diabathrarij, fullones, ſarcinatores, ſtrophiarij, ſemizonarij, olearij, molochinarij, textores, limbularij, arcularij, infectores, crocotarij. Vbi nugigerulis res ſoluta eſt omnibus, tum mihi æquum eſt purpuram atque aurum dari. Nugas vocant quæ ad mundum muliebrem faciunt. Ad Gynæconitidem propriè pertinent veſtes

D muliebres. Claudian. lib. 2. in Eutrop.

Carbaſeos induta ſinus poſt terga reductas
Vberibus propior mordebat fibula veſtes,
Jnque orbem tereti mitra redeunte capillum
Strinxerat.

Plautus in Epidico, ſupparum ſubminimum, ricam, Baſilicum exoticum, cumatile, plumatile, cerinum, melinum, gerræ maximæ. De mundo muliebri Antipater lib. 3. Anthol.

δδὲ μοι ἀμπεχόναι ᾠξενήτιδες, ἁ βαθυπέπλω
ζμῦρις, ἁ λιπόων ζαδὲ κεκρύφαλω.

Lucanus lib. 1. de Cleopatra,

E *Candida Sidonio perlucent pectora filo,*
Quod Nilotis acus compreſſum pectine Serum
Soluit, & extento laxauit ſtamina velo.

Claudian. ——*viridique anguſtat iaſpide pectus,*
Subſtrigintque comas gemmis, & colla monili
Circuit, & baccis onerat candentibus aures
Adueniente Proco.

Lucretius lib. 1.

Jam tibi barbaricæ veſtes, Melibœáque fulgens,
Purpura Theſſalica concharum picta colore.

Siluius libr. 14.

Quæ radios cælat Babylon, vel murice picto A
Læta Tyros, quæque Attalicis variata per artem
Aulæis scribuntur acu, aut Memphitide tela.

Petron. plumato amictus aureo Babylonico. Tertull. de habitu mulier. Phryges insuerent, Babylonij intexerent, Seres nerent: Belluata Babylonica acu picta. Sed de his alias.

CAPVT LXXI.

De Deputatis.

Deputati qui fuerint.

DEPVTATI armorum fabri fuere. Nouel. 85. μόνους δὲ ἐκείνους τὰ ὅπλα κατασκευάζειν τοὺς ἐν τῇ δημοσίαις καταλεγομένους ὁπλοποιΐαις, ἢ τῇ λεγομέναις φάβρικι. τοὺς δὲ ἐργαζομένους τὰ ὅπλα μηδενὶ πιπράσκειν ἰδιώτῃ. ἀλλὰ οὐ δὲ τοὺς ἐν τοῖς ἀριθμοῖς συγκαταλεγομένους, οὓς ὁπλοποιοὺς, καὶ δεπουτάτους καλοῦσι, τὰς παρὰ τοῦ δημοσίου κομιζομένους σιτήσεις συγχωροῦμεν ἐργάζεσθαι, ἤ τινι πιπράσκειν ὅπλα. *Solos eos arma fabricari volumus qui in publicas fabricas adlecti sunt, aut armorum officinas. Eos autem qui arma fabricantur nemini idiotæ, & priuato arma vendere. Sed neque eos qui numeris adscripti sunt armorum fabros, seu deputatos, qui de publico annonas accipiunt concedimus fabricari, aut vendere alicui arma* Basilic. ecloga 57. ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἐν τοῖς ἀριθμοῖς καταλεγομένους οὓς ὁπλοποιοὺς, καὶ διποτάτους καλοῦσι. *Sed neque eos qui numeris adlecti sunt, quos armorum fabros & Deputatos vocant.* B

Deputati alacres ex quolibet ordine.

Erant & Deputati selecti alacres ex singulis ordinibus aliquot, viri minus locupletes, qui vulneratos in prœlio reficiebant. Leo constit. 12. §. καταστήσης. Idem constit. 3 δεποτάτοι προσαγορεύοντο πάλαι οἱ νῦν λεγομένοι σκρίβονες οἵ τινες παρακολουθοῦντες τῇ παρατάξει τοὺς ἐν τῇ μάχῃ τραυματίας γενομένους ἀναλαμβάνοντο ὡς ἰατροὶ καὶ περιποιοῦντο. *Deputati dicebantur olim qui nunc dicuntur scribones, qui sequentes aciem vulneratos in prœlio recipiunt vt medici, & curant.* Dicuntur διποτάτοι, δεποτάτοι, δαιπώτατοι. vide Leonem in tacticis constit. 12. §. 52. & 54. Suidas δεποτάτοι λειτουργοὶ ἀφωρισμένοι. Quidam ecclesiæ ministrabant. Consule Meursium & Rigaltium in Glossar. C

Deputati plures.

Erat & Deputatus Chartulario adiunctus Antigrapheus, Codino. In schola agentium in rebus quidam dicuntur Deputati, Agentium in rebus ministri, & currentium comites. l. vlt. C. de seruis fugitiuis. Si qui publicorum seruorum fabricis, seu aliis operibus publicis Deputati, &c. Erant serui publici armorum fabricæ Deputati, qui carbones accenderent, ligna deferrent, vt Dendrofori. Nouel. 85. Sicut Deputati sacræ vestis erant qui eas manibus componebant. l. scriniis sub finem C. de Palatin. sacr. largit. Deputati sacræ vestis perfectissimi secundi ordinis. Deputati sub comitibus domesticorum l. omnis C. Theodos. de domestic. & protector. qui comitum iussiones exsequuntur. Domestici ministri dicuntur Cassiodoro lib. 9. ep. 13. qui 260. solidos & decem annonas habent. D

CAPVT LXXII.

De Domino. E

Dominus qui dicebatur.

DOMINVS ex Primiceriis sacrarum largitionum æquatur vicariis. Qui post illum Primicerij sunt totius ordinis Palatini, æquantur exconsularibus inter allectos C. Th. lib. 6. tit. 28.

CAPVT LXXIII.

De Fabricensibus & Fabricis.

Fabricenses & fabri.

FABRI & Fabricenses iussu Principis certis locis arma fabricabantur. l. vlt. D. de public. l. 1. C. de fabric. Dicuntur ὁπλοποιοὶ, καὶ διπουτάτοι. In tractu Orientis quinque tantum

A tantum fabricæ, seu armorum officinæ erant, tres in Ponto, vna in Asia, duæ in Thraciis, & quinque in Illyrico. Magister officiorum occidentis fabricis quinque in Illyrico imperabat, sex in Italia, octo in Galliis. Sirmij in Illyrico fabrica scutorum, balistarum, armorum. Cedrinus φαβρικήσιοι τῶν ὅπλων δημιουργοὶ. Nouel. 75. Omnes fabricæ erant in oppidis non longè à limitibus imperij. Fabricenses reponuntur inter opifices Castrenses l. vlt. D. de iure immunit. Vegetius lib. 2. cap. 11. Præfectus fabrum præest fabris, balistariis, carpentariis, stratoribus. Optio fabricæ l. vlt. D. de iure immunit. Fabricæ Cremonensis Tribunus apud Ammian. Velleius lib. 2. Cornelius Balbus Præfectus fabrum Cæsaris. Vegetius lib. 2. cap. 11. Fabricas scutarias, loricarias, armarias ponit. Sacra fabrica l. 6. C. de fabricens. Armorum factores artifices. Cassiodorus ep. 19. lib. 7. fabri armorum ep. 18. Quorum æque ac tironum brachiis stigmata inusta, l. 3. C. de fabricis. Fabricensium
B corpus. Nouel. Theodos. & Valentin. de bonis fabricens. Arma facta in publicum armamentarium deferebantur, l. 1. & 4. C. de fabricens. Creabantur fabricenses qui curiales non fuissent, vel vlli oneri ciuitatis obnoxij, ex publico salarium accipiebant. Ob fabricanda arma prouinciales conferre carbones cogebantur exceptis palatinis l. maximar. C. de excus. munerum. Habent singulæ fabricæ suum collegium, in quo exemplo scriniorum quinque primi eminent l. 2. C. de fabricens. Ammianus lib. 14. Primicerium fabricæ Tribunum fabricarum. Primicerij post biennium à fabricæ onere immunes ad salutandam sacram purpuram admissi. Immunes erant ab hospitibus recipiendis fabricenses l. fabricensium C. de Metat. Si fabricensis decoxit, aut fugit, ceteri pro eo tenentur. Nouel. Theodos. 13. Nouel. 85. Prima fabrica Damasci scutaria armorum dicta, alia fabrica Antiochiæ l. 7. C. de Numerar. l. 4. C. de Metat. Tertia fabrica clibanaria Antiochiæ. Clibania στολὰς ἐπιθωρα-
C κίους esse volunt. Glossæ Isidori tunicas ferri. Leo constitut. 6. ὤπλιζον δὲ τὴν μὲν κατάφρακτον καβαλλάριον πανταχόθεν αὐτόν τε καὶ ἵππον, καὶ τὴν μὲν ἄνδρα λωρικίοις, καὶ κλιβανίοις, ἢ σιδηροῖς, ἢ ἐκκεράτων ἐπιπλεγμένοις, καὶ παραμηρίοις, τοὺς δὲ ἵππους κατέφραττον παραπλευριδίοις, καὶ προμετωπιδίοις, ἤγουν τὰ πλευρὰ, καὶ τὰς κεφαλὰς, καὶ τοὺς τραχήλους τῶν ἵππων διὰ κλιβανίων, ἢ λωρικίων. *Armabant autem cataphractum equitem vndique tum ipsum tum equum, & virum quidem loricis, id est, galeis, & clibaneis, id est, thoracibus, aut ferreis, aut ex cornibus implexis & paramerijs, id est gladijs. Equos muniebant lateralibus, & frontalibus, aut latera & capita & ceruices equorum thoracibus, & loricis tegebant.* Fabrica barbaricaria l. fabricenses C. de Metat. l. 1. C. Th. de fabricens. Quarta fabrica armamentaria fuit. Edessæ l. 20. C. de decurionib. Vltima hastaria Irenopolitana in Cilicia ad Cydnum fluuium. In pontica tres fabricæ. Clibanaria, Cæsareæ, Cappadociæ, Scutaria, & armorum Nicomediæ, Bithyniæ, Clibanaria Nicome-
D diæ. Lampridius clibanarios catafractarios vocat in Seuero. Tacitus lib. 3. Crupellarios. Nazarius in laudat. Constant. Clibanariis in exercitu nomen est supernè omnibus tectis, equorum pectoribus demissa lorica, & crurum tenus pendens sine impedimento gressus à noxa vulneris vindicabat. Ammianus lib. 16. Clibanarium tegminibus ferrei absconditum cui noceri non possit. Clibanus Græcis est vas ferreum, in quo panes coquunt. σκεῦος σιδηροῦν. Putem vocem esse barbaram. Sardis vna fuit fabrica scutaria, & armorum.

In Thracia duæ fabricæ, scutaria & armorum Hadrianopoli Æmimonte, alia Martianopoli. Ammianus, fabrûm Præfectus Velleius vir nulli secundus in Campania Senatorij ordinis. Fabrica in Illyrico prima Thessalonicæ, Macedoniæ, secunda Naissatensis à Naisso oppido, tertia Ratiarensis in Ratiaria oppido, quarta scutaria Horreomargensis. Constantinopoli fuit fabrica l. 2. C. Theodos. de fabricens. Ammianus meminit fabricæ Cre-
E monensis lib. 15. Sunt & fabricæ horreorum, & stabulorum l. 13. C. de oper. publ. Fabricæ publicorum seruorum l. 8. C. de seru. fugit.

CAPVT LXXIV.

De Corporatis.



CORPORA, seu Collegia Romæ plura fuere. Corpus mensorum, fabrorum, Nauiculariorum l. 10. D. de vacat. munerum l. 2. & penult. D. de iure immunitat. vnde Corporati qui sunt eiusdem corporis, & societatis l. 4. l. 8. D. de sacrosanct. eccles. l. fin. C. de nauiculariis, Lampridius Alexander, inquit, Corpora omnium constituit vinariorum, lupinariorum, caligariorum *Corporati qui dicantur.*

rum t. 1. C. de priuileg. Corporatorum vrbis Romæ. Symmachus lib. 1. ep. 13. & epist. 27. A
Corporatos esse ait membra æternæ vrbis. lib. 10. ep. 29. Tam Corporatis directis, quàm omni officio, ep. 20. in Auctuario.

CAPVT LXXV.

De Vnguentarijs.

Vnguẽtarij in officijs Imperatorũ fuerunt.

EVERE & Vnguentarij in ministerio Imperatorum, quos Ptolomæus vocat τοὺς παρ' ὀσμαῖς, alij μυρεψοὺς, μυροπώλας, φαρμακοπώλας, *seplasiarios, pigmentarios*, χρωμαλοποιοὺς. Manil. lib. 5. B

Aut varios nectet flores, sertisque locabit,
Effingétque suum similes. In mutua pressos
Incoquet, atque Arabum syluis mulcebit odores,
Et medios vnguenta dabit referentia flatus.

Id est, effinget similes florum suorum. Athenæus lib. 13. scribit vetitum Athenis lege Solonis ne quis ciuis μυρεψικὰν faceret. Idem lib. 15. μῦρον dictum esse putat quasi μύῤῥον, ab Æolica voce μύῤῥα, quæ *myrrham* significat, ἐπειδὴ τὰ πολλὰ τῶν μύρων διὰ σμύρνης ἐσκευάζετο, *quia plæraque vnguenta myrrha admixta componuntur.* Quædam etiam sola myrrha constant. Propertius

Aut quid oronteâ crines perfundere myrrhâ. C

Lib. 1. Regum cap. 8. Hoc erit ius Regis qui imperaturus est vobis, filias vestras faciet sibi vnguentarias. Athenæus ibidem stactem ex sola myrrha fieri ait. Theophrast. lib. de odorib. ἐκ σμύρνης κοπτομένης ἔλαιον ῥεῖ. στακτὴ δὲ καλεῖται διὰ τὸ μικρὸν στάζειν, ὃ δὴ μόνον τινὲς φασὶν ἁπλοῦν εἶναι καὶ ἀσύνθετον τῶν μύρων, τὰ δὲ ἄλλα πάντα σύνθετα. Plinius myrrha & per se vnguentum facit sine oleo, stacte duntaxat. Nardinum vnguentum in pretio. Horat.

Nardi paruus onyx eliciet cadum.

Martial. *Quod madidis nardo sparsa corona comis.*

Tibullus lib. 3. el. vlt.

Jam dudum Tyrio madefactus tempora nardo
Debueram sertis implicuisse comas. D

Tertull. lib. de Pallio cap. 5. vnguentum Telinum. Metallinum vnguentum. Hesychius μέταλλός τις σικελιώτης τὴν τῶν μεταλλείου μύρου κατασκευὴν εὗρεν. Aristophanes, μεταπέμπου νῦν ταῦτα σπουδῇ, καὶ μῦρον εὕρημα μεταλλου. Barbam vnguentis illinebant. Euphemus apud Polluc. lib. 10. λύε μοι τὰ ἀλαβάστρια, καὶ τῇ σπαδίδι τὴν πωγωνάμου, καὶ τὴν ὑπήνην μύρισιν. Horatius,

———vnge puer
Malobathro Tyrio capillos.

Marcellus, *Quodque ab Idumæis vectum Seplasia vendit,*
Et quicquid confert medicis lalagea Cataplus.

Athenis etiam pedes vnguento ἀλείφουσι vt Athenæus lib. 12. Horat. E

Nunc & Achæmenia perfundi nardo iuuat.

Cosmi vnguenta Romæ in pretio. Martial. lib. 11.

Lassa quod externi spirant opobalsama drauci,
Quod Cosmi redolent alabastra, focique deorum.

Lib. 3. e. 82. *Et Cosmianis ipse fusus vnguentis*
Non erubescit murice aureo nobis
Diuidere mœchæ pauperis capillare.

Capillare vnguẽtum. Capillare vnguentum capillis vngendis vocat, muricem aureum, concham auream. lib. eod. ep. 54.

Quod quacunque venis Cosmum migrare putamus,
Et fluere excusso cynnama fusa vitro.

Idem

A Idem lib. 5. ep. 55.

Et nido niger alitis superbæ
Fragras plumbea Nicerotiana.

Lib. 10. e 38. *Lucerna nimbis ebria Nicerotianis.*

Lib. 12. e. 65. *Vtrúmne Cosmi, Nicerotis an libram.*
Circumfusa rosis, & nigra recumbit amomo.

Pers. s. 2. *Hæc sibi corrupto casiam dissoluit oliuo.*

Virg. l. 2. Georg. *Et casia nitidi corrumpitur vsus oliui.*

Horat. *Funde capacibus vnguenta de conchis.*

B Prudent. *Vt mitra cæsariem cohibens aurata virilem*
Combibat infusum croceo religamine nardum.

Heraclitus in epist. ἢ τὰς τῶν ἐλαίων φθορὰς ἐν μύροις. Clemens Alexandrin. lib. 2. Pædag. c. 8. μῦρον βρένθιον à flore dictum, μετάλλειον, βασίλειον, πλαγγόνιον à Plagone inuentrice, μῦρον τὸ ἀπὸ κρίνων, τὸ ἀπὸ τῆς κύπρου, καὶ ἡ νάρδος, καὶ τὸ ἀπὸ τῶν ῥόδων ἄλειμμα, καὶ τὰ ἄλλα οἷς ἔτι χρῶνται γυναῖκες, ὑγρά τε καὶ ξηρὰ, καὶ τὰ ἐπίπαστα, καὶ ὑποθυμιώμενα μῦρα. Vide Athenæum lib. 12. 13. 14. 15. Eustathius pag. 1295. σόλων ἐν τοῖς νόμοις ἀπηγόρευσε τοὺς ἄνδρας μυροπωλεῖν. Lacones ἐξήλαυνον τοὺς τὰ μῦρα σκευάζοντας, παιδέριος μῦρόν τι. fiebant vnguenta oliuo admixto ex Cynnamomo, balsamo, casia, rosis, & aliis odoratis. Marius Victor libr. 1. de Edem.

C *Hîc fragiles soluunt calamos animata vigore*
Muneris Ambrosij spirantia cynnama odores,
Sed nec quod Medus redolet, vel crine soluto
Fragrat Achæmenius, quod molli diues amomo
Assyrius, messisque rubens Mareotica nardo,
Quod Tartessiaci frutices, quod virga Sabæa,
Quódque Palæstinus lacero flet vulnere ramus.

Nonnus in Ioannem,

σμύρναν ἄγων θυόεσσαν, ἐρυθραίοιο δὲ κήπου
ἰνδώης ἀλώης δονακοτρεφὲς ἔρνος ἀρούρης

D S. Hieronymus ad hæc verba cap. 6. Hieremiæ, vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suaue olentem de terra deserta? Calamus dicitur Hebræis pane, Theodotio Cinnamomum Indicum. Per mare rubrum venit, hoc genus pigmenti, κασσίαν σύριγγος vocant medici. Iosephus lib. 8. origin. cap. Regina Saba Salomoni dedit ὀποβαλσάμου ῥίζαν ἣν ἔτι νῦν ἡμῶν ἡ χώρα φέρει. Idem lib. 14. cap. 7. ἐπὶ ἱεριχοῦντα τοῦ τῶν φοίνικα τρέφεσθαι συμβέβηκεν, καὶ τὸ ὀποβάλσαμον μῦρον ἀκρότατον ὃ τῶν θάμνων τεμνομένων ὄξει λίθῳ ἀναπηδάει ὥσπερ ὀπός. Ctesias μυρόροδα λέγεται ἰνδιστὶ καρπία. ῥέουσι δὲ ἐξ αὐτῷ σταγόνες οὓς ἐρίῳ ἀναψῶντες ἀπὸ τοῦ δένδρου ἀποπιέζουσι εἰς ἀλαβάστρους χιθίνους. ὄζει αὐτὸ καὶ ἐπὶ πέντε σταδίους. Basilius ad Psalm. 44. στακτὴ σμύρνης ἐστιν εἶδος. ἐκτλιβέντος γὰρ τοῦ ἀρώματος, ὅσον μὲν αὐτοῦ ῥυτὸν, εἰς τὴν στακτὴν ἀπομερίζεται, τὸ παχὺ ἀπομένον λέγεται σμύρνη. De Cinnamomo lege Solinum cap. 43. 46. 48. Philostratum lib. 3. de vita Apollonij, vbi βάσανον τοῦ κινναμώμου τὴν αἶγα εἶναι ait. Plinium libr. 12. Iulius

E Firmicus lib. 3. Astronom. odorum pigmenta facere vnguentarios ait. Tertullian. carm. de Iudicio,

Hic & odoriferis nascuntur Cinnama virgis
Et spisso lætum folio conflagrat amomum

Claudian. *Gemmatis alij per totum balsama tectum*
Effudêre cadis, duro quæ sancius vngue
Niliacus pingui desudat vulnere cortex.

Dionysius de situ orbis, de Arabia loquens,

αἰεὶ κηώεσσα θύοις ὑπὸ λαρὸν ὄδωδεν
ἢ θύου, ἢ σμύρνης, ἢ εὐόδμου καλάμοιο,
ἢ καὶ θεσπεσίοιο πεπαινομένου λιβάνοιο,
ὄρνιθες δ' ἑτέρωθεν ἀοικήτων ἀπὸ νήσων

ἦλθον

ἦλθον φύλλα φέροντες ἀκηρασίου κιναμώμου.

Statius lib.3. Syluar. A

——vbi germine primum
Candida felices sudent opobalsama virgæ.

Sidon. *Indo Cinnamomon erogo petitum,*
Quo Phœnix inuenescit occidendo.

Statius lib.2. Syluar.

Et circum messes, phariæque exempta volucri
Cinnama. Assyrio cineres adolentur amomo,
Et tenues Arabum respirant germine plumæ.

Consule Strabonem lib.16. & 17. Isidorum lib.12. de Cinnamolgo aue. Diodorum lib.2. B
Herodotum lib.3. Pausaniam pag.303. Cicero lib.2.de finibus, medicamenta tanquam de narthecio promunt. Prudentius in Symmachum,

Illum pigmentis redolentibus, & peregrino
Puluere fœmineas spargentem turpiter auras.

Nicander in Alexipharmacis,

---σταδίην εὐανθέα ναρδου
ῥιζάδα θυλακόεσσαν ὀπάζεο.

Propertius de croco,

Térque lauet nostras spica cilissa comas.

Lege Iustinum lib.36. & Lactantium in Phœnice. C

CAPVT LXXVI.

De Rationali vinorum.

Rationalis vinorum.

ALEXANDER Seuerus corpus vinariorum instituit, qui negotiationem vini in vrbem inuehendi factitarent, ait Lamprid. Erat Romæ forum vinarium, Tribunus vinarius. Symmachus, de Tribunatu, inquit, fori vinarij orta contentio. Hic Tribunus in Notitia dicitur Rationalis. Item l.4.C.Theodos.de suariis l.13. de calcis coctor.eod.l.Imperatores C. de contrah. empt. Alius erat susceptor vini C.de suariis & suscept. vini. D

CAPVT LXXVII.

De Præposito Calcis.

Præpositus Calcis & Calcarius.

CALCARIVS dicitur qui Calcem coquit. Calcaria, & Calcatorium locus vbi Calx coquitur l. ait dominum D. de pœnis. Præpositum Calcis fuisse indicat. Cassiodorus lib.7.ep.7. Coctilis Calx, niuibus concolor, spongiis leuior. Te ad coctionem, distributionemq; Calcis nostra præponit auctoritas. E

CAPVT LXXVIII.

De Lecticarijs, & Decanis.

Lecticarij, Decani, & alij similes.

LABORANTES, Lecticarij, Sandapilarij, Copiatæ, Decani, Vespillones fuere, qui mortuos efferebant. Nouel.39. Sub Præfecto vrbis agebant, à Constantino magno instituti qui maiori ecclesiæ Constantinopoli 950. ἐργαστήρια, seu officinas donauit, quibus Anastasius addidit 550. ex quarum pensionibus sumptus funerum fierent. Nouell.12. Leon.l.4.C.de sacrosanct.eccles. Nouel.43. Romæ in 14.

Regione

A Regione vrbis in iisdem castris degebant. Decani πάντων νεκρῶν κλινὰς ἄγοντες ecclesiasticum munus fuit. Epiphanius t. 3. contra hæreses, οἱ τὰ σώματα περιστέλλοντες τῶν κοιμωμένων. S. Ambrosius epist. 5. Quod deputatis decanos misissem, vt vela suspenderent. Erant ex ministerianis l. 1. & 2. C. de decanis. In corpore decanorum fuerunt 4. Primicerij biennales, qui pertinent ad iurisdictionem magistri officiorum. Corippus lib. 3.

——Jámque ordine certo
Turba decanorum, cursorum, in rebus agentum.

Chrysostomus ad Hebræos Homil. 13. Non enim quia regis aula est, omnes eodem numero & loco sunt. *Quanquam enim ibi est Præfectus Prætorio, & aulici, tamen & tenuioris fortunæ homines, & decani in aula sunt, cum sit tantum discrimen inter Præfectum & decanum.* εἰ γὰρ ἐν ταῦ-
B θα καὶ ὁ ὕπαρχος καὶ πάντες οἱ περὶ τὴν βασιλέα, καὶ οἱ σφόδρα καταδεύστεροι, καὶ οἱ τὴν τῶν λεγομένων δεκανῶν τόπον ἐπεχόντες ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσὶ, καί τοι τοσούτου ὄντος τοῦ μέσου τῶν ὑπάρχου καὶ τοῦ δεκανοῦ. Horum octingenti ne numerus imminueretur, curæ erant defensoribus, trecenti œconomis, Nouella 43.

CAPVT LXXIX.

De Delegationibus.

C SVIDAS δελεγατίωνα τὴν ἐκταγὴν σιτοπομπείου καὶ τὴν ἀννόνων μετακομιδὴν vocat. *Annonæ indictionem, & deportationem.* Delegatio interdum emissa nomine præfect præt. l. vlt. C. de canone largit. titul. Iustinianus Nouel. 128. διατυπώσεις σημαινούσας τὸ ὁπόσον ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ ἤτοι πόλει ὑπὲρ ἑκάστου ἰούγων ἤτοι τῶν οὐιλιῶν, ἤγουν κεντουριῶν, ἢ ἄλλων οἵων λήποτε ὀνόματι τοῦτο μὲν ἐν εἴδει, τοῦτο δὲ ἐν χρυσίῳ δημοσίων ἕνεκεν ἐπίκεντ. *Delegationes significantes quantum in quaque prouincia siue vrbe cuique iugorum, villarumq́, aut centuriarum, aut aliorum quorumcumque nomine, tam in specie, quàm auro publicorum specierum titulo impositum sit.* l. 4. C. de annon. & tribut. Omnes pensitare debebunt quæ manus nostræ delegationibus adscribuntur nihil amplius exigendi vel remittendi potestatem esse l. 1. de indictionibus. Omnes omnino quocunque titulo possidentes, quod delegatio superindicti nomine videtur amplexa velut canones cogantur inferre. Exemplum dele-
D gatoriæ habes apud Cassiodorum lib. 2. ep. 35. Ad Principem agentium in rebus. Quapropter experientia tua de illa prouincia ex illatione tertia fiscalium tributorum solidos, quos Principi Augustorum prouida deputauit antiquitas, sine aliqua delatione persoluat, quos noueris tertiæ decimæ indictionis rationibus imputandos, sed caue venales moras. Dabantur & delegatorij. Agentibus in rebus, cum tempus functionis eorum exiisset, quibus præmia accipiebant. Cassiod. ep. 33. lib. 2. & ideo de præsenti vobis delegatorios nostra largitur humanitas, vt tunc habeatis commoda præmij, quando estis sudoris terminum consecuti. Dabatur & delegatorium quo prædium alicuius agentes in rebus inuadere iubebantur. Cassiod. lib. 1. sine delegatorij cuiusquam pittacio prædium meum inuasit. Nouel. Iustin. 130. παρακρατεῖν δὲ αὐτὴν τὴν ποσότητα τὴν διὰ τῆς πράξεως δηλουμένην ἐκ τῶν δελεγατευομένων παρὰ τοῦ δημοσίου τοῖς ἐξάρχοις καὶ τοῖς στρατιώταις, τοῖς τὴν δαπάνην ποιησαμένοις, *obtinere ipsam*
E *quantitatem quæ significata est per praxim, ex ijs quæ delegata sunt à publico magistratibus & militibus qui sumptus faciunt.* Huc referri possunt δηλατωριαὶ quas Suidas interpretatur τὰς τῆς καταστάσεως τοῦ δημοσίου φόρου ἀποδείξεις, *declarationes constitutionis publici tributi.*

Delegationes.

CAPVT LXXX.

De Beneficiarijs.

BENEFICIA in re militari sunt prouectiones ad altiorem gradum. Sueton. in Tiberio, cap. 12. per quendam beneficij sui centurionem. Ouid.

Digna est quam iubeas muneris esse tui.

Hęc Beneficia stante Rep. à Rectoribus prouinciarum concessa non aliter recta

Beneficia militaria.

erant, quam ſi iidem rectores Romam reuerſi 30. diebus poſt rationes relatas ſua beneficia ad ærarium detuliſſent. Cic. pro Archia, deferre aliquem in beneficiis. Quod lege Iulia cautum eſſe docet. Cicero epiſt. ad Meſſinium. Quare in militia alij fuere munifices, *Beneficiarij.* alij Beneficiarij, qui vacationem munerum militarium habebant. Spartianus in Hadriano eiuſdem Seruiani Beneficiarium anteuenit. V. inſcript. Beneficiarij conſulis. Beneficiarius proconſulis. Beneficiarius prætoris. Horum opera vtebantur ad ſcelera patranda. Ideo Tertullianus Beneficiarios accenſet curioſis, tabernariis. Iuſtinianus Nouell. 13. Inter præfecti vigilum miniſtros rapinis ſuis notos βενεφικιαλίας nominat. Euſebius lib. 9. cap. 9. Hiſtor. ἵνα μήτε ὑπὸ τ βενεφικιαλίων, μήτε ὑπ' ἄλλων τ τυχόντων ὕβρεις, μήτε σῶμα ὑπομένῃ. Gloſſæ Baſilicor. βενεφικιάλιοι οἱ ἀπὸ διαφόρων τεταγμένοι. *Vt neque à Beneficiarijs, neque ab alijs quibuſlibet contumeliam aut concuſſionem patiatur. Beneficiarij qui in miniſterio veteranorum poſiti ſunt.* Tacitus lib. 4. Hiſtor. Æquatus inter duos Beneficiorum numerus, id eſt vt ad altiorem militiæ gradum promouerentur. Liuius lib. 4. de Tribunis loquens, quæ antea dictatorum & conſulum fermè fuerant Beneficia. Tacit. lib. 1. Hiſtor. primores militum per Beneficia Nymphidij vt ſuſpectos. Cæſar lib. 2. de bello ciuili. Petreius cum prætoria cohorte, barbariſque equitibus paucis Beneficiariis ſuis. Vegetius lib. 2. cap. 7. Beneficiarij ab eo appellati, quòd beneficio prætorum premouerentur. Tertullian. de fuga. In matricibus Beneficiariorum & curioſorum inter tabernarios, & lanios, & aleones, & lenones, Chriſtiani quoque vectigales continentur. Vet. Inſcriptio, Beneficiarius Tribuni, deinde optio in Centuria.

IVLII

IVLII CÆSARIS

BVLENGERI DE MAGISTRATIBVS MVNICIPALIBVS

LIBER SEPTIMVS.

CAPVT I.

De Municipijs.

A MVNICIPIVM id genus hominum dicitur, qui cum Romam venissent, neque ciues Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum vnà cum Romanis ciuibus, præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo, sicut fuerunt Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuuini, qui post aliquot annos ciues Romani effecti sunt. Alio modo cum id genus hominum definitur, quorum ciuitas vniuersa in ciuitatem Romanam venit, vt Aricini, Cærites, Anaguini. Tertio cum id genus hominum definitur, qui ad ciuitatem Romanam ita venerunt, vbi municipia essent suæ quæque ciuitatis, & coloniæ, vt Tiburtes, Prænestini, Pisani, Arpinates, Nolani, Bononienses, ait Festus. *Municipiũ quid sit.*

Omnino Municipiorum olim genera erant duo. Quibusdam enim Municipiis ciuitas
B Romana data erat, cum suffragij iure, ita vt non modo munera caperent, sed & ad honores euehi Municipes possent, vt Arpinates. Quibusdam Municipiis ciuitas data est sine suffragio, sine tribu. Gellius lib. 16. cap. 13. Municipes esse ciues Romanos ex Municipiis suo iure & legibus suis vtentes, muneris tantum cum populo Romano honorarij participes, neque vlla populi Romani lege astrictos, cum nunquam populus eorum fundus factus esset. Primos autem Municipes sine suffragij iure Cærites factos esse constat, quibus ciuitatis Rom. honor datus pro sacris bello Gallico receptis, sed sine suffragij & honorum iure. *Municipiũ duplex.*

Alterum genus Municipij fuit, cui suffragium, tribus honores patuerunt. Sub Imperatoribus quia omnes imperij vrbes ciuitatis iure donatæ sunt, vnum Municipiorum fere genus fuit, cum iure suffragij & honorum. Quare magistratus Municipales dicti, qui vel in
C Italiæ, vel in prouinciarum vrbibus à Decurionibus, & Curialibus legebantur, de quibus ante omnia explicabimus.

CAPVT II.

De Principalibus.

PRINCIPALES ciuitatum, & curiarum fuere, qui magistratibus municipalibus perfuncti essent. l. 27. D. de pœnis l. 41. de liberalib. causs. Firmicus lib. 5. c. 2. Curatores, *Principales qui dicerentur.*

Principales ciuitatum publicis rationibus præpositos. Isidorus lib.9.cap.4. Principales, & A
magistratus, & Duumuirales curiarum, officiorum ordines sunt. Principales dicti quod
præsint magistratibus. l. 2. de excusat. muner. Principalibus Antiochensium immunitates
datæ l. 56. C. de decurionib. Alexandrinis Principalibus onus peregrinationis incumbat.
Primus Curiæ cum muneribus vniuersis expletis ad summum peruenit gradum, Comitiuæ primi ordinis post biennium dignitate præstita fruatur, in Curialibus tamen permaneat. Si Augustin.in tractatu de Stoic. Dionysius Areopagita, id est, Atheniensium Principalis. Vir Principalis apud Apul. 4. Florid. Saluian. lib. 5. A Principalibus ciuitatum, viduarum, & pupillorum viscera deuorentur. Principales ciuitatum l.1.C.de cursu publ. l. 13. D. de re milit. Irreuerens miles non tantum à Tribuno vel centurione, sed etiam à Principali coercendus est l.penult. C. eodem. Imperator salutatus à Principalibus officiorum.l.1.C. de sententiam pas. Vegetius lib.2.e.15. cap.19. Vet.glossæ, Principalia, ἐξουσία B
ἀστικοῦ. Constant. in Chorograph. ἣν ὁ τὰ πάντα διοικῶν ὁ λεγόμενος πρωτεύων μετὰ τῶν ὀνομαζομένων πατέρων τῆς πόλεως. *Is qui primas dicebatur omnia administrabat cum patribus vrbis*, ibidem πρωτεύων videtur sumi pro prætore, ἰωάννης ὁ πρωτεύων εἰς τὸ αὐτὸ θέμα, *Ioannes primas in ea prouincia.* Principales,& tabularij. Symmachus epist. 10. lib.9. Curiales & Principales, ibidem lib.10. ep. 49. l. 128. C. Theodos. de decurion. Nullum in curia curialem Principalem contingat. Interdum curiales à Principalibus distinguntur, & decuriones l.5. de decurion. C. Theodos. qui decuriones, vel Principales constituti.l.85. neminem Principalium ac decurionum.l.15.C.Theodos.de hæreticis. Principales auri pondo 20.Decuriones auri pondo quinque. Vet. inscriptio. l. Aradio. Valerio Proculo viri perfectissimi & Principales, & splendidissimus ordo, & populus Puteolanorum Patrono dignissimo suo.

Principalis idem ac Curialis.

Principalis interdum idem quod Curialis. in Passione S. Mariæ sub Adriano Præsidi C
nuntiatur Tertullum Principalem illius ciuitatis occultare in domo sua christianæ religionis ancillam. Hic vir multis publicis functionibus, & natalium splendore decoratus magnum Curiæ nostræ præstat auxilium. Isidor. lib. 9. orig. cap.4. Principales fuisse ait curialium officiorum ordines dictos quòd præerant magistratibus. Nouell.Leonis & Maior.de curialib. vt Principales, vel seniores vrbium singularum tam curiarum, quam reliquorum corporum, iidem & primarij primarij Curiarum dicuntur l. 39. de decurion. C. Theodos. Honor Principalis appellatur l. 75. eod. vbi honor ex comitibus illis additur, & honorati vocantur post tempora laborum. Omnis Principalis erat Decurio, sed non omnis Decurio erat Principalis, Tertullian. lib. de Corona milit. Coronatur & vulgus nunc ex Principalium potestatum exultatione nunc ex municipalium solemnitatum proprietate.

D

CAPVT III.

De Curialibus.

Curiales qui appellabantur.



VRIALES erant ex principalibus ciuitatum qui munera omnia sustinebant,& ab aliis tributa exigebant quorum conditio pessima,quod à Rectoribus sæpe cogerentur de suo onera tenuiorum subire. Pomponius scribit cum Triumuiri colonias deducerent decimum quemque Curiæ, siue consilio ascriptum esse,vnde dicti decuriones, qui & Curiales l. si quis Curialis C. de episcop. & cleric. Curiales dicuntur E
nerui esse, ac viscera ciuitatum, qui minor Senatus vocatur. Nouell. de Curialib. Euagrius lib. 3. ἑκάστης πόλεως τοὺς ἐν τοῖς βουλευτηρίοις αὐτὴ συγκλήτου τινὸς ἐχούσης τε, καὶ ὁριζομένης. *Cum vnaquæque ciuitas pro Senatu habeat eos qui sunt in Curijs.* Theodosij & Valent. Nouell. constit.tit.14. cap.2. sed tua celsitudo per suggestionem edocuit quosdam eorum etiam qui ad curiam vocantur, quíve cohortalibus deberi dicuntur officiis l.239. D.de verb.significat.

Decuriones vnde dicti.

Decuriones quidam dictos aiunt ex eo quod initio cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui ducerentur publici consilij gratia,conscribi solita sit. Ciuitatum patres vocantur l.1. de ratiocin. oper. publ. & Curiales à curia in qua consulunt l.2.& 39.C. de decurion. vel possessores quia Reip.prædia possidebant l.12. D.eod. Medicorum constituendorum arbitrium haud præsidi commissum est,sed ordini, & possessoribus cuiusque ciuitatis l.6.C.de om.agr.de ser.si conductor non inueniatur,ad possessores antiquos,id est decu-

riones

A riones loca reuertantur. Cassiodorus libr. 2. & 4. variar. Honoratos possessores, Curiales Tridentinæ ciuitatis appellat.

Dicuntur & honorati simpliciter. Ambrosius ep. 33. ad Marcel. sororem, honoratis multa minatur grauissima nisi basilicam traderent, & l. 1. C. de offic. ciuil. iudic. Græci βελευτὰς vocant l. honores eodem. Is qui non fit Decurio, Duumuiratu, vel aliis honoribus fungi non potest, quia Decurionum honoribus plebeij fungi prohibentur l. 1. & 3. D. de decretis ab ordine fac. Eorum cœtus dicitur ordo, & Curia l. 14. 17. 27. 33. C. de decurion. Veteres, ait Iustinianus, qui Rempubl. ordinarunt ad exemplum regiæ vrbis in qualibet ciuitate nobiles congregandos, Senatumq; constituendum esse censuerunt, quia publica negotia tractaret, ac rectè cuncta disponeret, quæ res ita excreuit, ad eumq; splendorem peruenit, vt magna virorum multitudine refertæ Decurionum familiæ inuenirentur. Cas-
B siodorus lib. 9. variar. eos minorem Senatum vocat, ac neruos, viresq; ciuitatum esse dicit. In pluribus enim Romanum Senatum imitantur, cuius exemplo Decurionum filij patris originem sequuntur, ipsorum quoque nomina quemadmodum & Senatorum in albo scribebantur, vnde & patres ciuitatum dicuntur. Primi autem qui dignitate præcellebant, deinde alij, prout quisque tempore prior in ordinem admissus esset, scribebantur, & qui filios suscepérant, prole carentibus præferebantur. Qui vniuersa ciuitatis munera expleuisset primus curiæ creabatur. Et vt Romæ Senatorum alij erant illustres, alij clarissimi, ita inter Decuriones qui honoribus functi fuerant Sammates primi ordinis statuebantur, Principales dicti, πρωτοσπαθαρίους nomine. l. 8. C. de muneribus patrimon. Nec protostasiæ, vel sacerdotij, vel decaprotiæ munera corporalia sint. Quandoque septem, quandoque decem erant, qui δέκα πρῶτοι, aut 20. qui Icosaproti dicti. Vnde honor
C Icosaprotiæ. Alexandriæ quinque tantum erant summates. Vide C. Theod. de decur. & C. eod. D. de Albo scribendo l. 1. D. de munerib. & honorib.

CAPVT IIII.

De Curijs Ciuitatum.



VOTIES Imperator vico ciuitatis ius deferret, eidem ius curiæ attribuebat, quia nulla ciuitas fuit sine curia, quam βουλὴ Plinius vocat. Curiales ex territorio vici sumebantur. In act. 13. Concil. Chalcedon. fuit Basilinopolis sub Nicæa. Imperator quidam fecit eam ciuitatem, & sumens ex Nicæa Curiales, ibi constituit. Describebantur ἐν τῷ λευκώματι τῆς πόλεως, *in albo vrbium*. Cedrenus laterculum vocat ἐφ' ᾧ βουλευτῶν, καὶ στρατευμάτων ὀνόματα ἀπεγράφετο, *in quo curialium & exercituum nomina scripta erant*. Iulianus in Mesopogone vocat *Decurionum catalogum*, βουλευτῶν κατάλογον. Vet. inscriptio. L. Aradio Valerio Proculo V. C. viri perfectissimi, & principales, & splendidissimus ordo, & populus Puteolanorum patrono dignissimo. Vbi animaduertis principales à reliquo Decurionum ordine seiunctos. Augustinus in epist. 44. Decuriones, & primates ciuitatis per plateas bacchantes. Primates dicuntur seniores in Edicto Marcellini Notarij, qui Chartaginensi collationi præfuit, & Nouel. Maioriani de decurionib.

Curiæ Ciuitatum.

E Curiæ institutæ sunt κατὰ τὸ βασιλεύσης πόλεως μίμημα. Nouell. 38. vnde & Senatus dicitur. Ausonius in Mosella,

——— Quos Curia summos
Municipum vidit proceres, propriúmque Senatum.

Iulianus Curiæ honorem supplicij loco clericis tribuebat apud Nicephorum lib. 10. cap. 13. Quod à Gratiano sublatum l. 38. C. de decurionib. Multa sunt in quibus Senatores & curiales conueniunt. Nobilis est Senator, nobilis est Decurio. Prudentius in Romano Antioch.

——— Absit vt me nobilem
Sanguis parentum præstet, aut lex Curiæ.

Ambrosius in cap. 3. Lucæ. viri persona quæritur, qui etiam in Senatu, & reliquis Curiis

generis asseruat dignitatem. Nobilitas autem à patre petebatur, non à matre, nisi id à Prin- A
cipe concederetur, vt Ilienſibus, Delphis, & Ponticis l. 1. ad Municip. Quod ius Antiochenſi à Iuliano accepere. l. 61. C. de decurionib. Zozimus lib. 3. Iulianus in Misopogone, *βελευτηρίῳ τὸ καθ' ἕλκον δέκα ἑκατοντάσι βελευτῶν ἀνεπλήρωσα. Curiæ catalogum ducentis decurionibus auxi.*

Senatores, Decuriones, & liberti quãdo allegebantur.

Neque Senatores, neque Decuriones ante 25. annum in ordinem allegi poterant l. spurij l. non tantum D. de Senatorib. Augustinus lib. 2. de ordine Rempubl. nolint administrare nisi perfecti, perfici autem intra Senatoriam ætatem festinent, vel intra iuuentutem. Liberti Senatores, aut Curiales effici non poterant l. 9. C. de dignit. l. 1. si seruus aut libertus. Donec Iustinianus ius aureorum annulorum libertis omnibus largitus est. Nouell. 78. Senatus Principi primus Curiæ similis fuit l. 127. C. Theodos. de decurion. Coloniæ in quibus primum decuriones facti quasi effigies simulacraq; populi Rom. fuerunt, vt Gellius lib. B
16. In iis consules fuere. Ausonius

Diligo Burdigalam, Romam colo, ciuis in illa,
Consul in ambabus.

Magistratus municipales cõsules dicti.

Senescente imperio omnes fere magistratus municipales in Italia, Consules dicti. Guntherus libr. 8.

Si tamen Italicis fuerit legatus in oris
Regius, hoc ipsum regis vice iuris habebit
Et de Consulibus disponere cuncta valebit.

Duumuiri.

Duumuiri plærisque in ciuitatibus præcipuo honore erant, quorum annua fere administratio l. 8. C. de decurionib. Interdum & Quinquennales. Vet. inscriptio. T. Appæo. T. fi- C
lio II viro Quinquennali Bis ob merita eius. vnde lustrum municipale. Interdum Quinquennales defensores exaudiendi sunt, l. 1. C. Theodos. de Medic. & Professor. Si quis Professores vexauerit, centum millia nummorum ærario inferat, à magistratibus, vel quinquennalibus exactus. Defensorum enim munus quinquennio definitum l. 4. C. de defensor. ciuit. Qui Tribunorum plebis loco erant, & patris vicem plebi exhibebant, Syndiciq; vocabantur, quia Reip. causas agebant. Philostratus in Polemone, *ἤειζεν ἡ σμύρνα ὑπὲρ τῶν ναῶν, καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς δικῶν, ξωδίκου πεποιημένη τὸν πολέμωνα ἐς τέρμα ἤδη τοῦ βίου ἥκοντα. ἐπεὶ δ' ἐν ὁρμῇ τὸν ὑπὲρ τῶν δικῶν διαδήματος ἐτίθητο, ἐψήφισε μὲν ἐπ' ἄλλοις ξωδίκοις ἡ πόλις. ὡσπερῶν δ' αὐτῶν ἐν τῷ βασιλείῳ δικασηρίῳ διατιθεμένων τὸν λόγον, βλέψας ὁ αὐτοκράτωρ ἐς τοὺς τῶν σμυρναίων ξωσηγόρους, ὁ πολέμων εἶπε τοῦτό σοι τῷ ἀγῶνι ξωδίκῳ ὑμῖν ἀποδέδεικται. Smyrna litigabat pro templis, & eorum iuribus, facto Syndico Polemone, qui vltimam ætatem senex* D
agebat. Eo mortuo cum abitum pararet, ciuitas alios Syndicos elegit, qui cum in regio auditorio male perorassent, Princeps in aduocatos Smyrnæorum intuens, non Polemon huius certaminis Syndicus à vobis declaratus erat.

Defensores ciuitatũ curatores appellati.

Defensores igitur erant curatores ciuitatum ex ipsis Duumuiralibus creati l. 2. C. Theodos. de decurion. Arrianus in Epicteto lib. 2. cap. 10. *εἰ βελευτὴς πόλεως πινὸς εἰ, καὶ βελευτὴς νέος, ὅτι νέος, εἰ πρεσβύτης ὅτι πρεσβύτης, εἰ πατὴρ ὅτι πατήρ. Si Decurio ciuitatis es, & Decurio nouus, quia nouus; si senex, quia senex; si pater, quia pater.* Firmicus lib. 3. Decem primos maximorum commemorat. Iustinianus Nouella 97. *τὴν τῶν βελευτῶν κακουργίαν* vocat, *Decurionum iniquitatem.* Nouell. 101. *τὰς ἐπιδόσεις εἰς τὰς βουλάς, Additiones ad Curias.* Nouel. 151. *ὥστε μὴ ὑποβασταθῆναι, διαφθορᾷ βελευτικῇ, ἢ ταξεώτικῇ, Ne Decurio aut cohortalis perducatur in ius*, &c. E

Duumuiros Græci vocant *ἡγεμόνας, καὶ στρατηγούς.* Synesius ep. 38. *ἐπιδὰν γένηται ἡγεμὼν ἀξιωθῇ συντηρεῖν ὥσπερ οἱ νεόβουλοι, καὶ γίνεται διπλοῦς λειτουργός, τὸ μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐσίαν, τὸ δ' ἀπ' ἄλλου ἄρχειν δεχόμενος. Postquam fuit Duumuir, cogitur ad munera, & onera ciuitatis vt nouus Decurio, & fieri dupliciter oneribus subditus, tum ob diuitias, tum ob magistratum quem gessit.*

De electione Curialium.

In electione curialium aut magistratuum, nihil ratum fuit sine decreto. Nominationes fiebant in legitimo ordinis conuentu non sine duabus saltem Decurionum partibus l. 46. C. de decurionib. l. 66. C. Theodos. eodem. Decreta facere Iuliano Nouel. 123. est eligere. Filij eligi solebant, & alij ex locupletioribus plebeiorum & incolarum solo ordinis iudicio. Quare queritur in Misopogone Iulianus tenuis fortunæ hominem Antiochiæ ex infima populi fæce ad curiæ honorem euectum non exspectato decreto, *καὶ τὴν ἄλλων λειτουργίαν, & aliorum fideiussione in muneribus obeundis*, βελευτικῷ, inquit, *ὀνομάσαντες πρὶν προσγραφῆναι τῷ καταλόγῳ, μετεώρου δ' δίκης ὄσης, ὑπηλάσατε καὶ λειτουργίαν τοῦ αὐθρώπου ἄλλων ἐπ' ἀγορᾶς*

εἰλκύσατε

A εἰλκύσατε πέρυσι, ἐπὶ τῇ ἀπαναγκῇ μὲν ὑπολελειμμένον. *Decurionem à vobis nominatum priusquam albo ascriberetur incerto adhuc Curiæ decreto susceptistis, & cum alij se pro eo muneribus obeundis obligassent, in forum pertraxistis hominem egenum, vndique derelictum.* Magistratus vero qui ex ordine Decurionum sumebantur suo sibi periculo successores nominabant, qui tamen & ipsi fideiussores dabant l. 2. l. Imperator ad municipal. & ab ipso ordine creati à præside approbabantur l. 59. C. de Decurion. Adhibita quandoque populi suffragia. Neminem tamen à populo postulatum sine Curiæ decreto præses admittebat. Vet. Inscriptio, Duellio Trophino curatori mun. pub. decreto Decurionum postulante populo. Item sex Ligurius Duumvir designatus ex postulatione populi l. si constet de appellat.

Ipsi defensores plebis nunquam sine ordinis decreto eligebantur, eósque præfectus prætorio, aut Princeps confirmabat l. 8. C. defensor. ciuit. Solemnes etiam ad munera pu- *Defensorũ electio.*
B blica nominationes ordine conuocato à magistratibus celebratæ sunt l. 2. C. de Decurionib. Naturales liberi Curiæ oblati legitimi & Decuriones fuere, Nouel. 89. νενομοθέτηται γὰρ ὑπ' αὐτοῦ τὸ δικαίωμα τὰς νόθας παῖδας, ἢ πάντας, ἢ τινας ἐπιδιδόναι τῇ βουλευτείοις ἢ τὰς θυγατέρας ἁρμόζειν βουλευτικῆς. *A Theodosio statutum est, vt Patres filios nothos Curiales efficere possent, aut filias collocare Curialibus.* De professorum, medicorúmque, approbatione, salariis, & immunitatibus ordo decernebat. l. 1. & 4. D. de decretis ab ordinibus. Aliorum immunitates sui beneficij Princeps fecerat, quæ sæpius temporales, l. 14. C. Decurion. vt & κεφισμοὶ, & *releuationes.* l. vlt. D. de annonis & tribut. Priscus in excerptis, τὰς κατ' ἐνιαυτὸν τινὰ τῶν βαρυτάτων κεφαλαίων τὴν γῆς ὑποτίμησιν, εἴτε δικαστῶν κρίσει, εἴτε βασιλέων φιλοτιμίαις. *Qui grauissimo possessionum onere ad tempus iudicum sententia aut Principum munificentia leuati erant.* Curiarum largitiones lex 4. D. de decret. ab ordin. faciendis improbat, Saluia-
C nus probat, Decernuntur, inquit, noua munera, decernuntur nouæ indictiones, decernant potentes quod soluant pauperes, estote primi in largitate rerum qui primi estis in libertate verborum, quod pauci iubetis soluamus omnes, grauant nos nouis debitis decreta vestra. Magistratibus, patronis, & benemeritis de Republ. funus nonnunquam ab ordine in dictum, & statuas publicis impensis positas docent Vet. lapides. Narbone, lig. Q. filio Frontinæ Q. Hortesi Ratulli huic ordo Narbonensis publicè funus, & omnes vectigales decreuit. Prehensio huic ordini videtur concessa, sed forsan ex præcepto præsidis. Augustin. in epist. 62. Cum detentus esset à curatore & ordine. lib. 3. ad Cresconium, Tu quid egisti cum tentus es à curatore, & ordine? Habuit & actorum conficiendorum potestatem. Augustin. epist. 171. Quidam gestis municipalibus Codices sanctos, & instrumenta ecclesiæ persecutoribus tradiderunt. Gestis municipalibus oppugnatum. Sidonius lib. 1. ep. 7.
D Sunt elogia, & notoria quibus inter reos maiestatis ex decreto prouincialium referebantur rerum nouarum molitores per legatos allata. Seuerus Sulpic. lib. 2. sacræ histor. Gestis ad Palatium delatis censuit Imperator Priscillianum, sociósque eius damnari oportere. Ammianus lib. 29. series gestorum. Glossæ Palæmonis, elogium, textus malorum gestorum. Optatus in gestis Cæciliani collatione Chartagin. 3. Vnde agnoscas Curias suis præfuisse ciuitatibus Nou. 38. Nouel. 15. τῶν πόλεων ἄρχοντες, *magistratus municipales*, qui à Firmico lib. 4. c. 7. Ciuitatum præsides dicuntur.

Horum partes fuere, vectigalia locare, opera publica curare, rationes publicas discu- *Officia præsidum ciuitatum.*
tere, ciuitatis pecunias administrare, & exigere, Reip. actiones instituere l. 2. & vlt. ad mu-
nicip. fasces & assessores habuerunt l. 53. C. Decurionib. iurisdictionem item, sed non
merum Imperium. Præses eorum opera plærumque vsus, vt in exequendo de adeunda
E vel restituenda hæreditate iudicio, & in tutoris datione. Quod Iustiniani constitutione immutatum est. Pignoris captionem habuerunt iubente præside l. nominatori C. de pignorib. Symmachus lib. 6. ep. 5. eos Principales vocat.

In pecuniariis causis iudices à præside dati sunt. In veteri colloquio. κριτήριον. ποῦ πρὸς τίνας ποῦ τὸ ταμεῖον. οὐκ ἐκεῖ, ἀλλὰ ποῦ τοὺς ἄρχοντας ὑπὸ ὑπογραφῆς τοῦ διέποντος τὴν ἐπαρχίαν. πόσον δέ ἐστιν αὐτὸ τὸ πρᾶγμα; ὀλίγον μέγα. ἔστι γὰρ χρημάτων. *Iudicium. Ad quem, ad Quæstorem. Non illic, sed apud magistratus municipales ex rescripto gubernantis prouinciam cuiusmodi est negotium. Non valde magnum. Est enim pecuniarium.* Propriam iurisdictionem vsque ad certam quantitatem exercebant. Paulus lib. 4. sentent. c. 4. lib. 5. tit. 5. Cum publicè ius dicerent, mulctam dixere l. 2. D. de iudic. Quia mulcta differt à pœna l. 144. D. de verbor. significat.

Apud eosdem adoptari, emancipari, & manumitti potuit, quia legis actionem nonnunquam habuerunt. Paulus lib. 2. c. 25. Ius prehensionis quod solis competit magistratibus

qui in ius vocari non poterant, vt Gellius lib. 13. c. 13. Præsides habent quibus est Imperium & potestas, non minores magistratus, nisi forte ex præcepto præsidis l. 2. de in ius vocando. Municipales magistratus ad præsidem reos remittunt l. 5. C. Theod. de exhib. reis. In Passione Datiui, & Saturnini, Cum ab officio Proconsuli offerrentur, suggererétúrque quod à magistratibus Alutinensium transmissi essent Christiani. In actis martyrum Christianos à magistratibus municipalibus comprehensos iussu Principum, aut præsidum certum est, l. 1. C. Theodos. de cursu publ. Concessa tamen in seruos modica castigatio. l. magistratus, de iurisdict. Fuit & de fugitiuis eorum cognitio. l. 1. C. de offic. iurid. Alexand. A

Defensorũ variæ appellationes.

Defensores vero magistratus non sunt, sed ἀρχικῆς σεμνότητος μίμημα ἔχουσι, vt ait Iustinianus, *Habent speciem dignitatis magistratuum*, disciplinæ publicæ vindices dicti, plebis tutores, Decurionum patroni D. de Defensorib. Alij fuerunt per prouincias Senatus defensores l. 2. & 3. C. Theod. de præd. Senat. Saluianus lib. 7. de Chartagine loquens, illic omnes rerum dispensatores & differentes inter se tam gradu, quàm vocabulo dignitates, omnium vt ita dicam platearum & compitorum procuratores, cuncta ferme & loca vrbis, & membra populi gubernantes. Hac ergo tantum contenti sumus ad exemplum ac testimonium cæterarum, vt intelligamus scilicet quales illæ fuerint ciuitates, quæ minores habuerunt probi officij procurationes, cum viderimus qualis extiterit, vbi summi semper rectores fuere. Vnde apparet in aliis ciuitatibus plures magistratus municipales, in aliis pauciores, in quibusdam nullos fuisse, sed solos defensores l. in hac C. de donation. Dio lib. 51. τοῖς ἀλεξανδρεῦσι αὖθις βουλὴν πολιτείας ἐπέλυσε. B

C

CAPVT V.

De Oneribus Curialium.

Curialium Onera.

NEMO fere nisi inuitus Decurionum albo se adscribi patiebatur. Synesius ep. 93. ὅτι ἢ ἐν τοῖς βουλευταῖς καὶ τὸν ἐμὸν ἀδελφὸν ἀξιοῖς ἀριθμεῖν, ἀλλ' οὐκ ἀπαλείφεις τῷ οἰκίαν ἀπὸ τῶν πονηρῶν βιβλίων, κἂν αὖ εἴπῃ καὶ συμφορὰν ἀρχαίαν παρειλήφῃ γραμμόν, τοῦτο ἢ ὃ καὶ θεμιστοκλέα σέφημι ποιεῖν. Scribit ad Hesychium Libyæ præsidem, *Quod autem in Decurionibus & meum fratrem vis numerare, nec deles familiam ex improbis illis libris, etiam si quid ex veteri calamitate ante factum fuerit, istud aio te non Themistoclis facere exemplo. Reddito mihi fratrem qui ob eam causam abest.* ἀπόδος μοι τὸν ἀδελφόν, ὃν οὐ μὴν δι' αὐτὸ τοῦτο ἀπεδήμει, θεὸς οἶδε. Quia Decuriones potius serui, quàm nerui Reip. erant, cum nec res suas quidem sine decreto vendere, nec aliam vitæ sortem optare possent. D

Decurionũ honores.

Decurionum honores Onera erant. Theophyl. in cap. 15. Marci. βουλευτὴς ἀξίωμά τι ἦν, μᾶλλον ἢ λειτούργημα, καὶ βάρος πολιτικὸν, ὃ οἱ ἔχοντες ἐπαγρύπνουν τὰ τῆς ἀγορᾶς ὀψωνεῖν, καὶ πολλοῖς πολλάκις κινδύνου ἐπῆλθεν ἐκ τούτου, διὰ τὴν ἀγορᾶς κακοπραγίαν. *Decurio honor erat, aut potius ciuile onus, quo affecti fori annonam curabant, & sæpe periculum obibant, si annona grauior esset.* l. 8. ad municip. Inter Onera eorum erant Circenses, & spectacula l. 1. de munerib. & honor. D. l. 20. C. de Decurionib. Ad eas populi voluptates instruendas excitantur primates ciuium l. 1. de spectacul. Dio orat. 38. πάσαις μὲν ταῖς πόλεσι, μᾶλλον δὲ ταῖς μεγάλαις, δεῖ μὲν καὶ τῶν πλησίον, ἵνα καὶ χορηγῶσι, καὶ φιλοτιμῶνται ταυτὶ τὰ νενομισμένα δαπανήματα. *Omnibus ciuitatibus, sed magnis præcipuè, diuitibus Decurionibus opus est, vt legitimos istos sumptus suppeditent.* Hinc est quod ij qui ob munificentiam in patriam facultates exhauserant, alimenta è publico accepere, l. 8. D. de Decurionib. Valerianus apud Vopiscum, Leuanda est paupertas eorum hominum qui diu Reip. viuentes pauperes sunt, & nullorum magis. E

Decuriones tributa & distributiones administrabant. Susceptorũ electio.

Sed & tributa Decurionibus oneri fuere. Saluianus lib. 4. Respublica Romana vel iam mortua, vel certe extremum agens spiritum, in ea parte qua adhuc viuere videtur, tributorum vinculis quasi prædonum manibus strangulata moritur. Omnes enim distributionum formæ à Decurionibus fiebant, ita vt si quid deesset de suo supplerent. l. 1. C. Theod. de priuileg. domus Augustæ. Idcirco susceptores qui ex Decurionum numero fuerunt, totius Curiæ iudicio, & periculo eligebantur, l. 8. de suscept. Hi sunt allecti, & eorum munus allegatio C. Theodos. de suscept. Vet. Inscriptio L. Besio allectori Galliarum, ob allecturam fideliter administratam. Vindices instituit Anastasius edicto Iustin. 13. vt labantes

ordines

A ordines recrearet, & iniquas Decurionum exactiones inhiberet. Leo tandem Curias in oriente sustulit, Nouel.46. quas iam in occidente oppresserat ipsa Imperij ruina.

Vicis denique Curiales tribuuntur. Saluianus lib. 5. Quæ sunt non modo vrbes, sed etiam municipia, atque vici, vbi non quot Curiales fuerint, tot tyranni sunt. Primates vicorum, & castellorum dicti l.13. C. Theodos. de desert. De Decurione limitis agitur in epist.153. Augustini. Vicorum Decuriones ex ciuitatibus petebantur quibus vici respondebant lib.3. de natural. liber. Nec diuersos ipsi à suis ciuitatibus magistratus habuerunt l.3. de tut. dat. ab his. Mansionibus Decuriones præponuntur ex ciuitatibus in quarum sunt territorio mansiones, l.21. C. Theod. Decurion. Fuerunt & præpositi pagorum l.2. de suscept. & arcar. Magistri Pagorum Siculo Flacco in lib. de condition. agrorum, dicuntur πάγαρχοι edicto Iustiniani 13. Isidorus Pelusiota epist.91. lib.2. πάγαρχοι καλοῦνται B παρὰ τισὶν οἱ τῶν κωμῶν, ἢ τόπων τινῶν ἄρχοντος. Libet hic ascribere verba Iustiniani Nouel.38. οἱ τὴν πολιτείαν ἡμῖν πάλαι καταστήσαντες ἤθροισαν κατὰ τὴν τῆς βασιλευούσης πόλεως μίμησιν καθ' ἑκάστην πόλιν τοὺς εὖ γεγονότας, καὶ ἑκάστῃ σύγκλητον ἔδωκαν, δι' ἧς ἔμελλε τάτε δημόσια πράττεισθαι, ἅπαντα δὲ γίνεσθαι κατὰ τάξιν τὴν προσήκουσαν. ἐπεὶ δὲ κατὰ μέρος ἤρξαντο τινες ἑαυτοὺς ἐξαιρεῖν τῶν βουλευτικῶν λειτουργημάτων, καὶ ἐξευρίσκειν προφάσεις δι' ὧν πῶς ἐλεύθεροι τούτων ἔσονται. *Qui Remp. nobis constituerunt, ad exemplum Principis vrbis coëgerunt per singulas ciuitates ingenuos viros, & vnicuique Senatum imposuerunt, per quem omnia publica agerentur, & omnia ordine Commodo fierent. Quando autem inceperunt in parte seipsos subducere oneribus Curiæ, & inuenire occasione quibus se muneribus illis exsoluerent, in paucos onera redierunt, quorum opes sunt exhaustæ, vt subijcerentur istis mercenarijs, quos vindices vocant. Cogebantur Decuriones omnibus modis quartam bonorum partem Curiæ seruare,* τὸ τέταρτον τῇ βουλῇ φυλάττειν.

Curialibus vici erant Curæ.

C Filius Decurionis cogebatur esse Decurio. Ideo quidam nuptiis abstinebant. Iustinianus edixit vt tres vncias ex asse bonorum Decuriones Curiæ relinquerent. Vide Nouel. 101. Diximus supra Decuriones anno ætatis 25. factos Scipio Africanus Agrigenti legem tulerat, ne Senator ante tricesimum annum fieret, vt Cicero 4 in Verrem. Idem Clodius pulcher apud Halesinos, Lucius Rupilius Heracleæ statuerat vt lib.7. in Verrem.

Filius Decurionis adigebatur ad Decurionatum.

CAPVT VI.

De Priuilegijs Decurionum municipalium.

D DECVRIONIBVS plura priuilegia data, quorum præcipuum, ne ipsi aut eorum filij à præsidibus prouinciarum, plebeiorum tormentis subiicerentur l.16. C. de Quæstionibus. Si publicam pecuniam interuertissent, plumbatarum ictibus vapulabant l.40. eod. l.8. C. Theodos. de Decurion. Omnis ordo curialis à tormentis his quæ debita reis sunt, & ab ictibus plumbatarum habeantur immunes. Qui magistratum inibat, vel togam virilem sumebat, vel nuptias celebrabat, Decuriones inuitabat, & singulis binos denarios dabat. Plin. lib.10. epist.82. Qui omnibus ciuitatis muneribus functi erant, primi ordinis Comites fiebant l.56. C. de Decurionib. Leo Nouel.46. βουλευταῖς βαρείας τινας καὶ δυσυποίστους ἐπέτρεπον λειτουργίας, προνόμιον δὲ τοῖς βουλευτηρίοις παρεῖχον ἀρχῶν τινων προβολῆς, καὶ αὐτεξουσίου τῶν πόλεων. *Decurionibus grauia onera impo-* E *sita sunt, ideo priuilegia illis data vt magistratus quosdam gererent, & vrbibus præessent.*

Priuilegia Decurionũ municipalium.

Propria insignia habebant. Vet. Lapis Veronæ, P. Falerius Trophimus ornamentis Decurionalibus restitutor Reip. Veron. Alius, Mineruæ Aug. Vlp. Domit. ornatus ornamentis Decurional. Bigis in vrbe vsi sunt. Vet. Lapis, Biga Decurionum, & C. de Honoratorum vehiculis. Tertullianus lib. de corona mil. Coronant & publicos ordines laureis publicæ causæ. Magistratus insuper aureis, vt Athenis, & Romæ.

Insignia Decurionũ.

Desinebant autem esse Decuriones si deportarentur, vel relegarentur, vel si patritij, aut ordinarij consules fierent, l.2. l. vlt. C. de Decurionib. Aut magistri militum, præfecti prætorio, patroni fisci, Principes agentium in rebus Nouel.70.

Desitio Decurionum.

CAPVT

A

CAPVT VII.

De Magistratibus municipalibus.

Magistratus municipales.



INGVLÆ ciuitates suos Magistratus iurisdictione aliqua præditos habebant, præterea Basilicam, forum, quibus rebus Modestinus l.6. D. de excusation. tutorum, metropoles à minoribus ciuitatibus distingui ait. Pausanias lib.10. θέατρον, γυμνάσιον, ἢ στάδιον, ἢ βαλανεῖον addit. Procopius lib.2. de ædific. Iustiniani, σοὰν. Magistratus autem municipales Duumviri, aut Quinqueviri, Athenis ἄρχοντες, Neapoli Demarchi, in latio dictatores, aut ædiles. Spartianus Hadrianum ait B in Hetruria præturam egisse. Qui non erant Decuriones, Magistratu vel aliis honoribus fungi non poterant l.1.D.de Dec. De Duumviris V.Inscriptio L.Vario Papiriano Duumviro iuri dicundo quinquennali præf. & Tergeste Flamini Hadriani Pont. Augur collegium fabrum patrono merenti. Potestas item nomen Magistratus municipalis fuit. Suet. in Claudio, atque etiam per prouincias potestates. Iuuen. sat.11. An Fidenarum, Gabiorúmque esset potestas. In Chronico Logothetæ, μαστέσας, ϖοΐεσαι Θ. Apuleius lib. 10. Thyalis, oriundus patria Corintho, gradatim permensis honoribus, quinquennali Magistratu fuerat destinatus, & vt splendori capessendorum responderet fascium, munus gladiatorum triduanis spectaculis pollicitus, latius munificentiam suam protendebat. Vetus Lapis, C. Cornelio C. filio vot. Municiano præfecto cohortis primæ Damascenæ trib.milit. leg. 3. Aug. præfecti Fabrum curatori Reip. Otesimorum Quatuorviro iuri dicundo C Pontifici Flamini Diui Claudij, Bergomi patrono. Duumviri Magistratus municipales vocantur l.fin. C.de iudiciis, & simpliciter Magistratus l.1. & 2. C. de Magistrat. municipalib. Theophilus lib.1. Instit. tit. 20. ἐν ταῖς τῶν ἐπαρχίαις οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες, ἢ οἱ ϛρατηγοὶ κελεύσει τῶν ἀρχόντων τὰς ὑπηρόπας ϖοιοῦσι. *In prouincijs præsides aut Magistratus municipales præsidum iussu tutores creant.* S. Lucas c.16. Actorum, Magistratus Philippensium vocat ἄρχοντας. Duumviri aliquot ante mensibus quàm magistratum inirent nominabantur, vt si forte iustam recusandi honoris causam habuissent, alij eorum loco substituerentur. Calendis vero Martiis Magistratum nominabant, vt splendidiorum honorum munerúmque principia primo tempore curarentur, tenebantúrque electi fide iubere se Remp. rectè, & ex bona fide administraturos, & inuiti Magistratum subire cogebantur.C.de Magistratib. municipal.C.de muneribus & honorib.Quare si ad Magistratum vocatus fugisset,amissio- D ne bonorum plectebatur,præterea biennio officio fungi iubebatur.

Potestas pro magistratu municipali.

CAPVT VIII.

De Electione Decurionum, & Magistratuum municipal.

Electio Decurionũ & Magistrat. municipalium.



CALENDIS Martiis noui Decuriones, & Magistratus nominabantur, curia à Duumviris solemniter per publicum nuncium conuocata. Duas curiæ partes adesse,& ipsum præsidem prouinciæ oportuit.Tum Duumviri, aut censores nominabant. l.2.28.46. C. Theodos. de De- E curion. Sed suffragiis nominatum comprobari oportuit. Plin. lib.10. ep.78. & 80. ad Traian. & à præside comprobari. Idem ep.78. scribit Decuriones quæ supra legitimum numerum Cæsaris indulgentia adiecti fuerant, singula millia denariorum & quandoque bina millia pro introitu curiæ intulisse. Consulit Traianum an in omnibus ciuitatibus qui Decuriones leguntur, certam quantitatem dare debeant. Ille locorum consuetudini parendum ait. Eas sportulas vocat Vlpianus l. spurij D. de Decurionibus. Cic. sexta in Verr. Mos erat Siracusanis, vt si qua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam qui velit, nominatim nemo rogatur, & tamen vt quisque honore & ætate antecedit, is primus solet sua sponte dicere, idque à ceteris conceditur, si quando taceant omnes tunc sorte coguntur dicere. Qui plures habebat liberos,primus vulgo sententiam rogabatur, & honore potior erat. Zeno l. finali C. de prædiis Decurion.Decernimus non ex tabella decretum recitari,sed curialium vel maioris

partis

A partis curiæ relatione currente sine vlla malignitate referentium. Suffragia igitur voce dabantur, non calculis, & sententiæ vocales erant. Quod maiori parti visum esset in tabulas referebatur, & decretum ordinis dicebatur. Cic. act. 6. in Verr. Atque adeo cum iam non solùm discessio facta esset, sed etiam perscriptum atque in tabulas relatum. Plinius lib. 3. epist. ad Messium Maximum, & lib. 4. epist. ad Messium, malo exemplo introductum ait, vt scripto tacitè vota ferrentur. Lex enim tabellaria in municipiis tandem introducta.

CAPVT IX.

B

De Potestate Duumvirûm.

MAGISTRATVS municipales fasces habebant vt Cic. in Rullum & S. Lucas cap. 16. Actor. Theodosius, Duumvirûm, inquit, impune non licet extollere Potestatem fascium extra metas propriæ ciuitatis. Prætexta quóque induebantur. Liuius l. 34. Purpura viri vtimur prætextati in magistratibus, in sacerdotiis, liberi nostri prætextis purpura togis vtuntur. Magistratus in coloniis, municipiisque togæ prætextæ habendæ ius est, nec id vt viui secum habeant id insigne, sed etiam vt cum eo crementur mortui. Plin. epist. 82. lib. 10. Qui ineunt magistratum solent totam bulem, atque etiam ex plebe non exiguum numerum vocare, binósque denarios, vel singulos dare. Iudicabant vsque ad certam summam. Ea tamen non exercebant quæ magis sunt Imperij, quàm iurisdictionis l. 26. ad municip. D. seruos modicè castigabant. S. Lucas c. 16. Actor. Scribit à magistratibus Philippensium D. Paulum, & Silam virgis cæsos, & in vincula ductos, & mane dimissos. Apud Surium 23. Augusti Lysias sedens pro tribunali dixit: Adducantur examini meo Christiani, qui huius vrbis magistratibus traditi sunt ab officio. Eulalius Commentariensis dixit, iuxta præceptum tuum Domine, quos huius vrbis magistratus comprehendere potuit Christianos offert, tres pueros fratres, & duas fæminas. Præterea Duumviri tutores dare poterant si pupilli facultates quingentos solidos non excedebant. l. 3. D. de tutor. & curator. l. 48. D. de iudic. Hadrianus ait, ἄρχοντες quo anno cum imperio sunt, neque eorum quorum tutelam vel curam gerunt, causam in iudicio vel agendo vel defendendo sustinento.

Potestas Duumvirûm.

C

D

CAPVT X.

De Susceptoribus.

E

RÆCIPVA Decurionum cura in exigendis tributis fuit, & ideo ciuem eligebant qui tributa exigeret, Susceptorem vocatum. Is creabatur in curia ciuitatis eo fere modo quo & Decuriones. Vnus enim aut plures suo periculo eum nominabant, in quem si curiales consensissent, acta à tabulario curiæ scribebantur, eáque cum nomine Susceptoris & nominantis qui pro illo tenebatur, ad præsidem prouinciæ mittebantur. l. exactor. C. de Susceptor. præpos. Illo qui nominauerat soluendo non existente, curiales qui eum probauerant, pro eo tenebantur l. 23. C. de Decurionib. Susceptor autem aut ex Decurionibus, aut ex plebe eligebatur. l. 17. D. ad municip. Exigendi tributi munus inter sordida munera non habetur, & ideo Decurionibus quoque mandatur. l. 1. C. de Suscept. Suscceptores publicos absque omni mora aurum censemus suscipere. l. 3. Susceptores noui non modo præsentis anni debita, verum etiam species quas ex reliquis inferunt, quia nouæ sunt ac recentes, suscipiant.

Susceptor.

Susceptoris electio.

Primum Susceptoris officium est, vt præsente defensore ciuitatis, cuiúsque iugera & debitum describat, deinde à quocunque frumenti quinquagesimam, hordei quadragesimam, vini & lardi vicesimam exigat, quæ in fisci horreis condantur, ac præpositis horreorum seruanda committantur. Arcadius qui annonam, inquit, suscipit, vel exigit, vel erogat, & exactores pecuniæ pro capitibus personalis muneris sollicitudinem sustinent. l. fin. D. de

Susceptoris officia.

D.de munerib. & honor. Exigebant enim & quod pro capitibus à singulis soluebatur, & quod pro prædiis. l.10. C. de Suscept. Susceptores præsentibus defensoribus, & modum iugationis possessorum, & species singulas, vel earum numerum, quantitatémque describant. A

Numerus susceptorũ, & quinam eorum ministri.

Duo Susceptores per omnes prouincias fuere quibus administri erant *Tabularij, scribæ, logographi, censuales,* βοηθοὶ, λογισταὶ, δημογραμματεῖς, καὶ διαστολεῖς, *discussores.* Quotannis imperata à Principe pecunia hoc modo à Susceptoribus capiebatur. In primis tabularij ciuitatum, qui ciuium & possidentium nomina in Pittacio descripta tenebant, inspiciebant quis & quantum soluere teneretur, & contra negligentes, apparitores Decurionum debitum exacturi mittebantur l.1. C. de exact. tribut. & l.7. qui exacta Susceptori dabant.

Tres autem pensiones fuere, quæ Calendis Ianuarij, Cal. Maij, & ineunte Septembri quo desinebat indictio, penderentur l. finali C. de annonis & tributis. τριμερῶς δὲ πάντα τὰ δημόσια εἰσφερέσθω τάτε ἄλλα καὶ τὰ λεγόμενα ἀρμενιακὰ, τουτέστι, καλ. ιανουαρι, καὶ καλ. μαΐαις, καὶ πρὸς τῷ τέλει τῆς ἐπινεμήσεως ἐξ ἴσων τριῶν μερῶν διαιρουμένων τῶν δημοσίων. *Tripertito autem omnia fiscalia inferantur, ea etiam quæ Armeniaca vocant, Kal. Ianuar. Maijs, & ad finem indictionis in tres æquas partes diuisa.* B

Susceptor soluenti chirographum faciebat.

Susceptor accepto tributo chirographum soluenti faciebat, in quo summa data pecuniæ, causa solutionis, nomen soluentis, consul, mensis, & dies præstiti tributi continebatur l.1.C.de Apoch.publ.Prædia verò tributa pendere negligentium, tanquam iure pignoris Principi obligata vendebantur. l.5.D.de censib. Facta tributorum aut debitarum functionum solutione pecunia arcario committebatur, qui eo modo, quo Susceptor, eligebatur. S. Paulus in fine epist.ad Roman. Eristum Corinthi arcarium fuisse ait. Exacta pecunia statim ab arcario ad Præfectum thesaurorum, qui vnus in singulis prouinciis residebat, transmittebatur. l.1. C.de canon.largition. titul. Inde ad Comitem largitionum dirigebatur, l.7. C. de Susceptorib. Nec verò semper aurum in pecunia numerata ad thesauros transmittebatur, sed plærumque in massam conflatum, cuius singulæ libræ 72. aureis respondebant, l.5. C.de Susceptorib. Vestes verò quas singulas prouinciales pro singulis 30. iugis terræ, quandoque pro 20. militibus persoluebant, Susceptor non exigebat sed proconsul l.14. C.de Susceptorib. l.2. C. de milit. veste. C

Susceptores erãt annui.

Annui erant Susceptores, nec ad hoc munus reuerti poterant, nisi rationem ante gestorum prius reddidissent. l. 3. & 3. C. eod. Noui verò Susceptores non solum anni quo creabantur, sed & reliqua præcedentis exigebant. Susceptores annonis & tributis vtriusque ærarij erant præpositi, l.cum possessor D. de censib.& lib.10.Cod.tit.71. Demum hoc colligendorum tributorum onere Anastasius Decuriones liberauit, & vindices in singulis ciuitatibus creauit, qui tributa exigerent, quos Iustinianus sustulit vt Euagrius lib.3.histor. c.42. Nicephorus lib.16.c.44. Iustinian. edicto 8. §. πάντων. D

CAPVT XI.

De Vindicibus.

Vindices.

ANASTASIVS Curiis exigendi tributi onus ademit, & Vindices in singulis vrbibus instituit, quibus id munus incumberet. Illi sæpe in plebe grassabantur, & violentius exigebant. Quare à Iustiniano 38. Nouella, perniciosi mercenarij vocantur. Suo tamen periculo exigebant siue Vindices, siue cohortales, aut alij exactores essent, Nouel. 134.128. Euagrius lib.3.de Anastasio, περιεῖλε τὴν τῶν φόρων εἴσπραξιν ἐκ τῶν βουλευτηρίων, τοὺς καλουμένους βίνδικας ἐφ' ἑκάστῳ πόλει προβαλλόμενος. Nouel.38. ὀλεθρίους μισθωτάς, οὓς βίνδικας καλοῦσι. Nouel.134. οἱ σκρινιάριοι, καὶ βίνδικες ἰδέῳ κινδύνῳ ἀπαίτησιν ποιοῦσι. Ecloga Basilic.58. εἴτε οὖν ἐξάκτωρες, ἢ βίνδικες, ἢ ταξεῶται παραλαμβάνουσι. εἰ μὴ τὸ παρὰ τῆς προφάσεως τῶν ἐξακτόρων ἢ βινδίκων. E

CAPVT

A

CAPVT XII.

De Defensoribus ciuitatum.

DEFENSORES ciuitatum non ex decurionibus, sed ex aliis ciuibus eligebantur, qui causas minoris negotij deciderent, & plebeculam defenderent. Oecumen. in cap. 20. Act. εἶδος ἦν δικαστῶν ἐν τῇ ἀσίᾳ εὐτελῶν οἱ ἀγοραῖοι, οἵ τινες ἐδίκαζον τοῖς πένησι καὶ ἀγοραίοις, διὸ καὶ ἀγοραῖοι ἐκαλοῦντο ὥσπερ εἰσὶν ἔκδικοι κατὰ πόλεις, *Forenses iudices iudicabant pauperibus cuiusmodi hodie syndici per vrbes.* Valentinian. & Valens ad Probum P. pr. Defensores ciuitatum non ex decurionum, seu cohortalium corpore, sed aliis idoneis personis huic officio deputentur. Item ad Senatum, vtili ratione perspectum est, vt innocens & quieta rusticitas peculiaris patrociniis, id est, Defensoris locorum beneficio perfruatur, & apud eum in pecuniariis causis litigandi habeat facultatem. Quare iudicis eum munus sustinuisse oportuit, apud quem lites pecuniariæ disceptarentur. Cognoscebat vsque ad quinquaginta solidorum summam. Res cæteras quæ dignæ forensi magnitudine videbantur ordinario rectori insinuare iubebatur. l. 1. C. de Defensoribus ciuitatum.

Defensores ciuitatũ ex quibus & ad quid electi.

B

Tempus Defensoris quinquennio definitum. Id in primis agebant, vt parentum vicem plebi exhiberent, descriptionibus rusticos, vrbanósque non paterentur adfligi, officialium insolentiæ, & iudicum procacitati occurrerent. Ingrediendi ad iudicem liberam facultatem habebant, super exigendi damna, vel spolia plus petentium ab his quos liberorum loco tuebantur excludebant, nec patiebantur ab his quidquam vltra delegationem solitam exigi, vt loquitur Gratianus Aug. Nullas infligere poterant multas, sæuiores non exercebant quæstiones, plebem & decuriones ab improborum vexatione tuebantur. Defensores plebis nunquam sine ordinis decreto eligebantur l. 8. C. de Defensor. ciuit. eos præfectus pr. aut Princeps confirmat. Ibidem magistratus non sunt, sed ἀρχῆς σεμνότητος μίμημα ἔχουσι, vt Iustinianus. Cassiodor. lib. 7. epist. 11. Defensorem te itaque illius ciuitatis per indictionem illam ciuium tuorum supplicatione permota nostra concedit auctoritas, vt nihil vænale, nihil improbum facere velis, qui tali nomine nuncuparis. Commercia ciuibus secundum temporum qualitatem æquabili moderatione dispone. Definita serua quæ iusseris. ἐκδίκους Græci vocant, Nouel. 8. ἐκδίκοις οὐκ ἐφίσομεν οὐδ' ὁτιοῦν οὐδὲ λαμβάνειν, οὐδὲ διδόναι. *Non sinemus Defensores aliquid dare, vel accipere.* Ibidem habere dicuntur chartularios. πλὴν εἰ μή τινες εἰσὶν αὐτοῖς ἐκ τοῦ δημοσίου παρεχόμεναι συνήθειας. Vide Nouel. 15. Eos vetat Iustinianus τοπτηρητὰς, & vicarios dare, qui suas partes impleant. Idem edixit, vt ne ipsi quidem illustres Defensoris vrbis dignitatem refugere possent. Iudicabant vsque ad 300. nummos Nouel. 15. & Maiorianus Nouel. de Defensorib. Symmachus lib. 9. epist. 33. Patriæ suæ functus Defensionem. lib. 1. epist. 63. Defensionem Lauinatium. Nouel. Iuliani vltim. & Iustiniani Nouel. 30. Primates etiam illustres fieri ciuitatum Defensores possunt. Cassiodor. lib. 7. epist. 10. Defensores locorum vocat. l. 3. C. de Defensor. ciuit. Defensores plebis. l. vlt. de offic. iuridici Alexand. Hesychius δεφένσωρ, βασανιστὴς, κριτὴς. Mauricius lib. 1. Strateg. cap. 3. δηφένσωρες οἱ συντεταγμένοι περιπατοῦντες πρὸς ἐκ δίκησιν τοῦ κούρσων εἴπερ αὐτοὺς τραπῆναι συμβαίνει, *Defensores qui ambulant ad defendendum excursores si in fugam versi fuerint.* Alij fuere à Defensoribus plebis. Sed & Senatus habuit in prouinciis Defensores l. 2. & 3. C. de præd. Senat. Leo constit. 7. Defensores ciuitatum vocat ἐκδίκους, βοηθοὺς, authentica de Defensor. ciuit. §. 1. Imp. Arcadius Honor. & Theodos. Defensores ciuitatum oblatos sibi reos in ipso latrocinio, vel congressu violentiæ, aut perpetrato homicidio, aut stupro, vel raptu, vel adulterio deprehensos, & actis publicis sibi traditos expresso crimine cum his à quibus fuerint accusati mox sub idonea persecutione ad iudicium dirigant. Defensores latrones puniendos curabant. lib. 6. C. de Defensor. Constituebantur Episcoporum, clericorum, & honoratorum ac possessorum & curialium decreto, ita tamen vt literis præfecti præt. confirmarentur. Si quid contra publicam disciplinam fieret, Defensores referebant ad P. præt. magistros equitum & peditum, magistros officiorum, & Comites sacrarum, & priuatarum largitionum.

Tẽpus Defensorũ atque cura.

C

D

E

Defensores quomodo se suis officijs abdicarent.

Defensores munus Defensionis exuere non poterant, nisi diuinos affatus præfectis pr.

intimassent. l. vlt. C. de Defensor. ciuit. Institut. l. 1. tit. 20. Imperator προσέταξε τοὺς ἐκδίκους τῶν πόλεων ἐπιτρόπους, ἢ κουράτωρας χειροτονεῖν. Defensores vrb. satisdant, aduersus eos datur actio subsidiaria. Dicuntur disciplinæ publicæ vindices, plebis tutores, & decurionum patroni. C. de Defensor. A

Defensor orthodoxus. Defensor non nisi orthodoxus ab antistite clericis curialibus nominabatur, l. 8. C. de Defensorib. & in authentica eodem. Legis actionem non habuere, sed in maioribus criminibus prehensionem, in leuioribus coërcitionem Nouel. 15. Iustiniani.

Munerũ ciuilium diuisio. Munerum ciuilium quædam sunt patrimonij, alia personarum. Patrimonij sunt munera rei vehicularis, item nauicularis, Decemprimatus. Personalia ciuilia sunt munera, defensio ciuitatis, id est, vt Syndicus fiat. ἔκδικοι dicuntur οἱ ἐκ πάσης τὰ πράγματα τῆς ἀδικίας ἐκ δικήσουσι ἐλεύθερα. *Qui ab omni iniustitia negotia liberabunt.*

Defensorũ notio. De leuioribus criminibus cognoscebant, quod olim magistratibus municipibus non licebat l. magistratus D. de iurisdictione omn. iudic. deprehensos in maioribus criminibus in carcerem compingebant, mittebantque ad prouinciæ præsidem. Apud eos testamentorum & donationum insinuationes, & quicquid aliud monumentorum erat proprium, agebatur §. iusiurandum de Defensor. ciuit. collat. 3. B

Defensorũ creatio. Ita autem Defensores creabantur vt vnus, & idem bis idem munus sustinere non cogeretur, sed quia onus importunum fuit, in orbem & circulum ibatur, vt quisque ἀμοιβηδὴν, alternis, & per vices id onus sustineret. περιοδικὰ πολιτεύματα vocat Demosthenes, *Circulares magistratus.* Ita debet intelligi Iustiniani illud, κατὰ κύκλον, in constitution. de Defensor. §. interim & §. si qua vero. Defensores isti videntur fuisse haud absimiles tribunis plebis l. 1. C. de officio delegati, vbi Defensores plebis dicti. Defensores locorum memorantur l. 30. C. de episcop. & cleric. l. vlt. C. de iudicibus. Defensores interdum dicti aduocati. Ammian. libr. 20. Africanus causarum in vrbe Defensor assiduus. C

Defensores ecclesiastici. Quemadmodum autem ciuitatum olim Defensores fuere, sic etiam ecclesiarum Defensores, & ἔκδικοι, quos quatuor fuisse Ioannes Episcopus Citri in Respons. ad Cabasilam scribit, ex quibus apud Codinum προτέκδικος εἰς τὸ ἀναλαμβάνειν τοὺς ἠχμαλώτους, καὶ κριτὴς τῶν ἐγκληματικῶν ὑποθέσεων, *vt susciperet captiuos, iudex in causis criminalibus.* Secundus defendebat causas cleri ciuiles: Tertius erat ὁ τῶν βήματος: Quartus, ὁ τῆς ἐκκλησίας. Synodus Chartagin. can. 75. περὶ ἐκδίκων τῶν ἐκκλησιῶν. Quatuor fuere ἐκκλησ. ἔκδικοι. Edicto Iustiniani, 13. Nouel. 20. Nou. 56. Varnefridus de gest. Longobad. lib. 3. c. 27. ecclesiæ Defensorem. Papias in glossis Defensores, episcoporum adiutores Cassiod. l. 9. ep. 25. Defensor propriè dicendus est, qui tuetur innoxiè. D

Verus Defensor.

CAPVT XIII.

De Iuridico Alexandriæ.

Iuridicus Alexandrinus in quo differat à Duũviris.



CVM ex decurionibus Duumviri eligerentur, Alexandrini sub regibus viuere soliti decurionibus carebant, nec Duumviros creabant, sed ius dicentem à Cæsare accipiebant, qui Iuridicus Alexandriæ vocabatur. In hoc à Duumviris differebat, quod de omnibus causis ciuilibus etiam maximis Iuridicus cognoscebat, Duumviri minimas tantùm iudicabant. Spartianus in Seuero: Deinde Seuerus Alexandrinis ius bulentarum, id est curialium dedit, qui sine publico consilio ita vt sub regibus antea viuebant vno iudice contenti, quem Cæsar dedisset. Curia Alexandrinis concessa quinque summates habere cœpit l. 57. C. Theodos. de Decurionib. l. 56. Apud Iuridicum dabantur tutores, donationes in acta referebantur §. penult. Instit. de Attil. tutore ὁ βασιλεὺς προσέταξε τοὺς ἐκδίκους τῶν πόλεων ἅμα τῷ τῆς πόλεως εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ σηνόντος ἐν ἀλεξανδρείᾳ τῶν ἰουριδίκου ἐπιτρόπους χειροτονεῖν. *Imperator edixit vt defensores vrbium cum episcopo vrbis reliogissimo, cui Alexandriæ Iuridicus adsit, tutores constituant*, ait Theophilus Imp. Leo Alexandro Duci, & præfecto Augustali, iubemus apud Alexandriæ duntaxat clarissimæ ciuitatis Iuridicum licitum esse donationis conscriptæ solemniter instrumenta reserare. Strabo lib. 18. ὁ μὲν οὖν πεμφθεὶς τὴν τῶν βασιλέως τάξιν ἔχει. ὑπ' αὐτῷ δ' ἐστὶν ὁ δικαιοδότης ὁ τῶν πολλῶν κρίσεων κύριος. *Augustalis qui mittitur,* E

locum

A *locum Regis tenet. Sub eo eſt Iuridicus cui multa iudicia commiſſa.* Ex indigenis magiſtratibus κ) πόλεις μὲν ὅτε ἐξηγητὴς, *per vrbes eſt interpres* purpura amictus habens patrios honores, & ea curat quæ vrbi vſui ſunt. Et ſcriba, & iudicum primarius præſul. Quartus autem eſt *nocturnus prætor*, νυκτερινὸς στρατηγός. Inſcitè faciunt, qui ἐξηγητὴν, & interpretem eundem cum Iuridico eſſe volunt. Diſertè enim ponit Iuridicum, interpretem, ſcribam, nocturnum prætorem, & Archidicaſten.

Fuit idem vindex qui vectigalia curabat, ab Anaſtaſio inſtitutus, Nouel. 13. edicto 8. & 13. Fuit & Iuridicus Syriæ cuius meminit Ioſephus lib. 18. cap. 1. Sed longè maiori auctoritate ad tempus miſſus. κυρλίῳ ἀνὴρ δικαιοδότης συρίας ἀπεσταλμένος, *Cyrenius vir Iuridicus in Syriam miſſus.* Apud Codinum δικαιοδότης Conſtantinopoli magiſtratus, de quo Nouella ſecunda Comneni. *Vindex ab Anaſtaſio inſtitutus.*

B Fuit Muſæum Alexandriæ, vbi ſtudentes habuere ſacerdotem Muſæo præfectum ab Imperatore, cui ciuitatis cura incubuit. Iuridicus Alexandriæ balnea incendebat in quæ ex reditibus vrbis 492. aurei expenſi. Conſule Iuſtinianum edicto 13. c. 16. nu. 20. l. vlt. C. de frum. Alexandriæ l. 1. C. de Alexand. prim. l. 17. C. de epiſc. & cler. Iuridicus Alex. paruit Duci Alexandriæ, & Auguſtali Ægypti. *Muſæum Alexandrinum.*

CAPVT XIV.

De Iure Anulorum aureorum.

C IN municipiis multi equites fuere quibus ius aureorum anulorum, quod inter inſignia equeſtris ordinis fuit. Sueton. in Iulio cap. 39. Decimus Laberius eques Romanus mimum ſuum egit, donatúſque quingentis ſeſtertiis, & anulo aureo ſeſſum in 13. è ſcena per orcheſtram tranſiit. cap. 33. Promiſſum ius anulorum cum millibus quadringentis fama diſtulit, cum Iulius Cæſar in alloquendo exhortandóque milites digitum læuæ manus oſtentans. In Galba cap. 10. Delegit & equeſtris ordinis iuuenes qui manente aureorum anulorum vſu, euocati appellarentur. Vitellius primo Imperij die Catamitum aureis donauit anulis ſuper cænam. Plin. lib. 33. Anuli diſtinxere alterum ordinem à plebe, ſicut tunica ab anulis D Senatum. Appianus in Libyco, χρυσοφορεῖσι τ στρατοδομφώνων οἱ χιλιάρχοι. *Tribuni anulos aureos gerunt.* Martialis *Ius anulorũ aureorum.*

Zoile quid tota gemmam præcingere libra
Te iuuat, & miſerum perdere Sardonychen?
Annulus iſte tuis fuerat modo cruribus aptus,
Non eadem digitis pondera conueniunt.

Lib. 8. epiſt. 5.

Dum donas, Macer, annulos puellis,
Deſiſti, Macer, annulos habere.

E Ideo cautum Nouel. 18. vt Pater qui filiis ex ancilla aureorum anulorum, & reſtitutorum natalium ius impetraſſet, & nuptias conſcriptis dotalibus inſtrumentis confirmaſſet, δίκαιον χρυσῶν αἰτήσαι δακτυλίων, κ) πρᾶξαι παλιγγενεσίας, κ) πρὸς τὰς ἐγγύας κ) τέτας ἀνενέγκαι τρόπας, κ) τ γάμον βεβαιῶσαι.

CAPVT XV.

De Ædilibus.

ÆDILES Latini ab Ædibus ſacris & publicis tuendis appellarunt, Græci ἀγορανόμους, à fori rerum vænalium cura. Fuit Romæ magiſtratus & honor, ſicut & in municipiis vbi quinquennalis magiſtratus. Perſius ſat. 1. *Ædiles vnde appellati.*

——Italo quòd honore supinus A
Fregerat Heminas Arreti Ædilis iniquas.

Munus Ædilium. Eius fuit mensuras iniquas, vasa minora, iniusta frangere pondera, pretia rebus venalibus ponere, esculenta & poculenta corrupta proiicere, mulctare iniquos venditores, l.13. D. locati. Si quis mensuras conduxerit, eásque magistratus frangi iusserit, si quidem iniquæ fuerunt. Quod si æquæ sunt ita demum eum teneri, si culpa eius id fecit Ædilis l.12. & 13. D. de peric. & com. rei venditæ, lectos emptos Ædilis cum in via publica positi essent concidit, eum cum Ædili si id iure non fecisset, habiturum actionem legis Aquiliæ.

Decurio tãtũ ad Ædilis dignitatem prouehebatur. Nemo potuit esse Ædilis, vel Duumvir, nisi qui esset Decurio l.7. D. de Decurion. Is qui non sit Decurio Duumviratu, vel aliis honoribus fungi non potest, quia Decurionum honoribus plebeij fungi prohibentur. l.12. sed ne quidem arcentur honoribus qui ab B Ædilibus flagellis cæsi sunt, quanquam ita iure suo Ædiles fungantur. Eos qui vtensilia negotiantur & vendunt, licet ab Ædilibus cæduntur, non oportet quasi viles personas negligi. Plautus in Rudente Actu 2. v.470.

Metuo Hercle ne illa mulier mihi insidias locet
Et comprehendar cum sacra vrna veneria,
Nempe optimo me iure in vinculis euicet
Magistratus, si quis me hanc habere viderit.
Nam hæc literata est, ab se cantat cuia sit.

Ius igitur de mensuris dicebat Ædilis, vasa minora frangebat, virgis sontes cædebat pro Imperio in municipiis, Iuuenal. sat.10. v.100. C

An Fidenarum, Gabiorúmque esse potestas,
Et de mensura ius dicere, vasa minora
Frangere pannosus vacuis Ædilis vlubris.

Theophil. instit. tit.2. Ædiles dicti ἐπειδὴ φροντὶς αὐτοῖς ἦν ἡ τῶν ναῶν εὐκοσμία, ἀγορανόμοι ἐπειδὴ τῆς ἀγορᾶς ἐφρόντιζον. Suidas Ædilis λογιστὴς τῆς ἀγορᾶς. ἀστονόμος, ἀγορανόμος, πολιανόμος μέτρα σίτου ἢ οἴνου κολοβά. Mensuræ tritici, aut vini deminutæ in legib. Agrariis C. de damno.

Ædilatus. Ædilatus in municipiis magistratus & honor fuit, sicut & Romæ, ἐκέχρηντο τῇ σέλλῃ ὑπατικῇ, τὰ δὲ τούτων ἔδικτα ἐκράτει, καὶ ἐν ἐπαρχίαις. ἐλέγετο δὲ ἡ τούτων νομοθεσία, ius honorarium, ἐπειδὴ εἰς τιμὴν τῶν ἀρχόντων, καὶ τῶν τεθέντων ἐκράτει ταῦτα. *Vtebantur sella consulari, eorum autem edicta valebant, & in prouincijs, dicebatur autem eorum ius honorarium, quoniam in honorem magistratuum ista obtinebant.* Quare Ædiles & Romæ & in municipiis excusati à tutela l. 6. D. de excusationib. ἀφίεντο ἐπιτροπῆς, καὶ κουρατωρείας στρατηγοὶ τῶν πόλεων. *Remittuntur à tutela & cura magistratus ciuitatum* l.17. Is qui Ædilitate fungitur potest tutor dari (lego, non potest tutor dari) Nam Ædilitas inter eos magistratus habetur qui priuatis muneribus excusati sunt secundum D. Marci rescriptum. Sane notum est quod gerentibus honorem vacationem tutelarum concedi placuit. Falluntur qui hunc locum de Ædilibus Romanorum agentibus accipiendum putant, & superiorem l. 6. de Ædilibus municipiorum. Falluntur item qui Ædilatum negant Romæ honorem fuisse, cum primus gradus ad honores fuerit quæstura, non Ædilatus. de Ædilibus autem lege Dionysium Halicar. lib. 6. Cicer. lib. 3. de legib. & act. 7. in Verrem. Pomponium tit. de E origin. iuris. Ciceron. lib. 2. offic. & alios. Ædiles vlubris fuere, Arpini vt Cic. libr.13. famil. epist.11. Alphenus lib. 3. Digest. Ædilis in municipio balneas conduxerat vt eo anno municipes gratis lauarentur. In municipiis magistratus varij fuere, Duumviri annui, Triumviri, Quatuorviri, Seviri, prætores, & alij. Refugæ biennales l.18. C. de Decurion. si ad magistratum nominati aufugerint requirantur, & biennio integro onera Duumviratus cogantur agnoscere. Fasces habuere l. 53. eod. Duumvirum impune non liceat extollere potestatem fascium extra metas territorij propriæ ciuitatis. Apuleius Milesia 1. Nam & lixas, & virgas, & habitum prorsus magistratui conuenientem in te video. Annonam curamus ait, & Ædilem gerimus. Virgas fasces interpretor Petron. de Trimalcione Seviro Augustali: & quod præcipuè miratus sum in postibus triclinij fasces erant cum securibus fixi, quorum imam partem quasi embolum nauis æneum finiebat, in quo erat scriptum: S. Pompeio Trimalcioni Seviro

Ædiles Romæ non dabãtur tutores.

Augusta

A Augustali. Olim in coloniis non fasces Duumviris, sed bacilli præferebantur. Cic. in Rullum. Nam primum cum ceteris in coloniis Duumviri appellentur hi se prætores appellari volebant. Deinde anteibant lictores non cum bacillis, sed vt hic prætoribus anteerunt, cum fascibus duobus. Putem bacillos fuisse fasces virgarum sine securibus. Quanquam lictores magistratibus Romanis non modo prætulerunt fasces virgarum, verum & ξύλα, vt loquitur Appianus lib. 1. Ciuilium, & virgas quibus submouerent turbam, & ianuam tangerent. Appianus ῥάβδους ἢ ξύλα τὰ ἐν χερσὶ τῶν ὑπηρετῶν ἁρπάσαντες. *Fasces & ligna quæ in manibus ministrorum cùm arripuissent.* Cic. lib. 11. ad Atticum. Quos ego paulisper modo cum bacillis in turbam conieci. Lictores intelligit. Lanumij dictatores fuere, vt Cic. pro Milone. Capuæ prætores orat. 2. in Rullum Alexandriæ ὑπομνηματογράφοι. Strabo lib. 17. l. 59. C. de Decurion. Si quos spontaneos hypomematographi munificos suis exhorta- B tionibus ad publicas nominauerunt functiones, iubemus non exspectandum esse consensum pro tempore viri spectabilis Augustalis, qui fit plærunque vænalis. Consul Tusculi fuit, Corfinij Duumviri, vt Cæsar lib. 1. ciuil. Cumis IIII viri lib. 10. ad Attic. ep. 11. Decemviros commemorat, Gellius lib. 10. c. 3. Hadrianus in Hetruria præturam imperator egit apud Spartian. per Latina oppida Dictator, & Ædilis, & Duumvir fuit. Apud Neapolim. Demarchus in patria sua quinquennalis, & item in Hadria quinquennalis quasi in alio municipio, & Athenis Archon. V. Inscriptio, prætor Hetruriæ quindecim populorum Strabo lib. 5. μίμνει δ' τὰ τῶν δημάρχων ὀνόματα τὰ μὲν σφέτερα ἑλληνικὰ ὄντα, τὰ δ' ὕστερα τοῖς ἑλληνικοῖς ἀναμὶξ τὰ καμπανικά, de Neapoli agens, Duumvir dicitur ἡγεμὼν à Græcis, & στρατηγὸς. Synesius epist. 38. ἐπειδὰν γένηται ἡγεμὼν ἀξιῶται σωτελεῖν ὥσπερ οἱ νεόβυλοι καὶ γίνεται διπλοῦς λειτουργός, τὸ μὲν ἀφ' ὧν ἔσται, τὸ δ' ἀφ' ὧν ἦρξεν ἔχων. *Postquam* C *fuit Duumvir, ad tributa soluenda compellitur, vt noui curiales, & duplex onus sustinere, alterum quia diues, alterum quia magistratum Duumviri gesit.*

Erant & magistri municipiorum pro Duumviris, Sueton. lib. 2. Auus municipalibus magisteriis contentus in Domitiano cap. 14. Ex quo sorte ducti magisterio fungerentur. Virgil. lib. 9. *Magistri municipiorũ loco Duumvirorum.*

Rectores iuuenum, & rerum dedit esse magistros.

Magistri pagorum, vicorum. Harpocration Athenis nouem archontes Augustinus lib. 18. de ciuit. c. 20. Neapoli Demarchi. Quatuorviri & Decuriones Fabretanorum. l. 1. C. de solutionib. & liber. Magistratus municipiorum sæpe quinquennales fuere, & per olympiades in municipiis anni numerati, non per consules. Ædiles Romæ ludos sanctissimarum religionum curarunt. Vt Cic. 7. in Verrem. Persius sat. 5.

D *——Vigila, & cicer iugere large*
Rixanti populo, nostra vt floralia possint
Aprici memorare senes.

Horat. sat. 3. lib. 2.

In cicere, atque faba bona tu, perdásque lupinis.

Ædiles floralia curarunt, vt Valer. c. 10. lib. 2. Cic. 2. officior. Erant Duumviri, Triumviri, Quartumviri, Quinqueviri, Sexviri, VII viri, Sexprimi memorantur à Cicero. lib. 3. de Nat. Deor. Luc. Albenium ex agro Piceno chirographum sex primorum imitatum esse. Festus, præfectos Sexviros commemorat. Plutarchus in Camillo Sexviros tribunos militum consulari potestate. τὸ γὰρ ἓξ ἀνδρας, ἀλλὰ μὴ δύο τῆς στρατιᾶς ἐφεστᾶναι.

E

CAPVT XVI.

De Curatore Calendarij, & diuersorum negotiorum.



IVITATES præter prædia, habebant & pecuniam publicam, quam fœnori locabant, cui præfectus Curator Kalendarij l. vlt. D. de muneribus & honor. Calendarij Curatio, & quæstura in aliqua ciuitate inter honores non habetur, sed personale munus est, quoniam huic negotio præfecti iniunctum munus recusare non possunt. Kalendarium dictus liber in quo fœnebres rationes, quia Kalendis fœnori ponebant. Horat. o. 2. lib. epod. *Curator Calẽdarius & diuersarum rerum.*

Omnem relegit Idibus pecuniam A
Quærit Kalendis ponere.

Idem satyr.6. lib.1.

Ibant octonis referentes Idibus æra.

Satyr.3. *Qui nisi cum tristes misero venére Calendæ.*

Ouidius lib.2.

Qui puteal, Ianúmque timet, celeréſque Calendas,
Torqueat hunc æris mutua ſumma ſui.

Martial. lib.8.

Superba denſis arca palleat nummis, B
Centum explicentur paginæ Calendarum.

Seneca lib.13. Diuitem illum putas, quia in omnibus prouinciis arat, quia magnus ei Calendarij liber voluitur. L.64.de legatis 3. Cum quis Calendarium præstari alicui voluerit, vtrumne nomina duntaxat debitorum præstari voluisse intelligendus est, an verò etiam pecuniam si qua ab his exacta, eidem tamen Calendario destinata fuerit, & magis puto, quemadmodum si exactæ pecuniæ, & rursus collocatæ essent, permutatio nominum non perimeret vel minueret fideicommissum, ita ipsæ quoque pecuniæ si adhuc Calendario, id est nominibus faciendis destinatæ essent, eidem fideicommisso cedere debeant. l.41.D. si certum petat. l.41. D. de legat.3. l.fin. D. de peculio, seruus debitor domini ex ratione Kalendarij, id est, pecuniæ fœnori datæ, quia Kalendis fœnebres pecuniæ soluebantur l.40. D. si certum petat. Plutarch. de non fœnori dando. διὰ αἰαμῆνος τ καλανδῶν, καὶ τ νουμηνίας, ὧν ἱερωτάτων ἡμερῶν ὄσαν ἀποφράδα πεῖσαν οἱ δανεισταί. *Neque Calendarum memoriam refricat, & nouæ lunæ quæ cum sit omnium dierum sanctissima, nefastam faciunt eam fœneratores.* Apud Aristophanem in nubibus Strepsiades fœneratoribus obuinctus lunam à venefica Thessala deductam arcæ includere optat, ne vnquam cum neomeniis exoriatur præstitutus solutioni dies. Qua ratione centesimæ vsuræ dictæ, quæ centesimis Kalendis sortem æquarent, cum nummus vnus pro centum, quibúsque Calendis pensitaretur, dicuntur menstruæ vsuræ. C

Calendarij Curatoris institutio.

Calendarij autem Curator à præside prouinciæ facta eius morum inquisitione creabatur, & ob id nullam cautionem dabat. l.vlt. de administrat. rer. ad ciu. pert. Plinius ep.14. & 15.lib.10. Pecuniæ publicæ ministerio nostro exactæ sunt, & exiguntur, quas vereor ne ociosæ iaceant. Nam & prædiorum comparandorum aut nulla, aut rarissima occasio est, D nec inueniuntur qui velint debere Reip. præsertim duodenis assibus quanti à priuatis mutuantur. Præter Curatorem Calendarij in municipiis erant & alij Curatores. Vt Curator annonæ, qui non à præside, sed à decurionibus creabatur. l.vlt. D.de administ.rer.ad ciuit. pertin. Pecuniam ad annonam destinatam distractis rebus Curator exigere debet. σιτῶνες ἐλαιῶνες, ἐλαιεμποροὶ dicti, quia triticum, oleum, & alias species annonarias curabant. l.fin. D. de muner. & honor. l.3. C. de compensat. Ex frumenti vel olei publica pecunia non fit compensatio cum his quæ Respub. debet. Sitonia elæonia, munus est sitonum l.6. D.de excus.tutor. l.2. D.de vacation. & excus. mun. Quod munus personale est. l.fin.D. de muner. & honor. Hi Curatores officium apparitorum habebant cui præerat centurio vehendo frumento l.vlt. D. de pignorat. act. Culleos cum Seius in horreo haberet missus ex officio annonæ, centurio culleos ad annonam sustulit, ac postea instantia creditoris re- E cuperati sunt. Sed de præfecto annonæ Romæ ea lex agit. Deinde ciuibus frumentum vendebatur, & diuidebatur vt pecunia ciuitati restitueretur l.2.D.de administ.rer.ad ciuit. l.1. C. de munerib. & honor. Qui personale munus sustinebant, laborem tantum suum, non pecunias impendebant. l.5. D.de adminis. rer. ad ciuit. Decuriones pretio viliori frumentum quàm annona temporalis exigit, patriæ suæ præstare non sunt cogendi, & si carius quàm temporis conditio postulat Curator vendidisset, multabatur. l.2. D. de annona. Postea placuit vnum ex officio apparitorum præsidis iudicio episcopi, & primatum ciuitatis Curatorem annonæ creari l.vlt. C.vt nemini liceat in emption. specier.

Curatores extraordinarij instituti.

Alij plures Curatores extra ordinem provt vsus exigebat à Duumviris creabantur, vt si alicuius debitoris bonorum possessionem Reip. iussu præsidis obtinuisset, eorum Curator & ἐπιμελητὴς fiebat l.46. D. de administrat. tutor. Curator operi exstruendo l.4. de munerib. & honor. D. & l.vlt. Curatores mansionum, & veredorum à præside creati

A creati l.7. C. de officio Proconſ. D. Curatores Balneorum l. vlt. D. de munerib. & honor. l. 17. D. de vſur. l. 11. Cod. de operibus publicis. Lampridius ante Alexandrum poſt auroram tantum balnea aperiebantur, ante ſolis ortum claudebantur. Alexander oleum eorum luminibus aſſignauit, vt nocte etiam paterent, & ſyluas ad accendendum in illis ignem deputauit. Hoc curatore opus non erat, cum thermas publicas Reſpubl. locabat. Conductor enim ipſe hanc operam præſtabat. l. 58. D locati. Piſtrinis publicis curatores dati l. vlt. D. de munerib. & honor. Aliquæ ciuitates Quæſtorem publicis pecuniis impoſuerunt. D. l. vlt.

B

CAPVT XVII.

De Commiſſarijs.

COMMISSARII dicti quibus aliquid gerendum committitur l. 1. D. de officio præſid. Qua voce vtitur Ambroſius p. 4014. *Commiſſarij qui dicerentur.*

CAPVT XVIII.

De Vſuris & Fœneratoribus.

C



ENTESIMAS vſuras dici oſtendimus quæ centeſimo menſe ſortem æquarent, quas nauticas vocarunt. Pollux lib. 8. δάνεισμα, χρεωφείλημα ναυτικὸν, κατεκδόσεις, ἑτερόπλουν, ſi commeatus tantum periculum fœnerator ſuſcipit; ἀμφοτερόπλουν, cum commeatus & remeatus. Dicuntur Traiectitiæ pecuniæ, Vſuræ marinæ à Modeſtino & Paulo. Pollux ὑποκίνδυνον, ἐπικίνδυνον, ἐπίτοκον, ἄτοκον. Centeſima Vſura quia centeſimus nummus pro fœnore ſtatuitur. Centum nummi ſorti pariunt ſingulos nummos menſtruos. Plutarchus in Lucullo ἑκατοστὴν vocat. ἑκατοστὴν, καὶ μὴ πλέον εἰς τοὺς τόκους λογίζεσθαι, *centeſimam iuſsit & non amplius in Vſuram imputari.* ἑκατοστὴν μερίδα, *centeſimam partem.* Centeſima Vſura pro aſſe accipitur, ſemis pro dimi-

Vſuræ centeſimæ quæ dicantur.

Traiectitiæ pecuniæ, Vſuræ marinæ.

D diata centeſima. Semis dimidiatus dicitur quadrans, quadrantarium fœnus, trientarium ſi triens. Antoninus Pius trientarium fœnus exercuit tanquam minimum, vt patrimonio ſuo plurimos adiuuaret. Plinius lib. 10. epiſt. Duodenis aſſibus debere ait eos qui centeſimo fœnore accipiunt, quia pro centum nummis in annum 12. aſſes pendunt. Cicero obiicit Verri quòd pecuniam ſibi attributam ad coemptionem frumenti duabus centeſimis fœneratus ſit. Duas centeſimas 24. aſſes in centenarios ſingulos vocat. Demoſthenes contra Aphobum ait patrem ſuum Aphobo in teſtamento 80. minas reliquiſſe dotis nomine vt vxorem ſuam Demoſthenis matrem vxorem duceret, quas cum ille accepiſſet, matrem vxorem non accepit. τὴν μὲν τοι προῖκα τοῦτον τὸν τρόπον εἶχε λαβὼν. μὴ γήμαντος δὲ αὐτοῦ τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν, ὁ μὲν νόμος κελεύει τὴν προῖκα ὀφείλειν ἐπ' ἐννέα ὀβολοῖς, ἐγὼ δὲ ἐπὶ δραχμῇ μόνον τίθημι. γίνεται δὲ ἂν τις συνθῇ τότε ἀρχαῖον, καὶ τὸ τῶν δώδεκα

E ἐτῶν μάλιστα τρία τάλαντα. *Verum iſte dotem huiuſmodi pacto habuit. Cum autem matrem meam vxorem non duxerit, lex iubet, vt dotem debeat cum Vſuris nouem obolorum. Sed ad drachmam Vſuram reuoco. Has ſi cum ſorte aliquis computauerit duodecim annorum ſpatio tria largè talenta inueniet.* Octoginta minæ centenariæ octo millia drachmarum valent, ſiue octogies centenas. Quælibet mina in anno duodenarium parit. Si octogies duodenas drachmas ducas, futuræ ſunt in ſumma drachmæ nongentæ 60. Sexaginta minæ talentum efficiunt. Nouem oboli ſeſquidrachmam reficiunt. Qua ratione ſeſquicenteſima Vſura procederet, quam ipſe vt aduerſario defenſionis anſam præcideret, ad centeſimam retraxit.

Vſuræ ſeſquicenteſimæ taxatæ erant ex lege 12. tabularum in rei vxoriæ actione. Demoſthenes contra Neæram. νόμος κελεύει ἐὰν ἀποπέμπει τὴν γυναῖκα ἀποδιδόναι τὴν προῖκα. ἐὰν δὲ μὴ ἐπ' ἐννέα ὀβολοῖς. *Lex iubet ſi quis dimittat vxorem, vt dotem reſtituat, ſi non reſtituat, Vſuræ ad nouem obolos creſcant.* Drachmales Vſuræ centeſimæ ſunt, quia drach-

Vſuræ ſeſquicēteſimæ taxabātur.

Drachmales.

Semisses. ma minæ pars centesima. In semissibus Vsuris millenarius quilibet sexagenarium parit, A
quingenarius tricenarium, centesimus sextum assem. Columella lib. 4. de semissibus Vsu-
Menstruæ. ris luculentum locum habet. In Græcia menstruæ Vsuræ fuere. Æschines contra Ctesi-
phontem δραχμὰν ἑκάστου μηνὸς ἀπὸ μνᾶς, *drachmas menstruas in singulas minas* pendi ait. Cice-
ro lib.6.ad Attic. Ei tamen sic nunc soluitur tricesimo quoque die. Nauticæ Vsuræ exem-
plum est apud Demosthen. in Lacritum. Androcles, inquit, & Naucrates pecuniam
fœnerati sunt Artemonij, & Apollodoro Phaselitis triginta minas, ἀθλιώτατον εἰς μέθην,
καὶ ἐντεῦθεν εἰς βόσπορον, εἰ δὲ βέλτιον ἦν ἐπ' ἀριστερὰ μέχρι βορυσθένους, καὶ πάλιν ἀθλιώτατον
ἔπλευσαν ἐκεῖθεν πέντε τὰς χιλίας, &c. *Conuenitq; vt Athenis pecuniam Mendam exporta-
rent, indeq; in Bosporum, aut etiam si placeret sinistrorsum nauigare ad Borysthenen vsque, & rur-
sus Athenas, cum mercibus redire.* Statutus autem modus fœnoris in millenas drachmas
ducentæ vicinæ quinæ drachmæ. Quod si arcturum portum exeant è ponto ad sacrum B
promontorium nauigaturi, tricenæ in millenas, ἐπὶ τριακοσίας τὰς χιλίας. De fœnerato-
ribus. Manilius lib.4.

Nauigat, & celeres optando fortibus annos
Dulcibus vsuris, æuo quoque tempora vendit
ingenium solers, suáque in compendia pugnax.

Ausonius,

——Velox inopes vsura trucidat.

Iustinianus Nouella 106. ἐγγύης τόκος, *traiectitias pecunias*, vocat. Pollux libr. 3. ἔγγυα δανείσ-
ματα ναυτικά. ἔγγυον *nauticum*, ἔγγειον, *terrestre*. Demosthenes, ἔστε ναυτικὸν, ἔστε ἐγγειον συμ-
βόλαιον. Diphilus τὰ ναῦλα, fœnus nauticum vocat. Demostheni ἐκδόσεις sunt nauticæ C
vsuræ. Lege Rhodia δάνεισμα ναυτικὸν, semper dicitur ἔγγυον. ἀναγκισμὸς fit quando vsuræ
sortem æquant. οἱ ναυτικοὶ τόκοι πρὸς ἐγγύοις ἀνάγκαιοι. τὸ κεφάλαιον sors est. Lapis vetus
anatocismum binam centesimam vsuram hac nota significat.)) Sidonius lib.4. Centesi-
ma per biluſtre producta modum sortis ad duplum adduxit. Idibus interdum exactæ vsu-
ræ Cicero in Catilin. Ruinam fortunarum impendere tibi proximis idibus. Qui fœnori
Iduarij. ponebant Calendarij dicti, qui relegebant Iduarij. lib.2.epist.ad Atticum. toculliones fœ-
neratores minuti. Liuius lib. 35. Æris alieni cernendi causa diem finiri placuit. S.Basilius
καὶ τοκιζόντων, δανειστὴς τὰ συναλλάγματά σε πολυωρεῖται, *fœnerator tuos contractus curiosè euo-
luit*, lib.2.Anthol.Palladas,

ἀνὴρ δανιστὴς τ' ἀργύρου γλύφων τόκους
τέθνηκεν ὠδὺς ἐν ῥεπῇ καιρῷ βραχεῖ,
ἐν δακτύλοισι τοὺς τόκους σφίγξων ἔτι. D

*Fœnerator temporum sculpens & notans partes puncto temporis mortuus est, in digitis stringens adhuc
fœnus.* τοκογλύφος vocat Basilius. Horat.lib.1.sat.6.

Ibant octonis referentes idibus æra.

Satyra 3.

——Fugit vt Drusonem debitor æris,
Qui nisi cum tristes misero venere Kalendæ
Mercedem, aut nummos vnde vnde extricat.

Aristophan. in nubibus, εἰ μηκέτ' ἀντέλλοι σελήνη μηδαμοῦ ὁκ ἂν ἀπῆγε δοὺς τοὺς τόκους, ὅπῃ
κἀν ἐθέλω ἐργύριον δανείζειν. *Si luna non amplius exoriatur non soluerim vsuras, quæ sunt men- E
struæ.* Vetus Scholiastes πλεμφύης σελήνης οἱ τόκοι ἀποδίδονται, *confecta luna vsuræ penduntur.*
πέμπτη, τετρὰς, τρίτη μετὰ ταύτην δευτέρα, εἶτα μετὰ ταύτην ὅσαι ἔνται καὶ νέαι, ἃς βδελύττομαι.
Quinta, quarta, tertia, secunda dies, post quam Kalendæ, quas abominor. Lampridius, ait Ale-
xandrum fœnus trientarium semper exercuisse, quia minimum erat. Tacitus lib.5. XII.
tabulis sanctum ne quis vnciario fœnore amplius exerceret. Dein rogatione tribunitia
ad semuncias redacta. Postremo vetita versura. Tulit opem Cæsar disposito per men-
sas millies sestertio. Liuius lib. 7. C. Marcio Cn. Manlio Cos. de vnciario fœnore à M.
Duellio Tribuno plebis rogatio est perlata. T. Manlio Torquato C. Plautio Cos. semun-
ciarium tantum ex vnciario fœnus factum. Præter hæc inuenio apud quosdam L. Genu-
tium Tribunum plebis tulisse ad populum ne fœnerari liceret. Appianus lib. 1. ciuil. νόμῳ τινὶ παλαιῷ προσαγορεύοντι μὴ δανείζειν ἐπὶ τόκοις ἢ ζημίαν ἢ ἄτιμον δανείζοντα προσό-
φλειν, *quadam veteri lege vetante vsuras, & mulctante fœneratores.* Cato libr. de Re Rustic.

cap.

A cap. 1. Maiores noſtri ſic habuere, & ſic in legibus poſuere furem dupli condemnari, fœneratorum quadrupli. Feſtus ſortem vocat, *capitarium æs*, τὸ κεφάλαιον. Ariſtophan. Nebul. ὀφὴν ἄγεσαν τὼ σελλίῳ ἀκάδας. S. Baſilius contra fœnerat. ἑκατοστολόγοι, καὶ δεκατηλόγοι, μιαιφόνοι ἀπαιτηταί, ὥσπερ οἱ τὰς ἐπιληψίας, ποιοῦντες δαίμονες καὶ τὰς ὠμοφάγους σελλίνης ὑποπιεμένοι τοῖς πένησι, *centeſimæ & decimæ exactores menſtrui flagitatores, vt dæmones qui ſonticum morbum ad conuerſionem lunæ faciunt pauperibus incumbentes.* Theofr. Caracter. καὶ τὸ δράχμης τόκον τρία ἡμιωβόλια τῆς ἡμέρας πραττεσθαι. Obolus ſexta drachmæ pars obolum vnum, *& dimidiatum diurnæ vſuræ in drachmam exigere.* Lex Solonis, τὸ ἀργύριον κατὰ ὁπόσον ἂν βούληται ὁ δανείζων. Ius eſto fœneratori pecuniam ſuam quantacunque volet vſura collocare.

Quidam in ſingulos dies de vſura paciſcebantur. Plaut. Epidico, id adeo argentum ab
B Daniſta apud Thebas ſumpſit fœnore, in dies minasq; argenti ſingulas nummis. Vſura Amphoteroplus fuit, cum ita contrahebatur, vt non aliter deberetur, nec ipſa, nec ſors eius, quàm ſi nauis cum mercibus ſoſpes rediiſſet. Demoſthenes, πρὸς Φορμίωνα. καὶ οὗτος μὲν ἐδάνεισεν αὐτῷ διχιλίας δραχμὰς ἀμφοτεροπλεν ὡς Χολαβεῖν ἀθλώσας διχιλίας ἑξακοσίας δραχμάς. *Et hic quidem mutuo fœneratus eſt ipſi duo millia drachmarum pecuniæ vtrobique traiectitiæ, vt Athenis duo millia drachmarum, & eo amplius ſexcentas reciperet.*

Nautica igitur non menſtrua fuit, ſed vna in omne tempus nauigationis & negotia- *Nautica*
tionis conſtitutione taxata. Romano iure legitima vſura traiectitiæ pecuniæ non poteſt *taxata.*
duplam centeſimam excedere l. nihil intereſt D. de Naut. fœnore. Athenis potuit, ἐφ' ἑκατοστῷ τόκῳ, *ſuper ſexta vſura.* Iſæus de hæredit. Agniæ, χρέα δὲ τόκοις ὀφειλόμενα πρὸς τετρακισχιλίας ὧν τὸ ἔργον ἐπ' ἐνιαυτὸν ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν δραχμαὶ γίνονται ἕξ ἑνιαυτούς. *Nomina*
C *vſuraria ad quatuor millia drachmarum cuius quæſtus ſingulis annis ſeptingentæ XX. drachmæ fiunt fœnore nouem obolorum.*

Vnciaria vſura eſt cum centenarius ſingulos parit. l. Titum D. de Adminiſtratio. tu- *Vnciaria.*
tor. Ariſtoteles libr. 1. Politic. cap. 7. τὸ μεσολαβητικὸν φερόμενον δικαίως, ἐκ γὰρ τῆς φύσιν, ἀλλ' ἀπ' ἀλλήλων ὄζιν, ὑλογώτατα μισεῖται ἡ ὀβολοστατική, δικαίως τὸ ἀπ' αὐτοῦ νομίσματος εἶναι κτῆσιν, ἃ οὐκ ἐφ' ὅσον ἐποιήθη. μεσολαβεῖν γὰρ ἐγένετο χάριν, &c. ὁ δὲ τόκος γίνεται νόμισμα νομίσματος. ὥστε καὶ μάλιστα παρὰ φύσιν ἐστὶ τὸ χρηματισμὸς ὄζι. *Præter naturam enim eſt, vt pecunia per ſe res ſterilis, pecuniam pariat.* Heſychius ὀβολοστάται δανεισταί, οἱ ἐδίδουν καθημαῖ. ὀβολοστατεῖν δανείζειν.

D

CAPVT XIX.

De Collectarijs.



E OLLECTARII dicti Coactores argentariorum vt vult Acro. Mi- *Collectarij*
nores fuere argentariis, & maiores miniſtris, & mercenariis. Per eos *qui dicti.*
namque pecunias cogebant, & quas acceperant per partes occupabant fœnori, vel qua alia ratione erogabant. Suidæ eſt ἀργυραμοιβός, ἤτοι ὁ κέρμα αὐτὶ ἀργύρου ἀλλασσόμενος, ὁ ἀργυροπράτης, κολλεκτάριος. *Argentarius, Nummularius, Menſarius, Menſularius, Trapezita, Coactor Argentarius.* Symmachus libr. 10. epiſtol. 42. vendendis ſolidis quos plærumque publicus vſus expoſcit, Collectariorum corpus obnoxium eſt, quibus arca vinaria ſtatutum pretium ſubminiſtrat. Theodoſianus & Valentinianus Nouella de pretiis ſolidor. Cicero libr. 2. de orat. Collectæ voce vſus eſt. l. penultim. C. ſi certum petatur. Si quis Collectarius honoris pretium dederit ambienti. Dicitur & Collybiſta. Præfectus vrbis de hac re cognouit. S. Auguſtinus libr. de Miracul. S. Stephani. Irenei cuiuſdam Collectarij filius ægritudine exſtinctus eſt. Symmachus epiſtol. 42. libr. 10. Nummularios vocat. Argentarij, Trapezitæ, Collybiſtæ, Nummularij, Menſularij, ἀργυροπράται, ἀργυραμοιβοί, fœnebri pecuniæ collocandæ, ſeruandiſque rationibus operam dabant, res quaſdam vendendas ſuſcipiebant, præſertim auri & argenti ſpecies, nummos veteres, vaſa cælata, gemmas, lapides l. 8. D. de ſolution. Suetonius lib. 6. cap. 4. Domitius Neronis pater argentarios pretiis rerum coemptarum fraudauit. ἀργυροπράται l. penultim. D. de pignoribus. Nouella 137. Auctionibus præfuerant vt Quin-

tilianus

tilianus libr. 11. cap. 1. Seneca in proœmio declamation. Capitolinus scribit Mar. Philosophum leges tulisse de mensariis, & auctionibus de mensa emere, rescribere, Apuleius in Apolog. Terent. Mensæ rationes apud Gellium lib. 14. cap. 2. A

CAPVT XX.

De Zygostate.

Libripens.

IN singulis ciuitatibus libripens fuit, qui auri & argenti notam expenderet l. 1. Cod. de ponderib. l. 1. C. Theodos. de ponderat. Aurum æqua lance & paribus ponderibus suscipiatur, scilicet vt duobus digitis summitas lini retineatur, tres reliqui liberi ad susceptionem emineant, ne pondera deprimant, nullo examinis libramento seruato, nec æquis, aut paribus suspenso stateræ manentes. Tibullus, B

Iusta pari veluti premitur cum pondere libra,
Prona nec has plus parte sedet, nec surgit ab illa,
Qualis inæquatum si quando onus vrget vtrimque
Instabilis natat alterno depressior orbe.

Iliad. 10. C

καὶ τό τε δὴ χρύσεα πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα,
ἕλκε δὲ μέσσα λαβὼν, ῥέπεδ' ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ.

Persius,

——*Certo compescere puncto*
Nescius examen.

Festus agina quo inseritur scapus trutinæ. Tertull. lib. de pudicit. adæquatio in agina. Isidor. libr. 16. cap. 24. Trutina penduntur centenaria & talenta, momentanea parua pecunia, campana duas lances non habet, sed virga est signata libris & vnciis, & vago pondere mensurata. Persius,

Examénque improbum in illa
Castiges trutina. D

Virgilius,

——*Duas æquato examine lances.*

CAPVT XXI.

De Limenarchis.

Limenarchæ qui dicantur.

LIMENARCHÆ dicti τῶν λιμένων ἄρχοντες, qui in portibus piratas insectarentur, & inhiberent eos qui oleum, vinum, liquamina, aut ferrum ad hostes deferrent. l. 1. & 2. Cod. quæ res export. Hi seruos fugientes retinebant D. de muneribus & honorib. l. vltim. l. 4. D. de seruis fugitiuis. Limenarchæ & stationarij fugitiuos deprehensos rectè in custodia tenent. Creabantur ex Decurionibus l. 38. Cod. de liberali causa. E

CAPVT

A

CAPVT XXII.

De Irenarchis.

MORIS fuit vt certis locis milites stationarij collocarentur, qui latrocinia prohiberent, turbas sedarent, factiosos, & crimina patrata præsidi indicarent. l. 8. Cod. de Accusatorib. Suetonius in Augusto cap. 32. Grassatores dispositis per loca opportuna stationibus inhibuit. Grassatorum plurimi palam se ferebant succincti ferro, quasi tuendi sui causa, & rapti per agros viatores sine discrimine liberi, seruique, ergastulis possessorum supprimebantur. Appianus lib. 5. Ciuilium, ληστευομένης δὲ κατὰ συστάσεις τῆς τε ῥώμης αὐτῆς καὶ τῆς ἄλλης ἰταλίας περιφανῶς, *cum Romam & Italiam grassatorum cateruæ deprædarentur.* Iuuenalis, *Irenarchæ.*

B

——Nam qui spoliet te,
Non deerit clausis domibus, postquam omnis vbique
Fixa catenatæ siluit compago tabernæ.
Interdum & ferro subitus grassator agit rem
Armato quoties tutæ custode tenentur
Et Pomptina palus, & Gallinaria pinus,
Hinc inde huc omnes tanquam ad viuaria currunt.

C

Vide l. 2. & 4. Cod. de seruis fugitiuis, l. 6. de custodia reorum, l. vltim. D. de muneribus & honoribus. Appianus ἄνδρα ληστεύειν τοὺς παροδεύοντας, καὶ ἐπὶ ἔργῳ καταδεῖν εἰθισμένον, vocat *grassatorem hominem solitum prædari viatores, & ad opus alligare.* Suetonius in Tiberio cap. 37. In primis tuendæ pacis à grassaturis & latrociniis, seditionúmque licentia curam habuit. Stationes militum per Italiam solito frequentiores disposuit. De eodem Philo, ὁ μηδὲν σπέρμα πολέμου μήτε κατ' ἑλλάδα, μήτε κατὰ τὴν βάρβαρον ὑποτυφόμενον ἐάσας, τὴν δὲ εἰρήνην, καὶ τὰ τῆς εἰρήνης ἀγαθὰ παρασχόμενος ἄχρι τῆς τοῦ βίου τελευτῆς ἀφθόνῳ καὶ πλουσίῳ χειρὶ, καὶ γνώμῃ. Tiberius *nullum belli semen neque in Græcia, neque apud barbaros intumescere passus, larga manu pacem, & bona pacis ad vsque vitæ finem præbuit.*

D

Irenarchæ dicti οἱ τοῦ δήμου εὐταξίας ἐπιστατοῦντες, *qui populi turbis sedandis, & moribus componendis præsunt.* In Nouella de Alexandro, dicuntur Pagarchi. Eusebius libr. 3. Historiarum eccles. εἰρηναρχος ἡρώδης ὀχήματι φορούμενος, *Irenarcha Herodes, sella vectus aut lectica.* In Epigrammatis Græcis dicitur ἡγεμὼν ληστοκτόνος, *dux latronum coercitor.* Palladas *Qui dicantur Irenarchæ.*

βέλτερον ἡγεμόνος ληστοκτόνου εἰς κρίσιν ἐλθεῖν
ὃς μὲν γὰρ φονέας ὁσίως συγέων κατατέμνει.

Melius est venire in iudicium Ducis coercitoris latronum. Ille enim iure homicidas odio prosequens eos occidit. φονέας vocat *grassatores & præmiatores,* qui alios pallio detexunt, quibusque pugni dant ventri victum. Tibullus:

E

Nec sinit occurrat quisquam qui corpora ferro
Vulneret, aut rapta præmia veste petat.

Callistratus l. 28. D. de pœnis, Grassatores qui prædæ causa id faciunt proximi latronibus habentur, & si cum ferro aggredi, & spoliare instituerunt, capite puniuntur, vtique si sæpius, atque in itineribus id admiserunt. l. 1. D. de officio Præfect. vrbis. Debet dispositos milites stationarios habere ad tuendam popularium quietem. Tertullianus in Apologet. Latronibus inuestigandis per vniuersas prouincias militaris statio sortitur. l. 1. Cod. de Curiosis, Curiosi, & stationarij, vel quicunque hoc munere funguntur, crimina iudicibus nuntianda meminerint. Fugitiuos deprehensos rectè in custodiam retinent. Horum Præfecti Irenarchæ sunt appellati qui à decurionibus eligebantur, & à præside probabantur l. 1. C. de Irenarch. Irenarchæ qui ad prouinciarum tutelam quietis ac pacis per singula territoria faciunt stare concordiam à decurionibus iudicio præsidum prouincialium idonei nominentur.

Erant

Stationarij mercium peregrinarū.

Erant & ſtationarij qui tributa exigebant à mercatoribus peregrinarum mercium l. A vniuerſi D. de vectigalibus. Irenarchæ dicuntur & Curioſi quorum præcipuum munus delinquentes capere, l. Diuus D. de cuſtodia reorum. Caput mandatorum extat quo D. Pius cum prouinciæ Aſiæ præerat ſub edicto propoſuit vt Irenarchæ cum apprehenderent latrones, interrogent de ſociis, & receptatoribus, & interrogationes literis incluſas, atque obſignatas ad cognitionem magiſtratuum mittant. l. 7. de muneribus & honoribus. Irenarchæ diſciplinæ publicæ & corrigendis moribus præfici dicuntur. l. 5. Cod. de vectigalibus & comm. Vetantur ſtationarij à Prouincialibus pro rebus quas ad vſum proprium vel ad fiſcum inferunt, aliquod vectigal exigere. Irenarchis annonæ & capita pro equis data, l. 9. Cod. de iure. fiſci. Hi quaſi pacis turbatores ſublati ab Honorio, & Theodoſ. l. 1. C. de Irenarchis, à Iuſtiniano reſtituti ſunt. B

IVLII

IVLII CÆSARIS

BVLENGERI DE OFFICIIS IMPERII CONSTANTINOPOLITANI,

LIBER OCTAVVS.

CAPVT I.

De Despotis.

A DE Officiis vtriusque imperij egimus quæ ad ætatem vsque Mauricij Imperat. Romæ, aut Constantinopoli perseuerarunt. Iam de illis agamus quæ senescente imperio, nupero inuento, viguerunt.

Codinus Imperatorem primo loco ponit, secundo Despotas, quo nomine filij, fratres, generi Imper. insigniti, propriè tamen filius natu maximus imperij candidatus, ait Codinus. Nicephorus Gregoras lib. 2. Ioannes Ducas Imperator ἐτετιμήκει τῷ δεσποτικῷ ἀξιώματι διὰ τὰς τοῦ κήδους μνηστείας, τόντε μιχαὴλ, καὶ τὸν αὐτοῦ γ' υἱὸν νικηφόρον, *honorauit dignitate Despotæ propter affinitatis necessitudinem, & sponsalia, Michaelem, & filium eius Nicephorum.* lib. 3. Michael Comnenus, qui erat Conostablus, καὶ τὸ τοῦ δεσπότου ἀξιώμα δέχεται παρά τε τοῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ υἱοῦ βασιλέως, *accepit dignitatem Despotæ à Patriarcha, & filio Imperatoris.* Idem scribit fratrem B Michaëlis Comneni Sebastocratorem, inferiorem fuisse fratre Despota. lib. 4. ὁ μὲν γὰρ σεβαστοκράτωρ ἐς τὸ δεσποτικὸν ἀνάγεται παρὰ τοῦ βασιλέως ἀξιώμα, ὁ δὲ μέγας δομέστικος ἐς τὸ τοῦ καισαρος, ὁ δὲ καῖσαρ ἅμα τῷ πενθερῷ τοῦ δεσπότου, ἐς τὸ τοῦ σεβαστοκράτορος. *Sebastocrator ad Despotæ dignitatem ab Imperatore euehitur, Magnus Domesticus fit Cæsar, Cæsar autem cum Despotæ socero Sebastocrator renuntiatur.*

Imperatori proximus Despota.

Imperatrix dicta δέσποινα. ἅμα τῇ συζύγῳ δεσποίνᾳ βασιλεύς. *Imperator cum vxore Domina.* Olim dicta *Domna.* Oppianus,

καὶ μεγάλη μεγάλῳ φυτήσατο δόμνα σεβήρῳ.

Imperatrix seu Domina.

Et magna Domna magno Seuero genuit. Michael Palæologus dignitatem inuenit Despotæ dignitate superiorem apud Cantacuzenum lib. 4. cap. 5. Michael Palæologus Matthæum seniorem filium nulla nominatim dignitate cohonestat, honore tamen supra Despotas ef- C fert, nempe vt esset Imperatori proximus, quem honorem primus inuenit. Despota interdum præfecturæ prouinciæ nomen est, aut etiam Dominatus, ac Principatus. Cantacuzenus lib. 1. cap. 36. Bœsilas Despota Mæsiæ. Theophylactus Simocata lib. de legation. Chaganus se magnum Turcarum Despotam vocat. Idem lib. 7. de reb. Mauricij, ὁ χάγανος ὁ μέγας δεσπότης ἑπτὰ γενῶν, καὶ κύριος κλιμάτων τῆς οἰκουμένης ἑπτά. *Chaganus magnus Despota septem gentium, & Dominus septem orbis terræ climatum.* Gregoras lib. 3. Imperator Despotam *eum honorauit* αὐτὸν τετίμηκε, ἀξίωμα ἔγγιστα τῆς βασιλείας, *quæ dignitas proximè Imperatoria est.* Phranzes cap. 1. lib. 1. Generum Angelus Alexius ad Despotatus honorem extulit. cap. 3. cap. 13. Imperator filium natu minorem Spartæ Despotam creat. lib. 2. cap. 16. lib. 3. cap. 21.

Despota Thomas mihi Certezam oppidulum diplomate cum bulla aurea donauit. Postea *viros principes* vocarunt κύρους. Constantinus Porphyrogen. in Chorograph. ὁ κύρης ῥωμανὸς κύρῳ πέτρῳ τῷ βουλγάρῳ. *Dominus Romanus, Domino Petro Bulgaro*, Ideo Galliæ REX dicitur, *CYRE*. A

CAPVT II.

De Sebastophoro.

Sebastophorus.

CEDRENVS Sebastophorum commemorat de Monomacho, qui στρατηγὸν αὐτοκράτορα τῶν δυνάμεσι εἷς εἶχε ἐπιστήσας σεβαστοφόρον στέφανον, *summum ducem copiarum suarum Stephanum Sebastophorum constituit.* Ioannes Curopalat. in Constantino iterum Imp. ῥωμανὸν τὸν μετέπειτα σεβαστοφόρον γενόμενον, *Romanum qui postea fuit Sebastophorus.* B

CAPVT III.

De Sebastocratore.

Sebastocrator Despotã subsequutus est.

SEBASTOCRATOR proximus à Despota fuit. Nicephorus Gregoras libr. 3. Michaelis Comneni fratrem Sebastocratorem fuisse ait, ipsum Michaelem Despotam, Constantinum fratrem eius ἀμφιμήτριον vterinum Cæsarem. Idem lib. 4. ὁ μὲν γὰρ σεβαστοκράτωρ ἐς τὸ δεσποτικὸν ἀνάγετο παρὰ τοῦ βασιλέως ἀξίωμα. *Sebastocrator ab Imp. factus Despota.* Nicetas lib. 1. Ioannes fratrem suum Isaacium socium solij & mensæ ex æquo accepit, καὶ μετεδίδου ἀναῤῥήσεως ὁποῖα ἐπιπρεπὴς τῷ τῶν σεβαστοκράτορος ἀξιάματι, ᾧ πρὸς τῶν πατρὸς ἀλεξίου τετίμητο ἰσαάκιος, *& ei indulsit acclamationem Sebastocratoris dignitati debitam, qua eum Alexius honorarat.* Ioannes filios suos σεβαστοκρατρικαῖς ὑπεξαίρει τιμαῖς, *attollit Sebastocratorum honore.* Idem lib. 3. Alexius Comnenus cum aliud nomen non esset nisi Cæsaris, inuenit nomen Sebastocratoris, quod dedit Isaacio fratri. Alium Protosebastum, & Protouestiarium fecit, ὃς μετ' οὐ πολὺ πανυπερσέβαστος ἀναδείκνυτο, *qui post paulo Panhypersebastus renuntiatur.* Codinus, ὁ δεσπότης μὲν, καὶ ὁ σεβαστοκράτωρ οὐδεμίαν ὑπηρεσίαν ἔχουσι, ἐὰν μὴ ταχθᾶσι εἰς ἡγεμονίαν. *Despota, Sebastocrator, & Cæsar nullum ministerium habent, nisi ad præfecturas ordinentur.* C D

Protosebastus & Protouestiarius.

Ius Coronæ penes Sebastocratora fuit.

Coronæ ius habuit, vt Nicetas lib. 5. Alex. Comnen. scribit. τὸν σεβαστοκρατρικὸν ἀπεβάλετο στέφανον. *Abiecit coronam Sebastocratoricam.* Idem lib. 3. scribit Alexium Comnenum primum repperisse dignitatem Sebastocratoris, contrà Nicephorus Gregoras lib. 7. ait Principem Thessaliæ hanc dignitatem hereditariam accepisse à Constantino magno, quæ defecerit sub Andronico Palæologo. Consule Zonaram tom. 3. pag. 234. lib. 2. Georgius Pachym. Magnum Domesticum Imperatoris Fratrem Ioannem occidentis Præfectum re bene gesta Sebastocratoris insignibus acceptis, cum rediisset, Despotam esse creatum ab Imperatore scribit.

CAPVT IIII. E

De Cæsare.

Cæsar Constãtinopolim Francis abstulit.

DE Cæsare diximus lib. 1. de Imperatore. Ei ius coronæ fuit. Gregoras lib. 4. Quia Cæsar francis Constantinopolim eripuerat, Michael Palæologus Imperator eum per triumphi speciem vrbem inire voluit, τοῖς τοῦ καίσαρος παρασήμοις κοσμούμενον, καὶ πρὸς τούτοις καὶ στεφάνῳ πολυτελεῖ, καὶ μικρῷ δέω λέγειν, βασιλικῇ. *Cæsaris insignibus ornatum, & præterea corona pretiosa, & pene regia.* Nicetas lib. 2. Anna filia Alexij τιμηθεῖσα καισαρίσσα. Apud Zonaram pagin. 231. Imperator Cæsarem creat eum qui non erat affinis. Nicetas lib. 1. Alexij τὸ μὴ τὸ πολλοῖς ὁμόχρωμον ὑπόδημα τοῦ ποδὸς, τὸ τῶν καισαρίων λέγω παράσημον. Calceis vsi sunt minimè vulgaris coloris pro insignibus.

CAPVT

A

CAPVT V.

De Sebasto, & Protosebasto.

ZONARAS in Alexio Comneno. ἤστην δ' αὐτοῖς καὶ ἑτέρω διττὼ ἀδελφὼ νεωτέρω τὴν ἡλικίαν, ὧν τὸν μὲν προτοσέβαστον, καὶ μέγαν δομέστικον τὸν ἀδριανὸν, τὸν νικηφόρον δὲ σεβαστὸν, καὶ τοῦ στόλου δρουγγαρίον. *Erant illis & alij duo fratres iuniores, quorum Adrianum Protosebastum, & magnum Domesticum, Nicephorum verò Sebastum, & classis drungarium fecit.* Nicetas lib. 3. Ioannes τῇ τῶν προτοσεβάστου, καὶ προτοβεστιαρίου ἐκυδροῦντο τιμῇ. libr. 7. Alexius Protosebastus δόγμα ἐκ βασιλέως ἐξήνεγκε. Annas in Alexiade lib. 1. Alexius qui erat magnus domesticus capto Bazilacio, παρὰ τοῦ B αὐτοκράτορος ἀπέλαβε τὴν τῶν σεβαστοῦ ἀξίαν. σεβαστὸς ἀναῤῥηθεὶς ἐκ μέσης συγκλήτου. lib. 3. ait Alexium Imperatorem *repperisse dignitates Sebastocratoris*, Protosebasti, Panypersebasti. lib. 4. Alexius τὸν δοῦκα τῆς βενετίας τῷ τῶν προτοσεβάστων ἀξιώματι μετὰ τῆς ῥόγας ἐτίμησε. *Dabatur igitur salariũ ijs qui eiusmodi dignitates haberent.* Codinus ὁ προτοσέβαστος οὐδεμίαν ὑπηρεσίαν ἔχει. Inferior fuit magno Logotheta. Cantacuzenus lib. 3. c. 22. ex Protosebasto magnus Logotheta factus.

Sebastus & Protosebastus.

CAPVT VI.

De Panypersebasto.

C DIGNITATEM hanc repperit Alexius Comnenus, qua Michaelem Taronitem virum sororis natu maioris ornauit, vt Zonaras ait. Nicephor. Gregoras eius dignitatis meminit sub finem lib. 7. lib. 8. filia τῶν λογοθέτου τοῦ γενικοῦ fit πανυπερσεβάστα. Ea dignitas Cæsaris dignitate minor erat, quia apud Gregoram lib. 7. Imperator misit τὰ τοῦ καισαρικοῦ ἀξιώματος σύμβολα τῷ πανυπερσεβεστάτῳ. καισαρίσσα ἡγυνὴ αὐτοῦ facta est.

Panypersebastus.

Dignitas Panhypersebasti fuit maior Protosebasto, quia apud Annam lib. 3. Alexiad. Taronites qui Protosebastus, & Protouestiarius factus erat, μετ' οὐ πολὺ πανυπερσέβαστος ἀνοδείκνυτο. Codinus ait *Panhypersebasti dignitatem* ἰσοστάσιον καὶ σύνθρονον fuisse τῷ καίσαρι, *æqualem fuisse dignitati Cæsaris.*

D

CAPVT VII.

De Protouestiario, & Protouestiarite.

PRIMVS Vestiarij Præfectus Protouestiarius dictus. Vestiarium τὸ ἔντος, τὸ ἔσω ταμεῖον, ἀλλαξιμάριον, vocatur, vbi vestes, & alia κειμήλια erant; cui præfuit Protouestiarius. Aliud fuit τὸ ἔξω vestiarium, id est, ærarium, cui præerat προτοβεστιαρίτης, apud Codinum pag. 63. 65. apud Gregoram lib. 6. Protouestiarites fit dux exercitus. Nicetas lib. 1. Alexij. προτοβεστιαρίος τὰ τοῖς πολλοῖς ἑτερόχρωμα καθυποδούμενος πέδιλα. lib. 4. τὰ βατράχια τὸ χρῶμα πέδιλα τῶν προτοβεστιαρίου. Codinus, τὸ τοῦ E προτοβεστιαρίτου σκιάδιον κλαπωτὸν, τὸ καββάδιον, καὶ τὸ σκαράνικον αὐτοῦ οἷα τὰ τῶν λογοθέτου τοῦ γενικοῦ. τῶν δὲ δικανικίου αὐτοῦ ὁ πρῶτος μὲν κόδυλος χρυσοῦς, τὸ δὲ ἐφεξῆς συβαλταρέα χρυσοκόκκινα. *Protouestiaritæ vmbella erat clauata, tunica & palla eadem cum logotheta generali. sceptro iudiciali primus nodus erat aureus, reliqui alternatim aurei, & coccinei.*

Protouestiarius quis dicebatur.

Protouestiarites.

CAPVT VIII.

De Magno Duce.

MAGNI Ducis dignitas infra dignitatem Cæsaris est, quia apud Gregoram lib. 7. Ronzerius è magno Duce fit Cæsar. Apud Nicetam magnus Dux est maior magno Domestico. Vt magnus Domesticus terra, ita magnus Dux mari summum habuit armorum imperium. Codinus ait sub eius dispositione fuisse magnum Drungarium

Magnus Dux inferior Cæsare.

classis, Ameralium, Procomitem, Drungarios omnes, & Comites. Erant & alij Duces. A
Annas in Alexiade lib.1. βρυέννιος τὴν δουκικὴν περιεζωσμένος ἀρχὴν, *Bryennius Ducis dignitate accinctus.* Nicetas lib.1. Alexij Domesticus orientis τιμηθεὶς, καὶ τὴν δουκικὴν ἀρχὴν τῶν θρακησίων ἀναζωσμένος, *honoratus, & accinctus dignitate Ducis Thraciæ.* lib.2. Stryphnus Dux τῶν στόλου, *classis.* Phranses lib.1.c.8. Rogerium magni Ducis officio cohonestauit.

CAPVT IX.

De Magno Domestico.

Domestici magni dignatio.

DOMESTICI dignitas magna iam inde à Iustiniani æuo. Procop.lib. 1. Vandal. Salomon ὃς τὴν βελισαρίου ἐπετρόπευε στρατηγίαν, δομέστικον τοῦτον καλοῦσι ῥωμαῖοι, *qui præerat exercitui Belisarij, Domesticum Romani eum vocant.* Leo in Tacticis, τὴν τῶν θεμάτων δομέστικον, *prouinciæ Domesticum* commemorat. Constantin. Porphyrog. in Chorog. Constantinus ὁ θα καὶ δομέστικος τῆς ὑπουργίας λιβός, *Thalassius, & Domesticus ministerij libis.* B

Magnus Domesticus terrestri militiæ præfectus.

Senescente imperio magnus Domesticus fuit qui exercitui terrestri præesset, εὑρίσκετο εἰς τὸ φοσσάτον ἅπαν κεφαλὴ, *est caput castrorum, & exercitus.* Luithprandus lib.3.c.7. Phocam Domesticum maiorem, id est, terrestris ducem exercitus. Gregoras lib.3. καὶ ἀλέξιος ὁ στρατηγόπουλος μέγας δομέστικος ὤν. Inferior erat Cæsare lib.4. Sebastocrator fit Despota, magnus verò Domesticus promouetur Cæsar. Cæsar fit Sebastocrator. lib.11. In regno Trapezuntis magnum Domesticum fuisse ait. Nicetas lib. 1. Ioannes Axuchus magnus Domesticus τιμηθεὶς. Annas lib.1. Alex. Alexium δομέστικον τῶν σχολῶν προχειρισθέντα. C *factum scholarum Domesticum.* Per initia magnus Domesticus erat inferior Sebasto. Annas lib. 1. Alexius qui erat magnus Domesticus capto Basilacio ab Imperatore factus est Sebastus. lib. 6. frater Alexij magnus Domesticus τῆς δύσεως, *occidentis.* Item Domesticus τῆς ἑσπέρας, *occidentis* Pacurianus. Guilielmus Tyrius lib.2.c.5. de bello sacro. Alexius à Botoniate magni Domestici dignitate auctus, quem nos maiorem Seneschallum appellare consueuimus, ab Imperatore secundus. Nicetas lib.1. Alexij *Domesticus* τῆς ἀνατολῆς τιμηθεὶς, *orientis factus.* Phranses cap.1. lib.1. & cap.12. Cantacuzenus magnus Domesticus ab Imperatore secundus erat. Gregoras lib.8. Domesticus τῶν δυθικῶν θεμάτων.

CAPVT X. D

De Protostratore.

Protostrator vnde dictus. Protostrator idem ac mareschallus.

PROTOSTRATOR apud Codinum dicitur, διὰ τὸ προηγεῖσθαι παντὸς αὐτὸν στρατοῦ, *quia præit vniuerso exercitui.* Malè. Præerat Stratoribus, & equisonibus regiis, quorum primus erat, vnde nomen ei factum. In Balduino Nicetas Protostratorem mareschallum interpretatur. lib.1. Alexij, ὁ μὲν ἵππος προσάγεται παρὰ τοῦ προτοστράτωρος ἀπὸ τοῦ καλινοῦ ἑλκυσθεὶς, *equus adducitur à Protostratore fræna tenente.* Curopalates in Theophilo, ἱπποκόμων πρῶτον vocat *primum equisonum.* Zonaras t.3. τοῖς ἰδίοις ἱπποκόμοις τοῦτον ἐπέστησε, *præfecit eum equisonibus suis,* ἡ δὲ ἀξία τῶν ἐπισήμων καὶ τῶν οἰκειωμένων τῷ βασίλει, *dignitas illustris est inter domesticos Regios.* Diacon. lib.20. Rufus primus Stratorum officij. Domesticus Stratorum Spart. in Caracalla, cum eum in equũ Strator eius E leuaret. Absente magno Domestico spatham Imperatoris gestabat, vt ait Codinus, & venabulum exeuntis venatum apud Cedren. ἐπιφερόμενος ἐπὶ ζώνης βασιλικὸν βαρδούκιον. Greg. lib. 7. Palęologus accepit à rege Protostratoris βακτρίαν *baculum.* Franses lib.2.c.8. Protostratorẽ Protouestiario maiorem facit. li.3.c.5. magnum Protostratorem vocat. Præficiebatur interdũ vrbibus, & prouinciis. In Chron. Constantinop. Murates Protostrator τῆς ἀνατολῆς *orientis.*

CAPVT XI.

De Magno Logotheta.

Magnus Logotheta quis dictus.

MAGNVS Logotheta disponit mandata Regis, & bullas aureas ad reges Sultanos, Toparchas. Codinus, διατάττει τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποστελλόμενα προστάγματα, καὶ χρυσόβουλα

A σύβελα. Idem iusiurandum à nouo Imp. accipit in templo Blachernarum. Nicetas lib. 3. ἐν ᾧ τῷ συμφώτῳ δοθῆναι δοκεῖνον ἐρυθρᾷ δάκνι μᾶλλον χρύσεον, ᾧ τοῖς ὅρκοις τῶν ὀμνυμένων μὴ τὸ ἐν βλαχέρναις μέγαν νεών. Magnus Logotheta *ægerrimè tulit, quòd purpurei sigilli capsa aurea gemmata Stypeotæ data esset, & iurijurando, quod fit in æde maiori Blachernarum, Præpositus esset.* Franses lib. 3. se factum è Protouestiario magnum Logothetam scribit. Gregoras lib. 6. Musaloni magno Logothetæ dedit Imperator καλύπτραν φορεῖν ὑπὲ κεφαλῆς χρυσοκοκκίνῳ κεκαλυμμένῳ ἐνδύματι ὅσον τὸ αὖχω, ᾧ πρὸς τῇ πυραμίδι ὑπεφανείας χῦμα, *vt capitis integumentum ferret coccino, & auro intextum in vertice, qua superficies funditur.* Vide p. 80. Idem lib. 9. Magnus Logotheta post Imperatorem ditissimus fuit.

Munus eius describitur à Niceta lib. 2. Eum μεγιστῆνα μεσάζοντα, ᾧ τὰ οἰκείων ὑποδρασσέα διαβεβαιώματα πίστει, ᾧ ᾧ ὁ μὲν τῷ προσώπῳ τοῦ βασιλέως ἀεὶ ὑπαντόμενος, ᾧ τὰ τότε ἐνθάλμα- *Quodnam eius munus.*
B τα ὅσα ᾧ ἐμφάσεις ἐκ κρείττονος μοίρας δεχόμενος, ὑπουργὸς ἦν ὁμοῦ καὶ ὀλίγοις τῶν γραφομένων, καὶ λεγομένων ἐπέχρη λογίοις αὐδράσι, *facit eum curatorem, & conciliatorem, atque administrum constitutionum Imperatoris, & is quidem semper apparebat Principi, & in conspectu eius agebat, mandata eius, & iussiones ex meliori parte accipiebat, administer in multis quæ scribebantur, & dicebantur, vt tebatur opera doctorum hominum.*

CAPVT XII.

De Stratopedarche.

C STRATOPEDARCHES propriè Castrorum Præfectum significat. Act. cap. vlt. exercitus Præpositus appellatur. στρατόπεδον enim non tantum castra, verum & exercitum significat. Nicephorus Gregoras lib. 7. μέγαν στρατοπεδάρχην τῶν στρατηγῶν προέχοντα, *magnum Stratopedarchen ducibus ac pætoribus præesse ait.* *Stratopedarches qui & vnde dicatur.*

Primus Stratopedarches erat μονοκελλῶν, qui vno equo vsi, alter præerat Tzangatoribus, tertius Myrtatis, quartus Tzaconibus, de quibus infra agemus; quintus magnus dictus vniuerso exercitui, qui interdum affinitate Imperatoris attinebatur, vt ait Cantacuzenus lib. 1. c. 17. Codinus, στρατοπεδάρχης ὁ μέγας ὀπιμεγιστὴς ὢν τῶν τῆς στρατείας ὑπηνδείων τροφίμων ᾧ σαύτων τῶν χρεῶν, *Magnus Stratopedarches procurat ea quæ ad alendum exercitum necessaria sunt, instrumenta quoque & omnia quæ militibus sunt vsui.* Leo in Tacticis στρατηγὸν vocat. στρατηγός ἐστι ὁ τῶν ὑπὸ χεῖρα στρατιωτικῶν ἡμάτων κορυ-
D φαῖον ἄρχων, μείζονα σαύτων ἔχων ἐξουσίαν μὴ τὸν βασιλέα, *Prætor est summus dux exercitus quem habet sub manu sua, qui secundum Imperatorem maximam potestatem habet.* Paulus Diaconus lib. 16. Strategum Prætorem armorum summum vocat. Procopius Persic. 1. Anatolium *orientis Prætorem* τὸν τῆς ἕω. στρατηγόν. Ἀρεόβινδον τὸν ἑώας στρατηγός, *Areobindus orientis Prætor.* Idem Chanarrangem Strategum Persis esse ait. Adrastadaram ὑπὸ δεχαῖς τε ὄ μὲν, καὶ στρατιώταις ἅπασιν, *qui præerat magistratibus omnibus simul & militibus.* Hypatius, inquit, δεχῆς τῆς ἕω. τὴν στρατηγίδα ἔχων, *Prætor orientis.* Belisarium ἄρχοντα καταλόγων τῶν ἐν Δάρας κατεστήσατο, *Ductorem numerorum qui erant in Daras constituit.* lib. 1. Vandal. Belisarium Strategum ἀυτοκράτορα ἐφ' ἅπασι, *summum supra omnes.* Simocata c. 1. lib. 1. Ioannem τὸν ἐπὶ τῆς Θρᾴκης στρατοπέδων ὑπὸ τὰς τοῦ ἀνατολῆς δυνάμεις ῥωμαϊκὰς μετεβίβασεν.

E

CAPVT XIII.

De Magno Primicerio.

PRIMICERIVS dicitur primus ordinis sui vt docet Suidas, qui primus in cera, seu ceratis tabulis scribitur. Magnus Primicerius appellatus qui Athenarum & Thebarum præfecturam accepisset. Nicephorus Gregoras lib. 7. Primicerium μέγαν κήριον vocat. ὁ τῶν Ἀθηνῶν καὶ Θηβῶν διέπων ἀρχὴν μέγας πριμικήριος. τὸ δὲ λέξεως ὑπὸ τοῦ δήμου διαφθαρέισης μέγας ἐλέγετο κήριος, *voce à plebe corrupta magnus Cerius dicebatur.* Hanc dignitatem Bœotiæ Thebarumq; Princeps hæreditariam accepit à Constantino magno ait Gregoras lib. 7. Thebarum Princeps propriè magnus Primicerius dictus, Athenarum Princeps magnus Dux. Apud Codinum sunt multi Primi- *Magnus Primicerius quis & vnde sic appellatus.* *Cerius.*

cerij, Primicerius aulæ, Lectorum, Bardariotarum, Tabulariorum, Barangorum, Notariorum. Codinus, πριμικήριος ὁ μέγας εἰς τὸ φοσσάτον ἐστὶ κεφαλὴ τῆς βασιλικῆς συντάξεως, *Magnus Primicerius est caput ordinum qui adsunt Imperatori, & eum stipant.* A

CAPVT XIV.

De Conostaulo Magno.

Conostaulus magnus qui dictus.

CONOSTAVLI dicti olim Comites stabuli Imperatorij. Paulus Diaconus lib. 17. Biduatus Iustini Imperatoris frater Comes Imperialium stabulorum. Imp. Arcadius & Honorius l. 29. C. Theod. de Annona & Tributis. Sportularum autem nomine quæ Comiti sacri stabuli præstabantur, nihil penitus inferendum. B

Erant & Tribuni sacri stabuli. Apud Ammianum, Valentinianus Valentem fratrem cum tribunatus dignitate stabulo suo præfecit. Vet. Annales Franciæ, Desiderius qui Comes stabuli Astolphi Regis Langobardorum erat, successit. Æmoinus lib. 3. Equorum Præfectos Rauonem & Eborinum. Zonaras tom. 3. pag. 83. τῶν βασιλικῶν ἱπποκόμων ἐπιστατοῦντα, *qui præerat stratoribus regijs.* Chalco Condyl. libr. 9. Maurocostas equorum regiorum curator seu domitor & veredarius Regis. Ita vertit Clauserus. Malè meo animo. In Græco scriptum puto τῶν βασιλικῶν ἵππων, καὶ ἱπποκόμων ἐπιμελητήν. Anonymus auctor, οἱ τοῦ σταύλου ἄρχοντες σὺν τοῖς ἵπποις ἱστάτωσαν, *stabuli Præfecti cum equis adstent.* Procopius lib. 1. Gotth. Constantinus ὃς τῶν βασιλικῶν ἱπποκόμων ἦρχεν, *qui regis stratoribus impositus erat.* Rhegino lib. 2. Buchardum Comitem stabuli, quem corruptè Constablum appellamus, cum classe misit in Corsicam. C

Constantinopoli desidente imperio *Conostaulus erat, Caput Francorum stipendia facientium,* Codinus, κονόσταυλος εὑρίσκετο κεφαλὴ τῶν ῥογατόρων Φράγκων. Gregoras lib. 6. Michaelem Glabam τὸν μέγαν κονόσταυλον, *magnum Conostablum* fuisse ait. Ioannes Palæologus fuit κοντόσταυλος *Contostablus.* apud Cantacuzenum lib. 1. cap. 27. Conostablus, & Contostablus dicitur. Nicetas in Andronico Comneno scribit Contos esse στρατηγοὺς & *belli duces.* τοῖς στρατηγοῖς ὀπτανόμενος, οὓς κόντους εἴποι τις λατίνῃ διαλέκτῳ χρώμενος, *visus à Ducibus quos Contos Latini vocant.* Phranses cap. 2. lib. 1. Eum Imperator magnum Conostaulum vocat.

D

CAPVT XV.

De Caniclei Præfecto.

Canicleum quid sit.

CANICLEVM arx fuit & monasterium Constantinopoli cuius præfectura omnium fuit honoratissima vt Zonaras agens de Theoctisto. παρὰ βασιλεῖ δύνασθαι πάντα οἰόμενος τὸ μὲν ἐπὶ τοῦ κανικλείου ὀφφίκιον, *cum putaret apud Imperatorem officium Caniclei omnia posse,* ait Nicetas lib. 2. Item, εἰς τὴν τοῦ ἐπὶ τοῦ κανικλείου μεγαλοπρεπῆ προβιβάζει τιμὴν, *euehit ad magnificam præpositi Caniclei dignitatem.* Codinus, ὁ τόπος αὐτοῦ ἀνεπίγνωστος scribit *munus & officium eius ignotum.* E

Præfectus Caniclei Chartularius cubiculi existimatur.

Videtur fuisse Chartularius cubiculi, qui subscribebat Constitutionibus Principis, vt olim Quæstor. Guntherus Camerarium esse ait. μανουὴλ εἶχε τὸ σύνηθες κανίκλωμα, καὶ τοῦ βασιλέως τάντην, μανουὴλ ἐν χριστῷ θεῷ πιστὸς βασιλεύς. καὶ κάτωθεν ἀπηωρημένην βούλλαν χρυσῆν διὰ μεταξῆς ὀξείας, καὶ ἔξωθεν τὸ διὰ τοῦ ἐπὶ κανικλείου, καὶ δικαιοδότου θεοδώρου. *Manuel habebat consuetam Caniclei, & Imperatoris hanc adnotationem. Manuel in Christo Deo fidelis Imperator, & infra appensam bullam auream per acrem metaxam, seu filum Bombycinum, & foris, per Præfectum Canicleo, & Iuridicum Theodorum.* Gregoras lib. 7. Nicephorus ὁ ἐπὶ τοῦ κανικλείου. Cedrenus in Theodora, fratrem Reginæ Canicleo Præfectum ait. Codinus, ὁ ἐπὶ τοῦ κανικλείου ἦν ὁ συμπένθερος τοῦ βασιλέως. Radeuicus de rebus Friderici I. Imp. lib. 1. cap. 47. Caniclinum Cancellarium interpretatur.

CAPVT

A

CAPVT XVI.

De Pincerna.



ΠΙΓΚΈΡΝΗΣ ὁ ἐπὶ κέρνης ait Manasses, ὁ ἐπὶ τῶν κεράσματος vt loquitur Nicetas. Nicephorus Gregoras lib. 6. πιγκέρνης ἀξίωμα ὤν. *Pocillator, à poculis.* Quæ dignitas Curopalate prior apud Codinum. Aymonius lib. 4. c. 47. Pincernarum magister Eburardhus. Geneseos cap. 40. ἀρχιοινοχόος τῶν φαραώ. Alexio Philantropino Pincernæ datus exercitus ducendus aduersus Scythas. καὶ σιωπὴν ἐπὶ τοῦ στρατοῦ τῆς τῶν βασιλικῶν ὀνομάτων εὐφημίας ὁ πιγκέρνης προστάττει τὰ πρῶτα, vt Gregoras lib. 6. Pincerna tyrannidem affectans vetat acclamationes solitas Imperatori in exercitu exhiberi, aut nomen eius frequentari. Codinus omnia insignia Pincernæ fuisse ait eadem cum iis quæ magnus primicerius gerebat, ἄνευ δικανικίου, *Excepto sceptro iudiciali.* Meminit Cantacuzenus lib. 2. cap. 29. & cap. 34. Nicetas lib. 1. Alexij Pincernam κυλικιφύρον. lib. 1. Andronici ὁ ἐπὶ τῶν κεράσματος. Papias à caliculis, pocillator, à potione. Vet. Inscriptio, à potione Cæsaris. A poculis ad pocula.

Pincerna.

B

CAPVT XVII.

De Magno Baiulo.

C

BAIVLVM Moschopulus pædagogum, & παιδοτρίβην interpretatur. Oppiani scholiastes ad lib. 1. Halieutic. διδάσκαλοι, κολασταὶ, ἐπίφρονες, ἐπιμεληταὶ αἰδοῦς καὶ τῶν προπίδων, εἰσὶ δὲ οἱ λεγόμενοι βαίουλοι. *Baiuli doctores, correctores, monitores, curatores verecundiæ, & mentis.* παιδοκόμος qui Baiulus & institutor fuit Imperatoris. Lupus Abbas ep. 54. Non ergo admittentur à vobis monitores quos Baiulos vulgus appellat; Cedrenus, de Theodosio Rege qui Antiochum præpositum, & patricium Baiulum suum Papam effecit. Et de hoc egimus lib. 3. de Imperat. Rom. Agathias lib. 1. ὑπὸ παιδοκόμῳ τιθηνόμενος.

Baiulus magnus pædagogus esse creditur.

Baiuli monitores appellati.

D

CAPVT XVIII.

De Protouestiarite.



SVPRA de Protouestiario, & Protouestiarite abundè egimus. Præerat vestiario. Codinus τὸ τοῦ προτοβεστιαρίτου σκιάδιον κλαπωτὸν, &c. *Protouestiaritæ vmbella clauata, tunica & palla eadem cum Logotheta generali, sceptro iudiciali primus nodus aureus, reliqui alternis aurei coccines.* Codinus p. 63. 65. ἀνέψιον Imperatoris Protouestiaritem fuisse ait. ὁ προκαθήμενος τῶν βεστιαρίου ὑπὸ τὴν προτοβεστιαρίτην εὑρίσκετο. Codinus, προτοβεστιαρίτης ἐστὶν ὑπηρέτης τῆς παραστάσεως πρὸ γὰρ τῶν τὴν βασιλέα ἐξελθεῖν οὗτος εὑρίσκετο ἐν τῷ τρικλινίῳ cum magno eteriarche.

Protouestiarites.

E

CAPVT XIX.

De Domestico.



DOMESTICVM Codinus inter magistratus numerat post protouestiariten. Simocata lib. 8. cap. 13. Præsentinus ὁ τὰς τῶν πέτρου πεπιστευμένας φροντίδας, ὃν δομέστικον, *Cui Petrus curas suas credebat, Domesticum vocant.* Basilic. ecl. 27. οἰκεῖοι dicuntur.

Domesticus proximus à protouestiarite.

In palatio erat Domesticus mensæ, tribunus Domesticorum, magnus Domesticus, scholarum Domesticus, murorum Domesticus. Domesticatus officium dicitur δομεστίκιον. Codinus δομέστικος ἦν φροντίζων, καὶ ἐπιμελούμενος τῶν τῶν δημοσίου πραγδάτων, καὶ οἱ δομέστικοι τῶν ἀνατολικῶν, καὶ δυθικῶν

Domestici plures in palatio.

θεμάτων, φροντισταὶ καὶ ἐπιμεληταὶ τῶν ἐκεῖσε δημοσίων πραγμάτων. *Domesticus erat curator eorum quæ ad publicum pertinent, & Domestici orientis ac occidentis curabant publicum in suis Diœcesibus.* δομέστικος τῶν δεσποινικῶν. Malchus lib. de legat. καὶ τοὺς προαγωγέας τῶν λαμμάτων τῆς ἀρχῆς οὓς δομεστίκους, *Et conciliatores lucrorum Imperij quos Domesticos vocant.* Item, Erat ἀνέψιος Aidoingi, qui Gerenes maxime familiaris erat, οἰκειότατος καὶ τὴν τῶν λεγομένων δομεστίκων ἀρχὴν ἄρχοντος μεγάλην τινὰ οὖσαν περὶ βασιλέα. Codinus ὁ δομέστικος τῆς τραπέζης. ὁ τῶν τειχῶν, ὁ τοῦ δομεστικίου, ὁ τῶν θεμάτων, ὁ τῶν σχολῶν, ὁ τῶν ἐπτιμάτων. Vide si tanti est quæ supra diximus de Comite Domesticorum. Agathias lib. 1. ὁ τῶν οἰκοτρίβων ὑπάδων πρατοστάτης, καὶ ὅσον ἄλλο οἰκετικὸν, καὶ ὅσοι τομίαι κατευναστῆρες. Intelligit famulos Domesticos, qui alij sunt à Domesticatus dignitate.

CAPVT XX.

De Præposito mensæ.

Præpositus mensæ.

CODINVS vocat τὸν ἐπὶ τῆς τραπέζης. Eustathius ἐδέατρον, τὸν ἐπιστάτην τῆς ὅλης διακονίας τραπέζης. Zonaras tom. 3. pag. 143. τὸν ἐπὶ τῆς τραπέζης ἔπεμψε στρατηλάτην. Hesychius ἐδέατρος ἐπιμελητὴς δείπνου, cuius munus describit Athenæus lib. 4. V. glossæ magistrum Regiæ mensæ. ἀρχιμάγειρον. Theodoret. lib. 4. τὸν βασιλικῶν προμηθούμενον δείπνων. Hesychius, τραπεζοποιὸς ὁ τῆς πάσης περὶ συμπόσια παρασκευῆς ἐπιμελούμενος. μάχενες οἰκονόμοι δείπνου. vel οἰκοδόμοι. Gregoras lib. 8. Ioannem Cantacuzenum domesticum τῆς τραπέζης βασιλικῆς fuisse ait. Idem lib. 7. scribit Principem Russiæ hanc dignitatem hereditariam à Constantino magno accepisse.

CAPVT XXI.

De Curopalate.

Curopalates Regijs ædificijs præest.

CVROPALATES, Curapalatij, curator Palatij l. 1. C. de comitib. & tribunis. Ædificiis Regiis curat, vt Cassiodorus lib. 7. Zonaras tom. 3. pag. 87. Curopalates γαμβρὸς Imperatoris. Iustinus ἀνέψιος Iustiniani τετίμητο κουροπαλάτης. pag. 222. tomo 3. Curopalates πρωτοπροέδρου maior erat. Alia dignitas fuit à Cura prætorij, quæ dabatur tribuno militum, vt Trebellius in Claudio.

Architectus dictus.

Cassiodorus ait eum fuisse architectum ad quem Cura fabricæ palatinæ pertineret. Is auream virgam ante Imperatorem gestabat. Euagrius lib. 5. cap. 1. τὴν φυλακὴν τῆς αὐλῆς ἐμπεπιστευμένος, ὃν κουραπαλάτην. *Custodiam aulæ creditam Curopalati* ait. In Nouella Alexij Comneni vocatur μεγαλεπιφανέστατος. Photius in bibliotheca Baraamum Curopalatem ab Imperatore secundum facit, ὡς μετά γε τὸν βασιλέα μηδένα τῶν πάντων μείζονα δόξαν ἔχειν αὐτοῦ. ἦν γὰρ κουροπαλάτης. Apud Luithprandum in legat. Curopalates frater Imperatoris. Apud Eginhartum in vita Caroli magni dicitur maior domus, postea Seneschallus, vt auctor supplementi ad Chronicon Sigeberti.

Curolopatæ plures.

Plures Curopalatæ fuere. Cedrenus, post mortem Iustiniani Iustinus imperauit ὁ ἀνέψιος αὐτοῦ, ὁ ἀπὸ κουροπαλάτων. Ioannes Curopalates in Isaacio Comneno κουροπαλάτας, καὶ ἀμφοτέρους τιμᾷ. Erant & Curopalatæ præfecti prouinciarum Constantin. in Chorogr. Adranaser Curopalates Iberiæ. Item ἴβηρες κουροπαλάται. ἐξαιτούμενοι τὸ κουροπαλατίκιον qui petebant honorem Curopalatæ.

Curopalatissa, vxor Curolopatæ.

Curopalatissa in Chronico Constantinopol. Curopalatæ vxor. Simocatta lib. 3. cap. 2. Aristobulus ἦν τῆς βασιλικῆς οἰκίας προεστὼς τῶν βασιλέως τοῦ ἀντιόχου προσαγορευομένης. Sed hic Aristobulus vni tantum domui præfectus erat, non Curopalates. Gregorius Turonensis lib. 9. histor. cap. 12. cap. 30. Trudulphum Palatij Regalis Comitem, Florentianum maiorem domus regiæ fuisse ait. Æmoinus lib. 3. de Gestis Francor. c. 4. 57. lib. 4. c. 6. 14. 15. 19. 37. 38. 44. 46. Comitem, rectorem, præfectum, præpositum domus regiæ siue Palatij, eundem facit cum maiore domus.

CAPVT

A

CAPVT XXII.

De Accubitore fundæ.



ODIN. ὁ ϖδακτυλίου τὴν μεγάλης σφενδόνης. Funda annuli σφενδόνη, pala annuli, qua literæ & rescripta Imperatoris obsignantur incera. τῷ τῆς βασιλέως σφενδόνῃ λαμβάνων σφαγίζῃ μὲν κήρῳ. Φέρῃ ἢ ἔτος ἡ βασιλικὴ πάθλῃ ὑποδημοῦτος τὸ ϖροστράτορος. *Pala annuli Imperatoris signat in cera. Per absentiam Protostratoris fert Imperatoris ensem.* Nicetas in Ioanne Comneno, & curatores publicorum vectigalium præposuit ex affinibus, & cognatis Ioannem Comnenum, ὃν ἠξίωσε τῆς τοῦ ϖδακτυλιοφύλακος τετύχηκεν ἀξιώματι, ἢ τὴν ταμιείτην Gregorium. ϖδακτύλιος cum simpliciter dicitur, fundæ Accubitor intelligitur. Nicetas lib. 1. Alexij Comneni. ἄρτι ϖδακτύλιος βασιλέως ϖδακτυλίου τιμηθεὶς. *Eunuchus quidam à Rege Accubitor fundæ factus.* lib. 2. Andronici, τῷ τοῦ ϖδακτυλιοφύλακος κυβερνήτης ἀξιώματι νικηφόρος ἐκτυμίας. *Nicephorus eunuchus Accubitoris dignitate honestatus.*

Accubitor fundæ quis dictus. Pala annuli.

B

CAPVT XXIII.

De Accubitore cubiculi.



ODINVS ὁ ϖδακτυλίου τοῦ κοιτῶνος, κεφαλὴ τῶν ἐν τῷ κοιτῶνι παιδοπάλων, ἢ τὸ κοιτωνεῖον, ἔχων ὑπ' αὐτὸν, ἢ τὸ ϖροκαθήμενον τοῦ κοιτῶνος. *Accubitor cubiculi caput est puerorum qui sunt in cubiculo, & cubicularium sub sua dispositione habet, & procubitorem cubiculi.* Nicetas Choniates fuit λογοθέτης τῶν σεκρέτων, ἢ ὕπαρχος τῶν κελτῶν, ἔφορος, ἢ κεντὴς τοῦ βήλου, ἢ ϖροκαθήμενος τοῦ κοιτῶνος. Codinus in Constantinop. Ὀφφικίου ϖδακτυλιοφύλακος Constantini magni.

Accubitor cubiculi quinam appellabatur.

C

κοιτὼν interdum ponitur pro ærario. Constantin. in Chorographia, ὁ στρατηγὸς ἐξέθετο αὐτοῖς πάκτα πλείονα ὧν ἐτέλουν, ἢ ἐκόμισεν ἐν τῷ θεοφυλάκτῳ κοιτῶνι. *Prætor grauiora indixit tributa quam quæ soluebant, & in sacrum ærarium intulit.*

κοιτὼν pro ærario usurpatur.

D

CAPVT XXIV.

De Magno Tzautzio.



ODINVS οἱ μεγάλοι τζαούσιοι Ὀφφικίου διατοῦντες τὴν τοῦ βασιλέως σώταξιν ὑπὸ τὸ μέγαν ϖριμικήριον ὄντες. *Magni Tzautzij Comitatum Imp. in ordinem cogunt sub magno primicerio positi.* Tzautzius olim dictus ϖροστάτης τῶν οἰκετικῶν ὀπαδῶν apud Agathiam *Princeps Comitum, seu famulorum domesticorum.* lib. 1. Gregorius dialog. epist. 1. ad Leonem vocat κόμητα τῆς ϖομπῆς. Malaxus in histor. Patriarch. ἢ ἔδραμε τὸ ὦρας μετὰ τῶν κληρικῶν, ἢ μετὰ τοῦ μεγάλου τζαούσου τοῦ βασιλέως. *Et cucurrit subito cum clericis, & magna Tzautza Imperatoris.*

Tzautzius magnus qui dictus.

E

CAPVT XXV.

De Prætore populi.



IMOCATTA lib. 6. cap. 10. meminit Prætoris τοῦ δήμου. Leo in Tacitis, ὁ τῶν ϖροτοναείων τοῦ θέματος, ἢ ὁ χαρτουλαρείου, ϖροσέτι ἢ ἢ ὁ ϖραίτωρ, ἤγουν ὁ τοῦ θέματος δικαστής. *Prætorem esse* ait *iudicem thematis, seu prouinciæ.*

Prætor populi.

Alij fuere δήμαρχοι quorum meminit Simocatta lib. 8. pag. 395. τοὺς δημάρχους ἐσκαλεσάμενος ϖρὸς τὰ βασίλεια ἐς διοικητὰς τοῦ δήμου ἐκκαλεῖσθαι, ἐπεσθάνετο τῶν δημοτελούντων ὅτι λεπτὸν τὸ ἀριθμόν. Mauricius *populi tribunos cum vocasset in aulam, quos factionem Circensium rectores appellant, quæsiuit quot essent in singulis factionibus partiarij.* Simocata lib. 1. ἐλπίδιον αὖδρα ἐς συγκλήτου βουλὴν ἀναγόμενον,

δήμαρχοι.

γόμενον, καὶ τοῦ τοῦ πραίτωρος ἐπιβάντα βημάτων. ἀρχὴ δέ τις αὐτὴ παρὰ ῥωμαίοις οὐκ ἄκομψος. A
Elpidium virum in Senatum allectum, qui tribunal Prætoris ascenderat. Est autem magistratus apud Romanos non ignobilis.

CAPVT XXVI.

De Protospathario.

Spatharius, & Protospatharius.

SPATHARIVS Cedreno est σωματοφύλαξ. Codinus Protospatharius dicitur, ὅτι ἦν κατὰ μὲν τὸ παλαιὸν πρῶτος τῶν σπαθαρίων παραμονῶν, *Quod erat primus stationum Spathariorum.* In ecloga legum Leonis, & Constantini tit. 10. θεσπίζομεν τοὺς περιφανεστάτους ἡμῶν πατρικίους, καὶ δὴ καὶ τοὺς B
μεγαλοπρεπεῖς προτοσπαθαρίους δὲ ἐντολέως τὰς χρηματικὰς ἀγωνίζεσθαι δίκας. *Statuimus vt illustrissimi nostri patricij, & magnifici Protospatharij per procuratores pecuniarias causas agant.* Glossæ Basilicor. Illustres eos vocant. Nicolaus 1. in epist. ad Michaël. Imperat. Antequam Michaël gloriosus Protospatharius legatus vester. Phranses lib. 1. c. 35. per Photium Protospatharium, & præfectum. Curopalates in Michaële Rhancabe, Protospathario Photeno τῶν ἀνατολικῶν στρατηγοῦντι τὰ τῆς κρήτης ἅπαντα ἀνατίθησι, *Orientis prætori omnia Cretæ negotia permittit.* Diaconus lib. 23. Ioannes Protospatharius, & baculus ipsius. Corippus

Marses ensipotens.

Diaconus lib. 23. Constantinus vicarij Spatharius, & domesticus excubitorum. Spathe est C
latior gladius, vt Spartianus in Hadriano.

CAPVT XXVII.

De Magno Archonte, & Tata.

Archon Magnus & Tata.

CODINVS ὁ μέγας ἄρχων οὐδὲν ὑπηρέτημα κέκτηται, καὶ ὁ τατᾶς τῆς αὐλῆς ὡσάντως. *Magnus Archon nullum ministerium habet, vt nec Tata aulæ.*

CAPVT XXVIII. D

De Archontopulo.

Archontopulus.

AVCTOR Anonymus M. S. ἀρχοντόπουλος ἀσκεπὴς ἐγγὺς τοῦ κατὰ γένος προσηκόντων τὴν σπάθην αὐτοῦ φέρει. *Archontopulus* (præfectus forte puerorum) *aperto capite proximè affines, & consanguineos Imperatoris, eius ensem gerit.* Gregoras libr. 3. meminit στρατηγοπούλου. Constantin. in Chorographia, Archontopuli.

CAPVT XXIX. E

De Logotheta cursus.

Logotheta cursus quis appellatus.

GREGORAS lib. 6. λογοθέτην τῶν οἰκειακῶν, & λογοθέτην τοῦ δρόμου ponit. Nicetas lib. 2. τοῦ δρόμου προτονοτάριον, *Qui rationes publici cursus diducebat.* Quare Procopius 1. Vandal. τὴν τοῦ δημοσίου δρόμου ἐπιμελόμενον vocat. Zonaras tom. 3. pag. 134. λογοθέτην δρόμου, tutorem Imperatoris fuisse ait. P. Diaconus lib. 22. vocat Logothetam *tu dromi*, τοῦ δρόμου. Is erat rationalis cursus, summus cursorum præfectus. Erat & Chartularius dromi. Constantin. in Chorographia ἀπέστειλε χαρτουλάριον τὴν ὀξέως δρόμου. Item, εἰς τὴν πατρίκιον ἡμέριον καὶ λογοθέτην τοῦ δρόμου.

CAPVT

A

CAPVT XXX.

De Logotheta secretorum.

NICETAS lib. 1. Gregorius Camaterus sub Alexio fuit λογοθέτης τῶν σεκρέτων. Nicetas ipse Choniates fuit λογοθέτης τῶν σεκρέτων, καὶ ἐπὶ τῶν κρίσεων, ἔφορος, καὶ κριτὴς τοῦ βήλου, καὶ προκαθήμενος τοῦ κοιτῶνος. lib. 3. Isaacij Angeli, λογοθέτην τῶν σεκρέτων facit eum qui non erat δεξιώτατος περὶ τὰς δημοσίας συνεισφοράς. In Mursulo, ὃν οὐχ ἑτέρως ἔχων ἐπὶ τοῦ ἀκροῦ στῆσαι τῆς συγκλήτου βατῆρος, ἡμᾶν μὲν τοῦ τοῖς σεκρέτοις λογοθετεῖν παραλέλυκεν, ἐκεῖνον δὲ ἀντιπροβέβληκεν. *Logotheta secretorum.*

B Secretum locus fuit Constantinopoli in Palatio Principis. Simocatta lib. 7. Mauric. Imperator μεθίσταται τοῦ παρὰ ῥωμαίοις λεγομένου σεκρέτου. Vide, si tanti est, quæ diximus lib. 3. de Imperat. Rom. de secreto, & silentio. λογοθέτης σεκρέτων dictus cancellarius, vt Nicetas lib. 7. in Manuele Comneno. *Secretũ locus in palatio.*

CAPVT XXXI.

De Consule Philosophorum.

C CODINVS post Logothetam dromi ponit τὸν ὕπατον τῶν φιλοσόφων. Quod eius munus fuerit, ἀνεπίγνωστον ignoratur. *Logothetã proximè sequebatur Consul Philosophorum.*

CAPVT XXXII.

De Magno Chartulario.

D POST consulem Philosophorum proximè succedit Magnus Chartularius, βασιλικῶν ἵππων ἐπιστατῶν, *Qui cum protostratore præfectus erat equis Principis.* Zonaras in Leone Isaur. παῦλον τὸν τῶν βασιλικῶν ἵππων ἐπιστατοῦντα, χαρτουλάριον ἡ ῥωμαίων οἶδε τοῦτον λέγειν φωνὴ, πατρίκιον τιμήσας, καὶ στρατηγὸν σικελίας. Nicetas in Isaacio Angelo lib. 3. χοῦμνος χαρτουλλάριος ὢν τῶν ἱπποστάθμων. Gotfridus Viteabiensis in Chronico. Rege Alboino adhuc in Italia manente Narses præfectum Italiæ, & Chartularius Imperialis. Consule Codinum. *Chartularius Magnus Philosophorũ consulem subsequitur.*

CAPVT XXXIII.

De Primo à secretis.

E MYSTICVM sequitur Primus à secretis, quem Codinus πρῶτον σεκρέτων, *Primum secretorum* vocat. Zonaras tom. 3. pag. 80. πρωτοασηκρήτις. Codin. in origine Constantinop. Plutarchus πρωτοασηκρῆτις, καὶ ἐπιστολογράφος, *Primus à secretis, & epistularis.* Iustiniani. Nicetas lib. 2. Andron. Comn. τόμος εὐθὺς ἐδέχετο τὰ ὑποτυπούμενα ὑπαγορεύοντος τοῦ ἀποσηκρῆτις, *Liber statim accepit decreta suggerente secretario.* Suidas τῶν ἀπορρήτων γραμματέα τουτέστι νοτάριον ἀσηκρῆτις, *Secretorum scribam,* id est, *Notarium secretarium.* κληρωτοὶ δὲ ἦσαν τὸν ἀριθμὸν τρεῖς γράφοντες τὰ δημόσια, *Erant tres sorte ducti qui publica scriberent.* Gregoras lib. 8 Neocæsariten τὸν πρωτοασηκρῆτις commemorat. Procopius lib. 2. Persic. τῶν ἀπορρήτων γραμματέα *Sribam secretorum* vocat. Simocatta lib. 8. Theodorum τὸν ἀσηκρῆτις τῶν βασιλικῶν ταχυγράφων ἄνδρα ἐπίσημον, *Secretarium virum insignem inter Notarios regios.* Phranses lib. 3. Notarius in epistolis ad fratres meos huius dignitatis tuæ mentionem faciet. *Primus à secretis mystico succedit.*

CAPVT

A

CAPVT XXXIV.

De Ductore exercitus.

Ductor exercitus.



ODINVS τὸ ὀπὶ τ στρατ commemorat, Ducem exercitus qui lib. 2. Reg. dicitur ὁ ὀπὶ τ δυνάμεως, *Copiarum præfectus*, vel *Magister militum*. Nicetas lib. 4. Alexij, τ ὀπὶ τοῖς ὅπλοις, *Qui armamentario præest* memorat. Procopius Pers. 1. Meminit Appionis *qui sumptus exercitui ministrabat cum esset patricius illustris, quem Rex in literis socium regni renuntiauit, vt arbitratu suo sumptus dispensaret.* χρηγὸς τ τ στρατοπέδ δαπάνης, ἀνὴρ ἐν πατρικίοις ὀπιφανὴς, ᾧ αὐτὸν βασιλεὺς κοινωνὸν βασιλείας ἀνεῖπε, ὅπως οἱ ἐξουσία εἴη τὰ εἰς τὴν δαπάνην ἢ βέλοιτο διοικήσασθ, Ibidem Sittas *Prætor Byzantij erat*, ἀρχὴν τὴν στρατηγίδα εἶχε ἐν τῇ βυζαντίῳ. στρατηγὸν τ ἑῴας, *Prætorem orientis* Belisarium vocat. Item Valerianum ἡγεῖδ τ ἐν ἑρμυρίοις καταλόγων. *Numeris qui erant in Armenia impositum* lib. 1. Vandal. Ioannes τοῖς τ πάλαι ἡγεμόσιν ἅπασιν ἐφεστηκ, *Impositus erat omnibus Ducibus peditum.* Item, Archelaus patricius, ἀνὴρ εἰς τὰς πατρικίας τελῶν, ἤδη μὲν τ αὐλῆς ὕπαρχ ἐντεβυζαντίῳ ᾗ ἰλλυρίοις γεγονὼς, τότε δὲ τ στρατοπέδ καταστὰς ὕπαρχ, ἔτι γὰρ ὁ τ δαπάνης χρηγὸς ὀνομάζετ, *Qui iam præfectus prætorio Byzantij & in Illyrico fuerat, tunc autem exercitui præfectus: sic enim vocatur qui sumptus exercitui ministrat.* Item ὕπαρχ ᾗ χρηγὸς τ δαπάνης ἐσόμν, *Qui futurus erat præfectus exercitus sumptibus.* B

In veteri Cæsarum Imperio res erat explicatior. Proconsul, Legatus, Præfectus legionis, Præfectus castrorum, Tribuni, Centuriones. Quæstor stipendia militi numerabat. C In locum Proconsulis successit magister militiæ. In Imperio Constantinop. res obscurior. Simocatta lib. 1. Comentiolos ὁπ ἀκόμπον ταξιαρχίαν πιστύετ. Idem victo hoste στρατηὸς ὑπὸ τ ἀυτοκράτορ αὖθις χειροτονηθεὶς ἀποστέλλετ, τότε δ παισεντίᾳ τὴν πρὸ ῥωμαίοις λεγομένην ἔνοπλον ἡγεμονίας τιμὴν ἀποφέρετ. cap. 9. Ioannem τ ἐπ τ ἑρμυρίας στρατοπέδων ὀπὶ τὰς τ ἀνατολῆς δυνάμεις ῥωμαϊκὰς μετεβίβασεν. cap. 12. ὁ τ ῥωμαϊκὸ ταξιαρχ. *Dux.* στέφαν ταγματάρχης, *Tribunus.* ταξιαρχεῖν est στρατηγεῖν pag. 110. σωματος τιν ἡγεμονεύων, *Tribunus.* λοχαγὸς *Centurio.* λοχίτης, *manipularis.* pag. 185. Tiberius Mauricium στρατηγὸν πρεσπεύμν, τότε τ σωματοφυλάκων τῆς βασιλέως ἡγεμόν. lib. 4. κλιματάρχης, *Climatis præfectus.* ἰωάννης ὁ τ ἑῴων ταγμάτων ἡγεμών. Commentiolum ταγματάρχλν τὸ δεξίὸ κέρατ. lib. 7. πολεμάρχ. *Dux.* Procopius 2. Vandalico, καταλόγ ἱππικὸ ἄρχων. γόνθαριος τ ἐνεμίδας καταλόγων ἡγεμών. τ ἐν βυζακίῳ καταλόγων ἦρχεν. lib. 3. Goth. τ ἰταλίας πραιτωρίων ἔπαρχον μαξιμῖνον καθεστήκατο, ἐφ᾽ ᾧ τοῖς τε ἄρχουσι ἐς τ πόλεμον ὑπηκόους εἶν, ᾗ τοῖς στρατιώταις τὰ ὀπιτήδεια κ τὴν χρείαν ποιεῖν. Iustinianus Artabanem στρατηγὸν τ ἐν βυζαντίῳ στρατιωτῶν ᾗ ἄρχοντα φοιδεράτων καταστήσν. καταλόγ τὸ ἱππικὸ ἄρχων. ἰωάννλν στρατηγὸν τ ἐν ἰλλυρίοις καταλόγων. Asbidas Iustiniani δορυφόρος ἐπεὶ ἐς τὰς καυσιδάτας καλουμένας τελῶν ἔτυχε, τ ᾗ καταλόγων ἱππικῶν ἦρχεν. Leo in Tacticis, στρατηγὸν, penes quem summum armorum Imperium. Expeditum τὴν συναγωγὴν τ φοασάτ. Post Strategum οἱ μεράρχαι, εἶτα δρουγάριοι, εἶτα οἱ κόμητες, ἤγουν οἱ τ λεγομένων βανδων ἄρχοντες. ταγματα seu βανδα sunt *cohortes.* οἱ μεράρχαι, *turmarum præfecti*, vt ipse loquitur. Drungarij sunt tribuni. Comites cohortium præfecti. μεράρχης ὁ τ μέρας τ δεχῆς ἐμπεπιστευμέ. δρουγάρι ὁ μιᾶ μοίρας ἄρχων, ἥ τις ὑπὸ τὸ μέρας τὸ ταρμάρχ τάσσετ. μέρ ἡ τέρμα ἐκ τριῶν μοιρῶν, ἤγουν δρούγγων συγκειμένων ἄθροισμα. μοῖρα δέ ἐστιν, ἤτοι δρούγ τὸ ἐκ ταγμάτων, ἤτοι ἀνδρῶν τ λεγομένων κομήτων συγκείμενον πλῆθ. κόμης δέ ἐστιν ὁ δ ἑνὸς τάγματος, ἤτοι βανδε ἀφηγούμεν. ἑκατοντάρχος ὑπὸ τ κόμητα τάσσεις, χιλίαρχ idem. Agathias lib. 1. ἐν τοῖς ταξιάρχαις μεγίστοις ἐτέλ. Paulus Diaconus lib. 16. Prætorem, στρατηὸν, Ducem exercitus vocat Belisarium, quem prætorem Imperator principaliter in omnibus statuit. lib. 17. Creans magistrum orientis Iustinianum. Mauricius prouehit Philippicum prætorem orientis. Heraclium sub prætorem, id est, ὑποστράτηγον. Leo in Tacticis sua ætate nullum fuisse ὑποστράτηγον scribit. Sed Merarchæ loco eius erant. στρατηὸν ἀυτοκράτορα ostendimus esse eum apud quem summum armorum Imperium esset. D E

CAPVT

A

CAPVT XXXV.

De Domestico scholarum.

CODINVS post eum qui exercitui præesset, substituit magnum Drungarium classis, de quo supra egimus, deinde Domesticum scholarum, de quo lib. 3. de Imperat. cap. 14. Scholæ fuerunt vndecim, id est, ordines Palatinorum officiorum ad iussa Imperatoris capienda, quibus præfuit Domesticus scholarum, vt Zonaras, & Cedrenus C. de comitib. & tribunis scholar. *Domesticus scholarum.*

B

CAPVT XXXVI.

De Primicerio aulæ.

ΠΡΙΜΜΙΚΗΡΙΟΣ αὐλῆς εὐτακτεῖ τοὺς ἐν αὐλῇ πάντας, ait Codinus, *Ordinat omnes aulicos.* Idem, plures Primicerios ponit, Primicerium aulæ, lectorum, Bardariotarum, Tabulariorum, Barangorum, Notariorum. Suidas Primicerius ὁ πρῶτος τάξεως τῆς τυχούσης. Aulicos Nicetas lib. 2. Andronici vocat τοὺς περὶ τὸ βασίλειον βῆμα, *Eos qui circunstant solium Principis.* *Primicerius aulæ.*

C

CAPVT XXXVII.

De Iudice Beli.

IVDICEM Beli quidam Iudicem liminis interpretantur, quasi qui ad limen Imperatoris iudicaret. Belum Suidas esse vult παραπέτασμα, παρακάλυμμα, παράπλωμα, *velum, stragulum, tapetem aulæum.* Constantinus Porphyrog. in Chorographia, ἔνδον τοῦ βήλου τοῦ κρεμαμένου εἰς τὴν καμάραν, *Intra velum quod suspensum est ante Cameram.* Nicetas Choniates scribit se fuisse ἔφορον καὶ κριτὴν τοῦ βήλου, præpositum, & Iudicem veli. Velum prætorium Constantinopoli fuit, dictum à velis quæ obtendebantur. ad sacrum puteum in templo S. Sophiæ fuit velum, & locus amplus, vt docet in Chorographia Constantinus Porph. διὰ τῶν βήλων ὑπὸ τῶν σιλεντιαρίων συρομένων, *per* D *vela quæ à silentiarijs tracta, & prætenta erant.* εἰσέρχονται ἐν τῷ βήλῳ τῷ κρεμαμένῳ εἰς τὸ ἅγιον φρέαρ. *Intrant in velum sacro puteo prætentum.* Plures veli iudices ponit Nicetas in Alexio Manuelis, κἀκ τῶν τοῦ βήλου κριτῶν τὸν τορνίκιον δημήτριον, τὸν μοναστεριώτην λέοντα, *Ex Iudicibus veli Tornicium Demetrium, & leonem Monasteriotem.* Ij erant inferiores magistro libellorum supplicum. Ibidem Nicetas, τὶς τῶν βήλου κριτῶν εἰς τὸ τῶν ἐπὶ τῶν δεήσεων ὀφφίκιον ἀναβὰς, *Quidam veli iudex cum ascendisset ad officium magistri supplicum libellorum.* *Iudex Beli qui dictus.*

CAPVT XXXVIII.

De Magno Interprete.

E

CODINVS iudici veli substituit μέγαν διερμηνευτὴν, *magnum Interpretem.* Procopius Persico 2. Quando legatum Chosroæ Iustinianus conuiuio excipiebat Braducionem qui ipsum Interpres sequebatur, cum ipso legato in stibadio mensæ accumbere iubebat, quod nunquam antea factum erat, ὅσπερ αὐτῷ ἑρμηνεὺς εἵπετο, σὺν αὐτῷ ἐπὶ τῆς στιβάδος κατέκλινε, πρᾶγμα οὔποτε γεγονὸς πρότερον ἐκ τοῦ παντὸς χρόνου. *Interpres magnus Indicem veli subsequitur.*

CAPVT XXXIX.

De Logotheta Gregum.

INTERPRETEM sequitur Logotheta Gregum ἀγελῶν, qui Sitocomus Palatinus fuisse videtur, aut certe recensuisse Greges regios. *Logotheta Gregum.*

CAPVT XL.

De Dicæophylace.

Dicæophylax rationali gregum substituitur.

DICÆOPHYLAX sequitur rationalem gregum. Quod eius munus fuerit, ignotum. Certè alius fuit à Dicæodota.

CAPVT XLI.

De Acolutho.

Acoluthus.

ACOLVTHVS fuit Barangorum præfectus, ἔνοχος τῶν βαράγγων. ἀκολουθεῖ δὲ τῷ βασιλεῖ ἔμπροσθεν αὐτῶν. διὰ τοῦτο καὶ ἀκόλουθος λέγεται. *Sequitur Imperatorem, & præit Barangis Anglis*, vt alio loco diximus. Barangi ὑπηρετοῦντες εἰς τε τὰς θύρας τῶν κελλίου τῶν βασιλέως, καὶ εἰς τὸ τρίκλινον, *Obseruabant fores conclauis Imperatoris, & triclini*, ait Codinus. Procopius lib. 1. Pers. οἱ στρατιῶται ὅσοι ἀμφὶ τὴν βασιλέως αὐλὴν ἐτετάχατο. στρατιῶται οἱ τὴν παλατίου φρουρὰν ἔχουσι. *Milites qui circa regis aulam excubant. Milites qui Palatium obseruant. Marcum excubijs Palatij præfectum*, τὴν τῶν ἐν παλατίῳ φυλακῶν ἄρχοντα.

CAPVT XLII.

De Iudice castrorum.

Iudex castrorum.

ΚΡΙΤΗΣ φοσσάτου, Iudex erat castrorum & exercitus.

CAPVT XLIII.

De Domesticus murorum.

Domesticus murorum.

DOMESTICVS τοίχων, & τειχιστῶν ἐπιμελεῖται, εἰ τινὸς τὰ κάστρα περιποιήσεως δέοιτο εἰς τὸ ἀνακτίζεσθαι, *curat vt castra quæ restrui, & muniri debent, restruantur.*

CAPVT XLIV.

De Protonotario.

Protonotarius.

PROTONOTARIVS πρῶτος ἐστὶ τῶν γραμματικῶν, *primus est scribarum.* Cedrinus, Protonotarium *cursus.* δρόμου. Leo constitut. 3. *Protonotarius thematis ciuili administrationi præest.* τῆς πολιτικῆς ἐστὶ διοικήσεως ἄρχων. Nicetas in Comneno meminit Protonotarij cursus.

CAPVT XLV.

De Protallagatore.

Allagæ quid sint.

ALLAGÆ dictæ loca mutandis equis publici cursus destinata. Basilic. ecl. 58. ἐάν τις παρελάσῃ μίαν γοῦν ἀλλαγὴν τὸ τετραπλάσιον τῆς τῶν ζῴου τιμῆς διδότῳ. *Si quis stationem vnam præteruectus sit, soluet quadruplum animalis.* Vocantur mutationes l. 15. & l. 17. C. de cursu publ. Item, ἀλλάγιον, *cursus publicus.* Scholiastes oppiam Halieut. lib. 1. τοὺς λόχους interpretatur ἀλλάγια. ὁ ἄρχων τῶν ἀλλαγίου, *Præfectus cursus publici.* προταλλαγάτωρ *generalis cursus publici.* Codinus ὁ ἄρχων τῶν ἀλλαγίου, προταλλαγάτωρ, ὑπὸ τὴν μέγαν πριμηκήριον. Cautacuzenus lib. 1. c. 26. Senacherim Protallagatorem commemorat. Qui præpositus est mutandis equis, est sub magno primicerio.

Protallagator.

CAPVT

A

CAPVT XLVI.

De Orphanotropho.



ORPHANOTROPHI dignitas magna fuit, quam frater Imperatoris gesserit apud Zonar. in Michaële Paphlag. Nicetas Paphlago in vita Ignatij Patriarchæ καὶ νικηφόρον μὲν νικαίας μητροπολίτην ὄντα βιάζεται παραιτησάμενον ὀρφανοτρόφον εἶναι. *Nicephorum Niceæ Metropoliten cogit inuitum ac excusantem se fieri Orphanotrophum.* Codinus ὀρφανοτρόφος ἦν μὲν φροντίζων καὶ ἐπιμελούμενος πάλαι τῶν ὀρφανῶν νῦν δὲ οὐδαμῶς κέκτηται τινα ὑπηρεσίαν, *Orphanotrophus curabat olim Orphanos hodie nullum mini-* *Orphanotrophus eiúsque dignitas.*

B *sterium habet.* Cedrenus in Michaële Paphlagone, Ioannes Principis frater Orphanotrophus αὐτὸν διὰ τὴν ἐπιβουλὴν ἐξώρισε, *Ipsum ex insidijs in exsilium expulit.* Theodorus Anagnosta ecloga 1. ἀκακίου τοῦ ὀρφανοτρόφου συμψήφου γενομένου, *Acacio Orphanotropho consentiente.*

CAPVT XLVII.

De Archontibus.

C CONSTANTINVS in chorographia quendam ἄρχοντα τῶν ἀρχόντων commemorat. ἐκαθέζετο εἰς μεγάλην ἀρμενίαν δοῦλος αὐτοῦ βασιλέως τῶν ῥωμαίων ὡς παρ' αὐτοῦ προβαλλόμενος καὶ τὸ τοιοῦτον δεχόμενος ἀξίωμα, καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ δεσποτούμενα κάστρα, καὶ πολιτείαν, καὶ χωρία τοῦ βασιλέως τῶν ῥωμαίων εἰσί. *Archon, Archonton in magna Armenia seruus Imperatoris Rom. à quo erat creatus, & ditionem omnem acceperat.* Apud Thucididem est ἄρχων τῶν ἱππέων, *magister equitum.* In Imperio Rom. Archon Æmimonti, Thraciæ, λαμπρότατος, *vir clarissimus. Tua claritudo*, ἡ σὴ λαμπρότης. Nouel. 32. Nouel. 31. quatuor ἄρχοντες ἀρμενίας, *Præfecti Armeniæ.* Interior Armenia paruit ἀνθυπάτῳ μεγαλοπρεπεστάτῳ, ἀρχὴ σπεκταβιλία. *Proconsuli magnificentissimo. Magistratus est spectabilis.* Secundæ ἄρχων dicitur ordinarius, & consularis, & ἡγεμών. Tertiam εἰς τὸ τῶν σπεκταβιλίων μετέστησε σχῆμα, *Iustinianus spectabili parere iussit*, qui dictus Iustinianeus Comes, cui pro annonis ὑπὲρ σιτήσεων 700. solidi, assessori eius 72. officio 60. *Archontes.*

D dantur. Quarta ordinaria consularis facta, cui præfuit Hadrianus. l. 48. D. de iudiciis, τὴν ἄρχοντα pro quouis magistratu posuit. τοὺς ἄρχοντας ἐν ᾧ ἄρχουσι ἐνιαυτῷ μήτε εἰσιέναι δίκην ἰδίαν, μήτε διωκόντων, μήτε φευγόντων. *Prætores tempore magistratus, neque actores sint, neque rei.* ἄρχων πολιτικός. Nicephorus Gregoras quendam ἀσιάρχην ponit.

CAPVT XLVIII.

De Archidiacono.



E QVANQVAM mei instituti non est ecclesiasticas dignitates attingere, quia tamen se mihi vox Archidiaconi ex transuerso ingessit. Admonebo Archidiaconum secundi ordinis episcopum à Sidonio epist. 25. lib. 4. vocari. Secundi ordinis sacerdotem epist. 11. l. 4. & in carmine 20. *Archidiaconus.*

Antistes fuit ordine in secundo.

Ep. 6. lib. 7. Presbyteri in secundo sacerdotio constituti. Optatum consule lib. 1. proprie Archidiaconus primus Diaconorum, qui non à Patriarcha creatus fuit, sed γρόνου καὶ ἰδίου κόπου δώρημα εἶχε ὑπεροχὴν ἐπὶ πάντων τῶν διακόνων, ait Ioannes episcopus Citrim Resp. ad Cabasilam. Temporis diuturnitas hanc afferebat dignitatem ætate Codini solus clerus Imperatoris habuit Archidiaconum ab ipso Imperatore creatum ex eorum ordine qui dicti ἐξωκατάκοιλοι, *qui secretorum ecclesiæ præfecti fuere.* ἐξωκατάκοιλοι.

CAPVT XLIX.

De Adnumiaste.

Adnumiũ quid sit.



ADNVMIVM ἀπογραφὴ ὀνομάτων παρὰ ῥωμαίοις, *Descriptio nominum apud Romanos.* Glossæ Basilicorum, ἀδνούμιον κατ' ὄνομα διέρχεσθαι, *Adnumium est cum militum nomina recensentur*, erat enim dilectus & census militum. Nicephorus περὶ παραδρομῆς πολέμου cap. 4. ἀπέρχεσθαι ἑτέρους εἰς τούτων ἀπαλλαγὴν καλῶς ἀδουμιαζομένους, καὶ εὐτρεπιζομένους παρὰ τῶν ἀρχόντων, *Abire alios ad hos liberandos qui bene censiti sint, & apparati à ducibus.* Leo constit. 6. χρὴ ἐπιμελῶς ἐν τῷ καιρῷ τῆς τε ῥόγας, καὶ τοῦ ἀδνουμίου, καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν, καὶ τὸ ἅρμα ἀπογράφεσθαι, καὶ καταζητεῖσθαι, *Oportet studiosè cum stipendia soluenda sunt, & militum numerus scribendus, eorum etiam filios, & armaturam describere, & explorare.* Fiebat is census vel per banda, & cohortes, vel per vniuersum exercitum. Banda & cohortes censebant merarchæ, vniuersum exercitum magnus domesticus: magnus autem Adnumiastes si qui deficerent supplebat. Codinus ὁ δὲ μέγας ἀδνουμιαστὴς τῶν φοσσάτου. ἀδνουμιαζομένου παρά τε μεγάλου δομεστίκου πάρεστι μὲν καὶ αὐτός. ἐὰν δέ τινες ὦσι ἀπὸ τούτων στερούμενοι ἀλόγων, ἢ ἁρμάτων τινῶν, ἀπογραφόμενος οὗτος τὰ λείποντα ἐπιμελεῖται ἀναπληροῦσθαι ταῦτα. *Magnus Adnumiastes cum exercitus lustratur à magno domestico, ipse adest, si qui milites equis aut armis instructi non sunt, describit, & quæ desunt subministrare satagit.* De Merarchis Mauricius lib. 7. strat. *Merarchæ debent id agere, vt cohortes lustrentur, vno aut altero die ante bellum, & ita cohortium ducibus & signiferis attribuere.* χρὴ παρασκευάζειν τοὺς μεράρχας τὰ βάνδα, ἀδνουμιάζειν πρὸ μιᾶς ἢ δευτέρας ἡ μέρας τῶν πολέμου, καὶ οὕτως ἐπιδιδόναι τοῖς βανδοφόροις τῶν ταγμάτων. Item quotidiana fiebant à minoribus ducibus Adnumia. Anonymus τὰ ἡμερήσια καθὼς ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς χρὴ γίγνεσθαι, καὶ ἕκαστον τῶν μικρῶν ἀρχόντων τῶν ἱππέων τε καὶ πεζῶν τῶν ὑπ' αὐτοὺς λαὸν καθ' ἑκάστην βλεπέτωσαν ἵνα τῇ ἀκριβείᾳ τῶν ἡμερησίων συστελλόμενοι ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀπληκεύωσι, καὶ μὴ τολμᾷ τις ἀπολειφθῆναι τοῦ ἰδίου ἄρχοντος. *Quotidiana vt moris erat veteribus oportet fieri, & vnusquisque ex inferioribus ducibus equites, & pedites quos regit inspiciat, vt cottidiana illa diligentia in eodem loco castrorum morentur, & nemo audeat à suo duce emansor esse.* Anonymus de generali censu, τὰ δὲ καθολικὰ ἀδνούμια οὐκ ἐλαχίστη μοίρα πρὸς ἀσφάλειαν καὶ σύστασιν τῶν παντὸς στρατεύματος. *Generalis recensus exercitus non parum securitati, & constitutioni totius exercitus commodat.* Cedrinus de Cecaumeno, ἐφ' ἑκάστη ἡμέρα ἀδνούμιον πλαττόμενος, προΐθεν ἐξιππαζόμενος, *Cottidie recensens ac lustrans exercitum, mane equitans.*

Banda & cohortes.

Adnumiastes.

CAPVT L.

A Secretis.

A Secretis.



SVIDAS à Secretis τὴν ἀπορρήτων γραμματέα interpretatur. Menander in eclogis, τῶν τις παρὰ πέρσαις τοῖς βασιλικοῖς τε καὶ δημοσίοις πράγμασι ἐξυπρετουμένων (οὓς εἴτις λατίνων χρήσαιτο φωνῇ ἀσηκρῆτις προσαγορεύσειεν.) Manasses

ἀνάκτων ὑπογραμματεὺς ὅν φασιν ἀσηκρήτην.

Arcanorum Scribam. Vnus ex ijs qui apud Persas regijs & publicis negotijs seruiunt, à Secretis Latini vocant. Regum Scriba, quem à Secretis vocant.

Cancellarius summus.

Hincmarus epist. 3. cap. 16. Cui sociabatur summus Cancellarius, qui à Secretis olim appellabatur. Erántque illi subiecti prudentes, & intelligentes, & fideles viri, qui præcepta regia absque immoderata cupiditatis venalitate scriberent, & Secreta fideliter custodirent. lib. 2. Pers. Procop. ἰουλιανὸν τὴν τῶν ἀπορρήτων γραμματέα, ἃ σηκρῆτις καλοῦσι τοῦτο τὸ ἀξίωμα. σηκρῆτα γὰρ τὰ ἀπόρρητα.

CAPVT

A

CAPVT LI.

De Logotheta τ̃ οἰκειακῶν.

RATIONALIS priuatorum, Comes rei priuatæ. Vide quæ ſupra de Comite priuatorum, & Logothetis diximus. *Logotheta τ̃ οἰκειακῶν.*

CAPVT LII.

De Magno Logariaſte.

B DVo fuere Logariaſtæ. Codinus ὁ δ' αὐλῆς λογαριαστὴς λογίζ) τὰς ἐν αὐλῇ διεισπομένας πάντας ῥογάτορας, εἰ λείπ τινι ἀπὸ δ ῥόγας αὐτῷ εἰς δόλ.δυσιν ὑπὲρ ὧν ἐφογδώθη. *Logariaſtes aulæ curat omnes qui in aula ſtipendia accipiunt, vidétque an alicui deſit ſtipendium vt ſeruiat.* Logariaſtes ὁ μέγας publicos reditus tractabat. Nicetas lib. 1. in Manuele Comneno, ἢ τ̃ μὲν δημοσίων εἰσφορῶν φροντιςὴ, ἢ λογιςὴ μέγιστον, *& publicarum illationum curatorem, & rationalem maximum* Ioannem Putzanum inſtituit. Idem eſt cum Logotheta genici. Logariaſtes aulæ dicitur, & βασιλείας in chronico Conſtantinopolitano. Simocatta ἐφεσηκὼς τ̃ βασιλικῆ θρυλανείᾳ, ὁ δ' θρυλανείᾳ τὴν φροντίδα ἐπιβαλλόμεν. ὑπισαλῆς τ̃ βασιλικῶν θησήκρων. *Præpoſitus theſauro regio, ærarij curator.* *Magnus Logoriaſtes, & eius officium.*

C

CAPVT LIII.

De Actuario.

ODINVS ἀκτεάριον inter officia numerat. Nos de eo alio loco plura. *Actuarius.*

CAPVT LIV.

De Libellis præpoſito.

D ODINVS, ὁ ὑπὶ τ̃ δεήσεων δέχ) τὰς τ̃ αἰτούντων, ἢ τ̃ ἀδικημένων ἀναφορὰς. *Magiſter Libellorum recipit relationes, & preces eorum qui aliquid petunt, aut iniuria ſunt affecti.* Vide quæ de ſupplicibus Libellis diximus lib. 3. de Imper. Rom. Nicetas lib. 2. Andronici, ἀμφισπομένων τ̃ ἀπὸ τ̃ δεήσεων. *Libellis præpoſitus.*

CAPVT LV.

De Scuterio.

E Σκυτάριον βασάζ τὸ δίβέλλιον, ἢ σκυτάριον τ̃ βασιλέως. *Fert velum, & ſcutum Imper.* Dibellium erat vexillum bifidum Imperatoris. Gregoras lib. 6. ὅσοι ἐν τοῖς ῥωμαίων στρατεύμασι ὁ τὴν βασιλικὴν κατέχων σημαίαν, τοῦτο ὅπερ παρὰ λατίνοις μάρκέσιον. Scuterem vocat Planudes in epiſt. ad Melchiſedechum. Quod in Rom. exercitu erat aquilifer. id apud Latinos erat Marcheyſius. *Scuterius. Dibellium.*

CAPVT LVI.

De Quæſtore.

ODINVS Quæſtorem ſua ætate nullum miniſterium habuiſſe ait, ὁ κυαίστωρ εἶχε μὲν πάλαι ἢ ἔτος ἐνεργείαν, (lego, ὑπουργίαν) νυνὶ δ' ἐδαμῶς. Menander de legation. στελλ) ἢ τ̃ ὀφσιῶν χώραν στρατεύτης γαίανὸς ἐν τοῖς βασιλείοις πατρᾶσι τελῶν, ἢ τ̃ λεγομένου κυαίστωρος *Quæſtor.*

διέπων ἀρχὴν, ἣν οἴομαι ἐκ τῶν ἀναζητεῖν ὧδε λελέχθαι ῥωμαίοις. Vide quæ supra de Quæstoribus diximus. Procop. 1. Persic. τριβουνιανὸς βασιλεῖ πάρεδρος κοιαίστωρα τοῦτον καλοῦσι. *Tribonianus Imperatori assessor Quæstorem vocant.* Mittitur contra Persas legatus Gaianus inter regios Patres existens, & Quæstor, dictus à quærendo. A

CAPVT LVII.

De Logothota militaris ærarij.

ΛΟΓΟΘΕΤΗΣ τῶν στρατιωτικοῦ, Rationalis militaris ærarij. Vide quæ supra de ærariis diximus. Zonaras tom. 3. λογοθέτην τῆς βουλῆς ἀπέδειξε κορυφαιότατον. *Logothetam Senatus summum.* B

CAPVT LVIII.

De Proedris.

Proedri cõsilij sanctioris præsides.

PROEDRI præsides erant consilij sanctioris, in quo res grauioris negotij tractabantur. Anna in Alexiade, l. 1. Alexium τῷ τῶν προέδρων ἀξιώματι τετιμηκώς. lib. 3. τὰ ἑκατὸν βλαττία ἐστάλησαν διὰ τοῦ πρωτοπροέδρου κωνσταντίνου. Ioannes Curopalates in Basilio, & Constantino σχῆμα μὲν οὖν καὶ ὄνομα μόνον τοῖς βασιλεῦσι περιετέθειτα ἡ δὲ μεταχείρησις τῶν πραγμάτων παρὰ τοῦ προέδρου ἐνεργεῖτο βασιλείου, διὰ τὸ νεάζον τῆς ἡλικίας τῶν βασιλέων. C

Proedrorũ institutor.

Nicephorus Phocas primus instituit hanc dignitatem, eáque ornauit Basilium accubitorem, Cedrenus μήπω πρότερον ὄντος τοῦ ἀξιώματος, πρώτου δὲ αὐτοῦ τοῦτο ἐφευρηκότος. Plures erant Proedri, inter quos vnus πρωτοπρόεδρος, dignitate Proedrorum eum honestans. Centum blattæ seu purpureæ chlamydes missæ sunt per Constantinum primum Proedrum. Sola species & nomen Imperatoribus circumpositum erat, omnia per Basilium Proedrum agebantur, ob pueritiam Principum.

CAPVT LIX.

De Imperatore Trapezuntis. D

Imperator Trapezuntis.



QVIA Rex Colchorum quem Imperatorem Trapezuntis Chalcocondylas lib. 2. indigetat, ab Imperatoribus Constantinopolitanis fluxit, de eo ex eodem auctore lib. 9. hæc habeto. Colchidis Reges è familia Comnenorum oriundi sunt, qui cum exciderunt regno Constantinopolitano Isaacium Regis filium fugientem Patre interempto à populo abiisse in Colchidem & Trapezuntem ferunt. Hunc aduenientem Colchidis incolæ ducem pronuntiarunt qui sibi Imperatoris, titulum arrogauit. Ex eo tempore ad nostra vsque tempora Comneni Trapezuntis Imperium tenuerunt, Græci lingua & moribus. Affinitatem iunxerunt cum finitimis quos albos Probatantes nominant. E

CAPVT LX.

De Scutario.

Scutarius.



ALIVS Scutarius fuit à Scuterio. Scutarius enim & Scutaratus miles erat scutatus. Marcus Antoninus de vita sua lib. 1. παρὰ τῶν τροφέαις, τὸ μήτε πρασιανὸς, μήτε βενετιανὸς, μήτε παλμουλάριος, ἢ σκουτάριος γενέσθαι. *Vt neque Prasinus, neque Venetus factione, neque Palmularius, aut Scutarius esset.* Constantinus in Tacitis, εἶχε δὲ καὶ ψιλοὺς, ἤγουν τοξότας, καὶ ῥιπταριστὰς, καὶ σφενδυβολιστὰς τοὺς ἡμίσεις τῶν σκουταράτων. *Habebat leuis armaturæ milites sagittarios, iaculatores, funditores, & dimidiatam partem Scutatos.* Zozimus in Iuliano τῶν ἀμφὶ βασιλέα ταγμάτων, οὓς σκουταρίους προσαγορεύουσι, καὶ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος Salustius.

CAPVT

A

CAPVT LXI.

De Protosyncello.



YNCELLVS olim dictus qui morienti Patriarchæ successor designatus erat. Cedrenus, *ἀνεπλήρωσε ἢ αὐτὸ τὸ τῆς τὴν βασιλέα πρεσβείαν ὁ λεγόμενος παρ' αὐτοῖς σεῖφος. διὰ τί δὲ τοῦτο τὸ ὄνομα τῆς τὴν παρ' αὐτοῖς χαλυφὰν, ὕστερ ὁ παρ' ἡμῖν σύγκελλος τῆς τὸν πατριάρχου πάλαι. ἐκεῖνος γὰρ ἀποθανόντος ἐκείνου ἀντὶ τοῦ εἰς τὴν τότε θρόνον ἐγκαθιδρύετο. Seriphus legationem ad eum impleuit. Est autem Seriphus Chalyphæ, quod Syncellus Patriarchæ. In Chaliphæ mortui locum succedit Seriphus, vt Syncellus in Patriarcha.* Idem scribit Zonaras lib. 3. Annali. Sed *σεῖφλω* vocat. Zonaras tom. 3. p. 204. *τὰ κοινὰ διέπων ὁ τῆς τοσύγκελλος λέων.* Erant olim plures Syncelli. Heraclius ad duos redegit. Constit. Heraclij, *τὰς μὲ θεοφιλεῖς συγκέλλας εἰς δύο τὸν ἀριθμὸν περιεσάντας.* In conuentibus publicis sedebant ante Metropolitas. Ioannes Curopalat. *ἐγένετο ἢ κῆ τῆ ἡμέραν τῆς ἁγίας πεντεκοστῆς ταραχὴ διὰ τὴν καθέδραν ἐν τῆ λειτουργία, μὴ καταδεξαμένων τῶν μητροπολιτῶν τοὺς συγκέλλους ἐν τῆ συνόδῳ. Die Pentecostes turbatum est ob ius præsidendi, inter solemnia missarum, cum Metropolitæ non sinerent in conuentu Syncellos sibi præsidere.* *Syncellus quis dictus.*

B

Syncellis præfuit Protosyncellus. In Sancito Michaelis Patriarchæ. *τῆ ἰδιοχείρῳ ὑπογραφῆ, καὶ σφραγῖδι τοῦ πρωτοσυγκέλλου, καὶ χαρτοφύλακος τοῦ θείου μεγάλης ἐκκλησίας πιστωθέν. Subscriptione manus & sigillo Protosyncelli, & Chartophylacis magnæ Dei ecclesiæ firmatum.* *Protosyncellus.*

C

Fuit & *πρωτοπρεσβύτερος τῶν πρωτοσυγκέλλων, primus Præses Protosyncellorum* apud Ioannem Curopalaten in Michaele Parapinacio. Magnus Protosyngelus apud Phranzem lib. 2. c. 9. *Præses Protosyncellorũ.*

CAPVT LXII.

De Judice Secreti.



SECRETVM aliud fuit priuatarum apud Alexium Comnen. in Constit. *διὰ τὸ σεκρέτου τῶν οἰκιακῶν*, vbi asseruabantur publica instrumenta. Nicetas in Alexio Manuel. filio, *ἐπάρχου ὄντος τῆς πόλεως, καὶ τοῦ τῶν οἰκιακῶν διέποντος σεκρέτου*, &c. *ἐπ' αὐτῶν τῶν δημοσίων γραμμάτων ἀπέχοντο, οἳ τὰ δίκαια τῆς πολιτείας διὰ τῶν πρόσθεν βασιλέων ἔχουσιν ὑπογεγραμμένοι. Theodori domus direpta præfecti vrbis, qui priuatarum rerum secretum regebat. non temperarunt à publicis instrumentis, in quibus scripta erant iura Reip. ab antiquis Imperatoribus.* *Secretũ priuatarum.*

D

Aliud fuit secretum publicarum. Cedrenus, *χάειν τῶν λαμβανόντων ὀφφίκια, & ἀξιώματα ἀτρύγων, κατέστρωσε εἰς τὰ δημοσιακὰ σέκρετα πρόσταγμα τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως. Ob eos qui capiunt officia & dignitates immunium, in publica secreta Imperatoris prædicandi mandatum relatum est.* Idem dici videtur *σέκρετον τοῦ γλυκέος*. Ioannes Curopalates in Leone Basilij filio, *ἀνῃρέθη ἐν τῷ τοῦ γλυκέος σεκρέτῳ, occisus est in secreto genici*, vbi seruabantur secreta publici imperij. Quis autem fuerit iste secreti Iudex, an de causis maiestatis cognouerit, ignotum. *Secretũ publicarum.* *Secreti Iudex ignoratur.*

E

CAPVT LXIII.

De Rabduchorum Primicerio.



POST iudicem secreti subiiciuntur *ῥαβδοῦχοι*, lictores virgas ferentes. Nicetas lib. 2. Andronici *πρωτεστὼς τῶν ῥαβδοφόρων*. Codinus de Bardariotis, *κρέμαται δὲ ζώνης ἑκάστῳ λώρι, ἐς καλοῦσι μαγκλάβια, ἢ ὡς βακτηρίας, ἃ ῥάβδους, μαστίζειν τοὺς ἀξίους μαστίζεσθαι, φέροντες ἀεὶ δικανίκια. ὅτε ἢ καβαλλικεύσῃ ὁ βασιλεὺς πρηγεῖ, & φέροντες αὐτὰ ὄρθια διατάττουσι τὸν λαὸν. ἔχουσι ἢ ἔτι καὶ πριμμικήριον.* *Rabduchi proximi à iudice secreti.* *Primicerij Rabduchorum variæ appellationes.*

Primicerius dicitur Primiuirgius in glossis Isidoti, *πρίμικεραβδοῦχος Primiuirgius, clauarius*, quòd primus est militiæ in virgis. Nicetas lib. 2. Andronici. *ὁ πελεκυφόρος*

βάρβαρος, οὐχ' οἱ τὰ ὑσγινοβαφῆ φοροῦντες οἱ ῥαβδοῦχοι, *non barbarus securiger, non qui coccines insigniti sunt virgatores.* Codinus Bardariotis dat ἐνδύματα ἐρυθρά. A

CAPVT LXIV.

De Caballario.

Caballarius. POST Rabduchos Caballarium numerant, cuius locum & gradum ignoro. Constantin. in Tacticis ἐξώπλισον δὲ τὴν μὲν κατάφρακτον καβαλλάριον αὐτόντε, καὶ τὸ ἱππάριον αὐτοῦ. B

CAPVT LXV.

De Præposito Castri.

Præpositus Castri. CODINVS, προκαθήμενος κάστρου, καστροφύλαξ, alius est ab eo qui Præfectus Castrorum olim dictus. Hic enim Castro alicui Præfectus erat, aut oppido. Iustinian. Nouel. 128. καὶ τοὺς ἐν τῇ ἐπαρχίαις ὄντας ἄρχοντας πολιτικούς τε καὶ στρατιωτικοὺς ἐν τῇ πόλεσιν, ἤτοι κάστροις. Præposito Castri substituunt Drungarium stoli, id est classis, & Comitem, de quibus alibi egimus. C

CAPVT LXVI.

De Protocomite.

Protocomes. PROTOCOMES θαλάσσιός ἐστι πρῶτος τῶν ἐν τῷ βασιλικῷ στόλῳ πάντων κομήτων, ait Codinus. Leo constitut. 3. κόμης ὁ τῶν ἑνὸς τάγματος, ἢ βάνδου ἀφηγούμενος. Mauricius, Comes aut Tribunus, ὁ τοῦ τάγματος, ἢ βάνδου, ἢ ἀριθμοῦ ἡγούμενος. *Protocomes dignitate proximus Amiralio.* Codinus, Magnus Dux ὑπ' αὐτὸν ἔχει τόντε μέγαν δρουγγάριον τοῦ στόλου, τὸν ἀμηράλιον, τὸν πρωτοκόμητα, τοὺς δρουγγαρίους, καὶ τοὺς κόμητας. Leo in Naumachicis, Comitem ἐπιστήσεις ἄρχοντα ἢ κατὰ πέντε, ἢ κατὰ τρεῖς δρομώνας. D

CAPVT LXVII.

De Centurionibus.

Cēturiones. ἑκατόνταρχοι, κένταρχοι, *Centuriones, ordinum ductores,* dicti & κεφαλάδες, & κεφαλάδαι. Achmes in Introduct. Astrologit. τὰ περὶ τῶν στρατοῦ, καὶ τῶν κεφαλάδων. Apomasar in mysteriis βλάβην κεφαλάδων, καὶ παρὰ βασιλέως συναγωγὴν πραγμάτων. E

CAPVT LXVIII.

De Mystico.

Mysticus sequitur magnū Chartularium. POST magnum Chartularium Mysticus ponitur. Mystici dicti non tantum Senatores secretioris Consilij, sed & quicunque arcanorum Principis conscij sunt. Achmes Astrologit. cap. 14. μυστικὸς ἔσται τῷ φαραῷ, καὶ πρῶτος τῶν ἀποκρύφων μυστηρίων αὐτοῦ. Iustinus *erit Pharaonis, & primus secretorum eius arcanorum.* Suidas in verbo θλαδίας, ὑποβάλλει τοίνυν τοὺς οὐάλεντος μυστικοὺς, τὴν γυναικωνίτιν λέγω φάλαγγα: *Subijcit igitur intimos Valentis Consiliarios cateruam fæmineam.*

CAPVT

A

CAPVT LXIX.

De Basileopatore.

AB Imperatoribus alij patres, alij fratres appellati sunt vt docuimus lib. 2. de Imperatore. Rex Persidis Imperatorem fratrem appellabat, & frater ab eo appellabatur. ita lib. 3. Reg. Rex Syriæ Solomonem fratrem vocat. Cedrenus, ὁ μέγας θεοδόσιος τὸν μέγαν ἀρσένιον βασιλεοπάτορα πεποίηκε. Manasses in Chronico, Romanum Imperator. πατέρα, καὶ προφύλακα ποιεῖ τῆς βασιλείας. Simocata lib. 1. cap. 10. οἱ τῶν κορυφαῖς τῶν ἀξιωμάτων περιλαμπόμενοι, οὓς καὶ γονεῖς ἀποκαλεῖν βασιλεὺς οὐκ ἀπηξίωσεν. Cedrenus à Leone Philosopho dignitatem hanc repertam putat, ὁ δὲ βασιλεὺς τῷ πρὸς ζωὴν τὴν θυγατέρα τῶν τζαουτζᾶ φίλτρῳ νικώμενος, τιμᾶ τὸν ταύτης πατέρα βασιλεοπάτορα, αὐτὸς τὸ ἀξίωμα καινουργήσας μὴ πρότερον ὄν. *Leo victus amore Zoes filiæ Tzautzæ, patrem eius, Regis patrem honorat, quam dignitatem primus instituit.* fallitur. Claudianus de Eutropio, *Basileopator.*

B

Direptas quid plangis opes, quas natus habebit?
Non aliter poteras Principis esse pater.

Leo igitur repperit nomen Basileopatoris, non dignitatem, quia patricij omnes eo loco fuerunt. Iustinianus Nouell. 81. Non decere censuimus vt ij *quos loco patrum habemus*, οὓς ἡμεῖς ἐν τάξει πατέρων ἄγομεν, alterius potestati subsint. Zonaras in Leone Philosopho, ἐτίμησε βασιλεοπάτορα, αὐτὸς τὸ ὄνομα ἐφευρών.

C Quod diximus Reges inter se fratres vocasse ostendit Menander in epistol. Chosroæ, χοσρόης βασιλεὺς βασιλείων ἰουστινιανῷ καίσαρι ἀδελφῷ ἡμετέρῳ. Item, νῦν ὁ σὸς μὲν ἀδελφός, δεσπότης δ' ἐμὸς ἔθετο ἐν νῷ. Luithprandus in legatione. Sed & optimam amicitiæ arrabonem fraternitati tuę nunc dominus meus contulit. Menander in Eclog. Pamphronius ἀξίωμα βασιλέως πάτερ. παμφρόνιον ὃς ἐν τοῖς βασιλέως πατράσι ἐτέλει. Traianus ἐν τοῖς βασιλείοις πατράσι τρεῶν. Eligere sibi Reges soliti erant viros egregios quos in patres adoptarent. Ita Rex Mithridates apud Plutarchum in Lucullo Metrodorum Scepsium Philosophum in patrem sibi elegerat, Nero Corbulonem, Commodus Iulianum Præfectum vrbi, apud Xiphilin. Gordianus Misitheum apud Capitolinum. Glycas parte 4. Quendam custodem & patrem Constantini Leonis Imp. filij commemorat. Præfectus Prætorio pater Imperij dictus.

D

CAPVT LXX.

De Zoste.

ZOSTE dignitatis genus est, qua fœminæ principes ornatæ sunt. Cedrenus in Basilio pag. 580. Asotes εἰς τὴν βασιλέα ἀνασώζεται τιμηθεὶς μάγιστρος, καὶ ἡ τούτου σύζυγος ζωστή. *Ad Imperatorem perfugium habuit, à quo magister honoratus est, & eius vxor Zoste.* & pag. 591. τὴν δὲ μερίαν τῷ τῆς ζωστῆς ἀξιώματι τιμήσας. Idem in Theophilo Michaelis, Mater Imperatoris Zoste, & Patricia τετίμηται. Chronicon Constantinopolit. Patriciæ, Zostæ, & Patricij ἐκεῖσε προσήρχοντο, *eo ibant.* *Zoste quid sit.*

E

CAPVT LXXI.

De Antisagittatore.

MAVRICIVS in Strategicis Antisagittatorem vocat Ducem sagittariorum. Leo Constitut. 3. §. 71. *Antisagittatorem*, ἀρχισαγιττάτορα, ἀρχιτοξότην interpretatur. *Antisagittator Dux sagittariorum.*

CAPVT

CAPVT LXXII.

De Phiala.

Phiala quid.

PHIALÆ fuere ædificia regia orbiculata instar Phialæ. Diaconus lib. 19. volens in loco sistere Phialam, & bases constituere vulgi, vt illic Imperatorem susciperet. vnde θα τῆς φιάλης, θαλάσσιος, *Phialæ Præpositus.*

CAPVT LXXIII.

De Spatharocubicularijs.

Spatharocubicularij.

SPATHAROCVBICVLARII fuisse videntur Cubicularij Principis qui ensem eius gererent. Eorum fit mentio Synodo Constantinop. 8. act. 4. ἀπὸ δὲ τῶν τῆς συγκλήτου γρηγόριος σπαθαροκουβικουλάρος *ex Senatoribus Gregorius Spatharocubicularius.*

CAPVT LXXIV.

De Protocynego.

Cynegus & Protocynegus.

CYNEGI venatores dicti. Princeps suum habuit πρωτοκυνήγον, vt Codinus scribit, & Gregoras lib. 3. Theodorum fecit πρωτοκυνήγον. Iosephus lib. 16. origin. cap. 16. Herodis ἀρχικυνήγον commemorat. Andronicus iunior habuit canes supra mille, quadringentos, & ministros qui curarent fere totidem. Phranzes lib. 1. cap. 12. fuit Andronicus venationis cupidissimus: alebat canes amplius 1400.

Protocynegi munus.

Protocynegi munus erat Imperatori equum conscensuro stappam tenere, & vestes quæ in venatione feræ alicuius sanguine aspersæ erant dono accipiebat. Codinus ὁ πρωτοκυνηγὸς ἔχει μὲν ὑπηρεσίαν ταύτην, ὅτι τοῦ βασιλέως τὸν ἵππον ἀναβαίνοντος τὴν σκάλαν κατέχει, εἰ μὴ μόνος ἐστὶν ὁ παρὼν εὑρίσκεται. ἄρχει δὲ τῶν κυνηγῶν τῶν λεγομένων σκυλομάγγων. εἰ δὲ ποτε κυνηγοῦντος τοῦ βασιλέως αἱμαχθῆναι συμβῇ τι τῶν ἱματίων αὐτοῦ λαμβάνει τοῦτο κατ' εὐεργεσίαν. Cantacuzenus lib. 1. cap. 4. πρωτοκυνηγοῦ meminit, quem interpres venatorum Principem vertit.

Protocynegorũ numerus.

In imperio occidentali πρωτοκυνηγοὶ erant 4. ἱερακάριος vnus. Hincmarus epist. 3. cap. 16 post eos verò sacrum Palatium per hos ministros disponebatur, per Camerarium videlicet, & Comitem Palatij, Senescalcum, Buticularium, Comitem stabuli, Mansionarium, venatores principales 4. falconarium vnum.

CAPVT LXXV.

De Protoierachario.

Protoierachariis.

CODINVS πρωτοιερακάριος ἄρχει τῶν φερόντων ὀρνέα κυνηγῶν, *Princeps accipitrarius præest venatoribus ferentibus aues.* Phranzes libr. 1. cap. 12. Andronicum iuniorem ait aluisse aues, siue accipitres supra mille quadringentos, quos qui curarent propemodum totidem numerabantur. Plato in Protagora Aucupium vocat ὀρνεοτευτικὴν. Athenæus libr. 1. ὀρνεοθηρευτικὴν. Aristoteles lib. 10. Histor. Animal. scribit Thraces iam olim accipitribus vsos ad aucupium, qui cum prædæ aliquid cepissent ad aucupum pedes deiiciebant, vt partem inde aliquam ferrent. οἱ μὲν ἱερακες ὅταν λάβωσί τινα τῶν ὀρνιθων κεταβάλλουσι τοῖς θηρενταῖς. Oppianus lib. 1. Cyneget.

ναὶ μὲν ἰξευτῆρι πόνος γλυκὺς. ἦ γὰρ ἐπ' ἄγραν
ὠκὺς ἐπὶ δρυμὰ συνέμπορος ἕσπετο κίρκος.

Aucupi labor dulcis est. Eum enim celer falco in querceta Comes venationis sequitur. Martial. lib. 14. de falcone,

Prædo fuit volucrum, famulus nunc Principis, idem
Decipit, & captas non sibi meret aues.

Sidonius

A Sidonius Panegyr. 3.

Quid volucrum ſtudium dat quas natura rapaces
In vulgus prope cognatum, quis doctior iſto
Inſtituit varias per nubila iungere lites?
Alite vincit aues, celerique per aëra plauſu,
Hoc nulli melius pugnator militet vnguis.

Firmicus lib. 5. cap. 7. Aſtronom. Accipitres tamen, falcones, Aſtures, aquilas, & aues huiuſmodi, equoſque ad venandum. cap. 8. ibidem. Equorum nutritores, Accipitrum, falconum, cæterarumque auium, quæ ad aucupia pertinent, canum vertagorum, qui ſunt ad venationes accommodati. De vertago cane Martial. lib. 14. *Canes vertagi.*

B *Non ſibi, ſed domino venatur vertagus acer.*

CAPVT LXXVI.

De Spatharijs.

SPATHARIVS dicitur corporis cuſtos ὁ σωματοφύλαξ. Adelmus in Annalibus. Irene Imperatrix è Conſtantinopoli miſit legatum nomine Leonem Spatharium pacis confirmandæ gratia inter Francos & Græcos. *Spatharius qui dicatur.*

C Protoſpatharij dignitas magna fuit. Ecloga legum Leonis & Conſtantini, tit. 10. Διαπίζομεν τὰς ὠφελιμωτάτας ἡμῖν παντοίας καὶ δὴ τὰς μεγαλοπρεπεῖς πρωτοσπαθείας δι' ἐντολέως τὰς χρηματικὰς ἀγωνίζεσθαι δίκας. Conſtituimus *Illuſtriſſimos Patricios noſtros, & magnificos Protoſpatharios per procuratorem cauſas pecuniarias agere.* Gloſſæ Baſil. ἰλλέριοι πρωτοσπαθάριοι. Gerebant præfecturas. Phranſes lib. 1. cap. 35. Michael Imperator paulo poſt per Photium Protoſpatharium, & Præfectum certior factus quæ illic à Sarracenis agitarentur. Ioannes Curopalates in Michaele Rhancabe, τῷ πρωτοσπαθαρίῳ Φωτεινῷ τῷ ἀνατολικῶν στρατηγέντι, *Orientis exercitus Præfecto.* *Protoſpatharij dignitas.*

CAPVT LXXVII.

D

De Spatharocandidato.

SPATHAROCANDIDATVS Spatharius ſimul, & Candidatus erat. Conſtantinus in Chorogr. πεπιθεὶς καὶ διαφόρους καιροὺς καυδιδάτῳ, στράτωρ, σπαθαρίῳ, σπαθαροκανδιδάτῳ, *Honoratus diuerſis temporibus honoribus Candidati, Stratoris, Spatharij, Spatharocandidati.* *Spatharocandidatus.*

CAPVT LXXVIII.

De Principe Pagi.

E ΠΡΩΤΟΚΩΜΊΤΗΣ dicitur *Princeps Pagi.* Palladius de Monaſter. Ægypt. in Paphnutio, Ὡς πάλιν φωνή τις γέγονε πρὸς αὐτὸν θεία λέγουσα, ἔοικας τῷ τοῦ πλησίον κώμης πρωτοκομίτῃ. *Et rurſus vox fuit ad eum diuina dicens: Similis es Principi Pagi huius.* *Princeps Pagi.*

CAPVT LXXIX.

De Protocarabo.

PROTOCARABVS dictus primus nauis gubernator. κάραβος, & καράβιον nauigij genus. Baſilic. eclog. 53. ἐὰν ἤ τις κλέψῃ σκάφη πλοίου, ἢ τι τῶν ἐν τῷ πλοίῳ χρηματιζόντων, τετέσι, χοίνων τε, καὶ καναβίνων, ἢ δερμάτων, ἢ διφθερῶν, ἢ καράβων, ἢ λοιπῶν, διπλᾶ ἀναδιδότω ὁ τὰ σύλα ποιήσας. *Si quis furetur vaſa nauigij, aut aliquid rerum quæ ſunt in nauigio, id eſt, funium è ſparto, aut cannabe,* *Protocarabus nauis rector.*

nabe, aut instrumentorum, aut pellium, aut caraborum, aut reliquorum, duplum dare damnas esto. A
Constantinus in Chorographia, ἐπεκράτησε τὴν προτοκάραβον τοῦ βασιλικοῦ δρομωνίου ἐξουσιάζειν πάντας τοὺς ἐλάτας τῶν τε δρομωνίων βασιλικῶν, καὶ αὐγουστιατικῶν ἀγραρίων, καὶ εἶναι θα τῆς Φιάλης. *Obtinuit vt Protocarabus regiæ cursoriæ imperet omnibus remigibus dromonum regiorum, & agrariorum Augustalium, & sit θα Thalassius Phialæ.* Zonaras in Constantino Duca, προῳκονόμητο δ' αὐτοῖς μὴ εἶναι βασιλικὴν τριήρη ἐκεῖ, καὶ τοὺς ἐκείνης οἰακοστρόφους, οὓς προτοκαράβους ἡ δημώδης λέγει φωνή. *Prouisum erat ipsis, vt regia triremis eo loco non esset, nec illius naucleri qui Protocarabi vulgo dicuntur.* Erat & προτεγγάτης, δευτερογγάτης, τοῦ δρομωνίου Constantinus προτελάτης θεόδοτος ἐτιμήθη κανδιδάτος, στράτωρ, σπαθαρίος σπαθαροκανδιδάτος. Olim Protocarabus Principis fiebat θα. Dubito an προτοθαλάσσιος, an θαλάσσιος.

B

CAPVT LXXX.

De Protomæstore.

Protomæstor artifex mechanicus.

MÆSTOR Suidæ est διδάσκαλος. Clycas lib. 4. Protomæstoris filio ad instrumentorum quibus opifices vtebantur custodiam relicto. Codinus in originib. ἦν δὲ μαίστωρ εἷς μηχανικὸς, καὶ πολλῆς γνώσεως γεμων, εἰς τὸ ἀνεγεῖραι ναοὺς ἐπιτήδειος. *Erat magister quidam mechanicus, peritus admodum, & excitandis templis maximè idoneus.*

C

CAPVT LXXXI.

De Sacellario.

Sacellarius, sacculi Præfectus appellatur.

ΣΑΚΕΛΗ, & σακέλιον, σακκέλλη, σακκέλλιον, *Sacculus.* Hesychius σακέλλα, ὅπου τὸ χρυσίον τίθεται σακκελλάριος, sacculi Præfectus. P. Diaconus lib. 21. Iustinianus Pogonati filius Persam Sacellarium suum constituit, & Spadonem primum Dominum, & arbitrum. Zonaras tom. 3. p. 76. Sacellarium Imperatoris honestissimo loco fuisse ait. ἐπὶ τοῦ παρ' αὐτὸν πλεῖστα δυνάμενος, καὶ σακελλάριος προβλήθη, καὶ βαρὺς ἐν εἰσπράξεσι, καὶ κολάσεσι. *Is cum plurimum apud Imperat. posset, etiam Sacellarius factus est, & durus in exactionibus, & supplicijs.* P. Diaconus lib. 18. Heraclius Sacellarium facit D
στρατηγόν. Cedrinus in Iustino σακελλάριος ὤν, καὶ προτεύνουχος. Idem ait σακελλάριον ab Heraclio factum στρατηλάτην. Idem in Phoca, Sacellarium τῆς μεγάλης ἐκκλησίας commemorat. Theodor. Hermopolit. οἱ θεοφιλέστατοι ἄρχοντες, ὅτε ἐπὶ τῆς σακέλλης. Suidas, σακέλλιον, βαλάντιον, μαρσίπιον ἐξ οὗ καὶ σακκελλάριος. Balsamon de Chartophyl. & Protecdico. παρὰ τοῖς ῥωμαίοις σάκελλον παρὰ τὸ διοικεῖν, καὶ φυλάττειν ἐστὶ, καὶ ἡ τοὺς κανουργοὺς δὲ φυλαττοῦσα πατριαρχικὴ σακέλλη ἐντεῦθεν, καὶ οὐκ ἀλλαχόθεν μετωνόμασται. In ecclesia duo Sacellarij fuere, ὁ ἐπὶ τῆς μεγάλης σακέλλης, *maior Sacellarius*, ὁ ἐπὶ τῆς μικρᾶς σακέλλης, *Sacellarius minor.* Magnus Sacellarius curam habebat monasteriorum omnium tam virilium, quam muliebrium, & curabat eleemosynas quæ monasteriis dabantur, testamenta, legata donationes, vt Balsamon de Chartophylace. Minor eleemosynas obseruabat, quæ in priuatorum pauperum vsum dabantur, vt Codinus. E

Sacellarij duo, eorũq; officium.

CAPVT LXXXII.

De Ameralio.

Ameralius Protocomitẽ & Drũgarios præcedit.

CODINVS Ameralium in imperio Constantinopolitano supra Protocomitem, & Drungarios fuissẽ ait. Eundem magno Duci, & magno classis Drungario inferiorem facit. Magnus Dux ἔχει ὑπ' αὐτὸν τόν τε μέγαν δρουγγάριον τῆς στόλου, τὴν ἀμηράλιον, καὶ τὴν προτοκόμητα. *Habet sub sua dispositione magnum Drungarium classis, Ameralium, & Protocomitem.* Codinus, ἀμηράλιος ὑπὸ τὴν μέγαν δοῦκαν εὑρίσκεται, ἡγεῖται δὲ τοῦ στόλου παντός.

CAPVT

A

CAPVT LXXXIII.

De Amiræis.

MAHOMETES in regno Sarracenorum quatuor Prætores statuit, qui Amiræi vocantur, ait Sigebert. in Chronico. Ipse vero Mahometes Amiras dicebatur, vel Protosymbolus, seu Princeps Senatus. Constantinus in Chorograph. ὀμωμόκεσαν οἱ ἀμμιραῖοι πάντες, *omnes Amiræi iurarunt.* Sigebertus stolus Amiralij Babyloniæ per mensem vnum obsedit Accaron. Achmes introduct. in Astrolog. ἀφροσύνην ἀμηράδων, *stultitiam Amiræorum.* *Amiræi qui dicantur.*

B

CAPVT LXXXIV.

De Tribuno Excubitorum.

ΕΞΑΡΧΩΝ τοῦ βασιλικοῦ τάγματος τῶν καλουμένου ἐξκουβίτων. Constantinus in Chorographia. *Eum qui præesset cohorti excubitorum* vocat Exarchonta, seu Comitem. *Tribunus Excubitorũ Exarchon appellatus.*

C

CAPVT LXXXV.

De Ilarche.

MAVRICIVS Ilarchen esse ait eum *qui primus sit centurionum, inferior Comite & Tribuno*, qualis olim fuit Centurio primipili. ἰλάρχης ὁ πρῶτος μὲν τῶν ἑκατονταρχῶν, δευτερεύων δὲ τῷ κόμητι, ἤτοι τριβούνῳ. *Ilarches cẽturionũ primus.*

CAPVT LXXXVI.

De Comite Buccinatorum.

D

CONSTANTINOPOLI Comitiua Buccinatorum dignitas fuit, auctor Anonymus, ὁ δὲ πρόξιμος, καὶ ὁ κόμης τῶν βουκίνων σὺν τοῖς μαγλαβίταις στηκέτωσαν. *Proximus, & Comes Buccinatorum cum Maglabitis stent.* μαγλάβια λῶροι, ἢ καὶ βακτηρίαι αἳ βαρδαριώταις πέρσαις κρέμανται ἐκ ζώνης ἑκάστου, ἢ ῥαβδοὶ μαστύζειν ἀξίους μαστύζεσθαι. *Maglabia sunt lora, aut baculi, qui suspensi sunt è baltheo Bardariotarum Persarum, aut baculi quibus delinquentes cædant.* *Buccinatorum Comes.*

CAPVT LXXXVII.

De Defensoribus.

E

MAVRICIVS lib. 1. Strateg. cap. 3. *Defensores* esse ait *qui ordinatim ambulant, vt defendant Procursores, si fortè fugati fuerint*, δηφένσωρες οἱ συντεταγμένοι περιπατοῦντες πρὸς ἐκ δίκησιν τῶν κούρσων, εἴπερ αὐτοὺς τραπῆναι συμβαίνει. *Denfensores defendunt Procursores.*

CAPVT LXXXVIII.

De Cursoribus.

CVRSORES dicti qui ante aciem excurrebant. Leo Constit. 12. διατάξεις εἰς κούρσωρας, ἤγουν προκλάστας τῆς ἔμπροσθεν τῆς παρατάξεως πρὸ τῶν ἄλλων κατὰ τῶν ἐχθρῶν προτρέχοντας. Dicuntur & Proclastæ. *Cursores ante exercitum excurrunt.*

CAPVT LXXXIX.

A

De Secundis.

Secundi qui dicti.

SECVNDI dicti secundi ordinis præpositi qui erant sub Decano quod caput contubernij Vegetius vocat. Leo Imp. οἱ ὑπὸ τὸν δέκαρχον τεταγμένοι ἐπιστάται. οἱ δεύτεροι τῆς ἀκίας οἱ λεγόμενοι ἐπιστάται.

CAPVT XC.

De Spathio.

B

Spathius & Spathatus.

SPATHIVS & Spathatus Ducis armiger. Leo Constit. 3. εἰ δὲ τοῦρμα γυμνάζεται μηδένα ἔμπροσθεν περιπατεῖν εἰ μὴ τουρμάρχην καβαλλάριον, μετὰ μανδατώρων δύο, στράτωρος ἑνὸς, καὶ σπαθίου ἑνὸς, ἤτοι τὰ ὅπλα τοῦ ἄρχοντος φέροντος, *si turma exercetur, neminem ante ambulare nisi Turmarchem in equo cum mandatoribus duobus, Strator vno, & vno Spathio.*

CAPVT XCI.

De Logotheta generali.

C

Logotheta generalis.

POST Mensæ Præpositum Codinus Logothetam Genicum, aut τοῦ γενικοῦ substituit, de quo abundè à me dictum titulo de Logistis, & Logothetis. Ostendi fuisse Logothetam τῶν γενικοῦ, τῶν οἰκειακῶν, τοῦ δρόμου, τοῦ στρατιωτικοῦ, τῶν ἀγελῶν, τῶν σεκρέτων. Gregoras lib. 6. lib. 8. Logothetæ genici inferior fuit magno Logotheta. Filiam Logothetæ genici Cæsarissam fuisse ait.

CAPVT XCII.

De Magno Papia.

D

Papia magnus.

GREGORAS lib. 8. Theodorum Synadenum μεγάλου παπίου σεμνυνόμενον ἐπικλήσει, Magnum Papiam fuisse ait. Zonaras in Leone Armenio, Comnenus Nouel. 2. Manasses in Chronico,

πρὸς τὴν τῶν οἴκων φύλακα τῶν ἐν τοῖς ἀνακτόροις,
παπίαν λέγομεν αὐτὸν.

Ad Regiæ domus custodem, quem Papiam dicimus.

Hospitium eius.

Is habitabat in Palatio. Curopal. in Rhancabe. σοφώτερα τοίνην, ἢ βασιλικώτερα βουλευσάμενος, τὴν ἐπὶ τὴν παπίαν φέρουσαν πυλίδα διαῤῥήξας κατεσκόπει τὰ ἔνδον. *Consulta magis, quàm regia consilia cum cepisset, ostiolo disrupto quod ferebat ad magnum Papiam explorabat, quæ intus erant.* Papias propriè patrem significat.

E

CAPVT XCIII.

De Eparcho, seu Præfecto vrbi.

Eparchus proximus à Papia.

POST magnum Papiam, Codinus ἔπαρχον constituit, quem alij ὕπαρχον. ἀρχῆθεν ἐφορεῖ κίτρινα. Andronicus Palæologus primus ademit, & dedit Ioanni Palæologo. ὑπηρεσία eius ἀνεπίγνωστος. Nicetas in Alexio Manuelis, τὴν τῆς πόλεως ἔπαρχον commemorat. item οἴκημα τοῦ ἐπάρχου τῆς πόλεως, καὶ τὸν τῶν οἰκειακῶν διέποντος σέκρετον, τῷ δικαιοδίκῳ τε θρόνῳ ἐμπρέποντος, Theodori Pantechm. Ibi erant δημόσιοι τόμοι, οἳ τὰ δίκαια τῆς πολιτείας παρὰ τῶν πρώην βασιλέων ἔχουσιν ὑπογεγραμμένοι. Idem lib. 1. Alexij Comneni Philocales Eumathius ἔπαρχος πόλεως μετὰ τῶν ἐπαρχικῶν παρασήμων, *legatus missus ad Alemannos, cum insignibus præfecturæ vrbanæ*, Philocales Præfectus vrbi.

CAPVT

A

CAPVT XCIV.

De Drungario Magno.

DRVNGARIVS magnus βασιλικῆς βίγλης fuit in exercitu. Codinus, πρὸ τῆς πεζεῦσαι τὸ φοσσάτον ἀπερχόμενος ὁ τῆς βίγλης μέγας δρουγγάριος καθίστησι τὸ λεγόμενον ἡμεροβίγλιον, ὡς παρὰ τῆς μεγάλου δομεστίκου προσετάχθη. *Antequàm castra posita sint, magnus vigiliæ Drungarius diurnas excubias locat, ex præscripto magni Domestici.* βίγλας *excubitores* vocant. Constantin. in Chorograph. ἐκρατήθη παρὰ τῶν βιγλῶν τοῦ σολδάνου. *captus est ab excubitoribus aut exploratoribus Sultani.* Zonaras fuit Drungarius vigi- *Drũgarius magnus.*

B liæ. Diaconus lib. 23. ordinum Princeps, seu Drungarius principalis vigiliæ. Phranzes lib. 2. cap. 17. Drungarium biglæ, Præfectum excubitorum.

Alius fuit μέγας δρουγγάριος τοῦ στόλου. Codinus ὁ μέγας δοὺξ ἔχει ὑπ' αὐτὸν τόντε μέγαν δρουγγάριον τοῦ στόλου, τὸν ἀμηράλιον τὸν προτοκόμητα, τοὺς δρουγγαρίους, καὶ τοὺς κόμητας. *Magnus Dux habet sub se magnum Drungarium classis, Amiralium, Protocomitem, Drungarios & Comites.* Leo in Naumachicis, κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ βασιλικοῦ πλώϊ μου, καὶ οἱ τῶν ἄλλων θεμάτων πλώϊ μοι στρατηγοὶ δρουγγάριοι ἐκαλοῦντο ποτὲ τοῖς ἀνωχρόνοις, καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς κόμητες μόνον, καὶ κένταρχοι, ἀλλὰ νῦν εἰς στρατηγίδα ἡ ἑκάστου τῶν δρουγγαρίων ἀρχὴ ἀναβέβηκε, καὶ οὕτω καλουμένη τῶν στρατηγικαῖς καταμερίζεται τάξεσι. *Ad similitudinem regiæ classis, & reliquorum thematum nauales duces olim Drungarij dicebantur, & comites, ac centuriones qui sub ipsis erant. Sed nunc vnaquæque præfectura Drunga-*

C *riorum in prætoriam, & terrestrem transiit, & sic vocata terrestribus ac prætorijs annumeratur ordinibus.* Theodor. Hermopol. Drungarij δικαστήριον ponit. Vide quæ supra de Drungis diximus. Codinus, δρουγγάριος ὁ πρῶτος θαλάσσιος, *primus maris Præfectus.* Phranzes l. 2. cap. 17. Drungarius siue Præfectus triremium erat Notaras, qui postea magnus Dux creatus est.

CAPVT XCV.

De Magno Etæriarcha.

D NICETAS in Alexio Manuelis Constantinus Tripsychus, ὃς τὴν τῆς ἑταιρειαρχείας ζώνην εἶχεν. Codinus magnus Etæriarcha δέχεται τοὺς προσερχομένους πανταχόθεν φυγάδας ὡς τοὺς ἑταίρους, ἤτοι τοὺς φίλους, *fugitiuos vndique aduentantes recipit, vt socios & amicos.* Cedrenus in Basilio, ἐπὶ τοῦτο ἐτύγχανεν ὁ πετεινὸς τὴν προσηγορίαν, ἐν τῷ τάγματι τῆς ἑταιρείας κατειλεγμένος. *Iste Petenus cognomento, & præceps allectus erat in cohortem etairiæ.* Item τὸν τῆς ἑταιρείας ἄρχοντα μετὰ τινῶν στρατιωτῶν. *Ducem sociorum cum quibusdam militibus.* *Magnus Etæriarcha.*

Duo fuere Eteriarchæ. Cedrenus προεβλήθησαν σιμεὼν ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ θεόδωρος ὁ γυναικάδελφος αὐτοῦ ὁ ζουφινέζαρ ἑτερειάρχαι. *Simeon eius filius, & Theodorus Zufinezar frater vxoris eius præpositi sunt etærijs.* *Eterearchæ quot fuerint.*

Cohortes sociorum plures fuere, quarum vna dicta est magna, de qua Ioannes Curopalates in Michaele Calaphate, Constantinus, ὁ τῆς μεγάλης ἑταιρείας ἄρχων, *magnæ etæriæ Præ-* *Sociorũ cohortes multæ.*

E *fectus.* Codinus alium ponit Eteriarchen, alium magnum eteriarchen. ὁ ἑταιρειάρχης ὑπηρετεῖ εἰς τὴν παράστασιν. συνυπηρετεῖ δὲ καὶ τῷ μεγάλῳ ἑταιρειάρχῃ, ὑπὲρ τῶν προσφύγων. *Etæriarches ministrat in comitatu Principis, & adstat simul, & ministrat magno Etæriarchæ pro fugitiuis.* Constantinus in Chorographia meminit magni æteriarchæ. Guilielmus Tyrius lib. 21. cap. 16. Ioannes vir magnificus magnus Etæriarcha. Nicetas pag. 1. ἑταιρειάρχης ὁ μέγας.

CAPVT XCVI.

De Præposito seu Procubitore cubiculi.

PROCVBITOR *cubiculi imperat Cubicularijs, subest accubitori cubiculi.* Codinus, προκαθήμενος κοιτῶνος ἄρχει τῶν κοιτωναρίων, ἔστιν ὑπὸ τὸν τοῦ κοιτῶνος παρακοιμώμενον. *Præpositus seu Procubitor cubiculi.*

CAPVT XCVII.

De Præfecto vestiarij.

Vestiarij Præfectus.

PRÆPOSITVS vestiarij ὁ προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου, alius fuit ab eo qui dictus Avestiarius. Vet. inscript. A veste, A veste regia, A veste priuata. Vestiarium ταμεῖον βασιλικὸν, ἢ θησαύρισμα, ἱματοφυλάκιον, ἀλλαξιμάριον, βεστιάριον τῆς βασιλείας, *Thesaurus regius.* Moschopulus vestiarium ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσετ', *in quo regia vestis seruatur.* Codinus ὁ προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου ὑπὸ τὸν προτοβεστιαρί τὴν εὑρίσκετ'. ὑπηρετεῖ δὲ καὶ εἰς τὰς προφερομένας καὶ ἐξερχομένας εἰσόδους τε καὶ ἐξόδους. *Præpositus vestiario Protouestiaritæ subditus est. Ministrat autem ad exitus & aditus regij cubiculi.*

CAPVT XCVIII.

De Domesticis Thematum.

Thema quid sit.

THEMA propriè Legio alicui prouinciæ imposita. Vet. glos. Legio τάξις, θέμα. Postea ipsæ prouinciæ. Domesticus alius fuit θεμάτων ἀνατολικῶν prouinciarum orientis, alius occidentis δυτικῶν. Constantinus Porphyrogen. scripsit de Thematibus.

CAPVT XCIX.

De Præposito magni Palatij.

Magni Palatij Præpositus.

QVATVOR fuere Præpositi προκαθήμενοι, Præpositus cubiculi, vestiarij, magni Palatij, & προκαθήμενος βλαχερνῶν. Vrbs Constantinop. habuit Palatia quinque. Magni palatij meminit Nicetas lib. 1. Isaacius frater Ioannis è digito patris moribundi *annulum sigillatorium* σφραγιστῆρα δακτύλιον detractum dedit Ioanni, *qui armatus in equo ad magnum Palatium cucurrit, & ad monasterium Manganum Imperator renuntiatus est,* ἐπὶ κέλητος μεθ' ὅπλων πρὸς τὸ μέγιστον ἀρχεῖον ἐξώρμησε, κατ' αὐτὴν τῶν μαγγάνων μονὴν βασιλεὺς αὐτοκράτωρ ἀνευφημούμενος. Ioannes propter magnum Palatium cum esset κατὰ τὸ μέγα ἀρχεῖον γενόμενος. lib. 2. alterius Palatij meminit *vbi pecuniarum acerui erant, & vestes imperatoriæ,* ἀνάκτορα ἔνθα τῶν χρημάτων αἱ σωρείαι, καὶ τὰ τῶν κρατούντων γνωρίστικα προβλήματα. In Alexio Manuelis, ἀφικνοῦντ' πρὸς τὸ μέγα παλάτιον καθ' ὃ τότε οἱ κρατοῦντες διέτριβον, *venerunt ad magnum Palatium vbi tunc agebant Imperatores.* pag. 275. ἱεράξ κατέπτη πρὸς τὸ μέγα βασίλειον, καὶ ἄνω τῶν οἰκήματος καταπαύσας ἐν ᾧ τοὺς ὑπογυίως τοῦ ἄρχειν ἐπλημμένους εἴθισται πρὸς τοῦ δήμου παντὸς ἀνευφημεῖσθαι στεφανηφόρους, *Accipiter volauit ad magnum Palatium & supra domum residens in qua imperij candidato, ab omni populo Imperatores renuntiari moris est.* Ibidem vocat sacrum Palatium ἱερὸν ἀρχεῖον. De Palatio in Blachernis ibid. p. 295. Palatium in Blachernis, & cum esset ad excelsam domum quæ intus est quæ Polytimiti dicitur, in sellam eum immiserunt auro textam in qua Imperator sedet.

Manganæ & Philopatium.

Item, proximè Palatia Manganæ quæ secundum Philopatium quod intus est exstructa erant, deinde Andronicus demolitus est. Philopatium locus fuit vbi fortè ambulatio amœna. Anna lib. 3. Alexiad. vxorem suam in inferiori dereliquit Palatio quod à situ ita dictum est. Ipse ascendit superius Palatium qui dicitur Bucoleon, vbi lapideus leo bouem capit, arrepto eius cornu. Extra vrbem fuit Imperator ad orientale latus Porthmi Propontidis circa Palatia Meludij cognomento. Porta Regiæ dicta Charea. Codinus in Constantinopoli, Constantinus exstruxit Palatia superiora vsque ad Geranium, & de nomine trium filiorum suorum condidit Constantinianas & Consta Palatia duo. Procopius 1. Persico Palatia, Placillianas, & Helenæ Palatia commemorat. Simocatta lib. 1. Describit aulam vbi Mauricius renuntiatus Imperator. Ductus, inquit, in aulam Palatij subdialem quæ adiuncta est regiæ domui pluribus cubiculis insignitæ, quæ est ante aulam illustris, fronte insigni.

A insigni. In templo Blachernarum vestem ac zonam Dei genetricis θεότοκου dedicatas fuisse prodit Nicephorus lib. 15. c. 14. Erat & ibidem Triclinium Anastasij, vt docet Suidas in voce ἀναστάσιος. Ibidem magnus Logotheta iusiurandum accipiebat noui Imperatoris, vt suprà ostendimus ex Niceta in Manuele Comneno lib. 3.

CAPVT C.

De Præfecto Blachernarum.

B ΠΡΟΚΑΘΉΜΕΝΟΣ τῶν βλαχερνῶν παλατίων. Extra vrbem *versus mare, vbi templum Blachernarum.* Constantinopoli. In prima regione fuit domus Placidiæ Augustæ, domus nobilissimæ Marinæ. In tertia domus Pulcheriæ Augustæ. In regione nona domus nobilissimæ Arcadiæ. In decima domus Augustæ Placidiæ, domus Augustæ Eudociæ, domus nobilissimæ Arcadiæ. In vndecima palatium Faculianum, domus Augustæ pulcheriæ, Bos æreus. vide descriptionem vrbis Constantinop. Cedrenus, τὸν ἐν βλαχέρναις ναὸν, *templum quod erat in Blachernis.* Diaconus in Heraclio narrat filium eius Constantinum in Blachernis à Sergio Patriarcha baptizatum. Hoc templum apud Zonaram exstruxit Pulcheria. *Blachernarum Præfectus.*

CAPVT CI.

De Alogatore.

C CODINVS ἐν τῇ αὐλῇ τῶν παλατίου στρατιῶται ὀνομαζόμενοι οὕτω παραμοναὶ ἔχοντες ἄλογα ἐφ' ὧν καὶ ἀλογάτωρ, *stratiotæ milites stationarij cum equis quibus præerat alogator.* προσταλογάτωρ Præfectus generalis equitibus, quo tamen maior ὁ ἄρχων τῶν ἀλογίου. ἄλογον dicitur *equus.* Nicetas ἄλογα αὐτῶν ἁρματωμένα μετὰ κεφαλαρέων, καὶ σαγισμάτων λωρικαινῶν *equi eorum armati cum tegumentis capitum, & sagis loricatis.* μεγαλοαλογίτα, *qui magnis equis vtuntur.* gloss. ἄλογα ζῶα νωτοφόρα ἀχθοφόρα. Nicetas ἄλογον ὑποσελλιακὸν πολεμιστήριος ἵππος. *Alogator.*

CAPVT CII.

De Auestiario.

D ΑΒΕΣΤΙΑΡΊΟΥ Codino, ἀβεστιάριος dicitur Constantino in Chorog. παρὴν ἐν τῇ πόλει καὶ ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν, καὶ ὁ παρακοιμώμενος, καὶ ὁ ἀβεστιάριος. Anonym. M.S. ὁ τῶν βασιλικοῦ ἀβεστιαρίου ἄρχων. ὁ ἐπὶ τοῦ βεστιαρίου. *Imperatore nauale bellum gerente præest triremi quæ fert vestiarium.* *Auestiarius.*

Codinus alium facit προκαθήμενον τοῦ βεστιαρίου, *qui curat acceptorum & expensorum rationes.* Codinus ὁ βεστιάριος ἔχει ὑπηρέτημα θαλάσσιον. τῶν γὰρ βασιλέως κατὰ θάλασσαν στρατεύοντος ἄρχοι εἰσὶ τῶν τὸ βεστιάριον φέροντος κατέργου, ἢ τριηρέως, ἀκολουθεῖτε κατόπιν τῶν βασιλικοῦ κατέργου. Anonymus περὶ κατας. ἀπλήκτου. ἐκ-
E τὸς δὲ τοῦ τοιούτου χωρίου κατὰ τὸ εὐώνυμον μέρος πηγνύσθω ἡ τοῦ ἀβεστιαρίου σκηνὴ κατὰ δὲ τὸ δεξιὸν τοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης. Extra hunc locum ad læuam figatur tabernaculum. Auestiarij ad dextram mensæ præpositi. Post Auestiarium sit tabernaculum phylacis seu custodis, & deinceps cubiculariorum, hebdomariorum & reliquorum qui Imperatori ministrant. Hesychius βιστιάριον τόπος ἐν ᾧ τὰ χρήματα τίθεντο καὶ τὰ ἱμάτια τοῦ κοινοῦ. Vestiarium τὸ ἐντὸς dicitur allaximarion ἱματοφυλάκιον. vestiarium τὸ ἔξω est ærarium.

CAPVT CIII.

De Stratopedarche Monocaballorum.

ZONARAS in Leone στρατοπεδάρχην, in Zenone στρατηλάτην vocat. Chrysostomus στρατοπέδων ἡγεμόνα. Leo in Tacticis στρατηγὸν, ὑποστρατηγὸν. στρατοπεδάρχαι quinque *Stratopedarches Monocaballorum.*

erant. Primus τῶν μονοκαβάλλων, Secundus τῶν τζαγγρατόρων, Tertius τῶν μουρτάτων, Quartus τῶν τζακόνων, Quintus ὁ μέγας de quo egimus. μονοκάβαλλοι in gloss. singulatores. ἱππαστὴς κέλης, μονοκάβαλλος. A

Agmina fossati in Monocaballos diuisa.

In imperio Constantinopol. erant agmina fossati certis locis distributa in Monocaballos, Dicaballos, Tricaballos, & Mega alogitas. Codinus ἦσαν ἐν τοῖς μετὰ θέματα τόποις φοσσάτου τάγματα, οἱ μὲν μεγαλοαλόγιτ ὀνομαζόμενοι, οἱ δὲ τρικάβαλλοι, καὶ ἕτεροι μονοκάβαλλοι.

CAPVT CIV.

De Stratopedarche Murtatorum.

B

Stratopedarches Murtatorũ.

Stationarij milites varij fuere in Oriẽtis imperio, & qui.

MVRTATI stationarij erant Imperatoris pedites iaculatores. Codinus καὶ μετὰ τούτους ἕτεροι πεζοὶ μὲν καὶ οὗτοι ὀνομαζόμενοι μουρτάτοι τόξα ἕκαστης φέροντες.

In imperio orientis stationariorum militum plura genera fuere Barangi, Bardariotæ, Cortinarij, Murtati, Spatharij, Stratiotæ, Tzacones. Barangi Angli σωματοφύλακες Bardariotæ cum baculis & virgis aulæ ianuam custodiebant. Cortinarij in Castris ante Imperatoris tentorium excubabant. Murtati & Spatharij noti sunt, vt & Stratiotæ.

CAPVT CV.

C

De Stratopedarche Tzaconum.

Tzacones.

Stratopedarches Tzaconum.

TZACONES erant hastati. Codinus φέροντες ἀπιλατίκια μετὰ σκιαδίων καὶ καπασίων, φοροῦντες καὶ ἄνω κλίβανα ἠεράνεα λέοντας περὶ τὸ στῆθος ἔχοντα ἱσταμένους λευκοὺς ὁρῶντας ἀντικρὺ κατὰ πρόσωπον, ὡσαύτως καὶ ὄπισθεν. *Ferentes cuculliones, & clibania cærulea quæ in tergo ac pectore habebant leones albos contra sese erectos.* Luithprandus in legat. Magistrum Tzaconitum vocat Stratopedarchen Tzaconum. Nicephorus Gregor. lib. 4. Sub Michaele Palæologo Comneno συνῆν δὲ τούτοις καὶ στρατὸς ἐν τοῖς ὅπλοις θαλάττιος λάκωνες ἄρτι προσελθόντες ἐκ πελοποννήσου τῷ βασιλεῖ, οὓς ἡ κοινὴ παραφθείρουσα γλῶσσα τζάκωνες μετωνόμασε. *Cum his erat naualis exercitus in armis Lacones nuper qui aduenerant ex Peloponeso ad Imperatorem, quos vulgo, voce corrupta, Tzacones vocant.* Codinus, στρατοπεδάρχης τῶν τζακώνων ἐπιμελεῖται τῶν εἰς τὰ κάστρα εὑρισκομένων φυλάξεων, οἵ τινες τζάκωνες ὀνομάζονται. *Magister Tzaconum curat custodias quæ sunt in castris, quasq; agitant Tzacones.* D

CAPVT CVI.

De Stratopedarche Tzangratorum.

Stratopedarches Tzangratorum.

TZÁΓΓΡΟΣ arcum significat. Nicetas lib. 4. ἑκηβόλοι μετὰ τζάγγρων. τζαγγράτορες *sagittarij.* Nicetas in Alexio τζαγγροτοξότας vocat lib. 2. in Manu. Comnen. φραξάμενοι τὰ τείχη τοξόταις, καὶ τζαγγρατόρσι *vallantes mœnia sagittarijs.* Phranzes lib. 2. cap. 14. Tzangratores genus sagittariorum. Apud Codinum lege τζαγγράτορας, non τζαγγάτορας. E

CAPVT CVII.

De Memoriali.

Memorialis.

CODINVS ὁ ἐπὶ τῶν ἀναμνήσεων ἀπογράφει τοὺς ἐν τῷ στρασείαις καὶ ἀλλαχοῦ ἀριστεύοντας τῷ ἀναμιμνήσκειν ὑπὲρ αὐτῶν τῷ βασιλεῖ ἵνα λαμβάνουσι τὰς προσηκούσας τιμάς. *Memorialis eos qui bene meriti sunt, & strenuè rem gesserunt in bello, vel alibi describit, vt in memoria reuocet Imperatori promerita eorum, illiq; honorem meritum consequantur.* Lege cap.

A cap. 36. lib. 3. de Imperatore Rom. Agathias lib. 4. ἐκ βασιλέως τὸ ῥουστικῷ ἔχων ἐπίταγμα, ἐφ' ᾧ ἕκα στάτε τὰ ποιούμενα εἰς τὸ ἀκριβὲς διαγγέλλειν, καὶ τῶν στρατιωτῶν τοὺς ἀριστεύοντας τοῖς βασιλείοις δώροις φιλοφρονεῖσθαι. *Habens ab Imperatore mandatum ad Rusticum, vt singula quæ facta essent, accurate nuntiaret, & milites qui rem præclarè gessissent regijs donis honestaret.*

CAPVT CVIII.

De Magno Diœceta.

B DIOECETÆ erant collectores vectigalium. Leo Nouella 61. τοὺς ἐπὶ συλλογὴν τῶν δημοσίων φόρων καθισταμένους, διοικητὰς αὐτοὺς ἡ συνήθης ὁμιλία καλεῖν οἶδε. *Collectarios qui ad publica vectigalia colligenda positi sunt.* Vulgo Diœcetæ dicuntur. Cantacuzenus lib. 3. cap. 14. Glabam magnum Diœcetam fuisse ait. Codinus ait eum οὐδεμίαν ὑπηρεσίαν ἔχειν. Cedrinus in Leone Copronymi filio. διοικηταὶ τῶν θεμάτων ἀπαιτεῖν εἰς τὸν κάνονα. item κἀντεῦθεν ἐπεκράτησε ἡ συνήθεια παρέχειν δικέρατα τοῖς διοικηταῖς. *Diœcetæ qui dicantur.*

CAPVT CIX.

De Nomophylace.

C POST magnum Diœcetem Codinus substituit τὸν νομοφύλακα. Columella lib. 12. cap. 3. Primoribus moratarum ciuitatum non satis visum est bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos creassent, quorum erat officium qui legibus parerent, eos laudibus & honoribus prosequi, eos qui non parerent, pœna mulctare assidua iurisdictione vim legum custodientes. νομοφύλακες ait Harpocration ἀρχήτις παρ' ἀθηναίοις οὕτω ἐκαλεῖτο διαφεροῦσα τῶν θεσμοθετῶν. οὗτοι τὰς ἀρχὰς ἐπηνάγκαζον τοῖς νόμοις χρῆσθαι. Constantinopoli quod eius munus fuerit, ignotum. *Nomophylax.*

CAPVT CX.

D

De Vestiaritis Etæriarchi.

CODINVS βεστιαρίτας τοῦ ἑτερειάρχου ponit, *qui vestiario magni Etæriarchæ* subessent. *Vestiaritæ Etæriarchæ.*

CAPVT CXI.

De Præfecto iumentis.

E ὁ ἄρχων τῶν ἀλογίων. Equis Præfecti erant. *Præfectus iumentis.*

CAPVT CXII.

De Satrapis.

SATRAPÆ vocabulum Persicum est vt Iustinus scribit lib. 13. histor. Sidonius carm. 9. *Satrapæ.*

Præfectos, Satrapásque perculisse.

Hesychius, Satrapæ ἀρχηγοὶ, στρατηλάται, περσικὴ λέξις. Philostratus in Dione Sophista quem Adrianus Satrapam ἀπέφηνεν οὐκ ἀφανῶν ἐθνῶν. Vide quæ supra in id argumentum diximus.

CAPVT CXIII.

A

De Magno Myrtaite.

Myrtaites magnus.

MAGNVS Myrtaites qui fuerit, ignorat Codinus. Eius insignia fuere καββάδιον, καὶ τὸ κόκκινον σκαράκιον. καββάδιον, *vestis est militaris.* Tzetzes Chil. 12.

ἔσθημα ἐνυάλιων στρατιωτῶν τὸ εἷμα
ὅπερ καβάδης λέγεται ἀπὸ καβάδου πέρσου.

Vestis Martia militaris à Cabade Persa. Prosta racino legendum videtur σκαραμάγγιον, aut σκαράμαγκον. In Lexico Cyrillus σκαράμαγκον τοῖς νῦν πολιτευομένοις παράσημον ciuibus insigne esse ait. Codinus, τοῦ μεγάλου μυρταΐτου ὑπηρέτημα ἀνεπίγνωστόν ἐστι. B

CAPVT CXIV.

De Sultano.

Sultanus.

QVIA Codinus & Constant. Porphyrogen. Sultanum sæpe commemorant, de eo nonnihil attingemus. Apud Cedrenum in Michaële Sultanus βασιλεὺς βασιλείοι indigetatur. Valens in Astronomic. ὁ δὲ σουλτανὸς τῶν περσῶν ἀπολεῖται. *Sultanus Persarum morietur.* Sultanum Persarum ponit Fridericus 11. lib. 1. de arte venandi cap. 23. Sultanum Babyloniæ Pontificale Romanum Marescallum Sultanum Curiæ interpretatur. Turcorum Rex hodie Sultanus dicitur. C

CAPVT CXV.

De Protopapa.

Protopapa qui dicatur.

PROTOPAPA Princeps erat ecclesiastici ordinis secundus à Patriarcha, ἔκδικος, καὶ πρῶτος τοῦ βήματος, καὶ φέρων τὰ δευτερεῖα τῶν ἀρχιερέως vt Codinus ait. Zonaras tom. 3. pag. 160. Protopapa Palatij missus est cum venerandis lignis vt milites iurarent. προτοπάπας τῶν βασιλείων στυλιανός. D

Protopapæ quot fuerint.

Alius erat Protopapa cleri Principis, alius Protopapa ecclesiæ vt Codinus docet. Phranses lib. 3. cap. 9. Hoc modo è manibus Imperatoris futurus Patriarcha pedum accipiebat sedente eo super regio solio. Magnus Protopapa Palatij benedictionem pronuntiabat. Cedrenus ἀποσταλεὶς ὁ προτοπάπας τοῦ παλατίου μετὰ τῶν τιμίων ξύλων παρεσκεύασε προσκυνήσαντας πάντας, *Protopapa Palatij missus cum honorandis lignis præparauit omnes vt adorarent.*

CAPVT CXVI.

E

De Præfecto aurei triclinij.

Præfectus aurei triclinij.

CONSTANTINVS in chorographia τὴν ἐπὶ τοῦ χρυσοτρικλίνου commemorat. Alexander, inquit, Imp. κύρης ἐπὶ προελεύσεως εἰσαγαγὼν τὴν ἐπὶ τοῦ χρυσοτρικλίνου υἱὸν τοῦ νικητᾶ τὴν σπαθαροκανδιδάτον ἀβέρκιον. *Dominus in profectione inducens Aberchium Spatharocandidatum filium Nicetæ Præfectum aureo triclinio.*

CAPVT CXVII.

De Principibus Peloponesi, Achaiæ, & alijs.

Principes Peloponesi, Achaiæ.

NICEPHORVS Gregoras lib. 3. *Principem quendam Peloponesi & Achaiæ* fuisse ait πρίγκιψ πελοποννήσου καὶ ἀχαΐας. Idem lib. 7. Scribit Constantinum magnum Regulo Pelopo

A Peloponesi titulum Principis hæreditarium dedisse. Phranses lib. 1. cap. 4. Mamphredum Siciliæ Regem, & Principem Peloponesi, & Achaiæ. Nicetas in Ioanne Comneno, Principem Antiochiæ ponit. Constantinus Porphyrogen. themate orient. 1. qui sub Imperio Rom. sunt, in prouincias describuntur, ἡγεμονίας, δουκάτα, κονσιλιαρίους, τουτέστι βουλευτὰς, ἦσαν δὲ καὶ τινὲς αὐτῶν πρίγκιπες, *Præfecturas, Ducata, consiliarios seu Senatores*, (forte consulares prouincias intelligit) *Erant autem & ex ijs quidam Principes.*

Apud recentiores Græcos Princeps accipi videtur pro Optione carceris. Martyrologium in passione Glyceriæ, εἶπεν ὁ ἡγεμὼν τῷ πρίγκιπι, δεξάμενος τὸν δακτύλιον τοῦτον ἀπελθὼν σφράγισον τὴν φυλακὴν ὅπου ἐστὶν ἡ μάγη ἐκείνη. *Dixit Dux Principi, accipe anulum hunc & obsigna carcerem, vbi est maga illa.* Et in passione Mocij, Thalassius Princeps Proconsulis θυμομαχήσας κατ' αὐτοῦ ἀπέθετο αὐτὸν ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς, *Cum aduersus eum excanduisset, in carcerem* B *eum compegit.* Putem Principem hunc non Optionem fuisse, sed Principem officij sine quo nemo in carcerem compingebatur, vt supra ostendimus. *Princeps pro Optione.*

CAPVT CXVIII.

De Cortinarijs.

CORTE dicitur tabernaculum Imperatoris. Cortinarij ὑπηρετοῦσι εἰς τὴν τοῦ βασιλέως σκηνὴν ἣ λέγεται κόρτη. *Ministrant tabernacalo Imperatoris quod dicitur Corte.* Comes Cortinariorum. *Corte & Cortinarij.*

C

CAPVT CXIX.

De θ α Phialæ.



QVÆ dignitas significetur istis literis ignotum, nisi si forte θαλάσσιος. Constantinus Porphyrog. in Chorograph. ἐξαρχῆς βασιλικὸν ὀφφίκιον τὸ θ α τῆς φιάλης. εἶχε δὲ ὑπ' αὐτὸν πάντας τοὺς ἐλάτας τοῦ βασιλικῶν ἀγραρίων, ῥουσίων τε, καὶ μαύρων. ὁ θ α τῆς φιάλης καθ' ἕκαστον ἡμέραν, καὶ καθ' ἑκάστην δήλην ἀπὸ παλαιοῦ τύπου κατήρχετο, καὶ ἐκαθέζετο ἐν τῇ φιάλῃ, καὶ τὰς ἀναμεταξὺ δίκας τοῦ ἐλατῶν ἔκρινεν, καὶ ἀδικοῦντας διὰ μαγγλαβίων σφοδρῶν ὑπεξήρχετο, εἰσερχομένου τοῦ βασιλέως ἐν τῇ φιάλῃ ἐν τῷ δρομωνίῳ D καὶ ἀπιόντος, εἴτε ἐν τῷ προκένσῳ εἴτε ἄλλαχοῦ ἵστατο ὁ μιχαὴλ θ α τῆς φιάλης μέσον τοῦ δρομωνίου προθυμοποιῶν τοὺς τοῦ δρομωνίου ἐλάτας γενναίως ἐλαύνειν. *θ α Phialæ.*

CAPVT CXX.

De Exusiocratore.

CONSTANTINVS in Chorogr. ἐξουσιοκράτωρα τῆς ἀλανείας commemorat. *Exusiocrator.*

E

IVLII

IVLII CÆSARIS

BVLENGERI IVLIODVNENSIS, DE TRIBVTIS AC VECTIGALIBVS POPVLI ROMANI

LIBER NONVS:

In quo vectigalium regni Galliæ, & eorum qui vectigalibus præsunt, origo illustratur.

CAPVT I.

De Tributorum origine, & necessitate.

Vectigaliũ origo & necessitas.

VECTIGALIA, & tributa pene cum regibus nata sunt. Nam & in A Iudæis, Assyriis, Medis, Ægyptiis, vbi primum reges exorti, protinus & vectigalia exorta, vt in sacris literis videre est, Genes. cap. 47. vbi Regibus Ægypti pars quinta fructuum tributi nomine præstita narratur, quoniam neque quies sine armis, neque vtrunque sine tributis haberi possunt, vt Liuius lib. 1. Decimarum ius fuit Regibus lib. 3. Regum cap. 5. in Iudæa, Babylone, & Sicilia, vt Cic. in Ver. & Aristot. in Oeconom.

Tributa regum originem præcessêre.

Imò & ante reges, si quæ Reip. forma vllo tempore fuit, sine vectigalibus esse non potuit, quibus belli pacisque munera sustinerentur. Aristot. lib. 1. Polit. c. 11. πολλαῖς γὰρ πόλεσι δεῖ χρημάτων, καὶ τούτων πόρων ὥσπερ οἰκίᾳ, μᾶλλον δέ. *Nam multæ ciuitates pecunijs indigent, & huiusmodi quæstibus, quemadmodum domus, sed & magis.* Et lib. 8. c. 8. διὸ κτήσεως μὲν δεῖ τοῖς πόλεσι, *opus est possessione vrbibus.* πρῶτον μὲν οὖν ἀναγκαῖον δεῖ τροφὴν, ἔπειτα τέχνας, τρίτον δὲ ὅπλα, ἔτι χρημάτων τινὰ δύναμιν ὅπως ἔχωσι, καὶ πρὸς τὰς καθ' αὑτὰς χρείας, καὶ πρὸς πολεμικάς. *Ciuitati primum oportet esse alimenta, postea artes, tertium arma, præterea pecuniarum habendarum facultatem, ad vsus proprios, & ad bellum.* B

Ad quid instituta vectigalia.

Vectigalia autem vel ad domesticos regiæ domus sumptus, vel ad exercitus, vel ad populum alendum, vel ad magistratus, & onera publica relata sunt. Nouel. 39. Nulla alia de causa sunt vectigalia, πλὴν τῆς δημοσίᾳ τῶν τε βασιλικῶν οἴκων ἡμῖν, καὶ διοικήσεως ἀναγκαίας. *Quam ob publicum, ob regem & reginam.* Babylon regi Persarum in singulos dies singulas argenti artabas admetiebatur, narrante Herodoto lib. 1. Indi quartam fructuum partem regibus quotannis pendebant, vt Diodor. Sicul. lib. 1. c. 10. Cappadoces Persis quotannis super argentum, mille & quingentos equos, mulorum duo millia, ouium quinquaginta C millia præstabant, auctore Strabone lib. 11. Aspendij Dario quinquaginta talenta, & equos teste Arriano lib. 1. de reb. Alexand. Medi duplo amplius quam Cappadoces Persis pensitabant, vt Strabo ibidem. Dario Iones, Magnetes, Æoles, Cares, Lycij, Melienses, Pamphylij quadringenta argenti talenta, vt Herod. lib. 3. Mysi, Lædi, Alysonij, Cabalij,

Hygen

A Hygennenſes quingena talenta. Phryges, Thraces qui Aſiam incolebant, Paphlagones, Mariandeni, & Syrij trecena & ſexagena talenta, vt Herodot. ibidem. Erant Alexandro magno in annuo vectigali, & tributo triginta millia talentorum, auctore Iuſtino. Herodot. lib. 1. Circa Babylonem canum Indicorum tanta vis alebatur, vt ad præbenda eis cibaria quatuor in eodem agro magni vici attributi eſſent, aliorum tributorum immunes. Seſoſtris Ægypti Rex Æthiopes qui ad meridiem ſpectant aggreſſus, victos acie tributum pendere coëgit Ebenum, Aurum, & Elephantorum dentes. Herod. lib. 3. Diodor. Sicul. lib. 2. c. 1. Plin. lib. 12. cap. 4. his verbis. Herodotus Ebenum Æthiopiæ intelligi maluit, in tributi vicem regibus Perſidis, è materie eius centenas phalangas tertio quoque anno penſitaſſe Æthiopas, cum auro & ebore prodendo. Herodotus tamen ducenas phalangas poſuit. Colchi centenos pueros pendebant, & totidem virgines reliquorum immunes, vt
B idem lib. 3. Leptis in Africa ſub Romanorum imperio libera fuit, auctore Plin. lib. 5. c. 4. Carthaginenſibus autem ſingula talenta in ſingulos dies pendebat. A Iulio Cæſare tricies centenis millibus pondo olei in annos ſingulos mulctata eſt. Hirtius de bello Africo. Macedones ex effoſſo ære ſingula talenta in dies Alexandro penſitarunt. Circa Philippos enim metalla erant, quorum ramenta creſcunt diſſecta, aurúmque manifeſtum producunt, vt Ariſtot. lib. Θαυμασίων ἀκουσμάτων. Herodotus verò de Perſici regni vectigalibus agens ſubiungit, ἀπὸ δὲ κιλίκων, ἵππους τε λευκοὺς ἑξήκοντα, καὶ τριηκοσίους, ἑκάστης ἡμέρας εἷς γινόμενος, τάλαντα ἀργυρίου πεντακόσια. Τούτων δὲ τεσσεράκοντα μὲν καὶ ἑκατὸν ἐς τοὺς φρουρέοντας ἵππον τὴν κιλικίην χώρεαν ἀναισιμοῦτο, τὰ δὲ τριηκόσια καὶ ἑξήκοντα δαρείῳ ἐφοίτα. νομὸς τέταρτος οὗτος. *A Cilicibus*, inquit, *equi albi ſexaginta & trecenti, vnus in ſingulos dies, & quingenta argenti talenta, ex quibus centum quadraginta in equites impendebantur, qui Ciliciæ præſidio erant, trecenta*
C *& ſexaginta ad Darium redibant.* Hæc fuit quarta portio. Cætera petenda ex eod. Herodoti lib. 3. vbi omnia tributa, & vectigalia numerantur, quæ regi Perſarum pendi moris fuit. Magneſia Aſiæ quotannis quinquaginta talenta pependit Artoxerxi, auctore Thucid. lib. 1. quæ Themiſtocli ad panem data eſt. Μαγνησίαν μὲν ἄρτον, ἣ παρεῖχε πεντήκοντα τάλαντα τὸν ἐνιαυτόν. Pæones regi ſuo duas auri glebas penſitarunt, quarum altera duorum, altera trium auri pondo eſſet, vt Ariſt. lib. mirabil. audit. Cherſoneſus Mithridati Eupatori modiorum 180. millia frumenti, cum ducentis argenteis, ait Strabo lib. 7. Cæſar Galliæ imperauit annuum H S. quadringenties, vt Sueton. & Eutropius lib. 6. cap. 6. id eſt, millionem vnum. Lipſius legendum putat quater millies H S. id eſt, decem milliones. Sed è Galliis diuturno bello exhauſtis id temporis tantùm vectigalis refici potuiſſe credibile non eſt. Vulgata igitur lectio non mouenda.

D In Græcia non omnes pari vectigalium onere premebantur, vt Thucidides lib. 7. μηδυμναῖοι μὲν ναυσὶ, καὶ ἀφόρῳ ὑπήκοοι, τενέδιοι δὲ καὶ αἴνιοι ὑποτελεῖς. Χῖοι δὲ οὐκ ὑποτελεῖς ὄντες φόρου, ναῦς δὲ παρέχοντες αὐτόνομοι. *Methymnæi quidem naues non tributum pendebant. Tenedij, & Aenij vectigales erant. Chij tributorum immunes, nauibus tantum præſtandis obnoxij*, cætera liberi. lib. 4. καὶ κυθηρόδικης ἀρχὴ ἐκ τοῦ αὐτοῦ διέβαινεν ἀνὰ πᾶν ἔτος. *E Sparta quotannis ad Cytheram tranſibat magiſtratus iuri dicundo.* Strabo lib. 8. Lacones præter amicorum miniſteria nihil aliud contulerunt. Denique nulla penè gens vnquam fuit, quæ regibus ſuis, & magiſtratibus tributa de publico non ſoluerit. Tacitus lib. 13. Crebris populi flagitationibus immodeſtiam publicanorum arguentis dubitauit Nero an cuncta vectigalia omitti iuberet, ídque pulcherrimum donum generi mortalium daret. Sed impetum eius multum prius laudata magnitudine animi attinuere Senatores, diſſolutionem imperij dicendo, ſi
E fructus, quibus Reſpublica ſuſtineretur, deminuerentur. Quippe ſublatis portoriis ſequens, vt tributorum abolitio expoſtularetur. Plæraſque vectigalium ſocietates conſtitutas, acri etiam populi Rom. tum libertate. Reliqua mox ita prouiſa vt ratio quæſtuum, & neceſſitas erogationum inter ſe congruerent. Erogationes illæ maximè in milites, quibus ſuæ σωτήρια ſolutæ. Procopius lib. 2. Perſic. Milites ὑπεκαλοῦντο ὅτι δὴ τὰς σωτηρίους χρόνῳ μακρῷ σφισὶ τὸ δημόσιον ὤφλει, *Conqueſti quod illis publicum ſtipendia multorum annorum deberet.* Ita & Gubazes dicebat apud Agathiam, ὅτι οἱ αὐτῷ δημόσιον τὰς σωτηρίους ὀφείλῃ ἐνιαυτῶν δέκα, *Publicum ſibi debere ſalarium decem annorum*, id eſt Remp.

De vectigalibus Græcorum.

CAPVT

A

CAPVT II.

De Tributo & Vectigali.

Tributũ vnde dictum.

TRIBVTVM appellatur ab intributione, vel ex eo quòd militibus tribuebatur, ait Vlpian. l. ager, D. de verb. signific. Varro lib. 4. de ling. Lat. Tributum initio pecunia ea quæ populo imperabatur appellata est, siue quod tributum à singulis pro portione census exigeretur. Ciues enim in tribu sua tributum conferebant, imò & in classe, & in centuria sua, quia classes tribuum quodammodo partes erant, centuriæ partes classium, vt Liu. lib. 1. Vnde Asconius, Censores, inquit, ciues sic B notabant, vt qui plebeius esset, in cæritum tabulas referretur, & ærarius fieret, ac per hoc non esset in albo centuriæ suæ, sed ad hoc esset ciuis tantummodo, vt pro capite suo tributi nomine æra penderet. Tributa certè ferè caput tangebant, vt pro capite suo quisque æs penderet, licet onera fructuum fuerint l. 13. D. de impens. in reb. dot. fact. & l. 7. D. de pub. & vectigal.

Stipendium vnde dicatur & quid sit.

Stipendium vt plerumque pro tributo capitis accipitur. Tertul. in apologet. Hominum, inquit, capita stipendio censa. Vlpian. l. ager. D. de verb. signific. Stipendium quia per stipes, id est, modica æra colligitur. Isidor. lib. 16. c. 17. à stipe pendenda. Plin. lib. 33. c. 3. quia & militum stipendiorum, hoc est, stipis ponderandæ pensatores libripendes dicuntur. Dio lib. 52. tributum onus fructuum esse indicat, φόρον ἐπιτάξαι πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς ἐπικαρπίαν τινὰ τῷ κεκτημένῳ αὐτὰ παρέχουσι, *tributum indicere oportet*, ait Mecænas, *omnibus simpliciter agris qui præbent fructus possidentibus.* Phauorinus, φόρος κυρίως τὸ ὑπὲρ τῆς ἰδίας εἰς φερόμενον γῆς. Τέλος δὲ ὑπὲρ τῆς ἐμπορίας συντέλεια. *Tributum propriè quod infertur pro agris, vectigal quod penditur pro negotiatione mercium.* Vocatur & munus Symmacho lib. 9. epist. 10. Tabulariis liberum est alios à dispendio vindicare, aliis indebitum munus imponere. Munus enim pro onere interdum sumitur, & tributo. Vnde munifici dicuntur tributarij. Symmach. lib. 5. epist. 87. graue est enim nos quidem pro agris nostris functionibus publicis esse munificos. l. 6. Cod. Theodos. de scenicis. Largitionibus nostris cogatur esse munificus l. 4. eod. C. de excusat. artif. cum tributis munificos, & ius munificum pro tributo quod fisco penditur l. 9. & 16. de indulgent. debitor. eodem. Sed & vectigal pro tributo vsurpatur. Vetus gl. Τέλος ὁ ἐτήσιος τοῖς βασιλεῦσι διδόμενος φόρος. *Vectigal est tributum annuum quod regibus penditur.* Festus, vectigal æs dicitur quod ob tributum, & stipendium, D & equestre, & ordinarium populo debetur. Vnde & ærarios dixere, qui tribu moti æs penderent. D. l. 7. de publican. & vectigal. In vectigalibus ipsa prædia, non personas conueniri oportet. Itaque ἐν πλάτει vectigalia dicuntur ex quibus fiscus aliquid accipit, cuiusmodi sunt vectigalia portus, octauæ rerum venalium, salinarum, metallorum picatiarum, l. 17. de verb. signific. vet. glossæ stipendia, τὰ ἐν ἐπαρχίαις κτήματα, *possessiones in prouincijs vocant.*

Munus pro onere.

Tributũ & stipendium propriè ex censu.

Sed vt propriè loquamur, tributum, & stipendium, seu φόρος est ex censu. vnde vectigal stipendiarium 1. & 5. in Verrem, & lib. 3. de legibus. Agri stipendiarij. Idem in verrem. Siculi quotannis ex censu tributa conferunt. Plinius oppidum stipendiarium dixit. Tributum item in caput, capitatio. Vectigal pro inuectione, vel euectione mercium, portorium, τέλος, quod à publicanis exigebatur, non item tributum. Denique alij sunt agri E vectigales in quibus publicani, decumani, scripturarij, alia prædia tributaria in quibus nulli publicani, quædam stipendiaria l. 13. de impens. in re dot. fact. in hæc verba: neque stipendium, neque tributum ob dotalem fundum præstita exigere vir à muliere potest. Onus enim fructuum hæc impendia sunt. l. 46. §. vt debitoribus, D. de iure fisci, vbi excipitur caussa tributaria, & stipendiorum.

Tributi & stipendij discrimen.

Quidam tributa esse putant, quæ quotannis prouinciæ penderent, stipendia, quæ tantum ad belli subsidia præstarentur. Instit. §. per traditionem. de rerum diuis. Omnino ita statuendum est, cum omnes prouinciæ pop. Rom. excepta Italia, vectigales fuerint, vnde ius Italicum, alias stipendiarias fuisse, quæ pop. Rom. attributæ sunt, alias tributarias, quæ Cæsari. Theophilus lib. 2. instit. tit. 1. στιπενδιάρια δὲ, καὶ τριβουτάρια λέγεται τὰ ἐν τῇ ἐπαρχίαις διακείμενα κτήματα βασιλικῇ κελεύσει ὑπὸ τοῦ δήμου κρατούμενα, &c. *Stipendiaria autem* (deleo καὶ τριβουτάρια, quia *tributaria* Cæsaris erant, non populi) *dicuntur prædia in prouincijs sita, quæ iussu*

A *iussu Imperatoris à populo tenerentur.* Olim quippe Imperator διεῖλε τὰς ἐπαρχίας, καὶ τὰς μὲν ἐκεράτησεν αὐτὸς ἑαυτῷ, τὰς δὲ ἀφῆκε τῷ δήμῳ, καὶ αἱ τῷ δήμῳ ἐκλήθησαν στιπενδιάριαι, &c. *diuisit prouincias, & alias sibi reseruauit, alias populo attribuit, quæ dictæ sunt stipendiariæ, quia stips est argenti, & aliarum rerum minutatim facta collectio.* ἔραν Θ', ἢ συλλογὴ χρημάτων μικρῶν γινομένη. Prouinciales enim pauca quædam ex suis rebus collecta mittebant ad populum, vt hæc in proprios vsus & voluptates impenderet. Prouinciæ verò principis dictæ sunt tributariæ, quoniam tributum est graue vectigal, τὸ βαρὺ τέλος ὅσῳ ἐπέβαλε τοῖς οἰκείοις ἐπαρχιώταις ὁ βασιλεὺς ὡς πολλὰ δαπανῶν περὶ τὸ στρατιωτικὸν ὑποτροφῶν, *quòd suis prouincialibus Imperator indicebat, vt qui multa in milites impenderet.* Vbi animaduertes vocem stipendij, quòd olim idem erat cum tributo, degenerasse à prima significatione, & pro vectigali quod à publicanis exigebatur accipi. Ex quibus apparet Doctissimum Brissonium allucinatum esse in libro de
B verb.signific. qui tributarias prouincias esse putarit, quæ bello victæ tributa populo quotannis penderent, stipendiarias quæ Cæsari ad belli subsidia relictæ essent. Theophilus tamen aliquid hoc loco peccat, qui stipendiariis prouinciis leuius onus quam tributariis, id est, proconsularibus, quam præsidialibus esse velit, cum Tacitus lib. 1. scribat Achaiam, & Macedoniam onera deprecantes, leuatas proconsulari imperio, traditásque Cæsari. Nec facit contra nos, quod Appianus lib. 5. ciuil. ait, Asiæ, quæ proconsulari imperio regebatur, certum non esse impositum stipendium, sed pro anni copia, vel inopia vberius, aut angustius vectigal exactum. Quia in Asia fuit Censoria locatio, vt Cic. in Verrem, & publicanorum vexatio, vt docet Dio libr. 42. vbi enim Publicani fuere, ibi durius actum est cum Prouincialibus. Quod vt plenius intelligatur, tenendum ex Strabone lib. 17. sub finem, & Dione lib. 53. Augustum prouincias pacatas proconsulari imperio regi voluisse,
C quas populo attribuerit; feroces verò, & impacatas, quæ armis tenendæ essent, sibi reseruasse, in quas præsides & legatos miserit. Proconsulares postea stipendiariæ dictæ, in quibus Publicani grassabantur, & ideò graui onere pressæ. Præsidiales, seu tributariæ, à publicanorum vexatione liberæ erant, cum tributa in caput, & ex censu penderent. Dio lib. 53. ἀλλὰ τὰ μὲν ἀσθενέστερα, ὡς ἐκ εἰρωνείας, καὶ ἀπόλεμα τῷ δήμῳ ἀπέδωκε. Τὰ δὲ ἰσχυρότερα ὡς καὶ σφαλερὰ, καὶ ἐπικίνδυνα, καὶ ἅτε πολεμίους τινὰς στρατιώτας ἔχοντα, ἢ ἐκ ἀεὶ κατ' ἐαυτὰ μέγα τι νεωτερεῖσαι δυνάμενα κατέσχε. ἀνθύπατος vocauit proconsules qui in prouincias populi mitterentur. In Cæsaris prouincias qui mitterentur ἀντιστρατήγους, καὶ πρεσβευτὰς, proprætores, præsides, legatos, vocari voluit, κἂν ἐκτῶν ὑπατευκότων ὦσι, *licet aliquando consules fuissent.* Subiungit deinde missos procuratores ab Augusto in vtrasque prouincias,
D & Cæsaris, & populi, qui communes reditus exigerent, & ipsi definitum & certum salarium acciperent, nisi inquantum proconsules exigerent pecunias ab iis quibus præerant. Καὶ τοὺς ἐπιτρόπους, ὅτι μὲν τοὺς τὰς τεκμαίρας προσόδους ἐκλέγοντας, καὶ προσεταγμένα σφίσιν ἀναλίσκοντας ὀνομάζομεν, ἐς πάντα ὁμοίως τὰ ἔθνη, τά τε ἑαυτοῦ δὴ, καὶ τὰ τοῦ δήμου, τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἱππέων, τοὺς δὲ ἐκ τῶν ἀπολυθέρων πέμποντι, πλὴν καθόσον τοὺς φόρους οἱ ἀνθύπατοι παρ' ὧν αὐ ἀρχθσιν ἐσπράσσουσι. Quod & libr. 54. his verbis ostendit, καὶ ἐς τὴν ἀσίαν κομισθεὶς, πάντα τὰ ἐκεῖ καὶ ἐν τῇ βιθυνίᾳ διέταξεν, ἐχ ὅπ τοῦ δήμου, καὶ ταῦτα τὰ ἔθνη, καὶ τὰ πρότερα ἐδόκει ἔχ ἐν ὀλιγωρείᾳ αὐτὰ ποιησάμενος Θ', ἀλλὰ καὶ πάνυ πάντων σφῶν, ὡς καὶ ἑαυτοῦ ὄντων ἐπιμεληθείς. Τά τε γὰρ ἄλλα ὅσα ὡς καὶ προσῆκον ἦν ἐπανώρθωσε, καὶ χρήματα τοῖς μὲν ἐπέδωκε, τοῖς δὲ ὑπὲρ τὸ φόρου ἐσενέγκαν προσέταξε. *Et cum in Asiam venisset omnia ibi, & in Bithynia constituit, non negligens eas prouincias quia populi erant, sed omnium illarum curam gerens, vt quæ eius essent. Nam omnia vt conueniebat emendauit, & pecunias alijs largitus est, alijs etiam vltra tribu-*
E *tum nouas imperauit.* Dio lib. 53. Prouincias populi κλήρῳ, & suffragiis populi datas proconsulibus, ait, quos ἄρχοντας κληρωτὰς vocat, præsides à Cæsare lectos ἄρχοντας αἱρετούς. Certè melius actum est cum prouinciis tributariis, quàm cum iis in quibus publicani essent. Dio libr. 42. scribit Iulium Cæsarem cum victo Pompeio Asiam lustraret, publicanos qui acerbissimi in Asiaticos fuerant remouisse, & in tributi collationem id quod ex vectigalibus redibat commutasse. τοὺς τελώνας πικροτάτα σφίσι χρωμένους ἀπαλλάξας, εἰς φόρου συντέλειαν τὸ συμβαῖνον ἐκ τῶν τελῶν καθέστησεν. sed vt redeamus ad vectigalia. Tertull. lib. de fuga, census, vectigalia, collationes, stipendia nominat. Græci προσόδους vocant. Herodianus lib. 3. προσόδοις τοῖς ἀπὸ θαλάσσης, τελοῦντες, καὶ ἁλιείας μεγάλως ὠφελεῖτο. *Reditibus è mari, vectigalium, & piscationis, plurimum iuuabatur.* Hesychius γάζαν τὰς ἐκ τῶν πόλεων φερομένας φόρους vocat *gasam tributa ex vrbibus illata.* Thucid. lib. 1. εἰ μὴ τὰς προσόδους ἀφαιρησόμεθα, ἀφ' ὧν τὸ ναυτικὸν τρέφεται, *nisi reditus ademerimus quibus nauales copias alunt.* Apud Iurisconsultos, census, collecta, indictum, indictio, publica functio, collatio, munus pro tributo

Munus. l. 18. D. de verb. signif. & l. munus eod.tit. munus propriè est quod necessariò subimus A
lege, more, imperioue eius qui iubendi habet potestatem. A voce φόρος dicuntur quidam reges ὑποφόροι, *tributarij*, ἄγροι ἀφορολόγητοι, *agri non tributarij*, φορολόγητοι, ὑποτελεῖς, λειτουργοὶ, *vectigales agri, tributarij, munifices.*

CAPVT III.

De Publicanis, & Vectigalium, ac Tributorum exactoribus.

Pecuniæ Reip. nerui censentur.

REIPVBLICÆ nerui pecuniæ publicæ semper habitæ sunt, Cicerone teste pro lege Manil. sine quibus vt debile corpus sese commouere, B
ac munere fungi non potest. Imò si Aristodemus Laco audiendus est, χρήματ' ἀνὴρ, πενιχρὸς ἢ κἀδὰς πέλεῖ ἐσθλός, κἀδὰ τιμᾶ. *Pecuniæ virum faciunt, nemo pauper bonus, aut alicuius pretij est.* Septem sapientes rogati super ea re dixerunt: τ' ἀργύριον ὅτι αἷμα καὶ ψυχὴ βροτῆς, ὅστις ἢ μὴ ἔχει τοῦτο, οὐδὲ μὴ ζώντων τεθνηκὼς ἀμπατεῖ. *Argentum est sanguis & anima hominibus, quo qui caret, mortuus inter viuos ambulat,* quia βίος βίᾳ δεόμενος, οὐκ ἔστι βίος, *Vita victu egens vitalis non est.* Apollo Philippo, ἀργυρέαις λόγχαισι μάχῃ, καὶ πάντα κινήσεις. *Argenteis hastis pugna, & omnia commouebis.* Ipsa etiam municipia vt se tueantur, arcam communem habere debent. l. 1. D. quod cuiusq. vniuersi. Ideò Senatus apud Cornelium Tacit. lib. 13. Annal. cap. 12. Neronem vectigalia omnia remittere volentem prohibuit, & dissolutum iri Imperium ostendit, si fructus imminuerentur quibus respub. sustineretur. C
Onera enim imperij, ait Plinius, vt pro vtilitate publica tributa instituì singulorum iniuriis coegerunt. Sunt enim pleraque in repub. quæ præsentem pecuniam desiderant, vt onera belli, oppidorum munitiones, annonæ, & alia pleraque. Ideóque sæpe factum, vt etiam priuati res suas in publicum contulerint, vt Reipublic. onera leuarent, ait Liuius libr. 24. quare & vectigalia publica auctoritate instituì, & vectigalium exactores necesse fuit.

Publicani & Tributorũ exactores odio fuere plebi.

Publicanos tamen *& coactores tributorum*, quos Græci φορολόγους, καὶ φόρων ἐκλογεῖς, vocant iam olim malè audisse vulgatum est, quod plebeculæ oneri essent. Saluianus libr. 1. ad Eccles. Catholic. plurimi proscribuntur à paucis, quibus exactio publica peculiaris est præda, qui fiscalis debiti titulos faciunt quæstus esse priuatos, & hoc non summi tantum, sed & infimi, non iudices tantum, sed & iudicibus obsequentes. Quot D
curiales sunt, tot tyranni sunt. Suidas δυσέκλητον ἦν πάλαι τοῖς παλαιοῖς τὸ τελώνου ὄνομα. Id est, *malè audiebat olim publicani nomen*, quia supra legitimum statúmque vectigalium modum exigebant, quòd tamen ab Augusto vetitum ostendit Dio libr. 53. ἐκεῖνα ἦν ὅτι πᾶσι ὁμοίως ἐνομοθετήθη, μητὲ καταλόγους σφᾶς ποιεῖσθαι, μητὲ ἀργύριον ἔξω τῶν τεταγμένων εἰσπράσσειν. *Illud imprimis cauit ne cogerent exercitus proconsules, neue argentum supra modum qui definitus erat exigerent, nisi Imperator, aut Senatus censuisset.* Ideò salarium certum iis qui vectigalia exigebant, attribuit Augustus, cum olim suis sumptibus omnia efficerent quæ sui muneris erant. Τὸ μὲν γὰρ πάλαι ἐρανολαβόντες τινες παρὰ δημοσίων πάντα σφισὶ τὰ πρὸς ἀρχὴν φέροντα παρεῖχον. Ἐπὶ ἢ δὲ καίσαρος προῖτον αὐτοὶ ἐκεῖνοι ταυτὴν λαμβάνειν ἤρξαντο. lib. 54. Licinius quidam συχνὰ μὲν καὶ πρὸς τὰ ἀναλήμματα τῶν τεταγμένων οἱ διακονίας ἐξεπορίζε, συχνὰ ἢ ἐς ἑαυτὸν, τοῖς τε οἰκείοις παρεξέλεγε, *longè plura quàm administrationis eius ratio ferret exigebat, plura sibi, domesticisq; suis relegebat.* Idem quia Gallia in singulos menses tributum aliquod pendebat, vt plura exigeret, quatuordecim menses efficere conatus est, Decembrem mensem verè decimum dictitans. Itaque duos quoque alios Augustos menses, vndecimum & duodecimum à se vocatos constituit, & eo nomine pecuniam exegit. Sed cum repetendarum postulatus esset, Augusto sua omnia donauit. Ὥστε ἐπῳδὴν τινες εἰσφοραὶ καὶ μείωσις παρ' αὐτοῖς ἐγίγνοντο τεσσάρες καὶδέκα αὐτῶν ποιοῦσαι, &c. Vsque adeò iactata est publicanorum acerbitas, vt Xeno de Oropiis scripserit, E

πάντες τελῶναι, πάντες εἰσὶν ἅρπαγες
κακὸν τέλος γίνοιτο τοῖς ὠροπίοις.

Id est, *omnes sunt publicani, omnes raptores, malè pereant omnes oropij.* Basilic. serm. καὶ τ τελοῦντων. Ἐκλογολόγοι, καὶ δεκατηλόγοι τινες, φειδὼ καὶ ἀνηκέστητε ὀνόματα, μείωσαι ἀπαιτηταὶ, ὥσπερ τὰς ὁπλησίας ποιοῦντες δαίμονες, καὶ τὰς ὠδῖνας τ σελήνης ὀλοθρεύοντες τῆς πόρους.

Centesi

A *Centesimarij, & decimarij quidam, horrenda, & vix audienda nomina mensirui exactores, vt dæmones qui morbos sonticos faciunt per lunæ circuitus pauperibus insultantes.* Chrysostomus. Τὰς τελώνας βαρυνόμεθα, καὶ δυσχεραίνομεν, ὅτι ὅταν τὰ ἐμφανῆ τῶν εἰσαγομένων ἀπλέγωσι, ἀλλ' ὅταν τὰ κεκρυμμένα ζητοῦντες ἐν ἀλλοτρίοις σκεύεσι, καὶ φορτίοις αὐαερέωνται. *Publicani nobis molesti sunt, non cum vectigal colligunt ex ijs mercibus quæ palam inuebuntur, sed cum ea scrutantes quæ latent, in alienis vasis, & oneribus versantur.* Idem de pœnitentia Achab. Τί γὰρ τελώνου χεῖρον εἰπεῖν μοι δύναται ἀλλοτρίων πόνων συμμετοχῆς, ἢ τῶν μὲν κέρδων οὐκ ὀπτελεπτες, τοῦ δὲ κέρδους συμμετέχει. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἐστὶ τελώνης, ἢ πεπαρρησιασμένη βία, ἔννομος ἁρπαγή, ἀφειδὴς πλεονεξία. *Quid potius Publicano dic mihi? alienarum calamitatum minister, & negotiator est, alienos labores partitur, & cum sudoris non sit particeps, lucrum ex alieno labore percipit. Nihil enim aliud est Publicanus, quàm violentia licenter sæuiens, legitima offensio, auaritia honesto*
B *prætextu.* Suidas, τελώνης ἀλλοτρίων πραγμάτων μέτοχος, πεπαρρησιασμένη βία, ἀνεπιτίμητος ἁρπαγὴ ἀναισχυντος πλεονεξία, πραγματεία λόγον μὴ ἔχουσα, ἀναιδὴς ἐμπορεία. *Publicanus alienorum negociorum particeps est, ac diuisor, libera ac licita violentia, rapina impunita, auaritia impudens, negotiatio ratione carens, mercatura inuerecunda.*

Vt sit, Publicani in genere dicuntur mancipes, & redemptores publicorum vectigalium, siue sint decumani, siue scripturagij, siue portitores, siue per se, siue per operas suas vectigalia exigant. Mancipes, ait Festus, quia manu sublata significant se auctores emptionis esse. Sub imperatoribus fuere Susceptores qui solutionem auri, & specierum accipiebant, & modum iugationis possessorum, & species singulas describebant, l. 9. C. de defensor. ciuit. Item ducenarij, centenarij, sexagenarij, in schola agentium in rebus, qui tributa exigerent l. 1. C. de exact. tribut. libr. 10. Opinato-
C res erant exactores militaris annonæ. Augustin. epist. 13. cum debitor 10. & 7. solidorum ab opinatoribus vrgeretur vt redderet. l. 11. Cod. de erogat. milit. anno. libr. 12. Numerarij & Tabularij publicum numerum ærariis inferebant l. 2. Cod. de numerar. lib. 12. Isidorus lib. 9. cap. 3. Etym. Ammian. Marcel. lib. 19. Numerarium scholæ vocat. Denique Apparitores, Palatini, omnes agentes in rebus l. 5. l. 7. C. de exactor. tribut. & lib. 12. C. de agentibus in rebus, tributa curabant. Item Arcarij C. de suscept. & arcar. lib. 10. Cicer. pro Rabirio coactores vocat, & coactionem argentariam pro Cluentio. Sueton. in Vespas. cap. 1. Vaspasiani auus coactiones argentarias fecit. Horat. serm. 6. lib. 1.

Publicani generatim qui dicantur. Quare mancipes.

Si præco paruas, aut, vt fuit ipse, coactor.
D *Mercedes sequerer.*

In veteri lapide, apud septem Cæsares argentarius coactor. Coactores autem Publicanis, & argentariis ministrabant, & ea quæ Publicani minutim à reliquatoribus debebantur, vel redimebant ipsi, vel mercede aliqua persequebantur, vt Cic. pro Rabir. & pro Cluent. Qui verò ministrabant argentariis qui auctionibus præerant, pretia rerum venditarum ab emptoribus certa mercede colligebant. Cato cap. 146. & cap. 150. Plaut. Asinar. Vetus est nihili coactio, quia præsentem pecuniam lena postulat. Cic. pro Rabir. Dum Gabinio pecuniam cogeret, post hunc ex decumis imperatorum sibi coëgisse. Idem vocantur exactores. Cæsar libr. 3. ciuil. Erat plena lictorum & imperiorum prouincia, conferta præfectis, atque exactoribus. Publicani, homines, vt plurimum, viles habebant in ministerio, per quos pecunias publicas exigerent, qui durius agebant cum te-
E nuioribus, paulo mitius cum ditioribus, vt indicat Cassidorus lib. 2. epist. 25. Comperimus domos quasdam præpotentium suas non implere per ordinem functiones. Hinc fieri, vt dum illationis quantitas procurari quæritur, à tenuibus summa potior exigatur. Superbia deinde conductorum canonicos solidos non ordine traditos, sed sub vnico pondere imminentibus fuisse proiectos, nec vniuersam siliquam, quam reddere consueuerant, solemniter intulisse. epist. 24. fieri enim, vt exactorum nimietas dum à potentibus contemnitur, in tenues conuersa grassetur. Saluian. lib. 4. ad Eccles. Cathol. cum Rom. Respub. tributorum vinculis quasi prædonum manibus strangulata moriatur, inueniuntur plurimi diuitum, quorum tributa pauperes necant. lib. 5. adiectiones tributarias ipsi interdum diuites faciunt, pro quibus pauperes soluunt. Item, sicut sunt in aggrauatione primi pauperes, ita in releuatione postremi. Non tantùm autem tenuiores opprimebant, verùm & iniquis ponderibus vtebantur. Cassiod. lib. 5. epist. 39. exigentes verò assem publicum per grauamina ponderum, premunt patrimonia possessorum, ad libram cubiculi

Tributa diuitum pauperes necãt.

noſtri vniuerſas functiones publicas iubemus inferri. Dio lib. 42. prodit Cæſarem publicanorum moleſtia leuaſſe Aſiaticos, & iis tributa indixiſſe. Iidem δεκατολόγοι, πεντηκοστολόγοι nuncupantur, *Decumani, quinquageſimæ exactores.* Pollux lib. 6. & 8. δεκατώναι, ἐλλιμενιταὶ, *portitores, collectarij*, vt loquitur Auguſt. lib. 2. de ciuit. Dei. Ariſtot. lib. 2. œconom. ἐλλιμένιον, *portorium*, εἰκοστολόγοι *viceſimæ exactores.* Athenis apud Ariſtophan. in Ranis, εἰκοστολόγῳ ὤν, τὰ εἰκοστὰ ἐν τῇ κείσῃ σωλάγων. *Viceſimarius viceſimas in iudicio colligens.* Item Naucleri Athenis dicti. Heſychius ναύκληροι ἀφ' ἑκάστης φύλης δώδεκα, οἵτινες ἀφ' ἑκάστης χώρας τὰς εἰσφορὰς ἐξέλεγον. *Naucleri è quaque tribu duodecim, tributa ex vnaquaque regione colligebant, poſtea tribuni dicti ſunt,* ὕστερον, δήμαρχοι, ἐκλήθησαν. Idem, ἀγασοπέρπαι, οἱ τοῖς τελώναις μαρτύροντες τὰ τέλη. *Qui publicanis indicant vectigalia.* In qua voce mihi aqua hæret. dubito enim an Gazoperſæ dicantur à Gaza, perſico vocabulo, & Perſis. An legendum ſit Gazoperthæ, à πέρθω, quod Gazam euerterent. Vocantur & ἐκλογεῖς. Suidas ἐκλογεῖς οἱ ἐκλέγοντες ἢ εἰσπραττόντες τὰ ὀφειλόμενα τῷ δημοσίῳ ὁπότε δέοι χρήματα τὴν πολίτας εἰσφέρειν, τούτους ἢ δι' ἀνάγκην οἱ καλούμενοι ἐκλογεῖς ἐγράφον. *Collectarij, qui exigebant debita publica, quoties oporteret ciues tributa inferre, pro virili ciues deſcribebant.* Item quæſtores, & Tribuni ærarij, quos Plin. lib. 33. cap. 2. vocat tribunos æris, de quibus legendus Feſtus in verbo ærarij, & Varro lib. 4. de ling. Lat. Chartularij de cohortalibus officiis largitionales titulos retractabant. l. 3. C. de Cano. largit. lib. 10. Demoſthenes ad Phorm. ἐλλιμενιστῶν ὑπογραφὴν vocat. Auguſt. lib. 7. de Ciuit. cap. 3. Munuſcularios quia corradebant munuſcula à debitoribus. Iidem dicuntur Codicem inſtituere. Cic. pro Roſcio Comœdo, quia librum conficiunt in quo nomina perſcribunt. Item, nummum commouere pro Fonteio, quia exigunt pro Flacco. Ciuitas in qua nummus moueri nullus poteſt ſine quinque Prætoribus.

Munuſcularij qui.

Teloneũ aut Telonium.

A Telonis autem Teloneum, vel Telonium dicitur. Harpocration, Τελώνιον ἡ δεκάτη. δεκατώτας Τελώνας τὰς τῶν δεκάτων ἐκλέγοντας. *Telonium decima vocatur. Decumani qui decimas exigunt.* Caſſiodorus, Telonij canonem nulla faciatis vſurpatione confundi, lib. 5. epiſt. 10. Canonem tranſmarinorum vocauit. Telonarij Cod. Theodoſ. D. Gregorius in cap. vlt. Ioan. Nam Piſcatorem Petrum, Mattheum Telonarium ſcimus. Ibidem Teloniæ negotium, & Teloniæ lucris pecunias augere. Nonius, Telonarios interpretatur eos qui portum obſidentes, portoria exigunt. Pollux, Athenis ὑποδέκτας, ὑποδεκτῆρας, ἐφοδιστὰς, ταμίας. *Collectarios, receptatores, quæſtores* ponit. Suidas vas quoddam ferreum ſiromaſthen appellatum capulo ferreo publicanis tribuit, quo merces inquirerent. Σιρομάστης σκεῦός τι σιδηροῦν, λαβὴν ξυλίνην ἔχον ᾧ δεῖ τοὺς τελώνας εἰς ἔρευναν. Idem τελώνην τὸν ἐξεταστὴν, *Publicorum vectigalium probatorem, vel exquiſitorem.*

Telonarij qui dicti.

Pœna retardationis in ſoluendis vectigalib.

Hic admonebo, in tributis & vectigalibus ſoluendis moræ pœnam in duplum, aut quadruplum fuiſſe. Victor de Nerua. Quicquid antea pœnæ nomine tributis acceſſerat indulſit. Plinius Panegyr. Alius vt contumacius iraſceretur, tarditatémque ſoluendi dupli vel quadrupli irrogatione mulctaret. Manaſſes in Politic.

ταῦτ' ἔλεγε πρέπει δὲ καὶ τοὺς φορολόγων,
χρονίζειν λέγων δεῖν αὐτὰς ὧν κάλλον ἐχθρὰς
πλεόνεσσι προσφέρειν τοῖς φορολογουμένοις.
εἰ δή τινα καταμάθοι τῶν εἰσπραττόντων φόρους
εἰς πλέον ἐκφερόμενον δι' ἁλιτεταγμένα,
καὶ χρηματίζοντα βαρὺ, καὶ πέρα δὲ μετρίου,
κολάσεσιν ὑπέβαλλεν αὐτὸν ἀλγεινοτέραις,
ἀναβοῶν, καὶ πεκραγὼς ἑτέρων παροιμίαν,
ὃν πόκον πρόβατα βέλομαι τοὺς πρωβάτων,
ἀλλ' ὃ ξυρᾶσθαι συμφερῶς ἀρὴ δ' ὑπερμίδα.

Hoc dicebat Tiberius de exactoribus tributorum, eos diu in eo munere detinendos, vt ſatiati mitiùs agerent cum tributarijs. Quod ſi accepiſſet aliquem exactorem ſupra legitimum modum exegiſſe, & duriorem eſſe in agendo, eum ſubijcebat grauibus ſupplicijs, dicens aliud prouerbium, volo detonderi oues, non deglubi.

Imperator ſolus tributa indicebat.

Scitum eſt, ſolius Imperatoris fuiſſe tributa indicere. Sozomenus libr. 2. Athanaſius, inquit, accuſatus eſt ante omnia, quòd tributum lineæ veſtis indixiſſet. πρώτῳ ὑποφόρῳ χαρτῷ, ὡς χιτωνίων λινῶν φόρων ὑπιθεὶς αἰγυπτίοις. De exactoribus amplius addo, exactorem interdum dici qui pecunias exigit, interdum qui mittit in carcerem,

A carcerem, quòd eos qui tributa non penderent, ipsi exactores sæpe mitterent in carcerem. Vet. Inscript.

Sextus Pompeius Faustus Sexti Pompeÿ exactor.

S. Ambrosius lib.de Tobia cap.9. Iudex tradat te exactori, & exactor mittat in carcerem. Plin. lib.9. epist.ad Paulin. exactores operis vocat. V. Inscript.

M. Aurelius Augg. N. N. lib. Epaphroditus exactor operum Dom. N. N.

Philo lib. de Caim, Capito φόρων ἐκλογεὺς τῆς ἰουδαίας. *Tributorum Iudææ exactor.*

Saluianus lib.5. Exactores qui exactionis publicæ nomen in quæstus proprij emolumenta vertebant, & indictiones tributarias prædas suas etiam faciebant. Seuerus vectigalia ciuitatibus deputauit ad proprias fabricas. Romæ ipsi vectigal indictum, & arca illa publica instituta, quæ successit in locum ærarij, vt Lamprid. in Seuero.

B Exactores quæstus publicos eruere, census Senatorios tractare dicti. Symmachus lib.10. epist.43. Palatini sacrarum munerationum quæstus publicos eruentes inter cetera nomina quæ iudicio persequuntur. Item, Luciano nuntiante qui census Senatorios ante tractauit, quòd oblationis functionibus eadem domus esset obnoxia. Certè omnium qui prouincias regerent præcipua cura fuit, vt tributa exigerent. Nouel.17. §.1. l.vlt. C. de mandat. Princip. Ideo singuli in officio numerarios habebant Arithmeticæ peritos, qui tabularij dicti, l.2. C. de Numerar. l. in prouinciis, eod. l. duos C. de susceptor. Firmicus lib. 3. cap.11. Astron. exactores annonarum regiarum, vel fiscalium pecuniarum vocat. Vectigaliarios Imperatorum exactores, & qui annuas fiscatiorum præstationes repetant. Iudicum apparitores per solidos aureos numerabant, ait Symmachus libr.10. epist. 47. Dicuntur exactores compulsare. Fulgentius in Mytholog. Nam tributaria in dies con-

Exactorum cura.

C uentio compulsantium pedibus limen proprium triuerat, noua indictionum ac momentanea proferens genera. Nouel. 30. Comitiana præerat vectigalibus. XIII. erant πραϰτορες, *exactores vectigalium.* Curialis apparitor, optio actuarius, publici debiti exactor & compulsor esse potest l. 3. C. de Apochis. Alij erant τραϰτευταὶ τῶν δημοσίων φόρων, καὶ διατυπώσεων, Iustiniani Nouel.28. *Tractatores vectigalium publicorum, & constitutionum.* Apud Nicetam lib.2. φιλοδημόσιον λογιστὴν, καὶ ἐκλογεῖα, δασμολόγον, *Philodemosius rationalis, & exactor, & nummularius.* lib.6. ὁ τῆς κρήτης δασμολόγος, *Collector vectigalium Cretæ* Rector eius prouinciæ constitutus est. Alius item est apud Simocatam lib. 5. ἐφεστηκὼς τῷ βασιλικῷ θρυλλανείῳ, ὁ δὲ θρυλλανεῖον φερωνύμως ϰαλεῖται θησαυρὸν, *Regijs thesauris impositus.* Agathias lib.3. Rusticus ὁ ταξίαρχος, ταμίας ἦν μόνων τῶν βασιλικῶν χρημάτων, ὡς μὴ τῶν ἐπὶ τῆς δασμοφορείας ἐραννιζομένων, ἀλλὰ τῶν ὅσα ἐπὶ τῶν βασιλείων θησαύρων ἐπε-

Numerus exactorum.

D πόμφει, *Non tribunus militum, sed quæstor pecuniarum Imperatoris, non earum quæ ex publicis vectigalibus colligebantur, sed quas ex Imperatoris thesauris mittebat.* Erant enim olim publica vectigalia, quibus præpositus Comes largitionum, & priuatæ res, quibus Comes priuatarum. Apud eundem pag.152.153. Præfecti thesauris milites fraudant. lib.4. de vita Constant. Eusebius, πρὸς τὴν τῆς διοικήσεως ϰαθολικὸν ὅπως ἅπαντα ϖροφέρῃ, *ad Diœceseos generalem, vt omnia præberet.*

Sed vt ad publicanos, & mancipes redeamus, Symmachus lib.5. epist.60. 65. Mancipum cupiditatem vocat. Tacit. lib.13. Publicanorum immodestiam. Laurentius Mediolan. episcopus in Homil. Quid est publicanus? Nonne caput rapinæ, & lex violentiæ? Quid est publicanus? Prædo sine pudore, medius exterminij. Nonne immanior furibus publicanus? fur namque vel metuens furatur. Hic autem delinquit confidenter. Fur

Egregia Laurentij Mediol. episc. contra publicanos exclamatio.

E laqueos tegit, timet, hic quicquid fecerit legem putat. Lex furem deterret ab illicitis, hic ad iniquum malitiæ suæ compendium legem trahit. Quis eo iniquior, qui verbis iustitiæ iustitiam damnat? In edicto 13. cap.18. Iustiniani, Libiæ Dux tributa exigit, & ad Palatium exigendis vectigalibus præfectum mittit. Publicanos à publico dictos ostendimus. Tacitus lib.13. Edixit Princeps vt leges cuiúsque publici occultæ ad id tempus proscriberentur. Plaut. in Trucul. Illa, haud ego, habuit publicum, peruersè interpretaris. Seneca epist.120. Iam ego paraueram fiscos, circumspiciebam in quod me mare negotiaturus immitterem, quod publicum agitarem. epist.102. Ille qui & mari, & terra pecuniam agitabat, qui ad publica quoque nullum relinquens inexpertum genus quæstus accesserat. Erant plærique alij qui vectigalibus curarent. Suidas, ἀναγραφεύς ἐστιν ὁ ϰαθιστάμενος ἐν τῇ συμφορείᾳ ὅπως τὸ ἀναγραφὲν ποσὸν ἑϰάστου εἰσενεχθὲν ὀφείλῃ, *Descriptor est constitutus in Curijs ad dijudicandum, quantum quisque inferre debet.* Iosephus lib.12.c.2. orig. ὑπηρέτας τῶν ταγμάτων vocat, *administros vectigalium,* operas publicanorum. Cassiod. lib.12. variar.

Arcarios, prorogatores, tritici, vini, casei, macellarios, vinarios, capitularios, horreariorum, & tabernariorum fœnerarios, & cellaritas, ceteróſque qui publicos titulos administrant. Ioſephus lib.19.cap.1. originum, Caligula Chæream ἰσὰ εἰσπραξόμενον τὰς τε φόρας, καὶ ἄλλα ὅσα καθαλλόμενα εἰς τ καίσαρ@ θησαυρὸν. Summos redemptores vectigalium qui præerant exactoribus Græci recentiores vocant κατεπάνας. Ioannes Curopalates in Michaële Paphlagone, παλκεπάν ὴ τ ἐξουσιαζε ἀβασγίας σφοδρῶς ὑπκειμένε τῳ κατεπάνω ἰβηρείας. *Cum Pancratius Exuſiastes, & dominus Abaſgiæ grauiter vrgeret catepanum Iberiæ.* In conſtitut. Alexij Comneni, λέγησ ὴ καὶ ἡ μελὶ τὸ νῦν ἐπεισκωμάσασα τοῖς ὑπὸ τὰς καθ' ἡμᾶς μονὰς ἀκινησίς τῆς κ τ θέμα θεάκης, καὶ μακεδονίας ἀκινήτοις ἀπαιτησις τ τε φρακτρικῆς, καὶ καλεπανικῆς χρείας, ἢ καὶ συπωσίε, καὶ ἀξιαγίε ἐξώνησις, ἢ ἀπαίτησις. *Ceſſabit petitio neceſsitatis exactoriæ, & catepanicæ, quæ ad hoc vſque tempus illuſit immobilibus monaſteriorum noſtri temporis, quæ ſunt in themate Thraciæ, & Macedoniæ, ceſſabit item redemptio, & exactio ſtupæ, & axungiæ.* Ibidem vocat φράκτρας, καὶ καλεπάνας. Paulus Diacon.lib.22. Chartularius tributa publica ratione conferebat.

Exactores appellari milites.

Sub Imperatoribus exactores vocabantur milites. Theodoret. lib. 4. hiſtor.eccleſ.c.16. Iubet Valens Modeſto præfecto prætorio *vt milites ſuos congreget qui ſolent tributa exigere,* τὰς τε ὑπ' αὐτὸν φραπώτας ἀθροῖσαι, οἳ τὰς εἰσφορὰς φέρειν εἰώθασι. cap. 24. Et Comitatenſium largitionum Comes φραπωτῶν ἐπαγόμεν@ ἄμετρον πλῆθ@, *infinitam multitudinem militum inducens.* Exactorem Libanius λογισθλόγον vocat orat.ad Theodoſ. λογισάδε μ τὰς φόρας λογισθλόγε πλέον@, *Cum Ariſtides collector ad tributa colligenda nauigaret.* Petrus Rauennas ſerm. 28. Quando videbat Chriſtum dare Matthæo fraudulento fidem, venali gratiam, cupiditatis magiſtro officium largitatis, doctori fœnoris magiſterium ſanctitatis. Item, Matthæum ſic cupiditatis publicabant magiſtrum, ſic alligabant vinculis cautionum, ſacculorum ponderibus ſic premebant. Item Matthæum de telonio diuitem, de vſuris locupletem. ſerm.30. Matthæus qui erat fraudator pecuniæ de impietatis ſchola.

Quæ propriè publica dicantur.

Dicuntur autem publicani à publicis. Publica ea ſola propriè vocantur quæ ſunt Pop. Rom. l.15. & ſequentib. D. de verb. ſignific. eum qui vectigal. Pop. Romani conductum habet Publicanum appellamus. Nam publica appellatio (malim publici) in pluribus cauſſis ad Pop. Roman. pertinet. Ciuitates enim priuatorum loco ſunt. Vlpian. l.1. D. de publican. Publicani ſunt qui publico fruuntur, nam inde nomen habent, ſiue fiſco vectigal pendant, vel tributum conſequantur, & omnes qui quid à fiſco conducunt, rectè appellantur publicani. Hoc ſignificatu Cicero publicum dixit Oratione de prouinciis Conſularibus, Qui frui publico non potuit per hoſtem, hic tegitur lege Cenſoria. Idem Orat.5. in Verrem. Agri eorum qui victi à Pop. Romano eſſent, publici fiebant. Liuius lib.33. Agrum captis Coriolis publicum Pop. Rom. eſſe factum. Idem lib.44. Cur publica præſenti pecunia locamus. Sueton. in Veſpaſ. publicum quadrageſimæ. Val. Max.lib.6,cap.6. Dum Aſiatici publici exiguam admodum particulam habuiſſet. In frag.legis Thoriæ,quicumque ad publicum fruendum, redemptum, conductúmve habebit. In vet.lapide hæc leguntur: Imperator locum vineæ publicæ occupatum à priuatis per collegium Pontificum reſtituit. Item, Criſpinus Craſſus, Pontius Petronius curatores locorum publicorum indicandorum ex S. C. cauſſa cognita ex priuato in publicum reſtituerunt. Certè bona publica ſunt minus propriè bona ciuitatis cuiuſlibet,non quæ in vſu publico habentur, vt Campus Martius, viæ publicæ, theatra, amphitheatra, ſtadia, loca ſacra, vel religioſa, ſed bona publica ciuitatum quæ poſſideri, & diſtrahi poſſunt, bona debent accipi quæ ſunt in pecunia, & proprio patrimonio populi, vt prædia, lacus, ſtagna, mancipia ciuitatum & eorum peculia, l.15. & 17. D. de verb. ſignific. Theodor. Hermenopol. ἐν τοῖς δημοσίοις δ' ὠφειλον), ὅτε τὰ ἱερὰ, ὅτε τὰ μνημεῖα, ὅδε τὰ τ δημοσίαις χρήσεσι ἀφωρισμένα, ἀλλὰ ὅδε ὑποπίπτον) ταῦτα δεσπότη, ὅδε ὡ@ δήμε δεσπόζον), ὅδε παρ' ἰδιώτας, ὡς τὰ καταχρησικῶς δημόσια. Σήμερον ὅτε αἱ πόλεις ἔχεσι τὰ ἴδια φεάγματα, ὅτε ὁδημ@ τ ῥωμαίων, ἀλλὰ πάντα τ βασιλέως τυγχάνει. *In publicis non continentur ſacra, neque monumenta, neque publicis vſibus aſsignata, quæ neque dominum habent, neque à populo aut priuatis vt dominis teneri poſſunt, quia per abuſum publica dicuntur. Hodie neque vrbes habent res proprias, neque Pop. Rom. ſed omnia ſunt Imperatoris.* Quia Imperator omnia populi iura ſibi arrogauit, vt quæcumque olim Pop.Rom.fuerint,iam ſint Imperatoris.l.14.D.de acquir.rer.dom.publica Pop.Rom. ſunt,quæ in patrimonio habentur Pop. Rom. Quæ in fiſci patrimonio ſunt,publici appellatione non veniunt. l.6. D. de contrah. empt. vt publica, quæ non in pecunia populi, ſed in publico vſu habentur, vt eſt Campus Martius: & l.72.§.fin. D. tit.ſi res non in vſu publico

Publicani qui dicti.

Bona publica quæ ſint.

A blico, sed in fisci patrimonio erit, venditio eius valebit, quia priuatæ res principis publici appellatione non continentur.

Igitur publicani à publico dicti sunt, quorum maxima Romæ & potentissima societas fuit, cum equites Rom. essent, & in prouinciis plurimum auctoritate, & potentia valerent, vt Cic. epist. ad Lentul. lib. 1. ad famil. & epist. ad Appium, & ad Q. fratrem: & Liuius lib. 33. In eorum societate erant Decumani, mancipes, redemptores, magistri, promagistri, coactores, serui, familiares, & alij plerique qui publicanis in eo vectigali ministrabant, vt docet Vlpian. l. 1. D. de public. Mancipes & Decumani publicanorum erant principes, vt Cic. lib. 13. epist. ad famil. Magister in societate Bithynica. Operas in scriptura promagistro dat. lib. 5. epist. ad Attic. promagistri scripturæ nostrarum Diœceseon. Item, Pupius est in operis eius societatis. Eius operæ gratissimæ sunt societati. In Bruto. Liberi
B societatis eius, quæ pecuaria de P. Cornelio, L. Mummio censoribus redemerat: lib. 4. in Verrem, Decumani, hoc est principes, & quasi senatores publicanorum. Magistri cum tabulas nouo magistro traderent: lib. 5. in Verrem. Magister scripturæ, & sex publicanorum. Iustinus lib. 38. vocat publicanorum sectiones. Asconius in verrem. Mancipes sunt publicanorum principes, Decumani decumas reddunt: si portum aut pascua publica redemerunt, portitores aut pecuarij dicuntur, quorum ratio scriptura. Hi omnes exigenda à sociis suo periculo exigunt, & Reipub. repræsentant. Mancipi pro frumento ab aratoribus pecunias accipere non licet. Describuntur publicani sat. 3. Iuuenal.

Publicani vnde dicti.

Queis facile est ædem conducere, flumina, portus,
Succandam eluuiem, portandum ad busta cadauer,
C *Et præbere caput domina venale sub hasta.*

Publicanorum descriptio.

Item in veteri lapide.

Qui largæ Cereris messes, fructúsque renatos
Digerit in pretium, cui constat fama, fidésque,
Et qui diuitias vincit pudor, ire per illos
Consuetus portus, cura studióque laboris,
Littora qui præstat tutis fidissima nautis.

Impensè laudantur hoc elogio portitores, aduersus quos tamen, quia multa per vim plebeculæ adimebant, Prætor edixit apud Vlpian. lib. 1. D. de Publican. Quod publicanus, seu quis publicani nomine vi admerit, quódue familia publicanorum, si id restitutum non
D erit, in duplum; aut si post annum agetur, in simplum iudicium dabo. Honorius, & Valentinianus rescripserunt, vt quoties in disceptatione constiterit, iniquè discussionem fuisse factam, discussor ipse in eodem titulo, & in eodem modo ad soluẽdum protinus vrgeatur, in quo alterum perperam fecerit debitorem. Sed vt plebi aduersus publicanos cautum erat legibus, sic & publicanis aduersus eos qui publica vectigalia fraudare vellent, aut non profiterentur. Cic. in Agrar. Decemviri portitores omnibus omnium pecuniis constituti, qui non modo reges, atque externarum nationum homines excutiant, &c. Merces inscriptæ, quas in portu institor non esset professus apud portitorem, cadebant in commissum. Lucillius. Idem quod illi qui inscripta ex portu exportant clanculum me, ne portorium dent. Quintilian. Declam. 341. Quod quis professus non est apud publicanos pro commisso tenetur. Declam. 349. Publicano scrutari liceat: Quod quis professus non fue-
E rit perdat. Profitebantur igitur merces, ne in vectigali pendendo Reip. fraus fieret. Vnde & Martianus, Merces improfessas vocat. Tertul. in Apologet. Quantum vectigalibus pereat fraude, & mendacio vestrarum professionum. Varro lib. 2. de re rustic. c. 2. professiones appellat. si quis professus apud publicanos fuerit, non tamen soluerit, hoc concedente publicano, vt solent facere, D. Seuerus & Antoninus rescripserunt res in commissum non cadere l. vlt. D. de publican. Opinionem etiam pro censu in professione censuali vsurparunt imperatores l. vlt. C. de præd. & omnib. reb. nauic. lib. 11. Vnde & opinatores exactores militaris annonæ vocat Tribonian. l. 11. C. de erogat. milit. anno. Sedebant verò portitores certo loco vbi merces excuterent, quod Suidas τελωνεῖον appellat. τελωνεῖον ὁ τόπος ἐν ᾧ καθέζεται ὁ τελώνης, καὶ τελώνιον. Macar. Homil. 43. ὥσπερ εἰσὶν οἱ τελῶναι, καθεζόμενοι εἰς τὰς στενὰς ὁδούς, καὶ κατέχοντες παίοντας, καὶ διασείοντες. *Vt publicani sedent in angiportibus, & retinent ac excutiunt prætereuntes.* Chrysost. de pœnit. Achab. τί γὰρ χεῖρον τελώνου καθεζομένου καὶ πλὴν ὁδὸν, καὶ ἀλλοτρίων πόνων τὰς καρπὰς τρυγῶντος. *Quid est publicano deterius, sedente secus viam,*

qui vindemiat fructus alieni laboris? Plaut. Asinar. Portitorum sunt similes ianuæ lenoniæ, A
si afferes tum patent. Portitores etiam fuere in Græcia, & Asia sub Athenienſibus, qui decimas exigerent eorum quæ mari exportarentur, vel importarentur. Socrates lib.7.hist. Eccles. Χρυσόπολις ἐπίνειον ἐν ἀρχῇ τοῦ βοσπόρου, ὅπου ὁ ἀλκιβιάδης δεκατευτήριον ἐκάθισε. Δεκάτας γὰρ οἱ ἀπὸ τοῦ πόντου εἰς πλέοντες παρεῖχον. *Chrysopolis nauale fuit, vbi Alcibiades in faucibus Bospori portorium decimarum constituit. Decimas enim soluebant nauigantes à Ponto.* Denique qui arenarias, cretifodinas, salinas, & metalla conducta habuere, publicanorum loco erant: l.13. D. public. Sed & qui pascua conducunt, publicani dicuntur Plinio lib. 13. cap. 3. quos etiam sub Imperatoribus corpus habuisse docet Symmachus lib.10.e.58. Certè olim vectigal vnum fuit, pascua dictum: quare & in Censoriis tabulis omnia dicuntur pascua, ex quibus vectigal reficitur auctore Plinio lib.8. cap. 3. quia noui vectigalis nomen semper odio fuit. B

CAPVT IV.

De Agris vectigalibus.

Agri vectigales.

DE Publicanis, & exactoribus vectigalium egimus ἐν πλάτει, iam & de agris vectigalibus agamus. Vectigalia propriè res & agros spectant, quia pro inuectione, vel euectione mercium, decimísque & pascuis pendebantur. Horum originem à capite arcessit Appia.lib.1. ciuil. in hæc verba ῥωμαῖοι τὴν ἰταλίην πολέμῳ κατὰ μέρη χειρούμενοι, γῆς μέρος C
ἐλάμβανον, καὶ πόλεις ἐνώκιζων, ἢ ἐς τὰς πρότερον οὔσας κληρούχους ἀπὸ σφῶν κατέλεγον, &c. *Romani nunc hos, nunc illos Italiæ populos subijciendo, parte agri mulctabant, in eúmque colonias deducebant, aut in iam ante condita oppida sui generis adscribebant.* Hæ coloniæ tanquam præsidia partis bello prouinciis imponebantur, in quibus quantum erat culti agri colonis diuidebatur, aut vendebatur, elocabatúrque. Quod verò bellorum iniuria incultum supererat, quia sub sortem mittere non vacabat, per præconem inuitatis assignabant, quibuscumque liberet colere, parte decima fructuum sibi retenta in agris satiuis, in plantariis, aut arboreis quinta. In pastionibus autem certum pretium definiebant, in capita minoris, maiorísque pecoris. Δεκάτη μὲν τῶν σπειρομένων, πέμπτη δὲ τῶν φυτευομένων. Vbi quod de quinta parte fructuum ait, quæ pensitaretur, videtur durius, & à Ciceronis ætate alienius, qui Siculos decimas vini, & olei, non quintam fructuum par- D
tem persoluisse ait libris in Verrem. Paulo aliter Hygen.lib.2. Vectigales, inquit, agri sunt obligati, quidam Reip. populi Romani, quidam coloniarum, aut municipiorum, aut ciuitatum antiquarum, qui & ipsi plerique ad populum Rom. pertinentes ex hoste capti, partitíque, ac diuisi sunt per centurias, vt assignarentur militibus quorum virtute capti erant, amplius quàm esset destinatio modi. Veteres gloss. Vectigales εἰσὶν ἄγροι πόλεων διηνεκῶς μισθούμενοι, ἐπὶ τοιούτῳ τρόπῳ, καὶ ὅρῳ ἵνα ἐφ' ὅσον, διδόναι τὸ ὑπὲρ αὐτῶν βεκτιγάλιον τέλος μὴ ἐκβάλλωνται, μητὲ αὐτοὶ, μητὲ οἱ παρ' αὐτῶν εἰς τόπον αὐτῶν ὑπεισιόντες. *Vectigales agri sunt vrbium qui in perpetuum locantur, hac lege, vt quamdiu vectigal soluerint, non eijciantur ipsi, vel hæredes.* Vectigales item agri dicuntur Pop. Rom. qui ex hoste capti vectigalia pendunt, mancipibúsque vel in singula lustra, vel in annos centenos locantur, vt Hygen. de limitib.lib.1. & l.1. D. si ager vectig. l.11. D. de publican. vbi admonebo Respublicas im- E
ponere agris suis solitas vectigal ad rationem vsuræ trientis. Plin.lib.7.epist. Ager Reipub. mancipatus quingentis millibus nummûm, vectigalis nomine infert quotannis vicena millia nummûm, quæ ratio est vsuræ trientis, vt vult Budæus in Pandectis. Plinij verba sic habent. Nam pro quingentis millibus nummûm, quæ in alimenta ingenuorum, ingenuarúmque promiserant, agrum ex meis longè pluris actori publico mancipaui, eundémque vectigali imposito recepi. Apud Cic. l. 5. in Verrem, Ager decumanus qui arabatur non erat eorum proprius à quibus colebatur; sed publicus Pop. Rom. ac decumanarum conditione ac pensitatione agricolis à Censoribus erat attributus, qui aratores dicuntur, » agri ipsi arationes. Plaut. Trucul. malè vertit res pecuaria mihi apud vos, nunc vicissim » volo habere aratiunculam pro copia hic apud vos. Victis igitur hostibus intra fines Italiæ vel extra, eorum agros Censores colonis assignabant, aut elocabant iis qui colere vellent, sub conditione vectigalis fixi. Vt enim est in veteri lapide, vectigal fixum est, aut mobile.

Fixum

A Fixum quod agrorum eſt, non perſonarum, id eſt, cenſus, ſine quo fundus non emitur: l. 2. C. lib. 4. tit. 47. ſine cenſu vel reliquis fundum comparari non poſſe. Quare & ſi fundus in Eccleſiæ dominium tranſiret, cenſui tamen obnoxius erat, & Eccleſia publicas functiones agnoſcere cogebatur. Ambroſ. contra Auxent. Si tributum petit Imperator, non ei negamus, agri Eccleſiæ ſoluunt tributum. Theodoricus rex apud Caſſiod. lib. 1. Variarum. Ea verò quæ à tempore beneficij ad Eccleſiam veſtram ab aliquibus eſt tranſlata poſſeſſio, commune cum vniuerſis poſſeſſoribus onus ſolutionis agnoſcat, & eius ſubiaceat functioni cuius eſt nacta iura dominij. Mobile vectigal eſt quod pro rebus mobilibus penditur, vt venalitiis & mercibus. l. vlt. D. de Publican. §. quoties quis mancipia inuecta profeſſus non fuerit, ſiue venalia, ſiue vſualia, pœna commiſſi eſt.

Vectigal item certum fuit aut incertum. Certum definita fere ſtipendij ſumma, & hoc *Vectigal duplex.*
B tributum dictum, ſiue ſtipendium, quod qui pendebant, tributarij, ſiue ſtipendiarij dicebantur. Cæſar lib. 1. Belli Gal. quáſque ciuitates ſtipendiarias haberent, id eſt tributarias. Cic. 5. in Verrem. Quoddam vectigal ſtipendiarium, vnde ſtipendiarij Pop. Rom. vocantur lib. 3. de legib. Incertum autem vectigal, quod propriè dicitur vectigal, & portorij nomine, decumarum, ſcripturæ, ſalis pendebatur, ex iis agris fuit, quos hoſtibus eripuerant, & colonis aſſignarant, vel aliis qui colere vellent elocauerant, quos quicumque emerent, ſiue ciues Rom. ſiue ſocij eſſent, ſub conditione vectigalium emebant, vt ſolitum canonem perſoluerent. Incertum illud vectigal pro anni copia vberius, vel anguſtius exigebatur. Si enim vel ſterilitate, vel iniuria belli, aut aëris, anguſtior annona fuiſſet, aliquid deminuebatur de vectigali incerto, vt infrà ex Appiani lib. 5. ciuil. docebimus. Interdum vectigales illi agri ad ſubſidia reipub. relicti diuidebantur lege agraria ciuibus, quibus ter-
C ni, pluréſve liberi eſſent, vt Sueton. ſcribit in Iul. cap. 20. Demum cum diuites latifundia coëmerent, vt prodit Appianus lib. 1. ciuilium, & ſeruitiis replerent, Italíque paupertate & paucitate generis laborarent, tribunis rogantibus lex lata eſt, ne quis haberet agros ſupra quingenta iugera, neue quis paſceret plus centum capitibus maioris, plúſve quingentis minoris pecoris. Hanc legem tulit Caius Licinius Stolo tribunus plebis anno vrbis 367. Liuio narrante lib. 6. cui legi cum fraus fieret, Sempronius Gracchus legem Agrariam tulit, ne quis poſſideret ſupra quingenta iugera, vt Appianus ibidem ſcribit. Varro lib. 1. de re ruſt. Stolonis illa lex quæ vetat plus 500. iugera habere ciuem Rom. Prima lex Agraria lata eſt Spurio Caſſio, & Proculo Virginio Conſulibus apud Liuium lib. 2. Cum Hernicis fœdus ictum, agri partes duæ ademptæ, inde dimidium plebi, dimidium Latinis diuiſurus erat Conſul Caſſius anno vrbis 270. Alterius legis Agrariæ mentio fit
D apud eundem lib. 5. & apud Plutarchum in Gracchis. Tandem cum legi Agrariæ, quam Gracchi tulerant, fraus fieret, Spurius Thorius legem tulit, ne agri amplius diuiderentur, ſed poſſeſſores in iis relicti vectigalis penderent pro iis, eáque pecunia plebi diuideretur. Cicero tamen in Bruto. Spurium Thorium agrum publicum vitioſa, & inutili lege vectigali leuaſſe auctor eſt. Poſtremo ager Campanus qui vnus non diuiſus ſupererat, à Cæſare Conſule diuiſus eſt, vt Sueton. in Iul. cap. 20. Cicero ad Atticum. Eò magis quod Portoriis Italiæ ſublatis, agro Campano diuiſo, quod vectigal ſupereſt domeſticum præter viceſimam?

CAPVT V.

E

De Agris Quæſtorijs, & Aſſignatis.

QVÆSTORII dicuntur agri, quos populus Romanus deuictis, pulſíſque hoſtibus poſſedit, mandauítque Quæſtoribus, vt eos venundarent, quæ centuriæ nunc appellantur πλίνθοι, id eſt, laterculi eaſdem in quinquagenis iugeribus quadratas cluſerunt limitibus, atque ita certum cuique modum vendiderunt, cuius agri ſunt conditiones, vti populi Romani, quod etiam præſtitutum obſeruant. Vetuſtas tamen longi temporis, plærúmque pene ſimilem reddidit occupatorum agrorum conditionem, non tamen vniuerſi paruerunt legibus, quas à venditoribus ſuis acceperunt. Vectigales autem ſunt agri obligati quidam Reip. populi Romani, quidam coloniarum, aut municipiorum, aut ciuitatum aliquarum, qui & ipſi plærique ad populum *Agri Quæſtorij qui vocentur.*

Roma

Romanum pertinentes ex hoste capti, partitique, ac diuisi sunt per centurias vt assignarentur militibus, quorum virtute capti erant amplius quam destinatio modi, quam ve militum exigebat numerus, qui superfuerant. Agri vectigalibus subiecti sunt, alij per annos quinos, alij in plures: finito verò illo tempore, iterum venduntur, locantúrque, ita vt vectigalibus, est consuetudo. In quo tamen genere agrorum sunt aliquibus nominatim redditæ possessiones, id habeant scriptum in formis quantum cuique eorum restitutum sit. Hi agri qui redditi sunt non obligantur vectigalibus, quoniam scilicet prioribus dominis redditi sunt. Mancipes autem qui emerunt lege dicta ius vectigalis, ipsi per centurias locauerunt, aut vendiderunt proximis quibúsque possessoribus, &c. Virginum quoque vestalium, & sacerdotum quidam agri vectigalibus redditi sunt, & locati &c. Solent verò & hi agri accipere per singula lustra mancipem, sed & annua conductione solent locari. A B

Agri assignati.

Diuisi & assignati agri sunt, qui veteranis, aliisve personis per centurias certo modo ascripto, aut dati sunt, aut redditi, veteribus possessoribus redditi, commutatique pro suis sunt. Hi agri leges accipiunt ab his qui veteranos deducunt, & ita propriam obseruationem eorum lex data præstat in his agris. Sed & subcisiua aliquando compascua, sicut in his, qui vectigalibus seruiunt, & in hoc genere sunt. Quædam autem vectigalia, quæ intra perticam in eam regionem comprehensa sunt, aut si quid superfuit quod non assignaretur reseruatum, aut redditum, relocatúmque est cuiquam coloniæ. Hæc omnia ex Hygeno. Idem de agris sorte diuisis. Mensura peracta sorte diuidi debent, & inscribi nomina per decurias, per homines denos. Sed in formas sectari demum hominum acceptas, & quod singuli accipere debent, decem in vnum coniungantur, & in sortem inscribi. Sors prima D.D. I. & II. & III. & IIII. & cardinem illum, quousque mensura expleri decem hominum debebat, id est, in quot centuriis. Similiter omnium decuriarum nomina in sortibus inscripta, & qua parte quæ, aut quota sors modum habeat, vtrum vltra, & dextra, vtrum siniſtra, & vltra, citra; deinde ex decuriis antequam sortes tollant singulorum nomina in Pittaciis, & sorticulis, & id ipsi sortientur, vt sciant quis primo, aut quotocunque loco exeant. Igitur omnem sortem ponere debent, in qua totus pecuniæ modus adscriptus erit. Hæc sortitio ideo necessaria, ne quis queri possit, sed ante debuisse sortem tollere, & in meliorem fortasse incidere agri modum, aut sit disceptatio, quis ante sortem tollere debeat, cum omnes in æquo sint. Hæc Hygenus, ex quibus qui agri Quæstorij, qui vectigales, quæ deductio coloniarum, quæ sortitio fuerit agrorum inter veteranos agnoscas. Verba si quæ tibi visa fuerint impedita, lege glossas agrimensorias Nicolaij Bigaltij, qui auctores finium regundorum doctissimè illustrauit. Interim hæc habeto ex Siculo Flacco: Centuriis vocabulum datum est, ex eo quod centenis hominibus ducenta iugera dederunt, & ex hoc facto centuria iustè appellata est. Idem, centuriæ non per omnes regiones ducenta iugera obtinent. Siculus Flaccus formam, centuriationem, perticam, metationem, pro eodem accipit. Cancellatio item, commentarius, typus, liber æris, tabularium Cæsaris pro eodem sumuntur. Traianus Plinio, & vt scias dedisse me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo, ea conditione qua assueui, & referri in commentarios meos iussi. Imperatores agros sæpe diuisere, modúmque centuriis secundum agri magnitudinem dedere. In Italia triumviri iugerum quinquagenum, aliubi ducenum, Cremonæ iugera 210. D. Augustus in Beturiæ Emerita, iugera 400. D. Augustus assignationibus suis numero limitum inscriptos lapides omnibus centuriarum angulis defigi iussit. Voluerunt autem limites inscriptionibus cludi, ita cuius centuriæ esset lapis intelligeretur. Coloniæ plæræque deductæ sunt creatis triumuiris, & lege triumuirali, quædam à populo, nonnullæ à militibus. Iulius Frontinus lib. de Coloniis, Aquinum muro ducta colonia, à triumuiris deducta. Ager eius perennis limitibus assignatus est, id est, in eius agro perennes linearum discretiones obseruatæ. Abellino muro ducta colonia, lege Sempronia, deducta. Iter populo non debetur. Ager eius veteranis est assignatus. Antium populus deduxit, ager eius in laciniis est assignatus. Deducebantur milites veterani, qui se apud Tacit. lib. 1. Annal. vligines paludum, vel inculta montium per nomen agrorum accipere conqueruntur. Querela non absimilis est apud Salustium. Egregia scilicet mercede, cum relegati in paludes, ac syluas contumeliam atque inuidiam suam præmia penes alios intelligunt. Flaccus tamen Siculus syluas & loca aspera, in assignationē non venisse scribit. Si quid amari, vel incerti soli esset, id assignatione non datum, sed militi, veteranóq; culturam assignatam. Quandoque & veteranis, & colonis ipsis dati sunt, siue additi, permixtíque

Cēturiæ vnde dictæ.

C D E

ciues

A cines,quorum dignitas,aut gratia, aut amicitia victorem ducem mouerat,vt eis concederet agros ordinario suo & hæreditario iure possidendos. Ager interdum pro parte culturæ in laciniis & strigis assignatus. Interdum in iugeribus, nonnunquam per centurias,& strigas,aut in præcisuras sacras : interdum ager,limitibus Augusteis est assignatus,aut per centurias, & scamma. Agrum Bouillarum ex occupatione milites veterani tenuerunt in sortem. Agrum Capuæ Coloniæ Cæsar in iugeribus militi pro merito diuidi iussit. In laciniis assignatus dicitur, cum per particulas assignatur, ita Columella,gregem in lacinias distribui ait. Lege Iulium Frontinum lib.de Coloniis, quædam oppida deducta sunt sine coloniis, cum ciuibus ipsis deuictis agri redditi, sic vt Coloniarum iure , & conditione censerentur , agris ipsis pro Imperatoris,aut conditoris arbitrio redditis , aut commutatis. Iulius Frontinus Bouianum lege Iulia milites deduxerunt sine coloniis. A bella municipium
B coloni, vel familia Imperatoris Vespasiani iussu acceperunt. Colonis assignati agri, id est, militibus veteranis, vel pro merito,ita vt modum iugerationis ob militiæ meritum quisque acciperet, vel prout quisque occupauerat, possidebat in absoluto. Nonnunquam id quod quisque occupauerat , permittebatur sorti. Frontinus lib.de Colonis, Gabij oppidum lege Sullana munitum. Ager eius militibus ex occupatione censitus,interamne oppidum muro ductum à triumuiris est munitum , Ager eius militis merito est assignatus in laciniis limitibus intercisiuis. Ager Prænestini oppidi à quinque viris pro parte in iugeribus est assignatus,vbi cultura est. Cæterum in absoluto est relictus circa montes. Item alibi, ager eius in absoluto resedit. Item in soluto remansit. Interim enim oppidorum quæ rebellauerant, territoria, victis, pulsisq; ciuibus colonis ipsis adiudicata in absoluto , id est, sine lege & finitione laurum lauinia (alij lauro lauinium vocant) lege & consecratione veteri est assi-
C gnatus, id est, ordine veteris assignatoris, & secundum veterem consecrationem. Publius Affricanus apud Asconium veterem Chartaginem tectis ac mœnibus nudatam ad æternam hominum memoriam consecrauit. Appianus, ἐπηράσατο μηλόβοτον εἶ. Suetonius in Iulio,Campum stellatum à maioribus consecratum diuisit extra sortem,consecratum velut esset μηλόβοτον , vel terminis ac conditionibus, agri positis. Hygenus dixit , finem constituimus , & multa consecratione signauimus , finitis ergo (ait ille lib. de limitibus constit.) ampliorum bellorum operibus augendæ Reip.causa illustres Romanorum iuri vrbes constituerunt , quas aut victoribus populi Rom. ciuibus , aut militibus assignauerunt , & ab agrorum noua dedicatione culturæ colonias appellauerunt. Victoribus autem assignatæ coloniæ his qui temporis causa arma acceperant. Erat tunc præmium terra, & pro emerito habebatur. Multis legionibus contigit bellum feliciter transigere , & ad laborioſam
D agriculturæ requiem primo tirocinij gradu peruenire, &c. Iuuanal.satyr.14. parcimoniam veterem significat,

Tandem pro multis vix iugera bina dabantur
Vulneribus , merces ea sanguinis , atque laboris,
Nullis visa vnquam meritis minor.

Hygenus , solent enim multi agri ad pretium emeritorum assignari. Nam cum signa , & Aquilæ à primis ordinibus ac tribunis deducebantur , modus agri pro portione officij datus , Tacit.lib.14. Annal. Non vt olim vniuersæ legiones deducebantur , cum tribunis , & centurionibus , & sui cuiusque ordinis militibus, vt consensu & caritate Remp.efficerent, sed ignoti inter se diuersis manipulis sine rectore,sine affectibus mutuis,quasi ex alio gene-
E re mortalium repente in vnum collecti, numerus magis quàm colonia. Ferunt quidam, ait Hygenus , indictum postea modum belli , & expleta centesima hostium congressione , ad colendarum reductos terrarum agros. D. Iulius vir acerrimus , & multarum gentium domitor, tam frequentibus bellis militem exercuit,vt dum victorias numerat,congressionum multitudinem obliuiscereturNam milites vltra stipendia emerita detinuit,&c. Æque D. Augustus in assignata orbi terrarum pace exercitus qui sub Antonio, aut Lepido militauerant , pariter & suarum legionum milites colonos fecit,alios in Italia , alios in prouinciis, quibusdam deletis hostium ciuitatibus nouas vrbes constituit , quosdam in veteribus oppidis deduxit, & colonos nominauit. Illas quoque vrbes, quæ deductæ à Regibus, aut Dictatoribus fuerant , quas bellorum ciuilium interuentus exhauserat , dato iterum coloniæ nomine numero ciuium ampliauit , quasdam & finibus , &c. Multis coloniis immunitas agri vicit assignationem,& cum plus terræ quàm datum erat supereſſet,proximis possessoribus datum est,in commune nomine compascuorum,&c.Hæc beneficio coloniæ habent,

in forma

in forma compascua publica Iuliensium inscribi debent : nam & vectigal quamuis exiguum præstant. A

CAPVT VI.

De Portorio.

Portorium. VECTIGALIA Pop. Rom. tribus maximè rebus definita esse ostendimus, Portorio, Decumis, Scriptura. Cic. pro lege Manil. Itaque neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest. Item, vbertate agrorum, magnitudine pastionis, multitudine eorum quæ exportantur. Et iterum, cum publicani familias quas in portubus habent. Quo loco prosiluis, aut salictis vulgò rectè legi videtur salinis. Τέλος illud fuit ἐξαγωγικὸν, καὶ εἰσαγωγικόν, *vectigal pro inuectione & euectione mercium*, Arist. 2. Oeconom. ἐλλίμενιον *portorium* vocat, πωλουμένου τοῦ ἐλλιμενίου εἴκοσι ταλάντων, *cum viginti talentis Portorium venderetur.* Pollux, ἐλλιμενίζεις, ἢ δεκατεύεις. *Portoria, aut decimas exigis.* Demosthenes ἐλλιμενιστάς *Portitores.* Vet. gloss. Portorium, τέλος ἐν λιμένι, *vectigal in portu.* Portarium τέλος πύλης, *vectigal portæ.* Fuit enim & Portorium è mercibus quæ per portas in vrbes importabantur, vel exportabantur. Hesych. εἰσηλούσιον τίμημα εἰσόδου, ἢ τέλος *æstimationem ingressus, aut Portorium* vocat, quæ vox facta est, ab εἰσέρχομαι, *ingredior.* In pontibus quoque pro transitu vectigal datum Seneca docet. Nec indignabitur sapiens aliquid impendere vt limen transeat, cogitans & in pontibus quibusdam pro transitu dari. Herodianus exactiones fuisse ait ἐπί τε τοῦ ὄχθαις ποτάμων, καὶ λιμέσι πόλεων, ἔντε ὁδῶν πορείαις, *& in ripis fluminum, & portubus vrbium, & viarum transgressibus.* Vectigalis quod in itinere penditur, mentio fit l. 21. D. de donat. inter vir. & vxor. si quis pro vxore sua vectigal in itinere quod præstari solet, soluisset. Fuerunt & Portoria rerum venalium, & castrorum. Liuius lib. 32. Africanus & Pætus censores Portoria rerum venalium Capuæ, puteolisq;, item castrorum Portorium fruendum locarunt. Sueton. lib. 1. cap. 43. Iulius Cæsar peregrinarum mercium Portoria instituit. Portoria sublata sunt eo penè tempore quo Clodius à patriciis ad plebem transit. Dio lib. 37. Καὶ ἐπειδὰν τὰ τέλη δεινῶς τήν τε πόλιν, καὶ τὴν ἄλλην ἰταλίαν ἐλύπει, &c. *Et quoniam Portoria grauiter, vrbem, & reliquam Italiam offendebant.* Lex quæ Portoria tollebat, omnibus grata erat. Senatores autem offensi Prætori qui legem ferebat (erat enim his Metellus nepos) voluerunt nomen eius delere de lege, & alium pro ipso ascribere legis auctorem. Quod factum non est. Vnde apparuit eos ne beneficia quidem accepta & grata habere, quæ à perniciosis ciuibus profecta
,, essent, vt ibidem Dio. Cic. lib. 2. ad Atticum. Iam illa causa publicanorum quantam acer-
,, bitatem afferat sociis intelleximus ex sociis, qui nuper in Portoriis Italiæ tollendis, non
,, tam de Portorio, quàm de nonnullis iniuriis Portitorum querebantur. Hoc addo publicanos Rom. aliis gentibus Portoria non soluisse. In tabula fœderis Rom. cum Pisidis lex ita
,, posita est. Quam legem Portoriis terrestribus, maritimisq; Termenses maiores Pisidæ ca-
,, piundis intra suos fines dixerint, ea lex iis Portoriis capiundis esto, dum ne quid Portorij
,, ab iis capiatur, qui publica Pop. Rom. vectigalia redempta habent. Et in fœdere cum Am-
,, braciensibus. Ambracienses Portoria quæ vellent terra mariq; caperent, dum eorum immunes Rom. ac socij nominis latini essent. Plato lib. 8. de legib. Portoria omnia ex sua Rep. sustulit, vt mercatores ad rerum copiam inuehendam allicerentur. Nero cauit ne censibus negotiatorum naues ascriberentur, neue tributa pro illis penderent, Tac. lib. 13. Annal. Res quædam à Portoriis liberę fuere, puta quas ad vsus domesticos priuati ferrent, vt exercendi agri caussa, vel quæ ad fiscum pertinerent, l. 5. C. de vectigal. l. locatio §. fiscus. D. de pub. Sed neque ea Portorij onere premuntur quæ in vsus Præsidum, & Ducum qui præsunt exercitibus, deportantur, l. 4. ibid. Neque ij qui res fisci tractant, Portoria pro rebus suis pendunt. d. l. Locatio. De iniuriis Portitorum in mercibus excutiendis suprà pluribus egimus, quos
,, interdum mulctam pecuniariam imposuisse Varro apud Nonium docet, Æs defraudasse
,, cauponem, cauponam luto obliuisse, tum Portitores æra indixisse. His addo prouincias quasdam fuisse, quæ immunes à Portoriis & vectigalibus essent. Tacit. lib. de morib. German. Catti nec tributis conteruntur, nec publicanus atterit. Exempti oneribus, & collationibus, & tantum in vsum prœliorum sepositi, velut tela atque arma, bellis reseruantur.

Admonui

A Admonui vet.glossas *portorium*, & *portitorium* τέλος, & τελωνεῖον vocare. Ad portorium pertinent ea quæ colligebantur ex nauigiis, & quæ olim naualibus addicta erat, vt scribit Symmachus lib.5. ep.62. Festus dimidiato conduci portoria docet, id est, portitores dimidiatam quæstus partem accipere. Iulius Firmic. lib. 4. Astron. cap.2. Conductores vectigalium quorum actus circa aquam ius conductionis exercent, vt quartarij, muliones, mercenarij qui quartam quæstus partem capiebant. Carolus magnus lib.3. c.12.& cap.14. Quadruplatores vocat qui quartam portorij partem consequebantur.

Pertinentia ad portoriũ.

Conductores vectigaliũ.

Quadruplatores.

CAPVT VII.

B

De Comitibus portus Romæ & Rauennæ.

ARISTOTELES sub finem lib. 6. Polit. λιμεναρχας & λιμενοφύλακας vocat eos qui portum obseruabant, de quibus l.4. D.de fugit.

Comites portus Romæ & Rauennæ.

Alij autem erant Comites portuum à portitoribus. Comes enim portus Romæ explorabat naues portum ineuntes, & à mercatoribus consuetudines exigebat. Comes Rauennæ nauium copiam procurabat, & si quid noui negotij emergeret, nauigiolis ac dromonibus summa celeritate Romam nuntiabat. Cassiod.lib.7.form.9. Vnusquisque mercatorum pro solemnitate commonitus offerat voluntarium munus. Xenia sunt ista non debita. A paucis accipit qui nimium quærit. formul.14. Comitis Rauennæ administratio
C vocatur mediocris. Nauium copiam procurat. Negotiatorum operas nec nimias exigas, nec venalitate derelinquas. A dignitatibus Palatij nostri vix in euectionibus scribitur, & iam à te summa celeritate completur. Comites illi portuum libera Republica non erant, sed soli portitores, qui merces in portum inuectas, aut è portu euectas inspiciebant. Imperatores sarta tecta portus & phari curarunt, & Comites portus instituerunt, qui à Tarracinensibus & Thuscis calcem conuehendam curarent ad portum muniendum, l. 3. C. de calc. coctorib. Illic copiosus nauium prospectatur aduentus, illic veligerum mare peregrinos populos cum diuersarum prouinciarum merce transmittit. His primum faucibus Romanæ delitiæ sentiuntur, & vndis Tiberinis quasi per alueum vadunt quæ ad commercia ciuitatis ascendunt ait Cassiodor. lib. 7. for.9. Comes portus curabat, & horrea portuensia per patronos portuenses, C.Theod. de patro. portuensib. & saccariis, id est baiulis. Præfe-
D ctus vrbi mittebat ex officio apparitores ad portum si quid noui operis moliendum esset vt S. Ambros. scribit epist.33. Apparitor præfecturæ qui propter operas portuenses offensam contraxerat. Aurelianus in portu ostiæ forum nominis sui ad mare fundauit, vt scribit Vopiscus. Portitores olim, & rationales sub Imperatoribus ἐλογίσεύον τὰ κατὰ τὰς πόλεις, *Rationem subducebant portoriorum per vrbes*, vt ait Euseb. lib.9. ecclesiast. histor. ἐδόκει λογισεύειν τὰ κατὰ τὴν ἀντιοχείαν.

CAPVT VIII.

De Decumis in genere.

E

VECTIGALIA olim & Romæ, & in cæteris gentibus, mancipibus locari, vnde pecunias reficerent, moris fuit. Ioseph.lib.12. orig.cap.4. Ἐνστάσης δὲ τῆς ἡμέρας καθ' ἣν ἔμελλε τὰ τέλη πιπράσκεσθαι τῶν πόλεων ἐν αἰγύπτῳ, ἠγόραζον οἱ τοῖς ἀξιώμασι ἐν τῇ πατρίσι διαφέροντες, &c. *Cum instaret dies qua vectigalia vrbis vænire opportuit; emebant ij qui dignitate in patria præcellebant.* Et cum vectigalia Syriæ, Phœnices, Iudeæ, & Samariæ octo millibus talentorum redimerentur, &c. Decimæ frumenti apud Cranonios pecunia redimebantur auctore Polyæn.lib.2. κρανωνίων τῆς πόλεως τὴν τοῦ σίτου δεκάτην ἀπομισθούσης, ἀδελφὸν αὐτοῦ νεώτερον τὰ τέλη καθῆκεν μισθωσάμενον, &c. *Cum cunctas frumenti decimas mercede locaret, fratrem suum iuniorem submisit, qui vectigalia redimeret, ad summa pretia reditus attollens.* Ita cum fratrem suum decumanum in vrbe constituisset, & multos ei iuuenes florenti ætate adiunxisset, qui agros obirent, vt fructus decimatos colligerẽt. Sic interpretor

Decumæ in genere.

illa verba, ἢ πολλὲς νεανίσκες ἀνεμάσαντας ἐγχείσιας ὠφιπόλες τ χωείων εἰς συλλογλω τ δεκαλδομῶν καρπῶν, non εἰς συλλογίας. A

Decimarũ varietas. Decimæ autem variæ fuere. Quædam eorum quæ in vrbem importarentur. Aristot. Oecon. lib. 2. cap. 2. νόμι ὄντ@ ἐν βαβυλωνίᾳ παλαιὲ δεκάτω ἔδ τ εἰσαγομῶν, *Cum Babylone lex vetus esset, vt decimæ eorum penderentur, quæ importata essent.* Xenoph. p. 423. ἀπέδοτ τὼ δεκάτω τὼ ἐπ τ πόντ πλεόντων, persoluit Byzantij decimam quam debebant ij qui à porto nauigabant. Aliæ decimæ bonorum omnium fuere, quas Triumuiri per vim ab omnibus ciusbus exegerunt, ait Zonaras, ἐδεκατοῦντ τὰς ὑσίας ἁπάντων πολιτῶν.

Decimæ votæ Diis. Fuerunt & Decimæ Diis votæ eorum omnium quæ nata essent eo anno. Dionys. lib. 1. οἱ πελασγοὶ ὔξαντ καθιδύσῃν τὰς δεκάτας τ φερσγμησομῶν ἁπάντων. Vnde Callimachus in Delo, δεκατηφόρυς ἀπαρχὰς, primitias decimam ferentes vocat.

Ἀλλά τι ἀμφιέλεις δεκατηφόρῳ αἰὲν ἀπαρχὰ πέμπονζ. B

Sed tibi primitiæ annuæ decimanæ semper mittuntur. Arist. lib. 2. Oeconom. φέρεσδον ἐκ γῆς οἱ μὲ δεκάτω, οἱ ζ ἐπφόριον φερσαγορδύεσι, *reditum è solo quidam decimam, alij prouentum vocant.*

Herculi pollucta. Erant & decimæ bonorum quas Herculi pollucere moris fuit. Plaut. Sticho, vt decimam partem Herculi polluceam. Plutarch. in Sylla ὑποδύων τ ὑσίας ἁπάσης τὼ δεκάτω τῷ ἡρακλεῖ. *Pollucens omnium bonorum decimam Herculi.* Cic. lib. 2. offic. Orestì nuper prandia in semitis decumæ nomine magno honori fuerunt. Arist. apud Sudam. τὰς γὲ δεκάτας τ κειλιῶν τ δυομῶν ἐδίδοσαν ἐν τῷ πρυτανείῳ. *Decimas abdominum victimarum quæ immolatæ essent in Prytaneo dederunt.* Idem ἀδεκαλδότες, *immunes*, δεκαλδότὰς *decumanos*, vt supra ostendimus.

Vini & olei. Erant & decimæ vni, & olei, vt Cic. 5. in Verrem. L. Octauio & C. Cotta Coss. senatus permisit vt vini decumas, & frugum minutarum, quas ante te (Verrem lege) Quæstores in Sicilia vendere consuessent, Romæ venderent, legémque his rebus, quæ ipsis videretur, edicerent. C

CAPVT IX.

De Decumis frumenti.

Decumæ quid significent. DECVMÆ igitur propriè decimam fructuum partem significant, à quibus Ciceroni in Verrem, ager vectigalis Pop. Rom. ex parte decima dicitur. Item, omnis ager Siciliæ decumanus est. Tacitus lib. de mor. German. decumates agros vocat. Eæ interdum infra modum legitimum à Censoribus definiebantur. In Sicilia enim singula iugera singula medimna soluebant, vt Cic. 5. in Ver. pro quibus tria medimna exegit Verres. In prouinciis autem Pop. Rom. non eadem semper ratio, modúsque decimarum seruatus est. Asiæ enim certum non erat impositum stipendium, sed pro anni copia, vel inopia vberius aut angustius vectigal exigebatur. Appian. lib. 5. ciuil. ἐ πὸς τὰ πιήματα ὑμῖν ἐπεδήκαμδ, ὡς αὖ ἡμὰς ἀκινδυνον φόρ@ ἐκλεγομδ, ἀλλὰ μέρ@ φερδν τ ἑκάστε καρπῶν ἐπετάξαμδ ἵνα ἢ τ ἐναντίων κοινωνῶμδ ὑμῖν. *Vectigal vobis non ex censu imposuimus, vt tributum periculi expers colligamus, sed vt partes fructuum conferretis constituimus, vt & rebus vestris aduersis communicemus.* Cæteris prouinciis aut vectigal certum impositum est, quod stipendiarium dicitur, vt Hispanis, & plerísque Pœnorum, quasi victoriæ præmium, ac pœna belli, aut censoria locatio constituta est, vt Asiæ lege Sempronia, ait Cic. lib. 3. in Ver. Siciliæ ciuitates sic in amicitiam, fidémque recepimus, vt eodem iure essent, quo fuissent, eadem conditione Pop. Rom. parerent, qua suis antè paruissent. Perpaucæ Siciliæ ciuitates sunt bello à maioribus nostris subactæ, quarum ager cum esset publicus Populi Rom. factus, tamen illis est redditus. Is ager à Censoribus locari solet. Fœderatæ ciuitates duæ sunt, quarum decumæ venire non soleant, Mamertina & Taurominitana. Quinque præterea sine fœdere immunes ac liberæ, &c. Præterea omnis ager Siciliæ ciuitatum decumanus est. 5 in Verr. olim à Siculis tres decimæ frumenti solutæ, 1. sine pretio, 2. emptæ tribus HS. 3. empta, 4. sestertiis. Postea non decima ab aratoribus sed quadragesima vt ab aliis prouinciis exacta est. l. 9. C. de suscept. & arcar. Lege autem Censoria descriptio, & conditio in locatione vectigalium continetur, qua cauetur quibus ex rebus vectigal, quemadmodumq; capiatur, quæ plerumque erat asperior in prouinciales, municipibus fauebat. Alphenus l. in lege Censoria D. de verb. sign. In lege Censoria portus Siciliæ ita scriptum erat: D E

Seruos

A ſeruos quos domum quis ducet ſuo vſu,pro his portorium ne dato. Cic. lib.3. de nat.deo. Noſtri quidem publicani, cum eſſent agri in Bœtia Deorum immortalium excepti lege Cenſoria, negabant immortales eſſe vllos qui aliquando mortui fuiſſent.lib.2. ep.1.ad Q. fra. Poſſunt in pactionibus faciendis non legem ſpectare Cenſoriam. Ea lex fiebat à Cenſoribus cum publica vectigalia locarent. Liuius lib.43. In Cenſura Claudij, & Sempronij edixerunt, nequis eorum qui Q.Fuluio,& Aulo Poſtumio Cenſoribus publica vectigalia, aut vltro tributa conduxiſſet ad haſtam ſuam accederet. Varro lib. 2. de Re ruſtic. c.2. & Cic. de prouinciis conſularibus, legem Cenſoriam vocant, quæ in publicorum locationibus dicta erat.Idem Varro luſtrum nominatum eſſe tempus quinquennale ait,à luendo,id eſt ſoluendo, quod quinto quoque anno vectigalia, & vltrotributa perſoluebantur. Agri igitur vectigales decumas Pop.Romano pendebant. Hoc frumentum militibus admetie-
B bantur,& vrbanæ plebi modo ſemiſſibus, modo trientibus, tandem lege Clodia ſemiſſes & trientes ſublati ſunt, gratiſque admenſum plebi vrbanæ frumentum.

Frumentum vectigale triplex.

Frumenti autem quod ex prouinciis extrahebatur tria genera fuerunt, decumanum, emptum, & æſtimatum. Decumanum erat decuma quam quiſque arator ſine pretio dare cogebatur. Quæ ſumma pro copia vel inopia frumenti in ſingulos annos erat incerta. Emptum, quod aratores vendere accepto ex S. C. pretio cogebantur ad alendum Romæ populum. Æſtimatum, quod æſtimabat magiſtratus in cellam ſuam in vſum familiæ, cum interdum pro frumento pecuniam acciperet,vt Aſcon.in Ver. Cic. diuinat.in Ver. Quæritur Sicilia tota C. Verrem ab aratoribus cum frumentum ſibi in cellam imperaſſet,eſſétque tritici modius H S. duorum, pro frumento in modios ſingulos duodenos ſextertios exegiſſe. Item. Emptum eſt ex S. C. frumentum ab Siculis Prætore Verre, pro quo fru-
C mento pecunia omnis ſoluta non eſt.Item. Mancipes è ciuitatibus pro frumento pecuniam exegerunt. Quod crimini datur Verri. Plinius Panegy. Deuehunt ipſi quod terra genuit, quod ſidus aluit, quod annus tulit: nec nouis indictionibus preſſi ad vetera tributa deficiunt. Emit fiſcus quicquid videtur emere: inde copiæ, inde annona.

Empti frumenti genera duo.

Emptum duplex fuit. Vnum decumanum quod ex alteris item decimis pretio perſoluto aliquando accipiebatur. Vt enim Liuius ſcribit lib.37. Duæ decimæ frumenti ſæpe imperabantur prouinciis. Alterum imperatum, quod præter duas decumas æqualiter omnibus ciuitatibus pretio item ſoluto imperabatur, vt Aſcon. Cic.5. in Verrem. Decumæ in Sicilia lege, & conſuetudine trahuntur: alteræ nouis inſtitutis propter annonæ rationem imperantur. Nummi argentei ſunt,Piſonis & Cæpionis,in quibus cernuntur duo viri inter ſpicas ſedentes, cum inſcriptione. Ad frumentum emendum ex S. C. Tacit.in Agricola,
D Prouinciales emere frumenta & vendere cogebantur,diuortia itinerum, & lõginquitas regionum indicebatur, vt ciuitates à propinquis Hybernis in remota, & auia deferrent. In Lapide Auguſti legitur,frumento priuatim coempto. Coemptio dicitur ωνωνὴ, cum vndique fiſcus à prouincialibus etiam inuitis ſpecies annonarias vſui publico, vel exercitui neceſſarias emit.Cura coëmendi frumenti dicitur ſitonia,vel ſitonium,lib.57. Baſilic.Non fit coemptio ſine auctoritate principis, niſi ſi qua municipia annonæ caritate laborent. Item, coemptio fit pro numero iugorum,& capitum, πρὸς τὸ ἀναλογῶ τῶ ζύγων ἤτοι ζυγοκεφάλων, Nouel.17. Sed vt ad Aſconium redeamus,emitur quotannis frumentum publice in cellam magiſtratibus,& legatis imperatum.Cic.5.in Verrem. Prætor in cellam frumentum ſumit.

Frumẽtum honorariũ.

Erat & honorarium frumentum.Cic.in Piſon.Qui modus tibi fuit frumenti ęſtimandi, qui honorarij,ſiquidem poteſt vi,& metu extortum honorarium nominari. Vnde ſequitur
E honorarium fuiſſe frumentum quod honoris cauſſa ſponte, & ſine metu Prætori daretur à Prouincialibus. Doctiſſimus Budæus ad L.ſolet.de offic. Proconſ. Honorarium illud non de frumento accipit, ſed ex Plin. lib.10. epiſt. de Honorario quod Decuriones pro introitu curiæ dabant. Melius Iſidorus, vinum, & frumentum honorarium honori Prætoris datum ait.

Canon frumentarius.

Poſtea canon frumentarius, canon glebæ vocari cœptus. Canon enim anniuerſariam penſitationem, præſtationem, functionem, collationémque ſignificat. Sidon.lib.6.epiſt.1. Debitum glebæ canonem non petatis. Vopiſcus, canon Ægypti vobis integer veniret. Lampridius in Heligab. Iuſſit canonem P. R. vnius anni eſſe, cum eo tempore iuxta prouiſionem Traiani ſeptem annorum canon frumentarius eſſet. Spartianus in Seuero, Rei frumentariæ quam minimam repererat ita conſuluit, vt excedens ipſe vita ſeptem annorum canonem P. R. reliquerit,ita vt cottidiana 75. millia modiorum expendi poſſent. Itáque canon præſtationem ſignificat ordinariam, quamimmutari Impp. Leo & Anthemius

vetuerunt l. vlt. de canon. largitional. tit. lib. 10. C. l. 1. eod. tit. l. 2. de canon. fru. vrb. Rom. lib. 11. C. erant ex canone quoque annonæ quædam annuæ ad victum cultúmque corporis, in frumento, vino, hordeo, larido. Prouinciales enim pendebant frumenti quinquagesimas, hordei quadragesimas, vini & laridi vicesimas. Armenij quia longius dissiti pendebant tantum frumenti & hordei quadragesimas, vini & laridi quintas decimas l. 9. lib. 10. C. de suscept. præpos. & arcariis. Ægyptios olim regi quintam fructuum partem soluisse docent sacræ litteræ Genes. cap. 47. Beneficium autem erat Principum donare possessiones dempto canone, & leuare possessiones tributis l. 1. C. lib. 10. tit. de collat. donat. Denique vt hoc caput aliquando claudamus, in portoriis & scriptura publicani pecunias exigebant, non item ob frumentum. Vnde lib. 1. in Ver. crimini vertitur mancipibus, quod affinitatibus pecunias pro frumento exegerint. Et 5. in Ver. puniendus Verres esse dicitur, quòd aliquot nominibus de capite frumenti decumas detraxerit.

CAPVT X.

De Inuectione frumenti.

Inuectio frumenti.

HVNC locum supra pluribus illustrauimus, quibus hoc addo Augustum ex Ægypto vrbi annua ducenties centena millia frumenti Romam inuehenda curauit, narrante Victore. Sub Tiberio maiorem è prouinciis quàm sub Augusto frumenti modum inuectum fuisse indicat Tacit. lib. 6. Annal. Addidítque quibus è prouinciis, & quanto maiorem quàm Augustus rei frumentariæ copiam aduectaret. Idem lib. 13. Temperata apud transmarinas prouincias frumenti subuectio, ne molestiæ prouincialibus fierent Nerone faciente. Immunitas illis data est qui subuehendo frumento inseruirent. Quod autem Tacitus scribit temperatam apud transmarinas prouincias frumenti subuectionem, & ne censibus negotiatorum naues adscriberentur, tributúmque pro illis penderent constitutum, ad negotiatores, & nauicularios qui annonam adiuuabant referri debet. Illi enim immunes sunt à muneribus publicis quandiu in eiusmodi actu sunt. Nam remuneranda pericula eorum, & præmiis adhortanda l. 5. de iure immunit. D. sed & qui naues fabricauerint, & ad annonam populi Rom. præbuerint non minores 50. millium modiorum, donec hæ naues nauigant, aut aliæ in earum locum muneris publici vacationem habent. l. 3. D. de vacat. & excusat. muner. Aliæ naues muneribus obnoxiæ sunt. Quod idem Athenis obtinuit. Scholiast. Aristop. in Pluto, τινὲς τὴν ἐμπορίαν ἐπροφασίζοντο τὴν εἰσφορὰν βουλόμενοι φυγεῖν. *Quidam mercatores se simulabant, ne tributa penderent.* Constantinus frumentum Alexandrinæ ecclesiæ pauperibus alendis transcripserat. Socrates lib. 2. hist. τῇ ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ σιτηρέσιον ἤδη πρότερον δεδώρητο ὁ τῶν αὐγούστων πατὴρ εἰς διατροφὴν τῶν πτωχῶν. Iouianus modum frumenti quem Constantinus posuerat, quemque Iulianus ademerat ecclesiis restitui iussit. Theodoret. lib. 4. τοῦ σίτου τὴν σύνταξιν ἀποδοθῆναι ταῖς ἐκκλησίαις κελεύσας. De panibus qui dari soliti P. Diaconus lib. 13. pag. 374. Claudianus lib. 2. in Eutrop.

Quæ suscepta fames, quantum discriminis vrbi,
Ni tua, vel soceri nunquam non prouida virtus,
Australem Arctois pensasset frugibus annum,
Inuectæ Rhodani Tiberina per ostia classes,
Cyniphijsque ferax Araris successit aristis,
Teutonicus vomer, Pyreneique iuuenci
Sudauere mihi, segetes mirantur Iberas
Horrea, nec Lybiæ senserunt damna rebellis,
Iam transalpina contenti messe Quirites.

Iulianus in epistolis pag. 327. 30. millia modiorum ad vsus pauperum contulerat. epist. ad Libanium ναῦς πληρουῦται ποταμίαι πυροῦ, μᾶλλον δὲ ἄρτων ξηρῶν καὶ ὄξους. Claudianus Panegyr. 2. Stilic.

Et populus quem ductor amas, quibus Africa per te

Nec

A *Nec prius auditas Rhodanus iam donat aristas.*
Vt mihi vel Massyla Ceres, vel Gallica prosit
Fertilitas, messésque ferat nunc humidus Auster,
Nunc aquilo, cunctis ditescant horrea ventis.

Paneg.3. ——— *Quis Gallica rura,*
Quis meminit Latio Senonum seruisse ligones?
Aut quibus exemplis fœcunda Tybris ab arcto
Vexit lingonico sudatas vomere messes?

Si Ægyptus clauderetur, ex Africa petebantur frumenta, si Aphryca non responderet, è
B Gallia & Hispania. Claudianus de laudib. Serenæ.

Phariæ segetes & Punica messis
Castrorum deuota cibo, dat Gallia robur
Militis, Illyricis sudant equitatibus alæ.

Petrus Rauen. serm.25. Frumenta quæ sunt in horreis condita vocat.serm.23. Si sacculorum condita forte te delectant. Idem condita de pecuniis hominis auari dixit.

CAPVT XI.

De Scriptura.

C IN agris vectigalibus Scriptura tertium locum obtinuit, quæ propriè dicta est ratio eorum qui vectigal è pascuis percipiunt. Interdum pro ipso accipitur vectigali, quod è pascuis reficitur. Dicuntur calles, & saltus. Festus, Scripturarius ager publicus appellatur, in quo vt pecora pascantur, certum æs tribuitur, quia publicanus scribendo conficit rationem cum pastore. Lex Thoria mulctat eos quorum pecora agros publicos depascunt, vt docet Cic.2. de orat. inde mulctatitia pecunia refecta, ex qua ludi florales editi. Ouid.5. fast.

Scriptura vectigalium quid sit.

Scripturarius, ager publicus.

Rem populus recipit, mulctam subiere nocentes.
Vindicibus laudi publica cura fuit.
D *Mulcta data est ex parte mihi: magnóque fauore,*
Victores ludos instituere nouos.

Certè olim vectigal Romanis vnum fuit, pascua dictum, quare & in Censoriis tabulis omnia dicuntur pascua, ex quibus vectigal reficitur, ait Plinius lib.8. c.3. Magistri Scripturæ erant qui vectigalia describebant, quos Lucillius Scripturarios vocat. de Callibus Tacit. lib.4. Erat in iisdem regionibus Curtius Lupus cui prouincia veteri ex more calles euenerat, Cic.pro Sextio. Italiæ calles, & pastorum stabula prædari cœpisse. Ea prouincia minimi negotij fuit. Sueton.in Iul. c.19. Eandem ob causam opera optimatibus data est, vt prouinciæ futuris consulibus minimi negotij, id est syluæ, calléque darentur, qua maximè iniuria instinctus Cæsar. Isidor.lib.15.c.16. Callis est pecudum inter montes angustum & tritum
E iter, à callo pedum vocatum, siue callo pecudum perduratum. Varro lib.2.R.R.c.10. Neque senes, neque pueri callium difficultatem, ac montium arduitatem, atque asperitatem facile ferunt, quod patiendum illis qui greges sequuntur, præsertim armentitios, ac caprinos, quibus rupes ac syluæ ad pabulum cordi. Plautus Pseudolo. Calles vocat caudicalem prouinciam. Festus, saltus vbi syluæ & pastiones sunt, quarum causa casæ quoque ibi sunt. Varro lib.4. de ling. Lat. quos agros non colebant propter syluas, aut id genus, vbi pecus possit pasci, & possidebant, ab vsu suo saltus nominauerunt. Ea prouincia data consulibus, vt syluas in quibus sæpe grassantur latrones, repurgarent. ideóque præsidio militari opus fuit. Iuuenal. sat.3.

Armato quoties tutæ custode tenentur.
Et pontina palus, & Gallinaria pinus.

Alexander Seuerus apud Lampridium syluas in publicos vsus thermarum deputauit. Sed & syluæ interdum à Censoribus locatæ, vt ex arboribus vectigal exigeretur. Iuuenal.

Nunc sacri fontis nemus, & delubra locantur A
Iudæis, quorum cophinus, fœnúmque suppellex.
Omnis enim populo mercedem pendere iussa est
Arbor.

,, Iurisconsultus Pastores saltuarios commemorat D. de instruct. & instrumento legat. l.8.
,, si fundus saltus, pastionésque habet, greges pecorum, pastores saltuarios. Sed de scriptura
,, Cic. ad Attic. lib. 1. P. Terentius meus necessarius operas in portu & scriptura Asiæ pro
,, magistro dedit. pro Flacco. Homines eos quibus odio sunt nostræ secures, nomen acer-
,, bitati, scriptura, decumæ, portorium morti. Lex autem scripturæ fuit, vt qui inscriptum
pauisset, lege Censoria committeret. Varro lib.2.cap.1.R.R. Quemadmodum & inscriptæ
merces, quas in portu Institor professus non esset, apud publicanum in commissum cade- B
bant. Ideo pastores numerum capitum sui pecoris apud scripturarium profitebantur, & in
,, singula capita aliquid pendebant, quæ scriptura dicta est. Plaut. Trucul. Vbi non est scriptu-
,, ram vnde dent, incusant publicanos. Non licuit autem scripturario pecudem ob scriptu-
,, ram accipere, Plaut. Trucul.
,, *Nam aduersum legem à me, ob meam scripturam pecudem accepisset.*

CAPVT XII.

De Tributo & Censu.

C

Tributũ & Census. Tributũ temerarium.

DE Tributo quædam in vniuersum præmisimus, iam pressiûs in eodem argumento versabimur. Tributi collatio, ait Festus, alia est in capite, alia in censu. Dicitur & quoddam temerarium tributum, quod nulla habita rerum, personarúmve ratione, si res grauior inciderat, indicebatur, cuiusmodi post vrbem à Gallis captam collatum est, quia proximis quindecim annis census alius non erat. Item bello punico secundo, M. Val. Læuino, M. Claudio Marcel. Coss. cum & Senatus, & P.R. in ærarium quod habuit detulit. Apud Liuium lib.26. temerario illo tributo matronæ aurum, & ornamenta sua contulerunt, viduarum & pupillorum bona in ærarium collata, quæ bello confecto tribus pensionibus redderentur. Fuit igitur tributum aliud ordinarium, quod in caput, atque in solum quotannis impositum est, alterum extraordinarium imperatum lege, vel S.C. vt si naues, nautæ, milites, ac in eos sumptus necessarij prouinciis imperarentur. Tributum in caput capitatio, tributum in solum, vel agros, census, quod à Platone lib.12. de Repub. maximè probatur qui ex censu cuiúsque & annuis fructibus tributa indicenda ait. D

Cẽsus apud Romanos quid esset.

Cuius modi autem census apud Romanos esset, docet Theoph. instit. §. vlt. tit. de libert. κῆνσος ἦν σανὶς, ἤτοι χάρτης ἔνθα ῥωμαῖοι ἀπεγράφοντο τὰς οἰκείας περιουσίας, ἐπὶ τῷ ἐν καιρῷ πολέμου κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἰδίας ὑποστάσεως ἕκαστον εἰς φέρειν. *Census tabula fuit, in qua descriptæ Romanorum opes, vt si res posceret, quisque pro suis facultatibus tributum inferret.* Suidas κῆνσος, est ἐξέτασις ῥωμαίου πλήθους, id est, *recensio P. R.* qui potius recensus, quam census dici debuit,
,, qualem apud Sueton. Iulius Cæsar egit; recensum populi, nec more, nec loco solito, sed vi-
,, catim per dominos insularum egit. Dio lib.53. Augustus τὰς ἀπογραφὰς ἐξετέλεσε, *recensum peregit.* Idem τῶν γαλατιῶν ἀπογραφὰς ἐποιήσατο, καὶ τὸν βίον τήν τε πολιτείαν ἐκόσμησε, *Galliarum censum peregit, & vitam ac Rempub. ornauit.* lib.55. noluit censere subditos extra Italiam, ne res nouas molirentur. Augustus tamen in Syria censum egit, apud Ioseph. lib.18. origin. & Luc.2. A censendo census dictus, & censitor, bonorum æstimator. Ciues capite censi, proletarij apud Liu. lib.1. Homines censi, vel censiti sunt tributarij l.1. de immu. nem. conced. Cod. Gellius lib.15. cap.10. qui in plebe Romana non amplius quàm mille quingenta æris in censum deferebant, proletarij, qui nullo aut perquam paruo ære censebantur, capite censi dicti. Censuales professiones, libri censuales in iure sæpe commemorantur. Olim censebantur ciuium Ro. capita, & bona, in eóque censu villas omnes ædes dicunt, vt Varro lib.4. ling. Lat. Cic. pro Flacco, censui censendo, vocat prædia quæ mancipi erant, & à domino in censum deducta, quæ emi, & venire ex iure ciuili, & subsignari apud ærarium, & Censorem poterant. Suidæ item κένσος, dicitur ἐτήσιον τέλος, *census annuum vectigal.* E

Census & censitor.

Hesychiô

A Hesychio ὑπικεφάλαιον *capitatio*, καὶ εἶδος νομίσματος, & nummi quoddam genus. Luc.20. vocatur φόρος tributum.Matth.10.numisma census.Christus denarium obtulit pro censu, quanquam census agrorum erat,non personarum, Nouel.Theod. & Valent. neque domibus diuinis. Census item magister fuit l.23.C.de testam.qui in tabulis censualibus numerum omnium qui sub ditione Rom. Imper.essent, habuit. Censum autem Seruius Tullius ,, instituit,ex quo belli pacisque munia non viritim vt ante, sed pro habitu pecuniarum fierent,ait Liuius. Ex iis qui centum millium æris,aut maiorem censum haberent 60. confecit centurias, &c. Dionys. lib.4. ἐκέλευσεν ἅπαντας ῥωμαίους ὑπογράφεσθαι, *Iussit omnes Romanos describi*, & æstimari eorum bona argento,legitimo iureiurando præstito, æstimationem veram, & ex optimis bonis esse, scriptis nominibus patrum, vxorum & numero filiorum, & ætate quam ipsi agerent,& loco ac pago in quo habitarent,vt ibidem scribit Dionysius.

B Hæc origo census, hæc forma olim fuit: postea census appellati sunt descriptiones iugerum & capitum.Censitores qui censum agerent.Peræquatores & Inspectores,qui emendarent prædiis inspectis, & adæquatis inuicem, vt ij releuarentur quibus esset grauius onus ascriptum, grauarentur quæ censita essent leuius l. vlt. Cod. de Annon. & Tribut. Euseb. lib.4. de vita Constant. ἀνδρας ἐξισωτὰς, ἐποπτὰς vocat, *peræquatores,inspectores*. Græci interpret. ἐποπτὴς λέγεται ὁ ἐξισωτὴς, *inspector dicitur exæquator*. Cassiod. lib.10. Var. vt ad ,, prædium, de quo querela est, diligens inspector accedat, & rebus moderata inquisitione ,, trutinatis, quicquid grauaminis potest habere possessor, rationabiliter abrogetur. Sym- ,, mach. lib 9. epist.10. Principalibus & tabulariis liberum est, alios à dispendio vindicare, aliis indebitum munus imponere. Principales illi ciuitatum & curialium dicuntur, qui modum tributi definiebant, aliósque onerabant, alios leuabant. Saluian. lib.5. quæ enim C non sunt non modo vrbes, sed etiam municipia, atque vici, vbi non quot curiales fuerint, tot tyranni sint. Item, quis locus est vbi non à principalibus ciuitatum, viduarum, ,, & pupillorum viscera deuorentur? Vt enim. l.1. Cod. de censib. & censit. Tabularij ci- ,, uitatum per collusionem sarcinam potentiorum ad inferiores transferebant. Ideóque Imperatores ciuitatum tabularios flammæ supplicio addicunt, qui præter æquum alios immunes esse voluerint, alios onerarint. l.1. Cod. de immunit. nemin. Conced. l. 9. & 11. Cod. Theodos. de annon. & tribut. Vniuersi enim pro suæ possessionis, iugationisque portione certam pensitationem præstabant, & pro numero animalium quibus possessiones exercebant. l.1. lib.10. C. tit.48. In singula iuga, & capita quaternæ siliquæ definiuntur. Cod. Theod. lib.12. tit.4. Ea pensitatio dicitur iugatio, si est pro iugo tantum. Huc facit Nouel.17. Ἀναγκάσῃς ἢ τὰς δημοσίας πράκτορας, ἤγουν τὰς ἀπαιτητὰς ἐν τῇ ἑαυτῶν ὑποD χαῖς φανερὰ ποιεῖν ἅπαντα ἐφ' οἷς αὐτὰς δίδοσι, τέτοις, τότε πόσον τῶν ζυγοκεφάλων, ἢ ἰύγων, ἢ ἰυγαλίων, ἢ ὅπως δήποτε αὖ αὐτὰ καὶ χωρὰν καλοῦσιν, καὶ ὑπὲρ τινῶν αὐτὰ, καὶ ποίων χωρίων ἀπαιτῶσι. *Coges publicos mancipes, aut exactores in suis acceptilationibus omnia diserte indicare super quibus eas edunt, hoc est, modum & numerum iugerum, & capitum, seu quæ est alia appellatio in ijs locis, & pro quibus & qualibus prædijs ista exigunt.* Ζύγη *iuga*, ζυγοκέφαλα *iugatio & capitatio*. Vnde apparet aliud esse iugationem, aliud iugationem cum capitatione coniunctam, quæ ζυγοκέφαλα dicuntur. Olim id agri spatium quod vno iugo boues vno die exarare poterant, iugerum appellatum, vt Plinius lib.18. cap. 3. Varro lib.1. cap.10. Re. rustic. Nam in Hispania interiore metiuntur iugis, in Campania versibus, in agro Romano, ac Latino iugeris. Iugum vocant, quod iuncti boues vno die exarare possint. Tamen ex sententia Safernæ, ad iugera ducenta arui boum iuga duo satis esse scribit, ad E centum iugera iugum opus esse. Vet. gl. *arpendia* πλέθρα, *aruipendium* ζεύγους γεωμετρικὸς. Columel. lib. 5. cap.1. semiiugerum aripennem vocat. Plin. lib.18. actus 120. pedum est, duplicatus in longitudinem iugerum facit. Fabius lib.1. cap.10. 240. longitudinis pedes iugeri mensuram esse, dimidióque in latitudinem patere. Cic. 5. in Verrem. Qui ,, in singulis iugis arant. Tabularij rationem conficiebant iugerum, & eorum quæ infere- ,, bantur publico l.1. & 7. Cod. de exact. tribut. Sidon. lib. 4. epist.10. habens in eo tabularium in tributis. Erántque in singulis prouinciis duo tabularij, alter fiscalis arcæ, alter largitionalium titulorum l.12. de numerar. Cod. Theodos. & l. 30. de susceptor. Cod. Theodos. Sed vt ad veterem tributi formam redeamus, ante Seruium regem tributum in capita conferri moris fuit, adeo vt cum regi pecunia opus esset, æquo pauperes ac diuites onere premerentur, narrante Dionysio libr. 4. τὰς μὲν τῶν ἀπόρων καταγραφὰς καὶ τὴν διαίρεσιν ἐποιεῖτο τῶν λόχων, τὰς δὲ τῶν εἰσφορῶν ὑπαγωγὰς καὶ τὰ τιμήματα τῶν βίων, &c. *Milites descripsit Seruius Rex per centurias, tributa indixit ex censu, & æstimatione bonorum.*

Census descriptiones iugerum & capitum.

Principales ciuitatũ & curialium.

Iugatio aliud est à iugatione cũ capitatione coniuncta.

Sumptus autem in commeatum militum, & alia onera belli quanti ſufficerent æſtimans, diuiſit eodem modo in centum nonaginta centurias, & vnumquemque pendere iuſſit. Vnde factum, vt ditiores cum pauciores eſſent, in plures centurias diuiſi ſæpius militarent, & plura conferrent. Idem ſcribit Liuius lib. 1. Seruius Tullius quadrifariam vrbe diuiſa regionibus, collibúſque, partes, quæ habitabantur Tribus appellauit, vt ego arbitror, ab tributo: Nam eius quoque æqualiter ex cenſu conferendi ab eodem inita ratio eſt. Lex 12. tabularum eodem pertinet apud Cic. Cenſores populi pecuniam cenſento exinde per ordines partiunto. Superbus autem Rex antiquum inſtitutum retulit, & in caput cuiuſque denarios decem exegit, auctore Dionyſio lib. 4. ἔπειτα κατέλυσε τὰς ἀπὸ τ̃ τιμημάτων εἰς φορὰς, κ̀ τ̀ ἐξ ἀρχ̃ης τρόπον ἀποκατέστησε, κ̀ ὁπότε δέησέ αὐτ̃ χρημάτων τ̀ ἴσον διαφορὰν ὁ πενέστ@ τ̃ πλησίον κατέφερε τοῦτο τ̀ πολίτευμα πολλὰς τ̃ δημοτικ̃ πλήθους ἀπωλώλωσεν. ὅτι πρότης δίδυς εἰσφορᾶς ἀναγκαζομένοις κ̀ κεφαλικὸν ἑκάστ δραχμὰς δέκα εἰσφέρειν. *Poſtea tributum è cenſu Tarquinius ſuperbus aboleuit, & priſtinam rationem in capita tributi redintegrauit, & ſi quando egeret pecunijs, tenues ex æquo cum diuitibus pendebant. Quod inſtitutum multos è plebecula perdidit, quæ coacta eſt prima ſtatim indictione decem drachmas inferre.* Valerius Publicola rationem à Seruio inſtitutam retulit, vt ex cenſu, & bonorum æſtimatione quiſque penderet. Plutarch. in public. ἐπιλείφθη δ', κ̀ διὰ τ̀ ταμιευτικὸν νόμον. ἐπεὶ γὰρ ἔδει χρήματα εἰς τ̀ πόλεμον εἰσενεγκεῖν ἀπὸ τ̃ ἐσιόντων τὰς πόλιτας, &c. *Laudatus eſt* Val. Public. *quia legem de ærario poſuit. Quando enim oportebat pecunias ex cenſu ciues ad bellum conferre*, cum neque ipſe adminiſtrationem pecuniæ attingere vellet, neque amicos ſuos pateretur, neque omnino pecunias in domum priuati alicuius inferri, ærarium inſtituit Saturni ædem, quo hodiéque vti perſeuerant Romani. Quæſtores autem duos ex iuuenibus creandi populo poteſtatem fecit. Primi creati ſunt Publ. Veturius, & Minutius Marcus. Idem Publicola, *Viduas, & orphanos onere tributi liberauit*, ὀρφανοῖς παισὶ κ̀ χήραις γυναιξὶ ἀνέθεσαν τὰ εἰσφορὰ, ait Plutarch. in ſecundo Publicolæ conſulatu bona æſtimata ſunt, & cenſus actus, & modus tributi ad onera belli reſtitutus, quem Seruius Rex inſtituerat. Dionyſ. lib. 5. τιμήσ δ' ἐγίνοντο τ̃ βίων, κ̀ τάξεις τ̃ εἰς τὰς πολέμους εἰς φορ̃ῶν, ὡς τύλλι@ ὁ βασιλ̃ὺς ἐνομοτέθησεν. Poſtea Senatus pauperes immunes eſſe decreuit ab omnibus vectigalibus quæ ſub regibus pendere ſolebant, nec eos inferre tributum ad ſubſidia belli, magno lucro in commune apponens ſi tenuiores corpora pro ſalute Reipub. periculo obiicerent. τὰς πένητας ἀτελεῖς ἁπάντων ἐψηφίσαντο εἶ τ̃ κοινῶν τελ̃ῶν ὅσα βασιλ̃ευομένης τ̃ πόλεως ἐτέλουν, κ̀ ἀνεισφόρους τ̃ εἰς τὰ στρατιωτικὰ, κ̀ τὰς πολέμους ἀναλισκομένων ἐποίησαν, &c. Liuius lib. 2. Portoriis quoque, & tributo plebe liberata, vt diuites conferrent qui oneri ferendo eſſent, pauperes ſatis ſtipendij pendere, ſi liberos educent. Portoria enim à regibus indicta, & exacta ſcribunt Plutarch. in Publicola, Dionyſ. lib. 5. & 6. Appius ait, Plebs vltra modum laſciuit & inſoleſcit quia portoriis & vectigalibus liberata eſt, quæ pendebat ſub regibus, & ſoluta pœnis quibus ciuium corpora illi afficiebant. κ̀ νῦν πέρα τ̃ μετρίου τυφ̃ῶσι τελ̃ῶν ἀφειμένοι ὧν ἐτέλουν βασιλ̃ῦσι πρότερον, κ̀ τ̀ εἰς τὸ σ̃ῶμα τιμωρι̃ῶν, αἷς ἐνεχόμενοι ὑπ' αὐτ̃ῶν. Quanquam autem à Publicola tenuiores tributi onere fuere liberati, poſtea tamen ea tempora inciderunt, quibus tributum imperaretur, vt in illo ſene apparet, de quo Liuius lib. 2. Sabino bello dixit ſe militantem, quia propter populationes agri non fructu modo caruerit, ſed villa incenſa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum imperatum, æs alienum feciſſe. Erat enim, vt ſupra oſtendimus, ærarium in æde Saturni à P. V. Publicola inſtitutum, Quæſtoréſque patricij creati ex eo tempore, qui ſi qua populo tributa imperata eſſent, pecunias exigerent, & ſeruarent. Quod ærarium Cæſone Fabio, & Tit. Virginio Coss. anno ab vrbe condita 275. exhauſtum fuiſſe ſcribit Dionyſ. lib. 9. ἐλύπ δ' αὐτὰς ἥτε εἰς τὰς φρερὰς δαπάνη πολλὴ σφόδρα ἐνέμπτη. τότε κοινὸ ταμεῖα διὰ τὰς συνεχεῖς στρατίας ἐξαναλισκομένης, κ̀ τ̃ ἰδίων ἀπειρηκότων τ̃ εἰσφορᾶς. Eos malè habebant ſumptus qui futuri erant in cuſtodes magni & impenſi, cum ærarium commune propter frequentes expeditiones exhauſtum eſſet, & priuati onera tributi ferre non poſſent. Nihilominus ſuis ſtipendiis vnuſquiſque è populo militare tenebatur iam inde ex quo à Seruio Tullio deſcriptio claſſium facta erat. Nec ante id tempus ſtipendij militaris mentio facta eſt, quo Tribuni conſulari poteſtate fuerunt C. Craſſus, Sp. Nautius Rutilius T. Sergius Fidenas, S. Iulius Tullius. Apud Liuium lib. 4. decreuit Senatus, vt ſtipendium miles de publico acciperet in quod ſtipendium militare indictum tributum. Agri publici diuidendi, coloniarúmque deducendarum oſtentata ſpes, & vectigali poſſeſſoribus agrorum impoſito in ſtipendium militum erogandi æris. Poſtea ſubiicit. Additum deinde vt decerneret Senatus, vt ſtipendium milites de publico acciperent, cum ante id

tempus

A tempus de sub quisque functus eo munere esset. Idq; sub annum ab vrbe condita 345.coacti sunt enim omnes tributum ex censu quotannis in stipendium inferre. Igitur indicto tributo edixerunt tribuni auxilio se futuros si quis in militare stipendium non contulisset. Patres bene cœptam rem perseueranter tueri, conferre ipsi primi,& quia nondum argentum signatum erat, æs graue plaustris quidam ad ærarium conuehentes speciosam etiam collationem faciebant. Stipendium illud bello Vejente peditibus assignatum est,equitibus Anxure capto aliquot pòst annis aliud attributum, vt Liu. lib. 4. Sæpe tamen tributi exactio à tribunis impedita est, apud Liu.lib.5. Tantum abesse spem leuandi fœnoris, vt tributo nouum fœnus contraheretur in murum,à Censoribus locatum,saxo quadrato faciendum. In opera enim publica, non tantum in militare stipendium à Censoribus tributum indictum. Stat.lib.3.Syluar.

B ———*Quantum Romana sub omni*
Pila die, quantúmque Tribus, quid templa, quid alti
Vndarum cursus,quid propugnacula poscant
Æquoris, aut longè series porrecta viarum.

Anno vrbis 361. Faliscis à Senatu pecunia imperata est in stipendium militum eius anni, vt populus Rom. tributo vacaret. Anno 538. bello secundo Punico Senatus decreuit, vt duplex stipendium præsens omnibus militibus daretur. Anno 529. Consules edixerunt ex S.C. vt qui L.Æmilio, C. Flaminio Censoribus millibus æris quinquaginta ipse, aut pater eius census esset vsque ad centum millia, aut cui postea res tanti esset facta,nautam vnum daret cum sex millium stipendio, auctore Liuio lib. 23. Populus certè Romanus non antequam Paulus Æmilius Perseum Regem Macedoniæ vicit,tributi onere se liberauit,narrante Val.Max.lib.4. cap.3. tum enim tanta vis auri, argentiq; in vrbem illata est, vt tributum pendere desierit vsque ad Hirtium & Pansam Coss. vt Plutarch. in Paulo Æmilio. Plin lib. 33. cap. 3. Intulit & Æmilius Paulus Perseo Rege Macedoniæ deuicto prædam pondo trium millium,à quo tempore P.R.tributum pendere desiit. Vel vt alij legunt,Perseo Rege victo è Macedonica præda, H S.bis millies, id est quinque milliones. Orosius tamen lib. 5. scribit bello Marsico ærarium adeo exinanitum, vt loca quæ circum Capitolium Pontificibus, Auguribus,decemuiris, & Flaminibus fruenda erant data, publicæ pecuniæ inopia venierint. Post Hirtium & Pansam sæpe tributi mentio facta. Cic. epist. ad Cornificium. De sumptu quem in rem militarem facere, & fecisse scribis, nihil sanè tibi possum opitulari, propterea quod & orbus Senatus Hirtio, & Pansa Coss.& incredibiles angustiæ pecuniæ publicæ, quæ conquiritur vndique, vt optimè meritis militibus promissa soluantur. Quod quidem fieri posse sine tributo non arbitror. Epistol. ad Brutum. Maximus nodus est in Repub.rei pecuniariæ. Obsurdescunt enim magis cottidie viri boni ad vocem tributi,quod ex centesima collatum impudenti censu locupletum in duarum legionum præmiis consumitur.

Consuetudo autem agendi census per temporum interualla prout res exigeret etiam Constantinopoli seruata. Gregor. Nazianz. ad Iulianum Peræquator. orat. 9. Iustinus & Hellenius in Cappadociam missi fuerunt, vt census agerent, & inter ciues onera tributorum exæquarent. In Carmine ad Hellenium,

Cōstantinopoli iuxta rei exigentiam seruauatur mos agendi census.

εὖχος ὁ ἀρμενίης ἑλλήνιε, ὃς λάχες αἴη
σῆσαι ὑμετέρῃ μέτρα δίκαια φόρων.

E *Gloria Armeniæ Elleni, cui sorte obtigit, vt terræ nostræ modum tributi statueres.* Ad census agendos missus Quirinius in Syriam apud Iosephum lib. 18. Drusus in Galliam comatam ab Augusto. Tacitus libr. 1. Annalium. Germanicus agendo censui intentus. Glossæ Vet. Censitor. ἀπογραφεὺς τιμητὴς, Census ἀπογραφὴ, οὐσίας ἀποτίμησις. Hesychius Censitor, ὁ τὴν γῆν μετρῶν, *qui metitur terram.* S. Lucas, ἔξεστι καίσαρι κένσον δοῦναι, *licet Cæsari censum dare.* Malè Suidas.Census παρὰ τὸ καίνω κόπτω. Vectigal Romanis pendebatur in moneta Romana, siue denarius esset, siue alia moneta. Malè Moschopulus, Census νόμισμα δράχμας ἰσοστάσιον δράχμῃ, ἱστᾶ κόκκια ἐκκαίδεκα, *nummus drachmæ eiusdem ponderiscum drachma, qui pendit grana 16.*

CAPVT

A

CAPVT XIII.

De Census Magistro.

Cēsus Magister perfectissimus & clarissimus.

MAGISTER Census præerat censualibus, qui perfectissimus & clarissimus dicitur l. 32. C. de episcop. l. 32. C. de donat. Studiosi ei literas præsidum suorum ostendebant. l. 1. C. Theodos. de stud. liber. vrbis Rom. vet. glossæ, Censum, & regestum interpretantur ἀπογραφὴν τῶν ἀρχαίων, *descriptionem capitum*, quæ descriptio in Italia non facta l. 1. C. de priuileg. vrb. Constant. quia immunis erat. Metellus Prætor tributis Italiam liberauit, auctore Dione lib. 37. Institut. tit. de vsucap. B Cum inter Galerium, Maximianum, & Constantium imperium diuisum est, Italia tributaria facta, vt Aurel. Victor. Quare sub Præfecto Prætor. effigies Italiæ vas solidis aureis plenum gestat. Roma tamen immunis l. 1. C. de priuileg. vrb. Constant. Donationes quæ 500. aureos non excedunt apud Magistrum Census insinuatæ l. 30. 32. C. de donat.

Census pro tributo.

Hic iterum moneo Censum interdum pro tributo accipi. Diaconus lib. 23. vt per singulos annos Arabibus Censum tribueret. Euseb. lib. eccl. Histor. cap. 8. τὰς πάλαι τῶν ἀγροικῶν πολυάνδρους ἀπογραφὰς μικροῦ δεῖν παντελῆ παθεῖν ἐξάλειψιν. *Census vetustos agrestium populosos pene omnino interijsse.* lib. 4. de vita Constant. Quoniam alij metationes agrorum sub aliis Imperatoribus incusabant, ἄνδρας ἐξισωτὰς κατέπεμψε, *misit Peræquatores, qui lædi quenquam prohiberent.*

C

CAPVT XIV.

De Censu agendo.

Census vt agebatur.

CENSVS per prouincias agebatur, vt ex modo census prouinciales tributum, & vectigal penderent, vt docent Imp. toto titulo C. de Censibus. Quod institutum ab Augusto, à quo sub Quirinio descriptus est vniuersus orbis, Luc. 2. Exiit edictum ab Augusto Cæsare, vt describeretur vniuersus orbis. De Galliis Claudius in oratione quam in Senatu habuit Censor. Sed destrictæ iam comatæ Galliæ caussa agenda D est, in qua si quis hoc intuetur, quod bello per decem annos exercuerunt. D. Iulium, idem opponat centum annorum immobilem fidem, obsequiumq́;, multis trepidis rebus nostris plusquam expertum. Illi patri meo Druso Germaniam subigenti tutam quiete sua, securamq́; à tergo pacem præstiterunt, & quidem cum à Censu nouo tum opere, & insueto Gallis ad bellum auocatus esset. Quod opus quàm arduum sit, nobis nunc cum maximè, quamuis nihil vltra quam vt publicæ notæ sint facultates nostræ, exquiratur, nimis magno experimento cognoscimus. Ex quibus duo colligere est, Censum Romæ actum, non vt tributa penderent Romani, sed vt eorum publicè notæ essent facultates, alterum Censum in Gallis sub Augusto primum actum à Druso patre Claudij, deinde à Germanico Drusi filio, Tacit. lib. 1. Annal. Regimen summæ rei penes Germanicum agendo Galliarum Censui tum intentum. Quanquam Iulius Cæsar Galliæ victæ tributi nomine E H S. quadringenties imposuerat, vt Sueton. & Eutrop. sed de Augusto disertè Liu. in Epitome lib. 134. Cum Augustus conuentum Narbone ageret, Census à tribus Gallis, quas Cæsar pater vicerat actus. Dio de Septimo Augusti Consulatu, καὶ αὐτῶν καὶ ἀπογραφὰς ἐποιήσατο, καὶ τὸν βίον, τήν τε πολιτείαν διεκόσμησε, Augustus cum venisset in Gallias Censum illorum egit, & vitam, gubernationisq́; formam descripsit. Galli autem contulerunt, tributa in capita, ex lacubus, pecudibus, & agris, vt supra ostendimus. Panegyristes, iacebat illa ciuitas, non tam innixa Romanis, quàm virium defectione prostrata, ex quo eam noui Census exanimauerat acerbitas. Nec tamen iustè queri poterat, cum & agros qui descripti fuerant haberemus, & Gallicani Census formulam teneremus, qui fortunis nemini possumus æquari. Tacit. lib. 14. Census per Gallias à Q. Volusio, & Sext. Affricano, Trebellioq́; maximo acti sunt. In vet. inscript. Q. Manilius Cordus Tribunus leg. 21. Rapacis, Præfectus equitum vocatur exactor Tributorum ciuit. Galliæ. Hi Census in tabulis seu paginis

censua

A censualibus descripti. Imperatores Valentinianus & Valens l. 4. C. lib. 2. tit. de agricol. & censit. libros Censuales vocant, Gratian. Valent. & Theodos. A. A. A. C. Theodos. de censu, siue ascript. l. 7. libros publicos vocant, & ciuitatum, & prouinciarum encauteria. Dio in Caligula ἤτησε τὰς τῶν γαλατῶν ἀπογραφὰς, Caligula cùm deesset argentum ad ludum talorum, petiit tabulas censuales Galliarum. Is autem Census interdum quotannis actus, interdum singulis lustris. Panegyrist. quinque annorum nobis reliqua remisisti, lustrũ omnibus lustris felicius. Quanquam Galliarum tributum in singulos menses descriptum erat, vt ex Dione docemus. Frisiis tributum Drusus iusserat modicum pro angustia rerum, vt in vsus militares coria boum penderent, &c. Olennius è primipilaribus regendis Frisiis impositus terga vrorum dilegit, quorum ad formam acciperentur, &c. Ac primo boues ipsos, mox agros, postremo corpora coniugum aut liberorum seruitio tradebant, &c. Rapti qui
B tributo aderant milites, & patibulo affixi, ait Tacit. lib. 4. Annal. Cedrenus, & in Bosphoro σωτηρίας τῶν βοῶν, *boues pensitatos docet*, equos à Dalmatis. *Augustus Cæsar viginti viros vita, & moribus probos cum legisset, in prouincias omnes suæ ditionis misit, per quos descripsit subditos, & eorum opes, iussitq; tributum pro modo facultatum in ærarium quemque inferre, ita descriptio prima fuit cum ante Augustum nihil possessores penderent*, ait Suidas, non vsquequaque bene, εἴκοσιν ἄνδρας τοὺς ἀρίστους τοῦ βίου, καὶ τοῦτον ἐπιλεξάμενος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν τῶν ὑποτέλων ἐξέπεμψε, δι' ὧν ἀπογραφὰς ἐποίησατο τούτων ἀνθρώπων πάντων ἀσσων ἀνάρρησι πρὸ πολλοῦ τοῦ δημοσίου μοῖραν ἐκ τούτων εἰσφέρειν. αὐτὴ δὲ ἡ ἀπογραφὴ πολλοῖς ἐγένετο τοῦ μὴ αὐτοὺς τοὺς πεπτηκότας τι μὴ ἀφαιρεῖσθαι.

Gallias supra cæteras prouincias tributis oneratas ostendimus. Carm. 5. Sidon. Gallia continuis quanquam sit lassa tributis. ep. 12. lib. 7. ep. 1. lib. 12. ep. 13. lib. 13. carm. 13. Ita-
C que Galli ad Gotthos vltro deficiebant, vt libertate leuiorem seruitutem experirentur. Saluian lib. 5. Itaque passim vel ad Gotthos, vel ad Bagandas, vel ad alios vbique dominantes barbaros migrant, & commigrasse non pœnitet. Malunt enim sub specie captiuitatis viuere liberi, quàm sub specie libertatis esse captiui. Orosium lege lib. 7. cap. 41. Isidorum in Chronic. Era. 447. D. Lucas Quirinum vocat ἡγεμονεύοντα, non quod præfect. Syriæ esset, sed quod extra ordinem ad Census agendos missus esset in Iudæam. Primus Iudeæ procurator fuit Coponius, primus Quirinus ad Census agendos in Syriam, & in Iudæam missus est. Dio lib. 56.

Gallia tributis onerata supra omnes regiones.

Alij fuere Censitores ab iis qui Census agerent. κηνσίτωρ ὁ τῶν γῆν μετρῶν, *qui metitur agros*. Isidorus in Glossis, Censitores agri mensores. Isidorus Peluliota, ἔλαβε παρ' αὐτοῦ τῶν ἐνταῦθα κηνσιτωρείαν, *accepit ab eo ius metiendi agros, qui illic erant*. Iustinianus Nouel. 17. πρότερον ἀναγκαζομένων τοὺς κηνσιτόρους τὰς καλουμένας ἐκθέσεις ἀκριβεῖς δίδοναι. *Prius censitoribus coactis exactas dare eas quæ dicuntur expositiones, seu censuales tabulas*. Gregorius Nazianz. ἰσοτὰς vocat *peræquatores* qua voce vtitur Gregoras lib. 9.
D

Censitores à Census agẽtibus alij multi.

Censum denique pro tributo posuit Sidonius lib. 5.

Gallia continuis quanquam lassata tributis
Hoc Censu placuisse cupit, nec pondera sentit,
Quæ prodesse probat.

Census idem cũ tributo.

Maiores vrbes cogebant inferiores secum tributa pendere, & onerum esse participes, quod vetuit Iulianus in Epistolis, Corinthij ἀπὸ τῆς βασιλευούσης πόλεως εἰς κακίαν ἐπαρθέντες τῷ ἀργῷ πατρίδα φιλίππων σωτῆρα αὐτοῖς αἰτήσασι, *elati in peius quia digniorem ciuitatem habent Argos patriam Philippi secum tributa pendere cogunt*. σωτήλια Delphorum & Corinthiorum data Corinthiis ad sacros agones celebrandos.
E

CAPVT XV.

De Jugis, & de Jugatione.

SVPERIORI capite admonui vnumquemque pro suæ Iugationis portione tributum, seu censum pependisse. Ideo quantitas Iugorum in tabulas relata. In ecloga Basilic. σημαινούσας τὴν τῶν χρημάτων ποσότητα, καὶ τῶν εἰδῶν, ἤγουν μόνα ἀλλὰ καὶ τῶν ζυγῶν, ἤγουν ἰύγων. *Tabulas significantes quantitatem pecuniarum, & specierum, & Iugorum*. Iustinianus Nouel. 17. λέγοντες μὴ δύνασθαι τὴν τῶν ἰύγων ὑπόθεναι ποσότητα. *Dicentes se non posse quantitatem Iugorum exponere*. Nouel. 128. ὑπὲρ ἐκάστου

Iuga & Iugatio.

ἑκάστου ἰούγου, ἢ ἰουϊλίων (lego ἰουγαλίων) ἢ κεντουριῶν, *pro quoque iugo, aut iugalibus, aut centurijs.* A
In diplomate Andronici iunioris ὅσοι ἐπιαρατῶσι κτήματα ἢ ζευγαλάτια, ἢ κάστρα, *quotquot erant possessione, iuga, aut castra.*

CAPVT XVI.

De nouis Illationibus.

Illationes nouæ.

PROVINCIALES nouas illationes non ferebant. Theodoret. libr. 5. Theodosius bellorum iniuria coactus, εἰσφοράν τινα ξενὴν τῇ πόλεσιν ἐπιτέθεικεν. ἡ αὐτοχεία τὸ καινὸν τέλος οὐκ ἤνεγκεν, ἀλλ' ὁρῶν ὁ δῆμος τοὺς εἰσπραττομένους. *Illationem quandam nouam vrbibus imposuerat. Antiocheni nouum tributum non tulerunt, sed videntes exactores in eos inuolarunt.* B

Exactio sæuissima.

Sozomenus lib. 5. cap. 5. Sæuissimum genus exactionis ponit cum Iulianus Augustus à Clericis Christianis exegit quicquid à tempore Constantini magni de publicis tributis acceperant. Constantinus enim ex tributis singularum ciuitatum partem exceperat Clericis alendis. ὠμωτάτην δὲ καὶ χαλεπωτάτην τὴν δὲ γενέσθαί φασι τὴν εἰσπράξιν. μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὰ τότε παρὰ τῶν πατέρων γενόμενα γραμματεῖα τοῖς εἰσπραχθεῖσιν, εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀναδόσεως ὧν εἰλήφεσαν κατὰ τὴν κωνσταντίνου νόμον. P. Diaconus libr. 24. Nicephorus militare præcepit egenos, & armari aduersus compatriotas, conferre nihilominus etiam decem, & octo ac dimidium numisma per singulos fisco, vna cum omni proximitate ad tributa. A venerabilinm item domorum inquilinis, orphanotrophiis scilicet, ac Hospitalium gerontocomiorum, ecclesiarum quoque, ac monasteriorum regularium per singulos foros census exigi præcepit à primo tyrannidis eius anno, & quæ meliora erant in rebus in regiam curatoriam deferri iubebat. Item à Prætoribus inspici iubet eos qui ex paupertate repentè creati essent, & ab his pecunias exigi quasi ab inuentoribus thesaurorum. Eos qui à 20. annis ad id tempus dolium aut vas quodcunque reppererant, bonis spoliauit eos qui auitam, aut patritam hæreditatem creuerant, & à 20. annis bona imminuerant, 20. siclos ærario publico inferre iussit. Eos qui extra Abydum municipia emerant, bina numismata tributi nomine pendere coegit. Idem ecclesias onerauit, tum vero Nicetas iussit Patricio, & generali Logothetæ publicos ecclesiarum, & monasteriorum census imponere, & annorum præteritorum redhibitiones exigere, ait Diacon. C D

CAPVT XVII.

De Capitatione.

Capitatio quid sit.

CAPITATIO dicitur ab Appiano φόρος τῶν σωμάτων, *tributum corporum* in Syriacis, καὶ διὰ ταῦτά ἐστι ἰουδαίοις ἅπασι ὁ φόρος τῶν σωμάτων βαρύτερος τῆς ἄλλης περιουσίας. *Quia sæpe rebellarunt Iudæi tributum capitis grauius illis impositum est, quam reliquarum facultatum.* Idem in Lybicis, τοῖς δὲ ἄλλοις φόρους ὥρισαν ἐπὶ τῇ γῇ, καὶ ἐπὶ τοῖς σώμασι, *alijs indixerunt tributum in agros & corpora.* Demosth. in Timocratem τὰς εἰσφορὰς τὰ κτήματα, καὶ οὐ τὰ σώματα ὀφείλειν. *Tributa debere possessiones, non corpora.* E
Græci nonnunquam pecunias pro capitibus, ψυχικὰ δημόσια, *animales functiones* appellant. *Censum* Hesychius ἐπικεφάλαιον. in vet. gloss. tributum Capitulare C. Theodos. l. 14. de extraordin. siue sord. muner. Capitularia functio l. 15. Capituli necessitas l. 18. Capituli onus. Capitula grauia. Gregor. magnus lib. 1. cap. 1. indicti. 9. epist. 47. Tertullian. Apologet. Hominum capita stipendio censa. Iurisconsultus tributum capitis l. 3. D. de censibus. Ætatem in censendo significare necesse est, quia quibusdam ætas tribuit ne tributo onerentur, veluti in Syriis à 14. annis masculi, à 12. fœminæ vsque ad 65. annum tributo capitis obligantur. Plutarch. lib. de pueror. instit. τὸ κατὰ κεφαλὴν εἰσφερόμενον, pecuniam pro capitibus l. vltim. §. qui annonam D. de muneribus & honor. Censum capitis. Hilar. libr. ad Constant. Censum capitis remittis, quem Christus, ne scandalo esset, exsoluit

A soluit. Nouellæ κεφαλητόνας. Capitularij dicti sunt ij qui capitationem exegere l. 2. de priuil. eor. qui in sacro pal. mil. Cod. ne exactorum, vel turmariorum, quos capitularios vocant, curam subeant. Symmach. lib. 9. epist. 10. postulant enim capitularij taxationem tyronis ab hominibus meis Iidem Cephaleotæ dicuntur Cod. Theodos. lib. 6. de patrocin. vicor. Ius Orientale de Imperatore ait, inspicere & describere pueros iussit nascentes, vt exigeretur capitatio. ἐποπτεύειν τε ἀναγράφων τὰ παιδία βρέφη πρὸς τὴν ἀπογραφὴν τοῦ λεγομένου κεφαλητίωνα. Cedrenus, ἀναγραφεῖς dixit. Eadem de re Zonar. κεφαλητίωνα τέλειν ἐδογμάτισας αὐτὸς καὶ τοὺς ἰουδαίους, καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς παιδία ἄρρενα ἀναγράφεσθαι. *Edicens vt capitis tributum Iudæorum more soluerent, describerentque pueros mares qui nati essent.* Vnde appareret aliquid in capita pensitatum esse cum Christus pro capite suo soluerit, cui nulli agri fuere, & aliud esse tributum pro capite, aliud pro æstimatione bonorum, quanquam in-

B terdum vtrumque tributum pro capite, & ex censu coniunctim solutum est, vt supra ostendimus ex Appiano. Iosephus in Iudæa censeri scribit septingentas & quinquaginta hominum Myriadas, idque liquere ex tributo quod in capita singuli pendunt. Romæ ante Seruium Regem tributum capitis solutum est, qui censum primus instituit, & iterum à Tarquinio Superbo tributum capitis restitutum, narrante Dionys. lib. 4. in Gallia certe pro singulis capitibus tributi nomine vicenos quinos aureos pendebant, quos Iulianus Augustus ad septem redegit, auctore Ammian. Marcel. lib. 16. pro capitibus singulis tributi nomine vicenos quinos aureos reperit flagitari. In quibusdam Codicibus legitur pro capitulis singulis. Constantinopoli Copronymus capitationem κεφαλητίωνα indixit, vt Cedrinus. Ægyptij præter tributum in capita, & ex censu, annonam & frumentum 4. mensium vrbi Romæ pendebant. Ideo Iosephus scribit Ægyptum multo amplius in singulos men-

C ses pensitasse, quam Iudæam toto anno. Ex Galliis tantumdem pene, quam ex Ægypto reficiebatur. Velleius Patercul. lib. 2. Augustus facta Ægypto stipendiaria pene idem contulit in ærarium quod Iulius Cæsar Gallia stipendiaria facta. Tributi modus in Ægypto septem plus minus fuere auri milliones, vt Strabo lib. 17. Capita etiam pro capitis tributo ponuntur in Flauiensium Panegyr. ad Constant. Tum certe parentes adultorum non pœnitet quorum onera remissa sibi lætantur. Septem millia capitum remisisti, quartam amplius partem nostrorum censuum. Sidon. Carm. 3. ad Maiorianum.

Lestrigonas nos esse puta, monstrúmque tributum,
Hic capita, vt viuam, tu mihi tolle tria.

Capita dicuntur releuata, & possessiones releuatæ. l. 6. Cod. de collat. donat. Capitatio

D l. vlt. §. penult. D. de munerib. & honorib. Fuitque capitatio hominum & animalium l. vlt. Cod. Theodos. tit. 20. lib. 11. Exceptis quæ in capitatione humana, atque animalium, diuersis qualiacunque concessa sunt. Romæ capitatio sublata à Seruio Tullio Rege instituto censu, deinde ab Augusto Cæsare l. 2. de capitat. ciu. cens. exi. & l. vlt. D. de censib. & l. duodecim tabularum apud Cic. lib. 2. de legib. Censores populi pecuniam censento, exinde per ordinem partiunto. Iudæos olim didrachmum in capita pensitasse vulgatum est, ex Mat. cap. 17. vt ministerio templi inferretur. Exod. 3. Quæ res ansam præbuit Vespasiano, vt omnes vbique Iudæos duas drachmas Ioui Capitolino Romam inferre cogeret, auctore Zonara. Plebs vrbana capitis tributum non pendebat, sed rusticana tantum extra muros posita. lib. 11. Cod. l. 1. tit. ne rusticani ad vllum obs. Et quidem in hac rusti-

E canorum pensitatione cum antea per singulos viros, per binas verò mulieres capitis norma censeretur, Imperatores ita moderati sunt, vt binis & ternis viris, mulieribus verò quaternis vnius pendendi capitis munus iniungeretur. l. 10. Cod. de agric. & cens. & colo. lib. 11. pro modo autem capitationis annonariæ species tribus pensionibus illatæ sunt l. 13. Cod. de annon. & tribut. lib. 10. fuit & capitatio prædiorum de qua Saluian. lib. 5. Cum possessio ab his recesserit, capitatio non recedit. Proprietatibus carent & vectigalibus obruuntur. Et l. vlt. Cod. de patroc. vic. functiones omnes quas Metronomiæ debent, & publici vici, pro antiquæ capitationis professione. lib. 9. Cod. de action. empt. Si minor à venditore dicta sit capitatio, & maior inuenta sit, in tantum conuenitur, in quantum si sciisset emptor ab initio, minus daret pretij.

Ea prædiorum capitatio vocatur iugatio, iugeratio, quia vt ait Varro, alij iugis, alij iugeris metiuntur. Ex quibus verbis aliquid inter iugationem, & iugerationem interesse putes. Iugatio ζυγῶν, iugatio cum capitatione ζυγοκέφαλα, Censuales, Tabularij, Principales, Capitularij, capitationem, & iugationem definiebant. Symmach. lib. 9. epist. 10. *Capitatio iugatio & iugeratio dicitur.*

,, sed principalibus, & tabulariis liberum est, alios à dispendio vindicare, aliis indebitum A
,, munus imponere. Quibus ideo iugorum numerus exponi solitus l. 1. Cod. Theodos. de priuil.dom. August. dicuntur principales decurionum. l. omnis Cod.de his quæ administ. & l.4. C. Theod. de extraord.siue ord. muner. Firmic.lib.14. Matth.cap.2.faciet vel principales ciuitatum publicis rationibus præpositos.Cæterum agri in censum referebantur,vt nomen fundi, quot iugerum esset, adnotaretur l.4. D. de censibus. Quibus autem ab Imperatore remissum est tributum capitis, iisdem remissum est & tributum ex censu. l. vlt.§. Diuus D.de censib.Cicero pessimam eorum conditionem esse dixit,qui stipendiarij essent ipsi, atque agri,id est, qui tributa in caput, & in agros penderent, quia hæc fuit nota ca-
,, ptiuitatis, vt Tertul. in Apolog. Agri tributo onusti viliores, hominum capita stipendio
,, censa ignobiliora. Nam hæ sunt notæ captiuitatis. Certè nonnullos fuisse qui aliquid in capita, aliud pro censu soluerent dubium non est, & interdum vtrumque tributum con- B
iunctum,& aliquot aureis definitum, ex ratione census, & capitis. Vt enim supra ostendimus ex Appiano Iudæi in capita & ex censu tributum pendebant. Syri ac Cilices annuam centesimam pro modo census vniuscuiusque. Huc pertinent Lampridij verba in Alexan-
,, dro. Vectigalia publica ita contraxit, vt qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterant,
,, tertiam partem aurei præstarent. Túncque primum semisses aureorum formati sunt,& tre-
,, misses dicente Alexandro, etiam quartarios futuros quod minus non posset.

Cæterum Leo Imperator tributa capitalia Græciæ & Calabriæ superimposuit. Ea autem quæ dicuntur patrimonia sanctorum Principum Apostolorum quæ olim ecclesiis auri dimidium & tria conferebant talenta publicæ rationi exsolui præcepit vt scribit Paul. Diaconus lib.21. Abbo Floriacensis in Vitaliano, afflictiones populo prouinciarum Calabriæ, Siciliæ, Africæ, vel Sardiniæ per diagrapha seu capita, atque nauticationes im- C
posuit. Inde Capitiarius apud Fulbertum ep.103. Constituis tibi alium thesaurarium, & Capitiarium de bonis clericis. Sarraceni Capitationem indixere Nicephoro qui imperium Irenæ eripuerat. P. Diaconus lib. 24. vt per vnumquemque annum Nicephorus tribueret Sarraceno tricena millia numismatum, & tria numismata in tributum capitis Imperatoris & tria filij eius. Hic Nicephorus auri sitiens præcepit militare egenos, & conferre decem & octo, ac dimidium numisma per singulos fisco, vna cum proximitate ad tributa publica, & præstare cariaticorum causa siliquas binas. Professio censualis manebat apud fundi dominum l.3. C. Theodos. sine censu vel reliq. Qui possessor erat effectus statim nomen suum censualibus tabulis postulabat adnotari, quia de auctore in possidentem capitatio transfertur. l. 5. ibid.

D

CAPVT XVIII.

De Indictionibus.

Indictiones vnde dicantur.

INDICTIONES dictæ ab indicendis tributis, quia subditi monerentur,vt se ad solutionem compararent,priusquam collecta exigeretur.l.vlt.C.de indict.indicitúrque hoc genus collectæ, pro rebus quæ possidentur, quibus si sponte cesserit possessor, onere pensitationis huius liberatur, sicuti vsusfructus petit,ro perempta,vel flumine occupata. l. repeti l. cum vsumfructum D. quibus mod. vsufruct. quod E
tamen negat Saluian.lib.5.ætate sua vsurpatum. Plerique,inquit pauperculorum, atque miserorum spoliati resculis suis, & exterminati agellis suis, cum rem amiserint,amissarum tamen rerum tributa patiuntur.Cassiod.lib.9.variar.Indictionem tributi vocat. Indictio interdum accipitur pro annua pensitatione, quæ pro possessionibus præstatur,quod munus patrimoniorum fuit,& onus fructuum,lib.10.C.de indictione.

Indictio idē quod annua pensitatio.

Canon.

Indictio.

Ascon.ad lib.4. in Verrem,omne genus pensitationum in hoc capite positum est,canonis,oblationis,indictionis. Canon est ordinarium tributum,oblatio voluntarium, indictio nouum & super additum.Indictio non potest indici nisi ab eo,cui lege,aut iure imperij id competit.l.1.C.de superind.l.1. C. de vacat.muner. Indicebatur autem lustro quoque,aurum,argentum,aut ferrum. Cod.de indict. Canonem de portoriis & vectigalibus quæ eodem tenore perpetuo procedunt accipimus cum Vlpiano l. Fiscus §. final. D. de iure fisci. In quo nihil minus inferri ærario debet, immutabili forma canonis remanente l. vlt. de

Can.

A Can. largit. lib. 10. C. tit. 23. Doctiſſimus Budæus Canonem domanio regio Galliarum ſimillimum fuiſſe ait, oblationem non abſimilem iis quæ vulgo vocantur auxilia, cuiuſmodi eſt octaua vini heminatim diuenditi, & viceſima eius quod cuppatim, culleatímque venit, relinquarúmque mercium quæ à copis, ſeu ſolidariis negotiatoribus venduntur, & quæ à minutariis, qui propolæ dicuntur. *Oblatio.*

Ad oblationem pertinent ea quæ prouinciales ſponte, & gratulandi animo Imperatoribus offerebant, vt ſtrenæ, ſtipes quas ex voto pro ſalute Auguſti quotannis mittebant in lacum Curtium, vt Sueton. lib. 2. cap. 57. Item vota quæ tertio die poſt. Kal. Ianuar. pro ſalute principis ſuſcipiebantur. Sueton. lib. 4 cap. 42. Plin. epiſt. lib. 10. Vota, domine, priorum annorum prouincialium pietate perſoluimus. Item libra auri obriſi ex voto, quæ tranſiit in ſpeciem indicti. l. 1. C. de oblat. vot. de auro coronario Gell. lib. 5. Liuius lib. 44. & 48. *Pertinentia ad oblationem.*

B Spartianus in Adrian. l. 1. C. de auro coronar. quod ab aliis ſponte, à Iudæis vt neceſſarium munus offerebatur. l. Iudæorum C. de Iudæis. Honorarium frumentum quod olim Prætoribus in Sicilia datum eſt, oblationi adſcribendum.

Iam verò indictio Ciceroni collecta, collatio, ſymbola, ἔρανον Polluci lib. 8. cap. vlt. Vulgo *Taille*. Similis capitationi. indictionis primæ, ſecundæ, tertiæ, meminit Caſſiodor. lib. 3. epiſt. 25. Siliquatici titulum, quem fide dominicatus iure dederamus diſcuſſione indictionis primæ, ſecundę, vel tertię per prouinciam Dalmatiam ordinatio tibi noſtra committit. Item epiſt. 31. lib. 5. Indictiones autem quædam fuere canonicè, & è lege factæ, quædam extraordinariæ, & per magiſtratus ex improuiſo decretæ collationes l. 1. C. de indictione, quemadmodum ex Feſto docuimus olim tributum ordinarium, & temerarium ſiue extraordinarium fuiſſe, quod ſuperindictum poſtea vocatum eſt, quia ſupra canonicam *Indictio, collecta, collatio, ſymbola.*

C functionem indiceretur.

Indictio item ſignificat ſpatium quindecim annorum qui in ſe reuoluuntur. Græci vocant ἐπινεμήσεις, quas Cedrenus ſub Auguſto incepiſſe ſcribit, anno 15. eius Imperij, καὶ ἤρξαντο ἀριθμεῖσθαι αἱ ἰνδικτιῶνες ἀπὸ αὐγούστου καίσαρος ἐν ἔτει ιε τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ. Καλεῖται δὲ ἰνδικτιὼν, τουτέστιν ἀνακτίων, ἢ ὅτι τὸ ἄκτιον νίκη. *Cœperunt numerari indictiones ab anno 15. Imperij Auguſti Cæſaris. Vocatur autem indictio quaſi in actio, aut victoria ad actium.* Alio loco ait indictiones anno ſecundo Imperij Auguſti cœpiſſe, pag. 142. & pag. 178. ἡ ἐπωνυμία τῶν ἐνιαυσίων κύκλων, ἡ μὲν ρωμαΐζουσα φωνὴ τὸ μίσυμμα σημαίνει. Μίσυει γὰρ ἡ ἀρχὴ τὸν ὠφέλιμον, τοῦτό ἐστιν ἰνδικτιῶν, ἡ δὲ ἕλλας φερωνύμως ἔθηκε τὸν ἐπιμερισμὸν. Οὐ γὰρ εἰς ἀπαράβατον, καὶ ὠφελιμώτατον βάρος τὸ παλαιὸν οἱ φόροι τοῖς ὑπηκόοις ἐτάττοντο, ἀλλὰ ἡ καρπῶν ῥώσεις τὸν σωτῆρα αὐτοῖς ἐφιλανθρωπεύσατο. Σπανίζοντι γὰρ ἐλάφρυνεν, εὐθηνοῦσι δὲ οὐκ ἐβάρυνε, καὶ διένειμε D ἀλύπως τοῖς φορολογουμένοις τὸ ἀνάλογον, καὶ τότε ὅτε χρεία συνάγει. Μηδενὸς δὲ ὄντος τοῦ φορολογουμένου, ἀλλ' ὅλως ὁ φόρος ἐφαπτόμενος, ἀλλὰ ἐγγὺς κέρδος ὁ πόνος ὅλος τοῖς γεωργήσασι. *Indictio, cognomentum circuli anniuerſarij, Romana quidem voce indicationem ſignificat. Initium enim indictionis oſtendit circuitum, dicitúrque indictio. Græcia autem Epenemeſim vocauit, nomine rem ſignificante, id eſt diſtributionem. Non enim tributa intoleranda & definita ſubditis olim imponebantur, ſed copia fructuum modum tributi humaniſſimè diſpenſabat. Si enim* (lego ἀνανίζοντι εὐθηνοῦσι) *penuria eſſet, leuabatur onus; ſi copia, non grauabatur, & habita ratione fructuum ex æquo tributa proportione indicebantur, prout vſus poſceret. Si fructus nulli eſſent, tributum omnino non imponebatur, & labor vniuerſus erat lucro agricolis.* Auctor Græcus parum explicatè loquutus eſt, nec ſatis accommodatè ad rem. Neque enim ab actio, neque ab indicando, ſed ab indicendo indictio eſt appellata. Quod ſubiicit de releuandis tributis, bene ex parte habet, quòd à E ſenatu, aut ab Imperatoribus ſi grauis annus fuiſſet, releuarentur coloni, & publicani. Propterea in lege Cenſoria adſcriptum fuit, ſi quis frui publico publicanus non poteſt. Polybius lib. 6. ἔχει δὲ περὶ πάντων τῶν προειρημένων τὴν κυρίαν τὸ συνέδριον. Καὶ γὰρ χρόνον δοῦναι καὶ συμφώνου γνομένου κεφίσαι, καὶ παραφάναι ἀδυνάτου τινὸς συμβαίνοντος ἀπολύσαι τὰ ἐργώνια. *Senatus de omnibus quæ ſupra dicta ſunt pro arbitrio ſtatuere poteſt. Etenim dare tempus, & ſi aliquis caſus acciderit, leuare, & liberare ſolet mancipes ac redemptores, ſi omnino vectigalia exigere non potuerint.* Publicanos quidem remiſſionem petentes Iul. Cæſar tertia mercedum parte releuauit, ait Sueton. in Iul. cap. 20. Auguſtus τὰ παλαιὰ συμβόλαια τῶν εἰς τὸ κοινὸν ὀφειλόντων κατέκαυσε. *Syngraphas, & contractus veteres eorum qui publico debebant combuſſit*, ait Zonaras. Traianus collationes remiſit, vt Plin. in Panegyr. Dio lib. 54. Ἐπειδὴ ἡ ἀσία τὸ ἔθνος ὑπὸ σεισμῶν μάλιστα ἐδόκει, τόντε φόρον αὐτῆς τὸ ἔτειον ἐκ τῶν ἑαυτῆς χρημάτων τῷ κοινῷ ἐσηνέγκατο, καὶ ἀρχοντα οὐκ ἐκ κλήρου, ἀλλ' ἐκ αἱρετῶν ἐπὶ δύο ἔτη προσέταξε. *Quia prouincia Aſia ob terræ motus adminiculo indigebat, de ſuo tributum annuum in ærarium intulit, & ſuffragijs*

populi, non à se ipso lectum præsidem eo misit: quem locum Xylander non satis intellexit. Ammian. Marcel. à Iuliano aurum coronarium indultum ait, & remissa debita multa diuturnitate congesta. Ausonius à Gratiano donata residua. Saluian. lib. 5. si quando, vt nuper factum est, defectis vrbibus minuendas in aliquo tributarias functiones potestates summæ existimauerunt, ilico remedium cunctis datum, soli inter se diuites partiuntur. Verba Ausonij ad Gratianum. Vel illud vnum cuiusmodi est, de condonatis residuis tributorum? Quis vnquam Imperatorum hoc prouinciis suis vberiore te indulgentia dedit. Fecerat & Traianus olim sed partibus retentis. Plin. Panegyr. Vetuisti exigi, quod deberi non tuo sæculo cœperat. Dicebantur indulgentiæ. Legendus Cassiodor. lib. 4. variar. ep. 36. & 38. Pertinax Imperat. vectigalia omnia quæ in vrbium portis, fluuiorum ripis, aut in viis, & itineribus pendebantur sustulit, vt Herodianus lib. 2. Nicephorus Botoniates Imperator creatus, omnia remisit quæ fisco debebantur, vt est in iure Orient. in constitut. Botoni. Marcus Anton. Philosophus supellectilem Imperatoriam vendidit, ne populum nouis vectigalibus oneraret, vt Capitolin. Symmach. in epistol. si tributa adiiciantur insolita, forsitan consueta cessabunt. A B

Superindictū quid dicatur.

Superindictum autem, vt ad indictiones redeamus, dicitur onus vltra solitam & canonicam collationem indictum, cuiusmodi est in iure orientali. Quod *iussit* Leo Iconomachus vt *Procuratores prouinciarum vltra statutum tributum in singula numismata accipiant miliarisium vnum, & in ærarium regium conferant, vnde muri reficiantur.* ἐκέλευσε τοῖς διοικηταῖς τῶν δημάτων ἀπαιτεῖν εἰς τὸ κανόνα καὶ νόμισμα μιλιαρίσιον, ἓν καὶ λαμβάνῃν αὐτὰ τὰ βασιλικὰ, καὶ κτίζειν αὐτά. l. 1. C. Theodos. tit. 17. lib. 19. Superindictio commemoratur. Omnes omnino quocunque titulo possidentes, quod delegatio superindictione videbitur amplexa velut canonem cogantur inferre. l. 1. C. de indict. lib. 10. Vectigal superindictum tollitur, cuius nomen graue & odiosum erat, & canon pro eo introducitur. Admonuimus ex Hermogeniani lib. 5. Epitomar. Indicere vectigalia solius esse Principis l. 1. C. Theodos. de superindicto. vbi Anianus, ista lex præcipit vt nullum per rectores prouinciæ superindictum prouincialibus imponatur, nisi fortè ex hac re processisse auditio dominica comprobatur. Cassiodorus lib. 12. Possessores admonet iudex, vt tributa indictionis decimæ tertiæ soluat trinæ illationis moderamine custodito. Symmachus libr. 10. ep. 40. augmenta persoluere augmentum indictionale. Superindictorum titulorum onera. Pensio superindicti. Cassiodor. lib. 1. epist. 20. lib. 5. ep. 14. Nouell. Maioriani de indulgentiis reliq. Superindictis titulis possessor exhaustus, Spartianus de Adriano, infinitam pecuniam quæ fisco debebatur priuatis debitoribus in vrbe, atque Italia. In prouinciis verò etiam ex reliquis ingentes summas remisit, Syngraphis in foro D. Traiani incensis. Zonaras de eodem, *χρεωκοπίαν ἐκήρυξε τοῖς ὀφλεσι τῷ βασιλικῷ ταμείῳ καὶ τῷ δημοσίῳ τῷ τῶν ῥωμαίων, remisit debita & nouas tabulas pronuntiauit ijs qui debebant regio fisco, & ærario Romano.* C D

CAPVT XIX.

De Indulgentijs, & Immunitatibus.

Indulgentiæ & immunitates.

SÆPE factum, vt tributa releuarentur, si vel bellorum iniuria, vel annona graui possessor exhaustus esset. Georgius monachus in Chron. *τὰ δημόσια τέλη ἀνῆκεν & τὰς τῶν χρεῶν χάρτας ἐπὶ τῇ ῥωμαΐνσίας ἀγορᾷ κατέφλεξεν.* Constantinus magnus *remisit publica vectigalia, & debitorum chartas in Romano foro incendit.* Euseb. lib. 4. de vita Constan. *τῶν κατ' ἔτος εἰσφορῶν τῶν ὑπὲρ χώρας σωτηχμένων τῷ τεταρτῳ ἀφῃῶν μοῖραν τοῖς τῶν ὠνῶν διαπόταις ἐδωρεῖτο ταύτῃ, ὡς τῇ λογιζομένῃ τὸ κατ' ἔτος ἀφαίρεσιν ἀφὸ τεσσάρων συμβαίνειν ἐνιαυτῶν αὐξόφορες γίγνεσθαι τὰς τῶν καρπῶν οἰκήτορας. ὃ δὴ νόμῳ κυρωθὲν κρατῆσαν & εἰς τὸ μετέπειτα κρόνον. Illationum annuarum quæ fiunt pro singulis regionibus quarta parte sublata, eam possessoribus donauit, vt si quis imminutionem æstimet quarto quoque anno eos immunes agnoscat, quod & postea lege obtinuit.* Euagr. lib. 5. cap. 13. Tiberius *τὴν δεσμολογίαν τοῖς σωτηχθεῖσιν ἐπαφῆκεν ἔτος ἑνὸς τέλεον χρόνον, τάς τε χρήσεις, αἷσας ὁ ἀδδαρμάνης ἐλυμήνατο τῶν ἐπικεφάλων τέλῶν ὑ ὡδὸς τὸ μέτρον τὸ βλαβὲς, ἀλλὰ & πολλὰ καθυπέρτερον ἠλαττόρεσεν, ἀφεῖσαν ἢ καὶ ἀρχὴν οἱ ἄθεσμοι δόσεις, αἷς ποθὲν οἱ βασιλῆς τὰς ὑπηκόους ἐπίεσασκον, remisit tributa subditis ad vnum integrum annum, & necessitates vectigalium quibus Adaarmanes nocuerat* E

liberauit,

A *liberauit, non ad mensuram damni accepti, sed longè supra. Munera quoque remissa sunt magistratibus, & nefaria dona, quibus Imperatores subditos vendebant.* Sozomenus lib.1. Constantinus ἐκ τ̃ ἴσης ὑποφόρ᾽ χ̃ης κα᾽ ἑκάστω πόλιν ἐξελὼν δ᾽ δημοσίᾳ ῥητὸν τέλος τ̃ κ᾽ τόπον ἐκκλησίαις, κ᾽ κλήροις ἀπένεμε. τὰς μ̀ πανταχ̃ῃ κληρικὰς θέσ᾽ νόμ᾽ ἀτελ̃εῖς ἀνῆκε, *ex prouincijs tributarijs per singulas ciuitates certum vectigal publico adimens, ecclesijs & clericis cuiusque loci assignauit, & lege lata clericos omnes immunes esse voluit.* lib. 3. ἀτέλ᾽ ἔχειν τ̃ λᾳτουργημάτων τὰς αὐτ᾽ κληρικὰς, *clericos suos immunes esse à publicis muneribus.*

Olim Italia immunis fuit quod ius Italicum dictum. Vlpianus lib. 1. de censib. Syriam Phœnicem patriam suam fœderis quod cum Romanis percusserat, tenacissimam fuisse gloriatur. Huic D. Seuerus Imp. noster ob egregiam in Remp. imperium q; Rom. operam, ius Italicum dedit. Apud Capitolinum Marcus Philosophus & tributa, & vectigalia vbi ne- B cessitas cogebat remisit. Iulianus quintam partem illationum releuauit. Is in Misopog. ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἐλλείμμασι ἀνεῖται πᾶσι τ̃ ἀνισμ̃ῶν εἰσφορ̃ῶν τ̀ πεμπτόν. *Sed cum reliquis remittitur omnibus quinta pars consuetarum illationum.* Symmach. lib. 5. ep. 87. Nostrorum duritiam ferre non possumus, qui cum reliqua superiora nec dum soluerint, etiam proximi anni ferre detrectant. Reliqua colonorum vocantur l. 79. 91. de legat. 3. Plinio lib. 3. ep. 19. lib. 9. ep. 37. Reliqua Arcæ Symmacho lib. 9. ep. 121. lege titulum C. Theod. de indulg. debit. & Nouel. ρξε. & Nouel. 24. Indulgentiæ certè dictæ cum tributa, aut reliqua remissa. Ammian. lib. 16. Eundem aduso q; imperij finem & vitæ scimus vtiliter obseruasse ne per indulgentias quas appellant, tributariæ rei concederet reliqua. *Italia immunis.*

Indulgentiæ datæ propter sanctæ Paschatis diei lætitiam C. Theodos. de indulg. Religio anniuersariæ obsecrationis vocatur, ob Remp. tyrannide liberatam, ob partum Crispi & C Helenæ Constantinus indulgentias dedit. Antoninus Philosophus præreriti temporis per omnes prouincias tributa donauit, omniaq; simul calumniosa monimenta in foro iussit incendi. Legatur Panegyricus Flauiensium. P. Diacon. lib. 8. Nouell. 163. Iustiniani. Nerua Italiæ remisit vehiculationem. Traianus vetera residua condonauit, noua retinuit. In nummo veteri, reliqua vetera H S. nouies mille abolita. Cedrenus χρεῶν ὀφειλὰς τ̃ ὑφ᾽ αὐτ᾽ πόλεων κ̀ πολιτ̃ῶν τ̃ δημοσίῳ λόγῳ ἀνηκέσας ἀπέκοψε καύσας τὰς χάρτας. Adrianus *debita vrbium & ciuium qui publico debebant remisit, chartasq; exussit.* Apud Cassiodor. lib. 12. ep. 5. Remittuntur tributa ob transitum exercitus. *Indulgentiæ quare concessæ.*

Erant & indulgentiæ criminum, & solutio vinctorum apud Cassiodor. lib. 11. ep. 11. & Firmicum lib. 4. c. 4. C. Theod. de indulg. crimin. Princeps & si liberat notat. Suet. in Clau- dio cap. 16. Cum Claudius dempsisset cuidam appositam notam, litura tamen, ait, exstat. D S. Augustin. ep. 259. ad Cæcilian. Nec indulgentia illis danda visa est, vt vel sic aliquo crimine notarentur. Sed tantum commonitorium, quo eos ab omni molestia liberos dimittere iuberetur. ἀυτόνομοι vrbes vocabantur immunes quæ suis legibus viuerent, apud Nicephor. Gregor. lib. 2. In Bulgaria fuit vrbs Iustiniana, quam ἀυτονομ̃ᾶσ᾽ εἰς τ̀ διὼνεκὲς προσελ̃ε̃ῖσθαι, Iustinianus *suis legibus in perpetuum vti iusserat, sic tamen vt Imperatores non vngeret.* πλὴν ἐχ ὥστε κ̀ βασιλέας χρίειν. Anastasius Amidenis qui capti à Persa remisit tributa ad 7. totos annos, Procopius, φόρους τὰς ἐπετείους εἰς ἔτη ἑπτὰ σύπαντα ἀφῆκε τ̃ῇ πόλ. Simocata lib. 8. Mauricius Aug. tertiam partem vectigalium remisit subditis. ἀναφέρ᾽ δ᾽ κ̀ τρίτην μοῖραν τ̃ῶν φόρων συγχωρ̃ήσας τ̃οῖς ὑπηκόοις τ̃ βασιλέα. Paulus Diacon. Nerua quicquid ante pœnæ nomine tributis accesserat indulsit, afflictas ciuitates releuauit, puellas, puellos q; natos egestosis parentibus sumptu publico per Italiæ oppida aluit. Immunes erant ἀυτοκέφαλοι, E μήτε τ̃ῷ βασιλε῀ῖ ῥωμαίων, μήτε ἑτέρῳ τινὶ ὑποκείμενοι, ἀυτόνομοι, ἰδιόρυθμοι, vt Constantin. Porphyrog. in Chorograph. *Qui neque Imperatori Romanorum, neque alteri cuiquam subditi erant, suis legibus viuentes.* Iulianus Aug. Indulgentias dedit in epistol. μέχρι μ̀ τρίτης ὀπτεμήσεως ἀφίεμ᾽ ὑμῖν ἅπαντα ὅσα ἐκ δ᾽ φθανούσ᾽ ἐλλείπ᾽ χρόνῳ. μ̀ δ᾽ ταῦτα ἐσοίσετε κ̀ τὸ ἔθος. πρὸ τούτ᾽ δ᾽ τ̃οῖς ἐπάρχοις ἐπέσταλκα, *vsque ad tertiam indictionem remittimus vobis omnia reliqua superioris temporis. Postea pensitabitis pro more. De hoc scripsi ad Præfectos Præt.* Soxomen. lib. 5. Iulian. sacrificulis ethnicis λᾳτουργιῶν, κ̀ τῶν ἄλλων ὧν πρὶν εἶχον ἀτέλ᾽ ἐνηφίσατο, κ̀ τὰ ἀφαιρεθέντα τῶν νεωκόρων σιτηρέσια ἀπέδωκεν, *immunitatem omnium onerum quibus antea premebantur decreuit, & restituit annonas æditus ablatas.* Iulian. in orat. Constantinus πυρ̃ῶν μεδίμνους δ᾽δω- σι πολλάκις μυρίους καθ᾽ ἕκαστον ἔτ᾽ δωρεὰν καρπ̃ῶ ἀθηναίοις, *sæpe decem millia modiorum tritici quotannis donauit Athenien sibus fruenda.* Libanius ad Theodos. Ira Imperatoris non longius sæuiat, quàm vt panes non donet, μέχρι τ̃ῶν δ᾽ δεδομ̃ένων ἄρτων. Reliqua vocant λοιπάδας, λοιπὰ, ἐλλείμμ᾽τα. *Indulgentiæ criminum.*

CAPVT XX.

De Superindictis, & Augmentis.

Superindicta & augmenta.

ZONARAS ab Alexio Comneno scribit ὑπέρπλεον tributum repertum nouum nomen fuit, res antiqua. ἐντεῦθεν ὑπογραφεῖς πανταχοῦ τῶν ἐν ἀγροῖς, καὶ χωρίοις διαφερόντων τῆς ὑπαρχούσης ἐφέλλοντο κτήσεων, καὶ τὰ καινὰ τῶν ὀνομάτων ἐπενόησαν, τὰ ὑπέρτιμα λέγω, καὶ τὰ ὑπέρπλεα. *Inde mittebantur quocunque tabularij, & scribæ, qui describerent prædia, & possessiones eximias per agros & loca, nouaq; nomina tributorum repperiebantur, hypertima, hyperplea.* Ammianus libr. 17. Indictionale augmentum, quod & incrementum vocatur. Diaconus lib. 21. Leo tributa capitalia Thraciæ parti, Siciliæ seu Calabriæ superimposuit. Ea vero quæ dicuntur patrimonia sanctorum Principum Apostolorum, quæ olim ecclesiis auri dimidium & tria conferebant talenta, publicæ rationi exsolui præcepit. Claudianus Panegyr. quartum consulis.

Indictionale augmentum.

Impia continui cessant augmenta tributi,
Non infelices tabulæ, non hasta refixas
Vendit opes, auida sector non voce citatur,
Nec tua priuatis crescunt æraria damnis.

CAPVT XXI.

De Salinis.

Salinæ.

SALINARVM vectigal Romæ ab Anco Martio institutum, & exactis regibus sublatum est, auctore Plin. lib. 31. cap. 7. Liu. lib. 2. Altero post reges exactos anno salis vendendi arbitrium, quia impenso pretio veniebat in publicum omni sumptu adempto concessum priuatis: tum restitutum M. Liuio & C. Claudio Censoribus, vt Liu. lib. 29. his verbis: Vectigal etiam nouum ex salaria annona statuerunt. Sextante sal & Romæ, & per totam Italiam erat. Pluris in foris & conciliabulis, & alio alibi pretio præbendum locauerunt. Deinde sublatum videtur salis vectigal libera ciuitate, cum Cic. lib. 2. ad Attic. ep. 16. Portoriis Italiæ sublatis agro campano diuiso, nullum vectigal superesse domesticum præter vicesimam dicat. Salinarum tamen meminit Cic. pro lege Manil. vbi Hotoman. salictis, pro salinis legit, & Turneb. syluas reponit. Salinas enim id temporis in prouinciis pop. Rom. fuisse certum est, quanquam fortè in Italia non fuit vectigal ex Salinis. Italicæ enim coloniæ erant immunes à tributo capitis & soli, quod ius Italicum dicitur l. 1. D. de censib. cum vectigalia omnia lege Thoria à P. Thorio Tribuno plebis lata sublata essent ex fundis Italicis, vt Appianus lib. 1. ciuil. & Cicer. in Bruto. Fuere & quædam coloniæ iure Italico donatæ à Cæsaribus immunes à tributis. l. 3. C. de Episcop. & Cleric. & l. 1. 6. & vlt. D. de censib. sub Imperatoribus autem salis vectigal reuocatum est. Symmach. lib. 10. epist. 58. Cum mancipes Salinarum magno ex numero ad paucos redacti, necessitatis publicæ molem ferre non possent. Vlpian. l. 17. D. de verb. signific. Publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiscus accipit, quale est vectigal portus, vel venalium rerum, item Salinarum, & metallorum, & picariarum. l. 13. D. de publican. & vectig. sed & hi qui Salinas, & arenarias, & cretifodinas, & metalla habent, publicanorum loco sunt. Vectigalium enim publicorum sociis permissum est corpus habere, vel Salinarum, vel aurifodinarum. l. 1. D. quod quisque vniuers. Fuerunt & Salinæ priuatæ quæ in censum deferri iubentur, l. 4. §. Salinæ D. de censib. Liberæ priuatis, non minus quàm sulphurariæ, argentifodinæ, auri & cretæfodinæ, ex quibus Imperatores decimas capiebant l. cuncti C. de Metallariis lib. 11. vbi admonebo, quanquam à priuatis Salinæ possideri possunt & sal in prædiis priuatorum gigni, vel eorum sumptu fieri, sal tamen ipsam iuris esse publici, eiúsque causa vectigal publico deberi, nec salis publicum esse commercium sine auctoritate Principis l. forma D. de censib. l. inter publica. D. de verbor. signific. l. si quis Cod. de vectigal. Qui Salinis publicis erant præpositi dicebantur Alabarchæ, quam vocem doctissimus Cujatius reposuit l. 9. Cod. de vectigal.

& com

A & commiſ.& Arabarchiæ vocabulum expunxit. Ioſephus lib.2. cap.5. ἀλώσεως, & lib.18. & 20. originum, ἀλαβαρχίας, & τ ἀλαβαρχήσαντ@. Alexandriæ meminit. Cic. ad Atticum lib.2. epiſt.17. Velim ex Theophane accipere quonam animo ſit in me Alabarches. Iuuenal. Satyr.1.

Neſcio quis titulos Ægyptus, atque Alabarches.

Doctiſſimus Cuiatius Alabarchen magiſtrum ſcripturæ interpretatur, quia apud Phauorinum alaba ſcripturam ſignificat, ſeu atramentum quo ſcribimus. Euſeb.Cæſar.lib.2.hiſtor. eccleſ. Alexandrum Alabarchen commemorat, & Ioſeph. lib.vlt.origin. apud quem Ruffinus ἀλαβάρχλω *præfectum ſalis* interpretatur. Quæ interpretatio ſi vera eſt, lubentius legam ἀλασάρχλω, quaſi τ ἁλῶν ἀρχήσαντ@, vel ἁλοσάρχλω, quàm alabarchen, niſi fortè alaba lingua Ægyptia ſalem ſignificat. Cæterum nefas fuit ſine perſona mancipum, id eſt ſa-
B linarum conductorum, ſales emere, aut vendere l. ſi quis C. de vectigal. Malefici verò & mulieres in opus ſalinarum ob maleficium dabantur. l.6. de captiuis & poſtlim. l.8. D. de pœnis. Atheneus lib. 3. ſcribit in Troade Tragaſſeum ſalem plebis vſui ſine pretio expoſitum fuiſſe, cui cum Antigonus vectigal impoſuiſſet exaruit. In Syria & Iudæa iam olim vectigal ſalis fuiſſe diſcimus ex lib.1. Machab. vbi Demetrius ſcribit ad Iudæos, ἀφίημι πάντας τὲς ἰεδαίες ἀπὸ τ φόρων, καὶ τ τιμῆς τ ἁλός, καὶ ἀπὸ ςεφάνων, καὶ αὐτὰ ἃ τρίτα τ σπορᾶς, καὶ αὐτὰ ἃ ἡμίσες ἃ καρπᾶ ξυλίνε. *Iudæos omnes immunes eſſe iubeo à tributis & pretio ſalis, & coronarum, & à tertia parte ſementis, & pro media parte fructus è ligno.* Nicephorus Gregor.lib.8. Alexius domeſticus τ δυτικῶν θεμάτων, καὶ τ ἁλῶν τὴν διοίκησιν ταμικλικῶν, *Occidentalium prouinciarum, & adminiſtrationem ſalis diſpenſans.* Bene Cuiatius Alabarchen ſcripturæ impoſitum fuiſſe,non ſali putat.Imperator enim l.9.C.de vectigalibus. Per totam Ægyptum,
C inquit, & Auguſtanicam vectigal Alabarchæ pro traducendis animalibus erat conſtitutum. Salinarum meminit Rutilius in Itinerario.

Subiectas villæ iuuat aſpectare ſalinas
Qua mare terrenis decliua canalibus implet.

Strabo lib.17. ἁλιπάγιον mirabile commemorat. Sidonius lib.10. ep.58. Mancipes Salinarum & epiſt. 96. lib.9. Frontin. lib.1. de aquæduct. ſcribit Salinas fuiſſe ad portam tergeminam. P. Victor collocat eas in vndecima regione vrbis. Mancipum Salinarum Romæ mentio fit l.1. de mancip. therm. C.Theod. ſalis commercium fuit ſub Comite largition. lib.10. epiſt. 58. Symmachus mancipes ſalinarum ait muniri ſuffragio Macedonij Comitis ſacr. largitionum.

D

CAPVT XXII.

De Metallis, & varijs fodinis.

Metalla & variæ fodinæ.

METALLA quoque in vectigalibus fuere, quæ & publicanis locabantur. Plin. lib. 33. cap. 4. Extat lex Cenſoria Ictimulorum aurifodinæ, qua in Vercellenſi agro cauebatur, ne plus quinque millia hominum in opere publicani haberent. Quicumque volebat metallarij officium profiteri, prius præſtabat fiſco 8. ſcrupulos in baluca, id eſt, in arenato, vel minuto auro puro. Scrupulus 24. pars vnciæ eſt l.1. C. de metallar. & metal. Baluca Græcis dicitur ζύσαμμ@. Plin. lib.33. cap.4. Vitruui. lib.7. cap.9. Quæ autem in Epheſiorum metallis fuerunt officinæ, nunc traiectæ ſunt ideo Romam, quod id genus venæ poſtea eſt inuentum Hiſpaniæ regionibus, ex quarum metallis glebæ portantur, & per publicanos Romæ curantur. Polybius ad Carthaginem nouam non minus quadraginta millia hominum aſſiduè in opere fodinarum verſari ſcribit. Strabo lib.3. Fodinas auri principes ſibi ſeruaſſe, vt in fiſcum inferrentur, argenti priuatis hominibus reliquiſſe ſignificat. Vſos autem publicanos ad fodienda metalla metallariis, qui in opus metalli damnati eſſent oſtendit Caſſiodor.epiſt.3.lib.9. & Iuriſconſ. l.1. §.1.D. de requir. vel abſent. damnand.

Aurifodinæ ſiue auratiæ.

Fuere & aurifodinæ, ſeu auratiæ iuris priuati, quas ſibi Tiberius reſeruauit bonis priuatis proſcriptis, vt Cornel. Tacit. lib. 4. Præſtabant & ſingulis annis aurileguli 7. ſcrupulos auri l. Per annos Cod. de metallar. libr.11. Si quis in ſuo ſolo cuniculos auri effo-

deret decimam auri præstabat fisco l. cuncti, eod. tit. A

Procuratores metallorum. Erant autem in metallis procuratores metallorum qui ad tempus præficiebantur, quod antequam exactum esset, ad aliam dignitatem non euehebantur l. 4. dict. tit. de metallar. Alij fuere metallis cum vxore & liberis addicti, vt seruirent, quibus solutis tota eorum familia libera erat: quidam fuere in metallum damnati qui ad tempus vincti metallis operam præbent. l. vlt. eod. tit. l. aut damnum §. est pœna. cum sequent. D. de pœnis.

Monetarij. Quartum fuit genus eorum qui dicti monetarij, qui metallum tractabant & signabant. l. 1. de fals. monet. C. Theodos. l. 1. l. 7. l. 13. C. de Murileg. lib. 11. qui in moneta operantur l. 6. §. 1. D. ad l. Iul. pecul. Suidas μονιτάριοι οἱ περὶ τὸ νόμισμα τεχνίται. Cassiodor. lib. 5. var. epist. 39. Item sulphuris, æris, ferri, cretæ, arenæ, auri, argenti, aluminis fodinæ, D. de publican. Tum vectigal ex Cotoriis vbi exciduntur Cotes ferro subigendo. l. 15. D. tit. de publican. Picariæ sunt in quibus pix coquitur, vel foditur. Nam picem fossilem inueniri scribit Plin. lib. 16. cap. 12. Item lapidicinæ, stypteriæ l. 3. §. fin. D. de reb. eor. Picariæ autem ætate Ciceronis fuere, cuius verba hæc sunt in Bruto, Liberi societatis eius qui picarias de P. Cornelio & Luc. Mummio censoribus redemisset. De ferrariis, seu ferrifodinis lege Cassiodor. lib. 3. epist. 25. & 26. B

Procuratores metalla curabant in Dacia Mediterranea l. 4. C. de Metallar. Euseb. lib. 8. eccl. histor. Procuratores istos vocat τοὺς ἐπὶ τοῖς μετάλλοις τεταγμένους. Iulius Cæs. lib. 5. Belli Gal. scribit Daciam Rom. in tributum aurum & argentum soluisse, quod fodinis abundaret, & si nondum in prouinciæ formam redacta erat.

Comes metallorum. In Notitia Comes metallorum per Illyricum suberat Comiti largitionum. Is cogebat eos qui sponte metallorum exercitium conduxerant exsoluere octo nos scrupulos in balluca quæ χρύσαμμος dicitur. Quicquid amplius collegerant fisco distrahebant à quo competentia pretia ex largitionibus suscipiebant. Ob canonem metallicum 14. vncias balluca pro singulis libris inferebant. Qui per priuatorum loca saxorum venam effodiebant decimas fisco, & decimas domino repræsentabant. Aurileguli quotannis 7. vel 8. per hominem scrupulos largitionibus inferebant C. de Metallar. Plin. lib. 33. cap. 4. Aurum arrugiæ quæsitum non coquitur. *Arrugia.* Arrugia est auri sculptura. Cassiodorus in chronico scribit anno ab vrbe condita 597. M. Æmilio, C. Popilio Cos. metalla in Macedonia instituta. Liuius lib. 45. Metalli Macedonici ingens vectigal. Vide l. 7. C. Theodos. de Metallariis Illyrici. Metallorum procuratores paruere Comiti metallorum. C

CAPVT XXIII. D

De Forma exigendi vectigalis.

Forma in exigẽdis vectigalibus. IN exigendis tributis sub Imperatoribus hæc forma seruata est. In singulis ciuitatibus ex ordine decurionum vnus eligebatur susceptor, qui indictum cuique aurum susciperet, & mitteret ad præfectum thesaurorum. Hæc largitionum pecunia rhedis cursus publici ad Comitatum missa, quingentis auri libris mille argenti rhedæ impositis, quam duo Palatini cum tribus seruis secuti, neque hi cum auertis & pera onus quingentarum librarum excedere possunt. C. Theod. l. 48. de curs. pub. l. 47. sexaginta libras sella cum frænis, triginta quinque vero auerta non transeat. l. 7. C. de suscept. Diu minimè penes ipsos susceptores maneat facta collatio, sed statim quodcumque à susceptoribus fuerit exsolutum sacris thesauris inferatur. E

Exactores. Exactores quotannis mutabantur iudiciaria sedulitate ne tenerentur in continua vexandorum prouincialium potestate, velut concussionum dominatione, l. 4. eod. Qui Comitabantur rhedas dicebantur prosecutores auri publici l. 1. C. de auri pub. pros.

Tabularius ciuitatis omnium qui tributum, vel canonem soluere debent nomina scribit, & ducenariis, ac sexagenariis apparitoribus exigenda tradit, illi exacta susceptori dant. Constantin. Aug. l. 1. C. de exact. tribut.

Ducenarij. Ducenarij, & centenarij, siue sexagenarij non prius debent aliquem ex debitoribus conuenire, quàm à tabulario ciuitatis nominatim accipiant breues debitorum. Quam quidem exactionem sine omni fieri concussione oportet. l. 5. eod.

Apparitores. Apparitores quicunque in collationem auri præcepti fuerint, adhibere officij sui seruitium,

A tium, titulorum debita, & collationum summas relationis suæ fide, & adnotatione perscribant, sitque ex officialis instructione officium conscium, quid exactum, quidve perlatum esse videatur, ne longinquitate, itineris diuersitate susceptor abductus, & curiæ suæ desit, & rei familiaris detrimenta sustineat.

Susceptor autem soluenti apocham facit, in qua nomen soluentis, summa causæ, dies, consul, mensis ascribitur, & statim ad locum thesauri exactam pecuniam mittit, & securitate accepta, is qui soluit molestiam pati, aut iterum interpellari non potest. l. 2. C. de Apochis public. Semel securitatem de refusione munerum emissam ab alio iudice non liceat refricari, si tamen trium cohærentium sibi annorum apochas, securitatésque protulerit. l. 3. eod. Vectigalia pro aduectis mercibus stationarij milites opportunis locis dispositi exigebant, & apochas scribebant, exactámque pecuniam ad præsides mittebant, inde ad B Comitem thesaurorum. l. vniuersi C. de vectigal. Vniuersi prouinciales pro his rebus quas ad vsum proprium, vel ad fiscum inferunt, vel exercendi iuris gratia reuehunt, nullum vectigal pendant. Milites illi stationarij olim instituti ad arcenda latrocinia, vt Suetonius in Tiberio cap. 19. Deinde fuere Irenarchæ l. 1. C. de Irenar. l. 2. & 4. D. de seruis fugit. *Susceptor.*

Erant autem qui licitarentur vectigalia, quæ penes illum manebant qui superior in licitatione extitisset, ita vt non minus quàm triennij fine locatio concluderetur. *Licitatores.*

CAPVT XXIV.

C

De Consuetudinibus.



ONSVETVDINES interdum pro tributis positæ. Cassiodor. lib. 7. form. 2. Non putetur omnis consuetudo probabilis. lib. 1. epist. 10. Arbiter arcæ habeat consuetudines iustas lib. 3. ep. 23. Remoue consuetudines abominanter inolitas. Iulianus in Misopogone, εἰθισμένων εἰσφορῶν πεμπτὸν. epist. vlt. ἐσοίσετ' κατ' ἔθος. Secundum consuetudinem inferetur, quia consuetudo maximè spectanda in tributis. l. 15. C. Theodos. de exactor. l. 4. l. 9. D. de publicanis. Cassiodorus lib. 7. for. 2. de officio præsidis, ostendit præsides in sua prouincia consuetudines, & tributa curasse. In legibus Franciæ à Carolo magno promulgatis lib. 3. tit. 12. de Teloneis, placet D nobis vt antiqua, & iusta Telonea à negotiatoribus exigantur. lib. 4. tit. 24. de iniustis occasionibus, & consuetudinibus nouiter institutis sicut sunt tributa. tit. 52. de Teloneis, & Cispaticis, teneant id, vt vbi antiqua consuetudo fuit exigantur, & vbi noua fuerint inuenta destruantur. l. 1. C. de auro coronario. *Consuetudines idē aliquando ac tributa significant.*

CAPVT XXV.

De Massa auri, & augmenta.



E DE Massa auri alibi dicimus. Constitutum erat vt solidi quocunque titulo fiscali debiti in Massam redigerentur, l. 12. 13. C. Theodos. de susceptor. Quotiescunque certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, & auri Massa transmittitur, in 72. solidos libra feratur accepta. Scrinium fuit aureæ massæ. Incrementum obrisæ commemorat l. 4. C. Theodos. de auro coron. Symmachus lib. 4. epist. 56. Prouincialis auri incremento vectigal aurarium, quod à negotiatoribus pendebatur sacro ærario. Incrementa auri dicuntur l. 2. C. Theodos. de susceptor. apud Spartianum in Adriano, incrementum liberalitatis adiecit. Vopiscus in Probo, vt eius dignitas incrementis adiuuetur. In Vet. Inscript. Incrementa pueris Curiæ, & sparsionem nucum dent. Sed incrementa illa sunt largitiones. Augmentum apud Cassiodorum lib. 9. & Ammianum lib. 17. Augmentum indictionale, tributum est. *Auri massa & augmētum.* *Incrementū auri.*

CAPVT

CAPVT XXVI.

De Vectigalibus Africæ & Hispaniæ.

Africæ & Hispaniæ Vectigalia.

VECTIGALIA Africæ commemorantur Nouel. 1. Theodos. de tribut. fiscal. tit. 22. Nouella Valentiniani de prædiis pistoriis tit. 38. l. 1. 2. C. de offic. præfect. præt. Africæ. Vicesimas frumenti pop. Rom. Hispani tributi nomine soluere, vt Liuius. M. Marcellus tributum ex Celtiberia exegit centum talentorum. Strabo lib. 3. Plinius lib. 33. cap. 4. Asturia, Gallecia, Lusitania vicena millia pondo singulis ex aurifodinis præstitisse ait. Strabo lib. 3. Argenti fodinæ circa nouam Chartaginem 25. millia drachmarum per singulos dies exhibere.

CAPVT XXVII.

De Auro Coronario.

Aurum coronarium.

HVNC locum attigimus lib. de triumpho. Lamprid. Alex. Seuer. Coronarium aurum, & negotiatorium remisit. Suidas, στεφανικὸν τὸ τελέσμα. αὐτόνομοι ἦσαν οἱ ῥόδιοι. βραχὺ δέ τι μέρος ῥωμαίοις ἐπὶ τιμῇ πέμποντες ἐτήσιον, ὡστοῦ φόρον ἡγεμόσι, ἀλλὰ θαλλὸν, ἢ στέφανον φίλοις δίδοντες. τοῦτο γὰρ καὶ ἑλληνογαλάταις τοῖς ἀγκυρανοῖς ἐπιχωριάζεια τὸ λόγιον. στεφανικὸν γὰρ λέγουσι πᾶν τὸ ἐνχάριτος λόγῳ διδόμενον. *Coronarium tributum. Sui iuris erant Rhodij exiguum aliquid quotannis honoris causa Romam, non vt tributum dominis ac Principibus suis, sed termitem, aut coronam amicis mittebant. Nam & Gallogræci Ancyrani coronam vocant, quicquid per speciem amicitiæ datur.* Aurum coronarium propriè dictum quod præscriptione triumphi, vel exactum, vel oblatum. Olim socij & amici coronas aureas offerebant gratulantes, postea pro coronis pecunia data. Athenæus lib. 12. οὐ μόνον κατ' ἄνδρα τῶν ἐπιφανῶν ἐστεφάνωσαν τὸν φίλιππον χρυσοῖς στεφάνοις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀξιολόγων πόλεων αἱ πλείους. Post victum Darium missæ coronæ partim à legatis gentium, aliisq; æstimatæ 10. millibus, & quingentis talentis. Liuius lib. 38. Cum Cn. Manlius Gallogræcos vicisset missæ vndique legationes non gratulatum modo venerunt, sed coronas etiam aureas pro suis quæque facultatibus attulerunt. Appianus in Cæsaris triumpho bis mille octingentas viginti duas coronas aureas fuisse ait, easq; pondo viginti millium quadringentorum quatuordecim, ita vt plæræque decem pondo fuerint. Olim erant librales. Apud Liuium lib. 39. Manlius in triumpho coronas aureas ducentas tulit 12. pondo. Plin. lib. 33. c. 3. Claudius cum de Britannia triumpharet inter coronas aureas vnam 7. pondo habuit, quam contulisset Hispania citerior; alteram nouem, quam Gallia comata, sicut titulus indicauit. Tertul. libr. de Corona, sunt & prouinciales aureæ, imaginum iam non virorum, capita maiora quærentes.

Eius appellatio vnde nata.

Propter quid impositum.

De Auro coronario C. Iustiani. Seruius, Aurum coronarium à victis gentibus datur. Imponebant autem hoc Imperatores propter concessam vitam. Polyb. in fragmentis, οἱ γεραῖοι ἐστεφάνωσαν τὸν ἀντίοχον τὸν βασιλέα πεντακοσίοις ἀργυρίου ταλάντοις. Ammianus de Iuliano, tributorum indicta admodum lenia, & coronarium remissum. Tripolitani, apud eundem, miserunt legatos victoriarum aurea simulacra Valentiniano ob imperij primitias oblaturos. Procopius lib. 1. Gotth. Theodahatus pactus est cum Petro Iustiniani Imperatoris duce, decedere Silicia tota, & quotannis coronam auream mittere Iustiniano trecentarum librarum. Appianus ait in funere Syllæ supra bis mille coronas aureas magna celebritate confectas, & prælatas, dona ciuitatum, aut legionum quibus præfuerat. Eæ coronæ dicabantur in templis, vt ait Plinius lib. 33. cap. 1. Sueton. lib. 2. Augustus 16. millia pondo auri vna donatione in cellam Iouis Capitolini contulit. lib. 1. Iulius primo consulatu tria millia pondo auri furatus est è capitolio, & tantumdem inaurati æris reposuit. Augustus de se in lapide Ancyrano, in capitolio, & in æde D. Iulij. & in æde Apollinis, & in æde Vestæ, & in templo Martis vltoris consecraui, quæ mihi constiterunt circiter millenis auri coronarij pondo 35. millibus. Vide lib. nostrum de Triumpho cap. 29.

CAPVT

A

CAPVT XXVIII.

De Embolicis ſpeciebus.

EMBOLA ſacra eſt certus frumenti modus, quem neceſſariò Romæ ſubminiſtrabat Ægyptus ex Auguſti inſtituto. Aurelianus ex Ægypto vectigal vrbi Romæ vitri, chartæ, lini, ſtupæ, atque Embolicas ſpecies æternas conſtituit. Ægyptia ἐμβολὴ Euripi dicitur ῥῶπος τι λεπτὸν φόρτου, faſciculus è diuerſis rebus colligatus. Aurelianus frumentis Ægyptiacis alias ſpecies addiderat quæ pars Embolæ ſacræ cenſebuntur, vt Vopiſcus in Aureliano.

Embolicæ ſpecies, & quid Embola.

B

CAPVT XXIX.

De Oneribus variarum gentium.

ASIANI pro 30. iugeribus agri Chlamydem militi ſoluunt l. 2. C. de milit. veſte. Item Pontici l. 3. eod. Strabo lib. 10. Cappadoces præter argentum mille, & 50. equos, mulorum duo millia, ouium 50. millia Perſis pendere ſolitos, & duplum eorum Medos ſcribit. In Cappadocia ſub Imperatoribus terni viri, & quaternæ mulieres pro vna perſona in ſoluendo cenſu capitis computabantur, l. 10. C. de Agricol. & cenſit. Thraces pro ſingulis tantum 20. iugeribus agri veſtem militarem l. 2. C. de milit. veſte, l. vlt. C. vt nemini liceat. In Thracia enim quia tributa fiſcalia in ſolidum non inferuntur barbarorum incurſibus colonis attritis, nec ſufficiente ſpecierum collatione ad alendos milites in ea conſiſtentes, neceſſe eſt vt collatoribus, & negotiatoribus coemptionis aurum primum ſoluatur in nummis obriſis, & debiti ponderis, tum ab eis ſine refragatione & damno vllo conferantur ſpecies.

Onera variarum gentium.

C

CAPVT XXX.

D

De Speciebus adærandis.

ÆSpecies interdum adæratæ, interdum adærari vetitæ. Trebellius in Claudio, dentur ſpecies ſupradictæ, non earum pretium in ære. ἀπηργυρίζεσθαι, *adærari*. Annonæ ærariæ, quæ adæratæ in pretiis datæ, l. 15. C de erogation. milit. annon. Species non aliter adærentur, niſi in foro rerum vænalium diſtrahantur. l. 28. C. Theodoſ. eod. Species quæ adærantur dicuntur cellarienſes, l. 32. ibid. Militaris adæratio veſtis à collatoribus exigebatur ſacratiſſimis largitionibus inferenda, ita vt quinque eius partes militibus erogarentur in pretio, iunioribus, & gregariis militibus, ſexta pars à gynæciariis Principis in ipſa præberetur ſpecie, l. vlt. C. Theodoſ. de milit. veſte.

Species adærandæ.

E

CAPVT XXXI.

De Diligentia Tributi exigendi.

TRIBVTORVM exactio tanta diligentia, vel ſæuitia potius fiebat, vt qui ſoluendo non eſſent, ad ſolutionem tributariæ functionis ſuſpendiis adigerentur. Sidonius carm. 13.

Nam nunc muſa loquax tacet tributo,
Quæ pro Virgilio, Terentióque

Diligentia vel potius ſæuitia vectigalis exigendi.

Sextantes

Sextantes legit vnciásque fisci,
Marsiæque timet manum, ac rudentem,
Qui Phœbi ex odio vetustiore,
Nunc suspendia vatibus minatur.

Marsiæ enim statua in foro collocata manu funem gestans quo litigatoribus improbis suspendia minabatur. Plinius lib. 16. cap. 45. Ibi Platanus ostenditur ex qua pependit Marsias victus ab Apolline. Nouel. Theodos. de indulg. reliq. Innumeræ deinde clades, sæua custodia, suspendiorum crudelitas. Nouel. Maior. de indulgent. Cum non iam amissio fortunarum, sed sæua custodia, & suspendiorum crudelitas formidatur. Ideo sæpe seditiones motæ, cum nouum aut graue tributum indiceretur. Libanius ad Theodos. de seditione, ἧκε τὰ περὶ χρυσίου γράμματα, πρᾶγμα πάλαι φοβερὸν, πιστευομένου τε τῶν τέως ἀπιστουμένου, καὶ τῆς γῆς οὐ φερούσης τὸ ἄχθος, &c. τὰ σώματα δέσφισιν ἐν τῶν ἐσχάταις ἀνάγκαις ἔσται, &c. ἄνθρωποί τινες σεσιγηκότων ἐκείνων εἰσῆγον τὴν ταραχὴν. *Venerunt literæ quibus aurum imperabatur, res iam olim terribilis, etiam cum id crederetur, quod eo vsque non erat creditum. Et cum terra tantum onus ferre non posset, cogitantes eorum corpora in extremis necessitatibus futura, homines quidam illis tacentibus turbas fecerunt, statuas Imperatoris deiecerunt.*

CAPVT XXXII.

De Scrinijs.

Scriniorum varia genera.

HANC partem exsecutus sum lib. 3. de Imperat. Rom. Hoc addo. Officium sacrarum largitionũ per singula scrinia dignitates continuisse, quas numerat Gratianus Aug. l. 7. C. de Palatinis sacrar. largit. Scrinium exceptorum, Scrinium numerorum, sacrum Scrinium tabellariorum, Scrinium canonum, Scrinium mittendariorum, Scrinium aureæ massæ, aurifices specierum, aurifices solidorum, sculptores, & cæteros aurifices, Scrinium auri ad responsum, Scrinium à milliarensibus, Scrinium vestis, Scrinium ab argento, Scrinium à pecuniis. Argentarij, barbaricarij, argentarij, vascularij, fabri argentarij commemorantur l. vlt. D. de auro & argento legato.

CAPVT XXXIII.

De Vectigali Macelli.

Vectigaliũ genera sex maximè numerãtur, & quæ.

Macelli Vectigal.

ADHVC ita de Vectigalibus egimus vt ea quę latè patent attigerimus, nihil particulatim & in specie explicauerimus. Iam ad singularia ab vniuersis deueniendum. Libera Rep. fuere sex maximè genera Vectigalium, decumæ, portoria, scriptura, salinæ, metalla, aurum coronarium quæ omnia latissimè patebant.

Romæ singulariter fuit Vectigal Macelli pro iis quæ ad hominum victum pertinerent, quod sublatum esse ait Liuius libr. 38. Postea tamen restitutum est teste Suetonio, in Calig. cap. 40. Pro eduliis quæ tota vrbe venirent certum, statutúmque exigebatur. Macellum Plutarch. κρεωπώλιον vocat. Vet. glossæ Macellarius ὀψωνιοπώλης. Sueton. in Iulio cap. 25. Ea quæ ad epulum pertinerent Macellariis oblocata. Item, dispositis circa Macellum custodibus qui obsonia contra vetitum retinerent. Erant in Macello καπύρια, καὶ ἡβητήρια vbi iuuenes Popinones gulæ indulgebant. Subiiciam Macellariis Vectigalia quæ libera Rep. vel sub primis Imperatoribus reperta sunt, deinde quæ sub postremis.

CAPVT

A

CAPVT XXXIIII.

De Quinta, & Quadrageſima, & Octaua.

APPIANVS lib.1. Ciuilium, ex plantariis, & arboretis quintam fructuum partem commemorat. Liuius libr. 32. Portoria rerum venalium. Caligula pro litibus atque iudiciis vbicumque conceptis quadrageſimam ſummæ de qua litigaretur exegit, ex gerulorum diurnis quæſtibus partem octauam, apud Sueton. cap. 40. Caligula, inquit, vectigalia noua, atque inaudita primum per publicanos, deinde quia lucrum exſuperabat per centuriones, tribunóſque prætorianos exercuit, nullo rerum aut hominum genere omiſſo, cui non tributi aliquid imponerent. *Quinta, & Quadrageſima & Octaua.*

B

CAPVT XXXV.

De Decima Hæreditatum.

EX lege Papia decima deducebatur ex legatis à viro vxori, vel ab vxore marito relictis, ſi illis non eſſent legitimi liberi l.2. C.de infirmand. pœn.cælib.ea lex lata ſub Auguſto Cæſare. *Decima hæreditatum.*

C

CAPVT XXXVI.

De Semißibus & Trientibus.

FRVMENTVM Romæ non vno ſemper, & eodem pretio Ædiles admetiri ſolitos vulgo notum eſt, interdum aſſibus, binis æris, quaternis æris, ſemiſſibus, trientibus, vnde quinta pars vectigalium reſiciebatur. *Variũ frumenti pretium.*

D

Clodius Tribunus plebis, vt populum emereretur, trientes & ſemiſſes remiſit, & gratis populo frumentum admetiri voluit. Cicero pro Sextio, vt remiſſis trientibus, & ſemiſſibus quinta prope pars vectigalium tolleretur. Auctor ad Herennium meminit legis frumentariæ de ſemiſſibus, & trientibus. Plinius lib. 18. cap. 3. Manius Marcius Ædilis plebis primus frumentum populo in modios aſſibus donauit. Liuius lib. 31. Ædiles frumenti vim ingentem, quod ex Africæ Proconſul Scipio miſerat, quaternis æris populo cum ſumma fide & gratia diuiſerunt. lib.33. Ædiles curules tritici centum millia binis æris populo diuiſerunt. Aſcon.ad orat. Cicer. pro Milone, Clodius annonariam legem tulit, quæ ſummè popularis fuit, vt frumentum populo quod ante ſemiſſe æris ac trientibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur. Liuius lib.60. Cai. Gracchus Tiberij frater pernicioſas aliquot leges tulit, inter quas frumentariam, vt ſemiſſe & triente frumentum plebi daretur. Cicero, quintam partem vectigalium illis trientibus, & ſemiſſibus contineri ait, quod decumæ frumenti quæ Romam importabantur populo non gratis darentur, ſed trientibus, aut ſemiſſibus, vnde ingens pecunia refecta, & in ærarium illata. *Trientes & ſemiſſes.*

E

CAPVT XXXVII.

De Vini Portorio.

VIT & vini portorium libera Repub. Cicero pro M. Fonteio: Cognoſcite nunc de crimine vinario, quod illi inuidioſiſſimum, & maximum eſſe voluerunt. Crimen à Pletorio ita conſtitutum eſt, Fonteio non in Gallia primum veniſſe in mentem vt porto- *Vini portorium.*

rium vini instituerentur, sed hac in Italia proposita ratione Roma profectum. Itaque Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorij nomine exegisse. Croduni porcium & Numium ternos victoriatos. Vulchalone seruorum binos H S. & victoriatos CIↃ. A

CAPVT XXXVIII.

De Vectigali Lupanarium, & Matrimonij.

Lupanariũ & matrimonij vectigal.

SVETON. in Caligula c. 40. Caligula matrimonia obnoxia vectigali esse voluit. Additúmque ad caput legis vt tenerentur publico & quæ meretricium & quæ lenocinium fecissent, nec non & matrimonia obnoxia essent. id est vt tenerentur τῇ τρωνεία non tantùm meretrices, & lenæ publicæ, sed & fœminæ legitimis nuptiis iunctæ, quæ domi meretricium aut lenocinium facerent. Quædam vt licentius libidinarentur, apud Ædiles impudicitiam profitebantur, & togam sumebant, à quibus vectigal exactum. B

Vectigalis autem summam non aliam esse auguror, quam vt meretrix tantùm publico penderet, quantum quæque vno concubitu mereret, vt ibidem ostendit Suetonius. Auitus certè apud Xiphilinum vectigal indixit lupanari quod erat in palatio: καὶ τέλος ἐν τῷ παλατίῳ οἰκήματι ἀποδείξας. Lupanar enim in palatio fuisse iam inde à temporibus Claudij docet Dio his verbis, ἡ μεσσαλίνα καὶ ἐπ' οἰκήματος ἐν τῷ παλατίῳ αὐτήτε ἐκαθέζετο, καὶ τὰς ἄλλας τὰς πρώτας ἐκάθιζεν. *Messalina in lupanari palatij prostabat, & alias primores fœminas prostare iubebat.* Beneficiarij principis, & curiosi in matriculas referebant eos qui tali de causa publico tenerentur. Tertullianus certè lib. de fuga. indignatur Christianos, quòd Christi fidem profiterentur, inter lenones in matricibus beneficiariorum Principis & curiosorum vectigales contineri. Quantum autem lenones publico sub Caligula penderent, ignotum est. Postea Chrysargyron eo nomine introductum. Romæ fœminæ adulterij damnatæ sumebant togam & in fornices relegabantur. C

CAPVT XXXIX.

De Vicesima eorum qui manumitterentur. D

Tributum Vicesimæ manumissorum.

CNEVS Manlius Consul legem nouo exemplo ad Sutrium in Castris tributim de vicesima eorum tulit, qui manumitterentur, auctore Liuio lib. 7. Arrian. lib. 2. cap. 1. dissert. Epict. Cum aliquis verterit apud prætorem seruum suum nihil præstitit, nisi & vicesimam eius dederit. ὅταν οὖν στρέψῃ τις ἐπὶ στρατηγοῦ τὸν αὐτοῦ δοῦλον οὐδὲν ἐποίησε, &c. καὶ εἰκοστὴν αὐτοῦ δοῦναι ὀφείλει. Eius meminit Cic. lib. 2. epist. 16. ad Atticum. Portoriis Italiæ sublatis, &c. Nullum vectigal superest domesticum præter vicesimam. Aurum vicesimarium dictum est quod ex ea vicesima reficiebatur, & ad vltimos casus seruabatur in ærario sanctiori apud Liuium lib. 27. Εἰκοστώναι dicti qui aurum illud vicesimarium exigerent. Arrian. lib. 3. dissert. c. 26. ὁ δοῦλος εὐθὺς εὔχετο ἀφεθῆναι ἐλεύθερος διὰ τί δοκεῖτε. ὅτι τοῖς εἰκοστώναις ἐπιθυμεῖ δοῦναι ἀργύριον. In vet. gl. Εἰκοστώτης ὁ τὰς εἰκοστὰς ἀπαιτῶν, *vicesimarius, qui vicesimas exigit.* Seruus vult dimitti liber, quid causę esse putatis? Quia vicesimariis cupit dare argentum. Εἰκοστώτην libentius legam, quàm εἰκοστώνην, cum Lipsio, nisi quis εἰκοστώνην interpretetur εἰκοστὰς ὠνήσαντα, redemptorem vicesimarum. E

Aurum vicesimarium.

CAPVT XL.

De Vicesima hereditatum.

Vicesima hereditatũ & legatorũ.

AVGVSTVS ærarium militare instituit, ad quod explendum vicesimam hereditatum, & legatorum inferri iussit, cuius meminit Plin. lib. 7. epist. 14. quantum à publicanis

A publicanis vicesimam partem hereditatis emisti? Dio lib. 55. Τήν τε εἰκοστὴν τῶν τε κλήρων, καὶ τῶν δωρεῶν, ἃς ἂν οἱ τελευτῶντές τισι, πλὴν τῶν πανυσυγγενῶν, ἢ καὶ πενήτων καταλείπωσι κατεστήσατο, ὡς καὶ ἐν τοῖς τοῦ καίσαρος ὑπομνήμασι τὸ τέλος τοῦτο γεγραμμένον εὑρών. Ἐσῆκτο μὲν γὰρ καὶ πρότερον ποτὲ, καταλυθὲν δὲ μετὰ ταῦτα αὖθις τότε ἐπανήχθη. *Augustus vicesimam hereditatum instituit, & donationum quas morientes legarent alijs, quàm qui proximi agnati, aut pauperes essent, vt qui vectigal illud in Cæsaris monimentis scriptum reperisset. Institutum enim iam olim fuerat, cúmque sublatum esset, denuò reuocatum est*, lege Iulia, quæ propriè vicesima hereditatum dicitur, in earum legum inscriptionibus, quæ sumptæ sunt ex duobus Æmilij Macri εἰκοστῶν, Vicesimarum libris; vult autem non tantum vt vicesima hereditatum fisco præstetur, verum etiam vt tabulæ testamenti statim aperiantur, ne vectigali necessario mora fiat, vt docet Paulus lib. 4. sentent. tit. 6. Onera enim imperij coëgerunt pleraque vectigalia institui, ,,
B vt pro vtilitate communi, ita singulorum iniuriis, ait Plin in Panegyr. His vicesima reperta ,,
est, tributum tolerabile, & facilè hæredibus duntaxat extraneis, domesticis graue. Itáque ,,
illis irrogatum est, his remissum; videlicet, quòd manifestum erat quanto cum dolore la- ,,
turi, seu potiùs non-laturi homines essent, distringi aliquid, & abradi bonis, quæ sanguine, ,,
gentilitate sacrorum, denique societate meruissent. Id genus vectigalis per publicanos exa- ,,
ctum ostendit Plinius his verbis: Ratus improbè, & insolenter, ac penè impiè his nomini- ,,
bus inseri publicanum. Lampridius sub Heliogabalo auctor est, mulionem vicesimam hereditatum curasse, quod minus mirum videri debet, cum apud Sueton. cap. 76. Iulius Cæ- ,,
sar publicis vectigalibus seruos peculiares præposuerit. In veteri lapide legitur, procura- ,,
tor 22. hereditatum, pro, magister 20. hereditatum. Pomponius l. 2. §. ex his auditoribus D. de orig. iuris scribit, Aulum Offilium de legibus vicesimæ primum scripsisse. Sub occa-
C sione vicesimæ apud Eutropium libr. 8. Hadriaci edictum introductum, quod sublatum significat Iustini. leg. 3. C. de edicto. Diui. Had. tol. sic enim ille, quia vicesima heredita- ,,
tis à nostra recessit repub. Antiquatis nihilominus, & aliis omnibus quæ circa repletionem, ,,
& interpretationem eiusdem edicti promulgata sunt. M. Antoninus Philosophus leges ,,
etiam addiderat de vicesima hereditatum, narrante Capitolino. Vicesimarij edicti qui conducebant vicesimam. Legendus Paulus lib. 4. sent. tit. 6. & Dio lib. 55. l. 13. D. de transaction. l. 37. de reliq. l. 68. ad l. Falcid. l. 154. de verb. significat.

CAPVT XLI.

D

De Vigesimaquinta Venalium mancipiorum.

AVGVSTVS Cæsar *cum pecunijs egeret ad onera militiæ, & vigiles alendos, vectigal instituit vicesimæquintæ mancipiorum.* Dio lib. 55. προσδεόμενος δὲ δὴ χρημάτων ἐς τε τοὺς πολέμους, καὶ ἐς τὴν τῶν νυκτοφυλάκων τροφὴν, τότε τέλος τὸ τῆς πέντε, καὶ εἰκοστῆς ἐπὶ τῇ τῶν ἀνδραπόδων πράσει. Tacitus libr. 13. de Nerone loquens, vectigal quintæ & vicesimæ venalium mancipiorum remissum specie magis, quàm vi. Quia cum venditor pendere iuberetur, in pretium emptoribus accrescebat. *Tributum Vicesimæquintæ Venaliũ mancipior.*

E

CAPVT XLII.

De Quadragesima.

QVADRAGESIMÆ portorium fuit, quod præter instrumenta itineris omnes res publicano debent, ait Quintil. declamat. 359. Meminit eius portorij. Suet. in Vespas. c. 1. Titus Flauius Petro coactiones argentarias factitauit. Huius filius cognomine Sabinus publicum quadrage- ,,
simæ in Asia egit. Manebántque imagines à ciuitatibus ei positæ, ΚΑ- ,,
ΛΩΣΤΕΛΩΝΗΣΑΝΤΙ, ei qui pulchrè vectigalia exegit. Quadra- ,,
gesimam à Nerone abolitam prodit Tacit. lib. 13. Manet, inquit, aboli- ,,
tio quadragesimæ, quinquagesimæque, & si quæ alia exactionibus illatis nomina publicum ,,
inuenerunt. Postea reuocatum est id vectigal, quod deprecatur Symmach. lib. 5. epist. 63. ,,

Quadragesimæ portorium.

,, Quadragesimæ portorium siue vectigal, non rectè poscitur à Senatoribus candidatis: quia A
,, nostri ordinis functiones onerari geminis incommodis non oportet. Quæso vt vrsorum
,, transuectionem cupiditati mancipum subtrahas.

CAPVT XLIII.

De Quinquagesima.

Quinquagesimæ portorium.

FVIT & quinquagesimæ portorium pro feris, & mercibus quæ importarentur. Symmach. lib. 5. epist. 60. Quæstores ordinis nostri nunquam ferarum suarum portorium contulerunt. Nunc à fratre meo Cynegio V C. Quæstorio candi- B
,, dato quinquagesimæ vectigal exigitur, quod solos vrsorum negotiatores, vtpo-
,, tè quæstui seruientes, oportet agnoscere. Huius quinquagesimæ Tacitus meminit lib. 13.

CAPVT XLIIII.

De Centesima rerum venalium.

Centesimæ vectigal.

CENTESIMA rerum venalium imposita est vrbi & Italiæ ab Augusto post bella ciuilia anno 759. quo tempore ærarium militare institutum, vt Sueton. Augusto cap. 49. Vocatur centesima auctionum & C
,, centesimus rerum in auctione venalium nummus. Tacit. lib. 1. Cen-
,, tesima rerum venalium post bella ciuilia instituta deprecante popu-
,, lo: edixit Tiberius militare ærarium eo subsidio niti. Idem, Cappa-
,, docia in prouinciam redacta, fructibus eius ratus leuari posse cente-
,, simæ vectigal ducentesimam in posterum statuit, vt Dio lib. 57. post Seiani mortem. Καὶ μετὰ τοῦτο, τέλος τῆς ἑκατοστῆς ἤγαγε. Caligula *centesimam auctionum* Italiæ remisit. Ducentesimam instituerat Tiberius, vt centesima leuiorem, postea cum centesimam abolita ducentesima restituisset, Caligula centesimam aboleuit. Alia fuit centesima cuius meminit Appianus in Syriacis, qui Syros, & Cilices tributi nomine quotannis centesimam census quemque sui soluisse ait, ἔστι δὲ σύροις, δὲ κύλιξι ἐτήσιος ἑκατοστὴ τοῦ τιμήματος ἑκάστῳ.

D

CAPVT XLV.

De Vectigali vrinæ, & stercoris & chrisargyri.

Stercoris & vrinæ vectigal.

VECTIGAL vrinæ à Vespasiano repertum docet Sueton. cap. 23. Reprehendenti filio Tito, quòd etiam vrinæ vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admouit ad nares, sciscitans num odore
,, offenderetur: & illo negante, Atqui, inquit, è lotio est. Quod idem
,, Dio his verbis significat, καὶ πρὸς τίτον ἀγανακτοῦντα τῷ τοῦ οὔρου τέλει, ὃ δὲ αὐτῷ μετὰ τῶν ἄλλων κατεδείχθη, εἶπε λαβὼν ἐξ αὐτοῦ χρυσοῦς πεπορισμένους, E
δείξας αὐτῷ, ἰδοὺ τέκνον εἴτι ὄζουσι? *Tito ægrè ferenti vectigal vrinæ quod post alia indictum est, dixit acceptis aureis ex eo vectigali, & ostensis, vide fili, si quid olent?* hoc vectigal à fullonibus exactum, qui ad dibaphas lotio vsi, quod acre sit, & tingendis vestibus aptum. Athenæus lib. 1. Τὸ δὲ ἀφ' ἡμῶν διηθούμενον οὖρόν ἐστι δριμύ. Τὰ γοῦν ἱμάτια τούτῳ χρώμενοι πλύνουσι οἱ γναφεῖς. Haud scio an idem fuerit vectigal cum eo quod à foricariis redimebatur, quódque exigebatur ab iis qui de die vesicam exonerare vellent in am-
,, phoras, quæ per angiportus erant collocatæ. Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 17. Dum eunt,
,, nulla est in angiporto amphora quam non impleant, quippe qui vesicam plenam vini ha-
,, bent. Eas amphoras Petronius Gastras, quasi ventres vocat. Lucret. lib. 4.

,, *Pusi sæpe lacum propter, se, ac dolia curta.*
,, *Somno deuincti credunt extollere vestem,*
,, *Totius humorem saccatum vt corporis fundant.*

Foricarij

A Foricarij non modo de vrina,verum & de ſtercore vectigal exegiſſe videntur.Foricæ enim Nonio ſunt ſtercora liquidiora,& Probo forire eſt deiicere,& deonerare ventrẽ.Iuuen.S.3.

Inde reuerſi
Conducunt foricas.

Foricarij dicuntur foricarum conductores l.17. §. fiſcus D. de vſuris. Conſtantinopoli vectigal illud pro vrina, & ſtercore hominum, & brutorum exactum eſt, dictúmque Chryſargyrum. Manaſſes in politic.de Zenone Imperator.

Ἡ πεῤῥειζ῾ αἰαίρεσις τ῾ πεσσόδε κιδδήλε,
Ἡ λέγ῾ χρυσάργυρ῾ αἰθεφόποις φορολόγοις.
Ἅπας ἀνήρ τε ⸋ γλυκὺ, πᾶις, κόρητε, κὴ βρέφ῾,
B Πεσσάμης, ἀπελεύθερ῾, οἰκέτης, οὐκ οἰκέτης
Ὑπὲρ σκυβάλε κοπρηρᾶ, ⸋ δυσοδμίας ἔρε
Ἐν ᾧ ἀργύρε νόμισμα παρεῖχε τῷ ταμείῳ.
Τσπὶ ⸋ τοῖς κτήνεσι ἐπέκειτο τὸ βάρ῾,
Βοσί τε, γοῖς ἡμιόνοις τε, κὴ μὺ γοῖς ἵπποις,
Ὑπὲρ ἑκάσε ⸋ κυνὸς, ὑπὲρ τ῾ ὀναρίων
Ἓξ φόλλις κατεβάλλετ῾ ⸋ κτήνες ὁ δεσπότης.
Ὁ γόνιμε ἀναστάσι῾ δυσωπηθεὶς ἐν τάξει
Ἄνδρα μονήρη, ⸋ σεμνὸν μετερχόμβον βίον,
Τοσόνδον ἄχθ῾ ἤλασε, ⸋ τηλικόνδε μῖσ῾
Προθέλυμνον τὸ βλάσημα τ῾ ⸋ αἰσχροκερδείας
C Ἐξαναπάσας, κὴ πυεῖ δὲς ἀφανισθῶν.

Abolitio radicibus exciſis vectigalis ſublesti,& adulterini,quod publicani Cryſargiron vocant.Vir omnis, mulierq́,puer,& puella,mendicus,libertus,ſeruus,fruſtra ſupplex (οὐκ οἰκέτης fortè meliùs legeretur id eſt,non ſeruus) *pro ſtercoraceis excrementis,& putrida vrina nummum vnum argenteum præbebat ærario. Idem onus impoſitum iumentis,bubus,mulis,equis pro ſingulis canibus, & aſinis, ſex folles dominus iumenti pendebat. Anaſtaſius autem reueritus virum ſolitarium,vitæ venerabilis tantum onus abegit,& rem odio dignam, germen turpis lucri funditus euellens,igni permiſit, vt periret.* Idem Cedrinus teſtatur in Anaſtaſio. Zozimus lib. 2. à Conſtantino magno id vectigal inſtitutum eſſe ſcribit. Οὗτ῾ ⸋ τ῾ εἰσφορὰν ἐπήγαγε χρυσίκ τὲ, ⸋ ἀργύρε πᾶσι τ῾ ἀπανταχ῾ γῆς μετῤῥσι τ῾ ἐμπορείας, ⸋ τοῖς ἐν τ῾ πόλεσι πανωνίαν πεσπαθῆσι, μεχρὶ κὴ τ῾ δυτυχεσάτων, ἐδὲ δυσυχεῖς ἑταίρας ἔξω ταύτης ἐάσας τ῾ εἰσφορᾶς. Ὥσε λῶ ἰδὲν μέλλοντ῾ ⸋ τετραέτεις ἐνίσαυς χρόνε, καθ᾽ ὃν ἔδει
D τῦτο τὸ τέλος εἰσφέρειν, θρλύης ἀνὰ πᾶσαν πόλιν, ⸋ ἐδυρμός. *Conſtantinus tributum indixit auri & argenti omnibus mercatoribus, & per vrbes quidlibet vendentibus, ne pauperrimis quidem exceptis aut ipſis etiam miſeris meretricibus,ita vt cum quadriennium veniſſet,quo vectigal illud inferri oportet, vbique per vrbes lamenta, & quæſtus audirentur.* Negat Euagrius Conſtantinum huius tributi auctorem lib.3.c. 40. Λέγ῾ ⸋ ὁ Ζώσιμος, ὡς ἀυτὸς πεσῶτος τ῾ καλεμβον χρυσάργυρον ὀνομάσας, ἀνὰ τετραετηρίδα, τῦτ῾ τέθηκε τέλος εἰσάγειν. *Ait Zoſimus Conſtantinum vectigal Chryſargiri quod quarto quoque anno penderetur,inſtituiſſe*: ſed falsò,cum à Veſpaſiano ſit inſtitutum. Id aurum luſtrale dictum eſt, rubrica de nauicular.ſeu naucler. C.lib. 11. Luſtrale tamen aurum latius patet, vt ſit onus negotiatorum, mercatorum, lenonum, meretricum. Lampridius in Alexandro vocat aurum negotiatorum. Erant propria quædam eius penſitationis ſcrinia l.5.C.Theod.de luſtral.collat.dicitur & auraria collatio Caſſiod. Senatores immunes non
E erant à præſtatione auri, argentíque luſtralis,quod mercaturæ nomine pendebatur Imperatori,ſi per ſe,vel per homines ſuos negotiarentur,& alia diſtraherent,quæ in proprio rure gignerentur.l.3.& 6.C.Theod.de luſtral.collat. *Aurum luſtrale.*

Sed vt ad Chryſargyrum redeamus, eius exigendi munus amplum fuit, vſque adeo vt vt ſcrinium particulare haberet, ait Euagrius. lib.3. c. 39. ⸋ τ῾ ἐντεῦθεν ἀθροιζόμβον ὠόσιον τε, ⸋ ἐναγῆ πόρον ὅτι τῶ πεσῶτῳ, ⸋ κορυφαίαν ἐνῆγον τ῾ ἀρχῶν, &c. *Et reditum ſacrilegum qui inde reficiebatur quarto quoque anno exacto, qui id vbique collegerant,ad primum & potiſſimum magiſtratum referebant,vt non minima pars eſſet magiſtratus hæc exactio, quam qui decernebant ſpecialia ſcrinia habebant, viri non obſcuri, & militiam non minus quàm cæteras eſſe putabant.* Theodorus Anagnoſta Anaſtaſius ἀνέσειλε ſuſtulit Chryſargyron, & venationes, καὶ τὰ κυνήγια ἔπαυσεν. Cedrenus πολυζάλαντον, κὴ πανώλη εἰσφορὰν ⸋ καλεμβόν τετραετηρίδ χρυσαργύρε, *opulentam & exitialem illationem quarto quoque anno præſtari ſolitam vocat.* Timotheus Gazæus Tragœdiam ſcripſerat de Chryſargyra apud Suidam. *Chryſargerum.*

CAPVT XLVI.

De Octaua libertorum.

Vectigal Octauæ libertorum.

DIo lib. 50. Triumuiratu Lepidi & Antonij imperatum libertis quotquot in Italia degerent, si ducenta H S. vel amplius possiderent, vt octauam partem suarum facultatum in publicum inferrent. Ab ingenuis quoque quadrans annui reditus exactus.

CAPVT XLVII.

De Tributo Artificum.

Vectigal artificum.

ALEXANDER Seuerus apud Lampridium Brachariorum, linteonum, citrariorum, pellionum, plaustrariorum, argentariorum, aurificum, & aliarum artium vectigal instituit, ex quo thermas quas fundauerat, pluribus vsibus ornauit. lege, Bracteariorum. Vet. gloss. Bractearius πεταλοπόιος, qui bracteas aureas facit.

CAPVT XLVIII.

De Vectigali è Fluminibus.

Vectigal è lacubus & fluminibus.

QVIA Principes lacus, & flumina curant, ac tuentur l. 2. D. de rer. diuis. ideo vectigalia è fluminibus & lacubus illis pendi moris est. l. Quod principis D. de aqua plu. arcend. Herodian. lib. 2. scribit Pertinacem ea vectigalia sustulisse in quibus nihil auxilij nautis, & mercatoribus præstatur, puta si portu soluitur, aut sub pontibus transitur, quæ tamen hodie exigi solent. Imo & ius piscandi in portibus cum ad principem pertineat ex eo vectigal exigitur. l. Inter publica § 1. D. de verbor. signific.

CAPVT XLIX.

De Vectigali Lupanarium.

Vectigal lupanarium.

Lenones vectigales.

CALIGVLAM ex capturis prostitutarum quantum quæque vno concubitu mereret, exegisse scribit Sueton. in Calig. cap. 40.

Tertul. lib. de fuga, Lenones vectigales esse ostendit his verbis. Massaliter totæ Ecclesiæ tributum sibi irrogarunt. Erubescendum enim cum in matricibus beneficiariorum & curiosorum, inter tabernarios, & lanios, & fures balnearum, & aleones, & lenones, Christiani quoque vectigales continentur. Sueton. in Calig. cap. 40. Additumq; ad caput legis, vt tenerentur publica, & quæ meretricium, quæue lenocinium fecissent. Æschines contra Timarchum ostendit Athenis πορνικὸν τέλος fuisse, id est, *vectigal è quæstu meretricio.* Alexander Seuerus lenonum vectigal, & meretricum in sacrum ærarium inferri vetuit narrante Lampridio, sed sumptibus publicis deputauit ad instaurationem Theatri, Circi, Amphitheatri. Philo librum scripsit, περὶ τῶν μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι, *vt ostenderet, capturas meretricum in templum non admittendas.* Iustinus Apologet. ὃν τρόπον λέγουσι οἱ παλαιοὶ ἀγέλας βοῶν, καὶ αἰγῶν τρέφειν, οὕτω νῦν καὶ παῖδας εἰς τὸ αἰσχρῶς χρῆσθαι μόνον, καὶ ὁμοίως θηλειῶν, καὶ ἀνδρογύνων, καὶ ἀῤῥητοποιῶν πλῆθος καὶ πᾶν ἔθνος ἐπὶ τοῦτο οὗ ἄγους ἕστηκε, τούτων μισθοὺς καὶ εἰσφορὰς λαμβάνετε. *Quomodo veteres dicuntur armenta boum, & greges aluisse, ita & nunc pueros ad turpia, & muliebrem patientiam alunt, & exæquo fœminarum, catamitorum, & opicorum spurco ore multitudinem, vnde mercedem & tributa accipitis.* Vide l. 7. C. de spectaculis. Nouel. 14. de lenonib. & Euagrium lib. 3. c. 39.

CAPVT

A

CAPVT L.

De Ædilitio Vectigali.

AEDILITIA vectigalia Romæ dicta quæ prouinciales ludorum nomine Ædilibus Romanis pendebant, quæque eis in ornatum fori, & apparatum munerum conferebant. Cic. lib.2. ep. ad Q fratrem. Quantum verò illud est beneficium tuum, quod iniquo, & graui vectigali Ædilitiorum magnis nostris simultatibus Asiam liberasti? *Vectigal ædilitium.*

B

CAPVT LI.

De Tributo in Mensem.

PORTORIA in singulos dies fuere, scriptura, & decumæ, seu canon agrorum in annum. Chrysargyron in lustrum, C.Theodos.lib.11. de auri lust. collat. Vnde & lustrale aurum dictum est χρυσαργύρου συντέλεια. Item aurum quod à negotiatoribus & mercatoribus vnoquoque lustro pendebatur. Itinerarium Beniamini ostendit vrbis Constantinopolitanæ vectigal ex foris rerum venalium & portu ac mercatorum pensionibus, vicies mille aureos in singulos dies refecisse. Dio lib. 54. in Gallia εἰσφορὰς παρὰ μῆνα, menstruum tributum fuisse commemorat. in diplomate Androdici Iunioris est μηνιαχόν, *tributum in mensem.* *Tributum in mensem.*

C

CAPVT LII.

De tributo pro mortuis.

QVODDAM vectigal pro mortuis pensitatum esse ait Boundica Britannica apud Xiphilinum in Nerone. Ἴστε ὅσον καὶ ὑπὲρ τῶν νεκρῶν τελοῦμεν: ῥωμαίοις δὲ μόνοις καὶ νεκροὶ ζῶσι πρὸς τὰ λήμματα. Οὐδὲ γὰρ τὸν τελευτῆσαι παρ' αὐτοῖς ἀξήμιόν ἐστι: *Scitis quantum pendamus pro mortuis. Romanis solis etiam mortui viuunt, vt aliquid ex ijs accipiant. Neque enim mori licet apud eos sine tributo & mulcta.* Lampridius ait Commodum vendidisse sepulturas. Consule Cic. 7. in Verr. Aliquid etiam pendi solitum esse pro cadaueribus eorum qui alibi mortui referrentur in patriam, cum portas vrbium, aut portus inirent, docet Imperator l. vlt. C.de relig. & sumpt. funer. Aristot.lib.2.Rhet. Καὶ ἀπὸ νεκροῦ φέρει. Vnde Prouerb. ἀπὸ νεκροῦ φορολογεῖν, *à mortuo vectigal exigere.* Νεκροκορίνθια dicta sunt spolia è Corintho euersa. Vide legem 37.D.de relig.& sumpt.funer. *Tributum pro mortuis.*

D

E

CAPVT LIII.

De Solario.

SOLARIVM dictum est vectigal pro ædibus quas nonnulli in solo Reip.exstruxerint, siue tributum pro solo.l.1.C.de diuers.præd.l.2.D. ne quid in loco vel itinere. Si tamen obstet ædificium id publico vsui vtique is qui operibus publicis procurat, debebit id deponere, aut si non obstet Solarium ei imponere. Sic enim & vectigal hoc appellatur ex eo quod pro solo pendatur l.5. Legatum §.1.D.de operib.pub. l.15. D. qui potior in pignorib. Ecloga 58. Basilic. εἰ δὲ μὴ βλάπτει τὸ κτισθὲν φόρον ἐπιτίθησι ὃ λέγεται ἀπὸ τοῦ ἐδάφους σολάριον. *Qui in solo publico ædificat, si quod ædificabitur non nocet, Solarium ei imponit.* Symmach.lib.4.ep.51.Paterni soli æstimationem iubetur *Solarium vectigal.*

exsoluere. ep. 19. Solarium patris soluere iussus est taxatione pretiorum grauiter aggerata, A
neque census exilis tanto oneri conuenit. Iustinus lib. 18. Chartago conditur statuto annuo vectigali pro solo vrbis. vnde apparet vectigal illud antiquum esse. Iam de vectigalibus recentioribus agamus, quia vetustiora expediuimus.

CAPVT LIV.

De Apostole.

Apostole tributum.

APOSTOLE tributum fuit, quod ad Imperatorem mittebatur à Iudæis. Iulian. in ep. ad Iudæos. ἐπὶ πλεῖον δ' ὑμᾶς εὐωχεῖσθαι βουλόμενος, B
melius vobis fieri cupiens fratrem Iulium Patriarcham venerabilem monui vt missio tributi, quæ dicitur Apostole, vobis remitteretur κωλυθῆναι τὴν ἀποστολήν.

Exactor vectigalis apostolus appellatus.

Sub Imperatoribus Iudæi habuerunt suos Patriarchas qui exigerent Apostolen. Exactor tributi dictus Apostolus l. 14. & 18. C. Th. de Iudæis. S. Epiphanius lib. 1. Panarij ἀποστολῆς ἐπικαρπίαν, *collectionem tributi* vocat.

CAPVT LV.

De Monopolio. C

Monopoliũ.

MONOPOLIVM fuit si certæ personæ, vel certo corpori concesserit Princeps, vt ei soli ius sit vendendæ alicuius mercis sub onere conferendæ in fiscum pensionis. Strabo lib. 17. τῶν βαρυτίμων τὰ τέλη. καὶ γὰρ δὴ καὶ μονοπωλείας ἔχει, *rerum grauis pretij vectigalia. Habent enim monopolia.* Cassiod. lib. 2. epist. 4. Antiochum Siliquatici vel Monopolij titulos exercentem. epist. 30. Monopolij Siliquatici, aurariæ pensionis aliquid impendunt, nisi priuilegio Principis liberentur. Plin. lib. 8. cap. 37. è Monopolio lucrum inuentum ait. Vetantur Monopolia constit. Zenon. C. de Monopoliis. Procopius lib. 2. Persico scribit Ioannem quendam persuasisse Iustiniano vt vrbem ad mare cognomento Petram in Lazis ædificaret. In ea vrbe, inquit, vt in arce sedens omnia Lazorum ferebat, rapiebátque. Nam & salem, & alias merces Lazis necessarias inferri vt prius ad eos à mercatoribus non sinebat, aut aliud è Lazis emi, sed in Petra Monopolio constituto, αὐτὸς κάπηλός τε καὶ ξυμπάσης τῆς περὶ ταῦτα ἐργασίας ἐπιστάτης ἐγίνετο, *ipse caupo, & institor, ac commercij istius solus præpositus erat, omnia emens & vendens Colchis.* Strabo, αἰσθομένους δὲ τοῦτο τοὺς ταυρίσκους μονοπωλεῖν ἐκβαλόντας τοὺς ἐργαζομένους, *quod cum odorati essent Taurisci, eiectis artificibus ipsi soli eas merces vendiderunt.* Aristot. lib. 1. Politic. μονοπωλίαν τῶν ὠνίων ποιεῖν. D

CAPVT LVI. E

De Siliquatico.

Siliquaticũ vectigal.

SILIQVATICVM vectigal fuit, quod mercibus omnibus impositum est. Cassiod. lib. 4. epist. 19. lib. 2. epist. 19. & epist. 4. Siliquatici præstationem, quam rebus omnibus nundinandis, prouida definiuit antiquitas, in frumentis, vino, & oleo dari præsenti tempore non iubemus. Dicitur à Græcis κερατισμός. Siliqua κεράτιον, sex siliquæ faciunt scrupulum. Decem & octo siliquæ drachmam, seu denarium. Κέρατα sunt 12. folles. Est & illud siliquatici genus quod debetur in singulas iugationes, non ex capitibus, vel rebus mobilibus l. 1. Cod. Theodos. de agentibus in reb. vbi non curialis qui curiali hæres extiterit, in singulas iugationes quotannis curiæ inferre siliquas quatuor tenetur, id est, sextam partem solidi, dimidiam tremissis, l. Vnica,

Cod.

A Cod. de impon. lucrat. descript. lib. 10. Cod. & l. 16. C. de agentibus. in reb. Cassiod. lib. 2. epist. 4. Quicquid ad Antiochum, siliquatici, vel monopolij titulos exercentem, nostra iussione pertinuit. lib. 3. epist. 25. Siliquatici titulum, fide dominicatus concessum esse ait. epist. 16. ordinationem siliquatici vocat. Theodosius & Valentinianus augendo ærario quod exhaustum fuerat, siliquaticum instituerunt, vt nundinis quibúsque decreto loco & tempore constituto, ex qualibet mercium negociatione fisco in singulos solidos venditor dimidiam siliquam, itidem emptor dimidiam inferret, vt videre est in Constit, Imperat. Theodos. & Valent. Lege Cassiod. lib. 5. epist. 13. & lib. 2. epist. 26. siliquatarium & siliquarium vocat siliquæ exactorem. Vectigal rerum venalium dicitur venalitium. l. 4. de proxim. sacror. scrinio. l. inter cætera D. de verbor. signicat.

B

CAPVT LVII.

De Siliqua, & Canonicis solidis conductorum.

Siliqua & canonici solidi conductorũ in vectigalibus numerantur.

SENATORIAS etiam domos Romæ, & in prouinciis siliquam contulisse, & conductores cum diuites, tum tenues canonicos solidos pependisse docet Theodoricus apud Cassiod. lib. 2. Epist. 25. Nuper itáque prouincialium iudicum relatione comperimus, domos quasdam præpotentium, suas non implere per ordinem functiones. Hinc fieri, vt dum illationis quantitas procurari quæritur, à tenuibus, summa potior exigatur. Superbia deinde conductorum canonicos solidos non ordine traditos, sed sub iniquo pondere imminentibus fuisse proiectos: nec vniuersam siliquam, quam reddere consueuerant, solenniter intulisse. Et epist. 24. Igitur prouincialium iudicum relatione, ad magnificum virum Præfectum prætorij directa, comperimus, sic primæ transmissionis tempus exemptum, vt nihil aut parum à Senatoriis domibus constet illatum, allegãtes per hanc difficultatem tenues deprimi, quos magis decuerat subleuari. Hæc ego sic exaudio tributum ædibus omnibus & Senatorum & plebeiorum, seu canonicos solidos impositos esse, & plebeios Senatoriæ functionis onere plerumque esse oppressos. Exactores enim à potentibus contempti in tenues grassabantur, vt ibidem ostendit Theodoricus. Postea subiungit. Atque ideo P. C. sic æquabiliter ordinate, vtquicquid vnaquæque domus Senatoria profitetur, destinatis procuratoribus per prouincias trina illatione persoluat.

C

D

CAPVT LVIII.

De Folibus.

Folis vnde dicatur & quid sit.

FOLIS apud Eusebium lib. 10. Hist. eccles. cap. 6. Melius dicitur quàm Follis, quia oritur ab Hebræo Folem. Minuta est pecunia Græcis ac Latinis, qui dicitur in Euangelio quadrans, κοδράντης Arabibus φόλις, Græcis ὄβολος καλκοῦς. Foles ærei primo, deinde argentei, vt Epiphan. κεράτια Græci Foles vocant, vnde δικεράτιον, Duo Foles tributum pro reficiendis vrbis muris. Cedrinus in Leone Iconom. ἰδὼν ὁ βασιλεὺς τὰ τείχη τῆς πόλεως πτωθέντα διεγάλησε λέγων ὅτι ὑμεῖς οἱ τῆς πόλεως ἀδυνατεῖτε τὰ τείχη κτίζειν. ἀλλὰ προσετάξαμεν τοῖς διοικηταῖς τῶν θεμάτων ἀπαιτεῖν εἰς τὴν κανόνα κατὰ νόμισμα μιλιαρίσιον ἓν, καὶ λαμβάνειν αὐτὰ τὰ βασίλεια, καὶ κτίζειν αὐτά. κἀντεῦθεν ἐκράτησεν ἡ συνήθεια παρέχειν τὰ δικεράτια τοῖς διοικήταις, *Cum vidisset Imper. mœnia vrbis prolapsa, dixit, vos ciues non potestis mœnia vrbis restituere, sed imperauimus dispensatoribus & magistris thematum, vt peterent in canonem ad nummum miliaresium vnum, quod in palatium inferretur ad mœnia reparanda. Vnde mos inualuit, vt administratoribus bini Foles, penderentur.* Paul. Monach. lib. 21. Leo Conon præcepit administrantibus vt ipsi exigerent in regulam per singulos aureos nummum argenteum quo Imperator accepto ædificaret muros, & ita mos cæpit dandi binas siliquas administrantibus. Manasses id institutum, aut innouatum esse ait à Nicephoro,

E

οὗτ' ἐπέθηκε βαρὺ τοῖς βυζαντίοις ἄλθος
ὃ κέρον, ὃδ' ἀγγελον, ὃδ' ἐλαφρὸν βασάτιν,
ἀναιρέσεως χάριν τῶν ἐπαπάντων τειχῶν ὃ
λέγουσι δικεράπον οἱ τότε τὴν ἀρχήν.

A

Nicephorus imposuit graue onus Byzantijs, vt renouarentur vrbis muri qui consenuerant, quod duas Siliquas vocant mancipes huius tributi. Harmenopulus in legg. Georg. κεράτιον ἓν, φόλας δώδεκα, *ceratium vnum 12. foles esse vult.* Cedrenus, κέρατα ἢ αἱ δώδεκα φόλεις ὠνομάσθησαν. Harmenopulus παρεχέτω ὑπὲρ αὐτὸ ἡμιφόσιον κεράτιον ἓν, ἤγουν φόλας δώδεκα. Marcellin. Comes in Chronic. Nummis quos Romani teruntios, Græci folares vocant, Anastasius suo nomine figuratis placabilem plebi commutationem distraxit.

Folium æstimatio.

Diuersa est æstimatio folium apud auctores quia foles alij erant ærei, alij argentei. Dicebatur & folis tributum à Constantino magno impositum, quod pro facultatibus soluebant viri clarissimi. Sozomen. lib 2. ἀπεγράψατο τὰς λαμπροτάτων οὐσίας, τέλος ὀπιθεὶς ᾧ τινι φόλλιν αὐτὸς ἐπέθηκεν ὄνομα, *descripsit facultates clarissimorũ vectigali imposito quem folem vocauit.*

B

CAPVT LIX.

De Octaua Mercium.

Vectigal octauæ mercium.

FVIT & Octaua omnium mercium quæ venirent l. 7. Cod. loca. & cond. vectigal octauarum dicitur l. 7. C. de vectigal. octauas dependere l. 8. eod. Octuarij qui vectigal octauæ exigunt. de vectigali rerum publicè venalium vide l. 4. Cod. tit. 19. lib. 12.

C

CAPVT LX.

De Quinquagesima pro feris & mercibus.

Vectigal quinquagesimæ pro feris & mercibus.

FVIT & quinquagesimæ portorium pro feris & mercibus quæ importarentur. Symmachus. lib. 5. ep. 60. Quæstores ordinis nostri nunquam ferarum suarum portorium contulerunt. Nunc à fratre meo Cynegio V.C. Quæstorio candidato quinquagesimæ vectigal exigitur, quod solos vrsorum negotiatores conferre oportet.

D

CAPVT LXI.

De Sextario.

Sextarium.

APVLIÆ, & Calabriæ negotiatores Sextarium pendere cogebantur. Quo onere Theodoricus eos liberat apud Cassiodorum lib. 2. ep. 26. & multam 30. librarum auri præfectis Regiæ sedis imponit, si qui Sextarium à negotiatoribus exegerint.

CAPVT LXII.

De Tributo Tertiarum.

E

Vectigal Tertiarum.

TERTIÆ fuere, cùm tertia pars agrorum aut redituum solueretur, quod vectigal subditis suspectum ait Cassiodorus lib. 1. ep. 14. Ita & illis suspectum tertiarum nomen auferimus, & à nostra mansuetudine importunitates competentium submouemus. lib. 2. ep. 16. Tertiarum deputationem vocat ep. 17. tertiarum illationes. Nomen illud tertiarum in tributi appellationem transit ep. 1. lib. 14. ep. 20. & 21. bina & terna commemorat epist. 8. lib. 3. in hæc verba. Quapropter illustris viri comitis sacrarum largitionum suggestione comperimus, pridem tibi secundum morem veterem exactionem binorum, & ternorum fuisse delegatam. Vnde te præsentibus commonemus affatibus, vt secundùm Canonicariæ fidem tempora debeas constituta complere. Binorum & ternorum idem meminit epist. 21. & 22. lib. 7. & ep. 20.

eiusdem

A eiusdem lib.titulos binorum & ternorum vocat. Quæ sint illa bina & terna nemo, quod sciam, satis explicauit. Quidam binos & ternos titulos intelligunt: alij bina & terna vectigalia, nonnulli binam & ternam pensionem. Quæ omnia eodèm recidunt, si quis animum aduertat. Certum enim est tribus pensionibus anni cuiusque indictones solui solitas esse l.vlt C. de annon.& tribut. singulæ pensiones quatuor mensibus definitæ erant, vnde breues quadrimenstrui fuere, qui de singulis pensionibus conficerentur à Chartulariis, & ad officium palatinum, aut præfectum Prætorio deferrentur, l.vlt.C.de annon.& tribut. Quò pertinent illa verba Cassiod.lib.12. Variar.epist.2. Expensarum notitiam quaternis mensibus comprehensam. Item vt trina illatione deuotus possessor suam compleat functionem Et lib.3. epist.8. verba hæc, vnde te præsentibus commonemus affatibus, vt secundum Canonicariæ fidem tempora debeas constituta complere, de Canonicaria delegatione accipienda sunt. Et tempora constituta, de tribus illis pensionibus exaudienda, quarum singulæ quatuor mensibus comprehensæ erant. Eodèm pertinent libr. 11. Codic. de collat. fund. patrimonal. & Emphyteut. l. 4. rescripti verba, quibus Valentinianus & Valens A A. edicunt, vt canon patrimonialium, & emphyteuticorum fundorum soluatur tribus pensionibus pro soluentis arbitrio: nec enim certa sunt pensionis tempora. Tituli autem binorum & ternorum retractabantur à Chartulariis qui dicti sunt Tractores, & quadrimenstruos breues faciebant. l. nulli. Codic. de numerariis, l. 3. Codic. de can. largitional. &c.

CAPVT LXIII.

C

De Tirocinio, & Chrysotelea.

IN vectigali numerari potest præstatio tironum, qui pro opibus cuiúsque, & agris indicebantur, quę res improbata, & ad perniciem militaris disciplinæ inuenta est, cum vulgo ignauos, atq; ineptos tirones darent, aut pro iis aurum inferrent. Vegetius lib.1.c.7. Hanc causam Romani exitij esse ait, hinc tot vbíque ab hostibus illatæ sunt clades, dum longa pax militem incuriosiùs legit, dum possessoribus indicti tirones per gratiam, aut dissimulationem probantur. Symmach.lib.9. Epist.10. Postulant taxationem tironis ab hominibus meis Capitularij.lib.6.epist.63. Nam D & Tironum conquieuit indictio, & argenti nobis facta gratia est. Cum enim quædam prouinciæ triticum, equos, oleum, & cætera id genus tributa inferrent, omnes in omnibus prouinciis, imo in ipsa etiam Italia possessores, nisi qui priuilegio tecti essent, desidente imperio, Tyrones præstare, aut tirocinij nomine aurum pendere cogebantur. Verba Imperatorij rescripti.C de cond.ob turp.cau.adscribam.Imp.Diocletianus & Maximianus A A.Dioni militi. Quod euitãdi tirocinij causa dedisse te apud competentem iudicem ei de quo quereris, in dubiæ probationis luce constiterit, instantia eius recipies: qui memor censuræ publicæ, post restitutionem pecuniæ, etiam concussionis crimen inultum esse non patietur.

Tirocinij & Chrisoteleæ vectigal.

Tirocinium dicitur onus præstandi Tyronis, quod cuilibet possessori, nisi priuilegio aliquo tutus esset, incumbebat. ab hoc onere milites liberi erant. Exactores tirocinij à Dione milite aurum euitandi tirocinij causa exegerant. Miles apud Imperatores conquestus est, E qui aurum militi restitui, quod ob turpem causam à coactoribus erat extortum, iusserunt, & concussionis crimen inultum esse noluerunt. Hæc omnino vera est rescripti sententia, hæc facti species. Immunes enim milites ab hac præstatione tyronum fuisse docetur l.18. l.7.C.Theod.lib.7.tit.13.de tironib. Pro tyronibus singulis viginti quinque solidos numerari potuisse certum est ex l.13.eo.tit.interdum 36.solidos l.7.ibid. vel triginta solidos l.20. Tirocinium autem pro tironum præbitione, vel onere præstationis huius ponitur.l.2.ibid. Ex quibus apparet præstationem hanc tironum, aut euitandi tirocinij causa 25. solidorum, non temerè in vectigali numerari posse.in l.13. C. Th.de agentib. in reb. collatio iuniorum vocatur. Collatione iuniorum qui nuper honoratis indicti sunt.

Tirocinium quid dicatur,

Anastasius Dichorus χρυσοτελείαν instituit, id est, aurariam præstationem, cum sumptus militares vendidisset, & pro iis aurum sibi præstari iussisset. Euagrius lib. 3. cap. 42. τὴν τε καλουμένην χρυσοτέλειαν ἐπινοήσας, καὶ ἀπεμπολήσας τὴν στρατιωτικὴν δαπανὴν κατὰ τῶν συντελῶν εἰς τὸ βαρύτατον, *Cum Chrysotelean dictam repperisset, vendidissetq; militares sumptus grauissimo eorum*

Chrysotelea quid sit.

eorum qui tributa pendebant onere. Valens apud Socratem lib.4. c.34. Hist. eccles. τῶν δὲ συντελουμένων ἐκ τῶν ἐπαρχιῶν κατὰ κόμας στρατιώτην ἐξηργύρησεν ὀγδοήκοντα χρυσίους ὑπὲρ ἑκάστου στρατιώτου τοὺς συντελέας ἀπαιτεῖσθαι κελεύσας οὐ πρότερον τὰς συντελείας κουρίσας ἀνῆς. *Numerato pretio vendidit militem qui ex prouincijs per vices à possessoribus præstabatur cum iussisset vt pro quoque milite aurei octoginta exigerentur à tributarijs, nec prius eos vectigalium onere leuauit quàm id præstitissent.* quod cladem attulit imperio Romano cum miles deesset. Paul. Diaconus lib.11. Valens collatores suos præcepit prouinciæ per vicos & ciuitates per vnumquemq; militem octoginta solidos exigere. Adscitis enim Gotthis ἀντὶ τῶν εἰωθότων εἰς στρατείαν ἐπιλέγεσθαι ἐκ τῶν ὑπὸ ῥωμαίων πόλεων τε καὶ κώμων χρυσίον εἰσεπράττετο, *pro tyronibus qui legebantur in militiam, exegit aurum ex vrbibus & vicis sui imperij.* Vide Sozomenum lib.5.c.4. Valens tamen in delectu habendo durior erat, qui clericos ipsos ad militiam cogeret. Ibidem, κληρικοὺς δὲ πάντας γραφῆναι τῷ καταλόγῳ τῶν ὑπὸ τὴν ἄρχοντα τῶν ἔθνους στρατιωτῶν, ὃ δαπανηρὸν εἶναι σφόδρα καὶ ἐπονείδιστον ἐν τοῖς τῶν ῥωμαίων στρατείαις νομίζεται. *Clericos omnes ascribi militiæ iussit, quod magnorum sumptuum & turpe in exercitu Romano habetur.*

Vectigal tironum necessarium.

Præbitio tironum adeo necessaria fuit, vt ne sacrum quidem patrimonium ab ea liberum esset l.12. C.Theod.de Tironib. Senatores olim ab eo onere liberi erant, cum tamen sordidum munus non esset. Nouella Theodosij ipsas ecclesias onus illud Temonarium sustinere iubet. Synesius epist.79. tironicum vocat στρατιωτικὸν χρυσίον, *aurum militare.* ὃν ἐπὶ τῶν δεσμωτῶν ὄντα τοῖς ἀπαιτήσεσι ἔταξε τοῦ στρατιωτικοῦ χρυσίου τοῦ καλουμένου τιρωνικοῦ, *quem inter vinctos existentem præfecit exactioni tironici auri militaris.* l.15.de Tyronibus C.Theodos. Collatio iuniorum.l.7. eod. Marcel.lib.21. supplementa legionib. scripta sunt indictis per prouincias tirociniis. Valens & Theod.Nouel. de Tironib. Turmarij dicti à turmis tironum cogendis l.4. titul.28. libr.12. Cod.Turmarij quos capitularios vocant l. 3. Cod. Theod. de priuileg. eorum. Ne Exactorum, vel Turmariorum, quos capitularios vocant curas subeant, vel obsequium Temonariorum, vel Prototypiæ. l. 6. Cod. Theod. de Tironibus, Solidorum numerum qui Temonario inferendus est, designamus.

Capitulum & temo quid dicantur.

Protostasia vel prototypia.

Capitulum, & temo coniungebantur, erantque præstationes, & munera. l.4.C.de proxim. sacr. scrinior. l.14. Cod. Theodos. de extraodin. muner. Tirocinij aurum exigebant Temonarij, & Protostasiæ, siue prototypiæ onere fungebantur. l. 3. Cod. Theodos. de desertoribus. l.7. C.Theod. de tironibus, capitularia & temonaria functio coniuncta d.l.3. & 14. Si Temonarius prodiderit desertorem protostasiæ onere biennio releuetur. Eos omnium vilium munerum, ac totius capitulariæ, siue (vt rem quam volumus intelligi communi denunciatione signemus) temonariæ functionis iubemus fieri exsortes. Protostasiæ munus sordidum fuit ad capitationem exigendam. Iulianus Aug. Prototypias, inquit, & exactiones in capitatione plebeia curialium munera, & quidem inferiora esse minimè dubitatur, atque ideo à Senatoriis easdem domibus submoueri oportet. Constantius tamen Senatores Protostasiæ munus sustinere voluerat l.1. ibidem. Constantinus verò Senatores, & eorum homines liberos esse voluerat à conferendis, temonariis, seu capitularibus oneribus l. 4. C. de dignitatibus l.15. Cod. Theodos. de extraordinar. munerib. Taxatio tironis arbitratu Principum 36. aut 30. aut 15. solidis facta l. 7. Cod. Theodos. de Tironibus. l.13. l.20. & Nouel. 3. Theodosij de Tironibus. Temonarij dicti sunt, & Turmarij à turmis Tironum cogendis l.4. tit. 28. libr.12. C.Turmarij quos Capitularios vocant. libr.6. Cod. Theodos. titul.33. Symmachus libr. 9. epist.10. Taxationem Tironis lib.6.epist.6. Tironum conquieuit indictio, & argenti nobis facta gratia est. Veget. libr.1.cap.7. possessoribus indicti tirones.

CAPVT LXIX.

De Tributis Illirici, Achaiæ, & aliarum vrbium.

Vectigalia Illirici, Achaiæ & aliarũ vrbiũ.

ILLIRICVM pro tributo vinum in vsum militum præstabat, & equos generosos. Claudian. Paneg.2.Stilic.

Restituit teneras, & opacum Vitibus Istrum.
Conserit, & patrium vectigal soluere gaudet.

Idem de Laudibus Serenæ.

Illyricis

A *Illyricis sudant & equis, & vitibus alæ.*

Soluebant Illyrici pro singulis 30. iugeribus agri solidum ob messem militibus debitam. Coi. olim 100. talenta annua, quæ Augustus remisit pro veneris statua, quam illis abstulit, & Romæ C. Iulio dicauit. Achaia à Nerone immunis facta est, postea iterum à Vespasiano vectigalis facta, vt Pausan. strabo de Cois. Palestina iuris Italici fuit l. 1. & vlt. d. de censibus, Iuduæa tamen post Constantinum magnum grauissimo onere oppressa est. Iulianus epist. ad Iudæos, τὸ διαγραφαῖς ἀκηρύκτοις ὑποτάττεσθαι ὑμᾶς, καὶ χρυσίου πλῆθος ἄφατον εἰσκομίζειν τοῖς τοῦ ταμιείου λόγοις, ὧν πολλὰ ἔμαθον εὗρον τὰ βρέβια τὰ καθ' ὑμῶν φυλαττόμενα. ἔτι δὲ καὶ μέλλουσαν πάλιν εἰσφορὰν καθ' ὑμῶν προστάττεσθαι εἶρξα, καὶ πυρὶ παρέδωκα τὰ βρέβια τὰ καθ' ὑμῶν ἐν τοῖς ἐμοῖς σκρινίοις ἀποκρινόμενα, καὶ τὴν λεγομένην παρ' ὑμῶν ἀποστολὴν κωλυθῆναι. *Vos descriptionibus implacabilibus subijci, & auri modum ineffabilem inferre in rationes ærarij, quorum*

B *plæraque didici cum inuenerim breues qui seruantur contra vos. Et præterea illationem quæ vobis indicenda erat coercui, & igni tradidi breuia in meis scrinijs aduersus vos seposita, & impediri volo Apostolen quæ à vobis exigitur.*

De Tributis Italiæ Constantinus Porphyrogen. lib. de administr. imp. c. 27. παρὰ τοῦ βασιλεύοντος ἐν κωνσταστίνου πόλει ἀπεστέλλοντο πατρίκιοι δύο. καὶ ὁ μὲν εἷς πατρίκιος ἐκράτει τὴν σικελίαν, καὶ τὴν καλαβρίαν, καὶ τὴν νεάπολιν, καὶ ἀμαλφήν. *Mittebantur ab Imperatore Constantinop. in Italiam patricij duo, quorum alter præerat Siciliæ, Calabriæ, Neapoli, & Amalphæ.* Alter Beneuento, Capiæ, Papiæ cum reliquis, & tributa quotannis fisco Imper. pendebant. Sub Irene Patricius Narces missus tenebat Beneuentum & Papiam, Romam autem Papa Zacharias Athenienſis &c. Ibi ait Irenem misisse ad Narcetem fusum & colum per ignominiam. fallitur. Iustini vxor Sophia fuit, non Irene. *Tributa Italiæ.*

C

CAPVT LXV.

De Metœcio & Enœcio.

ATHENIS fuit μετοίκιον, id est, vectigal decem vel duodecim drachmarum quod inquilini in ærarium inferebant, & publicano tres obolos. Hesychius, τέλος ὃ μέτοικοι ἐτίθεσαν ἐν τῇ πόλει, δραχμὰς δέκα τῷ δὲ τριώνῃ τριώβολον. Harpocration duodecim drachmas pendi ait. Μέτοικοι ἀνὰ δραχμὰς δύο καὶ δέκα. τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὸ δυμόσιον ἐτέλουν. *Inquilini duodecim dracmas quotannis in ærarium inferebant.* Pollux lib. 3. c. 4. Μέτοικος ὁ τὸ μετοίκιον συντιθῶν, τὸ δὲ δύο καὶ δέκα τῷ δημοσίῳ δραχμὰς, καὶ τῷ γραμμασεῖ τριώβολον. Fuit & Romæ pensio quæ habitationis causa pendi solita, quam Sueton. in Iulio habitationem vocat, c. 38. Annuam etiam habitationem Romæ vsque ad bina millia nummûm. in Italia non vltra quingenos sextertios remisit. Dio in actis anni 707. Ἐνοίκιον vocat. Τὸ ἐνοίκιον, ὅσον ἐς πεντακοσίας δραχμὰς ἦν ἐνιαυτοῦ ἑνὸς, ἀφῆκε. *Remisit pensionem vnius anni vsque ad quingentas drachmas.* & lib. 48. in actis anni 713. idem scribit. Quia carò in vrbe constabant habitationes, cum Cicero M. Cælium qui à patre semigrauerat, & si filiumfamilias, triginta millibus habitasse scribat. Ea pensio dicitur in Ver. gl. obuentio: sed in vectigali numeranda est. *Metœcium & Enœciũ è vectigaliũ genere sunt.*

D

E

CAPVT LXVI.

De Canone.

CANON pensio dicitur alicui prædio imposita, vt id quod ab emphyteuta domino soluitur, C. de Can. largitional. titul. propriè dicitur regula, quam cum in aliis rebus tum maximè in tributis & indictionibus seruari oportet, vt certiùs auri, argenti, frumenti, vini modus pendatur ne infinita sit illatio. l. Modios Cod. de Susceptor. & Arcar. libr. 10. & tit. de Canon frum. vrbis Romæ Cod. lib. 11. vnde & Canonica illatio pro omni iusta & legitima indictione accipitur, l. 3. Cod. quæ res vend. Canonicarij dicti Canonis exactores authentic. de collation. Canonem Budæus similem esse ait patrimonio Principis, quod in portoriis, & vectigalibus *Canon quid sit.* *Canonica illatio.*

poſitum eſt, quæ ſemper eadem forma exiguntur. Canonicum vocatur quod fieri ſolitum A
Canon largitionum. eſt. Canonica illatio tributum annuum. Canon largitionum auri quantitas quæ arcæ largitionum quotannis ex prouinciis infertur. Quælibet prouincia ſuum Canonem pendit. Iuſtinianus Edicto quarto ex Canone Phœniciæ 10. libras auri ſingulis annis primicerio notariorum ſolui iubet. Præfectus Prætorio partem exactæ pecuniæ in prouinciis retinebat, vt magiſtratibus, & officialibus ſalaria ſolueret, partem ad arcam largitionum tranſmittebat, qui dictus Canon, Nouel. 128. & l. vlt. de Can. largit. tit. Præſides prouinciarum quadrimeſtri quoque exactam pecuniam largitionibus deſtinatam in tutum prouinciæ oppidum ad theſaurenſium præfectum mittebant. Numerarij exactores obſignatis literis miſſam quantitatem notabant, præfectus theſaurorum ad comitem largitionum mittebat, C. de Canone largit. tit. Scrinij Canonum homines dicuntur Canonicarij, qui in Codicibus penſiones ex prouinciis largitionibus debitas notabant, quæ ex indictionibus, ſuperindi- B
ctis, vectigalibus, tributis, militari veſte debentur. Hi enim ſunt tituli, C. de milit. veſte. Pro 30. aut 20. iugeribus aureus pro ſingulis veſtibus, aut ſingulæ veſtes. Ex mittendariorum ſcrinio vnus in ſingulas prouincias mittebatur, qui veſtes, & alia debita largitionibus ſolui compelleret, l. vlt. C. de exact. tribut. Huius ſcrinij Primicerius erat perfectiſſimus tertij ordinis. Vnus eſt ducenarius, id eſt ducentis præeſt, vnus centenarius, epiſtolares duo formæ primæ, ſeu primi gradus, quibus omnibus dantur annonæ de publico l. 7. C. de Palatin. ſacrar. largit. Purpuræ nundinæ vetitæ, & ideo ſeptimus de ſcrinio exceptorum, ſextus de ſcrinio Canonum, quintus de ſcrinio tabulariorum ad Baphia Phœnices per centum tempus mittebantur, vt omnis fraus eorum prohiberetur ſolertia, C. de veſtib. Holoſer. l. vlt. epiſtolares erant, qui ob exigendum Canonem in diuerſas prouincias mittebantur à Canone largitionum. C

Canonis nomen quando in vſu. Poſtremis imperij temporibus Canonis nomen in vſu fuit. In Conſtitutione Iſaacij Comneni, τυποῖ ἡ ἡ βασιλέα μι ἢ ὅπι χιροτονίη τ ἱερέων, ἢ ὅπι κανονικῷ τ παλαιὸν ἐνεργεῖν τυπὸν, *edicit mea maieſtas & in ordinandis ſacerdotibus, & in tributo ordinario veterem ſeruari legem.* ὡσαύτως ℭ ὑπὲρ τ κανονικ ὅπ ἔχοντες χωρία τριάκοντα καπνὸς νόμισμα ἓν ἀργυρ, *ſimiliter & ſuper ordinario tributo, ex loco habente triginta caminos nummum vnum argenteum.* In Canonicarios ius erat Præpoſiti cubiculi. Nouel. 30. Iuſtiniani μὴ ἐξωμνύων τ κ καιρὸν ἐκπεμπομνύων κανονικαρίων πρὸς ἓ ἐνδοξότατ προποσίτ μέχρι ὀβολ γὲν ἑνὸς κινίζεσθαί τι, ἢ ὀνόματι συνθειῶν, *Cum Canonicarij qui mittuntur à glorioſiſſimo Præpoſito cubiculi vſque ad obolum vnum referre aliquid aut nomine conſuetudinum, aut alia aliqua de cauſa non poſſint.* Vide Nouel. 128. Caſſiodor. lib. 11. & 12. D

CAPVT LXVII.

De Gleba Senatorum.

Gleba ſenatorum. GLEBA dicitur glebalis functio, C. Theod. lib. 6. tit. 2. glebam poſſeſſionum, non perſonarum eſſe perſpicimus. Syneſius in epiſt. Καὶ τὸν πολαιὸν βῶλον ὑποπλῆ τ συγκλήτῳ δεξάμνον, *& antiquam glebam ſenatus vectigalem excipiens*, lego τ συγκλήτ, quia collatio illa non canonis, vel indictionis, ſed oblationis genere quodam à Senatoribus exigebatur, ſicut aurum coronarium à Decurionibus, aut argentum à E
negotiatoribus. Dicitur glebale aurum, penſio, deſcriptio, collatio, præſtatio glebalis, aurum oblatiuum, follis ſenatorius, gleba Senatoria. lib. 6. C. Theodoſ. tit. 2. Folis centum & octo denariis æſtimatur ab Epiphan. lib. de menſur. & ponder. Φόλις, ὁ ℭ παλαῖπον καλεῖται. Διπλὲν ἢ ἐξὶν ὑπὸ δύο ἀργυρῶν συγκείμνον, οἳ γίνον, σῆ δωάρια. Καὶ φόλις δύο λεπτοὶ κ τ δωαρισμὸν, ἢ κ τ ἀργυρισμόν. *Folis quod talantium, ſeu paruum talentum dicitur, duplum eſt ex duobus argenteis compoſitum, qui ſunt centum octo denarij. Et folis ſignificat etiam duo minuta, ad rationem denarij & argenti.* Zozimus libr. 2. vitæ Conſtant. Ἀπεγράψατο τὰς τ λαμπροτάτων ὐσίας, τέλ ὀπαδεὶς ᾧ τιν φόλιν αὐτὸς ἐπέθηκεν ὄνομα. *Deſcripſit Conſtantinus Clariſſimorum facultates, vectigali impoſito, cui nomen folis indidit.* Nouel. de Indul. reliq. quicquid ex titulo ſenatorij folis in prouinciis debetur. Folis aurei nummi genus eſt l. 2. & 3. C. Theod. quor. app. non recipiant. Singuli foles ſiliquæ duodecimam partem efficiunt. Moſchopulus folem obolum eſſe voluit. Symmachus lib. 4. epiſt. 62. Sed velim

noueris

A noueris quæſitores glebæ ſenatoriæ protinus affuturos. Senatores quibus nulla erat poſſeſſio duos ſoles in ærarium inferebant C. Theodoſ. lib.6. Symmach.lib.4.epiſt.62.aurarium canonem vocat. Caſſiod. lib.2. epiſt.14. & epiſt.26. aurariam penſionem, quia ſenatores pro modo poſſeſſionum annua auri penſitatione defungebantur: ſi res & cenſus Senatoris anguſtior eſſet, ſeptenos duntaxat ſolidos inferebat l.4. tit.2. lib.6. C. Theodoſ. & l.11. Quod ſi cuius fuere adeo res tenues, vt iſta collatione opprimeretur, ſenatoria dignitate exuebatur. l. Quod ad lib. 6. tit. 2. C. Theodoſ. Ibidem vocatur Senatoria glebatio l.13. Glebalis collatio, l. 8. Glebalis functio. Sed & priuatorum omnium poſſeſſionibus glebalis collatio indicta erat. l. 86. de decurionibus Cod. Theodoſ. Quæ interdum, ſi clade publica vexati eſſent, imminuebatur, Nouella Theodoſ. & Valenti.de tribut.fiſcali. Dicitur & glebæ ſarcina, l.12. Cod. Theodoſ.de cenſorib.glebæ profeſſio. l.12. Cod. Theo-
B doſ. de annon. & trib. & glebæ exactio l. Cenſualibus. Glebæ neceſſitas l. Cœleſtis libr. 6. tit.2. eod. Sidon. lib.6. epiſt.10. Vt debitum glebæ canonem non petatis. Dominus diuina, id eſt imperatoris, non erat immunis ab auri glebalis collatione, ibidem. Quia ipſe princeps in ordine ſenatorio numerabatur. l. 8. Cod. de dignitat. lib.12. Valentinianus & Marcianus Imper.eam glebæ exactionem penitus ſubſtulerunt l.2.de prætor.& hono.præt. & gleba Cod. lib.12.

CAPVT LXVIII.

De Oblationibus Senatorum.

C

MOris fuit vt Decennalibus Imperatorum,& exactione luſtri Senatus plures auri libras Principi offerret. Symmach.lib.10.ep.36.ſcribit ſe ſummates Romanos ad ſecretariũ condixiſſe faciendæ oblationis gratia.Oblatiuas functiones vocat ep.43.lib.10. Theod. & Arcadius dicunt ſe remittere Senatui oblationem prompta liberalitate promiſſam C. Th. de præd.Senat. Si quid nomine Syriarchiæ à Senatoriis poſſeſſionibus annua collatione confertur, iubemus aboleri. Dicitur aurum oblatitium Senatorum quod in vrbe perſoluunt, l.24. Ductum C. Th. lib.6. tit.2. Dudum præcepimus vt aurum oblatitium Senatores qui in ſacratiſſima vrbe degunt,in vrbe complerent.Hi verò qui in prouinciis larem fouerent per cenſualium officia in prouin-
D ciis ſoluerent.Symmach.e.57. lib.2. e.26. lib.10. ep.43. Oblationes, oblatitias functiones.

Oblationes Senatorum.

Oblatiuæ functiones.

Aurũ oblatitium.

Erant & alia oblationes Senatoriæ quæ fiebant Præturæ ratione l.17. D. de Prætor.& Quæſtor. C. Theod. Alia eſt oblatio facta populo Rom.tempore penuriæ,vt Symmachus lib. 6. ep.12. 14. 55. Alia eſt oblatio quæ fiebat amicis à nouo conſule lib.4. ep.15. omnes oportet vrgeri ad oblationem publicarum functionum l.4. de Annona & trib. C. Iuſtin.& C. Theod. de oblat.equor.C.de oblation.votorum.

Oblationes Senatoriæ.

Oblatio noui Conſulis.

CAPVT LXIX.

De Collatione Syriarchiæ.

E

ANnva Collatio exigebatur à poſſeſſoribus Senatoriis Syriarchiæ nomine quæ ſublata eſt l. 1. de præd. Senator. C. Theodoſ. Erant autem olim Syriarchæ, Lyciarchæ, Alytarchæ, Phœniciarchæ, fere ſacerdotes, ludorum editores qui ad ludorum expenſas, aliquid à poſſeſſoribus Senatoriis exegerunt. l. 1. C. de offic. Comit. orient. Quæ deputata ſunt Alytarchiæ, & Syriarchiæ ludis in prima Syria exigantur. Fauorinus ſcribit Alytarcham fuiſſe ſacerdotem Antiochiæ, quod ludis qui fiunt Diis ἀλύταις flagelliferis præſit. Cæteri ludorum editores per prouincias duorum talentorum impendia excedere vetabantur, non item Alytarchæ & Syriarchæ, qui tamen vetantur aliquid exigere l.1. Cod. Theodoſ.de præd. Senator. Nemo cogebantur fieri Syriarcha l. 103. Cod. Theodoſ. de Decurionibus. Vetus Etymologyc. ἀλυταρχης ὁ ὁ ἐν τῷ ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι δίκασιας ἄρχων. ἠλεῖοι γὰρ τὰς ῥαβδοφόρους, ἃ

Collatio Syriarchiæ.

μαστιγοφόρες τῷδε τῆς ἄλλοις καλεμβύκας ἀλύτας καλεῖσι, καὶ τὸ τέτων ἀρχοντα, ἀλυτάρχλυ. *Alytarcha qui ludis olympiacis præest Elei flagelliferos vocant alytas, & eum, qui præest illis, alytarchen.* A
Lucianus Dialog. de Hæres. *Alytarcha puto, aut vnus ex Ellanodicis seu Græcorum iudicibus circumiens considerat sortes sortientium*, ἀλυτάρχης οἶμαι, ἢ τῶν ἑλλανοδίκων αὐτῶν εἰς ὠθεῖων ἀπιὼν σκοπεῖ τὰς κλήρας ἐν κλήρῳ ἑστῶτων. l. 2. C. de Cupressis. l. 2. C. de Expens. ludor. C. Theodos. l. 12. C. Theodos. de iure fisci. Alytarcha plures Antiochiæ cupressos potuit plantare. Alytarchia, ad editionem ludorum pertinens munus, quod ad curam Comitis orientis pertinet l. 1. C. de offic. Comit. orient. Sic Asiarches Eusebio lib. 12. eccles. Histor. cap. 15. Munerarius est apud Rufinum, itaque Lyciarchi, Syriarchi, Asiarchi, Cappadochiarchi, Bithyniarchi, Phœniciarchi, sacerdotes erant ludorum editores, in actis Apostol. cap. 19. l. 1. C. de Naturalibus liber. l. 1. C. de offic. Comit. orient. l. 103. C. Theodos. de Decurionib. Nouel. 89. Syriarcha nomen sacerdotij. l. vltim. C. Theodos. de Expens. ludor. Tertull. lib. de spectacul. In actis proconsularibus martyrum Numerius Maximus proconsul Ciliciæ iussit Terentiano Ciliciæ sacerdoti vt munus ederet. Emisit feras quæ Christianis pepercere. Postea iussus Terentianus edere gladiatores. De Lysiarche l. 18. C. de offi. Comit. orient. l. Atholetæ l. 6. de excusat. tutor. Strabo lib. 14. l. 25. D. de appellatio. Tertullian. lib. de spectacul. sacerdotes præsides ludorum. Pausanias lib. 2. sacerdos præest ludis Nemeis. Strabo lib. 17. ἀεὶ δ' καὶ δυνασταί τινες, καὶ φύλαρχοι, καὶ ἱερεῖς ὑπ' αὐτῆς. De Phœniciarcha l. 1. C. de Natural. liber. Edicto 4. de Magist. Phœnic. Nouell. 89. §. vlt. de sacerdotibus Asiæ, Papinianus l. 17. De muneribus & honoribus D. l. 6. de vacat. muner. Sacerdotes sumptus in munera faciunt. l. 1. Cod. de periculo succes. l. fin. Cod. Theodos. De Expens. ludor. Vetitum autem fuit ne editores certam summam aureorum excederent, exceptis Alytarchis, Syriachis, Asiarchis, l. 46. 75. C. de Expens. ludor. l. non distinguemus §. sacerdotio. D. de Arbitris l. 1. §. 1. ad legem Iuliam de ambitu l. penultim. C. de pactis. l. 35. & si. Cod. de episcop. & cleric. l. penult. D. de vacat. munerib. Tertullian. libr. de idolatria. Eodem more apud Ægytios & Babylonios insignia erant dignitatis, quo more nunc prætextæ, vel trabeæ, vel palmatæ, & coronæ aureæ sacerdotum. B C

Syriarcha nomen sacerdotij.

CAPVT LXX.

De Auro Negotiatorio.

D

Aurum negotiatorium.

AMPRIDIVS in Alexandro Seuero, Aurum negotiatorium vocat aurarium canonem, aurariam pensitationem, quam mercatores omnes, qui per vicos portusque negotiationis officium exercebant, pensitabant. Verba Lampridij sic habent, Aurum negotiatorium & coronarium Romæ remisit. Nouella Theodosiani & Valentiniani, omnes qui per vicos, portúsque negotiationis officium exercent, auram functionem cogantur agnoscere. l. 11. 13. 19. Cod. Theodos. de lustrali collat. Auraria functio dicitur l. 19. Cod. Theodos. de Annon. & tribut. Auraria præstatio.

E

CAPVT LXXI.

De Vectigali ex Lacubus.

Vectigal ex Lacubus.

VECTIGALIA ex Lacubus refici solitos argumento erit Lacus Lucrinus qui boni ominis causa in locandis vectigalibus primus à Censoribus addicebatur, narrante Festo. Quare Vlpianus lacus piscatorios & portus in censum à domino deferendos esse ait. l. 4. de censibus. lib. 3. Herodian. ἀφρούδες δ' ἁλέας vocat. l. 17. D. de verbor. significat. Piscarias vulgo legunt. Quædam etiam vrbes fuere, quæ pisces vectigalis nomine pensitarent cum ob soli duritiem & sterilitatem lardum soluere non possent, vt Rhegini apud Cassiodorum lib. 12. variar.

CAPVT

A

CAPVT LXXII.

De Piscina.



ΠΙΣΚΙΝΙΚΗ Tributum fuit piscinis impositum. Cantacuzenus lib. 2. cap. primo. In sumptus eius, & familiæ de publicis vectigalibus quam Piscinicam vocant ferentem in annos singulos 12. aureorum millia, & alterum tantum è fisco decreuit Nicephorus Gregoras lib. 9. προσοδον vocat τῆς ἁλιευτικῆς. Cantacuzenus lib. 4. cap. 42. De Publicis Byzantij vectigalibus Piscinicam nominatam, paulo plura denariorum millia in annum ferentem. *Piscinica.*

B

CAPVT LXXIII.

De Fisco.



QVANQVAM à nobis supra de Fisco abundè dictum est lib. 2. de offic. c. 50. Libet tamen hic de eodem pauca subiungere quæ aut nobis exciderant, aut minus plenè tractata erant. Ad Fiscum quæstus caducos pertinuisse ostendimus. Nouell. 20. & 30. ταμιεῖον, seu fiscus dicitur cellarium, quod domini deputatur cellario, deputatur cubiculo, res priuata aliis necessitatibus, l. vlt. C. de necessitat. domor. sacrar. Tamiaca prædia, Tamiaci serui in Cappadociæ prouinciis quorum cura pertinet ad Comitem domorum, & præpositum sacri cubiculi. Sic domus separantur à re priuata. Corrippus lib. 1. *Fiscus.*

C

Quod fisci est nullus rapiat, cognoscite fiscum
Ventris habere locum, per quem omnia membra cibantur
Cunctis sufficiunt sacrati commoda fisci,
Ex quibus est commune bonum, commune leuamen.

Eusebius lib. 9. scribit domos sacras Christianis ereptas fisco addictas. Alexander Seuerus ærarios instituit qui de ære fisci darent munera, vt Lamprid. vide Valentiniani Nouel. de confiscandis his quæ ad ærar. l. 5. de censib. C. Th. strenuus exactor incumbat. Iul. Firm. lib. 3. c. 13. Astron. Imperatorum exactores, & qui annuas Fiscariorum prestationes exigant. lib. 4. c. 3. Fiscalium præstationum exactores. Capitol. in Mario, Cassij qui rebellarat, bona proscripta in ærarium publicum redacta, Vulcat. de Cassio, cuius bona non in Fiscum Cæsaris illata, sed in ærarium publicum. Symmach. lib. 2. ep. 27. quantum tu titulis Fiscalibus exigendis promoueris. Procurator Fisci dicitur rationalis, qui Romæ & in Prouinciis bona caduca legit, ac tollit. Tacit. lib. 2. Dona Æmiliæ Musæ diuitis intestatæ petita in Fiscum. Iulius Cæsar. Parricidas bonis omnibus, reliquos dimidia parte mulctauit, si exularent, vt Suet. Spurij Mallij bona vendere, atque in publicum redigere Quæstores iussi. August. sanxit vt deportatis, id est, iis quibus aqua & igni interdictum esset, non plus possidere liceret quingentis millibus nummûm vt Dio lib. 56. Tiberius interdictis aqua & igni ademit omnem testamenti factionem, Dio lib. 57. Aliæ res Fiscales, alia priuata substantia, & diuersi administratores. Fiscus ab ærario non differt, nisi quod in alia arca fuit, sub diuerso procuratore, seu præfecto. Sub Honorio Attalus Fisci Præfectus, ait Zozim. lib. 5. ἀποφισκοῦν confiscare Dositheus sententiarum lib. 3. διὰ βιβλίου λέγοντός τινος πατέρα ἴδιον ἀποπεφισκῶσθαι. *per libellum dicente quodam patris sui bona in fiscum redacta.* Ædibus ac prædiis quæ fisco addicta, tabella imposita, quæ causas confiscationis indicaret, & pannus subpurpureus Imperatoris. Agathias lib. 5. πολλοὺς ὅσους τῶν οἰκείων ἀφῃρημένος, ὅτι τε αἱ γραπταὶ σανίδες ἐκεῖναι, καὶ τὰ ῥάκη τὰ ὑποπόρφυρα εἰς τὸν δὲ αὐτῷ ἀπετελεύτησαν, ἃ δὴ πολλὰ τοῖς τῶν εὐδαιμόνων οἴκοις θαμὰ ἐπέβαλλε. *Cum multis bona ademisset, quod tabulæ scriptæ illæ & panni subpurpurei ab eo ad id adhibiti erant, quos frequentes diuitum domibus affixit.* *Senatores dimidiã bonorũ partem Imperatori relinquere tenebantur.*

D

E

Antoninus Pius abrogauit veterem legem qua Senatorio viro de bonis suis testari non licuit, nisi dimidiam eorum partem Imperatori relinqueret, ait Nicephorus

in eccles. Histor. A bono enim patre non scribi hæredem aiebat, nisi malum Principem. A
Domitianus lecto testamento Agricolæ quo cohæredem vxoris filiæ Domitianum scripsit, lætatus est velut honore iudicioq; ait Tacit. in Agricola. Fideicommissa, & codicillorum commoda æternum repudiauit Theodosius apud Symmachum lib. 2. ep. 13. fiscum imperatorium commemorat Phranses, qui scribit Patriarcham soli Michaeli claues fisci imperatorij credidisse. Eusebius lib. 2. de vita Constant. Christiani fiebant οἰκέται τοῦ ταμιείου, serui ærarij bona eorum fisco addicta. Paulus Diaconus lib. 21. publico fisco substantiam Xilinitæ applicans. Iulianus in epist. χρήματα τῆς ἐκκλησίας καὶ τακτήματα τοῖς ἡμετέροις προστεθῆναι πριβάτοις, *bona & possessiones ecclesiæ Edessenæ nostris addi priuatis.* Iustinianus caduca sustulit l. 1. C. de caducis toll. quia ex bellis ciuilibus orta, & aucta erant. Lex de vicesima hæreditatum triennio lata est ante legem Papiam de caducis, M. Æmilio Lepido, & L. Arruntio Cos. vt scribit Dio lib. 55. Lex verò Papia lata M. Papio Mutilo & Q. Popæo consuli- B
bus, ideo lex Papia Poppæa dicitur. vtrique legi causa, vt ærarium exhaustum bellis ciuilibus repleretur. Vlpian. lib. 15. ad Edict. Ait Senatus, cum antequam partes caducæ fisco peterentur. l. item veniunt D. de hæred. pet. & l. cum fisco de S. Consulto Silaniano. Caius libr. 17. ad Edict. prouinc. Cum fisco caduca bona defuncti abdicantur propter inultam mortem.

Caduca bona quæ sint.

Caduca autem bona sunt quę post mortem testatoris eo, cui relinquenda erant, mortuo, aut conditione deficiente ante apertas tabulas ad fiscum lege Papia deferuntur, solis parentibus & liberis testatoris vsque ad tertium gradum si scripti fuerant hæredes, lege exceptis l. 1. C. de caduc toll. Si legatarius antequam dies cederet mortuus esset, caducum legatum fiebat. Neque enim ad hæredes suos id transmittebat, nisi post eum diem mortuus esset l. ex his verbis C. quando diem legati Iudaici fisci. Sueton. in Domitiano, meminit, C
præter cæteros Iudaicus fiscus acerbissimè actus est, ad quem deferebantur qui veluti professi iudaicam intra vrbem viuerent vitam. Iudæi enim pecuniæ liberam suæ sectæ professionem redimebant. Xiphilin. δίδραχμον ἐτάχθη τοὺς τὰ πάτρια αὐτῶν ἔθη περιστέλλοντας τῷ καπιτωλίῳ διὶ κατ' ἔτος ἀποφέρειν. Caduci meminit Iuuenal.

Caducum legatum.

——— Propter me scriberis hæres,
Legatum omne capis, necnon & dulce caducum.

Vlpianus Cælibi relictum legatum caducum fieri scribit, nisi legi intra centum dies paruerit. Quicquid præter legem legatum erat, aut relictum caducum fiebat, ibatq; in fiscum, ideo lex Iulia caducaria dicta Vlpiano. Tacitus, lege Papia præmiis inducti, vt si à priuilegiis parentum cessaretur velut parens omnium populus vacantia teneret, id est, ærarium, D
publicum. Sozomen. lib. 1. eccles. hist. νόμος ἦν ῥωμαῖος παλαῖος ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι κωλύων τοὺς ἀγάμους τοῖς μὴ τοιούτοις, *Romæ lex vetus quæ vetat cælibes à vicesimo quinto anno æquari maritis, cum in multis alijs*, tum in eo quod ex testamento eorum nihil lucri faciunt, quos genere non attingunt. Improles autem mulctant dimidia eorum parte quæ legata sunt.

CAPVT LXXIV.

De Vectigali fumi, vmbræ, & aëris.

Vectigal fumi, vmbræ. & aëris.



EOVSQVE Regum ac Imperatorum acerbitas processit, vt pro fumo, E
aëre, & vmbra quarumdam arborum tributum exigerent. Capnicon seu fumarium Nicephorus Imp. repperit ætate Caroli magni. Zonaras τούτου καὶ ἡ καπνικοῦ ἐπίθεσις ἐννόημα κάκιστον ἐπαχθέντος τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ πτωχείων, γηροκομείωντε, καὶ μοναστηρίων παροίκοις, καὶ πάντι μητὲ γῆν ἔχοντι, μητὲ λέλος, καὶ τὸ τοὺς ἐξ ἀπόρων ὅπως δήποτε ἐς εὐπορίαν μετενεχθέντας χρήματα ἀπαιτεῖσθαι. *Nicephorus indixit tributum è fumo quod pessimo exemplo repertum, & indictum omnibus acolis, & paræcis Ecclesiarum, & earum domuum, vbi senes, & pauperes, & Monachi alerentur, licet neque agros haberent, neque vectigal soluere solerent, & exegit pecunias ab iis qui ex inopibus industria sua diuites facti essent.* Legendus Cedrenus p. 411. & p. 933. & Zonaras tomo 3. p. 100. De vectigali vmbræ ex arboribus, Plin.
,, lib. 12. quis non miretur arborem vmbræ gratia tantum ex alieno petitum orbe. Plata-
,, nus hæc est iam ad Morinos vsq; peruecta, ac tributarium etiam detinens solum, vt gentes

vectigal

A vectigal & pro vmbra pendant. Michaël Paphlago vectigal pro aëre quem aſpirando trahimus inſtituit. Cedrin. πωειμώ(Ϛ)ω ὢν πρὸς ἁπᾶς εἰπεῖν κακίαν, πᾶσαν ἐφεῦρεν ὁδὸν ἀδικίας, προσθεὶς ἐπίκεινα τ τελεσμάτων διδόναι ἕκαστον τ χωρίων ὑπὲρ ἀερικῆ καὶ τῆ ποιότητι ἧς ἴσχυε αὐτός. *Cum igitur in omni genere iniuſtitiæ maximè ingenioſus eſſet, omnem rationem iniuriæ reperit, addens ſupra ſolita tributa, vt quiſque pro hauſtu aëris aliquid penderet pro ſuis facultatibus.* Huc pertinet illud Peſcennij nigri apud Spartianum, vos terras veſtras leuari cenſitione vultis. Ego verò etiam aërem veſtrum cenſere vellem. Chryſoſt. ad id, in vanum turbatur omnis homo. Διὰ τὰ χρήματα ἐλεύθερα στοιχεῖα πεπράκαμεν. ὁδοὶ τελωνοῦνται, ὁ ἀὴρ ὠνεῖται ὑποβάλλεται, δεκατολόγοι, φορτολόγοι, τελῶναι τὰς πόλεις σωέχουσι. *Vt pecunias congeramus, elementa libera vendidimus. Viæ vectigales ſunt, aër venalis eſt, decumani, portitores, vrbes obtinent.*

Capnici meminit Cedrenus, quod in regium ærarium transferri ait, τὸ εἰς τὸ βασιλικὸν *Capnicum.*
B ταμεῖον εἰσαγόμενον τέλος δημόσιον ὁ καπνικὸν καλεῖν ἔωθασι. In Conſtitutionibus Manuel. Comneni, ὁ καπνικὸν ἀναλαμβάνειν, *non capnicum exigi.* A capnico liberi erant eccleſiaſtici ad Nicephorum vſque qui ab iis exegit. Aboleuit Ioannes Tzimiſces delectis Bulgaris, vt Cedrinus ait, ἀφῆκε τῆ τῶν ὑποφόρων πᾶσι τὸ λεγόμενον καπνικόν. Inſecuti deinde imperatores repoſuerunt, ſuſtulit Manuel Comnenus in eius conſtit. οὐκ ἔξεσται ὅτ' ἀναγραφεῖ, ἢ περκαθημένῳ ἑτέρῳ τινὶ προσώπῳ τ δημοσίᾳ τὰ τ μοναστηρίων ἀκίνητα ἀναγράφειν ἢ καπνολογεῖν. *Non licebit neque tabulario neque ſcribæ, præpoſito cuiuſcunque ſecreti, peræquatori, exactori, aut alteri, cuiquam perſonæ publicæ deſcribere monaſteriorum immobilia, aut ab ijs fumarium exigere.*

C

CAPVT LXXV.

De Exagio.

EXAGION ponderis genus eſt, Vet. Inſcript. Sub exagio potius pecora vendere, quàm digitis concludentibus tradere. Gloſſa, ἐξάγιον, *penſatio.* Nouell. Theodoſ. & Valent. tit. 23. De ponderibus quoque vt fraus omnis amputetur penitus à nobis aguntur exagia, quod ſubinterminatione ſuperius comprehenſa ſine fraude debeant cuſtodiri, Zonaras, ὡῶ ἧ ϛ πρὸς τὰς ἄλλοις ϛ χρυμάτων ἥπιων ὡς ἔοικε. μέχρι γὲ ἐκείνε πάντες νομίσμα(Ϛ)ω ἐξαγίε σταθμὸν ἔλκον τοι ἐκεῖν(Ϛ)ω τεταρτηρον ἐπένοησε κολοβώσας αὐτὸ καὶ τ σταθμόν. *Exagion menſuræ genus eſt.*
Nicephorus erat inſuper nimis pecuniæ diligens, cum enim vſ-
D *que ad eius ætatem omnis nummus exagij pondo fuiſſet, ille quartarium inuenit pondere imminuto.* Cedrenus de Nicephoro Phoca, ἐλάττωσε ἧ ϛ τ νόμισμα τὸ λεγόμενον τ τε ταρτηρον ὀβολόν σας. διπλῆ ἧ ἕ νομίσμα(Ϛ)ω ἔκτοτε γεγονό(Ϛ)ω, ἡ μὲ εἰσπραξις τ βασιλείων φόρων τὸ βαρύτερον ἀπήτει, ἐν ἧ τ ἐξόδοις τὸ μικρότερον ἐσκορπίζετο. *Erat duplex moneta. Tributa exigebat in grauiore, erogabat monetam leuiorem militibus.*

CAPVT LXXVI.

De Trientibus, & Semißibus.

E SEMISES aureorum ab Alexandro Seuero inſtituti ſunt, vt pro denis aureis ſemiſſes aurei penderentur, vnde conſentaneum eſt vectigalis modum definitum, & certum pecuniæ genus præſtationi vectigalium deſtinatum. Erat enim quoddam genus nummi vectigalis, quod Matt. vocat cap. 22. νόμισμα κήνσε, Heſychius κήνσος εἶδος νομίσμα(Ϛ)ω, ὄπισθε φάλαιον. Tremiſſes ſunt aureorum trientes de quibus Trebel. in Claudio. Formæ binariæ ſunt nummi binis aureis valentes, ternariæ ternis. Lamprid. formas binarias, ternarias, & quaternarias, & denarias, etiam atque amplius vſque ad bilibres, vſque ad centenarias, quas Heliogabalus inuenerat, reſolui præcepit. Centenariæ formæ dicta centenaria paſſim apud Zonar. Cedr. & alios, formam commemorat Lucanus, *Semiſſes & Trientes.*

In formam calidæ percuſſit pondera maſſæ.

Nummus centimonalis eſt forma centenaria, maiorina pecunia, Conſtantius Auguſt. *Nummus centimonalis.*

Limenio P. P. comperimus nonnullos flaturarios maiorinam pecuniam separato ab ære argento repurgare C. Theodos. de falsa mon. formæ flaturariorum. Isidorus lib. 16. cap. 17. Aureus centenarius centenas auri libras efficit l. 2. C. Theodos. si quis pecun. conflau. Centemonalem tantum nummum in conuersatione publica tractari præcipimus maiori pecuniæ figuratione submota. Ibidem decargyeus nummus prohibitus, Suidas Miliaresium nummi aurei decimam partem esse ait, τὸ τοῦ νομίσματος δεκατόν. A

CAPVT LXXVII.

De Commercijs.

De cõmercijs.

SVB Comite largitionum fuerunt quatuor Comites Commerciorum, primus per orientem & Ægyptum, alter per Mœsiam, tertius per Scythiam, & Pontum, quartus per Illyricum. l. negotiatores C. de excusationib. muner. Emebant illi quæ ad vestes Principis vsui essent, Parthicas pelles, gemmas, metaxam l. 5. C. de episcop. audient. l. 1. C. de commerciis & mercatorib. Vocantur negotiatores qui ad domum Imp. pertinent, quibus interdictum ne aurum pro quibuscunque speciebus ad barbaricum transferrent. Certis locis fœderis tempore nundinas cum barbaris exercebant, non aliis quàm qui præscriptissent, ne alieni regni scrutarentur arcana; commutabantq; merces cum Persa, non vltra Nisibin, Callinicum, Artaxatam l. lotas C. de murileg. l. 1. & 2. C. quæ res vendi non pos. Libra serici, libra auri pensabatur, quia sericum auro contra carum. Vopiscus Aureliano, cum ab eo vxor peteret, vt vnico pallio blatteo serico vteretur, ille respondit, vt auro fila pensentur. Omnes qui cõmercia tractabant, octauas pendebant l. 7. C. de vectigal. & commis. Comites Commerciorum stationarios habebant in limitibus, qui vectigal exigerent à mercatoribus. Obseruabant ne ferrum, cotes, arma, frumentum ad barbatos deferrentur. His Comitib. ex publico dabatur salarium. Menander in eclogis scribit in fœdere quod ictum est inter Romanos & Persas hoc expressum esse, vt mercatores Sarraceni, & barbari, certis tãtum ac definitis itineribus ad merces vendendas in prouincias imperij Romani pergerent, εἰ μὲν τοι παρὰ τὸ δοκοῦν τωμήσωσί τι, ἤγουν τὸ λεγόμενον κλεπτοτελωνήσωσι, ἀνιχνευομένους ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς ὁρίοις ἀρχόντων ξὺν τοῖς ὅσα ἐπιφέρονται, εἴτε ἀσύρια φορτία, εἴτε ῥισιμαῖα παραδίδοσθαι εὐθύνας ὑφέξοντας. *Si præter id quod conuenit, fecerint, aut furtiuas merces vendiderint, eos inquiri à ducibus limitum cum mercibus Assyrijs, aut Romanis quas vendunt, & tradi puniendos.* B C D

CAPVT LXXVIII.

De Pactis, & Commercijs.

Pacta.

PACTA dicta tributa, quæ Imperatores pendebant Scythis, Bulgaris, aut Sarracenis. Diaconus lib. 23. Dominus Bulgariæ denuntiauit Imperatori, aut tribue mihi pacta, aut demoliar Thraciam.

Commercia.

Commercia erant tributa, quæ Sarraceni pendebant Imperatori. lib. 24. Imperatrix Byzantiis ciuilia donauit tributa, Habdiq;, & Hieriæ ea quæ dicuntur commercia releuauit. Commercium nundinarum, quod centum esset librarum auri, Constantinus indulsit ad famulatum S. Ioannis Apostoli. Constantinus Porphyrogen. Chorograph. πάντα τὰ τοιαῦτα κάστρα ὑπόφορα τῶν σκλαυῶν, καὶ τελοῦσιν αὐτοῖς πάκτα, καὶ ἐδίδου τὰ προῤῥηθέντα πάκτα. στρατηγὸς ἐξέθετο αὐτοῖς πάκτα πλείονα ὧν ἐπετέλουν. *Omnia eiusmodi castra tributaria sunt Sclauis, & soluunt illis pacta, & soluit pacta prædicta. Dux fecit illis tributa grauiora, quàm ea quæ antea soluebant, & tulit in cubiculum Imperatoris Deo carum, id est, in sacrum ærarium,* ἐκόμισεν ἐν τῷ θεοφυλάκτῳ κοιτῶνι. Diaconus lib. 19. Muhamias Protosymbolus Sarracenorum, qui fuit Prætor annis 20. pollicitus est Imperatori se annalia pacta laturum tria millia librarum auri, id est 365. millia numismatum auri. E

CAPVT

A

CAPVT LXXIX.

De Allelengio & Chartiatico.

EVIT & quoddam genus tributi quo diuites pro tenuibus ſpondebant, cum militarent, Allelengion dictum Zonar.pag.100.tom.3. στρατεύεσθαι τοὺς ἀπόρους ἐκ τῶν θεμάτων ἐθέσπισε, καὶ παρὰ τῶν ὁμοχώρων ὅπλατε αὐτοῖς χορηγεῖσθαι, καὶ ἀναλώματα καὶ τὰ τῶν ἀπόρων τέλη τοὺς εὐποροῦντας εἰσπράττεσθαι, ὃ ἀλληλέγγυον ὀνομάσθη. In conſtitut. Nicephori περὶ στρατείας τῶν ἀπόρων. lib.1. iuris Orient. & tit. περὶ ἀλληλεγγύου Baſilij Porphyrogenetæ, & in Conſtit. Roman.tit. περὶ προσόδου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ad munera belli diuites pro tenuibus 18. numiſmata dare tenentur. Nicephorus tenues è prouinciis cogi ad militiam edixit, & vicinos, ac municipes eis arma, & ſumptus prębere, & diuites ſoluere vectigalia pauperum, quod tributum dicitur allelengion ὅτι ἄλλοι ὑπὲρ ἄλλων ἐγγυῶσι. *Quia alij pro alijs ſpondent, & ſoluunt.* *Allelengion è vectigalib. eſt.*

B

Chartiaticum autem tributi genus fuit, in quo duos folles pendebant officialibus pro chartis, vt Zonaras Ἐποπτὰς προβάλετο, ἐπισκήπτων ἐπαύξειν. σφᾶς τὰ δημόσια, ἀπαιτεῖσθαι δὲ καὶ ὑπὲρ χαρτιατικοῦ ἐπὶ τῷ νομίσματι δύο κεράτια. *Exploratores inſtituit, quibus præcepit, vt reditus publicos augerent, & pro chartiatico in nummum duos folles exigerent.* Vide Cedrinum & Zonaram in Nicephoro. Officialib. & miniſtris Magiſtratuum chartas præbitas docet Frontin.lib.2. de aquæd. In iure Orientali Nicephorus iuſſit ἐποπτεύεσθαι πάντας, καὶ ἀναβιβάζεσθαι τὰ τούτων δημόσια τέλη, Cedrinus. vide Nouel.96. παρέχοντας καὶ χαρτιατικοῦ ἕνεκα ἀνὰ κεράτια δύο, καὶ πάντας τὰ καπνικὰ ἀπαιτεῖσθαι. *In omnes inquiri, & augeri publica vectigalia, vt pendant, etiam chartiatici nomine duos folles, & ab omnibus vectigal fumi exigi.* Zonar. ἀπαιτεῖσθαι δὲ καὶ ὑπὲρ χαρτιατικοῦ ἐπὶ τῶν νομίσματι δύο κεράτια. *Chartiaticũ quod ſit.*

C

CAPVT LXXX.

De Meſarno.

MESARNVM tributum dimidiatæ ouis fuit, cuius fit mentio in Nouel. Iſaacij Comneni, ἀπὸ δὲ τοῦ ἔχοντος εἴκοσι καπνοὺς τὸ δίμοιρον νομίσματος, καὶ ἀντὶ τῶν δύο ἀργυρῶν ἀργυροῦν μέσαρνον ἓν καὶ κριθῆς μόδια τέσσαρα. *Ab eo qui habeat fumaria viginti dimidiatum nummum, & pro duobus argenteis vnum argenteum, dimidiatam ouem & hordei 4.modios.* *Meſarnum in tributis numeratur.*

D

CAPVT LXXXI.

De Peſceſio.

PESCESIVM tributum fuit quod Turcorum Sultano Conſtantinopolitani Patriarchæ pro ſacerdotio ineundo pendunt vt ſcribit Zygomalas in Turcogræcia, quod ad tria millia florenorum excreuit. In Chronico Conſtantipolit. δοὺς πεσκέσιον φλωρία χιλιάδας δύο. Malaxas in hiſt. Patriarch. Amurathes qui vrbem ceperat, immunitatem epiſcopis ab omni vectigali dederat lib.3. c.19. *Peſceſium.*

E

CAPVT LXXXII.

De Metriatico.

DE Metriticio ſuprà attigimus. Balſamon ad Concil.7. Canon.12. οὐκ ἔξεσται πράκτορι, ἢ ἀναγραφεῖ οἵῳ δή τινι, ἢ καπνικὸν, ἢ μετρητίκιον, ἢ ἕτερόν τι ἀναγραφικὸν, ἢ πρακτορικὸν φορολόγημα ἀπὸ τῶν ἀποκειμένων τῆς δηλωθείσαις μοναῖς ἀκινέτων ἀναλαμβάνεσθαι. *Non licebit.* *Metriaticõ.*

liccebit exactori, aut tabulario, seu scribæ cuicunque aut fumarium, aut mensuraticum, aut aliquod aliud tributum quod describitur aut exigitur, exigere ex bonis immobilibus monasteriorum. A

CAPVT LXXXIII.

De Ergasteriaco, Capeliatico, & Metaxiatico.

Ergasteriacon. Capeliaticon. Metaxiacon.

EVIT & Ergasteriacon tributum quod pro officiis suis soluebant officinatores in diplomate Andronici iunioris. Ibidem καπελιατικὸν, Capeliaticum tributum caupones pro caupona sua soluebant. Metaxiaticum tributum impositum metaxæ, & serico. Suidas, σηρικὴ ἡ μέταξα ἐστὶ, ἐξ ἧς εἰώθεσαν τὴν ἐσθῆτα ἐργάζεσθαι, ἣν πάλαι μὲν οἱ ἕλληνες μηδικὴν ἐκάλουν, τὸ δὲ νῦν σηρικὴν ὀνομάζουσι. *Serica est Metaxa ex qua solebant vestem texere quam Græci Medicam dixere, hodie Sericam dicunt.* Hesychius, σῆρες ζῶα νήθοντα τὴν μέταξαν, *Seres animalia nentia Metaxam.* Eam Procopius ait duos sacerdotes ex Indis attulisse, vnde Metaxarius in Basilic. eclog. 25. B

Metaxarius.

CAPVT LXXXIV.

De Alemannico.

Alemannicum vectigal.

ALEXIVS Comnenus cum Alemanni irent in expeditionem Hierosolymit. Alemannicum tributum imposuit, vt scribit Nicetas lib. 1. Alexij. τὸ καλούμενον εἰσπράττον ἀλεμαννικὸν τότε καινισθὲν πρώτως ἐφορολόγει. *Exigebat Alemannicum tributum quod tunc primum repertum erat.* C

CAPVT LXXXV.

De Charatzio.

Charatziũ.

CHARATZIVM genus tributi fuit. Hierem. patriarcha in epist. καὶ ἀδικεῖ καὶ τὴν ἡμετέρην μετριότητα χρεωστῶν ἤδη χαράτζια τρία, καὶ προσέτι καὶ φλωρία ἑκατὸν ἕτερα. *Iniurius est in nostram mediocritatem cum debeat iam Charatzia tria, & præterea florenos centum. Videtur Charatzium fuisse nummi genus, vt miliarisium.* D

CAPVT LXXXVI.

De Campanistico, & alijs recentioribus vectigal.

Campanisticũ & alia noua tributa. Mesiticum. Zygasticũ. Metriaticum.

IN Constitutione Manuel. Comneni καθελκόμενοι εἰς ἀπαιτήσεις καμπανιστικοῦ, &c. *Campanisticum est quod libripendi publico soluebatur,* καμπανὸς enim statera. Mesiticum fuit æs quod pro loco in foro mercibus vendendis soluebatur. Mese dicitur forum in Glossis, ἀγορὰ ἡ μέση, quia forum in medio vrbium. Lygasticum fuit pro rebus ponderandis, ζυγὸς, *libra, lanx.* Metriaticum item soluebatur pro metiendo, seu μετρητικνον φορολόγημα εἰς κέρδος τοῖς ἀπογραφεῦσιν ἐπινοούμενον, *tributum quod scribæ in suum lucrum inuenerunt.* ibidem χρειῶν δόσιν, *necessitatum præstationem* inter εἰσπράξεις exactiones numerat. Gomeriaticum pro sarcinis lanarum solutum. Gomeria enim sarcinæ lanarum. Bigliaticum æs quod excubitores seu biglæ accipiebant. Bigla vigilia. Pechyaticum à cubito mensuræ genere dictum, πῆχης cubitus. διαβατικὸν tributum quod mercatores pro transitu mercium pendunt. Poriaticum pro mercibus ibi soluebatur, vbi euehebantur. Obsonium pro stipendio ponitur. Dositheus lib. 3. ἐὰν καλὸς στρατιώτης ἔσῃ, τρίτῳ ὀψωνίῳ δυνήσῃ εἰς τὸ πραιτώριον μεταβῆναι. *Si bonus miles eris, tertio stipendio poteris in prætorium transire.* Scaliaticum portorium quod pro statione nauium solutum. Moschopulus ὅρμος τὸ μέρος λιμῆς εἰς ὃ ἑλκόμεναι αἱ νῆες δέδεντο, ὃ οἱ κοινοὶ σκάλαν λέγουσι. *Ormus pars portus in qua naues tractæ ligantur.* Vulgo scalas vocant. Antinaulum tributum à nautis exigitur. Nicet. lib. 2. Alex. Comn. διὰ τὸ ἐπιτεθὲν παρ' αὐτοῦ κεφάλαιον εἰς τοὺς ναῦτας τὸ νῦν λεγόμενον ἀντίναυλον. Moschop. τελῶναι οἱ τὰ τῶν ἀντιναύλου διενεργοῦντες, *qui vectigalia è mari & antinaulo exigunt.* E

Gomeriaticum. Bigliaticũ. Pechyaticũ. Poriaticũ. Scaliaticũ. Antinaulum.

CAPVT

A

CAPVT LXXXVII.

De Tributo ex vicis.

ISAACIVS Comnenus statuit Canonem, seu canonicum tributum pro vico habente 30. caminos seu fumos, καπνοὺς, aureum vnum, argenteos duos, arietem vnum, hordei modios sex, vini mensuras sex, farinæ modios sex, gallinas 30. lib. 1. Iuris orient. in constitut. Niceph. περὶ στρατείας τῶν ἀπόρων. *Tributũ ex vicis.*

B

CAPVT LXXXVIII.

De τετραμοιρίᾳ, Xylachyro.

IN diplomate Andronici Iunioris multa sunt genera tributorum nobis ignota. εὐεργετεῖ ἡ βασιλεία μου τοὺς μοναμβασιώτας, ἵνα ἀφ' αἷς ἂν ποίωσι πραγματείας δίδωσιν εἰς τὸ κομέρκιον τῆς θεοδοξάστου κωνσταντίνου πόλεως ὑπὲρ ἐκ βολῆς ποσότητος νομισμάτων ἑκατὸν νόμισμα ἕν, καὶ ὑπὲρ ἐκ βολῆς ἀγορᾶς ἑτέρας πραγματείας ποσότητος νομισμάτων ἑκατὸν νόμισμα ἕν. εἴτε δηλονότι διὰ σίτου ἐν τῷ προφορίῳ, καὶ ἀλλαχοῦ ἔθα βούλωνται, εἴτε διὰ οἴνου ἐὰν ἐξ οἵης δήποτε χώρας διακομίσωσι τούτοις, ἢ διὰ προσφαγίων παστῶν, ἢ τομεριῶν, ἢ πετζίων, ἢ πανίου, ἢ λινοκόκκου, ἢ τζοχαρικῆς, ἢ τετραπόδων, &c. μὴ καθελκόμενοι εἰς ἀπαιτήσεις καμπανιστικοῦ, &c. δεκατίας, ἁλιευτικῆς τετραμοιρίας, ξυλαχύρου ὀρειμῆς τῆς ἐνιάδος, ὡς τὰς εἰς αὐτοὺς περὶ αὐτὴν ὡπάσας σχάλας. *Maiestas mea hoc beneficium tribuit Monembosiotis, vt è negotiationibus quas facient, dent in commercium diuinitus honoratæ Constantinopoleos pro expositis centum numismatis vnum numisma, & pro alia negotiatione quæ centum sit nummorum vnum nummum, siue per frumentum in platea publica, vel foro, vel alibi, siue ex vino quacunque tandem è regione aduehatur, aut ex pactis prosphagijs, id est edulijs & pulmentarijs, aut gomerijs, seu sarcinis lanarum, aut centonibus, aut pano, aut linococco, aut tzocharica, aut quadrupedum negotiatione non distracti in petitiones campanistici, decimarum aut quartæ partis piscationis, aut Xylarchyri quod è ligno & palea conflatum est, Eniadis montosæ ὀρεῖνης fortè, & scalarum omnium ad eam.* Ibidem reperies καστροκτισίαν tributum ad ædificationem castrorum, κατεργοκτισίαν tributum ad triremes, κάτεργον enim triremis. μαγειρία vectigal macelli, Antinaulum seu census nautis impositus. *Τετραμοιρία & Xylachyrum.*

Exoprasia tributum fuit pro iis rebus quæ exportarentur, & foris venderentur ab ἔξω *extra*, & πράτειν *vendere*. Cosmiaticum quid sit amplius quærendum est, nisi si fortè tributum est pro mundo muliebri. Capeliaticum tributum à Cauponibus exigitur, κεφάλαιον σιταρίου capitatio ob frumentum tributi genus est. *Exoprasia vnde dicta.*

CAPVT LXXXIX.

De Ansario.

ANSARIVM vectigal fuit promercalium. V. Inscriptio, vectigal Ansarium promercalium. Alia Vet. Inscriptio, si quid vsuarium inuehitur Ansarium non debet. *Ansarium.*

CAPVT XC.

De Seruis Vectigalibus.

LAMPRIDIVS in Alexandro, Aniaria instituerat pauonum, fasianorum, gallinaceorum, anatum, perdicum etiam, hisq; vehementes oblectabatur, maximè palumborum, & ne eorum pastus grauaret annonam seruos habuit vectigales, qui eos ex ouis, ac pullicenis, & pipionibus alerent. Seruos vectigales vocat, qui hoc priuatum quoddam vectigal domus regiæ exercebant, vendebantque oua, pullicenos & pipiones, vt ex pecunia quam reficiebant, aues alerent. *Serui vectigales.*

CAPVT

CAPVT XCI.

De Tributo Isaurico.

Tributum Isauricum.

TRIBVTVM Isauricum, aurum erat annuum quod pendebatur barbaris ad quinque millia pondo. Euagrius lib. 3. cap. 35. καὶ τὰ καλέμενα περσὶν ἰσαυρικὰ τῆς βασιλείοις σωήχθε θησαυροῖς. ὧν ἦ ἄρα τὸ χρυσίον εἰς ἔκαστον ἔτος τοῖς βαρβάροις χορηγέμενον πεντακισχιλίας ἔλεγον λίτρας. *Et quæ nuper dicebantur Isaurica regijs thesauris illata sunt. Id autem erat aurum annuum quod dabatur barbaris ad quinque millia pondo.*

CAPVT XCII.

De ijs qui constituendi Vectigalia, aut locandi ius habuere.

De constitutione aut locatione vectigalium.

REGES ius constituendi noui vectigalis habuere, auctore Liuio lib. 1. Item censores apud eundem libr. 4. Censura tanto incremento aucta est, vt vectigalia Pop. Rom. locare censores possent, non vt noua instituerent sine Senatus & Pop. Romani auctoritate, apud quem summum imperium fuit, teste Polybio lib. 6. Liui. lib. 40. de M. Æmilio Lepido, & M. Fuluio nobiliori censoribus agens. Censorib. inquit, C postulantibus, vt pecuniæ summa sibi, qua in opera publica vterentur attribueretur, vectigal annuum decretum est: de iisdem tamen paulò pòst ait, Portoria quoque & vectigalia iidem multa instituerunt. Idem lib. 29. Liuius Salinator vectigal nouum ex annona salaria instituit. Ea censores locabant Publicanis. Liui. lib. 32. Africanus & Pætus censores Portoria venalium Capuæ, Puteolisque, item castrorum portorium fruendum locauere. libr. 39. Vectigalia summis pretiis, vltro tributa infimis locauerunt. Quas locationes cum senatus precibus, & lachrymis publicanorum victus induci, & de integro locari iussisset, censores, edicto submotis ab hasta qui ludificati priorem locationem erant, omnia eadem paulum imminutis pretiis locauerunt. Cæterum vectigalia proscribere nisi Romæ, & accito populo, eiúsque placito, & assensu, ac publico præcone adhibito, & nisi Kal. Martiis quibus vectigalia locabantur, Censori nefas fuit, vt Cic. 1. D Agraria. Kal. Martiis pensiones rerum locatarum inferri solebant. Macrob. lib. 2. Saturn. mense Martio vectigalia locari solita, idibus quoque Iuniis. Legendus Solinus cap. 16. sub Imperatoribus vectigalia non lege & ratione, sed arbitratu Imperatorum processerunt. Caligula, Nero, Vespasianus, Nicephorus Constantinop. & alij pleriqúe noua instituerunt. Hodie vectigalia sine Principis auctoritate indici nequent l. 1. & 2. C. vectigalia noua institui non posse.

CAPVT XCIII.

De Judicibus Vectigalium ac Tributorum.

Iudices Vectigalium ac Tributorũ.

IBERA Repub. Romæ Proconsules ac Prætores in Prouinciis suis potestatem & imperium habuere. Potestas fuit facultas cognoscendi, imperium exercitus imperandi, bellíque gerendi. Cognoscebant autem de omnibus grauioris rei negotiis, de re frumentaria, tributaria, vectigali, quæ omnia per edicta sua administrabant. l. 7. D. de offic. Proconsul. Interdum noua vectigalia instituebant si res exposceret, interdum vetera tollebant, in quo Cicero gloriatur epistolis ad Atticum. Ad eos querelæ Prouincialium de Publicanis, Publicanorum de Prouincialibus referebantur. Interdum Senatus appellabatur. Quanquam enim à Censoribus tributa constituebantur, & Publicanis locabantur, qui ea exigerent, & ad Quæstorem deferrent, si quæ tamen prouinciæ vectigalium onere oppressæ essent, cognitio Senatus fuit, qui prouinciales

A ciales aut Publicanos cauſſa cognita releuabat, auctore Polyb. lib.6. Senatus, inquit, de omnibus rebus arbitratu ſuo ſtatuere poteſt. Etenim dare tempus ad onera præſtanda, ,, & ſi grauis annus fuerit, prouinciales leuare ſolet, aut ipſos etiam Publicanos ſi vectiga- ,, lia exigere non potuerint. Imperatores deinde ſibi auctoritatem ſenatus in ea re vindica- ,, runt: nam & Conſtantinus magnus apud Euſebium quarta vectigalium parte Prouinciales leuauit, Traianus reliqua remiſit, Gratianus indulgentias dedit, vt ſcribit Auſonius in Panegyr. Certè olim decurionum decem primarij λογογράφοι vocant, in prouinciis Tributi modum in capita & agros definiebant, & exigebant pro ea forma quæ ab Imperatore & Præfecto prætorio ad Rectores prouinciarum miſſa eſſet, & quod deerat, de ſuo ſarcire cogebantur, ob quæ onera ipſis ruri habitare non licebat. l. vnic. Cod. Si curialis relicta Ciuitate ruri habitare maluerit. Id autem imprimis operam dabant ne te-
B nuiores opprimerentur l. 1. l. 3. §. decaprotos. l. final. §. mixta de D. de munerib. & honorib. l. Nec Protoſtaſiæ. de munerib. patrim. Cod. Hæc autem forma in exigendis vectigalibus ſeruabatur, quam Iuſtinianus præſcribit Nouel. 128. Significabat Princeps Præfectis prætorio quanta ſibi ſequenti anno pecunia opus eſſet. Vt enim Suidas docet in verbo ἔπαρχος, Præfectis prætorio ſumma vectigalium cura, & cognitio demandata fuit. Illi facta diuiſione inter populos menſe Iulio, vel Auguſto, ſcribebant apud acta, quantum quæque prouincia, vel ciuitas pro indicto à Principe tributo ſequente anno ſoluere teneretur, quæ adærandæ ſpecies, quid in arcam largitionum inferendum, quantum in milites eſſet inſumendum. Hæc deſcriptio initio cuiuſque indictionis, id eſt, menſe Septembr. ad Præſides, Vicarios, Duces, Procuratores, Proconſules, Correctores, & cæteros prouinciarum præfectos mittebatur, qui vectigalia exigenda curarent. l. vlt. C. de Canone largitional. tit. Leo
C & Athemius A A. ad Heliodorum comitem ſacrarum largitionum in hæc verba reſcribunt. Præcipimus vt ſi forte delegatio, quæ ab ampliſſima præfectura in diuerſas prouincias ,, ex more quotannis emittitur, minus contineat omnes largitionales titulos, aut quomodo ,, exactio eorum debet procedere, nihilominus competentem exactionem eorum à viris ſpe- ,, ctabilibus tam proconſulibus, quàm vicariis, & viro ſpectabili comite Orientis, & Præfe- ,, cto Auguſtali, necnon & Rectoribus prouinciarum, eorúmque officiis, & curialibus pro- ,, curari iubeas, vicenarum librarum auri condemnationem præ oculis habentibus, ſi quid ,, minus exactum, vel illatum fuerit ſacro ærario, quam priſca & inueterata conſuetudo ſa- ,, cris largitionibus inferri conſtituit. Si prouincia vel ciuitas releuationem peteret annalis ,, indictionis, vel inſpectorem aut peræquatorem, referebatur petitio ad Præfectos Prætorio, à quibus tamen nulla forma dabatur, priuſquam præfecti de eo qui iuratus petitionem re-
D tuliſſet, quæſiſſent quod vellent, & omnia quæ ab eo didicerant Principē edocuiſſent. Tum enim voluntate Principis à præfectis prætorio ſacra proferebatur forma omnibus modis obſeruanda. l. vlt. C. de annonis & tributis. Reſcriptum Imperatoris, quo tributi modum in annum ſequentem definiebat, dicebatur delegatio, quam à præfectis prætorio acceptam rectores prouinciarum in ſingulis ciuitatibus legendam publicè proponebant. Ipſi verò omne damnum fiſci, ſi quid minus ſolutum fuiſſet, ex ſuo ſarciebant. Exigebant autem à Prouincialibus tributum, veſtem militarem, & indictum. l. vlt. C. ſi propter public. penſitat. Imperator Conſtantinus Aug. Fauſtino Prefidi Bœticæ reſcripſit, in hæc verba. Si quis fun ,, dum, vel mancipium, aliámve rem ob ceſſationem tributorum, vel etiam ob veſtium, auri ,, argentíque debitum, quæ annua exactione ſoluuntur occupata, conuēto debitore, & apud ,, Iudicem interpellatione celebrata, cum ſolutio ceſſauerit, ſub haſta diſtracta comparaue- ,,
E rit, perpetuam emptionis accipiat firmitatem. Non autem tantum præfecti prætorio, ve- ,, rum & comes ſacrarum largitionum modum tributorum ab Imperatore definitum, quæ exigi per prouincias oporteret, præſidibus ſignificabat. Quare & Hieronymus in cap. 23. Ezechielis, Comitem ſacrarum largitionum Canonicarij tituli præfectum vocat. Is ex ſuo officio Palatinos, qui mittendarij vocabantur, in ſingulas prouincias deſtinabat, qui præſides ad exigenda maturè tributa, & fiſcalem pecuniam repreſentandam compellerent, debitúmque ad largitionum arcam canonem mitterent, l. 8. Cod. de Palatin. ſacrar. largit. Imperat. Arcadius & Honorius A A. ad Limenium Comitem l. 1. C. de offic. Comit. ſacrar. largit. in hæc verba reſcripſere: Palatinis hæc cura debet eſſe præcipua, vt periculo ,, proprio notariis deſtinatis, ſuper negligentia iudicum, (ſi ita res exegerit) conquerantur, ne ,, eorum ſit impunita deſidia. Iudices quoque de eorum nominibus referre conuenit, quos ,, commodis propriis magis, quàm vtilitatibus publicis ſtudere prouiderint: Breues etiam ,, quadrimenſtruos ad officium palatinum nouerint dirigendos, aurúmque exactum ad ,,

ſacras largitiones ſine vlla dilatione eſſe mittendum. Vbi admonebo auri mentionem fieri, quia in auro vectigal pendebatur. Ideò cum Heliogabalus decimam pretij mercium in auro exegiſſet, Alexander Seuerus ad triceſimam redegit, vt non multò plus tribus pro centum penderetur. Lampridius in Alexandro, vectigalia publica in id contraxit, vt qui decem aureos ſub Heliogabalo præſtiterant, tertiam partem auri præſtarent,hoc eſt,triceſimam partem. Tuncque primum ſemiſſes aureorum formati ſunt:tum etiam cum ad tertiam partē auri vectigal decidiſſet, tremiſſes,dicente Alexandro, etiam quartarios futuros quod minùs non poſſet. Cùm igitur triceſima ſolueretur,pendebantur tres pro centum,& tertia pars aurei, quo tremiſſes pertinebant,ſicuti cum pro quibuſdam mercibus quinquageſima penderetur,ſemiſſibus aureis opus fuit,qui dimidiato aureo æſtimabantur, eadem l.1. Cod.de offic.Comit.ſacrar.largit. Iudices vocantur Proconſules,Præſides,ac Rectores prouinciarum,qui cōtrouerſias ſuper vectigalibus,ac tributis decidebant.cum ipſi vectigalibus exigendis præeſſent. Ideò in inſignibus proconſulum & aliorum qui prouincias regerent, vt plurimum erant mulieres, quæ vaſa aureis plena manibus gererent, vt exactionem tributorum eis mandatam eſſe ſignificaretur. Quod ex auctore Notitiæ Imperij Romani cognoſces. A proconſulibus & præſidibus,præfectus prætorio poterat appellari,qui tamen inconſulto Principe prouinciales releuare non poterat vt ſuprà oſtendimus. Omnia autem vectigalia,ſalinas,annonas,ac claſſes ad ſpecies tranſuehendas ſub diſpoſitione præfecti prætorio fuiſſe, & comitis ſacrarum largitionum docetur C. de vectigal. & commiſ.l.8.9.10. & ſequentibus. & l.1. Cod.de Claſſicis. Caſſiodorus. in præfation. variarum. Iuſtinianus Prætorum auctoritatem quæ temporum iniuria proſtrata erat erexit. Nouel. 24. Dedit enim Prætoribus poteſtatem ciuilem & militarem, vt Prætor impediret *φεύκτορας μὴ ταῖς τὰ ἐξεθὲς πονηρὲ ἡμομψίας φερεταίξεις ἐκβαλαμβάνειν, ὅσαι δὲ τειχοποιίαις καὶ ὁδοφωσίας, ἢ ἄλλης μυείας αἰτίας φοίτασιν ἐπὶ τὰ θεῖα δ' ἐπαρχ.* Id eſt, *vt prohiberet exactores tributorum ſuſcipere, & exequi mandata illa quæ malo more à ſede Præfecti Prætorio exeunt de muris reficiendis, de vijs ſternendis & alijs oneribus infinitis.* Et Nouel. 25. *ἡ τῶν δημοσίων εἰσφορᾶς, τῷ φροντίδει ὀφείλεται, καὶ τοῖς φεισδομψίοις αὐτῷ φροντιστιανοῖς ταξιωτᾶις. Prætori incumbet vt publica vectigalia exigenda curet, & prætorianis officialibus qui Prætori parent.*

In Prouinciis & Diœceſibus plærumque alij fuere qui rei militari, alij qui vectigalibus præeſſent moderator Arabiæ ciuilibus tantùm rebus & vectigalibus præerat,Dux exercitui. Nouel.102. fuit enim in Arabia *φύλαρχος, ἢ δὲξ, ἢ θεῖον πατειμώνιον, ἢ θεῖα φρικᾶτα, ἢ θεῖος οἶκος*, *fœderatorum Comes,& dux & diuina priuata,& diuina domus,* quæ omnia ſub moderatore Arabiæ fuere. Ita & Nouel. 8. *Comes orientis cum officio ſuo curat exactiones vectigalium publicorum, & ciuilem ac publicum ſtatum, τὰ κόμιτα τῆς ἕωας ἅμα ἢ τῇ φεισδομψίᾳ αὐτῷ τάξει κινδυνεύειν ὑπὲρ τε τῶν δημοσίων εἰσφορᾶξεως, ὑπὲρ τε τῆς πολιτικῆς καὶ δημοσίας καθεστάσεως.* Tiberius occidit Capitonem Aſiæ procuratorem quod rem militarem attigerat. *ἃ γὰρ ἐξὸν πότε τοῖς τὰ αὐτοκρατορικὰ χρήματα διοικεῖν πλέον ἐδὲν ποιεῖν ἢ τὰς νενομισμένας φοσοδους ἐκλέγειν*, ait Dio lib. 56. *non licuit ijs qui pecunias Imperatoris procuratorem aliud efficere, quàm reditus ſolitos exigere.*

CAPVT XCIV.

De Opibus ærarij Rom.



PES ærarij in auro & argento numerat Plin. lib. 33. cap. 3. Sed toto illo capite numeri adeo incerti ſunt, vt ratio ſæpe non conſtet. Verba eius ſic habent. Intulit & Æmilius Paulus Perſeo Macedonico Rege deuicto prædam pondo trium millium. Si pondo fuêre coronatorum ad trecenta millia coronatorum ea ſumma excreſcet. Budæus legendum cenſet, Perſeo Rege victo è Macedonica præda H S. bis millies, id eſt,quinque milliones.Pluthar. in Paulo Æmil. *Μετὰ δὲ τὰς ὁπλοφορᾶς ἁμάξας, αἷς ἄνδρες ἐπεπόρευντο τειχίλιοι, νόμισμα φέροντες ἀργυρᾶν, ἐν ἀγγείοις ἑπτακοσίοις πεντήκοντα τεταλαντιαίοις, ὧν ἕκασον αἱ τέσσαρες ἐκόμιζον. Poſt currus armis onuſtos ter mille homines incedebant ferentes argenteos nummos, in vaſis ſeptingentis quinquaginta trium pondo.* Singula geſtabantur à quatuor viris valentibus. Id argentum millionem vnum cum dimidiato reficit.

A reficit. Εἶτα μετὰ τούτους οἱ τὸ χρυσοῦν νόμισμα φέροντες εἰς ἀγγεῖα τριταλαντῖα μεμερισμένων ὁμοίως τῷ ἀργυρίῳ. τὸ δὲ πλῆθος ἦν τῶν ἀγγείων ὀγδοήκοντα τριῶν δέοντα. *Hos sequebantur alij nummos aureos ferentes in vasis aureis eiusdem ponderis cum argenteis, vasa erant septuaginta septem. Id aurum millionem vnum cum dimidiato reficit.* Liui. lib. 45. eodem de re summam omnis auri, argentique translati, H S. millies ducenties fuisse Valerius Antias tradit, vnde tres milliones exsurgunt. Plin. lib. 33. cap. 3. auri in ærario pop. Rom. fuere S. Iulio. & L. Aurelio Coss. septem annis ante bellum punicum tertium, pondo 726. argenti 92. millia, & extra numerum 375. millia. Singula pondo 12. vnciis constant, & 100. aureos reficiunt, si aurea sunt, si argentea decem aureos coronatos. Vix vtraque summa consurget ad auri millionem. Quare Budæus legit, Auri pondo 700. millia 26. argenti 92. millia, & in numerato trecenties septuagies quinquies. Vtraque summa ad 71. milliones assurgit, quot pe-
B cuniæ non fuere in ærario sub Iul. Cæsare, cum respub. locupletissima fuit, vt iam apparebit, nisi forte à Pompeio iussu Senatus ad belli sumptus ærarium plus iusta parte erat imminutum. I. Scipio victo Antiocho bis millies in ærarium intulit, vt Plin. lib. 38. tradit, id est quinque milliones. lib. 33. cap. 3. S. Iulio G. Martio Coss. octingenta 46. auri pondo fuere in ærario, id est, 84. millia coronatorum, & præterea sexcenti aurei. Si legeris 86. millia auri pondo refeceris 8. milliones. Caius Cæsar primo introitu vrbis in ciuili bello ex ærario protulit laterum aureorum 26. millia, & in numerato 300. millia, nec fuit aliis temporibus respublica locupletior. ea summa 26. millionum est. Orosius, quatuor millia, & 135. auri pondo, & 900. argenti ea ærario sumpta ait, ex quibus ægrè dimidiatus millio refici potest. Vnde apparet numerum falsum falso ascriptum. Appianus lib. 2. ciuilium auctor est. I. Cæsarem confectis bellis, quinque triumphis, sexaginta quinque millia talen-
C torum ferculis præferenda curasse, è quibus 39. milliones auri assurgunt, & præterea bis mille, & octingentas 22. coronas, quæ duo millia auri pondo penderent, è quibus duo milliones existunt. Tiberius reliquit vicies septies millies H S. id est, 66. milliones, & quinquaginta millia, vt Sueton. in Calig. cap. 37. Dio numerum auget, & tricies ac ter millies H S. ponit, id est, 80. & vnum milliones. ὀκτὼ μυρίας μυριάδων, καὶ δισχιλίας καὶ πεντακοσίας τεθησαυρισμένας.

CAPVT XCV.

De Summa Vectigalium & Tributorum.

D

APVD Imperatores rationarium seu breuiarium imperij asseruatum est, quo totius Imperij Ro. vectigalia, tributa, stipendia descripta essent, cuius meminit Sueton. lib. 2. & lib. 4. Rationes imperij ab Augusto proponi solitas, sed à Tiberio intermissas publicauit. Tacitus tamen lib. 1. Prolatum à Tiberio libellum, quo opes publicæ continebantur, ait, &c. Imò & agrorum omnium diuisiones, & formę apud Imperatorem erant, teste Aggeno. in formis, inquit, & centuriationib. agrorum, si quis contradicat, sanctuarium Cæsaris respici solet. Omnium enim agrorum formas, & diuisionem commentarius, & principatus in sanctuario habet. Ante ætatem Pompei Magni, quinquies mille Myriades drachmarum Atticarum reficiebantur, id est
E sex aurei milliones. ex iis autem quæ Pompeius Reip. acquisierat, octies mille Myriades quingentæ, id est, decem auri, plus minus milliones, Plutarch. πεντακισχιλίαι μυριάδες ἐκ τῶν τριῶν ὑπῆρχον, ἐκ δὲ ὧν αὐτὸς προσεκτήσατο τῇ πόλει, μυριάδας ὀκτακισχιλίας πεντακοσίας λαμβάνουσι. Alij hunc locum ita interpretantur. Antea quidem vectigalia rediisse ad bis millies H S. Ex iis autem quæ ipse acquisisset, redire ad ter millies quadringenties. Id est, antea quinque milliones erant, Pompeius refecit octo milliones cum semisse. Vt illi volunt Omnino locus ille Plutarchi de Vectigalibus ex Asia tantum, non autem è cæteris prouinciis accipiendus est, cum sola Ægyptus apud Strabonem lib. 17. Septem auri milliones Romanis pependerit. Seneca centies H S. tributum prouinciarum esse ait, id est ducenta, & 50. millia coronatorum. Sed de minoribus prouinciis id accipiendum. Iulius enim Cæsar, auctore Eutropio lib. 6. tributi nomine annuum imperauit H S. quadringenties Galliis, id est, vnum auri millionem. Suet. in Iulio c. 24. eundem numerum ponit, quem vir eruditus parum commodè mutare conatus est. Senecæ verba sic habent. C. Caligula centies H S. absumpsit

Summa Vectigaliũ ac tributorum.

vt prouinciarum tributum vna cœna fieret: verba Strabonis, τὰ αἰχμᾶς ἢ τὰς προσόδους ἐν A
τινι λόγῳ κιπέρωνι φέρει φήσας, κατ' ἐνιαυτὸν τῷ τ' πλειόνας πυνθ τῷ αὐλητῃ προσφέρειν
φορὰν ταλάντων μυρίων καὶ διχιλίων πεντακοσίων. ὅστε ἐν ὁ κράτιστα, καὶ ῥᾳδιωτάτα τὴν βασι-
λείαν διοικῶν τοσαύτα προσόδου ἔτη, τί χρὴ νομίσαι τὰ νῦν ὑπὸ τοσαύτης ἀπιμελείας οἰκούμενα,
καὶ τ' ἰνδικῶν ἐμπορείων, καὶ τροωγλοδυτικῶν ἐπιχειρήσεων ὅτι τοσοῦτον. Cicero quadam oratio-
ne reditus Ægypti commemorat, talentorum 12. millia quingenta in annum, Ptolomeum
Auleten. patrem Cleopatræ refeciſſe. Cum igitur Auletes in adminiſtrando regno vir ne-
gligentiſſimus tot reditus in annum refecerit, quid debemus ſentire de regno, quod tanta
cura regitur à Romanis, cum negotiatio Indica, & troglodytica reditus in tantum auxe-
rit? Aſia quidem ætate Sillæ 4. millia talentûm annui tributi exſoluit. Nam quod ait Ap-
pianus Syllam imperaſſe Aſiaticis, vt 4. annorum tributa ſtatim Romanis inferrent, Plu-
tarchus tradit Syllam mulctaſſe vniuerſam Aſiam 20. millibus talentorum, qui 12. mil- B
liones auri reficiunt. Ἐπηράσατο ῥωμαίοις πέντε ἐτῶν φόρους εἰσενεγκεῖν αὐτόκα, Appianus. Plu-
tarchus σύλλας ἢ κοινῇ μὲ ἐζημίωσε τὴν ἀσίαν δυσμυρίοις ταλάντοις. Certè ætate M. Antonij
triumuiri Aſia pependit annui tributi viginti millia talenta, id eſt 12. auri milliones, quod
ita probari poteſt ex Appiano, apud quem Antonius oſtendit Aſiaticos Bruto & Caſſio 10.
annorum tributa perſoluiſſe. Tantundem exegit ab eis Antonius, quod vno tamen anno
penderetur. Plutarchus Antonium 20. myriadas talentorum imperaſſe Aſiaticis prodit, id
eſt, 200. millia talentûm, quæ reficiunt 120. milliones. Appianus, ἃ γὰρ ἔδοτε τοῖς ἡμετέ-
ροις ἐχθροῖς ἐν ἔτεσι δύο, ἔδοτε ἢ φόρος ὡς δέκα ἐτῶν, *quæ enim dediſti duobus annis noſtris ho-
ſtibus, ea ſunt tributa decem annorum.* Plutarchus, Antonio μυρίαδας εἴκοσι ταλάντων ἡ ἀσία
ἔδωκε, 200. *millia talentûm Aſia dedit*, id eſt 120. *milliones*. Zonaras prodit Baſilium Im-
per. Conſtantinop. habuiſſe in theſauris ducenta millia talentûm auri, quæ Lipſius eſſe C
vult mille, & ducentos milliones. Fugit eum ratio, vt videtur. Ea ſumma centum & vi-
ginti milliones reficit. Nam vt Lipſius ipſe rationem ponit cap. 2. lib. 2. de magnitud. Rom.
viginti millia talentûm reficiunt 12. milliones noſtros. Vnde ſequitur centum millia ta-
lentûm aſſurgere ad ſexaginta milliones, ducenta millia talentûm ad centum viginti mil-
liones. Quid cæteras prouincias auri pependiſſe credibile eſt. Dio ſcribit Auguſtum Pi-
ſoni copias, & publicos reditus in libro deſcriptos dediſſe, Agrippæ verò annulum, τάς
τε δυνάμεις καὶ τὰς κοινὰς προσόδους εἰς βιβλίον γράψας ἔδωκε αὐτόσων, τῷ ἢ ἀγρίππα τ' δακ-
τύλιον ἐνεχείρισε. Tacitus lib. 1. Annal. de Tiberio, cum proferri libellum recitarique iuſ-
ſit: opes publicæ continebantur, quantum ciuium ſociorumque, in armis, quot claſſes, re-
gna, prouinciæ, tributa, aut vectigalia, & neceſſitates, ac largitiones, quæ cuncta ſua ma-
nu perſcripſerat Auguſtus, addiderátque conſilium coercendi intra terminos imperij. Sue- D
tonius rationarium imperij, & breuiarium cap. vltimo vocat. De tribus voluminibus, vno
mandatâ de funere ſuo complexus eſt, altero indicem rerum à ſe geſtarum, quem vellet
incidi in æneis tabulis, quæ ante Mauſolæum ſtatuerentur, tertio breuiarium totius im-
perij, quantum militum ſub ſignis vbique eſſet, quantum pecuniæ in ærario, & ficis, &
vectigalium reſiduis. Seneca ep. 39. breuiarium illud ſummarium vocat. officia & appari-
torum ordines ex memoriæ, epiſtolarum & libellorum ſcriniis prodibant, l. vlt. C. de di-
uerſ. offic. Et eſt notitia ſcrinij, memoriæ, probatoriæ, agentium in rebus, Palatinorum,
ſacratum largitionum, rerum priuatarum, partis Auguſtæ. Item ſcrinij ſacrarum epiſto-
larum, ſic in officiis virorum illuſtrium præfectorum prætoriis, &c. Item ſcriniis ſacrorum
libellorum, ſic officij virorum (lego illuſtrium virorum) magiſtrorum militum vtriuſque
(militiæ addo) Præfecti orientis, & Illyrici, &c. Vectigalia, & tributa, fiſcique rationes, & E
largitiones quas fieri oportuit quæ in Auguſti breuiario continebantur, in ſcriniis cano-
num, & tabulariorum ſub comitibus largitionum, & rerum priuatarum erant. Fuit &
commentarius Principis in quo magiſtratus deſignati ſcripti l. 32. D. ex quibus cauſis ma-
iores. Abeſſe Reip. cauſa intelligitur is, qui ab vrbe profectus eſt, licet nondum prouinciam
exceſſerit, ſed & is qui exceſſit, donec in prouinciam reuertatur, & hoc etiam ad Procon-
ſules, legatóſque eorum, vt ad eos qui prouinciis præſunt, &c. & eos qui ad ærarium de-
lati, aut in commentarium Principis relati ſunt. Pub. Victor. prouinciarum memoriam in
Antoniana bibliotheca in nona regione vrbis conſeruatam fuiſſe ſcribit. Hic liber poſtea
laterculus dictus, qui minor & maior fuit. Notitia conſuetudinum 4. *ſcrinia laterculi ſacri*
ponit. καὶ τ' τεσσάρων σκρινίων τ' θείου λατερκέλλι. Iuſtinianus Nouell. 24. δοτεθῆναι καὶ τ'
θεῖον ἡμῶν λατέρκελλον τοιαῦτα θεῖα μανδάτα διακελευσαμένα, id eſt, *deponi eiuſmodi mandata
diuina iuſſimus apud ſacrum noſtrum laterculum.* Ibidem laterculenſes vocat λατερκελισίους, à

forma

A forma πλινθίου quadrata. Laterculus dictus, vt pugillares à forma litteræ Δ δελτοὶ, & δικτωτὰ βιβλία. *laterculum* οἰκειακὸν vocant, quia in eo latent domestica, & arcana. Nouell. 8. quatuor laterculi, Cedrinus, pag. 140. η παρ' ἕλλησιν ὀπτὴ πλίνθος λατερκουλον. ἦν δὲ πλίνθος δημοσία, ἐφ' οὗ τάτε τῶν βουλευτῶν, καὶ τὰ τῶν στρατευμάτων ὀνόματα ἀπεγράφετο, καὶ ἐγράφετο ἐπὶ τειχοῦς, &c. *Plinthum Græci vocant laterem coctum Erat autem Plinthus quædam publica in qua Senatorum ac legionum nomina inscribebantur, quadrata figura in muro Plinthus erat*: quidam titulum appellant, cum titulus non sit quadrangula figura, sed dignitatum præscriptio. A Romanis crassum & latum lignum matrix dicitur. Antiqui enim in ligno, corticibus, ac tabulis è libro tiliæ confectis scribebant. Sed de laterculo alio loco agimus. Abstineo. Fuit & Tabularium Cæsaris de quo Hygenus lib.de limitibus constit. Subcessiuorum omnium librum facere debebimus, vt quando voluerit Imperator, sciat quot in eum locum homi-
B nes deduci possunt, aut si coloniæ concessæ fuerint, concessa coloniæ in ære scribemus, Data, assignata, concessa, excepta, reddita, commutata pro suo veteri possessore, (id est, vt vetus possessor ea veluti sua haberet, &c. Libros æris & typum totius perticæ linteis descriptum secundum suas terminationes adscriptis finibus tabulario Cæsaris inferemus, & si qua beneficio concessa, aut assignata coloniæ fuerint, siue in proximo, siue inter alias ciuitates in libro beneficiorum adscribemus. Et quicquid aliud ad instrumentum mensorum pertinebit, non solum colonia, sed & tabularium Cæsaris manu conditoris subscriptum habere debet. Fuit igitur & tabularium, & beneficiorum liber, in notitia imperij, officium viri spectabilis Castrensis habet tabularium Dominicum, tabularium Dominæ Augustæ. Virgil.

C ——— *& populi tabularia vidit.*

Tabularium ciuitatis l.1.C.de exact.tribut. Vetus Inscriptio, Tarracone, ob curam tabularij censualis fideliter administratum. Cicero pro Archia. Hic tu tabulas desideras Heracliensium publicas, quas Italico bello incenso tabulario scimus periisse omnes. Vet.Inscriptio, tabular.rationis patrimonij Cæsarum. Fuit & tabularium Castrense in vet.inscript. à tabulario Castrensi, liber beneficiorum pars fuit rationarij imperij instituta ab Augusto. Beneficia dicebantur quæ ex substantia Principis donabantur, quæ à primiscrinio beneficiorum in officio Comitis priuatorum notantur, l.vlt.C.de quadriennij præscript.quia igitur multa scimus tam nosmetipsos quàm serenissimam Augustam coniugem nostram variis personis iam donasse, & vendidisse, & per alios titulos adsignasse, &c. & eandem liberalitatem ex nostra substantia siue serenissimæ coniugis nostræ esse confectam, sancimus
D etiam eos firma iura habere, quod consecuti sunt, &c. item edicto 5.cap.1.Iustiniani. Beneficiarij dicuntur beneficiorum scrinium tractantes, C. de episcop. & cler.l. Beneficiarij, vel officiales rationalis, si interuersa ratione fiscali ad ecclesias putauerint transeundum l.7. C.Theodos. de cohortalib. Lampridius in Alexandro Seuero, cogitabat secum & descriptum habebat, cui quid præstitisset. Idem, dabat autem hæc in beneficiis quæ famam eius non læderent.l.scriptura C.Theod.de testament.in vet.cons. Beneficia Principum citra cuiusquam iniuriam decerni solent l.1.C.de collat.donat. Indulgentiam verò memoratæ descriptionis, & in ante actum & in posterum tempus non solum in reuelatis, verum etiam in donatis, adæratis, transalitisque, seu quodlibet aliud nomen nouæ descriptionis excogitatum est, volumus obseruari, nullámque super his vnquam reliqua præteriti temporis relaxamus, sed nec in posterum quidquam innouationis, aut oneris adiiciendum esse cense-
E mus. Auctor incertus de limitibus, qui beneficium nostrum legerit, hoc obseruet, &c. Vet. Inscript. M.Vlpio Aug.lib. Phædimo D.Traiani August. A commentariis beneficiorum. Frontinus lib.2.de aquæduct.Beneficia sua princeps secundum modum commentariis adscriptum temperat. Vlpian.l.1.de censib. D.Berytensem Coloniam Augusti beneficiis gratiosam. Iabolenus lib. 12. Epistolωn. Beneficium Imperatoris quod à diuina scilicet eius indulgentia proficiscitur, quam plenissimè interpretari debemus. Alius fuit sub consulibus liber beneficiorum, in quem proconsules simul ac Romam redierant, tribunos, centuriones, contubernales suos referebant. Cicero pro Archia ad ærarium in beneficiis referre dixit. Beneficia item fuere promotiones ad altiores gradus. Beneficiarij qui promouentur beneficio tributorum. Vegetius lib.2.cap.7. Beneficiarius consulis, Prætoris. Suetonius in Tiberio cap. 12. per quosdam beneficij sui centuriones. Spartianus de Hadriano, qui Seruiam beneficiarium anteuenit. Magistratus facinora patrabant per beneficiarios suos, ideo Tertullianus beneficiarios coniungit cum curiosis. Liuius lib.4. Tribunos militum, dicta-

Multa de Beneficiarijs & beneficijs.

torum,& consulum ferme beneficia fuisse scribit,Val.Max.lib.4.c.7.ad equestrem ordinem & splendidæ militiæ stipendia P.Cælij beneficio peruenerat.Tacit.lib.4 Hist.æquatus inter duos beneficiorum numerus.lib.1.Hist. primores militum per beneficia Nymphidij,vt suspectos. Cæsar lib. 5. Ciuil. Equitibus paucis beneficiariis suis. Vet. Inscript. Beneficiarius Tribuni, deinde optio in Centuria. l.5. C. Theod. l. 7. de Cohortalib. Princip. Beneficiarios in eodem obsequio perseuerare volumus.Festus,Beneficiarij milites qui vacabant muneris beneficio, quales sunt in lege vlt. D. de iure immunitatis. Ouid. A

Digna est quam iubeas muneris esse tui.

Hæc beneficia libera Rep.à rectoribus prouinciarum concessa non aliter rata erant, quàm si idem rectores reuersi 30. diebus post rationes redditas sua beneficia ad ærarium detulissent,quod lege Iulia cautum, vt Cicero ad Messinium, Veget.lib.2.c.7.omnes consequuti aliquod munus in officio præfectorum beneficiarij, vel ordinarij vocantur. Tertul. lib. de fuga,Nescio dolendum,an erubescendum sit cum in matricibus beneficiariorum,& curiosorum inter tabernarios & lanios & fures balnearios,& aleones,& lenones Christiani quoque vectigales continentur. In actis S.Fructuosi,obseruantibus ex officio beneficiariis. Arcadius Augustus,qui beneficium nostrum legerit hoc obseruet,vt hęc signa vel termini 50. inter se pedes habeant. Dolabella, quæris si in lib.beneficiorum regionis illius beneficium alicui Augustus dederit. vide auctores finium regundorum, quos Rigaltius recensuit. Ad tabularium Cæsaris,de quo suprà diximus,pertinet breuiarium Imperij, de quo Sueton.in Aug. c. vlt. Breuiarium officiorum in Galba cap. 12.Dicitur & notitia. B

CAPVT XCVI. C

De Tributis Regni Galliæ.

Bona Regis Franciæ.

REx Franciæ duo genera bonorum possidet. Patrimonium, siue domanium, & indictiones. Patrimonium duplex est,alterum quod à parentibus hereditario iure Princeps accepit, alterum quod regni iure à Repub cõsequutus est.Cuiusmodi sunt ea quæ vernaculo sermone dicuntur,*Fiefs,droicts de fiefs,lots,vẽtes,quints,arriequints,rentes,censes, vsages tasques,droicts de iustice, amandes, confiscations, mainsmortes, aubeines, monnoyes, eaux & forests, ponts & passages, entrées.* & cætera iura, quæ regib. pro variis prouinciarum moribus attribuuntur. Budæus patrimonium principis, quod regni iure in portoriis, vectigalibus, emphyteuticis reditibus reponitur, quia stata & immutabili forma exigitur, veterum canonem esse putat, de quo abunde à nobis supra dictum est. A patrimonio quod à parentibus acceptum hereditario iure Princeps possidet, fundi patrimoniales dicti sunt, & res priuatæ,ex quibus iure priuato, non fisci modum pecuniæ, aut frumenti quotannis percipit, tit. de fund. Patrim. lib.11. C. quemadmodum in Imperio Romano alia fuere bona Cæsaris, alia fisci, alius procurator Cæsaris, alius fisci. Bona Cæsaris, quæ Cæsar aliunde quàm ab Imperio habuit,bona fisci quæ iure Imperij. In Gallia olim reges patrimonio vtroque contenti, nullis indictionibus subditos onerarunt, Ludouicus iunior sub annum 1167. cum grauiora tempora incidissent, vicesimam omnium redituum à populo exegit. Philippus pulcher centesimam, aut si res expostceret, quinquagesimam, & quintam mercium ac rerum venalium: Ioannes vicesimam indixit, Capite censis capitationem decem assium Turonensium in annum. Carolus quintus focarium, seu focagium in singulos focos,& tributum annuum quatuor francorum vt vocant singulis vrbium & suburbiorum incolis, & decem asses Turonenses rusticanis ac villaticis in capita. Carolus septimus decem & octo millia francorum tributi nomine primus indixit. Nostrates taleam vocant à talea, quæ lignum quadratum, ac tesseram significat, quod ex censu à possessoribus per partes æquo iure exigatur.Tributa autem Gallię Reges sine consensu, ac suffragio generalium regni conuentum instituere non posse iam inde ab ætate Caroli magni testatur Aymonius Monachus lib.4. cap.116. 117. Sub Ludouico vndecimo, & Carolo octauo, varia tributorum genera instituta sunt. Subsidia in primis, vulgo *Aides*. quibus vicesima pars pretij frugum, cæterarúmque rerum venalium, quæ intra regni fines veneunt, exigitur. Item, octaua, aut subinde quarta pars pretij vini heminatim, ac minutatim diuenditi. Quod genus tributi ab anno 1363. ad annum 1460. à Carolo D E

quinto,

A quinto, ſexto ſeptimo Galliarum regibus indictum eſt, quoties venditione aut permutatione res mobiles ad alium tranſirent. Quod vectigal olim fuit, hodie patrimonij munus, prædiis, ac poſſeſſionibus indictum pro cuiúſque cenſu. Alterum genus dicitur oblatio, ſiue conceſſio, *Ottroy*, quod generali Galliæ conuentu regibus id poſtulantibus indulgetur. Aymonius lib.4. cap. 116. 117. publicis conuentibus Carolum magnum oblata ſibi annua dona more ſolemni ſuſcepiſſe ait, qui mos à Cyro Perſarum rege ortus, ab Auguſto vſurpatus eſt, apud Sueton.

Tertium genus, ſuperindicta, *Creuës*, cum ſupra ſtatum ac legitimum tributi ordinarij modum aliquid indicitur. *Superindicta.*

Quartum mutuatio, *Emprunt*, cum mutui nomine ac titulo res à ſubditis aliquid exegit, quod à Romanis aliquando vſurpatum eſſe ſupra oſtendimus. In quo genere cum difB ficiliora tempora incidiſſent Syllam ne rebus quidem ſacris peperciſſe Plutarchus auctor eſt. Id mutui genus D. Ludouicus, Ioannes, & Franciſcus primus cum in hoſtium poteſtatem veniſſent, vt λύτρα perſoluerent, vſurparunt. *Mutuatio.*

Quintum Æquipollens, *Equiualent*, denarius vnus in libram piſcium, & carnium in Macello venalium. Item ſexta pars pretij vini quod non domi è priuato fundo reficitur, ſed hinc inde coëmitur à mercatoribus, vt diuendatur. Hoc genus vectigalis in Occitania ſubſtitutum eſt in locum viceſimæ mobilium venalium, qua ſe Occitani grauatos conquerebantur. *Æquipollens.*

Sextum, ſtipendium quinquaginta millibus militum alendis à Franciſco primo inſtitutum, quod exigitur ab omnib. oppidorum, & ſuburbiorum incolis, non item ab agricolis. *Stipendium 50. millibus militũ alendis.*

Septimum, ſtipendium ſuperindictum, *le Taillon*, quo ſuperiori militum ſtipendio aliC quid adiicitur, vt milites ſuo ſumptu viuant, ab Henrico 2. anno 1549. inſtitutum, ne militibus alendis villatici opprimerentur. *Stipẽdiũ ſuperindictũ.*

Octauum Annonæ, *Eſtappes*, militibus procedentibus, & munitiones ſtationariis exhibendæ. Vtrumque genus ad annonas militares pertinet, l. Annonam D. de extraord. crimi. & tit. de erog. mil. annon. *Annonæ.*

Nonum, pecuniæ, *Deniers communs*, ad vrbes arcéſque muniendas, à quo munere ne ſacra quidem domus libera eſt, C. de operib. pub. *Pecuniæ.*

Decimum Angariæ, & Parangariæ, *Leuées de cheuaux & chariots*, quod onus ipſi etiam clerici ſuſtinere coguntur, l. 2. C. de Epiſcop. & Cleric. l. munerum D. de muneribus. *Angariæ & parangariæ.*

Vndecimum portoria, *Traite & impoſition foraine*, viceſima ſcilicet pars pretij rerum omnium venalium, quæ extra regni fines exportantur. *Portoria.*

D Duodecimum vectigal ſalinarum, *Gabelle*, quæ vox Italica indictionem omnem, & præſtationem pro rebus mobilibus, aut ſe mouentibus ſignificat. *Vectigal ſalinarum.*

Decimumtertium, decima pars redituum Eccleſiæ, quam à clericis res exigit Romani Pontificis permiſſu. Item, dona gratuita, quæ difficili tempore Princeps à Clericis exigere poteſt. *Decima pars reddituũ Eccleſiæ.*

De his omnibus indictionibus ac tributis Generales Ærarij, ac Theſaurarij Principis, vulgo *Generaux des Finances*, cognoſcunt, noſtra ætate à Regibus inſtituti, qui ſupremæ curiæ titulo, vulgo *Cour des Aides*, inſignes, lites omnes ac controuerſias in hoc genere ita decidunt, vt ab iis prouocari non liceat, cum imperij meri ac mixti amplitudo illis attributa ſit, quorum ordo primùm, Lutetiæ anno 1380. inſtitutus eſt, deinde per reliquas Galliæ prouincias propagatus, honeſtiſſimo loco habetur, qui reſcripta ſuper exactionibus E tributorum quæ à principibus acceperunt, vt in Imperio Romano præfecti diœceſeon, & moderatores prouinciarum, ad eos mittunt, qui vulgo dicuntur Electi, quibus id muneris datur, vt onera tributorum in ſua diœceſi æquo iure partiantur. Electi decurionibus ſuæ Diœceſeos mandata Principis ſignificant. Decuriones de conſilio ciuium ac municipum, Diſcuſſores ac Peræquatores conſtituunt, vulgo *Aſſeeurs des Tailles*, qui opera Curialium in Imperio Romano vtebantur, vt ex cenſu cuiúſque munera diuiderent. Diſcuſſores, *Aſſeeurs*, collectariis id dant negotij, vt tributa exigant, & colligant, collectáque protinus ad ὑποδεκτὰς ſeu Receptores deferant, qui Cod. Theodoſiano, opinatores, tributarij, numerarij, palatini ſubinde vocantur, de quibus à nobis pluribus ſupra actum eſt. Vulgo Suſceptores particulares, *Receueurs particuliers*, quibus eæ partes datæ ſunt, vt regias pecunias per antigrapheas generales, vulgo *Controlleurs generaux*, recognitas cum pittacio ſubſignato ad ſuſceptores generales tutò deferant, vulgo *Receueurs generaux*, qui aurarij Suſceptores, aut tribuni ærarij dicti videntur, à quibus deinde aurum exactum, ad comitem

tem sacrarum largitionum, & ærarij regi præfectum, *Threſorier de l'eſpargne*, deportatur. Et A
ne fraus aliqua interueniat, Antigraphes, seu Antigrapharij, quasi Ephori, & Inspectores Susceptoribus adhibentur, qui omnia diligenter obseruent, recognoscant, & signent. Susceptoribus item institores, & Tabularij seu Chartularij adiunguntur, vulgo *Commis*, quasi substituti, qui operas suas Susceptoribus commodant, quorúmque factum susceptores præstant. Susceptoribus insuper adiunguntur Coactores, & opinatores Palatini, vulgo *Clercs des Finances*, qui Susceptoribus particularibus necessitatem deuehendæ ad Susceptores generales regiæ pecuniæ imponant. Comiti sacrarum largitionum, Antigrapheus, siue maior Antigrapharius adiungitur, ne fraus Regiæ pecuniæ fiat. Nostra ætate summi ærarij propositi, quos vulgo intendentes & superintendentes vocant Constituti sunt, quorum iudicio Regiæ Gazæ discutiuntur, probantur, dispensantur. Sunt præterea Thesaurarij partiũ fortuitarum, *des parties caſuelles*; Thesaurarij generales per prouincias, & præsides Thesaura- B
riorum. Thesaurarij militiæ, quos ærarios militiæ quæstores merito voces, quibus quasi ministri adiunguntur, qui stipendia equitibus soluunt, vulgo *Payeurs des Compagnies*. His adde si lubet Thesaurarios extraordinarios militię, & eorum institores, ac subſtitutos, seu vicarios, vulgo *Commis*. Sunt & Scribæ & actuarij Thesauri Regij, vulgo *Secretaires des Finances*, qui mandata & rescripta Principis super indictionibus ac tributis hodie conficiunt, ac signant.

CAPVT XCVII.

De Vectigalibus Regis Turcorum ex Chalcocondylæ libro octauo.

Vectigalia Regis Turcorum.

INTER Ianuę milites (Ianitzeros vulgo vocant) maximam potestatem C
duces obtinent, qui legati sunt & plęrumque assessores regis, & consiliarij earum rerum quæ ad regni curam spectãt. Ad hos enim pertinet redituum & tributorum administratio. Rationes & thesauros regios proprio sigillo signant, & confirmant. His ordine & dignitate proximus est scriba, ad quem rationes referunt redituum vectigalium & aliarum rerum quibus id negotij iniunctum est; hic rationes omnium quas deinde Regi & Ducibus proponit. Reliqui scribæ expediunt ea quæ ad scripturas ceteras, & regia programmata pertinent. Tributum quod Rex in Europa capit, complectitur nonaginta myriades staterum aureorum. Tributum hoc non Turci, verum alienigenæ pensitant. Nec enim fas ducunt, vt Turci tributum inferant. Verum hoc officium est, vt equis, armisq; instructi, vnà cum Rege in militiam eant. Decimas operum soli alienigenæ olim D
pendebant. Decimas hodie præter tributum quod Boscinam seu Bostinam vocant, soluunt vrbium Principes, Præfecti, militesq;. Is autem reditus Ianuæ militibus assignatur. Ouium item greges qui tributi nomine dantur, in ianuas abduci oportet. Pręter tributum etiam vectigalia non modica per Asiam & Europam habet Rex, quæ capit ab equis, camelis, mulis, & bubus. Hic reditus continet 30. myriades aureorum. Reditus quem inquilini soluunt ad 25. myriades assurgit. Ab armentis equarum, camelorum, & mulorum quæ Regis sunt, & vndique per regionem pascuntur, quinque aureorum myriades reficiuntur. A reliquis reditibus 20. myriades accipit. Maximus reditus est ex emporiis, traiecta, metallis, oriza, ære, alumine, & quinta parte mancipiorum. Traiectum & Pharum 20. myriades suppeditare aiunt. Reditus metallorum 10. myriades reficit. Ab oriza & aliis eius generis quæ ianuæ milites exigunt, & in Chasia secernũt, 20. myriades. Plurima enim Chasia & optima per Europam E
& Asiam habentur. Huc accedit tributum Principum & Regum quod pendunt tam indigenæ quàm alienigenæ. Id reficit decem & amplius aureorum myriades. Summa igitur vniuersorum redituũ qui ad Regem & ianuæ milites referuntur complectitur quadringentas, præter propter aureorum staterum myriadas. Est præter hos reditus & alius quem ferunt ineunte vere Præsides, Duces, Præfecti solemnia munera cum Rex in hostem mouet. Is reficit 20. amplius myriadas. Hę Regis pecunię comportantur ad Chasnam ex quibus stipendium accipiunt peregrini, & ianuæ milites, Caripides, Silictorides, Allophatzides, Spachides. Supereſt & alius reditus quem Principes, Duces, & Timarati per vniuersum regnum accipiunt. Hic reditus si addatur illi qui ad ianuæ milites defertur vniuersorum redituum summa excrescit vsq; ad myriades mille & quadringẽtas aureorum staterum Venetorum.

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM HVIVS operis copiosissimus.

A

Abacus pro escaria mensa. 187.a
Abimelechi Syriæ Reges appellati. 208.b
Abolla quid sit & vnde dicta. 496.b
Accensi scribebant. 564.b
Accensi ferentarij. 564.c
Accensi & Prætoris discrimen. 563.e
Accensus pro Optione. 564.d
Accensus relatus. 564.a
Accensius idem ac Præco. 563.d
Accensius vnde dictus. 563.c
Accessus nouus Senatorum. 386.a
Acclamatio militū sola tribuit alijs Imperium, alijs eripuit. 75.a
Acclamatio in conuiuijs. 179.b
Acclamatio Imperatoribus quomodo fieri solita. 163.a
Acclamatio Comiti priuatarum in publicum exeunti. 405.b
Acclamationes Consulibus designatis in senatu datæ. 33.a
Acclamationes & plausus. 163.a
Acclamationes populi ad Imperatorem à quibus missæ. 164.e
Acclamationes quanti æstimatæ à Iustiniano. 163.e
Acclamationes amicarum vrbium in renuntiatione Imperatoris. 164.b
Acclamationes Imperatoribus à subditis datæ. 78.d
Acclamationum genera. 165.a
Acclamationum formula. 164.e
Accubita quid sint, eorúmque inuentor. 184.b
Accubitor cubiculi. 661.c
Accubitor fundæ. 661.a
Accubitores duo Constantinopoli. 394.a
Accubitus vnde dictus & quid sit. 182.b
Accumbendi mos. 183.a
Acoluthus. 666.b
Acta populi Rom. 603.e.604 605.vbique.
Acta municipalia. 605.a
Actor summæ rei. 402.a
Actor Cæsaris quis. 417.d
Actuarij militares. 606.c
Actuarij. 603.e.604.605.sparsim.
Actuarius. 669.c
Actus quadratus. 614.e
Adhortatio Principum cum Consulatum inirent. 34.b
Adiutor Magistri officiorum. 397.b
Adiutores omnes Domestici dicti. 436.c
Adiutores quinam dicebantur. 597.e
Adiutorum pluralitas. 597.e.598.vbique.
Admissionales, Velarij, Cancellarij sub dispositione Magistri officiorum. 150.b
Admissionum proximi. 148.d
Admissionales. ibid.
Admissiones siue aditus ad Imperator. quibus paterent. 148.b
Admissionum Magister. 148.c
Adnotationes, epistolæ sacræ, & pragmatica Rescripti rationem habent. 236.e
Adnotatio quid significet, & Adnotatio sacra. 236.e
Adnumium quid sit. 668.a
Adnumiastes magnus. 668.a.b.c
Adoptio in bona & in nomen. 72.d
Adoptio noua. 72.e
Adoptio quid, & quomodo ab Imperatoribus fieret. 72.a
Adoptio in potestate Consulum, vt & præsidum. 469.e
Adoptio generalis quot modis fieri solita. 72.c
Adoptionum causa Pontificum cognitioni delata. 72.b
Adoptionis lex quæ. 72.c
Adoratio Imperatorum. 19.d
Adoratio mortuis Imperatoribus eadem quæ viuis ante funus exhibita. 21.b
Adoratio purpuræ. 22.a
Adoratio imaginum Imperat. 121.a
Adscensi qui & vnde dicti. 564.b
Adscriptitij. 564.c
Adscriptiui. ibid.
Adscripti milites. 343.d.e
Adscriptitij & Allecti Honorarijs oppositi. 343.b
Adsessores & Consiliarij Vicarijs Præfectorum pr. fuere. 363.c
Aduentus & honor Imperatorum. 223.d
Aduocati qui dicantur. 608.a.b.609.sparsim.
Aduocatus fisci. 422.e
in Æde lignea corpora Imperatorum exposita intuentium oculis. 222.e
Ædificiorum in montibus Romæ extructorum commendatio. 307.e.& 308.a
Ædificiorum Romanorum structura & altitudo. 321.a.b.c
Ædilatus. 644.c
Ædilatus an Romæ fuerit honor. 644.d.e
Ædiles Romæ non dabantur tutores. 644.d
Ædiles vnde appellati. 643.e
Ædilium munus. 644.a
Ædilitia vectigalia. 731.a
Ædium Romanarum amplitudo & superbia. 317.b
Ædium Romanarum mirabilis structura. 321.a
Ægypti prouinciæ. 300.c
Ægypti præfectus. 478.d
Ælius Verus Cæsarum nomen primus assumpsit. 9.b
Æmilia. 492.a.b
Æquipollens. 755.b
Æris vectigal. 742.e
Ærarij Romani opes. 750.e
Ærarium sacratissimum. 414.e
Ærarium quid & vnde dictum. 413.e
Ærarium sanctius. 414.e
Ærarium militare. 415.e
Æraria plura Romæ fuere, & quæ. 414.d
Ærario Rom. quinam olim præpositi. 416.b
Æthnici faces per dies festos accendebant. 229.a
Affatus sacri. 236.c

Index.

Africæ Prouinciæ. 302.c
Africanus Conſulatum recuſauit. 31.d
Agentes in reb. an neceſſarij. 589.c. & quare mitterentur. ibid.& d.
Agentes in rebus & frumentarij. 588.e
Agentes in rebus an & qui fuerint. 590.a
Agentes in rebus emenſo negotiorum tempore redibant ad Comitatum. 589.e
Agentium in rebus eximia dignatio. 591.b. eorumdem mos in auro capiendo. 591.d
Agentium in ſchola qui & quot fuerint. 590.d
Agger calcabili ſilice conſtratus. 510.b
Agmina foſſati in monocaballos diuiſa. 682.a
Agrarium ingredi cum Imperatore quibus conceſſum. 142.b
Agri quæſtorij qui vocentur. 697.e. 698.a
Agri aſſignati. 698.b.c.d.e
Agri variæ acceptiones. 699.a
Agri vectigales. 696.b.c.d.e
Alaba & Alabarche. 719.a.b
Alemannicon, tributum. 746.b
Alexandri Babilonem ingreſſus. 223.e
Alexandri magni cena ſumptuoſa. 191.b
Alexandri Regium capitis decus in flumen exciſum, ſaluatur à natante, ſed capitis damnatur & quare. 90.c
Alexandria metropolis Ægypti, maxima ciuitas & populoſiſſima. 334.c
Alexij renunciationis à militibus factæ deſcriptio. 77.a
Allagæ quid ſint. 666.e
Alimenta & de pueris alimentarijs. 557.d.e
Alithri. 589.b
Allecti qui, quidve Allegere. 592.d.e 593.a.b.c
Allelengion, tributi genus. 745.a
Alogator. 586.d.681.c
Alytarchæ. 739.e
Ambitus vrbis Rom. 307.b. & de portis eius. ibid.
Amenta quibus vinciuntur ſolearum lora. 106.c
Ameralius Protocomitem & Drungarium præcedit. 676.e
Amici principis qui dicti. 145.e
Amiræi qui dicantur. 677.a
Amphidromia quando celebrata. 260.a
Amphora. 613.a
Amplificatio vrbis Rom. 308.b
Anacalypteria dona. 256.b
Anaclinteria. 184.d
Anacliterium. 162.e
Anaſtaſius muri longi Conſtantinopolit. exſtructor. 328.c
Anaſtaſius Rex neceſſitate coactus Imperium deponere paratus, & quare. 89.e
Andronici Imperatoris creati triumphus. 90.b
Andronicus ſacro Chriſti corpori communicauit, cum renuntiaretur Imperator. 88.b
Angariæ & parang. leuees de cheuaux & chariots. 755.c
Angaria quid ſit. 577.c.755.c
Angari & Angaroforein. 577.a
Angarum quid. 577.d
Angeliaphorus eiuſq; dignitas. 462.a
Animalia pro equis ſumpta. 581.d.586.a.b
Animantia omnis generis in direptionem populo Romano obiecta. 115.c
Annona vnde dicta. 554.c
Annonæ eſtappes. 755.c
Annonæ præfectus vtilitatis cauſa conſtitutus. 547.c. eiuſdem cognitio. ibid.d
Annonæ diuiſor idem cum optione. 597.a
Annonæ diſtributio. 549.b
Annona & de annonæ nomine. 546.a.b.c
Annonarum ſpecies. 562.a
Annulus inſigne regum Sarracenorum. 209.c
Annuli à ſponſis puellis pro arris dati. 255.c
Annuli ſignatorij Imperatorum. 108.e
Anulorum aureorum ius. 643.c
Annus ſine Conſulibus ſub Conſtantino. 35.e
Annus nomen à Conſulibus ſortiebatur. 48.d
Anſarium vectigal. 747.e
Anthiſtenes Rodius mirandus in celebratione nuptiarum filiæ ſuæ. 255.b
Antinaulum. 746.e
Antiochia orientis matrix habita. 334.b. & pulcher orientis apex. ibid.
Antiquari. 442.e
Antiſagittator dux ſagittariorum. 673.e
Antoninus pius Diuus appellatus. 16.c
Antonini nomen quando eraſum. 23.d
Antonini funebres honores. 222.c
Apices ſacri. 238.c
Apicridium quid ſit. 333.e
Apoſtole, tributi genus. 732.a
Apoſtolus pro legato. 462.a.b
Apoſtoli ijdem ac nntij. 463.c
Apparere quid ſit. 565.a
Apparitio prætoriana. 361.e
Apparitorum officium. 566.b
Apparitio quando tolleretur. 362.a
Apparitores varij. 565.a
Apparitor. 564.d.e
Apparitores & prætoriani milites. 361.e
Apparitores in exigendis vectigalibus quomodo ſe gerere deberent. 720.e.721.a
Apparitura. 565.a
Apophoreta. 45.e
Aphopliſtæ. 609.e
Apocriſiarij miniſterium quando inſtitutum. 462.e
Apocriſiarij. 461.d.e.462.a.& ſparſim.
Appellabatur ſæpe à Conſulibus, & à ſenatu ad Principem. 523.a
Appellare à præfecto prætorio olim nefas. 362.b
Appellationes tempore Auguſti fuere infrequentes. 527.b
Appellationes quomodo fiebant. 527.a
Appellationes Regis, & βασιλέως. 3.d
Appellationum iudicia conſultationes dicuntur. 528.b
Aqua genitalis ad ſponſos lauandos. 256.e
Aqua luſtralis qua cibi expiari ſoliti, & à quibus. 181.e
Aqua & mappa in conuiuia à quibus dabatur. 172.e
Aqua rigida lauantur infantes Spartæ. 264.c
Aquæ ductus ſpontanea liberalitate à quolibet fiebant. 514.b
de Aquæ ductibus multa ſparſim. 512.d.e. 513. 514. 515. vbique.
Aqua regia & regij cibi. 167.e
Aquæ denominationes multæ & variæ. 514.d.e
Aquæ viginti Romæ numeratæ. 516.a
Aquam Nili & aquam auream quibus bibere licitum. 192.e 193.a
Aquas vendere Cenſorum fuit. 517.b
Aræ Imperatoribus & proconſulibus conſtitutæ. 10.d.e
Aræ in ſenaculo & curijs. 383.d
Arcadia vnde dicta. 479.e
Arcadius & Honorius, Beliſarius & Narſetes muros Romæ vetuſtate dilabantes reſtituerunt. 306.e
in Arca lapidea includebantur corpora Imperatorum. 212.e
Arcarij. 601.e
Arcariorum cura. 602.c.d
Arcarius quis propriè dictus. 603.b
Arcarum multitudo. 602.a.b
Archiatrorum comes. 477.e
Archidiaconus. 667.e
Architecti ſtatuis euertendis deputati. 126.a

Index.

Archon magnus. 662.c
Archontes qui. 667.c
Archontopulus. 662.d
Arcus triumphales Imperatoribus extructi. 64.e
Argentarij & alij multi artifices. 616.b.c.d.e
Argenteæ bullæ. 110.b
Argentum ex Publico Rectorib. prouinciarum distributum. 302.b
Aristophanis iocus in auiditatem Persarum. 195.e
Arithmetici. 446.c.447
Arma Imperatorum auro coruſca. 92.a
Armati Imperatores ſepeliebantur. 216.a
Armigeri qui dicti. 439.a.b
Arrugia, auri ſculptura. 720.c
Arſenius Patriarcha Micaheli diadema Imperiale imponit. 76.e
Artaxerxis ſiue Aſſueri conuiuij magnificentia. 195.a
Artes nefarias & ſuperſtitioſas ad theſauros inueniendos qui adhibuerunt. 420.c
Artifices veſtium & aliarum rerum. lege caput LXX. de procuratoribus Gynæciorum. 622.e.623.vbique
Artificum vectigal. 730.b
Artifices varij. 616.817.vbique
Aſini curſui inſeruiebant. 584.e
Aſſeſſores cur ab Imperatoribus aſſumpti. 233.e
Aſſeſſores Imperatorum amici appellati. 146.e
Aſſenſus Patrum in Senatu quomodo fieri ſolitus. 382.c
Aſſis ærei nota. 131.e
Aſtrum vniuerſi Roma. 315.d
Ataulphi cum Placidia nuptiæ. 252.d
Attali aduentus Athenas. 224.e
Attilæ conuiuium legatis Italis & Conſtantinopolitanis præbitum. 189.e
Attila legatos illuſtres requirebat, & ſuper hoc, reſponſum, Theodoſij redarguentis. 463.e.*ſub fin.*
Auditorium quid dicatur. 229.e
Auditorium & tribunal Præfecti pr. 364.e
Aue & ſalue formulæ ſalutandi. 19.e
Auertarius. 583.c
Aueſtiarius. 681.d
Augmenta & ſuperindicta. 618.a
Augmentum indictionale. 718.a
Auguſtalia, auguſtales ludi, ſacerdotium Auguſtalium. 206.c
Auguſtalium inſtitutio. ibid.
Auguſtanica. 479.e.480.a
Auguſta regina. 3.d
Auguſta Treuerorum Galliarum metropolis. 366.e
Auguſti præconia. 6.a
Auguſtus primus omnium, Deus appellatus. 11.b
Auguſtus Deorum fictor. 13.b
Auguſti funus. 17.e
Auguſti nomen Imperatores quidam repudiarunt. 22.e
Auguſti nomen quando ſibi ſumpſerint Imperatores. 23.e
Auguſti & Antonini nomina. 22.b
Auguſti nomen vnde ſumptum. 22.b.&c.
Auguſtus Antonio victo tribunitiam poteſtatem recepit. 26.e
Auguſtus morúmque legúmque regimen perpetuum recepit. 51.d.&e.
Auguſtus Dictaturam nudo pectore deprecatus eſt. 52.c
Auguſtus cognitionem famoſorum libellorum primus tractauit. 60.d
Auguſtus congiaria plebi non infrequenter elargitus. 111.e
Auguſtus ferculorum numerum ſtatuit menſæ Imperat. 177.b
Aula, aulica domus, &c. de quibus dicta. 143.a
Aula regia dicta & Aulici. 137.c
Aula pro comitatu & quid propriè ſit. 137.e
Aulici qui. 665.b
Aulici, Scholares, Cæſaréſque. 140.c
Aulici corruptiſſimi eorúmque deſcriptio. 141.b.c
Aulicorum pilei turbinati & ſerico tecti. 141.e
Aureata & bracteata ſedes. 44.a
Aureæ arx. 333.c
Aurei Regum calcei. 104.b
Aureliani Auguſti oſtentatio, aduentante Iuguntorum Scytharum legatione. e.463.d
Aurifodinæ ſeu aurariæ. 719.e
Auri quanta ſumma in ærario Romano. 415.d
Auri maſſa & augmenta. 721.e
Aurum Viceſimarium cur ſic dictum. 726.d
Aurum coronarium. 722. b. *eius appellatio vnde nata.* ibid.c.
propter quid impoſitum. ibid.
Aurum luſtrale. 729.d
Aurum oblatiuum. 739.c
Aurum negotiatorium. 740.d
Aurum à Conſulibus in plebem ſparſum. 46.a
Aurum ab ipſo Imperatore manu propria militibus diſtributum, numeratum. 116.c
Aurum in nuptijs pro ſportulis oblatum. 253.d
Aurum ſpargere ſoli poterant Imperatores. 112.b
Auſcultatores qui. 432.b
Authores recentiores Conſulum nomine abuſi. 50.c
Authoritas Principis integra in iudicijs. 523.b
Authoritas Præfecti annonæ. 554.b
Authoritas ſacra pro reſcripto accepta. 239.a

B

Bacilli quid ſint. 645.a
Baiuli, monitores appellati. 659.c
Baiulus magnus pædagogus eſſe creditur. 659.c
Balluca quid. 420.e
Baltheus Imperialis. 9.c
Banda quid ſint. 489.a
Baphia, Baphiorúmque procuratores. 618.c.d.e.619.620.621.vbique.
Baphiorum in oriente varietas. 621.b
Baphiorum procuratores. 102.c
Baracurius Rex Iberorum. 435.c
Barangi. 430.c.431.a.b
Barbari ſuos Principes Reges appellant. 3.d
Barbarorum ſtatuæ Conſtantino poſitæ. 123.b
Barbarorum iudicia. 233.d
Barca quid ſit. 553.a
Bardariotæ qui dicti. 430.e
Baſileopator. 673.a.b.c
Baſtagarum præpoſiti. 579.e
Baſtaga quid ſit. 579.e
Baſtagarij qui dicebantur. 579.d
Beliſarij de Roma ſententia. 309.e
Beliſarij Victoris ex Africa Byzantium reuerſi triumphus. 65. d. *mittit claues Romæ captæ ad Imperatorem.* ibid.e
Beliſarius Conſulatū iniit Conſtantinopoli geſſitque inter arma. 35.b
Bella à Conſulibus adminiſtrata regibus pulſis. 36.c
Belum quid ſit. 665.c
Benedictiones Imperatorum à quib. fieri conſuetæ. 87.d
Beneficia militaria. 629.e
Beneficiarij. 630.a.b
de Beneficiarijs & beneficijs multa. 753.d.e
Beritus ſecundæ Phœniciæ Metropolis. 334.b
Bibendi neceſſitas apud Græcos nulla, ſed ſitis ad arbitrium cuique ſatianda. 196.a
Bibliotheca Imperatoris Conſtantinopolitani cremata. 329.b
Bicolytæ. 609.e

Index.

Bigla Drungarius magnus. 487.d
Bigliaticum vectigal. 746.e
Bisantium vrbs Antonina vocata. 332.c
Bizantium vnde dictum, à quo conditum & quando. 332.a
de Bizantio seu Constantinopoli multa ex Georg. Codino & aliis. 332.& 333.per totum.
Blachernarum præfectus. 681.b
Blæso Tiberius nomen Imperatoris non inuidit. 2.e
Bombi. 163.b
Bona caduca quæ sint. 742.b
Bona publica quæ. 694.d
Bona Regis Franciæ duplicia. 754.c
Boues ad cursum adhibiti. 584.e
Boum vehiculo Galliæ Reges olim vehebantur. 584.d
Brambaricarij qui dicebantur. 616.a
Breuiarium & breuiarius. 239.d
Breuiarium Imperatorium. 339.a
Breuiatores quinam appellati. 239.c
de Breuiario quædam. 752.*sparsim.*
Breue epistolis subiunctum. 239.a
Britanniæ diuisio. 304.a
Brutiani pro cursoribus habiti. 575.e
Buccellarius. 541.d
Buccellarij appellatio de quibus dicta 541.e.*sub finem.* 542.a
Buccellarij, Mariandeni, & Paphlagones ad Turcas defecerunt, & quare. 541.e
Buccinatores cur in conuiuiis adhibiti. 179.c
Buccinatorum comes. 677.d
Bulgarorum Regis vestis. 105.c
Bulla & bullæ aureæ. 109.e
Bullæ Imperatorum quatuor genera. 111.a
Burgus quid, & vnde dictus. 376.a.b
Busta Imperatorum religione sacra fuere vt Mausolæa. 211.c

C

CAballarius. 672.a
Cadauera Romæ quandiu asseruata ante elationem. 217.a
Cadauera in aspectu Pontificis maximi collocari nefas ductum est olim. 26.c
Caduceatores non violandi, nemóque eis nocet. 466.c
Cæsar vnde dictus. 8.e
Cæsar Constantinopolim Francis eripuit. 654.e
Cæsaris nomen. 8.d
Cæsari ius coronæ. 564.e
Cæsariani qui dicti. 144.a.356.b.406.d
Cæsaris honores. 5.a
Cæsaris reditus è Gallia. 225.a
Cæsar Diui Iulij filius appellatus. 10.c.d
Cæsariani Aulici quinam appellati. 142.e
Cæsaris nomine qui insigniri voluerunt. 8.& 9.*ad finem.*
Cæsarum progenies in Nerone defecit. 9.a
Cæspitij extructio noui Imperatoris renunciationem arguebat. 84.a
Cæspitium tribunale in exercitu erigi solitum. 159.d
Calcei lunati, punicei, fulmentati, aurati, albi, tenues. 105.e
Calcei rubri Regi Lazorum, & chlamys alba. 97.e
Calceos aureos gestabant Reges. 104.b
Calceus Imperatoris campagus regius. 105.a
Calcei pro insignibus. 654.e
Calcei Imperatorum. 103.a
Calcei Senatorum nigri, non albi. 104.e
Calculones. 446.c
Calcitarius. 628.d
Calendarij Curator. 645.e
Calendarij & iduarij. 648.c
à Caliculis. 505.e
Caligula adoratus. 20.a
Caligula palam se Regem appellauit, diadema tamen gestare non ausus. 87.a
Caligula primus diademate impositio dominus appellatus. 86.d
Caligulæ templum. 15.b
Caligulæ principatus lætitia. 84.e
Caligulæ voracitas. 166.e
Camillus primus prætor institutus. 497.a
Caminia. 332.c.*vers. Eadem.*
Campagi, calcei regij. 104.b
Campanisticum, vectigal. 746.d
Campidoctor variis modis dicitur. 541.e
Campidoctores qui dicantur. 540.e
Canales arcuati. 517.b
Canales Romæ quatuordecim. 515.e
Cancellarius summus à secretis appellatus. 231.d
Cancellarius ministerium aulis Principum. 148.e
Cancellarios suos habuere Patricij. 354.e
Cancellarius, olim à secretis appellatus. 668.e
Cancellarij notioni Magistri officiorum subiecti. 150.b
Cancellorum nomen vnde natum. 148.e
Cancellarij electio. 149.e.*eius dignitas aucta.* 150.a
Candidati. 543.d
Candidati gradum attingere, militari honori dabatur. 370.e
Candidati ostensionales. 544.a
Candidati qui dicti. 371.a
Candidati principis. 544.a.b
Canes vertagi. 675.b
Canicleum quid. 395.c.658.d
Canonicarij Palatini. 556.a
Canon aurarius, delegationis emphyteuticus & alij multi. 556.d.e
Canon quid sit. 556.c
Canon, oblatio, & indictio in quo differant. 714.e.715.a
Canon largitionalis. 557.a
Canon largitionum. 738.a
Canon quid sit & canonica illatio. 737.e
Canonis nomen quando in vsu. 738.c
Canon publicus. 556.d
Canon frumentarius. 703.e
Canonicarij qui dicerentur. 555.e
Cantores in conuiuijs. 173.b
Cantores ad mensam Regis canentes. 181.d
Cantator. 541.b.c
Capeliaticon tributum. 746.a
Capillare vnguentum. 626.e
Capita hominum stipendio censa, ignobilia. 714.a
Capitatio quid sit. 712.d.e
Capitula grauia, id est, tributa. 712.e
Capitularij qui. 713.a
Capitulum & temo quid dicantur. 736.c
Capnicum. 643.b
Cappadociæ duæ. 298.c
Caput suum nonnulli pro incolumitate Reipublicæ deuouerunt. 70.d
Carnifex. 571.e
Caroli magni funus. 217.b
Carolus magnus, Francorum phylarcus. 374.b
Carpenti vsus apud Rom. Imperatores. 269.d
Carpentum, insigne Præfecti pr. 362.d
Carpentum quid sit, & quid differat à tribunali. 363.a
Carruca Imperatorum aurea. 97.a 269.d
Carrucæ gemmeæ. 270.a
Carthago Africæ Metropolis. 335.a
Cartibulum. 187.a
Castella quid significent. 516.c
Castella plumbea. 516.d.
Castella dicta conceptacula. 516.d

Index.

Castrenses qui dicti. 188.a
Castrensis munus. 188.d
Castra pro palatio & aula posita. 143.d
Castra castella dicta. 376.c
Catabulenses. 588.a
Catabulum. ibid.
Catholiciani. 406.d
Causia quid. 85.e.88.e
Causidicina munus est aduocatorum. 608.b
Causæ gratis agebantur. 606.b
Causæ cognitionis sacræ. 529.a
Cellarij & cellaria quid signent. 305.d
Celsitudo Imperatoria. 55.c
Cena famosissima. 170.e
Cena adiicialis, dapsilis, auguralis saliaris, ampla, magna, cerealis, capitolina. 165.d.e
Cenaculum, cenatio, diæta. 182.d
Cenæ nuptiales, natalitiæ. 166.a
Cenæ Persicæ delineatio, vers. Erat autem eiusmodi cæna. 191. b. c. d. e
Cenæ gulosæ Hortensij, Ausidij, Asinij, Vespasiani. 166.c
Censitores, alij à census agentibus multi. 711.c.d
Censio quinquennalis. 535.e.536.a
Censitor & census. 706.e.707.a.b
Censorum officium. 25.b
Censorum munus. 51.a
Censores dabant aut vendebant aquas. 517.b
Censuales publici officiales appellabantur. 607.b
Censuales qui dicantur. 606.e
Censualium munus. 606.e
Censura fuit omnium dignitatum apex. 51.a
Census vt agendus. 710.c.d.e.711.a.b
Census per prouincias agendus. 534.d.e
Census pro tributo. 689.e. sub fin.
Census agendi mos iuxta rei exigentiam Constantinopoli seruatus. 709.d.e
Census apud Rom. quid esset. 706.d.e.707.708.709. sparsim.
Census magister. 607.d
Census pro tributo. 710.b.711.d
Census, descriptiones iugerum & capitum. 707.b
Centenarij. 599.a.b.c.d
Centenarij qui dicti, & quid portus centenarius. 505.b.c
Centumuirale quadruplex vnde appellatum. 524.a
Centumviri. 523.d
Centuriæ vnde dictæ. 698.d
Centuriones. 672.d.
Cerei apud veteres Christianæ Ecclesiæ patres in quibus vsurpati. 228.d
Cereos Christiani à Mose mutuati, non ab Ethnicis. 229.a
Charatzum. 746.c
Chartarius, chartæ opifex aut negotiator. 451.a
Chartiaticum, tributi genus. 745.b
Chartularius acta legionum curabat. 604.c
Chartularius magnus. 451.b
Chartularius magnus philosophorũ Consulẽ subsequitur. 663.c
Chartularij, tractatores vocati. 451.c
Chartularij qui. 450.b. varij fuere. ibid.
Chartularij sacri cubiculi. 395.a
Chartularij spectabiles qui & quot. 394.d
Chelendia rubra. 106.e
Chirographum de recta fide à Principibus exigebatur. 75.e
Chlamys Imperatorum talaris. 98.a
Chlamys purpurea, auro intexta in prælijs ab imperatoribus armis imposita. 96.e
Chlamys purpurea, insigne imperij. 94.c
Chlamydes purpureæ solis Imperatoribus peculiares. 98.b
Chlamys vestis consularis. 42.e
Chlamys manuelis. 101.c
Chrysargyri exigendi munus amplum. 729.e
Chrysargyri vectigal. 728.d.e.729. sparsim.
Chrysotelea quid sit. 735.e
CHRISTVS *homines à feritate ad humanitatem traduxit, gladiosq; abiicere iussit.* 132.d
CHRISTI *corpori sacro communicabant coronandi Imperatores.* 88.b
CHRISTI *Domini oraculo & patrum consensu Principatus Ecclesiæ Petro & sedi Apostolicæ attributus est.* 326.b
CHRISTVS *censu capitis exsoluit.* 712.e. sub finem. & 713.a
CHRISTVS *denarium obtulit pro censu.* 707.a
Cibi in deliciis Principum habiti. 169.b
Ciborum in conuiuijs delectus. 167.d
Cicero pater patriæ. 312.e
Cicero primus pater patriæ appellatus. 29.d
Cidaris Regum. 86.a
Cingulum militiæ. 544.e
Cingulum Rectorib. datum. 302.a
Circum inibant recens creati imperatores. 97.b
Circus Constantinopolitanus. erratum corrigi in addit. 332.d
Circulus in quo vasa reponebantur ne mensa inficeretur. 185.d
Cizyceni qui dicti. 514.a
Clabula quid sit. 583.e
Clamydes Rectorum. 496.d
Clamys quid sit. 495.e
Clarissimi præsides quadragintaduo. 351.c
de Clarissimatus honore lege caput. XII. 344.345.346.
Clarissimorum prouinciæ ordinariæ, non proconsulum. & differentia eorum in multis. 470.a.b.c
Clarissimatus pro senatoria dignitate. 345.e
Clarissimi quidam pauperes, illustres diuites. 349.e
Clarissimi qui propriè dicti. 344.c
Classis frumentaria. 551.e
Classium numerus multus & varius. 552. sparsim.
D. Claudij templum. 15.c
Claudij Edicta viginti, vno die proposita. 236.a
Clauarium donatiui nomen. 113.a
Clauus quid sit. 385.b
Clauus à Senatoribus sumebatur in funere Imperat. 210.d
Cleopatræ conuiuium. 167.a
Clibanus, clibanium & clibanum. 372.a
Clinis quid sit. 257.c
Cloacæ Romanæ mirandæ. 321.d.
Clusuræ imperij. 375.d.e
Clupei, & clypei differentia & vnde dicatur vtrumque. 119.a
Clypeus Romanus. 312.a
Clypeium in neutro genere pro imagine. 118.e
Clypei pro imaginibus in scutis expressis. 118.c
Coactores tributorum. 690.c.691.d.
Coccinea chlamys Alexandri Seueri. 99.a
Coccini tinctura. 619.c
Codicilli in foro quandiu à consulibus accepti. 338.c.d
Codicilli, Probatoriæ vocantur. 338.e
Codicilli pro testimonijs amicorum bene gestæ prouinciæ. 337.e
Codicilli Perfectissimatus. 338.e
Codicilli ad eadem. 243.c
Codicilli sacræ literæ dicuntur. 338.b
Codicilli chartæ dicuntur. 338.a
Codicillus pro libello sumptus. 337.b
Codicilli Principis qui dicantur. 337.d
Codices quid sint. 337.a
Cognitor sacer qui dicatur. 529.c
Cognitio extraordinaria. 529.a
Cognitores. 528.e
Cognitoris & procuratoris differentia. 529.b
Cohors amicorum. 146.c
Cohortales qui dicti. 567.e
in qualibet Cohorte quot milites. 429.b

Index.

Cohortes prætorianæ & vrbanæ. 428.a.b.c.d.e
Cœlo aureo thronus Regius tegebatur. 158.e
Collatio glebalis. 738.d.e
Collatio Syriarchiæ. 739.e
Collatio & collecta pro tributo. 689.sub finem.
Collis Palatinus vnde dictus & à quo primùm munitus. 306.b
Collectarij qui dicti. 649.d.e
Collectarij. 692. sparsim.
Colonia Romana Constantinopolis appellata. 329.a
Color purpureus cur mortuis prælatus. 216.c
Colossus Cæsaris. 14.e
Columna solida ab Antonio statuta Parenti Patriæ. 11.b
Columellæ sepulchris addebantur cum titulo. 216.d
Comes Africæ limitaneus, 293.c
Comes Africæ primus inter milites limitaneos. 380.b
Comes formarum præfecto vrbi primus obediebat. 514.a
Comes lictoris Saxonici. 293.c
Comes Britanniæ. ibid.
Comes Italiæ. ibid.
Comes Illirici. ibid.
Comes Hispaniarum. ibid.
Comes Argento tarensis. ibid.
Comes domesticorum qualis, & an alius à Comite excubitorum. 427.c
Comes domesticorum equitum. 292.d.& peditum. ibid.
Comes rerum priuatarum,& eius officium. 292.c
Comes sacri patrimonij. 406.& 407.a.b.c.d.
Comes largitionum. 400.e. 401.a.b.c.d.e.402.&c.
Comes rerum priuatarum. 403.e.404.405.406
Comes sacrarum largit. 292.b. eius officium. ibid.
Comes metallorum per Illyricum. 720.b
Comes domorum Principis sub cubiculario. 394.d
Comes Domesticorum & excubitorum idem. 427.a
Comes & magister equitum præsentialis. 291.d.
eius officium. ibid.
Comes sacri stabuli. 473.e.474.vsque ad d
Comitatus sacer, venerabilis, sacratissimus. 136.d
Comes Domesticorum. 426 e
Comes consistoriani dicti Patricij. 346.c.d.e
Comites rei militaris duo. 351.b
Comites duo in oriente. 472.e
Comites scholarum qui dicantur & eorum onus. 474.d
Comites portus Romæ & Rauennæ. 701.b
Comites horreorum. 550.d
Comites qui dicti. 136.b.471.b
Comites illustres,eorumq; gradus. 473.d
Comites & Rectores prouinciarum fratres ab Imperatore vocati. 142.d
Comites ærarij,viri illustres. 351.d
Comites consistoriani. 229.c
Comites Ducibus præferebantur. 471.c
Comites & tribuni inter clarissimos numerati. 245.c
Comites variè dicti. 472.d.c
Comitia consularia sub Traiano. 33.e
Comitia è campo ad Patres per Tiberium translata,erepta verò ab alijs Imperatoribus & populo & Senatui. 81.c
Comitia quid sint,& quid in ipsis ageretur. 335.c.d
Comitiorum ordo à Cæsare turbatus. 336.e
Comitis orientis potestas & officium. 471.d.e.472.a.b
Comites sacræ vestis Eunuchi. 101.e
de Comitibus in genere. 470.e
Comitis formarum officium. 513.c
Comites primi, secundi, tertij ordinis. 473.a.b.c
Comitis commerciorum officium. 477.d.
Comitis orientis insignia. 342.a
Comitum nomina,scripta penes fiscum. 471.b
Comitis vox,ad varios magistratus relata. 471.b
Comitum pluralitas. 476.c.d.e.477.vbique,478.a.b.c
Comitum scholarum authoritas quanta. 476.b
Commentarensius. 595.b
Commentarius Principis. 359.d
Commentarienses. 594.e.595.vbique
Commerciorum quatuor comites. 477.c
Commeatus pro palatio. 143.e
Commerciorum comites quatuor,& qui. 744.b
Commissarij qui dicti. 647.b
Commonitorij forma. 238.a
Commonitorium quid,& variæ ius appellationes. 237.e
Comœdiam post cœnam adhibuêre priuati. 176.c
Compotationes à Regibus vsurpatæ. 193.d
Comparatio Romæ cum mari. 315.e
Concædes & concisa quæ dicantur. 380.a
Concentus populi Romani Imperatoribus datus. 163.d
Conchi leguli qui dicantur. 620.e
Concordiæ templum. 383.c
Congiaria populo ab Augusto data. 111.e
Conostaulus magnus. 658.a.b
Consecrare quid sit apud Græcos. 11.b
Consecrationis origo apud Romanos. 11.c.& apud.Græcos.12.b
Consecratio non nisi authoritate senatus fiebat. 11.d
de Cõsecratione si quid desideretur legatur cap 6.& 7.f.11.12.
Concessus locus in conuiuijs Imperatorum. 172.d
Consiliarij monitores dicti. 147.c.d
Consiliarij administrantium socij. 147.d
Consilium secretius ac sanctius. 231.c
Consilium Imperatoris iudicantis. 233.a
à Consilijs apud Getas. 233.d
Consistorium Imperiale quid sit. 229.b
Constantinopolit. Imperatores maiorem natu filium Imperatorem renunciare solebant. 76.d
Constantinop. Imperatores creati cur in circum delati. 83.c
Constantinopolis noua Roma dicta. 305.e
Constantinopoleos descriptio vt est in Notitia. 330.a
Constantinopolis siue noua Roma. 324.b
Constantinopol. longitudo, latitudo,eiusque, descriptio. 325.a.b
Constatinopolitani Senatus institutio eadẽ quæ Romani. 325.c
Constantinopoleos encomia. 326.c
Constantinopoleos vbertas. 327.a
Constantinopolis omnium regionum & vrbium Regina clarissima. 324.d
Constantinopolis æmula Romæ. 326.d
Constantinopolis,megalopolis appellata. 326.d
Constantinopolis,Protopolis appellata. 326.e
Constantinopolitani ciues,oculus totius terræ habitabilis. 329.e
Constantinopolitani Imperij officia.legatur liber octauus. 653.
Constantinopolitani populi concursus, Imperatore aliquo procedere volente. 226.c
Constantinopolitani Imperatoris & Persarum Regis mutua regendi imperij significatio. 77.d
Constantini funus diligenter expositum ab Eusebio. 218.a
Constans Constantini filius Romam veterem imperium transferre voluit. 327.d
Constantinus consul factus. 89.c
Constantinus multa Constantinopoli priuilegia reliquit. 326.e
Constantini corpus honoratum Constantinopoli. 219 e
Constantinus Magnus noluit appellationes Deo proprias sibi attribui. 16.d
Constantinus purpura patris indutus dilecti Deo patris corpus cum efferretur vnà cum amicis tumulum produxit. 75.d
Constantinus magnus,& Iustinianus magnificis operibus,maximè verò templis Constantinopolim ornauerunt. 329.c
Constantinus filijs suis cultus Dei semina instillabat. 264.a
Constantinus inuentor comitum. 1.2.& 3.ordinis. 473.b
sub Constantio annus sine consulibus. 35.e
Constitutio vectigalium aut locatio ad quos pertineret. 748.b
Constitutiones sacræ. 236.d

Index.

Constitutio tremenda maximi Constantini de nuptijs Imperatori Romano contrahendis. 251.d
Constitutionibus & edictis Imperatorum dies & Consul adiungebantur. 235.d
Consuetudines idem aliquando ac tributa significant. 721.c
Consul philosophorum proximè logothetam sequitur. 663.c
Consulare fastigium. 37.b
à Consularibus qui dicti. 489.d
Consulares qui dicti, & quem ordinem inter Clarissimos teneant. 489.b.c.d
Consulares clarissimi in oriente. 490.b
Consulares quot admissi à notitia imperij. 490.a
Consulatus à Romanis altæ senectuti prælatus. 31.b
Consulatus ab Imperatoribus collatus postulantibus, & quare. 45.d
Consulatus fulgor appellatus. 38.d
Consulatus perpetuus ab Imperatoribus gestus. 44.d
Consulatus insignia. 42.e
Consulatus antiquus quare laconicus dictus. 30.d
Consulatus Romanus à Cæsare in regnum mutatus. 5.d
Consulatus Imperatorum, & consules. 30.d
Consulatus honorarius Clericis Romanis delatus. 50.d
Consules quo ætatis anno creabantur. 49.d
Consules ab Imperatoribus creati. 38.a
Consules edebant ludos. 46.b
Consules aurum in plebem spargebant. 46.a
Consules transuersa charta literas mittebant. 241.c
Consulis Constantinopolitani septem processiones ostentandæ munificentiæ causa factæ, & quando 46.c. & d
Consule Magistratum ineunte Ianus lauro coronatus. 36.d
Consules edebant conuiuium, primo Consulatus die, Senatoribus & equitib. Rom. 50.a
Consules gratias Imperatoribus agebant. 45.b
Consulis nomen de pristina dignitate deiectum. 50.c
Consulum vota priusquam paludati in hostes exirent. 69.e
Consulum differentiæ sub Imperatoribus. 37.b
Consulum quorundam erasa nomina. 35.e
Consulum Insignia, quæ. 341.d
Consulum sellæ duplices. 43.b
Consulum fasti. 47.b
Consulum munus. 48.d
Consulum dignatio quanta olim apud Romanos. 30.e
Consulum ornatus, imo & Imperatorum, à pagina 38. ad paginam 42. inclusiuè.
Consultatio super Cæsare vetita. 61.c
Conuiuæ inuiti, Imperator. mensæ accumbere coacti. 179.e
Conuiuia eodem cultu priuatis quo Imperatoribus olim exhibere non licuit. 170.d
Conuiuia ampla & assidua. 177.e
Conuiuia lauta & opipara. 165.c
Conuiuia Persarum. 191.b
Conuiuij Attilæ graphica delineatio per Priscum 189.e. & 190.a.b.c.d.e
Conuiuium in nuptijs vsurpatum. 255.a
Conuiuijs Imperatorum quinam adhiberi soliti. 172.b
Conuiuij Imperatorij forma. 171.c
Conuiuij ministerium graphicè depictum. 178.b.c.d.e
Conuiuij magnificentia, luxúsque Iuuenum in renuntiatione Iustini Imp. 171.e
Conuiuij exquisitissimi luxus & ordo. 169.c.d.e
Conuiuium à Consulibus editum Senatoribus & equitib. Rom. 50.a
Conuiuij regij apparatus graphicè depictus. 168.d
Conuiuium Alexandri Seueri. 177.e
Conuiuium Militare. 172.c
Copiatæ. 628.e
Coquinæ apparatus à quo primùm institutus. 174.e
Cornicularius. 230.b
Cornicularij quorum iurisdictioni obnoxij. 594.c
Cornicularij vnde dicti 593.d. eorum merces. ibid.e
Corona ouata quare sic appellata. 92.c
Coronati Imperatores statim in circum ibant, seq; populo spectandos præbebant. 74.e
Corona pro infula. 244.e
Coronæ à Regibus ad amicos transmissæ. 194.d
Coronam auream qui patres filijs, aut filij patribus imposuerunt. 73.d.
Corona ab Imperatore in seditione abiecta. 89.e
Coronæ quernæ ciuicæ in nummis expressæ, & quare. 131.b
Coronæ capitibus sponsorum & sponsarum impositæ. 252.b.c
Coronæ ius penes Sebastocratora. 654.d
Correctores quibus inferiores, quibus æquales. 492.d
Correctores inter Clarissimos tertium locum obtinent. 492.c
Correctores in Italia quando instituti. 492.e
Correctores duo clarissimi. 351.c
Correctores, Consulares & præsides clarissimi appellati. 491.a
Corpora Imperatorum purpura induta ante elationem. 215.d
Corpus Imperator. modò erectum, modò decumbens proponebatur. 223.a
Corpus mortui Augusti Senatus humeris in campum quomodo elatum crematumque. 210.e
Corpora Romæ plura, & quæ. 625.e
Corporati. ibid.
Corte quid sit. 139.e
Cortelini. 588.b.c.d
Corte & Cortinarij. 685.b
Cornicularij honos. 594.a
Cotyle. 612.c.d
Cralis gener Andronici. 89.d
Crassius notatus ignominia. 2.c
Creati Imperatores statim in Senatum, mox in castra prætoria quare se reciperent. 81.d
Creatio Consulum ab Augusto Roma excedente permissa populo. 336.b
Crepidæ aut soleæ Imperatorum calcei interdum fuere. 106.a
Crepidatus Domitianus. 105.e
Crimen læsæ maiestatis. 60.e
Crimen maiestatis sub Tiberio nummos imagine Tiberij signatos in culinam ferre. 62.c
Croci vsus in nuptijs. 258.a
Crotalistriæ & citharœdi in conuiuijs adhibebantur. 176.b
Cruces tres rubræ in fronte bullæ præscribi solitæ. 110.e
Crucis effigies in aëre visa Constantino, verbaq; in ipsa subscripta. 503.d
Cruciarij Natalibus Imperatorum detracti è cruce, manusq; carnificis feriebatur. 202.b
Crux in nummis à Constantino excussa. 132.a
Cubiculi sacri præpositus, eiusq; dignitas. 393.d
Cubiculum Imperatoris, templum. 161.e
Cubiculum Principis cancellis & velis septum. 137.a
Culina Augusti in campo martio. 211.b
Culinarum ars. 174.e
Curagendarij ijdem ac Curiosi. 581.c
Curator diuersorum negotiorum. 645.e
Curator operum publicorum. 531.c
Curatores vrbium & aliarum rerum. 518.519. vbique sparsim.
Curatores Tiberis & cloacarum. 511. vbique.
Curatores extraordinarij instituti. 646.e
Curatores apud Romanos qui dicantur. 411.e
Curatores horreorum. 550.d
Curatores viarum & vicorum. 508.509.510. vbique.
Curatorum multitudo varia. 512.a.b
Curiæ ciuitatum. 633.d.e
Curialis & Principalis idem. 632.c
Curiales qui appellabantur. 632.d.e
Curiales, simpliciter honorati dicuntur. 633.a

Index.

Curialibus vici erant curæ. 637.a
Curialium electio & nominatio. 634.e
Curiosi qui appellati. 581.c
Curopalatæ plures. 660.e
Curopolates Architectus appellatus, cui cura palatij demandata. 150.d
Curopalates Regijs officijs præest. 660. c. dictus Architectus. ibid.d
Curopalatissa. 660.e
Curopalatis munus. 150.c
Curru Alexandri vecti præsides. 495.b
Currus Imperatorum triumphantis. 64.b
Cursores multi. 576.c
Cursores ante exercitum excurrere dicuntur. 677.e
Cursores à pedibus. 590.b
Cursores qui dicantur. 575.d
Cursus publicus. 577.b
Cursus publicus apud Turcas exercitus. 586.e
Cursus publici cura ad quem spectabat. 581.e
Custodes ex Illirico. 432.e
Cyathus. 612.d
Cylibantum vnde dictum. 186.e
Cymbrorum & Scytharum durior disciplina. 264.b
Cynegus qui. 674.b
Cynnabaris. 110.d

D

Dalmatiarum Princeps. 536.e
Damnatorum bona ad fiscum pertinentia. 420. e. & aliàs in ærarium illata. ibid.
Dapes siculæ. 166.a
Decadarchæ. 535.c
Decani. 628.a
Decennia, vicennia, & tricennia quid significent. 198.a
Decenniorum celebratio. 199.c
Decemuiri qui. 524.b.c
Decima hæreditatum soluta pro tributa. 725.b.c
Decimæ votæ Dijs. 702.a
Decreta senatus Rom. veluti leges censebantur. 381.e
Decumæ quid significent. 702.c
Decumæ vini & olei. 702.b
Decumæ in genere. 701.c
Decumarum varietas. 702.a
Decurionum allectio. 634.a
Decurionum honores, onera. 636.d
Decurio tantùm ad Ædilis dignitatẽ prouehebatur. 644.a.b
Decuriones vnde dicti. 632.e
Decuriones tributa & distributiones administrabant. 636.e
Decuriones serui potius quàm Reip. nerui. 636.d
Decuriones qui dicebantur. 692.a
Decurionis filius adigebatur ad decurionatum. 637.c
Decurionum electio. 638.d.e
Decurionum priuilegia, insignia & desitio. 637.d.e
Defensores ciuitatum ex quibus & ad quid electi. 641.a
Defensores quomodo se suis officijs abdicarent. 641.e
Defensor verus. 642.d
Defensores ciuitatum Curatores appellati. 634.d
Defensores defendunt procursores. 677.e
Defensorum electio. 635.b
Defensorum munus quinquennio definiebatur. 634.c
Defensorum variæ appellationes. 636.b
Defensorum tempus atque cura. 641.b.c
Defensor ortodoxus. 642.a
Defensorum notio, & creatio. 642.b
Delegationes. 629.c.d
Delegationis canon 556.d
Delphica quid sit. 180.a
Delphica marmorea. ibi d.e
Delubra deûm fuere hominum mausolæa. 217.c
Demetrio Phalereo statuæ cccIx. dicatæ, extemplò laceratæ. 125.c.
Demosthenes mensæ Regiæ præpositus. 181.c
Deputati qui vocantur, eorúmque diuersitas. 450.c.d.e
Deputati plures. 624.c.d
Deputati alacres ex quolibet ordine. 624.c
Deputati armorum fabri dicti. 624.b
Descriptio Constantinopoleos. 325.a.b
Descriptio magistratuum & prouinciarum imperij occidentalis per Constantinum mag. 291.a
Descriptio portus Ostiæ. 311.a
Descriptio Constantinopoleos secundum Notitiam. 330. a.b.c.d.& 331.ad finem vsque.
Descriptio Romæ. 309.b.c
Descriptio globalis. 738.d.e
Descriptio templi Iani. 310.e
Descriptio magistratuum & prouinciarum à Constantino magno. 290.a
Descriptio prouinciarum ab Hadriano & Augusto. 289.d.e
Despotæ qui. 653.a.b.e
Deuotio de subditis, Maiestas de Imperatoribus. 63.b
Diadema cum corona aurea iunctum. 92.e
Diadema à quo repertum. 86.b
Diadema & corona. 85.b
Diademate quis primus Romæ vsus. 85.c
Diadema ambientes Imperatores quinam recusarint. 87.a
Diadema strophium vocatum. 88.e
Diathretarij. 616.e
Dibellium quid sit. 669.e
Dicaballi. 430.e
Dicæophilax rationali gregum substituitur. 666.a
Dictatura perpetua Iulij Cæsaris. 52.c
Dictatoris nomen deprecatus est Tiberius. 1.b
Dictiosi in cenis. 173.e
Dierum nuptialium appellationes. 256.a
Dies lustricus Infantium Imperatorum. 260.c
Dignitas muneraria. 401.c
Dignitas patriciatus filium à patria potestate liberat. 353.a
Dignitas Præfectoria secunda ab Imperatore ante Constantini legem. 357.a
Dignitas Cubicularij Imperatoris. 393.e
Dignitates Aduocatorum quando inciperent. 608.e
Dignitatibus apud Imperatorem cum cingulo & gladio apparere licebat, non hominibus priuatis. 133.e
Dignitatum gradus infimus in Imperio Romano in Egregiis stetit. 343.e
Dignitates Imperij Constantin. sub postremis Imperatoribus ex Codino & aliis. 293.e
Dignitates gratis datæ, & quare. 304.d
Dignitas præfecti prætorio quanta ex Iosepho. 358.e.359.a.b
Digressio Authoris non illaudabilis ab Instituto. 165.c
Dij quatuor nascenti Imperatori filio præstites, & qui. 261.a
Dijs mortuum cernere nefas. 214.c
Diligentia vel potius sæuitia vectigalis exigendi. 723.c
Diocletianus Dominus dictus, adoratus, appellatusq; Deus. 19.e
Diœcesis quid sit, & diœcetæ qui dicantur. 295.a
Diœceses orientis quæ sint. 295.c.& occidentis. ibid.
Diocletianus à militibus Imperator renunciatus. 74.e
Diœcetæ qui dicantur. 683.a.b
Diplomata vnde dicta. 240.c
Diplomata pro literis à Principibus emissis. 239.e.240.a.b
Diplomata quid sint. 578.c
Diplois quid sit. 496.a
Diptycha, sportulæ, apophoreta, missilia in plebem spargebantur. 45.d
Diptycha sacra, diptychi libri. 240.e

Index.

Diptychum eburneum. 45.e
Diribitores. 291.b
Disciplina Palatij magistro officiorum delata. 396.e
Discrimen inter cognomina Principum. 4.b
Discussores qui dicantur. 424.d.e
Distributio Constantinopoli fieri solita. 113.d
Distributor obsoniorum. 557.c
Dissignator conuiuij. 182.d
Diuina motu perpetuo gaudent. 3.a
de Diui nomine. 10.c
Diuinitatis tituli fuere Imperatoribus adscripti. 16.e
Dizabulus Chaganus magnificus in excipiendis Romanorum legatis. 464.b
Domesticatus quid. 436.d
Domestici varij. 436.c
Domestici plures in palatio. 659.e
Domestici magni dignatio. 656.b. *Militiæ terrestri præfectus. ibid.*
Domestici equites, pedites protectores. 434.a.435.c
Domestici & stipatores. 434.d.435.436.437.438
Domesticorum schola quotuplex. 437.e
Domesticorum varia genera. 438.e
Domesticorum Comes nobilissimus. 427.c
Domesticorum & Protectorum dignitas quanta. 436.a
Domesticus mensæ. 436.c
Domesticus scholarum. 665.a
Domesticus, proximus à Protouestiarite. 659.e
Domesticus ecclesiæ. 436.e
Domesticus Thematum. 680.b
Domina quæ propriè diceretur. 56.c
Domina pro Imperatrice. 653.b
Domini titulum Imperatores quidam repudiarunt. 56.c
Domini nomen ad plebeios delatum. 56.d
Domini appellatio tanquam maledictum repudiata ab Augusto & Tiberio. 56.e
Dominus qui dicebatur. 624.e
Domitiani cena. 168.d
Domitianus viuus, Deus dictus. 15.d
Domitianus adoratus. 20.b
Domitianus Germanici nomen assumpsit. 56.a
Domitianus crimina maiestatis in arena colligebat, seque despici in contemptu gladiatorum suorum interpretabatur. 62.c
Domus Principis Regia appellata. 137.b
Domus, purpura nomine, partui Reginarum consecrata. 107.c.d
Domus sponsi in nuptijs coronata. 250.d
Domus Romuli palatium dictum à loco vbi sita. 143.c
Dona solemnia. 45.e
Dona varia in conuiuio. 177.d
Donatio Constantini magni & Papæ Rom. Διοκρατόρια. 317.e. *eiusdem tenor.* 318.a
Donatiuum Augustaticum. 113.e
Donatiuum quibus datum. 111.d
Donatio Constantini Papæ Siluestro. 90.e.91.a
Doriphororum dignatio. 437.e.438.a.b.c.d
Dorixenus legatus. 500.e
Dromitutor. 412.d
Dromonarij qui dicti. 553.b
Drungarij classis dignitas & officium. 487.e.488.a.b
de Drungarijs & Drungis. 487.b
Drungarius ius gladij habuit. 521.d
Drungarius magnus. 679.a.b
Drungus quid significet. 487.b
Drungorum multitudo Constantinopoli. 487.c
Drusi funus, cineréſque eius à quibus portati. 211.a
Duumviri nauales. 538.d
Ducenarij tributorum exactores. 600.b
Ducenarij vnde dicti. 600.c
Ducenarij quando possint debitores conuenire. 720.c
Ducenarij procuratores. 599.c
Ducenarij & centenarij. 599.a.b.c.d
Duces in perpetuum creati eorúmque salarium. 486.c
Duces Præfecti militum apud Tacitum. 484.d
Duces inter Clarissimos primas obtinent. 484.b.c
Duces rei militaris duodecim. 351.b
de Ducibus multa & varia. 484.485.486.*vbique.*
à Ducibus qui sint. 489.d
Ductor exercitus 664. *vbique. variæ eius sunt appellationes. ibid.*
Duumviri. 634.c
Duumviri, Magistratus municipales vocantur. 638.c
Duumvirûm potestas. 639.b
Dux magnus inferior Cæsare. 655.e

E

Ecclesiæ principatus Petro & sedi Apostolicæ datus. 326.b
Ecclesiarum defensores. 642.c
Edicta Præfecti pr. an obseruarentur. 367.e
Edicta Imperatoris, edictum, & edicere quid sint. 235.b.c
Edicta à Principe proponenda dictabantur à Quæstore. 399.c.400.a
Edicto Patres in Curiam vocati. 236.a
Edictum perpetuum, & à quo digestum. 235.e
Egregius tantum inter notarios recipitur. 445.c
Egregius, bonus & innocens habebatur. 344.a
Egregij & Egregiatus dignitas. 343.e. *& qui fuerint supra Egregios. ibid.*
Electio Decurionum & Magistratuum municipalium. 638.d.e
Elephanti turriti. 270.c
Ellebuchus. 435.c
Embola felix quid sit. 553.e
Embolicæ species & quid Embola. 723.a
Encænia templorum in sacris literis celebrata. 203.b
Enœcium. 737.c
Ensem, aut pugionem nudare, præsentibus Imperatoribus, nemini licebat. 132.d
Ensis nudus Imperatoribus prælatus. 134.d
Ensis Imperat. à præfectis cubilarij gestatus. 133.b
Ensis & pugio Imperat. 132.b
Ensis præfecto prætorio ab Imperatore tradebatur. 133.c
Eparchus proximus à Papia. 678.e
Ephesus totius Asianæ Metropoleos. 334.c
Epicombia in populum sparsa. 93.a
Epicombia in populum iacta, vncto Imperatore. 114.b
Epiphaniæ dies. 228.a. *sub fin.*
Episcopi olim Imperatores coronabant. 90.e
Episcopi orientis Romanam sedem agnoscunt, & quomodo. 325.e
Episcopi & viri, Principes tantùm salutabant, osculabantur, non adorabant. 21.a
Epistola formalis. 237.d
Epistola pro rescripto Principis vsurpata. 237.c
Epistolæ sacræ. 238.c
Epistolæ, edicta, ac rescripta Imperatorum Latinè sæpius proponebantur, & quare. 457.b
Epistolæ Imperator. à quibus compositæ. 456.b
Epistolæ Latinæ. 457.a
Epistolæ Principis eædem cum literis ac rescriptis. 238.a.b. *variæ earum appellationes. ibid.*
Epistolarum Imperatoriarum verba. 242.b
Epistolis amicorum oscula data. 247.e
Epistulares vnde dicti. 455.c
Epithalamium Gallieni inter centum pœtas præcipuum. 256.b

Index.

Epitheta Cæsaris. 7.d
Epulæ trifariam dispertitæ per Vitellium. 170.e
Epulum à Magistratibus datum. 171.d
Epulum publicum natali filij Imperatoris die donatum. 259.d
Epulum Antiochi. 167.e.& 168.a
Epulum plebi Natalib. Imperatorum datum. 201.c
Equestres statuæ. 119.d
Equestris statua Constantini in Strategio. 123.e
Equi veredarij à quo instituti. 576.e
Equi curatoricij & curules Imperatorum. 268.d
Equi & animalia promiscuè accepta. 581.d.586.a.b
Equis Consulum insignia fuere consularia. 265.e
Equistratores & Equisones. 267.c
Equites administrandis Imperij negotijs per procuratores præpositi. 408.e
Equites pro vexillis, imagines Imperatorum sequuti, in ipsa solemni equitum transuectione. 221.c
Equus Regius. 265. *de eius ornamentis. ibid.* 266. *a.b.c.d*
Equus regificè & sumptuosè ornatus ab Imperatore Constantinop. Patriarchæ donabatur. 267.e
Ergasteriacon, tributum. 746.a
Erinna Poëtria scitè canit laudes Romæ. 313.a.b.c
Etæriarcha magnus. 679.c.d
Etæriarchæ duo. 679.d
Ethnarchæ. 479.d
Eulæi fluuij aquæ potio apud Parthos. 192.e
Eunuchi sacræ vestis comites. 101.e
Eunuchi Imperatorum. 15.e
Eunuchi hæreditate abdicandi. 152.c
Eunuchi cubicularij. 394.b
Eunuchi Imperatori fieri non poterant. 76.c
Eunuchissimi duo in fœminis. 153.d
Eunuchos fieri quinam Imperatores vetuerint. 152.a
Eunuchorum vsus à quo ademptus, & quare. 152.b
Euectiones tractoriæ. 584.a
Euectiones quid sint. 578.a.b
Euocatoria Principis. 579.b
Euersiones imaginum Imperat. 124.c
Europa à Iustiniano muris cincta. 378.d
Exactio Præfecti annonæ quoad suum officium. 548.a.b.c
Exactio sæuissima contra Christianos per Iulianum Augustum. 712.b.c
Exactores. 600.c.d.e
Exactores vectigalium quare mutarentur. 720.e
Exactores sub Imperatoribus milites appellati. 694.b
Exactorum cura & numerus. 693.b
Exagion, mensuræ genus. 743.c
Exarchon Tribunus excubitorum. 677.b
Exceptores & eorum onus. 461.a.b
Excubitores, & alij Stipatores. 431.d.e
Excubitores exitus Palatij seruantes. 439.c
Exercitus victor spolia ab hostibus erepta, è longinquis prouincijs ad Principem transmittebant. 64.e
Exocatacœli. 667.e
Exopræsia quid & vnde dicta. 747.d
Exsequiæ amicorum ab Imperatoribus vsque ad rogum frequentatæ. 217.d
Exsoletorum grex Eunuchi. 152.e
Exusiocrator. 685.d

F

Fabri, Fabricenses, & Fabricæ. 624.e.625.*vbique*
Fabricæ variæ. *ibid.*
Famosorum libellorum cognitio à quo primum tractata. 60.d
Fœminarum luctus nona die à morte Imperatoris. 212.d
Farreum vnde dictum. 551.a
Fasces atque Secures quare potestati Consulum illigatæ. 38.e
Fasces Principum laureati. 245.e
Fasces Quæstoribus quando habere permissum. 298.d
Fasces ac ebur curule pro Consulatu. 47.c
Fasces Magistratuum insignia. 245.b
Fasti Consulum. 47.b
Fasti picti, purpurissati. 48.a
Fasti, in quos referebantur Consules. 47.e
Fastigium Consulare. 37.b
Faustinæ honores post obitum. 222.c
Felices Imperatores appellati. 53.a
Felicitas & magnitudo Imperatorum in quo consistant. 59.c
Feræ in natalibus Imperatorum occisæ. 202.e
Ferculæ varia & quot in mensis Imperatorum. 177.b
Ferculi vltimi signum in conuiuijs buccina datum. 174.a
Festiuitatibus & pompis Imperatores cum coronis intererant. 89.a
Fibula qua Imperatorum chlamys astringebatur. 101.d
Fidem Catholicam antequam Imperator coronaretur, profiteri tenebatur. 74.c
Fidicines & Fidicinæ in epulis adhibitæ. 176.b
Filij Imperatorum populo commendatissimi. 75.c
Filij Imperatorum quomodo instituti. 262.b
Filij Imperatorum columnæ & adminicula Imperij. 259.a
Filio Imperatori nato vbique celebritates. 258.e.
Egregius in hoc Lactantij locus. *ibid.*
Filij naturales & legitimi præferuntur adoptiuis. 73.c
Filij Imperatorum Cæsares appellabantur. 9.c
Filius maior à Patre Imperator Constantinopoli de more non renuntiabatur. 76.d
Fiscellæ & fiscinæ vnde dictæ. 418.b
Fisci comes exaduocatus dictus. 608.d
Fisci nomine quid significetur. 418.b.c.d.e.419.a.b.c.d.e
Fisco adiudicata malè quæsita, retenta. 421.c
de Fisco multa. 741.b.c.d.e.742.a.b.c.d
Fiscus ab omnium vectigalium præstatione immunis. 420.b
Fiscus ab ærario an differat. 741.b.c.d.e
Flamulæ in quibus Imperatoris imago. 123.d
Flaminæ quæ. 492.a
Flauij quinam appellati. 52.d
Flores, coronæ & alia Imperatorum aduentui præparata & oblata. 224.c
Fodinæ variæ. 719.d.e
Fœdera à Roman. æquis vel iniquis conditionibus percussa. 373.b
Fœderati. 368.d.372.c
Fœderati qui propriè appellati. 372.d
Fœderati olim tantum Barbari. 374.c
Folis vnde dicatur, & quid sit. 733.d.e
eius æstimatio. 734.b
Folis æstimatio. 738.e
Fœminæ Cæsarissæ factæ. 10.a
Fœminæ natali suo Iunonem colebant. 201.b
Fœminæ à quo primo castratæ. 152.a
Foricarij. 729.a
Forma Constantinopoli seruata in coronando Imperatore. 92.e
Formarum Comes, & quid per formas significetur. 512.c.b
Formularij. 607.e
Fortuna aurea à quibus primùm in cubiculis posita. 158.a
Fortuna aurea. 157.e
Fortunæ vrbium natalis. 204.d
Fortunæ templa varia apud Romanos. 157.e
Forum Boarium, & Suarium. 536.c
Forum Præfecti Præt. 363.c
Fratrum nomen Comitibus & Rectoribus prouinciarum tribuebat Imperator. 142.d
Frumentarij & Agentes in rebus. 588.e
Frumentatio Lybica Romæ saluti fuit. 552.d

Index.

Frumentatio populi Rom. 555.c
Frumenti decumæ. 702.c.d.e
Frumenti inuectio. 704.b.c.d.e
Frumenti cura. 559.560.561. *vbique*
Frumenti empti duo genera. 703.c
Frumenti pretium varium. 725.c
Frumentum ex quib. prouincijs Romam inuectum. 548.d.e
Frumentum æstimandum & honorarium. 297.e
Frumentum honorarium. 703.c
Frumentum vectigale triplex. 703.b
Fumi tributum. 742.e
Functio glebalis. 738.d.e
Functio publica pro tributo. 689 *sub finem.*
Functiones oblatiuæ. 739.c
Fundi nauicularijs adscripti. 553.d
Funus indictiuum. 215.d
Funus Imperatorum. 209.210.211.212.213.214.215.216.216.218.219.
Funus Imperatorum triumphale ac censorium, & quid vtrumque. 18.d.& e
Funus gentilium nõ sequebantur imagines imperatorum. 119.c

G

Gallia tributis onerata supra omnes regiones. 711.b.c
Galliæ diuisio diuersa secundum diuersos. 303.b.c
Galliarum Præfectus Prat. 366.d
Gallieni epithalamium. 256.b
Gazophylaces eunuchi. 153.b.
Genethliacis Principum datum epulum. 201.a
Gemmæ equis Imperatorum adaptatæ. 266.e
Germanici vocati Imperatores. 55.e
Germani, custodes Romanorum Principum. 430.a
Germanus inuitus prætor pronunciatus. 83.b
Glabrarij Cæsarum. 615. *vbique.*
Gladij potestas penes præsidem. 522.a
Gladium in palatium Imperatoris inferre non licebat. 134.d.e
Gladiorum vsus. 132.b
Gladius ceruicibus militum iurantium admotus. 127.c
Gladius, insigne præfecti prat. 362.d.365.a
Gladius ab Imperatoribus gestatus quid designaret. 135.b
Glandia & glires vetiti. 182.b
Glarea quid sit. 510.e
Gleba senatorum, eiusq; variæ appellationes. 738.d.e.739.a.b
Gomeriaticum vectigal. 746.e
Gothorum munera in nuptijs. 257.e
Grabatus tripes. 186.e
Græcum est nihil velare, Romanum thoracas addere. 119.d
Græci non pari tributorum onere pressi. 687.d
Granatza vestis. 98.b
Graßatores. 651. *sparsim.*
Gratiæ à consulibus actæ Imperatoribus. 45.b
Gratiani modestia pontificium amictum recusantis. 24.a
Gratiani imperat. sagittæ destinata petebant, 263.d
Grues magno in pretio apud veteres. 176.e
Gulæ delitiæ in mensis imperatorum. 176.e
Gyges primus fœminarum castrator. 132.a
Gynæcium quid sit, eiusq; procuratores. 622.e.623. *vbique.*

H

Habitum amicire purpureum. 95.e
Hadriani mausolæum. 310.d
Hastæ pro diademate. 520.c
Hebdomadariorum promotio. 394.e
Helagabalus gemmatum diadema gestauit, vt fœminis gratior foret. 87.b
Heliogabalus dalmaticatus post cœnam visus. 101.c
Heliogabalus boues opimos, camelos, asinos & seruos populo diripiendos obiecit ob ostentationem. 46.d
Heliogabalus lautitiarum conuiualium inuentor primus. 170.c
Heliogabalus adoratus. 20.a
Hemina. 612.c
Heraclea Thraciæ metropolis. 334.d
Heraclij aduentus. 229.a
Heraclius coronatus à Sergio Patriarcha. 89.c
Herculi pollictæ decumæ. 702.b
Hereditatum decima vectigalibus obnoxia. 725.b.c
Hermogeniani & palmati Imperatorum equi. 268.c
Herodes ab Herodianis pro Messia populi Iudaici habitus. 225.b
Honor Cæsaribus in funere habitus. 217.e
Hispaniarum distinctio. 30.e
Honorarij qui dicti. 343.a
Honores mortuis Imperatoribus decreti. 220.a
Honor magistris officiorum exhibitus. 396.a
Honores diuini Augusto decreti ab Vniuerso. 15.a
Honores Constantini magni mortui. 223.b
Honos consulibus à Principe habitus. 34.e
Honorij sepultura. 219.a
sub Honorio refecti muri Romani. 311.c
de Honorio & Arcadio multa. *ibid.& a*
Honorij præconia. 41.c
Horrea diuersorum generum. 550.d
Horrea quadrato lapide. 550.a
Horreorum publicorum vsus. 550.b
Horreorum numerus. 551.b
Horreum vnde dictum. 549.d
Hortatores iidem ac cantatores. 541.c
Hymenæi origo. 256.d
Hypatius à populo creatus Imperator. 77.b
Hypatia ab imperatore in populum iacta. 117.a
Hypopombi. 437.e
Hypostrategus. 488.e

I

Iani templum. 310.e
Iano Imperatores creati priusquam curiam ingrederentur, sacrificabant. 83.d
Ianuæ in nuptijs Imperatorum ornatæ. 249.e
Ianus Consule magistratum ineunte coronatus. 36.d
Ibericus mos de deuotione subditorum. 63.d
Icanati optimatis digniores. 543.a
Idiocratoria à Romano Pontifice quandiu vsurpata. 319.c
Ientaculo Regis quinam adhiberi soliti. 194.c
Ignis quando primum Imperatorib. præferri cœperit. 153.e
Ignis cœlitus lapsus. 153.e
Ignis & aqua in nuptijs præferri solebant, & quare. 256.e
Ilarches centurionum primus. 677.b
Illationes nouæ. 712.a
Illustratus dignitas. 348.c
Illustres secũdum Notitiã, lege cap. 23. lib. 2. de Imp. Ro. 350.e
Illustres in occidente quot & qui. 351.a
Illustres adscriptitij appellati. 348.e
Illustres quindecim in oriente, & qui. 350.e
Illustres, illustrissimi dicti clarissimi, &c. 348.e. *sub finem.*
Illustris administratio, dignitas. 348.a
Illustrissimi qui considerent supra illustres. 349.d
Illustrium virorum genera quatuor. 343.b
Illustrium virorum gradus quinque, & qui. 348.c.d
Illustrium dignitates quando natæ. 347.e
Imaginarij & imaginiferi qui dicti. 120.c
Imagines Imperatorum. 117.c
Imagines imperat. adoratæ. 121.a
Imagines in signis argenteæ, & quare. 120.a

Imagines

Index.

Imagines Imperatorum non sequebantur funus gentilitũ. 119.c
Imagines imperator. coronis & lauro ornatæ. 117.e
Imagines in funere Principum præferebantur. 212.d
Imagines imperator. quibus in locis ponebantur. 121.d
quanto in pretio Imagines Imperatorum fierunt. 126.a
Imagines viris fortibus positæ. 117.e
Imagines amantium habuere veteres apud se. 157.e
Imagines imperatorum & imperatricum curru elephantino in circum delatæ. 119.d
Imago quædam imperatorij funeris apud Platonem. 217.a
Imago Imperat. in flamulis. 123.d
Imbrices. 163.c
Immunitas Decurionum. 592.b
Imperator Constantinopolitanus Cæsarem Romanũ creabat. 9.e
Imperator sub Hadriano quis salutabatur. 2.b
Imperator Constantinopolit. à Venetis, & à Pontifice Rom. Ferrariæ qua magnificentia exceptus. 228.b
Imperator iudicans. 522.e
Imperator aduentans populum adorabat. 227.a
Imperator ab Imperatore peregre moriente creatus, Constantinopolim legatos mittebat, populum de obitu imperatoris & sua renuntiatione docturos. 7.e
Imperator creandus barbam & capillum de more ponebat. 74.a
Imperator quis dicatur. 1.a
Imperator quis primùm appellatus. ibid.b
Imperator aduentanti vel redeunti exercitui obuiam procedebat. 375.a.b
Imperator Trapezuntis. 670.d
Imperator ipse manu sua in milites diuisit aurum. 116.c
Imperator adueniens salutabat exercitum. 227.a
Imperator à militibus creatus, ipse sibi consortem imperij deligebat. 75.e
Imperatorem eunuchum creari nefas. 76.c
Imperatores à populo creati. 77.b
Imperatores etiam præsentes non nisi scripto poterant adiri. 63.b
Imperatores salutati Augusti, ad conuiuium magistratus, primosque Senatorum vocabant. 271.c.d
Imperatores statim atque renuntiati in villam excurrebant. 270.e
Imperatores à Senatu multi confirmati, pauci electi. 80.d
Imperatores aliquando Consulibus de publico sumptus sufficiebant. 46.b
Imperatores olim Senatores erant. 31.e
Imperatores annum aperiẽtes neminem priuatum sibi collegam adsciscebant, nonnulli contrà. 37.e
Imperatoris plerique tituli ex Prudentio. 84.b
Imperatori Constantinopolitano proximus Despota. 653.a
Imperatores qui manum cum hoste conseruërunt. 3.a
Imperatores creati à militibus per exercitum & vicos circumlati. 82.e
Imperatores captorum, victorumq; hostium colla calcare soliti. 66.a
Imperatorum felicitas, & magnitudo, & potestas quomodo limitentur. 59.c
Imperatores reuerebantur Consulares, & titulis eos honestabant. 491.a
Imperatores à quo tempore Germanici dicti. 55.e
Imperatores olim ab hominibus lati. 55.c
Imperatores perpetuum consulatum gerebant. 44.d
Imperatores consecrati. 11.d.e
Imperatores quando dicti Antonini. 23.a
Imperatores à militibus lecti. 80.e
Creati statim in palatium deducti. ibid.
Imperatores aliena largiri poterant. 57.e
Imperatores pœnã mitigabant à senatu vel alijs illatam. 234.e
Imperatores optimi vocati. 55.b
Item maximi. ibid.d
Imperatores non statim vxoribus suis nomen Imperatricis adscribebant. 24.b.c
Imperatores Domini appellati. 7.e
Imperatores Felices, Sereni, Tranquilli, Mansueti & Clementes appellati. 53.a.b.c.d.e
Imperatoris Iustiniani funus bellissimè descriptum. 213.d
Imperatoris nomen. 1.a
Imperatoribus aurum, Consulibus argentum spargere concessum. 112.b
Imperatoribus mortuis sella posita in theatro cum corona. 221.e
Imperatoris mensa sæpe milites & centuriones accipiebantur. 170.e
Imperatori triumphanti accinebat populus. 67.c
Imperatorum creatio diuersa. 71.a
Imperatorum pompa & triumphus die supplicationis. 65.a
Imperatorum ac regum liberi vbinam instituti. 262.b
Imperatorum tituli à Iulio & Augusto fluxerunt. 7.b
Imperatorum vestis, purpura auro textili. 101.b
Imperatorum à legibus immunitas. 57.c
Imperatorum vel Pontificum potestas. 25.b
Imperatorum templa. 15.b
Imperatorum mensæ, fercula, & ministri. 170.c
Imperatorum imagines quomodo pingebantur. 19 a.& b
Imperatorum præceptores ad Consulatum euecti. 36.b
Imperatorum filij, Cæsares appellabantur. 9.c
Imperatorum iussu, alij bubus, alij mulis, alij equis vehebantur. 584.e
Imperatrix dicta Domina. 653.b
Imperatrices Dominæ appellatæ. 58.d
Imperatrices Augustæ appellatæ. 24.a
Imperij orientis definitio à Sidonio. 323.c
Imperij Romani extensio. 379.d.e
Imperij Rom. magnitudo. 368.c.369.a.b.c.d
Imperij Rom. limites & clusuræ quales. 375.d.e
Imperij onera multi suscipere non curauerunt. 78.e
Imperij Constantinopolitani iugum à Roma sub Irene Imperatrice excussum. 320.c
Imperio diuiso, sicut duo Imperatores, sic duo Consules fuere. 36.e
Imperium proconsulare quid sit. 28.e
Imperium merum quis habeat. 521.d
Incitega quid. 185.d
Inclyti qui dicti. 344.e.345.a
Incrementum auri. 721.e
Indictio Ciceroni quæ dicatur. 715.b
Indictio interdum anuuam pensitationem significat. 714.e
Indictio pro tributo. 689. *in fine*
Indictio quindecim annorum reuolutio. 715.b.
vnde dicta. ibid.e
Indictiones vnde dicantur, 714.d
Indulgentia sed crudelis & quomodo à Regibus, nato sibi filio, donata. 259.e
Indulgentiæ criminum. 717.c
Indulgentiæ quare concessæ. 717.e
Indulgentiæ & Immunitates. 716.d.e
Indumenta regia. 97.c
Infectores. 618.c
Infula 244.c
Infula quid sit. 85.e *sub fin.*
Infula sacerdotum insigne. 244.c
Iniuriæ accumbentibus mensæ regiæ si quæ fierent, toleranda. 195.e
Inscriptiones seu tituli statuarum Imperatorum varij. 122.a
Insignia magistratuum variè à Græcis dicta. 341.b
Insignia Consulatus. 42.e
Insignia imperij Romani quomodo ad Pontifices & Cardinales translata. 104.d

Index.

Insignia Præfecti Prat. 362.d
Insignia à Magistro officiorum prælata. 397.b
Insignia regni Mauritaniæ. 207.e
Insignia Senatorum. 384.c
Insignia Regibus benemeritis ab Imperatoribus collata. 206.e
Insignia Rectorum prouinciarum. 301.e
Institutores regij quales. 264.e
Institutio Principis Rom. 262.d.e.& 263.a.b
Institutio Principum ex Marullo poeta, non inepta. 265.b.c
Instrumenta publica & priuata nomen Imperatoris inscriptum habebant, & quare. 14.b
Instrumenta litium à Iuris studiosis dictata olim. 448.e
Interpres magnus Iudicem veli subsequitur. 665.e
Interpretes. 572.b
Inuectio alimentaria. 552.a
Inuitatores qui dicti. 188.e
Iones secundarum mensarum inuentores. 182.b
Ioseph primus dignitatis prætorianæ insulas consecrauit. 358.e. 359.e.
Iouinianus à militibus Imperator factus. 79.b
Irene Imperatrix vbi & quomodo coronata. 89.b.251.c
Irenarchæ,& qui dicti. 651.vbique.
Italiæ extensio & diuisio. 491.a
Italia immunis,inde ius Italicum dictum. 717.a
Italiam in 17.diœceses descripsit Hadrianus. 289.e
Italia in duas diœceses diuisa. 491.c
Italiæ præfectura eiusq; diuisio. 388.a.b.c
Italiæ Tributa. 737.b
Iudex beli qui dictus. 665.c
Iudex castrorum. 666.c
Iudex secreti ignotus. 671.d
Iudicare vice sacra quibus concessum. 235.a
Iudicandi mos apud Imperatores. 233.a
Iudices rerum capitalium. 524.e
Iudices noctu ius dicentes. 521.c
Iudices furti condemnatos non admittebat Alexander. 521.e
Iudices vectigalium ac tributorum. 748.e.749.740.*sparsim.*
Iudiciorum summa Romæ tractabatur. 522.e
Iudicium Imperatorum & pro tribunali. 233.d.e
Iudicium secretarium. 231.b
Iudicum multa genera. 519.e
Iuga & iugatio. 711.e
Iugatio aliud est à iugatione cum capitatione coniuncta. 707.d
Iugerum quid. 707.d.e
Iuliani corpus in arca porphyretica inclusum. 212.e
Iulianus Augustus renuntiatus. 82.e
Iulij & Augusti templa, aræ, flamines, sacerdotes. 13.b
Iulij Cæsaris funere indicto,rogus vbi extructus, & quid circa ipsum gestum. 220.b
Iulio Cæsare ad emerendos hominum animos nemo profusior. 112.e
Julius Cæsar primus omnium morum præfecturam perpetuam recepit. 51.d
Iulius Cæsar perpetuus dictator. 52.c
Iulius Cæsar primus inter arma Consulatum gessit. 35.a
Julius Cæsar, Pater patriæ dictus post Ciceronem, deinde Augustus. 29.e
Iumentis Præfectus. 683.d
Iura nocturna à quibus dicta. 233.c
Iuramentis submissa militia. 128.b
Iuramentum in verba Imperatoris. 126.e
Iuramentum magistratuum in leges. 126.e
Iuramenti locus. 127.b
Iurantes milites gladios interdum ceruicibus admouebant. 127.c.
Iurare in acta. 127.e
Iurare quomodo soliti Romani. 128.c
Iuridicus, vindex ab Anastasio institutus. 643.a
Iuridicus Alexandrinus in quo differat à Duumviris. 642.d.e
Ius gladij Consulibus delatum. 132.e
Ius gladij penes Comites. 472.e
Ius olim à Magistratu pro Tribunali dictum. 362.e
Ius Relationis. 27.d
Ius Relationis Principibus delatum. 28.a
Iussio pragmatica. 237.b
Ius tertiæ,quartæ,& quintæ quibus delatum. 28.d
Ius vectigalia constituendi & locandi quorum proprium. 448.b.c
Iusiurandum per salutem Principis Christianis Imperatoribus sanctissimum. 129.a
Iusiurandum per caput Regis aut patris antiquum. 129.b
Iusticium in funere Principum indictum, mutata vestis. 210.b
Iustiniana domus. 139.d
Iustinianus triumphator in nomine Domini Iesu Christi. 64.e *sub finem.*
Iustinianus adoratus. 20.d
Iustinianus Anticus. 7.e
Iustini Imperatoris dictum Cæsari facta renuntiatione. 78.b
Iustini posterioris ritus in Imperatore renunciando descriptio non illaudabilis ex Corippo. 81.e
& aliorum Iustinorum. 82.a
Iustinus purpuram induit, ignoto cuilibet Iustiniani obitu, imperatorisque noui renuntiatione. 79.b.c
Iustinus Thrax salutatus Imperator. 83.b
Iuuentutis prætor. 499.a.b
Iuuentutis Principes. 505.a

K

Kalendaria & strenæ à discipulis magistris datæ. 155.c
Kalendis Ianuarijs quid fieri solitum. 157.b

L

Labarum quid sit. 503.c
Labarum Imperatorum sceptrum. 91.e
Labratum apud Antiquos quid. 118.a
Lacerna quid sit. 496.b
Lacus in censum delati. 740.e
Lacus Romæ mille trecenti quinquaginta duo. 516.a
Læna quid sit. 496.c
Lætitiæ in nuptijs descriptio per Euripidem. 254.c
Lætitiæ Senatorum signa in creando Imperatore. 74.d
Lætitia nato Imperatori filio celebrata. 259.b
Lampadarij quinam vocati. 154.a
Lampsacæ heroici honores. 12.b
Lana. vide *Baphia.*
Lapatza vestis. 98.b
Lapis niger morti Romuli destinatus. 216.d
Larum Magister. 151.d
Largitiones Iulij Cæsaris, Caligulæ, Neronis. 112. e. 113. b.& c
Largitiones & Thesauri quot. 401.d.e
Largitiones Imperatorum. 111.c
Largitiones Imperatorum in nuptijs. 253.e
Largitiones profusissimæ Consulum propriæ. 45.e
Largitiones cur olim ab Imperatoribus factæ. 111.c
Largitiones quo tempore fieri solitæ. 402.e
Largitio rerum alienarum ad Imperatores spectat. 57.e
Largitionum sacrarum Comes quis dictus. 401.a
Lateranense Palatium cur sic dictum. 138.e
Laterculus maior. 445.e
Laterculi scrinium sacrum. 339.d

Index.

Laterculenſes dignitate cæteros Scriniarios anteibant. 455.a
Laterculorum genera quatuor. 339.e.340.a
Laterculum Imperatorium. 339.a
Laterculi Imperatorij duplex genus. 339.b
Laterculum οἰκουμενικὸν dictum, & quare. 339.e
Laticlauij vſus apud Senatores Rom. 384.e
Latinarum Præfectus. 507.d
Latrones & prædones publici qui vocati. 62.a.b
Latrunculator. 610.a
Laudationes in funere Principum habitæ, earumque primus vſurpator. 213.a
Laurentij Mediol. epiſc. egregia contra Publicanos exclamatio. 693.d.e
Lauacrum publicum in quo Imperator cum nobilibus lauabat. 181.c
Lecti aurei, purpurei, &c. in conuiuijs. 179.b
Lecti tricliniares & diſcubitorij. 183.a
Lecticarij. 628.e
Lectorum in conuiuijs longitudo & altitudo. 184.b
Lectorum pedes quales. 183.c
Lectus genialis toga ſtratus in nuptijs Imperatorum. 251.e
Lectus eburneus & aureus. 99.d
in Lectulis ante accubitorum vſum diſcumbentes prandebant. 184.c
Legati ficti capite plectuntur. 466.e
Legati & oratores. 464.d.e.465.466.*vbique*
Legati qui dicti. 500.a
Legati ad exteros Principes Senatus decreto mittebantur. 381.d
Legati & legatio, déque eis plura. 462.463. *ſparſim.*
Legati Britannici exercitus. 501.b
Legatio virum ſapientem requirit. 462.e
Legati municipales. 539.e
Legatorum verba dona offerentium. 464.c
Legatorum pluralitas. 500.b
de Legato Proconſulis & adſeſſore præſidis. 470.d
Legatorum duo genera apud Dacos. 463.e
Legatorum exceptio magnifica. 464.b
Legatum caducum. 742.b
Leges ab Imperatore per Præfectum Prætor. latæ. 362.b
Leges Maieſtatis. 61.e
Legio quid & quàm variè à Græcis appellata. 368.d.e
Legiones Comitatenſes. 136.e
Legiones aduentanti Imperatori occurrebant. 375.a.b
Legionum nomina, plura. 369.e
Legiones multæ. 502.a
Legis, qua Veſpaſiano delatum eſt Imperium, capita. 59.a
Legula. 612.d
Lenones vectigales. 730.d
Leo filius Conſtantini, inſaniens circa lapides coronam magnæ eccleſiæ nimium deperijt. 89.b
Leo Iſaurus Conon duodecim viros, gratis ſtudioſos edocentes, cum Bibliotheca Imperatoris cremauit. 328.b
Lex Regia. 57.d
Libamina in aram illata. 179.d
Libellis præpoſitus. 669.d
Libellorum ſupplicū vſus & appellatio varia. 458.459.a.b.c.d
Libellus, ſeu breue ad mortem. 243.c
Libellus, quo Magiſtratui honos ademptus. 242.e
Libertorum octauæ tributum. 730.a
Liber mandatorum apud iudicantem. 522.a
Liberalitas Principum antiquorum in pauperes ſtupenda. 558.c.d.e
Liberi Patris. 1. Bacchi feſtum ab Imperatoribus quibuſdam celebratum. 271.a
Libra eiúſque diuiſio. 612.b
Librarij qui. 442.d
Libri Diptychi. 240.e
Libripens. 650.a.b.c
Lictor vnde dictus. 570.d
Lictores ſenescente Imperio virgas geſſere. 245.d
Lictores ſuppliciorum miniſtri. 570.d
Lictores & Viatores. 570.c
Lictorum multitudo Cæſari odioſa. 245.c
Limenarchæ qui dicantur. 650.e
Limites Imperij Romani quàm latè patuerint. 375.d
Limites Imperij à Comitibus & Ducibus cuſtoditi. 377.b.c
Limitum Imperij numerus. 376.e.377.a
Lineatores, menſores, diſſignatores qui. 250.e.251.a
Linificiorum procuratores. 102.d
Literæ propoſitæ. 242.a
Literæ pendentes in pilis & porticibus, & cur. 241.e
Literæ circulares. 238.e
Literæ duplices ab Imperatoribus miſſæ. 240.e
Literæ encyclijs contrariæ. 243.b
Literarum lectio ſecundum Romanos. 467.c.d.e
Loca in agris religioſa ad ſepulturam. 215.a
Locus Conſtantinopoli vbi renuntiabantur Imperatores. 75.e
Logiſtæ qui dicantur. 411.a
Logoriaſtes magnus, eiúſque officium. 669.e
Logotheſium quid. 412.b
Logotheta genicus. 678.c
Logotheta gregum. 665.e
Logotheta qui. 411.e
Logotheta magni officium. 412.d
Logotheta curſus. 662.e
Logotheta τῶν οἰκιακῶν. 1. priuatorum. 669.a
Logotheta ſecretorum. 663.a
Logotheta magnus. 656.e
Logotheta militaris ærarij. 670.a
Londinum Britanniæ Metropolis. 335.b
Lorarij. 575.e
Lorum Imperiale. 91.b
Lotio ante prandium apud Perſas. 192.c
Lucerna Imperatoribus præferri ſolita. 154.b
Lucernæ aduentantibus Imperatoribus accenſæ. 225.e.227.e
Luculli cena magno apparatu extructa. 166.b
Lucus tumulis præfectus. 214.e
Ludi à Conſulibus editi. 46.b
Ludi in funeribus Principum. 216.a
Ludi quinquennales Cæſari facti. 4.e
Ludi natali Imperatorum celebrati. 204.e.205.a
Ludi ſæculares quo tempore editi. 204.c
Ludi votiui pro Auguſti ſalute facti. 69.b
Ludi quinquennalibus exhibiti, nec non Panegyricæ orationes Imperatoribus habitæ. 200.c
Ludi & congiaria in adoptionibus principum dabantur. 72.e
epiſtola Ludouici Romanorum Imper. de Imperatoris nomine. 3.e
Luctus & funeris Imperator ritus. 209.d
Lupanaria tributum pendebant. 726.a.b
Luxus regificus & apparatus regius. 169.a
Luxuriæ peregrinæ origo vnde Romam inuecta. 187.b
Lyciarchæ. 739.e

M

Macedoniæ Reges pelle capitis leonini quare ſeipſos coronant. 90.a
Magiſteria militaris. 393.a
Magiſter cenſus perfectiſſimus & clariſſimus. 710.a
Magiſter epiſtolarum. 456.b.c.d
Magiſter officiorum. 358.d
Magiſter officiorum præfecto præt. dignitate inferior. 360.c

Index.

Magister officiorum. 292.a.
eius cura. ibid.
Magister peditum. 291.d
Magister scrinior. memoriæ, epistolar. libellorum, & cuiusque munus. 292.e
Magister equitum Galliarum. 291.e
Magisteriani. 591.d
Magistratibus id honoris habitum, vt antequam dignitate exyssent, conuenirì non possent. 305.b
Magistratus minores ordinarij. 288.a
Magistratus minores extra ordinem. ibid.d
Magistratus municipales Consules dicti. 634.b
Magistratus municipales. 638.a
Magistratus occidentis & eius officium. 291.c
Magistratus populi suffragijs creati. 335.e
Magistratus pop. Romani sub Regibus, Consulibus, Imperatoribus vsque ad Constantinum Aug. 287.a
Magistratus maiores ordinarij. ibid.
Magistratus maiores extra ordinem. ibid.e
Magistratus quantos honores Imperatoribus tribuerent. 67.b
Magistratus Romani ad quid instituti. 401.e
Magistratuum cura præcipua vt tributa ad Comites largitionum transferrentur. 423.d
Magistratuum municipalium electio. 638.d.e
Magistratuum Romanorum origo varia. 281.a
Magistratus alij sub Regibus & Consulibus, alij sub Imperatoribus. 281.a
Magistratus Prouinciales. 289.a
Magistratus quorum obscura origo. 16.c
Magistratus quare esse oporteat. 304.b
Magistri census. 607.d
Magistri lineæ vestis. 102.b
Magistri militum in oriente quot fuerint. 391.a
Magistri militum à quibus instituti. 391.e
Magistri municipiorum loco Duumvirorum. 645.c
Magistri officiorum. 395.e
Magistri officiorum honor, vestis, notio siue disciplina, insignia, ciusque adiutor. 396.a.b.c d.e.397.a.b.c
Magistri orientalis vexillationes. 392.c.d
Magistri priuatæ vestis. 102.c.622.d
de Magistris scriniorum. 452.vbique
Magistri scriniorum numerantur inter spectabiles. 451.d
Magistrorum tituli & dignationes. 391.d
Magistrorum numerus, & quare in præsenti dicti. 392.b
Magnitudo Imperij Rom. 368.e.369.a b.c.d
Maiestas ad Imperatorem quomodo delata. 60.c.d
Maiestas de Imperatoribus, deuotio de subditis. 63.b
Maiestas de Roma etiam dicta. 63.a
Maiestas Imperatoris iudicantis quæ fuerit. 234.d
Maiestas Imperatorum tanta vt non nisi scripto adiretur. 63.b
Maiestas propriè de Deo dicitur. 60.a
Maiestas Imperatorum variè à Græcis appellata. 62.e
Maiestas quid sit. 60.c
Maiestas Romani nominis quanta. 457.e
Maiestatis postulabatur olim qui imaginibus Imperatorum honorem non detulisset. 121.c
Maiestatis reus agebatur qui purpureum sibi indumentum ex serico pallio parabat. 99.b
Maiestatis læsæ crimen. 60.e
Mancipes cursus publici. 587.a.b.c.d.e
Mancipiorum emptores vicesimam quintam pensitare cogebantur. 727.d
Mandata ex augusto adyto proficisci dicebantur. 342.e
Mandata prouincias lustrantibus dabantur. 305.e
Mandata Principum eo iunque forma. 342.b.c.d
Mandator. 541.b.c
Mansiones. 587.vbique
Manganæ. 680.e
Manuëlis Palæologi de institutione Principum dicta mirifica. 264.e.265.a
Mantilia auro clauato ab Adriano primo in vsum Imperat. inducta. 99.b
Manuëlis triumphus deuictis Hungaris. 65.b
Manumissi vicesimam pro tributo pensitabant. 726.d
Manumissio & adoptio in potestate Consulum vt & præsidum. 469.e
Manus tergendi mos inter epulandum. 192.c
Marco mortuo Roma luctu publico confusa. 219.d
Marcus Antoninus Philosophus Deus propitius dictus. 16.b
Mareschallus apud Gallos idem quod apud Romanos Protostrator. 269.b
Mariandeni. 541.e
Massa quæ dicatur. 423.a
Matrimonia tributis obnoxia. 726.a.b
Matronæ ad celebranda Consulum gaudia vocari solitæ. 49.c
Matronarum in conuiuijs impudentia & libido. 197.a
Mauricij ducturi Constantinam Tiberij filiam nuptiæ, precesque Deo fusæ. 252.b
Mauricij renuntiatio. 78.a
Mauritaniæ Regibus regni insignia ab Imperatoribus missa & qualia. 207.e
Maurus deficiente diademate torquem sibi abstractum Iuliani capiti considenter imposuit. 82.e
Mausolæum Cæsarum patens omen mortis Imperatorum. 211.e
Mausolæum Principis Cæsareum appellatum. 218.e
Mazaces & Numidæ equites aduentantibus Imperatoribus præibant. 225.d
Medici amici. 146.e
Medicorum constitutio ad quos pertineat. 632.e
Mediolanum Italiæ Metropolis, eiusque encomium. 334.e. 335.a
Megaloalogitæ. 430.e
Membranarum Romanarum antiquus vsus & color. 48.a
Memorialium dispositio penes Quæstorem. 454.d
Memorialis bene meritos describit. 682.e
Memoriæ cupressinæ. 604.d
Memorialium militia. 454.d
Memorialis. 454.a
Mensa vinaria eiusque diuisio. 186.e
Mensæ aliæ refertæ omnibus quæ in terra, aqua, aëre degunt: aliæ plenæ fructibus & quibus: aliæ vacuæ & quare. 175.d
Mensæ præpositus. 660.b
Mensæ quadratæ, rotundæ, lunatæ, escariæ, &c. 185.b
Mensæ Regiæ conuiua, & delitiæ. 172.c
Mensæ Imperatorum à priuatis expetitæ. 171.b
Mensæ Imperatorum accumbentes magno in honore habiti. 170.c
Mensæ Medicæ. 167.c
Mensæ secundæ, corona & vnguenta. 182.b
Mensæ orbiculatæ, & quare. 186.d
Mensæ Imperatorum quo apparatu extructæ. 165.d
Mensæ Semicirculares. 183.c
Mensam quis primus splendidè apparauerit. 170.c
Mensarum Regiarum reliquiæ quibus diuidebantur. 194.a
Mensarum pedes ex qua materia constati. 185.e
Mensores multi. 611.a
Mensores in numero Castrensianorum adscripti. 188.c
Mensorum & metatorum differentia. 610.d.e
Mensurarum pluralitas. 611.e
Mensuræ publicæ. 611.d.612.613.614.vbique
Mercium octaua pro tributo pensitata. 734.b
Mercuriacon, tributum. 745.c.746.e

Index.

Meretrices tributis obnoxiæ. 726.b
Meſarnum, triburum dimidiatæ ouis. 745.c
Meſiticum, vectigal. 746.d
Meſſes incendentium pœna grauiſſima in Africa. 552.d
Metalla in vectigalibus numerata. 719.d.e
Metallorum procuratores. 720.a
Metœcium, tributi genus. 737.c
Metatores & menſores quinam appellantur. 610.c.d
Metatorium. 333.e
Metatum quid. 611.c
Metaxarius. 746.b
Metaxiaticon, tributum. 746.b
Metropoles. 305.e
Metropoles variæ Romani imperij. 334.b
Michael Curolopates mitiſſimus appellatus, à quo coronatus. 89.b
Michael Imperator. 75 b
Michael Palæologus imaginem Sanctiſſimæ Dei Virginis ingreſſum ſuum in vrbem præcedere voluit. 227.b
Milites oſtenſionales. 544.c
Milites adſcriptitij, ſupernumerarij. 343.e
Milites ordinarij. 544.c
Milites limitanei quare inſtituti. 378.e
Milites Imperatorem creantes. 74 e
Milites vnde ſibi ius creandi Imperatores vendicarint. 81.c
Milites ſtationarij. 651.a
penes Milites potestas Imperatores creandi. 1.b
Militia iuramentis ſubmiſſa. 128.b
Militiæ cingulum. 544.e
Militum acclamatio alijs Imperium eripuit, alijs attribuit. 75.a
Minerua lucernis accenſis honorata. 228.a
Miniſteriani ſacræ veſtis, magiſtris officiorum ſubiecti. 102.e
Miniſterium curſuale. 575.d
Miniſtri à pugione. 134.b
Miniſtri magiſtratuum. 291.b
eorum officium. ibid.
Miniſtri linteis ſuccincti in conuiuijs. 173.c
Miniſtri ad pedes. 184.e
Miniſtrorum varia in conuiuijs officia. 174.c
Miſſa in coronandis Imperatoribus celebrata. 93.c
Miſſilia à Conſulibus in populum ſparſa, teſſeræ orbiculatæ, aut quadratæ, nummi aurei, argenteique. 46.d
Miſſilia variarum rerum & panaria cum obſonio viritim dedit Caligula. 113.b
Miſſilia à Nerone quotidie ſparſa. 113.c
Miſteo tituli à Senatu decreti. 357.d.e
Mittendarij. 60.b.c
Moderator qui dictus. 499.c
Moderatoris Dignitas Conſularitati præferebatur. 499.d.e
Modeſtia Conſulis in Traiano. 33.c
Mœra quid ſit. 487 b
Monarchia cur Cæſari à populo Rom. attributa. 5.c
Monaſterium exacionion Conſtantinopoleos. 333.d
Moneta IESV CHRISTI imaginem referens à quo primum excuſa. 130.c
Moneta Imperatoris. 129.d
Monetæ cudendæ ius quibus proprium. ibid.
Monetarum procuratores. 131.d
Monetæ aureæ mutatio cum Imperatoribus. 131.a
Monetarij. 720.a
Monetarij ab Aureliano oppreſſi. 131.c
Monetarij vnde dicti. ibid.
Monitores Principum qui dicti. 265.c.d
Monocaballi. 430.e
Monopodia, menſæ bipedes, tripedes. 186.e
Monopolium, tributi genus. 732.c
in Monumentis inciſa elogia. 215.c
Mons Anchorarius laudatiſſimam dat citrum. 186.d
Mortuum attingere nefas Imperatoribus. 211.e. ſub finem.
Mos Imperatoris Conſtantinopolitani in mittendis legatis. 464.c
Mos producendi aliquem qui Cæſarem in cœlum adſcendentem iuratus diceret. 18.e
Mos obuiam procedendi Imperatorib. aduentantib. 223.d
Mos antiquus quo amici bene inter ſe precabantur. 66.b
Motinus Deus nubentium pudicitiam præſidebat. 256.d
Mulieres inter Deas relatæ. 12.c
Mulleoli mulierum calcei quales. 105.d
& vnde dicti. ibid.e
Mulleos calceos Murrhani Reges primi in vſum induxerunt. 105.d
Munera à Senatu Imperatoribus oblata circa decennalia. 200.b
Munera Regibus à Senatu data. 209.a
Munera à Regibus Galliæ menſe Maio & data & accepta. 112.c
Munerationum Palatini è numero ſpectabilium erant. 530.d
Munerum ciuilium diuiſio. 642.a
Municipiorum genera. 631.b
Municipium quid ſit. 631.a
Munificentia Conſularis. 45.e
Munus quid propriè cenſeatur. 690.a
Munus pro tributo. 689. in fine.
Munus vehicularium à quibus inſtitutum. 580.b
Munus pro onere. 688.c
Munuſcularij. 692.b
Muri imperij in limitibus prætenſi. 376.e
Muri Romæ vetuſtate collapſi à quibus inſtaurati, & aucti. 306.e
Muri longi conditor Anaſtaſius. 484.a
Muri & valli imperij diuerſa extructio. 376.e
Murorum Domeſticus. 666.c
Murtati qui. 682.b
Murus longus Conſtantinop. 328.c
Muſæum Alexandriæ. 643.b
Muſiuarij. 617.c
Mutuatio. 755.a
Myrtaytes magnus. 684.a
Myſticus ſequitur magnum Chartularium. 672.e

N

NÆui & nodi in citro. 186.b
Narbonenſis prouincia olim conſularis. 303.a
Naſcenti Dij quatuor præſtites, & qui. 261.a
Natales quomodo à Chriſtianis culti. 201.e
Natales qui dicantur. 202.d
Natales Sanctorum. 202.e
Natales Imperatorum certaminibus honorati. 201.d
Natales Imperatorum varij. 200.d
Natales Sanctorum & Martyrum. ibid.
Natalia Imperatorum ab Equitibus Romanis celebrata. 66.c
Natalis imperij vel Romæ ipſius vel Conſtantinopol. multa occurebant. 202.c
Natalis Domini vigiliæ maxima lætitia celebratæ. 202.a
de Natali Imperatoris egregius Plinij locus. 204.e
Natalibus Imperatorum ludi circenſes & venationes decretæ. 201.e
Natalis Romæ celebratio. 203.c
Natalibus Imperatorum etiam mortui aliquo fruebantur honore. 202.b
Natalitia dare, quid. 205.c
Natis Imperatorum nomina quando impoſita. 260.b.c
Nauicularij pro nautis. 553.d
Nauicularij qui dicti. 553.b
Nemeſis quid. 161.e

Nero

Index.

Nero adoratus. 20.*b*
Neronis, supplicium damnatorum subscribentis, dictum. 234.*b*
Neronis campus. 311.*b*
Neronis consuetudo in iurisdictione, & cognitione. 522.*e*
Nero castris illatus & lecticæ impositus. 83.*a*
Nerua & Trajanus Deos se dici vetuerunt. 16.*a*
Nilus fluuius. 513.*b*
Nobilissimi qui dicebantur. 108.*a*
Nomarchæ. 479.*d*
Nomen Cæsaris. 8.*d*
Nomen Imperatorum coronam induentium mutatum. 92.*c*
Nomen siue nuncupatio Augusta. 23.*e*
Nomen Diui. 10.*c*
Nomenclator vnde dictus. 572.*d*
Nomenclatores conuiuas ad mensam vocantes. 182.*c*
Nomenclatores, fartores, & monitores appellati. 572.*d.e*
Nomina ac tituli Imperatorum. 7.*b*
Nomina Augusti & Antonini. 22.*c*
Nomina Imperatorũ inter hymnos & preces commemorata. 67.*e*
Nomina Consulum erasa, & quare. 35.*e*
Nomina Consulum toto orbe volitabant, & quare. 48.*d*
Nomina Consecratis quare mutata. 17.*e*
Nomina post septimam diem & cur natis Principum ponerentur. 260.*d*
Nomina Regibus communia. 208.*b. c. d. vers.* Libet his subiicere.
Nomina Senatorum in album adscripta, & quare. 384.*a*
Nomophylax. 683.*c*
Notanda in conscribendis donationibus. 606.*a*
Notaria quid & vnde dicta. 531.*a.b*
Notariorum Primicerius liberalitates Principis in Senatu declarabat. 444.*e*
Notariorum schola, præclarum collegium. 534.*c*
Notariorũ ordo & dignatio, & qui vocati ab Apomasar. 444.*c*
Notarij. 442.*d*
Notariorum artis inuentio Ciceroni tributa, absolutio Mecænati. 443.*a.*
contrarium sentit Dio. *ibid.d*
Notarius pro secretario positus. 444.*b*
Notarum vsus apud Xenophontem & Ægyptios. 443.*b*
Notitia Imperatorum. 339.*a*
Notor vnde dictus. 530.*c*
Notoria quid sit. *ibid.*
Nubentes oliua coronati. 258.*a*
Numerarchæ. 502.*b*
Numerarij, Calculones, Arithmetici iidem dicuntur. 446.*c.* 447.*ad e*
Numerarij Comitum, actuarij dicti. 605.*c*
Numerius Atticus Senator iurauit se vidisse Augustum in cœlum ascendentem. 11.*e*
Numerus Consulum celebrabatur. 49.*e*
Nummi Imperatorum, imagines eorum expressas habebant. 130.*b*
Nummi à quo primùm signati. 414.*a*
Nummi ad rerum gestarum memoriam percussi. 131.*a*
Nummus centimonalis. 743.*e*
Nundina Deæ vnde dicta. 260.*e*
Numidæ osculorum inimici. 247.*e*
Nundinum, quo Consules alijs sufficiebantur. 47.*e*
Nuptæ nouæ corolla quomodo conflata. 258.*b*
Nuptæ nouæ viris aut à Patrib. aut à proximis quomodo traditæ. 252.*e.*253.*a*
Nuptiæ Imperatorum toto imperio celebrabantur. 249.*d*
Nuntij, & quid per eos significetur. 466.*e.*467.*vbique*
Nuptiæ ab Alexandro, Dario victo, celebratæ. 195.*c*
Nuptiæ apud barbaros celebratæ. 250.*d*
Nuptiarum & natalium Regum celebratio. 194.*e*
in Nuptijs vibratæ faces, quassatæ coronæ. 250.*c*

O

Oblatio, & ad eam pertinentia. 715.*a*
Oblatio noui Consulis. 739.*d*
Obsequij thema. 543.*c*
Obsequium de quibus dictum. 145.*c*
Obsonatorum officium. 174.*c*
Obsonia in conuiuijs varia fuere. 175.*d*
Obsoniorum Erogator. 557.*c*
Obsonia cui data. *ibid.*
Obsononij Magistratus qui dicti. 554.*d*
Obstetrices virginitatem sponsæ exploraturæ in nuptijs adhibitæ. 258.*b.c*
Oblationes Senatorum. 739.*c*
Occidentis Imperatores Romam mittebantur. 79.*e*
Ocreæ Imperatorum rubræ. 103.*e*
Octaua, è tributis erat. 725.*a*
Octaua, nona, quinquennia, decennalia celebrata. 199.*b*
Octauius Antonino victo, viuus consecratus, & Augustus appellatus. 6.*e*
Officia domestica ex veteri inscriptione, ordine Alphabetico. 282.
Officia Constantinopolitani Imperij. lege librum octauum. 653.
Officia Palatina. 144.*c*
Officia militaria ex veteri inscriptione. 283.
Officia præsidum Ciuitatum. 635.*d.e*
Officia publica. 284
Officiales Clarissimorum. 566.*e*
Officiales Clarissimorum imitabantur lictorum habitum. 568.*d*
Officiales qui propriè dicti. 566.*d*
Officialis vox omnes ministros complectitur. 566.*a*
Officiorum Princeps. 537.*b*
Officium præsidis. 493.*d*
Officium pro Apparitoribus & Officialibus Magistratuum. 532.*c.d*
Officium quodlibet, nomen habet sibi conueniens. 598.*e*
Oleo è spinis vsi Reges. 193.*b*
Oleum ex Persicis iuglandibus Regibus paratum. 193.*b*
Onera Curialium. 636.*c*
Onera Imperij quare multi recusarint. 78.*e*
Onera variarum gentium. 723.*b.c*
Opes Ærarij Romani in auro & argento. 750.*e*
Opes Prætoribus & Consulibus Romanis cur tantæ olim fuerint. 297.*d*
Opinator quis dictus. 532.*e*
Opus intestinum quod dicatur. 618.*a.b*
Oppida & castella ripis præsidio. 378.*b*
Ops Dea rogata in natali infantium Imperatorum, & quare. 261.*c*
Optimates ministri potestatum. 542.*c*
Optimates qui dicti. 542.*b*
Optimati sub Honorio. 542.*d*
Optio pro obsonatore. 176.*d*
Optio vnde dicatur, quid sit, & eius munus. 596.*c.d.e*
Optiones quasi succenturiones. 597.*b*
Oracula diuina in coronandis Imperatoribus prolata. 90.*d*
Oraculum sacrum. 236.*c*
Oraria à quibus primùm data. 164.*a*
Orationes Principum in æs incisæ. 248.*d*
Orationes Imperatorum. 248.*b*
Orationum sacrarum in Senatu recitatio, quibus cõmittebatur, ij se honorem vel maximum consecutos arbitrabantur. 249.*b*
Oratione Latina quare vsi Imperatores. vide *cap. xv. de epistolis Latinis.* 457.*a*
Orationes Panegyricæ Imperatoribus quando habitæ. 199.*e*
Orationes Imperatorum in quinquennijs & decennijs habitæ. 44.*e*

Index.

Orationum recitatio quibus credita. 249.b.c
Orationes Imperatoriæ qua lingua fuerint. 249.c
Oratores. 461.d.e.462.463.*vbique*
Oratores & legati. 464.d.e.465.466.*sparsim.*
Orbis vniuersus Augusto diuinos honores decreuit. 15.a
Orbis diuisio. 614.a.b
Orbis Domina. 314.c
Orbis Lacedæmonius. 617.e
Ordo Notariorum triplex. 445.b
Ordo conuiuij Imperat. 178.b
Ordo militum equestrium. 502.d
Ordo titulorum ac nominum Imperatoris. 4.b
Ornamenta conchiliata & alia plurima. 95.e.96.a
Ornatus triumphantium Imperator. 39.a
Oropij. 690.e
Orphanotrophus, eiúsque dignitas. 667.a
Oscula Iudæis & Assiriis nota. 247.e
Oscula ab Imperatoribus in discessu & aditu dabantur amicis. 247.a
Osculandi mos apud Ammianum facetus. 247.c
Osculo purpura dicebatur adorari. 248.a
Osculorum vsus communis apud amicos vbique fere gentium. 246.b
Ostiæ portus. 311.a
Otho succollatus. 82.e

P

PAcem redimendi mos. 272.d
Pacta & commercia, quæ tributa dicerentur. 744.d.e
Pædagogiani pueri. 187.c
Pædagogi quatuor filijs Imperatorum dati, & cuiusque munus. 262.c
Pagi Princeps. 675.e
Pala anuli. 661.a
Palatia Principum quomodo distincta. 137.d
Palatia Romana, Constantinopolitana, aliáque magnifica. 138.e
Palatij magni præpositus. 680.c.d
Palatini. 137.e
Palatini quinam dicti. 144.b
Palatini munerationum spectabiles. 530.d
Palatium liberè introeuntibus magnus honor habitus. 140.b
Palatium inferius. 139.b
Palatium Romanum. 138.a
Palilia quid sit. 201.e
Pallium coccineum Cæsaribus datum & purpura sine auro 95.e
Paludamentum militare. 94.e
Paludamentum quid sit. 495.e
Panaria cum obsonio data à Caligula. 113.b
Pancarpum & Pancarpia, venationis genus. 115.a
Panda dea vnde dicta. 558.a
Panes cabacei vnde dicti. 558.b
Panis gradilis. 558.d.562.b
Panis gradilis pro frumento distributus. 559.e
Panis cur meremibus allatus. 257.e
Panniculatia, & spolia. 596.a
Panum Erogator. 558.a
Panum varietas. 558.b
Pamyperfebastus, eiúsque dignitas. 655.c
Papia magnus. 678.d.
eius hospitium. *ibid.*
Paphlagones. 541.e
Paraganda fericæ. 618.d
Parangaria quid sit. 577.e
Parangariarum & Angariarum vsus. 577.e.578.a
Paruerhedi, Parasredi & Parippi. 581.a.b.582.d.584.d
Paruerhedus pro Parippo vsurpatus. 583.d
Parippus. 583.c
Paries in conuiuijs cuique suæ dabantur. 173.c
Parthi qua aqua vterentur. 192.e
Participes adsessores vocati. 147.d
Pater patriæ primus appellatus Cicero. 29.d
Patriarchæ à Principibus de recta fide Chirographum exigere solebant. 75.c
Patria communis Roma. 315.d
Patris patriæ nomen cui attributum. 4.d
Patris patriæ nomen repudiauit Tiberius. 7.a
Patris patriæ appellatio. 29.d
Patris patriæ appellationem quinam recusarunt. 30.c
Patriciatus dignitas Consulatu inferior. 353.e
Patricij à quo instituti. 353.a
Patricij cur ita dicti, & qui fuerint. 354.c.d.e.355.a.b.c
Patriciorum varia genera. 354.a.b
Patriciorum dignitas. 346.b
Patrimonium quotuplex. 407.c
Patrimonij sacri Comes vnde dictus. 406.e
Pauimentum purpura stratum tempore nuptiarum Imperat. 251.e
Paulæ & Fabiolæ funus. 214.a
Pechyaticum vectigal. 746.e
Pecuarij. 555.b
Pecuniæ in palatio congestæ. 139.c
Pecuniæ traiectitiæ, vsuræ marinæ. 647.c
Pecuniæ Reip. nerui censentur. 690.b
Pecuniæ ac munera ad Regis cubiculum redeuntia. 162.b
Pelles pretij ingentis inter vestimenta Regia numeratæ. 96.d
Pellicum in conuiuijs pudor & modestia. 196.e
Pensio glebalis. 738.d.e
Penthenes qui. 463.b
Pensiones tres solutæ & æqualiter diuisæ indictione desinente. 640.b
Peplum Minervæ bene meriti de Republic. intexebantur. 222.d
Peplum Imperatorium. 95.d
Perfectissimatus Codicilli. 350.b
Perfectissimi qui fuerint. 350.b
Perfectissimorum titulus quo in ordine positus. 350.a
Perfugium ad imagines vetitum. 126.c
Persarum Regis & Imperatoris Constantinopolitani officia. 77.e
Persarum Reges legibus soluti. 58.c
Persicus luxus in veste graphicè depictus. 97.c
Personæ publicæ quæ sint. 605.e
Personæ speciosæ vocatæ clarissimæ. 346.a
Pescesium, tributum Sultano Constantinop. pensitatum. 745.e
D. Petro & sedi Apostolicæ Principatus Ecclesiæ quomodo attributus. 326.b
Phæniciarcha. 739.e
Phiala quid. 674.a
Phialæ θ α dignitas ignota. 685.c
Philopatium, locus ambulationis amœnæ. 680.e
Phrygium ornamentum. 86.c
Picenum duplex. 491.e
Pietas, Serenitas, Mansuetudo soli conuenit Imperatori. 54.b
Pietatis veterum Imperatorum ac Christianorum discrimen. 54.c.d.e
Pij nomen Imperatoribus attributum, & quare. 54.b.c
Pilaticium quid. 98.c
Pincerna. 659.a.b
Pincernarum Magister. 505.d
Pipinus in solium regni eleuatus. 83.a

Piscinica.

Index.

Piscinica, tributum Piscino impositum. 741.a
Pistrinorum & horreorum numerus. 551.b
Pittacia quæ dicantur. 341.a
Plausius Consulibus datus. 41.e
Plautianus filiæ suæ quanta dedit. 253.e
Pocillator. 505.d
Pocillatorum in conuiuijs officium. 175.a
à Poculis. 505.d
Pœna retardationis in soluendis vectigalibus. 692.d
Pompa & triumphus Imperatorum veniente supplicationis die. 65.a
de Ponderibus & mensuris quædam. 602.d.e
Pons sublicius à Romanis sacer existimatus. 24.d
Pontifici maximo sacrificium peculiare ac proprium. 25.e
Pontifici maximo nefas videre mortuum. 212.a
Pontificis dignitas. 24.c
Pontificis munus quinam Imperatores exercuerint. 25.d
Pontificis nomen vnde deriuatum. 24.d
Populus Romanus triumphanti Imperatori accinere solitus. 67.c
Porcinarij. 555.b
Porphyrogennetis nomen vnde. 107.c.d
Porta aurea, lignea. 333.e
Porta fontanalis. 515.b
Porta per quam Imperatores peregrè redeuntes ingrediebantur. 76.e
Portisculus. 541.b
Portitores. 692.a
Portoria à Regibus indicta. 708.d
Portorium. 700.a.
pertinentia ad ipsum. 701.a
Portorium vini. 725.e
Portoria, Impositions foraine. 755.c
Portus Byzantij. 334.a
Portus Romæ & Rauennæ. 701.b.c.d
Postæ quid sint. 582.b
Postulationes eædem ac preces. 458.c
Potestas, iurisdictio, & officium magistratuum municipalium defensorum, vel præsidum ciuitatum. 635.d.e.636.a.b
Potestas ad ciuilia, Imperium ad bella penes Proconsulem. 29.c
Potestas pro magistratu municipali. 638.b
Potestas Prætorum & Consulum in ducendo exercitu. 297.c
Potestas Imperatorum in Reges. 207.b
Potestati Consulum fasces & secures illigatæ. 38.e
Præbibere Regibus rarum. 195.c
Perceptores Imperatorum ad Consulatum euecti. 36.b
Præco idem ac Accensus. 563.d
Præcones & oratores. 462.b.c
Præcones in officio magistratuum. 569.b.
vnde dicti. ibid.e.
& de eis multa. ibid.c.d.e.& 570.a.b
Præconis ministerium. 363.e
Prædiorum capitatio, iugatio & iugeratio dicta. 713.e
Prædones & latrones publici qui dicantur. 62.a
Prægustatorum munus & qui primùm eos in vsum induxerint. 189.
Præfecti duodecim Duces à Consulibus instituti. 507.b.c
Præfecti ærarij. 416.b.c.d.e.417.a.b
Præfecti fasces, eiúsque notio. 389.e
Præfecti præt. Comitum, ac Rectorum officiales, Apparitores appellati. 565.d
Præfecti prætorio quot & à quibus instituti. 365.c
Præfecti prætorio illustres appellati. 356.e
Præfecti præt. vnde originem traxerint. 359.e.360.a
Præfecti præt. ab administratione rei militaris liberi. 360.b
Præfecti prætorio orientis officium. 366.a.b
Præfecti pr. Galliæ, & Italiæ quot & quas prouincias habuerint. 366.e
Præfecti limitis. 502.e
Præfecti præt. Consules facti. 366.c.d
Præfecti præt. ex quibus assumpti. 358.b
Præfecti præt. electio à quibus facta. 356.a
Præfecti vigilum institutor quis. 505.e
Præfecti vigilum iurisdictio & notio. 506.a
Præfecti vrbi oblatio cui & quando fieret. 389.c
Præfecti vrbi Constantinop. officium & notio. 390.b.c.d.e
Præfectis non nisi petentibus dabatur successor. 358.a
Præfectorum præt. munus præcipuum, cura vectigalium. 361.b
Præfecto præt. assurgebat Imperator 356.e
Præfectorum varietas & multitudo. 507.e
Præfectorum duo genera. 367.c
Præfectura cunctis vrbis dignitatib. antecellit. 356.c
Præfectura prætoriana omnium honorum apex. 356.d.357.c
Præfectura morum perpetua à Iulio Cæsare primo omnium recepta. 51.d
Præfectura præfecti pr. honoraria, quæ habita. 367.e
Præfecturarum varia genera. 358.a
Præfectus Annonæ. 547.a. *eius authoritas.* 554.b
Præfectus Augustalis eques. 479.b
Præfectus Castrorum. 506.e
Præfectus frumenti diuidendi. 507.a
Præfectus Ægypti Augustalis dictus, & quare. 478.d
Præfectus legionis quis dicebatur. 501.d.e
Præfectus pr. Castris præpositus. 368.a.b.c
Præfectus Constantinopoli quando & per quem positus. 388.e
Præfectus Caniclei. 658.e
Præfectus prætorius. 427.c
Præfectus prætor. palatium iniens adoratus consuetudine Imperiali. 357.d
Præfectus prætor. Italiæ. 291.a
Præfectus prætorio quibus titulis Imperatorem exornet. 59.d
Præfectus præt. quibus verbis appellatus ab Imperatore. 357.a
Præfectus præt. arbiter arcæ. 361.c.d
Præfectus prætorio. 355.e
Præfectus prætorio gladio accinctus incedebat. 135.e
Præfectus prætorio Galliarum, eiúsque officium. 291.c
Præfectus pr. leges per Imperatorem ferebat. 362.b
Præfectus vrbi quis. 386.c.d.e.387.a.b.c
Præfectus vrbi proceres ad Curiam vocabat. 387.d
Prærogatiuarius quis appellabatur. 504.e
Præsides quot in oriente & eorum officium. 495.b
Præpositus Castri alius à Præfecto Castrorum. 672.b
Præpositus horreis Rom. 551.c
Præstatio glebalis. 738.d.e
Prandium seruorum & canum à Regibus institutum. 194.c.d
Prandia per singulas literas agitata. 178.a
Præpositi laborum. 503.c
Præpositi qui dicantur. 504.b
Præpositi beneficia. 504.e
Præpositi in Romano exercitu qui dicerentur. 504.c
Præpositi sacri cubiculi officium. 393.d
Præpositorum & præpositurarum pluralitas. 504.a
Præpositus calcis. 628.d
Præpositus mensæ Regiæ. 172.d
Præpositus sacri cubiculi eiúsque munus. 291.e
Prærogatiua Consiliariorum. 147.e
Præsentialis Magister equitum. 360.e.361.a
Præses cum Assessore pedaneis iudicibus causas delegat. 469.e
Præses quid propriè significet. 495
Præses Imperium habet à Principe. 493.e
Præses deportandi & confiscandi potestatem non habuit. 494.e
Præses effractorib. pœnam imponebat. 495.a
Præsides paludati exibant in prouincias gladio accincti. 135.d

Index.

Præſides quibus inferiores. 494.c
Præſides minores prouincias adminiſtrabant. 495.c
Præſidis diuiſio. 493.c
Præſidum auctoritatis imminutio. 493.d
Prætor vnde dictus. 335.d
Prætorio Præfecti Conſtantinopoli agebant. 365.e
Prætores vnde dicti. 497.a
Prætura quid ſit. 498.a
Prætores duo regnante Conſtantino. 498.d
Prætorij cura tribuno militum commiſſa. 151.c
Prætorio Præfecti chlamydati. 365.e
Prætorium, conſiſtorium, tribunal quid ſint. 229.b
Prætorium quid & vnde dictum. 355.e
Prætorium in exercitu. 140.d
Prætor populi. 661.e
Primates regionum vrbis. 538.a
Primiceriatus dignitas. 440.b
Primicerij dignitas in Eccleſia. 440.a
Primicerij Notariorum an dicantur honorarij. 343.a
Primicerij Rabduchorum variæ appellationes. 671.e
Primicerij ſcriniorum rerum priuatarum, & primates quot, & eorum officium. 406.c
de Primicerijs. 426.e
Primicerius aulæ. 665.b
Primicerius priuatarum. 440.b
Primicerius Notariorum inter ſpectabiles collocatur. 442.a.
eius onus. ibid.
Primicerius magnus quis & vnde ſic appellatus. 657.e.
Cerius dictus. ibid.
Primicerius cubiculi ſpectabilis appellatus. 440.a.441.a
Primicerius Domeſticorum. 436.b
Primicerius protectorum tribunus. 427.d.e
Primicerius Notariorum. 292.e
Primicerij 4. in corpore Decanorum. 629.a
Primicerius ſacri cubiculi. 292.d
Primicerius Singularium. 441.d
Primicerius, Secundocerius, Tertiocerius, Quartocerius. 453.c
Primicerius vnde dictus. 440.a
Primipilaris miniſterium graue in vectigalibus & tributis. 425.e
Primipilatus commoda. 426.e
Primipili nomine quid ſignificetur. 425.d
Primipilum idem ac annona. 426.b
Primipilus cui ſubiectus. 426.d
Primiſcrinium, numerarius dictus & quare. 453.e
Primiſcriniorum lucrum. 453.c
Primiſcrinius pro numerario. 291.c
Primivirgius clauarius. 430.e
Primores Imperatorum ex quibus adſeſſores ſumebantur. 147.b
Primus à ſecretis. 231.d
Primus à ſecretis myſtico ſuccedit. 663.e
Princeps Agentium in rebus vir clariſſimus. 351.d
Princeps an bona propria & priuata habeat. 419.b
Princeps Dalmatiarum qui dictus. 536.e
Princeps pro optione carceris. 685.a
Princeps officiorum in officio Præfecti vrbi cenſetur. 537.c.d.e
Principales qui dicerentur. 631.e
eorum diuerſitas. ibid.
Principales ciuitatum & curialium qui dicti. 707.b
Principes honorem habebant Conſulibus. 34.c
Principes Agentium in rebus eorúmque munus. 592.c
Principes Peloponeſi, Achaiæ, &c. 684.e
Principes iuuentutis qui appellati. 505.a
Principes ſtatim atque renuntiati, ſuas imagines Romam & in alias ciuitates mittebant. 120.d
Principum antiquorum erga pauperes miranda liberalitas. 558.c.d.e. 559.a.b.c
Prior palatij. 144.c
Priuatarum Comes quos ſub ſe habuerit. 405.d
Priuilegia Senatorum. 385.d
Probatoriæ literæ. 338.e
Probi laudes ex Auſon. 360.e
Probi ſepulchrum, funus & epitaphium. 222.a
Procenſum quid ſignificet. 143.e
Proceres in Curiam à Præfecto vocati. 387.d
Proceres. 526.e
Procerum ad officium noui Conſulis conuentus. 34.d
Proconſulare Imperium Auguſtus primus vſurpauit. 29.a
Proconſulares prouinciæ reliquis dignitate priores. 299.e
Proconſul legato iuriſdictionem delegabat. 469.e
Proconſul portam Romæ ingreſſus deponebat Imperium. 29.b
Proconſulatus Palæſtinæ penes Conſularitatem. 469.d
Proconſules Aſiæ & Achaiæ inter ſpectabiles recenſentur. 468.c.d
Proconſulum multitudo. 469.d
Procopij de Roma dictum. 310.a
Procubitor cubiculi. 679.e
Procurator ad bona damnatorum. 408.d
Procuratores Baphiorum & linificiorum. 102.c.d
Procuratores Cæſaris. 407.e.408.a b.c.d.e.419.c
Procuratores Gynæciorum. 622.e
Procuratores rei priuatæ. 409.c.d
Procuratoris & cognitoris diſcrimen. 529.b
Proëdri conſilij ſanctioris præſides. 670.b.
eorum inſtitutor. ibid.
Profectiones Principis palatina militia vocantur. 144.a
Profuſio Iulij Cæſaris ad emerendos hominum animos. 112.e
Propontidis freti plæraque palatia & quare. 139.a
Propræcones. 463.b
Propratores. 479.d
Proſecutores. 601.d
Protallagator. 586.c.d
Protallagator mutandis equis præpoſitus. 666.e
Protaſtaſiæ munus ſordidum ad capitationem exigendam. 736.c.d
Protectores & domeſtici. 433.c.d.434.a.b
Protectores & domeſtici qui vocentur à Plutarcho. 437.d
Protocarabus nauis rector. 675.e
Programma Auguſti. 26.e
Prolegati. 500.c
Protocollon. 605.c
Protocomes. 672.c
Protocynegorum numerus. 674.d
Protocynegus, eiúſque munus. 674.c
Protoierarcarius Princeps accipitrium. 674.d.e
Protomæſtor artifex mechanicus. 676.b
Protonotarij duo & qui. 445.b
Protonotarius. 666.d
Protopapa qui dictus. 684.c
Protoſpatharius. 662.a
Protopapæ quot fuerint. 684.d
Protoſebaſtus. 654.c.655.a
Protoſebaſtus Edictum à rege ferebat, Alexius ratificabat. 236.b
Protoſpatharij dignitas. 675.c
Protoſtator & mareſchallus Gallis idem. 269.b
Protoſtrator vnde dictus & quis ſit. 656.d.e
Protoſyncellus, & Protoſyncellorum præſes. 671.a.b.c
Prototypia. 736.d
Protoueſtiarius & Protoueſtiarites. 655.d
Priuilegia Decurionum municipalium plura. 637.d
Prouinciæ aliæ populi, aliæ Cæſaris. 299.d
Prouinciæ mediæ Correctoribus commendatæ. 301.b
Prouinciæ omnes primùm prætoriæ. 468.e
Prouinciæ Proconſulares quot & quæ. 301.a

Index.

Prouincia proconſulares, prætoriæ, præſidiales, earumque differentia. 299.a.b
Prouinciæ quæ ſub Imperatorib. fuerunt. 299.a
Prouinciæ Syriæ, Ægypti, Macedoniæ, Daciarum quæ & quot. 306.a.b.c.d.e
Prouinciæ trium generum fuere. 196.a
Prouinciæ vrbicariæ. 367.a
Prouinciæ & diœceſeos differentia. 295.b
Prouinciarum numerus poſt Conſtantinum auctus. 301.e
Prouinciarum occidentis numerus. 302.b
Prouinciarum multarum ampla numeratio lege cap. XXXVII. de vicarijs ad finem. 480.d.e.&c.
Proximus & Proximorum diuerſitas & multitudo. 597.c.d
Publicani generatim qui dicantur. 691.b. 694.c.695.a. *quare mancipes.* *ibid.*
Publicani & tributorum exactores odio fuere plebi. 690.c. d.e. 691.a.b.693.d.e.694.
Publicare quid ſit. 605.e
Publicanorum maxima Romæ & potentiſſima ſocietas. 695. a
Publicanorum deſcriptio. 695.b.c.d
Publica quæ propriè dicantur. 694.c
Puellæ conuiuij ornatrices. 174.b
Pueri & puellæ elegantes in conuiuijs miniſtrantes. 175.d
Miniſteria in conuiuijs varia. 175.e
Puellæ in Græcia quomodo in domum viri ducerentur. 254.e
Puellæ ad Regem poſt largum merum adductæ, & quare 196.c
Pueri in Germania per hyemem fluuios natatu tranſmittunt. 264.c
Pueri à barbaris exſecti. 152.d
Pueri Alimentarij. 557.d
Pugillares membranei, citrei, eburnei. 241.b
Pugio quomodo vocatus à Græcis. 134.b
Pugio Imperij inſigne puluino ſubdi ſolitus à Domitiano. 134.b
Pugiones rotundi, & eorum vſus. 133.a
Purpura à Juſtino, Juſtiniano mortuo, induta. 79.b
Purpura Conſulum. 39.e
Purpura Ermionica. 621.e
Purpura inſigne proprium Imperatoribus. 93.e
Purpura, Tiberij temporibus, Imperij non erat inſigne. 99.e
Purpura pro Imperatore. 95.e
Purpura quanto in pretio apud Imperatores. 106.e
Purpura vulgo interdicta. 99.e
Purpura Tyria & Sydonia in pretio. 620.a.b
Purpuræ vſus aulicis Regum Aſiæ conceſſus. 100.d
Purpureum capitis integumentum quando ab Imperatoribus geſtatum. 89.e
Ptolemeo quantum tributum exſoluerit Ægyptus. 480.c
Pyra quid ſit. 215.b

Q

Quadrageſimæ portorium. 725.e
Quadrageſima tributum. 727.a
Quadriugi Imperatorum currus. 269.e
Quadruplatores. 701.a
Quarta accuſatoribus data. 61.d
Quæ ad Imperatores pertinebant diuina & ſacra dicebantur. 17.a.
Imò cœleſtia, perennia, & æterna. *ibid.c*
Quæſtores vnde dicti, & quot ſint. 397.e 398.a.b.c.d.e
Quæſtores quando faſces habuerunt. 298.d
Quæſtores epiſtolas & orationes Principis in ſenatu recitabant. 399.a
Quæſtores parricidij cur ita vocati. 525.b
Quæſtor ſine miniſterio. 669.e
Quæſtores Principis adſeſſores creati. 399.d
Quæſtores vnde dicti. 524.e
Quæſturæ ætas. 400.d
Quæſitores qui dicantur. 525.d
Quynam primi Domini appellari voluerunt. 57.a
Quinta, tributi genus. 725.a
Quincunx. 612.c
Quinquennij magiſtratus ſumptus publicos minuebant. 525.e

R

Rabduchi proximi à iudice ſecreti. 671.e
Radiata corona pro diademate. 87.c
Radiatum caput ſtatuarum Imperat. 124.a
Rationarium Imperatorum. 339.a
Rationalium duo genera. 410
Rationes duo in Notitia occidentis, & eorum officium. 406.a.b
Rationales qui, & eorum munus. 409.e
Rationalis ſummarum. 410.b
Rationalis rei priuatæ quis. 405.d.e
Rationalis vinorum. 628.c
Rationalium amictus. 411.e
Rationalium cura. 410.c
Rationarius qui fuerit. 410.e
Rationes Imperij Imperatoribus curæ. 339.a
Rauenna Mediolano antepoſita à Valentiniano iuniore. 335.a
Recens creati Imperatores in palatia ducebantur. 82.d
Rector vnius plurib. prouincijs, quælibet deinde ſuum nacta eſt. 301.d
Rector & caput Imperatorum cognomina. 58.e
Rectores prouinciarum & diœceſis. 423.d
Rectoris appellatio ad quos pertineat. 423.e
Rectorum Prouinciarum poteſtas. 301.c
Rectorum prouinciarum cura & officium. 424.b
Referendarij, eorumque officium. 460.a
Referendarij pro Chartularijs Eccleſiæ. 460.d
Regerendarius & Subſcribendarius qui. 460.e
Reges à militibus in clypeum impoſiti, & quare. 77.e.78.a
Reges à Senatu appellati ſecum bene agi putabant, verùm id ſibi laudi & gloriæ fore ducebant. 208.e
Reges Francorum Papam magnis honoribus proſequuti. 268.b
Reges Galliæ ſe nobilitati ſpectandos, vecti boum vehiculo, præbebant. 584.d
Reges Perſarum legibus non ſunt obnoxij. 58.c
Reges olim purpurati. 100.c
Regia poteſtas à Conſulibus & contrà. 32.b
Regia Cidaris. 86.a
Regia ſcriptura rubricata. 109.e
Regia lege populi poteſtas ad Imperatorem tradita. 81.b
Regibus pulſis Conſules bellum adminiſtrabant. 36.c
Regibus aduentantibus faces prælatæ. 224.e
Regina & domina orbis Roma. 314.c
Reginæ ad conuiuia regum appellatæ. 196.c
Regio Annonaria. 302.d
Regiones 14. Romæ. 538.b
Regiones vrbis Conſtantinop. 330.a.331.*vbique*
Regis Franciæ bona. 754.c
Rei frumentariæ curæ. 559.560.561.562.*vbique.*
Relatio apud Romanos propriè Conſulis erat. 27.e
Relatio Iudicum. 526.a
Relationis ius honoris cauſa datum eſt Imperatoribus. 27.d
Relationum verba. 28.b
Religio in enſe Conſtantini magni. 136.b
Renuntiatio Imperatorum. vide *cap. 1. de creatione Imperatorum ad finem vſque.* 71.a
Renunciatio Imperatorum quomodo fieri ſolita. 80.c
Repoſitoria in conuiuijs. 186.c
Rerum priuatarum comitis cura. 403.e
Res ſuauis excipere argentum quod ſpargitur. 112.b
Reſcripta Principum variè appellata. 236.b

Index.

Reſcripta Imperatorum latinè propoſita & quare. 457.*b*
Reſcriptiones quæ dicantur. 236.*d*
Reſcriptorum Principum vis. 236.*d*
Reſponſa quæ dicantur. 461.*d*
Reſponſa ſacra. 238.*c*
Reſponſales. 461.*d.e.*462.*d.e*
Res priuata patrimonium dicta. 407.*c*
Rhedæ. 584.*d.e.*585.*a.b.c*
Rhodogune fœmina, Perſarum ſigillum. 109.*a*
Ritus in natali Imperatorum. 261.*e*
Ritus creationis Imperatorum. 80.*c*
Ritus amiciendi corpora mortuorum improbatur. 215.*e*
Ritus Conſecrationis. 17.*d*
Roga militibus in auro ſoluta & eius pretium. 116.*b*
Roga quid. 114.*d*
Rogatores. 291.*b*
Rogatores, & Rogalia. 114.*e*
Roma à quibus munita. 306.*d*
Roma duplex. 306.*e*
Roma libera cur appellata. 312.*d*
Roma Petri ſedes. 316.*d*
Roma communis patria, orbis compendium, & breuiarium. 315.*e*
Roma commune terræ habitabilis oppidum. 313.*d*
Roma diua, Regina mundi, genitrix hominum deorúmque. 315.*c*
Roma Imperij altrix libertatiſque parens. 312.*e*
Roma mater honoranda. 313.*d*
Roma mater, Conſtantinopolis filia. 329 *b*
Roma matrix Metropoleon. 305.*e*
Roma magiſtra virtutum. 311.*b*
Roma metropolis Conſtantinopoleos appellata. 328.*e.*329.*a*
Roma populorum omnium parens, 314.*b*
æterna & magna. *ibid.*
Roma regia, martia, martigena, antiqua, appellata. 309.*a.b*
Roma ſilentio & admiratione veneranda potiùs quàm laudatione. 314.*d.e*
Roma vrbs ſacra, venerabilis, metropolis Romani orbis appellata. 315.*c*
Romæ ambitus. 307.*b.*308.*e*
Romæ comparatio cum mari. 315.*e*
Romæ elogia mirifica. 316.*d.e*
Romæ antiquitas. 305.*e*
Romæ encomia varia, vide *cap.x.*de Senatu Rom. 380.*d*
Romæ laudes ex Sidonio. 313.*e*
Romæ natalis quando celebratus & quanto cum honore. 205. *b. & e*
Romæ luxus. 321.*e.*322.*a.b.c.d.e*
Romæ nomen cum potentia certat. 315.*d*
Romæ tituli & elogia. 312.313.314.315.316.
Romæ virtutes & vitia. 320.*d.e.*321.322.323 *ad finem.*
Romanarum ædium altitudo. 321.*b*
Romani nomen Dei ſuis Imperatoribus attribuebant aráſque conſtituebant. 10.*d*
Romani vſque ad tempora Diocletiani ſalutati, non adorati 19. *e*
Romani fori, capitolij, montis Quirinalis munitio. 306.*c*
Romani Barbaris an ſeruierint. 374. *d. iunge* verſ. Prius enim, *cum verbo,* agnoſcerent, *lineæ præced. vt ſit perfectus ſenſus: Correctior enim tunc temporis morbo preſſius non aduertit, & ſiquæ alia diſiuncta ſint, & in additionibus quid incongruum repereris, emanda, & parce mortuo.*
Romanum Imperium quo tempore floruerit. 323.*a*
Romanus Pontifex iuſtiori titulo Romam poſſidet, quàm multi Reges ſua regna. 319.*b.c.d.e*
Romanus Pontifex maieſtatem ſuam à quo acceperit. 104.*e*
Rufuli vnde dicti. 539.*c*
Ruſſi Lazorum Regis calcei. 203.*d*

S

Saccarij. 555.*a*
Sacella & templa mortuis poſita. 216.*c*
Sacellarij duo, eorumque officium. 676.*d*
Sacellarius ſacculi præfectus appellatur. 676.*c*
Sacra Imperatoris. 238.*d.e*
Sacrarium Auguſto Romæ poſitum. 14.*c*
Sacrarium oraculi imperatoris, ſacrum conſiſtorium & auditorium. 230.*a*
Sacrarium pro conſiſtorio. 229.*d*
Sacrificia aduentantibus Imperatoribus facta. 224.*b*
Sacrificia ante omnia in nuptijs vſurpata. 255.*e*
Sacrificium Pontifici Maximo proprium ac peculiare. 25.*e*
Saga militaria. 432.*d*
Sagum quid ſit. 496.*b*
Saio ſiue ſaius qui. 603.*d.*
Salaria & ſupellex magiſtratibus in prouincias euntibus donata. 304.*e*
Salarij nomine quid ſignificetur. 351.*e.*& 352.*ad finem vſque*
Salarium magiſtratuum & vnde dictum. 351.*e*
Sal Ammoniacum & oleum è ſpinis. 193.*b*
Salinæ eorumq́, vectigal à quo inſtitutum. 718.*c.d.e*
Salinarum vectigal. 755.*d*
Salutati Auguſti imperatores magiſtratum Rom. conuiuio excipiebant. 171.*c.d*
Salutis omiſſa præſcriptio in literis, inauſpicatum quid exiſtimabatur. 241.*d*
Saltatrices in conuiuijs adhibitæ. 176.*b*
Sanctio pragmatica quæ dicatur. 237.*a*
Sandalia purpurea. 104.*a*
Sandapilarij. 628.*e*
Saphiat quid. 537.*a*
Sardinia & Corſica victæ à Metello, Sardorumq́, rebellio. 298.*c*
Sarraceni fœderati Rom. 373.*e*
Sarracenorum tribus ad Chriſti fidem adducta, Zocomo Phylarcho baptiſmum amplectente: coniunge *Græcis verſiculum* Dicitur totam. &c. 274.*c*
Sarraceni capitationem indixere Nicephoro. 714.*c*
Satrapæ & eorum officium. 424.*a*
Satrapæ vocabulum eſt Perſicum. 683.*e*
Scaliaticum, tributum. 746.*e*
Sceptrum ſemper honorificum. 720.*a*
Sceptrum eburneum à magiſtratibus pro inſignibus geri ſolitum. 341.*e*
Schola Gallica Palatij. 371.*b*
Schola Notariorum. 534.*e*
de Scholis multa. 475.*vbique.*
Scholæ Imperij orientalis quot & quæ. 474.*e*
Scholæ quot & à quibus inſtitutæ. 370.*c.d*
Scholæ quid, & vnde dictæ, 370.*b*
Scholares qui dicti. 476.*a*
Scholares numerorum rectores. 476.*b*
Scholarij, milites ſupernumerarij. 371.*c.d*
Scholis vndecim præerat Domeſticus ſcholarum. 665.*a*
Schola Domeſticorum duplex, & quæ. 437.*e*
Scholaſticorum dignitas & officium. 144.*e*
Scholaſticus pro Cauſſidico. 145.*a*
Scipio pro ſceptro. 39.*c*
Sclaui & antæ. 7.*e*
Scribarum dignitas vnde diſcenda. 574.*b*
Scriba corporis cuſtodum. 438.*d*
Scribæ ab actis. 606.*d*
Scribæ. 573.*a*
Scribæ apud Reges Syriæ honeſtiſſimorum in numero habebantur. 574.*e*
Scribæ locus in tribunali. 363.*b*
Scribarum varij ordines. 574.*e*

Index.

Scribarum officium securitas cunctorum. 449.
Scribarum officium laudabilius apud Græcos quàm apud Romanos. 574.c.d
Scribarum merces. 574.a
à Scribis quinam orti. 573.d
Scribendi modus apud Romanos quotuplex. 442.d
de Scriniis aliquid. 752.*sparsim*
Scriniary. 451.e
Scriniary quot in scrinio memoriæ. 453.b
Scriniary cui subditi. 453.c
Scriniary apparitores magistratuum dicti. 453.a
Scriniary à quo primum instituti. 452.d
Scrinia quot & quæ. 451.d.452.a
in sacris Scriniis quid reponatur. 452.e
Scriniorum quatuor genera, & quæ. 340.c
Scriniorum varia genera. 724.c
Scrinium aureæ massæ. 423.c
Scrinium dispositionum. 451.e
Scrinium dispositionum penes Referendarios. 459.e
Scrinium memoriæ cæteris nobilius. 454.a.b
Scriptura in vectigalibus tertium habet locum. 705.c.d.e
Scripturarius, ager publicus. 705.c
Scrutatores Imperatorum. 148.b
Scultatores exploratores dicti. 432.b
Scutarius alius à Scuterio. 670.e
Scuterius. 669.e
Scythæ Romanorum fœderati. 373.e
Scytharum mos in sepeliendis Regibus. 218.a
Sebastocrator quis primum appellatus. 108.e
Sebastocrator Despotam subsequebatur. 654.b.c
Sebastophorus. 654.a
Sebastus & Protosebastus. 655.a
Sceptrum Imperatorum quale. 91.c
Secretaria quid sint. 230.b
Secretum, locus in palatio. 663.b
Secretum publicarum. 231.a
à Secretis. 230.d.*sub fin.* 668. d.e
Secretum priuatarum. 671.c.
& publicarum. *ibid.* d
Secretum priuatarum Constantinopoli. 230.e
Secundi qui dicti. 678.a
Secures à lictorib. latæ. 245.e
Securigeri. 430.d
Sedes Imperij ibi est, vbi est Imperator. 138.a.
Sedes pro regiæ aulæ. 139.e
Sella aurata. 4.e
Sella Curulis. 43.c
Sella Imperatoris. 159.e
Sella aurea, albatumque diadema regni insignia. 85.e
Sellæ Consulum. 43.b
Sella Consularis. 32.c
Sellæ curules Consulum excelsæ ac sublimes; prætor. Tribunor. Senator. humiles. 43.d
Sellæ curulis descriptio. 44.c
Sella curulis in tribunali. 364.a
Sella curulis, solium eburneum, sellæ eburneæ & aureæ, tribunitium, subsellium promiscuè dicta. 43.d.& e
Sella gestatoria, quæ dicebatur. 43.e
in Sellam curulem gradibus ascendebatur. 43.d
Semisses & trientes in vectigalibus numerantur. 725. d.e
Semisses & trientes. 743.e
Senatorem inconsulto Senatu interficere nefas. 386.b
Senatores, clari & clarissimi appellati. 345.b
Senatores de bonis suis an & quomodo testari possent. 741.e. 742.a
Senatores laticlauio quando fuerint vsi. 384.e
Senatores ægroti iacentes in cellæ in Senatum inferebantur. 382.b
Senatores quando allegerentur. 634.a
Senatorum vestes & insignia quæ olim fuerint. 384.c
Senatores quando instituti, & quo loco habiti sub Imperatorib. 380.d.e
Senatorum gleba siue glebalis functio. 738
Senatorum nomina cur in album relata. 384.a
Senatorum priuilegia & onera. 385.d.e
Senatu authore omnia olim gesta. 81.a
Senatus acclamationes variæ pro Imperatoribus 80.d. *voluntati militum electionem principum detulit.* *ibid.*
Senatus indictiuus & legitimus. 382.e
Senatus Constantinopolitanus. 383.d
Senatus de pace & bello statuebat. 381.c
Senatus Romanus. 380.d
Senatus sententiam prolaturus quomodo se gerebat. 523.c
Senatus quo in loco haberi solitus. 383.b
Senatus Rom. decreta vim legis habebant. 381.e
Senatus multos Imperatores confirmauit, paucos legit. 80.d
Sententia quomodo à præfecto pr. pronuntiata. 364.d
Sepeliendi leges. 217.d
Sepeliendi mos apud Hispanos. 216.e
Septizonium cur sic dictum. 210.e
Septum Romæ feris ad venationem alendis. 310.e
Sepulcris inclusum aurum, vestis pretiosa, gemmæ. 214.e
Sepulcretum capite damnatorum. 333.d
Sepulcrum Macedoniæ regum apud Ægas. 214.b
Sepulturæ sepulcrorúmque magnificentia. 215.b
Sereni Imperatores dicti. 53.c
Serræ, dictæ clusuræ. 379.b
Serui vectigales auiaria curabant. 747.e
Seuiri militares qui dicti. 530.b.c
Sextarium vectigal. 734.d
Sextarius. 612.d
Sigilla & simulacra in quibus vota signabantur. 70.b
Sigilli aurei cura magno honori fuit. 110.c
Sigillum purpureum & aureum Imp. 108.e
Sigillum Persarum, fœmina capillo soluto, & quare. 109.a
Sigillum Imperatorum aurovel argento ductum. 241.c
Sigillum pro silentio, vel edicto. 232.a
Sigillum signatorium maius & amplius præter annulum Imperatores habuerunt. 109.c
Sigla quid. 441.e
Sigma in terra stratum. 183.d
Signa & vexilla in quibus imagines Imperatorum. 122. e. 123.a
Signa selecti exercitus. 340.e
Silentiarij qui vocati. 232.d
Silentiarium quid sit. 232.c
Silentium pro loco consilij Principis. 232.b
Silentium pro secreto, edicto vel responso. 231.e
Siliqua & Canonici solidi conductorum in vectigalibus numerantur. 733.b.c
Siliquaticum vectigal. 732.e
Siliquatorum Comes. 477.e
Simulachrum Beatæ MARIÆ pro fortunæ aureæ simulachro erectum. 158.c
Simulachra Deorum purpura tecta. 98.d
Singulares qui dicti. 441.d
Siromastis pugionis genus. 133.d
Smyrnæi primi templum vrbi Romæ statuere. 315.a.b
Socij. 368.d
Socij qui propriè dicti. 372.c
Sociorum & Auxiliariorum differentia. 373.d
Sociorum cohortes plures. 679.d
Sophiæ templum in quo Imperatores coronabantur. 91.d
Solarium vectigal. 731.e
Soleæ aureæ equorum Imperatoris. 267.a
Solidi nouæ nuptæ pro prima nocte dati. 255.d

Solido

Index.

Solidorum, drachmarum & c. æstimatio. 131.e
Solium Augustale. 159.e
Solium pro tribunali. 161.c
Spartæ sepulti in chlamyde purpurea, & quare. 216.in
Sparteoli. 506.b
Spatharius. 662.a
Spatharius qui dicatur. 675.b
Spatharocubicularius. 133.b
Spatharocubicularij. 674.b
Spatharocandidatus. 675.d
Spathatus & Spathius. 678.b
Spatia inter lectos conuinantium relicta, & quare. 184.e
Species quæ militibus dabantur. 426.d
Species adærandæ. 723.d
Speciosa omnia in conuiuijs olim adhibita. 175.c
Spectabiles viri Clarissimis potiores. 345.c.345.e
Spectabiles prouinciarum magistratus quot, & qui sint. 293. a.b.c
Spectabiles Palatinæ dignitates. 292.d
Spectabiles in occidente quot & qui. 351.d
Spectabiles in oriente quot & qui. 351.b
Spectabilitatis formula. 347.b
Spectabilium honos quibus attributus. 347.d
Spectabilium titulus quando in vsu esse cæperit. 347.a
Speculatores quinam appellati. 429.d
Speculatores milites qui. 429.e
Speculatorum gradus in officio. 429.e
Speculatorum arma. 432.a
Sponsæ Imperatorum pilento vectæ. 250.b
Sponsæ pater floribus aspersus. ibid.
Sponsæ puellæ annulos pro arris matrimonij dabant. 255.c
Sportulæ. 45.e
Sportulæ à Consulib. sparsæ. 46.e
Sportulæ quid significent. 529.d.e. earúmque diuisio. ibid.e
Stapsas vel stapedas non habebant antiqui in equis. 267.b.c
Stationarij mercium peregrinarum. 652.a
Stationes custodum Principis. 437.b
Stationarij qui. 580.e
Statores qui dicti. 571.c
Stator & apparitor idem. 57.b
Statua aurata vbi primùm statuta. 118.e
Statuæ Imperatorum quo cultu expressæ. 123.e
Statuæ Constantinopolitanæ. 333.b.c
Statuæ equestres & triumphales. 119.d.e
Statuæ & imagines Imperatorum euersæ. 124.c
Statuæ aureæ & argenteæ Traiano positæ. 119.b
Statuarum siue imaginum Imperat. erectiones. 120.b
Statuarum magnitudo. 119.e
Stercoris vectigal. 728.d
Stibadium quid. 183.e
Stipatores limina regia obsidentes, nec non protectores pone stantes Imperatoribus accumbentibus. 180.e
Stilicon Consul, solus dominus appellatus. 36.e
Stipatores Scribones dicti. 432.c
Stipendij & tributi differentia. 68.e.689.a.b
Stipendium 50. millibus militum alendis. 755.a
Stipendium superindictum, le taillon. 755.c
Stipendium vnde dicatur & quid sit. 688.b.689.a
Strata dilapidata. 510.b
Strata viarum. 509.b
Strategus. 488.e
Stratopedarches qui & vnde dicatur. 657.c
Stratopedarches monocaballorum. 681.e
Stratopedarches murtatorum Tzaconum, Tzangratorum. 682. b.c.d.e
Stratores, vel statores Imperatorum. 268.e
Strenæ aureæ oblatæ Imperatori à præfecto vrbi. 389.c
Strenæ prohibitæ. 155.b
Strenæ Imperatorum. 154.d
Strenarum vsus quando cæperit, & vnde dictæ. 154.d.e
Strenarum celebrationes. 156.a
Strenua Dea. 155.a
Strophium pro diademate. 88.e
Studij, musæi, & bibliothecæ Imperat. Constant. descriptio. 327.e
Subadiuuæ. 598.d
Sumen legibus censorijs interdictum in epulis. 173.d
Subscribendarius. 460.e
Subscriptiones per Cynnabarim. 110.d
Suburbia Romæ. 307.d
Sufes quid sit. 537.a
Suffragia campi apud Romanos. 41.a
Suggestum pro throno. 160.e
Suggestus Imperatoris in Senatu. 84.c
Sultanus. 684.b
Summa trubutorum & vectigalium. 751.c.d.e.752.753. vbique.
Supellex vnde dicta. 196.d
Superillustres. & illustrissima prætor potestas. 351.a
Superillustres qui dicerentur. 349. *sed sparsim ad finem.*
Superindicta. 755.a
Superindictum quid dicatur. 716.b.718.a
Superindictio. ibid.
Supplicantes qui vocati. 458.e
Supplicationum siue precum formula. 458.d
Supplicio destinati ceruicem iussi præbebant. 244.b
Susceptor qui vocatus, eius electio, & officia. 639.d.e
Susceptor soluenti chirographum faciebat. 640.b
Susceptores annui. 640.c
Susceptoris officium in suscipiendis vectigalibus. 721.a
Susceptorum numerus, & quinam eis administri. 640.a
Susceptorum electio. 636.e.639.e
Symphonia post cenam. 174.a
Syncellus quis dictus. 670.a
Syria Prouincia celeberrima. 300.a
Syriarchæ. 739.e.740.b
Syrmium Illyrici occidentalis metropolis. 335.a

T

Tabellarij multi in Imperio. 576.c
Tabellio, exceptor & scriba publicus secundũ Isidor. 449.b
Tabelliones qui dicantur, déque eis multa. 448.d.e.449.a.b
Tabernaculi Imperat. descriptio. 162.c
Tabernaculum Ducis Augustale. 355.e
Tabernaculum aureum. 159.a
Tablini & Tabularij differentia. 449.e
Tabulæ æreæ in quibus epistolæ proscribebantur. 242.c
Tabulæ votiuæ. 69.c
Tabularij & scribæ non militabant. 575.c
Tabularij vnde dicti. 447.e.448.a.b.c
Tabularij Reip. serui conditionales. 567.c
de Tabulario quædam. 752.753. *sparsim*
Tabularium quid sit. 449.d
Tabularium vsurpatur aliquando pro tablino. 450.a
Tabularius pro calculone interdum positus. 448.b
Tabulinum. 604.a
Tænia alba. 85.e
Tata aulæ. 662.c
Tolonarij qui dicti. 692.c
Telonei canon. 556.e
Teloneum aut telonium. 692.c
Temo, temonaria functio. 736.c
Templa magnifica Constantinopoleos. 329.c
Templa quare rotunda fierent. 531.e.532.a
Templa Deûm, & quid deinde primùm ab Imperatoribus vrbes ineuntibus visitaretur. 226.d

Index.

Templa in quibus imagines Imperatorum affigebantur. 123.c
Templa Constantinopolitana varia. 332.e. 333.a
Templum Sophiæ. 91.d
Templum Iulio Romæ ædificatum. 11.a
Templum à quibus primùm vrbi Romæ statuitum. 315.a
Templum Claudio dicatum. 15.c
Templum Apostolis Petro & Paulo exstructum à Constantino magno. 219.a
Templum Augusto mortuo decretum, factum à coniuge. 13.d
Termini imperij duo, & qui. 377.e
Terraco Hispaniæ metropolis. 335.b
Tertiarum tributum. 734.e.735.a.b
Tesserarij. 535.e
Tessalonica Macedoniæ metropolis. 334.d
Testamenta quondam à Iurisperitis dictata. 448.e
Testimonium solutionis. 406.d
Testis purpuratus. 95.c
Thema quid sit. 680.b
Thema obsequij. 543.c
sub Theodorico mœnia Romæ magnificentissima. 316.a
Theodorus Lascaris iunior mortuo patre renuntiatus Imperator. 76.e
Theodosius magnus per visum in quiete coronatus à Meletio. 87.c
Theophylactus Michaelis filius coronatus Imperator pretiosissimum stemma abstulit Ecclesiæ maiori, eiusq; donum Patriarchæ & clero. 89.d.e
Thesaurensis Palatinus dictus. 144.d
Thesaurensium munus. 425.a
Thesauri regij duo & qui. 412.e
Tetrarchæ & Tetrarchia. 535.a
Tiara Regum. 86.a
Tiara Imperatoribus peculiaris præter coronam. 88.c
Tiberius Principis nomine Remp. post Augustum rexit. 7.a
Tiberius templa sibi decerni prohibuit. 15.b
Tiberij funus. 219.c
Tiberius magistratibus pro tribunali cognoscentibus se Consiliarium obtulit. 234.a
Tiberius Comitia è campo ad Patres transtulit. 336.c
Tibialia rubra equis Imperator alligata. 267.a
Tibiæ in nuptijs adhibitæ. 257.b
Tinctores vnde profecti. 100.e
Tinctura. vide *Baphia.*
Tirocinij vectigal. 735.c
Tirocinium quid dicatur. 735.d
Tirones. 545.b
Tironum vectigalis necessitas. 736.b
Tituli Ecclesiæ vnde dicti. 421.e.422.a.b.c.d
Tituli pro mandatis aut edictis positi. 342.d
Tituli Romanæ ciuitatis vnde originem traxerint. 312.c
Tituli & nomina Imperatorum. 7.b
Tituli fiscales. 421.d
Titulus illustris, vel illustratus quam ob causam concessus. 349.c
Titus diadema gestauit. 87.b
Thori discubitorij in palatij atrio. 140.e
Toga palmata. 42.e
Toga picta. 39.c
Toparcha. 535.d
Trabea dabatur, Consul designabatur ab Imperatore. 38.c
Trabea vestis Consularis. 39.d
Trabeæ Consulares auro intextæ. 40.c
Thraciarum consulares qui. 351.c
Tractoriæ quid. 578.d.e
Tractatoria & Tractatorium quid sint. 609.d
Tractus pro diœcesi vsurpatus. 295.b
Trajani adoptio. 79.a
Trajani officium temperatum, 33.d
Tranquilli vocati sunt Imperatores, imò & clementes. 53.e
Transuectio annua. 535.e.536.a
Treuiri Galliarum metropolis. 334.e
Tribunal Consulare. 33.c
Tribunal, insigne Præf. Pr. 362.d
Tribunalis Præfecti Præt. forma. 362.e
Tribunal Regum. 158.e
Tribunal sublime. 160.a
Tribunalis extructio, ascensioq;, proprium Impetatoris insigne. 161.a
Tribunatus gradus ad Senatorium ordinem. 502.c
de Tribunis. 426.e
Tribuni laticlauij & angusticlauij. 502.b
Tribuni militum, actuosi & vacantes. 539.a.b
Tribuni Notarij 534.b
Tribuni Notarij à Præfecto Præt. instituti. 534.c
Tribuni plebis. 533.a
Tribuni rerum nitentium. 538.e
Tribuni sacri stabuli. 658.b
Tribuni scholarum beneficia. 504.c
Tribuni vnde dicti. 502.d.e
Tribunitia potestas. 26.d
Tribunorum electio. 539.b
Tribunorum militum onus. 502.d
Tribunorum pluralitas. 533.d
Tribunus primanus. 503.b
Tributa. vide *Vectigalia.*
Tributa indicere solius Imperatoris. 692.e
Tributa populi quæ propriè & exactè dicerentur. 299.d
Tributa diuitum pauperes necant. 691.e
Tributa populi, dicta propriè fiscalia & publica. 299.e
Tributa regni Galliæ. 754.c.d.e
Tributa regum originem præcessere. 686.a
Tributi & stipendij discrimen. 688.e.689.a.b.
Tributorum genera tria ponit Asconius, & quæ. 557.a
Tributorum exactio quam diligenter vel potius sæuiter fieret. 723.e.724.a
Tributum Artificum. 730.b
Tributum capitulare. 712.e
Tributum corporum. 712.e.713.714.vbique.
Tributum Chrysoteleæ. 735.c
Tributum ex vicis. 747.a
Tributum in mensem. 731.b
Tributum Fiscale. 748.a
Tributum Poriaticum. 746.e
Tributum pro mortuis. 331.c.d
Tributum & Census. 706.c
Tributum temerarium. ibid.
Tributum & stipendium propriè ex censu. 688.d
Tributum vicesimæquintæ mancipiorum venalium. 727.d
Tributum vnde dictum. 688.a
Tribuum nomina Consulibus ediscenda, homines, imo etiam singuli salutandi, prensandæ obuiorum manus, &c. 38.b
Tricaballi. 430.e
Tricliniorum longitudo & latitudo. 182.e
Triclinij aurei præfectus. 684.e
Triumphantes ipsa die triumphi magistratibus & ciuibus epulum præbebant. 181.d
Triumphantium Imperatorum currus à quibus tractus. 64.b
Triumphantium Imperatorum ornatus. 39.a
Triumphantium ingressus. 225.b
Triumphatoris nomen Imperatoribus adscriptum. 63.e
Triumphus Imp. cum dies Supplicationis appropinquasset. 65.a
Triumphus Andronici Imp. 90.b
Triumviri ad dilectum. 538.d
Triumviri ad transuectionem equitum. 535.e.536.a
Triumviri legendo Senatui, & alij. 536.d
Triumviri mensarij. 538.c

Index.

Thronus ac solium Regium. 158.d
Thronus aureus Regis Persici. ibid.
Tibi & canales vrbis Romæ. 310.c
Tubuli plumbei & fistulæ. 517.e
Tunica palmata. 39.c
Tunica blattea. 39.d
Tunicæ Dalmaticæ, manticatæ, talares. 101.b.c
Tunica inconsutilis CHRISTO Domino fuit, & à summo ad imum texta. 101.c
Typha. 86.c
Turcorum Regis vectigalia. 756.c.d.e
Turma pro loco in quo fuit, vsurpata. 488.e
Turma quid sit, & Turmarchæ. 488.c.d
Turmarij. 736.c.d
Turranius primus annonæ Præfectus apud Romanos. 547.e
Tzacones, hastati erant. 682.c
Tzangæ Imperatoriæ. 103.c
Tzangratores genus sagittariorum. 682.e
Tzauzius magnus. 661.d

V

Vacantes qui vocati. 343.c
Vacantes milites. 343.d
Vacantium gradus quot & qui sint (in additione lege *vacantium.)* 343.c.d
Valentinianus à militibus Imperator renuntiatus patre mortuo. 79.e
Valentinianus consortem nuperij Valentem sibi adsciuit, verbáque eius ad commilitones. 74.e.*sub finem* & 75.a
Valeri Proculi præconium ex vetere poëta. 483.e
Vasa potoria & escaria. 189.a
Varus eques Rom. cenarum bonarum assectator. 173.e
Vectigal vide *Tributum.*
Vectigal aliud fixum mobile, aliud certum aut incertum. 696.e. 697.a.b
Vectigal centesimæ rerum venalium. 728.b.c
Vectigal commerciorum. 744.
Vectigal lupanarium & matrimonij. 726.a.b.730.c
Vectigal è lacubus. 740.e
Vectigal è lacubus & fluminibus. 730.c
Vectigal ædilitium. 731.a
Vectigal fumi, vmbræ, & aëris. 742.e
Vectigal Macelli. 724.e
Vectigal octauæ libertorum. 730.a
Vectigal octauæ mercium. 734.b
Vectigal quadragesimæ. 727.e
Vectigal quinquagesimæ. 728.a
Vectigal quinquagesimæ pro feriis & mercibus. 734.c
Vectigal vicesimæ lupanarium, matrimonij, manumissionum, hereditatum & legatorum. 726.*vbique*
Vectigal vrinæ, stercoris & chrysargyri. 728.d
Vectigalia Africæ & Hispaniæ debita Romanis. 722.a
Vectigalia ad quid instituta. 686.b
Vectigalia Græcorum. 687.d
Vectigalia Populi Romani legendus est tibi liber nonus, & miranda certè & incredibilia reperies. 686.
Vectigalia Regis Turcorum. 756.c.d.e
Vectigalia quibus & à quo locata. 407.e
Vectigalia tribus rebus definiuntur. 700.a
Vectigalis exigendi forma. 720.d
Vectigalium genera sex maximè numerantur. 724.d.e
Vectigalia Illurici, Achaiæ & aliarum vrbium. 736.e
Vectigalium conductores. 701.a
Vectigalium iudices. 748.e.749
Vectigalium origo & necessitas. 686.a.687.*vbique*
Vectigalium & tributorum summa. 751.c. d. e. 752. 753. *vbique.*

Vehicula. 584.d.e.585.a.b
Vehicula Præfectorum vrbi. 388.e
Vehiculatio & de ea multa. 580.b.c.d.e
Velamen purpureum in sepulchris Imperatorum. 100.e
Velarij quinam dicti. 149.c
Velarij dispositioni magistri officiorum obnoxij. 150.b
Vellus. vide *baphia.*
Venatio Amphiteatri & circi vnde nata. 115.e
Venatio à Consule data. 40.b
Veneratio Imperatorum. 61.b
Verba Senatusconsulti de curatoribus aquarum publicar. 297.a
Verbenæ felicis arboris. 155.d
Verbedarij vnde dicantur. 582.e
Verbedi equi cursuales. 582.c
Verbedis certum pondus imponebatur. 583.a
Verris cohors. 568.a
Vespasianus & Hadrianus magnifica sibi ac superba templa constituerunt. 16.a
Vespasiani dictum, Imperatorem stantem mori debere. 2.a
Vespasiani funus in quo mimi adhibiti, & cur. 213.c
Vespillones. 628.c
Vestes & calceamenta Comitis largitionum. 402.d
Vestes Senatorum splendidiores absente Principe, & quare 523.b
Vestes sacræ à quib. tractari solitæ. 101.d
Vestiaritæ Etæriarchæ. 683.d
Vestiarij præfectus. 680.a
Vestiarij scrinium. 101.d
Vestiarium quid. 413.b
Vestes Senatorum. 384.c
Vestis artifices varij à Plauto positi. 623.c
Vestis Imperatoriæ descriptio. 99.e
Vestis lineæ & priuatæ Magistri. 102.b.c. 622.d
Vestis Imperatorum. 93.e
Vestis Magistri offic. 396.c
Vestis sacra quæ. 100.a
Vexilla militaria imagines Imperatorum habebant affixas. 120.c
Vexillationes comitatenses. 136.e
Vexillationes Magistri orientalis. 392.d.e
Viæ quomodo in aduentu Imperatorum ornatæ. 226.e
Viarum aggeres. 509.b
Viarum curatores. 508.a
Viaticum Principis, legatiuum dictum. 501.d
Viatores Tribunorum & Ædilium plebis ministri. 570.e
Viatores, Apparitores vocati. ibid.
Vicarij Augustales dicti, & quare. 482.c.d
Vicarij præfecti prætorio multarum prouinciarum multi. 482.a
Vicarij præfecturæ Galliarum quot olim fuerint. 367.b
Vicarij Præfectorum pr. Assessores & Consiliarios habuere 363.c
Vicarij qui dicantur. 480.d.e.*multa de eis ibid.* & 481. 482. 483.*vbique*
Vicarius Hispaniarum. 293.b
Vicarius Romæ quatuor Consularibus præerat. 491.c
Vicarius Tribuni. 539.e
Vicesima hereditatum & legatorum, tributaria fuit. 726.e 727.a.b
Vicesimæ & quinquagesimæ exactores. 692.a
Vicorum curatores. 508.a
Victimæ quot in die Regi Persico consessæ. 193.e
Victoris titulus Imperatoribus est tributus. 63.e
Viduæ ante decem menses nubere non poterant. 249.e
Viginti virorum institutor Augustus. 526.c
Villa Imperatorum. 270.e
Villæ elegantiores prætoria Suetonij temporib. dicta. 143.b

Villicus

Index.

Villicus vrbis. 540.b.
vnde dictus. ibid.c.
& quis vere Villicus. ibid.d
Vincti, Principis edicto, quinquennali, decennali &c. soluebantur. 200.a
Vindices. 640.e
Vini Rationalis & susceptor. 628.c
Vini susceptores. 555.b
Virga pro insigni potestatis aut superbiæ. 520.d
Virga semper honorifica. 520.a
Virgines nubentes à quibus tradebantur. 254.d
Viri consecrati & inter Deos relati. 12.d
Viri domus in nuptijs coronata. 250.d
Viri epistolares. 456.e
Vir spectabilis castrensis qui dictus, & eius officium. 441.c
Virorum Illustrium gradus quatuor, & qui. 343.b
Vitis aureo throno similis. 159.b
Vitta maiorum decoramen. 85.e
Vinarium Romanum. 310.e
Vmbræ tributum. 742.e
Vnctio Imperatorum. 89.d
Vnguenta, serta, coronæ &c. in nuptiis adhibita. 254.b
Vnguenta varia. 626.267.*vbique*
Vnguentarij in officijs Imperatorum fuere. 626.627.*vbique*
Vniones in conuiuijs absorpti. 166.d
Vocis, Domini, ad alias gentes translatio. 57.e
Volucres, pisces, flores & alia peregrinis è locis allata splendidius conuiuium reddebant. 181.b
Voluptatum nouarum iuuentoribus præpositum à Xerxe præmium. 167.e
Vota pro amicis ægrotis Romani suscipiebant. 68.e
Vota in castris apud signa nuncupata. 69.d
Vota in tabulis scripta. 69.e
Vota 3. nonas pro incolumitate Principis suscepta. 68.d
Vota populi Rom. præeunte Pontifice. 70.a
Vota pro reditu Caligulæ, mirandáque lætitia pro eius in vrbem ingressu. 66.e
Vota pro Seiano & Plautiano suscepta. 67.d
Vota pro Imperatoribus facta. 66.c
Votorũ causa lugeri vetitus Seionius Commodus, & quare. 67.a
Votorum honos ex Senatusconsulti decreto solis Imperatoribus delatus. 67.d
Vraniscum. 162.d
Uraniscus solio Regum imponi solitus. 159.c
Vrbaniciani quinam dicti & eorum officium. 390.b
Vrbes multæ Romæ dictæ. 328.d
Vrbes quas Reges obibant quantis sumptibus conuiuia parare solitæ. 193.c
Vrbis Romanæ descriptio. 309.b
Vrbium deuouendarum ritus. .70.e
Vrbs Augusta (Romam intellige.) 314.e.315.a
Urceolæ vnguenti quo CHRISTVS *vnctus.* 333.d
Vrinæ vectigal. 728.d
Vrna. 613.b
Vsura centenaria quæ. 649.c
Vsuræ centesimæ quæ dicantur. 647.c
Vsuræ nauticæ duratio & taxatio. 649.b
Vsuræ sexquicentesimæ taxatæ. 647.e
Usuræ & fœneratores. 647.c.648.*vbique*
Vultus in Imperatorum chlamyde acu picti. 96.c
Vxor senatoris clarissima. 344.c.d.e
Vxores Imperatorum nobilissimæ appellatæ. 108.d
Vxores Principum ipsamet die nuptiarum sæpe coronatæ. 253.c

X

Xylarchyrum. 747.b

Z

Zandilus. 435.b
Zangæ, tzangæ, tzancæ promiscuè ponuntur. 106.d
Zonæ à puellis ad sponsum ituris suspensæ. 257.a
Zoste quid sit. 673.a.b.c

FINIS.

DE

DE OFFICIIS REGNI GALLIÆ, APPENDIX.

Index huius Appendicis.

De Rege. 3.col.1
De Reginis. 3.col.2
De Delphino & Domino. ibid.
De Clero Regum. ibid.& 4.col.1
De Domesticis Regum officijs. 4 col.1
De Regum Domicilijs & Aulis. ibid.c.2
De Maioribus Palatij. ibid.
De Siniscalco. 5.col.1
De Camerario seu Camberlano.& Cubiculario. 5.col.2.& 6.
De Buticulario seu lagenæ Præposito. 6.col.1
De Constabulario. ibid.
De Cancellario. 6.col.2
De Magistro Militiæ & seu Connestabili. 7.col.1
De magno Cubiculario. ibid.
De magno Magistro. ibid.
De magno Scutario. ibid.
De Mareschalis. ibid.
De Magistro Peditum. ibid.
De Almirali. 7.col.2
De Generali triremium. ibid.
De magno Venatore. ibid.
De Præposito hospitij. ibid.
De Nobilibus seruientibus. ibid.
De centum nobilibus. ibid.
De Regente. ibid.
De duodecim Viris seu Paribus. ibid.
De Gubernatoribus. ibid.
De magno Libratore. 8.col.1
De Equitib. torquatis. ibid.
De Heraldis. ibid.
De Consilio Priuato. ibid.
De Magistris libellorum. ibid.
De Consilio Franciarum. ibid.
De Parlamentis. ibid.
De Curia Auxiliorũ & Camera & Magistris cõputorũ ibi.
De Camera Bipertita. ibid.
De Stipatoribus Regijs seu militibus Prætorianis. ibid.
De Rege Ribaldorum. 8.col.2
De Ducibus & Comitibus hereditarijs. 9.col.1
De Patricijs seu Paribus. ibid.
De Ducibus. ibid.col.2
De Marchionibus & Marchesijs. ibid.
De Comitibus. 10.col.1
De Baronibus. ibid.
De Castellanis. ibid.
De Feudis & Vassallis. 10.col.2
De Mareschalcis & Magistris Equitum. 11.col.1
De Admirali. ibid.col.2
De Fourerijs siue Metatoribus. ibid.
De Equitibus. ibid.
De Caduceatoribus, & Heraldis. 12.c.1
De Stipatoribus Regijs. 12.col.2
De centum Nobilibus Cameræ Regiæ. ibid.
De Connestabili. ibid.
De Structoribus mensæ. 12.c.2
De magno Panetario. ibid.
De Scissoribus mensæ. ibid.
De magno Scutario. ibid.
De Equitibus Bannerettijs. ibid.
De Equitibus S. Michaëlis. ibid.
De Syndicis. 13.col.1
De Admirali. ibid.
De Parlamento. ibid.
De Interiori seu priuato Consilio. 13.col.2
De magno Consilio. ibid.
De Vicecancellarijs. 14.col.1
De Custodibus sigillorum. ibid.
De Præsidibus. ibid.
De Generalibus auxiliorum seu oblationum 14.col.1
De Electis. 14.col2.
De Præposito Granario salis & Antigrapharijs. ibid.
De Conseruatoribus paludum. ibid.
De Computis seu Rationibus. ibid.
De Curia Monetarum. ibid.
De Præposito Monetarum. ibid.
De Camera Thesauri. 15.col.1
De Magistris aquarum & syluarum. ibid.
De Camera Domanij seu Canonis. ibid.
De locum tenente Domanij. ibid.
De Bailliuis & Seneschalchis. ibid.
De Curijs Præsidiblibus. ibid.
De Quæsitoribus succinctis. 15.col.2
De Castellanis & Præpositis. ibid.
De Præposito Parisiensi. ibid.
De Auditoribus Castelleti. ibid.
De Conseruatoribus Apostolicis & Regalibus. ibid.
De Conseruatoribus nundinarum. ibid.
De Bailliuo Palatij. ibid.
De Iudice & Consulibus mercatorum. 15.col.2
De Inquisitoribus. 16.col.1
De Maioribus & Schabinis. ibid.
De Præfecto Vigilum. ibid.
De Secretarijs Mandatorum. ibid.
De Secretarijs domus Franciæ. ibid.
De Magistro ceremoniarum. 16.col.1
De Notarijs. ibid.
De Scribis. ibid.
De Apparitoribus & Viatoribus. ibid.
De Sagittarijs Præpositi. ibid.
De Ostiarijs. ibid.
De Thesaurarijs generalibus Domanij. 16.col.1
De Thesaurarijs partium casualium. ibid.col.2
De Thesaurarijs Belli. ibid.
De Thesaurario minutarum voluptatum. 16.col.2
De quatuor Generalibus Franciæ. ibid.
De Receptoribus vectigalium seu Susceptoribus. ibid.
De Impositoribus & Collectoribus. ibid.
De Thesaurario Domanij seu Canonis. 16.col.2
De Receptoribus multarum seu Susceptoribus. ibid.
De Antigraphariis. ibid.

DE

DE OFFICIIS REGNI GALLIÆ,

APPENDIX.

CVM abiungere vellem,& huic ſcriptioni finem imponere,viri quidam graues, & eruditi, quorum iudicio plurimum tribuo, inſtiterunt, vt de dignitatibus, & officiis Galliæ noſtræ aliquid delibarem.Feci non inuitus, vt patriæ, gratiam referrem, & in parte officium exſoluerem.

De Rege.

PRINCIPIO regum, gentium, nationúmque imperium penes Reges erat,ait Iuſtinus lib.1. Hiſtor. & hominum pauci libertatem, pars magna iuſtos dominos volunt.In Gallia iam olim Reges fuere,qui hæreditario iure patribus ſuccederent. Æmoinus ſcribit Clodoueum ſucceſſiſſe hæreditario iure Childerico Patri Agathias,Theobaldum Regem Auſtraſiæ Thieberto, cum regni ſucceſſione lege Saliorum, ſeu Ripuariorum, qui ad Leodium ſiti ſunt, fœminæ excluderentur. Lege Salica, titulo de Allodiis, cauetur ne quæ pars terræ Salicæ ad fœminas hæreditario iure, obueniat. Lege Ripuariorum,titulo de Allodiis,excluduntur fœminæ ſucceſſione regni, aut principatus, ne de lancea tranſeat ad fuſum. Gumthranus Burgundio Rex Francorum Clothildę filia ſua excluſa viuus videnſque,in conuentu ordinum Childebertum Regem Auſtraſiæ fratris filium Regem Burgundiæ renuntiauit, filiæ ſuæ agros opimos, & amplos attribuit. Clotarius parruus neptes ſuas, Childeberti primi Pariſiorum regis filias, regno expulit, vt & Aribertus Rex Lutetiæ neptes ſuas. Moris autem fuiſſe, vt regij ſanguinis mares ſuccederent, oſtendit fulco Archiepiſc. Rhemenſis epiſt. ad Imperator. Arnaldum, anno ſalutis 892. qui ſcribit ſe Carolum ſimplicem filium Caroli Craſſi 25.annis maiorem, Eudone derelicto, Regem inunxiſſe, quod in Francia mos hic ſemper obtinuerit, vt Rege mortuo proximus Regiæ ſtirpis mas in Regem aſſumeretur. Eudo, Robertus, & Rodolphus,vt Normanis irrumpentibus obſiſterent, per Caroli ſimplicis pueritiam Reges electi fuerãt, qui & ipſi regia ſtirpe oriundi erant. Anno 739. Carolus Martellus, quia Theodoricus mentis compos non erat,fratrem eius Childericum non multo ſapientiorem Regem creauit. Eudo teſtamento ſuo Carolum ſimplicem legitimum regni hæredem agnouit.Floardus ſcribit Rodulphum id egiſſe apud Carolum ſimplicem, vt ipſe volens regno abiret, idque in Rodulphum ſponte transferret. Ludouicus quartus Hugoni Capetio regnum ſuum dono dedit, vt ſcribit Odoronus Monachus in Cœnobio Senonenſi S. Petri Viui. Hugo magnus Comes Pariſienſis,filius Roberti Regis,qui Sueſſione interemptus erat, nepos Eudonis, & affinis Rodulphi Burgundionis,Ludouico Vltramarino,filio Caroli ſimplicis ex Anglia redeunti obuiam profectus eſt,& cum è naui exſcendiſſet,in eius verba iurauit, legitimum regni ſucceſſorem agnoſcens. Baldus libr.de feudis ſcribit gentem Borboniam,ſi ad mille annos vixerit,& vltra,ſemper ius ad regnum habituram.Quæri poteſt an Rex eccleſiaſticis, aut nobilibus non adhibitis iure hæreditario ſuccedere poſſit. Reſpondent poſſe.Ita in Chronico anni 813. Carolus magnus ipſe Ludouicum filium per ſe coronaſſe,& imperij conſortem feciſſe dicitur. Idem Aquis Sextis Ludouicum filium Aquitaniæ Regem inſtituit, vt eſt in vita Caroli magni,ſcripta per Monachum quendam Angoliſmenſem.Alia plura eius rei exempla vbique occurrunt.

De Reginis.

REGIBVS Galliæ olim plures vxores,quæ omnes Reginæ dictæ. Dagoberto quatuor vxores fuere, plures concubinæ. Clodoueus Clothildem Gumbaldi Burgundiæ Regis filiam XIII. ſibi denariis coemit.Id pretium puellæ in legibus Burgundionum vocatur. Galli nouis nuptis munus matutinum offerebant, quod lingua Teuthonica,Morgangheba dictum, narrante Gregorio Turonenſi, qui ſcribit Reginis fuiſſe agros dotales, quibus fruerentur ipſæ,& hæredes. Reginis fuere maiores palatij, referendarij, coneſtabuli, & alia id genus officia. Eædem Rege mortuo partiebantur cum hæredibus viri mobilia bona in ipſo matrimonio acquiſita, vt eſt in continuatione Hiſtoriæ Gregorij cap.85.Capetiani vnica vxore contenti, concubinas auerſati ſunt.

De Delphino, & Domino.

EX filiis Regum primogenitus dicitur Delphinus,à Delphinatu prouincia in Allobrogibus, quam Humbertus anno 1349. ea lege Ioanni Regi donauit, vt primogenitus eo cognomento inſigniretur. Filij Regum Merouingiorum dicti Reges, & filiæ Reginæ, quòd & ſub Philippo primo, & Ludouico Groſſo filio eius ſeruatum eſt. Patre mortuo mares Merouingiani, & Carlouigiani regnum in partes æquas diuidebant,& regum titulos retinebant. Quod ſeruatum ad Ludouicum vſque tertium vltra marinum, cuius filius Lotharius in regnum ſucceſſit,Carolus minor natu Dux Lotharingiæ dictus eſt. Capetiani exemplum ſecuti ſunt.

De Clero Regum.

REGES Merouingiani habuere ſacerdotes in comitatu, non item Capellanos. Volradus Langobardus in Comitatu Pipini regis Abbas S. Dionyſij fuiſſe dicitur,quia inſidias in Regem detexerat, poſtea

Capellanus, & Archicapellanus Palatij regij factus est, id est, Præfectus est Clero Palatino. Gregorius Turonensis lib. 8. cap. 29. vnum è clericis à Fredegundi summissum in Austrasiam scribit, qui Brunechildem, aut filium eius Childebertum interimeret. Capellanos autem à Capa, seu Dalmatica S. Martini dictos volunt, quam Reges Galliæ pietatis, ac religionis ergo secum circumferendum curabant. Tanta enim S. Martini in Gallia veneratio fuit, vt ab anno mortis eius instrumenta publica vulgo signarentur. Sed de Capa eius hæc in manuscripto veteri Monasterij Nouienti leguntur, *Quendam optimum dictatorem, & scriptorem in capellam suam assumpsit, quo nomine Francorum Reges Capam S. Martini, quam secum ob sui tuitionem, & hostium oppressionem iugiter in bello portabant, & sancta sua appellare solebant.* Capellarum, & Capellanorum mentio fit lib. 5. Capitularij Caroli magni, cap. 82. & can. 5. Synodi Aquensis, & can. 5. Synodi Rhemensis, *Capellani presbiterij* vocantur. Præcipuo loco Capellanos palatij fuisse oportuit, cum Drusius Metensis Episcopus, Caroli magni nothus, & Hilduinus Franciæ princeps Abbas S. Dionysij, & S. Germani Pratensis sub Ludouico Pio Capellani fuerint. Valfridus Strabo, *Sunt, inquit, & illi, quos summos Capellanos Franci appellant, clericorum causis prælati.* Episcopus Angolismensis ab antiquo se Archicapellanum regum Franciæ esse defendit, quoties in Aquitania Reges versantur, atque Launum Episcopum Angolismensem Archicapellanum Palatij Pipini breuis fuisse. Multi olim Clerici Capellę Palatij fuere, qui cum sacerdotiis à Rege donarentur, sacramento ei dicebant, iurabantque se Regem nunquam deserturos. Ideo indignè tulit Carolus Caluus Thiotum Clericum Palatij, se nesciente Episcopum Baiocensem anno 809. factum esse. Id temporis, quia laici literarum rudes erant, clerici & epistolas regum scribebant, & cancellarij erant. Lupus Abbas Ferrerien sis epist. 28. scribit de Clerico Ludouico sub Carolo Caluo, *Ludouicus magnæ indolis epistolare in palatio gerens officium.* visuntur hodieque vetera instrumenta in quibus hæc verba leguntur, *ego N. cancellarius ad vicem Archicapellani recognoui.* Olim qui erant ab epistolis regum Franciæ, dicebantur Clerici, Notarij, & Secretarij Palatij, & Coronæ Franciæ, reliquorum in Gallia Principum Amanuenses dicti sunt duntaxat Clerici.

De domesticis Regum Officiis.

OFFICIA domestica sub Morouingianis, & Carlouingianis à seruis, & mancipiis curabantur, quorum alij patrimonij Regij procuratores, alij villici & dispensatores erant, & rationibus præpositi, quidam medici, cubicularij. Apud Gregorium Turonensem Marilefus Archiatrus seu primus Meduorum Chilperici ecclesiæ Turonensi, cuius mancipium fuerat, restituitur. Droctuflus Educator, & Baiulus Regis Childeberti, & Septimina nutrix eius, alter ad opus rusticum amandatus est, altera ad trudendam molam, vnde gynæceo regio farina sufficeretur, quia mancipia erant. Quo tempore Chilpericus Rigunthem suam in Hispaniam misit, cubicularij, panifices, coqui & alij omnes ministri, ex vernulis, & libertis domus regiæ desumpti sunt. Reges enim id temporis, vt cæteri patres familias ex prædiis domesticis triticum, & vinum in horrea, & cellas stipabant, greges, & armenta sua habebant, vnde carnes in vsum cottidianum sufficerentur. Gregorius in præfatione libri 5. *Quid agitis? quid quæritis? Quid non abundatis? In domibus delitiæ supercrescunt. In promptuariis vinum, triticum, oleumq; redundat, in thesauris aurum, atque argentum coacernatur.* & cap. 34. eiusdem libri Fredegundis ait, *Nunquid non exundabant promptuaria vino? nunquid non horrea replebantur frumento? Nunquid non erant thesauri referti auro, argento, lapidibus pretiosis, monilibus, vel reliquis imperialibus ornamentis?* Habebant & carnaria, & promptuaria vbi petasones, tomacula, & succidiæ. Idem lib. 7. cap. 15. Fredegundis asserens *Nectarium de Promptuariis tam tergora, quàm vina multa abstulisse.* Domestici Regi eunti ad comitia, omnia quæ ad iter vsui erant, comparabant, eodem auctore lib 10. & comites sumptus itineri sufficiebant, Episcopi Regi commeanti, & eius comitatui, annonam subministrare, Abbates hospitio excipere transeuntem pro copia redituum tenebantur. Reges item in Turonibus armenta equorum habebant, & in aliis vberibus, ac lætis pascuis. Idem Gregor. lib. 8. cap. 40. *fuit autem & in vrbe Turonica Pelagius quidam nullum iudicem metuens, pro eo quod fiscalium iuramentorum custodes sub eius potestate consisterẽt.* Ludouicus Pius, Rex Aquitaniæ, quatuor in eo regno palatia, seu villas habuit opulentas, omni rerum copia refertas, in quibus singulis singulas anni tempestates sine plebeculæ vexatione transigebat.

De Regum Domiciliis & Aulis.

GREGORIVS Turonensis scribit Clodionem Diuisburgi ad Rhenum nõ procul à Colonia domiciliũ posuisse, lib. 2. c. vlt. Clodoueum Parisiis obiisse, vbi sedem fixerat. Clodouei filij Rhemos, Aurelianum, Parisios, Suessionem, Regias vrbes habuerunt. Filij Dagoberti, Carolus, Martellus, Pipinus Parisios: Carolus magnus Aquisgranum, Ludouicus Pius Thiomuillam, Carolus Caluus Compendium, Ludouicus Vltramarinus Laudunum, Hugo Capetius Lutetiam Principem regni vrbem esse voluit.

De Maioribus Palatij.

MAIOR Palatij dignitatum omnium caput fuit, Præfecto prætorio non absimilis, Regis generalis Vicarius. Græci πρόοικον vocant, Latini vulgo maiorem domus, vt supra latiùs differui. Cedrenus in Leone Iconomacho, ἱστορῶ ὅτι ἔθος ἦν τῶν Ῥωμαίων καὶ Φράγκων ἄρχειν, καὶ μιᾶς ἀνοικεῖν, πλὴν ὅτι ἀλόγως ἐθέλειν, καὶ πίνειν, καὶ μᾶλλον μᾶλλα περικαθέζεσθαι τῷ πάνυ τῶν ἐθνῶν, καὶ προσκυνεῖν αὐτοῖς, καὶ ἀντιπροσκυνεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, διαφορεῖσθαι τε, καὶ συνήθειαν, καὶ ἀπελθόναι αὐτοῖς, ἔχειν δὲ πρόοικον γνώμῃ αὐτῶν, καὶ τὰ ἔθνη εἰς τὸ ἀνοικεῖν πάντα τὰ πράγματα. *Memoriæ proditum est moris fuisse, vt Rex Franciæ hæreditario, & gentili iure regnum teneret per seriem generis, & nihil rerum gereret, nisi quod belluino more comedebat, & bibebat, mense autem Maio præsidebat in conspectu totius populi, & adorabat eum, & ab eo adorabatur, & ex consuetudine donabat, & accipiebat, habebat autem maiorem domus, qui mens eius, & totius gentis esset in administrandis negotiis.* Gregorius Turon. Maiorem domus Regis, alium maiorem domus Reginæ facit. Æmoinus libr. 4. scribit Dagobertum 10. Kal. Maias *solio residentem aureo apud omnes Franciæ primores loquutum.* Maior ille Palatij per initia Præfectus domesticis aulicis, & ipsi domui regiæ fuit, postea administratio leuis rei politicæ illi attributa, tandem summæ rei impositus est. Gregor.

Tur.

Tur. lib.9. cap.30. *Childebertus verò Rex descriptores in Pictauos inuitante Maraneo Episcopo iussit abire, id est, Florentianum maiorem domus regiæ, & Romulphum Palatij Comitem, vt scilicet Populus censum quem tempore patris reddiderat facta ratione, innouata re, reddere deberet.* Apud Idaacium Historiæ Gregor. Turonens. Continuatorem, Flaocatius Maior Palatij Burgundionum ius sibi & iudicium in Vilibaldum Patricium Burgundionem sumere tentauit. Galli enim Maiorem Palatij eligebant, qui omnibus rebus ciuilibus, & bellicis præesset. Idaacius Gogonem vitũ optimum, ac fortissimum ab vniuersa nobilitate Maiorem Palatij electum scribit. Potestas autem Maiorum Palatij sensim ita creuit, vt Pipinus Reges solio regni eiecerit, & sibi regnum adsciuerit. Is Maiores Palatij nullos esse in posterum voluit: Comites Palatij dignitatem obtinere passus est, qui de Aulicorum, & Domesticorum controuersiis cognoscerent.

De Siniscalco.

PIpinus rerum potitus, maiore Palatij sublato, Siniscalcum mensæ præpositum instituit, qui regios cibos curaret. Ipse per se, vel per filios exercitum ductabat. Seniscalcorum autem duo genera fuere, quorum alij serui, alij liberi, & honorati. De seruis agit lex Alemanorum tit. 12. De eo qui occiderit Pastores §. 11. Si Seneschalcus alicuius qui seruus est, occisus fuerit, Domino 40. Solidos soluet percussor. Ibidem §. 5. Seneschalcus seruus alius à coquo esse dicitur. Seneschalci liberi, & nobiles, non modo cibos regios, sed vniuersam domum, ornatum cubiculorum, sumptus domesticos, ipsos equos curarunt. In Chronico veteri, Pugna Ronceuallica Egibartus quidam interemptus esse dicitur, quem aliæ historiæ Scalchum, seu Seniscalcum, aliæ Præpositum mensæ, quædam Principem coquorum vocant. Sub Philippo Augusto Seneschalcus cibos regios curauit, vt Rodulphus Cameracensis, & alij plærique veteres poetæ Gallici ostendunt. Verba Gallica Rodulphi sunt,

Son Senechal a Raoul appellé
Qui del manger le seruoit mieux à gré.

Plures erant Seneschalci, quorum maximus in prœlio vexillum regium præferebat. Idem poeta.

De tote France le fit Gonfalonnier,
& Seneschal.

Schialcum veteri lingua Gallica magistrum esse volunt, vnde & Mareschalcus. Seneschalcus dicitur Dapifer a Roberto Abbate Rhemensi. Gulielmus Archiepiscopus Tyri lib.4.c.5. Belli sacri cum *Alexius Megadomestici dignitate, quem nos maiorem Seneschalcum appellare consueuimus, fungeretur officio, ab imperatore secundus.* Hodie in Gallia dicitur magnus Magister. Idem Rodulphus Seneschalco virgam tribuit, Iurisdictionis insigne, quemadmodum magnus Magister hodie baculum gerit. ῥαβδοφορεῖν olim potestatis argumento fuit. Seneschalcus in domo Regis cubicula principibus viris assignabat. Apud Rodulphum enim, cum Garnerius, & Gualterius singulari certamine ferro inter se decreuissent, vtrique vulneribus onusto post pugnam in domo regia idem cubiculum à Seneschali attributum est. Is regis vicarius, & secundum Regem primus, ac dignissimus erat. In veteri Chronico Gallico Ebroinus maior Palatij, dicitur Seneschalis. Edicta regum, constitutiones, iudicia grauioris momenti signabantur à Seneschali. In edicto Ludouici Iunioris hæc leges: Datum Parisiis anno 1168. in Palatio, Præsentibus, Comite Theobaldo nostro Seneschali, Gulielmo Lagenario, Renato Camerario, Rodulpho Conestabuli. In alio edicto regis hæc scribuntur, *Anno Incarnationis 1170. Astantibus in Palatio nostro quorum nomina subscripta sunt, & signa. Comitis Theobaldi Dapiferi nostri, Mathei Camerarij, Guidonis Buticularij, Rodulphi Constabularij, data per manum Hugonis Cancellarij, Episcopi Suessionensis:* Theulphus in Chronico Latino Marigniaci Cœnobij prope Stampas, Dapiferum eundem facit maiori, seu magno magistro domus regiæ, cui belli administrationem incumbere ait. Eundem Seneschalem vocat. Sigibertus Sineschalchi dignitatem propriam, ac peculiarem fuisse domus Comitis Andium, docet. Anno enim 1170. filius Regis Angliæ Comes Andium Parisiis ministrauit Regi Franciæ, vt Seneschalis, qui olim idem fuit Maiori Palatij. Robertus Franciæ Rex eam dignitatẽ Godefrido Comiti Andium dono dedit, qui aduersus Othonem Germaniæ Imperatorem ei suppetias tulerat. Quæ tamẽ verba Sigeberti citra dubitationem non sunt, cum Theobaldũ anno 1170. Dapiferum fuisse supra ostẽderimus, & Chronicum Matigniacum Ansellum anno 1174. Dapiferum & Consiliarium Regis fuisse asseueret, & in veteri instrumento Ludouici Iunioris anno 1141. Hæc verba literata sint, *Signũ Radulphi Viromanduorum Comitis Dapiferi nostri, Gulielmi Buticularij, Matthæi Camerarij, Mathæi Constabularij, per manum Cardini Cancellarij.* Nisi quis dicat Comitem Andium Magnum fuisse Seneschalem, Comites Viromanduorum, & Campaniæ secundarios. Seneschalci fuit equum ad Regem adducere. Froissardus lib.4.cap. 32. summum scutiferum, seu armigerum Palatij Regis Angliæ eandem potestatem, ac dignitatem habuisse, quam Seneschalis Galliæ Regis ostendit, & summum rerum iudicium vtrique attributum. Andegauis in Abbatia S. Albini vetus instrumentum est, quo dignitas Seneschalis maioris Comitibus Andium propriè addicta fuisse dicitur, vt si qui apud Regem ea dignitate ornati essent, non modo in verba Regis iurarent, sed apud Comitem Andium se hanc ei dignitatem acceptam ferre faterentur, & in aulam Regis aduentanti obuiam irent, hospitium adornarent, & cum fercula, missusque in mensa regia collocandi essent, Comes Andium per manus Seneschalis acceptos strueret, ac collocaret, Seneschalis per alias mensas cibos disponeret. Idem Comes Andium si in castra Regis venerit, *tutelam faciet*, id est, primum agmen ducet, *in reditu retutelam*, id est, postremum agmen claudet. Idem Comes vocatur Maior in Francia, quia primum & postremum agmen ducit. Hæc olim fuit dignatio maioris Seneschalis, quæ lapsu temporis plurimum imminuta est. In instrumento enim Philippi Pulchri anno 1299. Quod factum in Cœnobio Cistertiensi, Primo loco ponitur Camerarius, secundo Conestabilis, Tertio Buticularius, quarto Seneschalcus, quinto Cancellarius Franciæ.

De Camerario, seu Camberlano, & Cubiculario.

CAMBERLANVS, seu Camerarius Præfectus Regij Cubiculi fuit, de quo supra pluribus egimus. Nonnulli putant eum regio thesauro præpositum fuisse, quia Gregor. Tur. lib.7. cap.22. scribit Eberulfum Cubicularium multa de Thesauris abstulisse. lib.4.

cap.51. Ibique & Charegesilus Cubicularius Sigiberti Regis corruit. Omnino alij fuere Cubicularij, à Thesaurorum præpositis. Sic enim ille lib.5.cap.39. Thesaurarius Chlodouei à Cuppane stabuli Comite de Biturico retractus. Sub Curlouingianiis Cubicularius honestissimo loco fuit:Bernardus enim frater Reginæ Iudithæ vxoris Ludouici pij Imperatoris fuit Palatij Cubicularius, & Ianitoribus Imperitauit. Sub Capetianis Camerarius edicta, & instrumenta Regia cum aliis signabat, & Thesauris præfectus erat. Ita in Italia Camerlingus Thesauris præest: In Anglia Thesaurarius ante omnes in præcipua dignatione est. Ioannes Vilanius lib.9. cap.161. Iudam Scariotam scribit fuisse Camerlingum, & dispensatorem pecuniæ Christi.Sub Philippo Augusto, & aliis regibus Cubicularius Præfectus est Thesauris. Alij fuere minores Cubicularij regibus. Magnus Cubicularius habebat aliquid iuris in Mercatores, Pelliones, & Pannorum venditores,& per vnum aliquem ex suis explorabat merces.Is explorator Rex mercatorum dictus, à quo mercatores aulici literas accipiebant. Dignitas magni Cubicularij à Carolo 7. ad Henricum II. Galliæ Regem fuit penes Duces Lõguauillanos ab illis ad Franciscum Guisium, qui Aureliani occubuit;traducta est.

De Buticulario, seu Lagœnæ præposito.

BVTICVLARIVS dictus Lagœnæ Præpositus. Græci recentiores βύτζιον, & βυτίον Cupam vocant. Corona pretiosa, βύτζη ἀμφορεὺς amphora. Glossæ Græco Latinæ βυτίον *Cupella.* Aliæ glossæ βῦτις *cupa.* Basilicon ecloga 44. πίθοι, βύτεις, *Dolia*, & *Cupæ.* Anastasius in Leone 3. Butonem argenteum: βύτιον *lagœna.* Buticularius Poculum Regi offerebat, fuit Pocillator Pincerna à Poculis. In veteribus instrumentis, & edictis Regiis post Dapiferum proximè Buticularius ponitur,& cum Dapifero,Camerario Constabulario Cancellario, signandis iis adhibetur,vt quæ Domesticæ dignitates essent.

De Constabulario.

OMNINO Constabularius à Comite stabuli dictus, de quo suprà abundè egimus. Gregorius Turon. eam dignitatem inter mediocres reponit. Sic enim ille libr.3. cap. 32. *Cùmque Imperator videret quod Belliſarius crebrius in Italia vinceretur, amoto eo Narsetem in eius locum ſtatuit, Belliſarium vero comitem ſtabuli quaſi pro humilitate,quod prius fuerat,poſuit.* Vnde id hauserit Gregorius ignoro:Procopium,Agathiam,Cedrenum, Zonaram eius rei non meminisse id scio. Certè in Gallia Constabulariis iam olim bellorum administratio permissa est.Ædonius enim,*Lẽdegisilus*,inquit, *regalium Præfectus equorum, quem vulgo Comiſtabilem vocãt, quemq; Rex ei præfecerat expeditioni.*In edicto Ludouici Grossi hæc verba leguntur, *Actum Pariſiis publicè anno incarnati Verbi* 1134.*aſtantibus in palatio noſtro quorum nomina ſubintitulata ſunt, & ſigna, ſcilicet Radulphi Dapiferi,Veromanduorum Comitis, Hugonis Conſtabularij, Hugonis Camerarij, Datum per manum Stephani Cancellarij.* Marsilius Paduanus vixit anno 1368.Is in libro cui titulus defensoris ca.60. scribit sua ætate Ducem exercitus vocatum Conestabilem, qui pacis tempore iudiciis abstineret, Belli ius necis in milites haberet.In veteri Instrumento Eduardi Regis Angliæ Constabularius quidam Burdegalis fuisse dicitur. Hodiéque Præfectus arci Carcassonnensi vocatur Conestabilis. In magno Chronico cum Ludouicus Crossus, siue Crassum mauis, filium suum Ludouicum in Aquitaniam mitteret, vt Alienoram Aquitaniæ Ducissam vxorem duceret, is coëgit sexcentos amplius equites, quibus præfecit duos Conestabiles, Comitem Theobaldum cognatum suum,& Comitem Radulphum Veromanduorum, anno 1127. Id temporis Hugo quidam Franciæ Conestabilis erat,id est, Præfectus equis regiis. In Chronico Albigensium an.1202. de Comite Monfortiano Amalrico, qui ius omne suum Regi Ludouico 8.in Septimania cesserat, hæc leguntur:*Rex vero contulit Conſtabiliatus Officium in tota Francia eidem Comiti Amalrico, quem nouerat virum prouidum,ac ſtrenuum, & expertum in exercitio militari.* Conestabilis id temporis erat magister militum, & in milites animaduertebat, quas Regis vicarius veteres poëtæ Gallici Conestabilem vicarium interpretantur.Froissardus lib.1.cap.280. Bertranum Guesclinium apud Regem Carolum ita loquentem inducit: Rex, nefas mihi est obluctari vestræ voluntati. Fateor tamen me fortunæ tenuioris esse, quàm vt excelsam, & nobilem Conestabilis dignitatem sustinere possim, qui non tam in gregarios milites,sed & in primę nobilitatis homines,ius iudiciumque habeat. Qui fieri poterit,vt imperem fratribus,nepotibus & cognatis vestris,qui equitibus præsunt.Conestabilis igitur est vicarius Regis, Marescalli Franciæ sunt Conestabilis vicarij, qui in milites animaduertunt. Sub Ludouico Grosso anno 1127. vsque ad annum 1250. Conestabiles non erant perpetui,sed bello, aut negotio finito magistratu abibant. Postea eorum auctoritas creuit, & perpetui facti sunt. Rex cũ Conestabilem creat,ei nudum ensem tradit, ille iurat se religiosè pro salute Regis, & regni eo vsurum. Falsum est Conestabilem posse alienare Patrimonium Regis, & regni. Magister militiæ Gallicæ dici potest.

De Cancellario.

DE Cancellariis suprà egimus. Inter Gallica officia domestica, quæ regia edicta, & instrumenta signant, vltimo loco ponitur. Cancellarium alij nomophylaca vocant,alij eundem faciunt Quæstori candidato, qui literas Principis in Senatu recitabat, de quo suprà egimus. Regibus Galliæ olim pro Amanuensi, aut Secretario fuit,qui edicta, instrumenta, & constitutiones regias Senescháalo,Camerario, Constabulario, Buticulario signandas traderet. Cancellarium dictum quidam volunt, quia literas iniquas cancellaret, & deleret: alij melius à Cancellis Principis, in quibus excubans, literas accipiebat, aut respuebat. Olim ecclesiastici in Gallia, vt & in imperio Germaniæ ei muneri præerant, postea & laici præfuerunt. Per initia ex ordine Senatorum Curiæ Parisiensis duo, aut tres proponebantur, quorum vnus Senatus suffragiis legebatur. Postea Reges Cancellarios suo arbitratu crearunt, qui iusticiæ caput esse, & summum iuris fastigium tenere dicuntur. Cancellarij partes sunt videre, ne qua Principis constitutio, ne qua sanctio, ne quod diploma, vel rescriptum, ne qui Codicilli Regij, non è Republica, atque etiam è dignitate Reip. & Principis exeant, cuius censuræ, aut stylo Principum maiestas acta sua eximi nunquam voluit. Denique qui Principis præsentis vicarius, & principe peregrè agente Interrex quodammodo esse censetur iure ac propriè

nomo

nomophylax, legum præſidium, iuris aſylum, morum inſtitutorúmque veterum ara, æqui, bonique columen appellari poteſt. Cancellarius fuit ſub Carolo magno cuius in diplomate hæc verba leges: Gauzelinas notarius, Vice Rogerij Archiepiſcopi, ſummique cancellarij recognoui, indictione octaua, anno viceſimo octauo, regnante Carolo Rege glorioſo. Budæus ad tit. de offic. Proconſulis, *Cancellariatus ſummum eſt hodie honorum faſtigium, vltra quod nihil ſperare licet, homini togato, quaſique quoddam ſumma quæque ambientis animi ſolſtitium. Cuius ore facundi Reges moribus noſtris eſſe ſolent, cuius oculis omnia circumſpiciuntur, cuius auribus plenam ac iuſtam operam poſtulatoribus dare dicuntur.* Vide quæſita Tilleti. Cancellarius Sigillum regium ſeruat, edicta, & diplomata nomine Regis ſcribit. Adeſt Priuato Conſilio, præeſt Magno, & Curiæ centumuirali. Cum hęc officia domeſtica, vt olim fuere expediuerim, libet hic mihi dignitates omnes Franciæ, vt hodie ſunt, percurrere.

De Magiſtro Militiæ ſeu Coneſtabili.

PRIMA, & omnium maxima dignitas eſt magiſtri militiæ, qui vulgo Coneſtabilis, olim maior palatij, maior domus, Magiſter aulæ, magnus Seneſcalis dictus.

De magno Cubiculario.

SECVNDO loco eſt magnus Cubicularius, ſeu Chambellanus, qui ſanctiori cubiculo præeſt.

De Magno Magiſtro.

TERTIO loco eſt magnus Magiſter, qui quotannis cum Principe inſtrumentum miniſterij aulici deſcribit: ius habet in œconomos, & miniſtros aulicos. Fuit olim præpoſitus Menſæ.

De Magno Scutario.

SCVRIA ſignificat ſtabulum, ſeu equile, veteri lingua Gallica, vt eſt in 18. titulo legis Salicæ, artic. 3. Si quis ſcudē, (id eſt haram) cum porcis, Scuriam cum animalibus, aut fœnile incenderit. A Scuria nonnulli magnum Scutarium dici volunt, alij à ſcuto, vt ſit ὑπασπιστὴς, *Armiger, Scutifer.* Is Regi equum adſcenſuro, vel ex eo deſcenſuro manum commodat; quaſi ſtator, ſtratorque, enſem illi, baltheumque liliatos præferens, Curſores Veredarios ex Ludouici 11. inſtituto per manſiones collocat.

De Mareſcalchis.

PAVSANIAS ſcribit Marc idiomate Gallico ſignificare equum, Scalc Magiſtrū. Mareſchalcus Magiſter eſt equitū, Vicarius, Coneſtabilis. Hodie in Gallia octo ſunt equitum Magiſtri. Olim quatuor tantùm.

De Magiſtro peditum.

MAGISTER peditū vicarius eſt Coneſtabilis. Vulgo dicitur Magiſter, ſeu Colomnellus Infāterię.

De Almirali.

ALMIRALIS Præfectus eſt totius rei maritimæ in Gallia. Olim propriè in Northmania.

De Generali triremium.

GENERALIS Magiſter triremium imperat triremibus Regiis, quæ ſunt in portu Maſſilienſi.

De Magno venatore.

MAGNVS venator Regiæ venationi præeſt.

De Præpoſito Hoſpitij.

PRÆPOSITVS Hoſpitij animaduertit in eos, qui in aulico miniſterio, vel vbicunque Rex agit, aliquid peccarint: eſt pro Latrunculatore. Comitis Palatij idem olim munus fuit.

De nobilibus ſeruientibus.

IN aula regia ſunt nobiles, qui menſæ Regiæ ſeruiunt, quibus apponuntur cibi è menſa regia ſublati.

De centum nobilibus.

CENTVM ſunt nobiles Cameræ Regiæ, quibus ſingulis menſtrui centum aurei numerantur. Illis additi ſunt alij centum.

De Regente.

REGE impubere, aut mente capto, vnus aliquis ex Principibus Regens, aut Prorex conſtituitur. Interdum Matres, malo exemplo. Ita Fredegundis filio infante Regens fuit.

De Duodecim-viris, ſeu Paribus.

DVODECIM Pares ſeu Patricij à Carolo magno inſtituti ſunt. His ſolis ſacrandi Reges ius eſt, & in regni poſſeſſionem mittēdi, quorum ſex Laici ſunt, tres Duces, Burgundus, Normanus, Aquitanus Comites Flander, Campanus, Toloſas, ſex eccleſiaſtici, quorum tres Duces, Rhemenſis, Laudunenſis, Lingonenſis, tres Comites, Catalaunenſis, Nouiomagenſis, Bellouacenſis.

De Gubernatoribus.

SINGVLIS pene Prouinciis Gubernatores, & Vicarij Regij præficiuntur, qui vulgo Locotenentes dicti Regis, Gubernatori non parent.

De magno Libratore.

MAGNVS Librator dicitur magnus tormentorum Magiſter. Præfectus eſt armamentarij, & machinarum.

De Equitibus torquatis.

EQVITES torquati à Ioanne Rege inſtituti, ſtellam in penula, vel pileo gerebant, & ſodales nobilis domus S. Odoeni dicebantur. Quibus obliteratis Ludouicus XI. Equites ordinis S. Michaëlis inſtituit anno 1469. In eo ordine 36. Proceres fuere, quibus conchiliatus torquis ducentorum aureorum, quem alteri donare, vendere, oppignerare nefas. Alios Henricus III. anno 1579. inſtituit, quibus nomen à S. Spiritu, longè digniores, quibus vt & ſuperioribus ſuus eſt Cancellarius, Theſaurarius, Caduceator, & Scriba.

De Heraldis.

HERALDI, Caduceatores, & Feciales dicti, à voce Germanica Her, out, quaſi dicas, ſenem in armis. Verbenarius, *Clarigator κήρυξ*, ſagmina ferens.

De Conſilio priuato.

CONSILIVM ſtatus, quod & ſanctius, ac priuatum conſilium dicitur, conſtat è Principibus Regij ſanguinis, Ducibus, Patriciis, Comitibus, Cardinalibus, Antiſtitibus, Cancellario, Magiſtris ſupplicum libellorum. In eo de ſumma rerum agitur.

De Magiſtris libellorum.

OCTO tantùm olim erant Magiſtri ſupplicum libellorum, hodie plures: ſedent in magno Conſilio, curiis centumuiralibus, & curiis, quæ vulgo præſidiales dictæ, præſident.

De Conſilio Financiarum.

CONSILIVM Theſaurorum vulgo dicitur Financiarum, cui præſunt Quæſtores ærarij, Superintendentes, Intendentes, Comites largitionum, & priuatarum.

De Parlamentis.

OCTO ſunt in Gallia parlamenta, Pariſienſe, Toloſanum, Gratiopolitanum, Diuionenſe, Burdigalenſe, Aquenſe, Rotomagenſe, Rhedonenſe. In Parlamentis ſunt Præſides, Procuratores Regij, Aduocati Regij, Senatores.

De Curia auxiliorum, & Camera, & Magiſtris Computorum.

SVNT & Curiæ auxiliorum, & Magiſtri Computorum, qui pecunias regias curant.

De Camera Bipertita.

EST & Camera Bipertita in Caluiniſtarum gratiam, in qua Præſides, & Conſiliarij, vnde appellari non magis quàm à Parlamentis licet.

De Stipatoribus Regis, ſeu militibus Prætorianis.

PERCVRRI paucis præcipuos regni Galliæ magiſtratus, nunc paulo accuratius de quibuſdam agam. Iam olim Cuſtodes corporis Regibus Galliæ fuiſſe docet Gregor. Turonenſis lib. 7. c. 8. de Guntchramno, ſed quia non erat fidus ab omnibus inter quos venerat, armis ſe muniuit, ne vnquam ad eccleſiam, aut reliqua loca ad quæ (ita lego) ire delectabat, ſine grandi pergeret cuſtodia. Carolo magno corporis cuſtodes fuiſſe, qui pro vita & ſalute eius excubarent, hiſtoriæ noſtræ teſtantur. Ludouicus nonus bello ſacro, ne ab Aſſaſſinis, quos nonnulli Arſarcidas eſſe volunt, vt plærique alij Chriſtiani Principes, ex inſidiis contrucidaretur, ſtipatores adhibuit clauis ferreis armatos, qui vim & periculum à ſuo capite depellerent. Hugonis Capeti gentiles Reges pro excubitoribus pedites habuere, qui vulgo Sergentes, quaſi ſeruientes dicti. Tilletius Senatus Pariſienſis Actuarius, vir Gallicarum rerum ſcientiſſimus, auctor eſt, Ludouicum nonum Sanctę Catharinę vallis Scholarium ædem condidiſſe, vt memoriam Victoriæ, quam de Germanis Philippus Auguſtus ad Bouinas reportarat, ad poſteros propagaret, quo prœlio Sergentes pedites anno 1214. rem ſagittis, lanceis, ſparis, verutis ſtrenuè geſſerunt. Magnum Chronicum alios Sergentes equites fuiſſe teſtatur leuioris armaturæ, qui arcubus, & clauis ferreis ornati eſſent. Carolus ſeptimus ſtipatoribus Scotis ſagittariis vſus eſt, qui hodie in cuſtodia Regis perſeuerant. Iſti Sagittarij corporis inter protectores Regios allecti, ſaga aureis, & argenteis ſquamis inſignia gerebant, vnde & aurifabricenſes dicti, quia ſquamæ illæ argenteæ ab aurificibus auro intextæ erant. Sub aliis Regibus Scoti haſtati fuere, arcubus, & ſagittis abiectis. Hodie inter Domeſticos Protectores principē locum tenent centum nobiles Cubiculi cuſtodes, haſtati Scoti, pedites Galli, quibus Tribuni, & centuriones ſtipatorum præſunt, excubitores Heluetij, & turmæ aliquot equitum, quorum alij ſunt cataphracti, alij velites ſclopetarij.

De Rege Ribaldorum.

OLIM exploratores, & vt vulgari vocabulo vtar, Viſitatores Mercatorum, & tonſorum domus regiæ, Reges dicti, quaſi Correctores. Ita præcipui Caduceatores vocati Reges armorum, quia cerimonias, & ritus ludicrorum certaminum regerent. Rex Mercatorum Vicarius erat magni Chambellani in mercibus explorandis, quæ Regiæ domui vtiles eſſent. Tonſor regius olim Rex tonſorum audiebat. Regis iſtius vicarius ius habet inquirendi in tonſores omnes totius Galliæ, & chirurgos. Rex Ribaldorum regia domo eos omnes excludebat, quibus comedendi, aut dormiendi in palatio ius non erat. Per initia enim qui à Rege in Palatio cibum accipiebant, ad pulſum campanæ in cœnaculum amplum, vbi menſæ poſitæ, conueniebant, cæteri

cæteri exigebantur. Rex igitur Ribaldorum appetente nocte omnes Palatij regij angulos perluſtrabat, ne quæ forte ſcorta, fures, percuſſores in receſſu aliquo latèrent. Ætate S. Ludouici Ribaldi vulgo dicebantur Baiuli corpore valido, qui onera humeris, aut furcillis geſtant. In veteri pœmate Gallico, cui à roſa nomen eſt, hos verſus leges,

Car ſa force ne vault trois pommes
Plus que la force d'vn Ribaud.
Mais ribauds ont les cueurs ſi bauds
Portent ſac de charbon en greue,
Que la peine point ne leur greue.

Rex ille Ribaldorum alius erat à Præpoſito hoſpitij, qui pro Comite palatij eſt, &, vt ſub Carolo magno Comes palatij, de controuerſiis Aulicorum cognoſcit.

De Ducibus, & Comitibus hereditariis.

SVB Merouingianis, & Carlouingianis nulli ducatus, & comitatus hereditarij, aut perpetui erant, ſed pro Regum libidine, ad hos, & illos temere tranſferebantur. Sub Capetianis hereditarii facti ſunt. Id temporis enim, quia Hugo Capetus regnum parum honeſtis artibus ſui iuris fecerat, Duces omnes, & Comites prouincias quibus præfecti erant ſui etiam iuris fecerunt, de Rege parum ſolliciti, qui per vim in regnum irrepſerat. Henricus, & Philippus Capetiani reges, plus negotij in debellandis nobilibus iſtis, qui propter Lutetiam, vrbes & caſtella iure armorum inſederant, habuerunt, quàm in Ducibus, & Comitibus profligandis. Nec ante quam per belli ſacri occaſionem, plærаque nobilitas Gallia exceſſit, Reges ſummo iure Galliam tenuerunt, cùm hæreditarios Ducatus, ac Comitatus viris principibus eſſe paſſi eſſent.

De Patriciis, ſeu Paribus.

PARE'S à Carolo magno inſtitutos eſſe diximus, quos nonnulli patricios dictos eſſe volunt, nō quia à Romanis illis patriciis orti eſſent, ſed quia iiſdē parētibus cū regibus orti. Per initia enim Pares Franciæ, aut fratres, aut conſanguinei, & affines regū erant. Alij malunt Pares dictos eſſe quia inter ſe omnes dignitate pares eſſent, Regi ſoli impares. Huic rei argumento eſt, quod olim Duces, & comites habebant in ſuo quiſque foro iuridicos, qui Pares fori huius, & illius comitis vel ducis dicebantur, & omnibus iudiciis præſentiam ſuam commodabant. Itaque actores, & rei à Ducibus, Comitibus, Baronibus poſtulabant, vt apud Pares eorum fori, ius experirentur. In Germania hodieque Pares iuridici vocantur Heules, id eſt, Pares curiæ. Otho Friſinghenſis lib. 1. capit. 31. ſcribit Principem tradito more Parium ſuæ curiæ ſententiam exquiſiuiſſe. Ita videntur Pares Franciæ electi eſſe, vt inter ſe æquales in Parlamentis generalibus iudiciis præeſſent. In Pœmate veteri Gallico de Alexandro magno, quod anno 1140. ſcriptum eſt, Pares Franciæ dicantur æquales,

Eliſez douze pairs qui ſoient compagnons,
Qui menent voz batailles par grand deuotion.

& in poëmate Galteri Auenionenſis ann 1200. ſcripto,

Aſſez de mal me fit voſtre oncle Ganelons,,
Qui trahit en Heſpagne li douze compagnons.

Pares tamen veteri verbo Gallico pro parentibus, & conſanguineis ſumuntur, vt videre eſt in illo colloquio, quod anno 861. ad Rhenum inter filios Ludouici Pij, Ludouicum & Carolum Caluum habitum eſt Vbi hæc verba habentur: Reges ſtipati comitatu nobilium, quos quiſque ex regno paris ſui nominauerat, id eſt, parentis. Et in fœdere inter Ludouicum Balbum, & Ludouicum Germaniæ, anno 878. indictione 12. articulo 5. Hæc verba literata ſunt. Nemo expetet, aut procurabit exitium vitæ, regni, ſubditorum, aut rerum quæ pertinent ad proſperitatem, honorem, aut regnum paris ſui ſed eſt parentis. Quare tenere in paragio, eſt ſubditum eſſe alterius, quod cum eo vt parente & affini, creuerit hæreditatem. Paragium dicitur conſanguinitas, cognatio, affinitas. Vnde precatio vernacula ad B. Virginem.

A toy Royne de hault parage.

Id eſt, ad te Regina magnæ gentis, & cognationis. Alij Pares Franciæ à patriciis ortos volunt. Certe in Burgundia Patricij fuere ad tempus vſque Vilibaldi, qui anno 450. occiſus eſt ſub Clodoueo 2. Gregorius Turon. libr. 6. Mommolium Ducem ſub Guntchramno Patricium vocat. Sed de Patriciis ſupra abunde egimus, abſiſto.

De Ducibus.

DE Ducibus à me ſuperioribus libris abunde dictum. In veteri Codice ſcripto legi, Regem habere debere duos Patricios, Patricium 4. Duces, Ducem 4. Comites, Comitem 4. Barones, Baronem 4. Caſtellanos, Caſtellanos 4. vaſallos. Ducatum autem comitatu ſuperiorem eſſe ex eo apparet, quod apud Gregor. Turon. lib. 5. c. 49. Leudaſtes Comes Turonum ad Ducatum aſpirabat. Pipinus Grifoni fratri Ducatum cum 12. Comitatibus dedit. Duces exercitum ductaſſe indicat idem Gregor. lib. 6. cap. 19. *Chilpericus mittit nuncios Comitibus, Ducibuſque, & reliquis agentibus, vt collecto exercitu in regnum Germani ſui irruerent.* Idem lib. 5. cap. 14. Mulier Pithoniſſa dicit Leudaſti, *futurum eſt vt Rex Chilpericus hoc anno deficiat, & Meroueus incluſis fratribus omne capiat regnum, Tu verò Ducatum totius regni eius annis quinque tenebis.* Robertus qui loco Caroli ſimplicis Rex creatus eſt, Hugo magnus filius eius, & Hugo Capetus filius Hugonis Duces Francorum indigetati ſunt. Poſtquam autem Hugo Capetus, & Robertus filius eius rerum potiti ſunt, nemini Ducis titulum niſi filio Roberti Duci Burgundiæ attribuerunt, cæteri comites Normaniæ, Septimaniæ, Campaniæ titulo Ducum caruerunt, ad ætatem vſque Philippi valeſij, qui Ioannem filium primogenitum Ducem Normaniæ primum inſtituit.

De Marchionibus, & Marcheſiis.

HODIE Marchiones Comitibus anteponuntur. In veteri Codice ſcripto legi, Comitem præeſſe decem Marchionibus, Marchionem decem Baronibus Baronem decem vaſſallis. Dicuntur autem Marchiones à voce Gallica Marc, quæ ſignificat equum, vt ait Pauſanias. In lege Bauarorum, titulo de animalib. vitioſis, Marc dicitur generoſus equus, vilts mediocris, Andarnaco infimæ ſortis equus. Qui equitibus imperitabant dicebantur Marchiones, & Marcheſi, vt ſuprà docuimus. Nicetas in Commeno lib. 7. ὁ μάγιστρος φερώνυμος μαρκίωνος ἀξιοῖ, ἢ ἀστεκία κομῶντα, ἢ μέγα δυνάμενον. *Marcheſium Montisferrati nobilitate, & prole tumentem qui plurimum poterat.* Marcheſij quia equitibus impoſiti

positi erant limites tuebantur, vt irruptionem hostium citiùs equis denũciarent. Gregoras li. 7. scribit Marchionis dignitatem nõ adeo nobilem fuisse, cui vexillũ regium mandatum esset. Fridericus Imperator li. de feudis tit. 2. Marchesium esse ait, qui præsit Marchis, id est limitibus. Marchæ autem dictæ sunt à mari cui assitæ sunt, vt Marcha Anconitana, Treuisana, Brandeburgẽsis, Danemarchiæ. Gallis Marcha limes est. Germanis Marcha dicitur regio armis parta, cui qui præest, Marchio vocatur, vt sentit Altamerus. Volaterranus lib. 4. Langobardis Marchisatũ significare Magistratũ hæreditariũ, & perpetuũ arbitratur. vide quę supra diximus.

De Comitibus.

DE Comitibus abundè suprà diximus. Maiores olim Ducibus fuere in imperio Romano, in Gallia inferiores. Ad eos comites nonnulli verba Gregor. Turon. lib. 9. cap. 36. torquent, *Childebertus Theoduberto filio suo seniori, Comitibus, Domesticis, maioribus, atque nutriciis, & omnibus qui ad exercendum seruitium regale erant necessarij delegatis.* Sed Comites illi sunt aulici, qui nihil ad nostros Comites pertinent. Propius ad institutum nostrum accedit Chronicum magnum S. Dionysij, Imperium breui dissidiis intestinis pessum iret, nisi consilio virorum frugi sustentaretur. Ideo Carolus magnus instituit toto regno Comites, & alios ministros adeo potentes, & validos, vt nemo eos loco mouere posset. Biturigibus Comitem Robertum posuit, Pictauiis, Alboinum, Petragoris Vilibodum. In Aruernis Itierum, In Valagia, seu Vellaio Bulesinum, Tolosæ Rutsinum, in Burdigalensibus Seguinum, in Albigensibus Æmonium, in Lemouicibus Rogerium: Ducatus non erant hæreditarij, sed arbitrio Principis stabant. Vectigalia Principis cogebant, & deferenda curabant. Gregor. Turon. lib. 7. cap. 23. *Armentarius Iudæus, cum vno sectæ suæ satellite, & duobus Christianis ad exigendas cautiones quas ei propter tributa publica Iniuriosus ex vicario, ex Comite verò Eunonius deposuerant, Turonos aduenit.* Sub Merouingianis tamen, & Carlouingianis in Armorica Comitatus fuere hereditarij, quorum nonnulli Reges se dicere ausi sunt, vt & nonnulli Duces in Vasconibus, ad id vsque tempus, quo Carolus magnus Gaiferum vltimum Aquitaniæ Ducem occidit.

De Baronibus.

BARONEM stupidum & bardum latinis esse nonnulli defendunt, leguntque apud Pers. sat. 6.

Baro regustatum digito terebrare salinum
Contentus perages.

Vbi veteres glossæ, Varones dicuntur serui militum, qui vtiq; stultissimi sunt. In Saliorum legibus, & Langobardorum, Baro pro viro ponitur. In lexico Latino Græco Baro, ἀνὴρ vertitur. In legibus tamen Francorum, & Alemannorum Baro, pro domino ponitur, vt & apud eum qui Gregorij Turonensis historiam continuauit. In oratione Episcoporum ad Carolum anno 856. hæc verba leguntur, articuli Episcoporum quos de consilio Sapientum Baronum Esparnaici legisti.

De Castellanis.

CASTELLANI dicti qui ius habuere castelli obtinendi. Fuere Centuriones Præfecti præsidio Castellorum. In Gallia nulli Castellani fuere nobiliores Castellano Puiseti in Belsia, Castellanis Coussyaci, Cortenaici, & Montlcherij, qui omnes Capetianæ gentis affines fuere.

De feudis, & vassallis.

ERRANT toto cælo qui feuda à Langobardis reperta volunt, cum & in Persis, & Macedonibus, & Romæ agri fuerint Principibus obstricti, vt eos armis, viris, & pecuniis per bella iuuarent, siue agri bello parti essent, siue deditij, siue fœderati. Quemadmodum enim nostro æuo Vassallorum onus est, ac debitum, vt Dominos armis, virisque iuuent, sic, & vectigalium agrorum ac populorum. Ita Rex Deiotarus, Reges Cappadociæ, & Tetrarchæ Iudeæ, Romanis obstricti erant ad auxilia bellis ferenda.

In Gallia olim Gessates, Ambacti, Soldurij Regibus, ac Principibus ad obsequia deuoti erãt, vt Cæsar scribit. Imperatores Romani limitaneis militibus agros limitaneos ad victum, cultumque corporis ea lege attribuerant, vt limites tuerentur. Primi Galliæ Reges apud Gregorium Turon. militibus agros addixerunt ea lege, vt sibi in bellis operam præstarent. Ij agri feuda dicta sunt, à fide, quod fidem suam, & operam Regibus obstringerent. Et quia veteri lingua Francia prœdia, & hæredia dicebantur Leuda, & Alleuda, illi qui in agros eiusmodi à Regibus introducebantur, Leudes dicti, quos legales subditos interpretari licet, qui à Dominis suis post fidem datam ad alios deficere non poterant, & si deficerent, repetebantur. Gregor. Turon. lib. 9. c. 20. *Similiter conuenit vt Leudes illi, qui Domno Gontchramno sacramenta primitus præbuerunt, & si postea conuincuntur se in parte alia tradidisse, de locis vbi commanere videntur, vt debeant remoueri. Similiter & qui post transitum Domini Clotharij conuincuntur Domno Sigiberto sacramenta primitus præbuisse, & se in aliam partem transtulerunt, modo simili remoueantur. In testamento Caroli magni hæc verba adscripta sunt. Vetamus ne quis francus (id est nobilis) qui Dominum inuitum dereliquerit, & de regno ad regnum aliud transierit, à Rege recipiatur, aut ab eius hominibus, nec inuitè retineatur. Quod non modo in Francis, verum & in seruis fugitiuis obtinere volumus.* Ita & hodie nobiles Hetruria & Ferraria sine permissu, & voluntate Principis excedere nequeunt. Leudes Franci feudatarij nobiles erant bellatores, à vectigalibus liberi. Alij erant Leudes fiscales, & serui, quorum meminit Gregorius lib. 6. cap. 45. addicti glebæ. Præter Leudes francos, & nobiles regibus fuere Graffiones, Comitum vicarij Rachimburgi, Centuriones, Pentecontarchi, seu quinquagenarij, Decadarchi, seu Decani, Duumuiri, Barones simplices officiales, alij ab iis Baronibus de quibus supra egi, qui ius redderent in foro quod Mallum vocatum est, & vectigalia reciperent, vt est in Capitulariis Pipini, & Caroli magni, & Leudes in bella ducerent. Feuda non transibant ad hæredes, nisi à Rege supplici libello impetrarent, nec impetrabant, nisi armorum tractationem profiterentur. Ea in fœminas nunquam transibant, sed ad Dominum redibant, qui ea in bellatores conferebat.

Fides quæ Dominis præstabatur, dicebatur homagium, ipsi qui præstabant homines Dominorum. Eadem feuda interdum diuidebantur in subfeuda, seu secundaria feuda, quę qui accipiebant obligabantur danti, & primario Domino, vocabanturque milites militum, equites equitum, vassalli vassallorum, leudes leudorum,

dorum, vt est in vita Caroli magni. Vassalli primarij dicebantur Suzerani,& maiores,vassalli secundarij minores. Ludouicus Caroli magni filius primus agros suos, & maiorum in feudum hæreditarium contulit. Sub Carolo magno in Germania vnus tantum Ducatus Bauariæ fuit hæreditarius,quia Tassilo successit patri.In Gallia solus Armoricę ducatus hæreditarius fuit. Primi igitur Reges Franci feuda vsurparunt, deinde Langobardi. Sub Capetianis feuda in eam formam quæ hodiéque obtinet redacta sunt, sub quibus Leudes Franci, & nobiles feuda tenuerunt ad obsequium militare, non ad censum & tributa, leudes serui, & fiscales ad censum & tributa,non sub onere militiæ. Ante Hugonis Capeti ætatem nulla alia iurisdictio,quàm regia, aut ecclesiastica fuit, sub eo nobiles iurisdictionem in suos vassallos, & subditos vsurparunt. Tum etiam nata feuda Loricæ, & Scutiferi, vulgo *fief d'Aubert,& d'Escuir*.Feuda Loricæ digniora sunt,feuda scutiferi inferioris notæ. Licet autem propriè feuda sint immobilia, Comites tamen& Barones postea officia ipsa in feudum contulerunt, vt feuda Senescalli, Camerarij, Lagenarij,quæ facta sunt hæreditaria. Feuda sine agris dicta sunt,quoties Rex, Dux,aut Comes militi aliquam pecuniæ summam in patrimonio assignaret.Is cui assignabatur,fiebat homo assignantis. In Italia id genus feudi dicitur de camera, quod è camera Principis sumeretur. Homagij item,& Clientelæ duo sunt alia genera, vnum quod fit ore & manibus, quo vassallus profitetur se non teneri seruitio Domini, nisi vt defendat feudum dominans,& maius,quod Suzeranum vocatur. Alterum dicitur leudum, vulgo *lige* quo genere homagij vassallus est hostis hostium Domini sui, vt veteres illi leudes, qui soli fuere sub Merouingianis,& Carlouingianis. Ideo qui secundarium feudum tenebãt,si à dante arcesserentur ad bellum,abnuere poterant, donec primum feudi auctorem, & dominum adirent, eúmque rogarent,vt vassallo suo æquum se præberet, quod si iusta negaret Rex, aut Primarius Dominus, eius fidem sequi tenebantur à quo secundarium feudarium feudum acceperant. Iusiurandum quo se clientes, & vassalli Patrono obstringebant sub Carolo magno hoc fuit, *Ego Julius promitto, & iuro in nomen Caroli Domini mei,& filiorum eius,me ab eorum partibus nullo tempore discessurum, sed fidè religiosè seruaturum.* Sub Ludouico nono hic ritus iurisiurandi fuit, Dominus clientis sui manus manibus suis includebat, qui de geniculis, capite nudo, sine penula, baltheo, ense, & calcaribus, dicebat: *Rex,sio tuus homo, & ore & manibus, & iuro tibi fidelitatem, vt iura tua pro virili tuear, & stirpi tuæ officium præstem, & iis qui tuas vices gerent.* Post hæc verba Dominus clientem exosculabatur. Ex quo feuda per iniuriam bellorum à nobilibus ad oppidanos ignobiles translata sunt, militia Gallica adeo infirmata est, vt secundaria nobilium euocatio, quam retrobannum vocant,hodie nulli vsui sit.Vassallos Nonnulli volunt dictos esse valuasores maiores.

De Mareschalcis,& Magistris equitum.

SVPRA monuimus vocabulum Mark veteribus Gallis significasse equum,Scalchum vel Schialcum Curatorem, & Magistrum, vt Mareschalcus sit Magister equorum, & equitum. Hoc illis proprium fuit, vt primam primam aciem ducerent, & locum castris caperent.Froissardus lib.1.c.17.Solos Mareschalcos ante signa & vexilla equitasse ait, & locum castris cepisse. Apud veterem poëtam Gallicum, qui Biblia Gallico carmine exposuit,anno 870. Schal.vbique Magistrum significat. In Colloquio inter Lotharium & Carolum Caluum,quod anno 840. Valentianæ habitum est, adscribitur,vt missi nostri per æstatem, quando equos in pascua mittunt, aut per hyemem quando Mareschalci eorum mittunt pabulatum. In lege Alemannorum tit. 80. §.4. Si Mareschalchus qui 12. equis impositus est, occidetur,percussor 40.solidos soluet.Solidi aurei erãt. In Germania Mareschalki Imperialis eadem potestas, quæ nostri Connestabilis. Is ante Imperatorem ensem gerit, quasi equitatus Magister. In nostris Annalibus nulla in Francia mentio Mareschalchi ante ætatem Ludouici Crassi. Anno 1207. Guilielmus à Rupibus erat Galliæ Mareschalcus. Mareschalki in armis,& insignibus suis ferunt duos secures, quibus ligna secantur,cum locus castris ponitur.

De Admirali.

TEVTONICA Lingua,Ammer,Dominũ & Magistrum significat,ἅλς mare, vnde nonnulli Ammiralem dici putant.Græcis ἀλμυρὸς falsum significat. Vide quæ supra in id argumẽtum diximus. Admiralis dignitas recentior est,& infra Mareschalcos. Bello sacro nulli in Gallia admirales,raræ naues, Genuensibus, Pisanis,Venetis triremibus Galli in Syriã transmittebant. Ante annum 1327. nulla fit Admiralis mentio, quo tempore Petrus Meges eques, Regis Galliæ Admiralis erat, vt est in veteri instrumento Cameræ Computorum. Ius Admiralis propriè ad Normaniam extenditur,quia Gubernatores Armoricæ, Rochellæ, Aquitaniæ,Septimaniæ,Prouincię Massilienſis ius se Admiralatus habere defendunt in suis Prouinciis,vt Duces earum Prouinciarũ,priusquam regno Francię accederẽt.

De fourerijs, siue Metatoribus.

METATORES qui hospitia militibus, & Aulicis diuidunt,dicũtur Mareschalchi & Fourerij,à voce Gallica fodrum, quæ auenam & paleam significat, vt est in vita Ludouici pij ab Ademaro nobili monacho scripta, qui fodrum interpretatur præbenda equitibus exercitus iter facientibus.Parisiis *fouarre* est stramen, *fourrage* pabulum. Metatorum primus dicitur Mareschalchus hospitiorum.

De Equitibus.

MORIS olim fuit in Gallia vt nullus eques haberetur,nisi qui solemni ritu ense & baltheo accinctus esset. In vita Ludouici pij, Ludouicus, inquit, ex ephebis excedens Ingelhimum ad patrem venit, vnde in eius Comitatu Ranesburgum profectus est, vbi pater eum solemni ritu ense accinxit.Aymoinus li.5.c.17. Ludouicus Imperator Carolum Caluum filiũ eo loci accinxit ense,& capiti eius coronã imposuit.Nulli ritus in accingendo ense memorantur. Sub Capetianis singulares ritus accessere,quo tempore nobiles Hauberſij, id est magni Domini,tãtum sibi sumpserant, vt in prędiis, & ditionibus suis iure vterentur regio, monetam cuderent, immunitates darent,singularia certamina in loco clauso concederent,tributa,telonea, rotaticũ(qua rotę voluerẽtur)cespitaticum,puluraticũ,pontaticum quod ad pontes soluebatur, indicerent, vbiq; libido & licentia inter nobiles grassabatur,vbiq; cædes,& prœlia.Anno 1180. Equites emersere, qui virtutis & gloriæ studio Galliam, & Angliam peragrantes, iniuriã ab Orphanis & Viduis defendebãt, tyrãnos malè mulctabant,& pro gloria capitis dimicationem vltro adibant.

Id temporis reperta torneamenta, id est, equestria certamina, quæ indicebantur à Regibus & Principibus, quibus in spatio amplo gradibus Circensibus vndique clauso, equites armati infestis hastis inter se concurrebant, interdum cateruatim pugnabant, & victori præmia honorifica dabãtur. Eiusmodi pugnæ dictæ vernacula voce *Estours, Behours*, id est, ictus & impulsus, qui adeo fuere graues, vt Robertus Claromõtanus Comes in Bellouacis filius Ludouici noui, caput gentis Borboniæ, in prælio equestri, & hastiludio clauis ferreis pessimè acceptus toto vitæ tempore ægrotus iacuerit. Vnde lex posita, ne deinceps Principes eiusmodi certaminibus operam darent, quibus nobiles criminibus veris circumuenti excludebantur. Inter nobiles equites qui iuniores essent, & vix ex ephebis excessissent, dicebantur Bachelieri, quasi Bachevalieri, id est breues, aut inferiori statu equites. Quidam Bachilieros dictos esse volunt quasi Bacillarios, quod Theologi prius quàm ius acciperent prælegendi scripta Magistri sententiarũ, à Doctoribus bacillum manu acceptum gererent. Hi ritus in accingendo ense seruabantur. Qui futurus erat vnum aliquem eligebat virũ fortem, à quo fieret eques. Ita Saladinus Hugonem Tabariũ equitem Hierosolymitanum virum fortissimũ anno 1200. sibi legit, à quo cingeretur. Petrus Blosiẽsis ep. 49. scribit moris fuisse vt equites futuri ensem ex altari sumerẽt, iurarentq; se miseris præsidio futuros, tyrãnos persecuturos, patriam defensuros. Soli Principum filij impuberes, aut ephebi dicti *Damoiseaus*. Dominus Cõmarchisij, quod nobile feudũ est inter Campaniam & Lotharingiã, dicebatur *Damoisel. Varlet* dicebatur nobilis adolescẽs, ita Historici nostrates Alexiũ filiũ Isaacij Imp. Gracię Varletum vocant. Olim soli equites calcaribus inauratis vsi, soli insignia sua galeis ornabant, quæ clausæ essent à fronte. Soli enim Reges, Duces, Comites & Barones apertas fronte præfigebãt, acumen foraminis ocularis ad dextrũ pertinebat, vt se legitimos, nõ nothos esse indicarẽt.

De Caduceatoribus & Heralidis.

HERALDI, & Reges armorum, nobilium totius regni familiarum catalogum seruant. Caduceatores medij pacis & belli esse dicuntur. Cum ad bellum indicendum pergerent, virgas consecratas gerebant vt inuiolati essent. Gregor. Turon. li. 7. c. 32. *Misit Gundobaldus duos legatos ad Regem cum virgis consecratis, iuxta ritum Francorum, vt scilicet non contingerentur ab vllo.* Heraldi Galliæ gerunt Sugabóbycina cœrulea liliis sparsa, tribus antè, totidem ponè. In Germania principes bellum indicturi pueros pædagogianos nobiles virgas manu gerentes mittunt, quo ritu Ioannes Fridericus Septemuir Saxonię Carolo 5. bellum indixit ann. 1545. Heraldi impunè possunt conuitia verbis principis sui aggerere principibus ad quos mittuntur, si hoc in mandatis habent. Ita Heraldus Galliæ verbis Ludouici 12. Loredanum Venetum Ducem in cõsilio sedentẽ conuitiis onerauit. Honos Heraldis sub Philippo Valesio omnium Regum magnificentissimo additus. Primus Galliæ Heraldus vocatus est, *Monioie S. Denis*. Heraldus Ducis Aquitaniæ, vocabatur Aquitania Britannię, Britannia, sub Ludouic 11. Heraldus Admiralis dictus, *Plain Chemin*, apud Philip. Comineum. Magnus Scutarius Frãciæ omnib. Heraldis imperitabat. Heraldi omnes gerebant in pectore scutum, & in humero læuo, quod insignib. principis prætextum erat, & sagum cœruleum, aut alterius coloris. Ipsi linguã, mores, arma & insignia exterorũ principũ explorata habebant. Hodie apud Regem Gallię Heraldi, vt plurimum, ignari sunt, & inexercitati. Adhibebantur olim in omnibus celebritatibus, torneamentis, hastiludiis non solum Regis, sed & exterorum principum, vbi donis & muneribus amplis afficiebantur.

De Stipatoribus Regiis.

PRÆTER excubitores Gallos & Scotos, in Custodia Regis sunt 24. Sagittarij Corporis Custodes, qui proximè latus principis tegunt.

De Centum nobilibus Cameræ Regiæ.

HODIE ducenti nobiles sunt qui rostrum Falconis antè Regem ferunt. Hi Ducem habent cui parent. Alius est Magister excubiarum.

De Connestabili.

CONNESTABILIS quotãnis Aulæ regiæ officia recenset, ac in demortuorũ locum noua substituit, cognoscit de structorib. mensæ regiæ, quos vulgo magistros hospitij vocant, & de aliis officialibus. Eorum quoque controuersias, si actio personalis est disceptat.

De Structoribus mensæ.

SVB magno Magistro Hospitij, octo alij Magistri minores sumptus regiæ domus curant, & pro insigni baculum argento vtrimque in extremo inclusum gerunt, fercula in mensa statuunt, aperiunt lances, explorant gustu cibos.

De Magno Panetario.

MAGNVS panis Præpositus imperat Panificibus Aulæ, corrigit eorum pondera, & mensuras, ponit pretium tritico.

De Scissoribus.

SCISSORES, Carptores, & Chironomontes vocantur Gallico idiomate *Escuirs tranchans* qui scindunt cibos, & in Regis paropside ponunt. Pocillatores, & Pincernæ poculum præbent, & dicuntur *Eschansons*, à quibus libatur gustu regum potio.

De Magno scutario.

MAGNVS Scutarius prefert Regi ensem sparsum liliis. Quidam eum [illegible], & armigerum esse volunt, alij equis Regiis præfectum, quia imperat Scutariis scutiæ maioris & minoris id est hoppocomis vtriusq; equilis, maioris & minoris: itẽ veredariorũ, & pernicium equorum Magistri, Cursores, & Caduceatores sub eius dispositione sunt.

De Equitibus Banneretiis.

EQVITES Banneritij dicti, quibus ob diuitias, & potentiam Rex dabat ius vexilli, vt turmã equitum, aut centuriã peditũ conscribere, & regere possent. Carolus Sextus Biturigib. supra sexcentos nobiles Banneritios, & vexillares instituit. Alij tamen isti erant ab Equitibus torquatis, D. Michaëli, aut S. Spiritui sacris.

De Equitibus S. Michaëlis.

HOS à Ludouico 12. institutos diximus, quibus monile aureũ pro insigni conchulis inter se iunctis

ctis duplici nodo implicitum, quæ aureis catenulis, aut fibulis insiderent. In medio monili S. Michaëlis imago in saxo sedentis prominebat. Huic argumento origo fuit S. Michaël cuius in Ponte Aurelianensi præsentia & occursus Anglos arcuit. Rex caput ordinis nihil maioris rei, præter sententiam sodalium ordinis instituebat. In Sabaudia sunt Equites Annunciatæ. In Hispania velleris aurei, in Anglia genualis.

De Syndicis.

IN omnibus Galliæ Præfecturis, quas vulgo *Baillage, & Seneschaussees* vocant, institutus est Syndicus, qui militibus iter facientibus cauet, ne agricolæ, villatici, oppidani vexentur, & si quæ grauior vexatio acciderit, testibus adhibitis rem in tabulas confert, & apud Exercitus Duces cognitionem ac iudicium persequitur. l. 1. §. quibus autem, D. Quod cuiusque vniuersit. Syndici sunt actores vniuersitatum, collegiorum, societatum, & aliorum corporum, per quos tanquam in Rep. quod communiter agi oportet, agitur.

De Admirali.

ADMIRALIS non habet sessionē in Curia Parlamenti quia Magistratus est, & recens, & mediocris. Quod Responsum Gaspari Collignio datum est, anno 1551. Cum in Curia receptionem suam probari veller. De Priuilegiis eius legatur Rebuffus lib. 3. tit. 2. in ord. Rubric. Is habuit duos littorum Camerarios, qui querelas mercatorum acciperent.

De Parlamento.

CVRIA Parisiensis nec stataria, nec perennis fuit, sed conuentuum modo, indictiua, nec loco, nec tempore stata. Anno 1258. Iudicium peractum est, in Parlamento ad natalem S. Dei Genitricis habito, de Comitatu Claromontensi. Contendebant autem de eo cum Rege, Pictauensis, & Andegauensis Comites. In eo iudicio affuit Rex cum Consilio Regio, affuere Episcopi, Remensis, Rotomagensis, Tricassinus, ad hęc Conestabilis, Comites plerique, ac primores Nobilitatis. Duo autem tum quotannis parlamenta cogebantur, ad Natalem, Purificationemq; S. Dei Matris. Quomodo & duo quæ dicuntur Scacaria apud Northmanos, ad Paschæ, & ad S. Michaëlis dies. Ann. autē 1230. Ludouico nono Rege iudicium Castrense Enceniaci coactum est, in quo Archiepiscopus Senonensis, Episcopi Parisiensis, & Carnutensis, Comites Flandriæ, Campaniæ, Niuernensis, & alij pleriq; proceres, ac nobiles, quorum signis obsignatum decretum illud fuit, Comitem Armoricæ, tutelam Armoricæ ab vxore ad eum delatam commisisse, præsente & vidente Rege pronunciarunt, id est, vt more nostro loquar, Ballinum Armoricæ amisisse. Exauctoratique eo decreto sunt ad vnum, & religione soluti Aremaricæ proceres ac nobiles qui ipsi se eo nomine sacramento obstrinxerant, id est, fide beneficiaria soluti. Anno 1320. Constitutum est, vt bina parlamenta quotannis haberentur. Quo tēpore parlamentum Tolosanum ea lege decretum est, si id Tolosanis è re sua esse videretur. Ex quo autem stataria, & perennis curia esse cepit, diu seruatum est, vt anniuersario Principis edicto postridie S. Marci instauraretur. Donec haud ita pridem voluntate regum perpetuus ille Magistratus, nedum perennis esse cæpit. Proinde vero simile est Curiam Parisiensem à conuentibus illis ortam, quos celeberrimos, Principes agitare solebant, eosque qui eam instituerunt, voluisse, amplissimam eam Curiam, causarumq; omne genus disceptatricem iustam, ac legitimam esse. Ea vrgente rerū multitudine in varias classes, ac decurias distracta est, Cameras vocant. Hæ tres primum fuere, vna in maximo tribunali, seu maxima Camera, altera in Cōsilio inquisitionum, quæ ipsa rursus sub Philippo longo anno 1320. in duas classes subdiuisa est. Iis autem viceni homines distributi, octoni iudices, duodeni relatores, seu causarum expositores. Eiusdem Principis Constitutione anno 1316. in prima classe 30. iudices fuere, quorum princeps Cancellarius. In secunda Iudices bini, Episcopi, Abbatesque, ac cum his 13 alij, relatores 8. Deinde Episcopi parlamento exacti, vt liberè diuino cultui vacarent. Nunc numerus legitimus est octogenarius, cui accedunt 8. libellorum Magistri, qui in primo tribunali sedendi ius habēt inter Præsides, & Consiliarios. Centenarium numerum explent 12. Pares, seni Antistites, & Proceres. Tertia classis eorum est, qui requestarum, id est, libellorum supplicum magistri dicuntur. Quarta, & Quinta superiori quo adiecta est, eorum qui causas personalium actionum, atque interdictorum retinendæ possessionis hominibus priuilegio præditis iudicant. Sexta item addita eorum qui in Camera Tornellarum de criminibus cognoscunt. Denique glisceute negotiorum in dies multitudine, accessio ad numerum iudicum sæpe facta.

De interiori, seu priuato Consilio.

EST & interius, seu priuatum Consilium, cuius Rex princeps est, ex Regij sanguinis Proceribus, Paribus regni, Conneſtabili, Cancellario, Episcopis, Ducibus conflatum, cuius auctoritate post excessum Ludouici 11. omnia quæ ad statum, & otium regni pertinent expediuntur. Vocatur Strictum, & Aulicum Consilium. Absente Rege Cancellarius caput est eius Cōsilij, quod ἀπόλεκτον dici potest, quo nomine Liuius lib. 5. de Bello Maced. Ætolorum consilium appellat ex delectis, atq; eximiis viris constās, quos Apolectos dicebant. Eiusmodi fuit: Consistorium Imperatoris, & Secretum. Consilium status nomine Consilij interioris venit, quanquam in vtroque & diuersa negotia agitantur, & diuersi Consiliarij adhibentur.

De magno Consilio.

MAGNVM Consilium est ex Constitutione anni 1294. ad quod ex parlamento aliquot assumi soliti, qui promiscuam operam nauarent & in curia, & in magno Cōsilio. Hodie huic Consilio sui sunt præsides certi, ac stati, sui consiliarij, vtrique semestres, qui ambulantem Regem per vrbes, & prouincias sequuntur. Eius auctoritas non minor, quàm Parlamenti ex Constitutione Philippi, in hæc verba. *Statuimus vt iudicia, arestа, sententiæ, quæq; à Curia nostra, quæque à communi consilio nostro exierint, rata sint omnino, itque ad quos ea res pertinebit, exequi ea possint, prouocatione sublata &c.* Arestа Placita dicuntur, Carolus octauus proprios Præsides, & Consiliarios ei Cōsilio attribuit, cum prius è parlamento summitterentur. Ludouicus 12. Magnum Consilium 30. viris definiuit. Cancellario, 8. Magistris libellorum, 17. Consiliariis laicis, & clericis, præstabili ac illustri aliquo Antistite, duobus Consiliariis recēs creatis, duobus Secretariis, seu Actuariis, Procuratore, Aduocato generalibus. Carolus 8. diplomate sacro Curiā Parisiensem magno Consilio digniorem, & potiorem pronūciarat. Iurisdictio magni Consilij per vniuersam

Galliam profertur. Henricus II. constitutione anni 1545. sanxit, vt causæ omnes super Episcopatibus, Abbatiis, & aliis beneficiis ad quæ nominat eligendos Pontifex Max. ad magnum Consilium referantur. Arestа magni Consilij ita pronuntiantur, Rex vobis dicit, Arestа parlamenti, sub auctoritate Curiæ feruntur. Arestа, ἀρεστά, ab ἀρέσκω placeo.

De Vicecancellariis.

IN omnibus parlamentis sunt Vicecancellarij, qui expediunt omnes iustitię prouisiones, prouinciis quę parlamento parent necessarias, id est, omnia quæ ad ius pertinent, quo vti eos necesse est.

De Custodibus Sigillorum.

IN singulis foris præsidialibus singuli sunt sigillorum Custodes, qui sub sigillo Regis expediunt omnes supplices libellos ciuiles, propositiones erroris, restitutiones in integrum, appellationes, desertiones, anticipationes. In Burgundia Conseruator Cancellariæ cognoscit de instrumentis, signo Regio signatis, an executoria sint.

De Præsidibus.

IN Curiæ Parisiensis maiori camera sex sunt Præsides, quorum primus dicitur Princeps Senatus. Præsides inquisitionum inter consiliarios procedunt, & sedent, non inter sex maioris Cameræ Præsides.

De Generalibus Auxiliorum, seu Oblationum.

ANNO 1380. Carolus VI. Galliæ Rex quatuor viros virtutis spectatæ elegit, quorum duo clericis qui de Auxiliis, & Oblationibus ius dicerent. Cū enim Rex è vino vendito, & reliquis mercibus aliquid tributi exigeret, auxiliū id genus tributi dictum. Deinde Episcopus Præses additus, tres Consiliarij, Procurator, & Aduocatus generales. Sub Carolo VII. anno 1417. generales Septimaniæ, & Aquitaniæ, de Patrimonio, seu Domanio Regio, de Auxiliis, & tributis in corpus redacti, sine appellatione iudicarunt. Ludouicus XII. anno 1500. Edicto, generalibus istis cōfirmauit cognitionē de Auxiliis, quæ imposita sunt nomine quartæ, octauæ, 12. nummulorum Turonensium in libram Gallicam, indictionis exoticæ, quam foranicam vocāt, Æquialentium, Permissionum, & aliorum de quibus consule Rebuff. lib. 1. tit. 19. ord. Rubricar. Henricus II. instituit secundam aliam Cameram Auxiliorum, cui addidit Præsides tertium, & quartum, 8. generales, & Consiliarios, & Ostiarium vnum. Et iurisdictionem eius ad lites omnes quæ ex Regiis vectigalibus oriuntur, pertinere voluit. Vide Rebuffum in ord. Rub. lib. 2. tit. 19.

De Electis.

ANNO 1445. & sub Rege Carolo VII. Electi prouinciales cognoscebant in foro inferiori, de iisdem rebus, de quibus in superiori foro sine appellatione generales. Id temporis præpositi horreo salis, & Antigraphes iudices non erant. Hodie sunt. Henricus II. edicto anni 1542. & 1557. auxit Electorum iurisdictionem.

De Præpositis Granario salis, & Antigraphariis.

GRANATARII, & Antigrapharij cognoscunt de iis qui salem subditum vendunt: Inquirunt in priuatos de modo salis quo vtuntur, & aliis plurimis, de quib. Rebuffum Consule. Salinatores dici possunt.

De Conseruatoribus paludum.

CONSERVATORES paludum cognoscunt de iis qui appellant à Receptoribus, & Antigraphariis salis.

De Computis, seu Rationibus.

IN Computis alij sunt Magistri Computorum, alij auditores, & clerici. Qui pecunias regias tractarunt, apud eos rationes suas probant Receptores particulares, & generales. In Camera Computorum est procurator qui cognoscit de criminibus, & peccatis Thesaurensium, vna cum Præsidibus Cameræ Computorum, qui se auctoritate Parlamentis cedere negant. Ea Camera probat literas alienigenarum, qui vel ius naturalium ciuium à Rege impetrant, vel nothorum, qui legitimi fiunt. In eadem Camera qui feuda regia tenent, in verba Regis iurant, & fidem suam obstringunt.

De Curia Monetarum.

PRÆSIDES Curiæ monetæ ordinant officia Magistrorum monetæ, & cognoscunt de monetis, an probæ sint, an adulterinæ. In ea olim vnus tantùm præses erat, & decem Consiliarij, Henricus II. alterum præsidem addidit, & tres nouos consiliarios, qui summo iure sine appellatione cognoscerent de probitate Metalli, & pondere monetarum. Isti in Corpus Cameræ Computorum transierunt.

De Præposito Monetarum.

IN omnibus Monetarum Fabricis Præpositus quidam est Monetarum, qui in inferiori foro cognoscit de omnibus Monetariorum controuersiis, de quibus in superiori Curia Monetarum cognoscitur. Ad hæc instituit omnes aurifices per vrbes, & ciuitates.

De Camera Thesauri.

PARISIIS est Camera Thesauri, sunt Magistri generales aquarum, & syluarum ad marmoreum lapidem, Magistri particulares aquarum, & syluarum, eorum vicarij, quos Viridarios vocant, & Gruierios, id est, syluarum custodes.

De Magistris aquarum, & syluarum.

MAGISTRI syluarum animaduertunt in eos qui in Regiis syluis venantur: Magistri aquarum cognoscunt de iis qui fluuios piscationibus exhauriunt. Vtrumque munus coniunctum est, ac vni, & eidem defertur.

De Camera Domanij, seu Canonis.

FRANCISCVS I. instituit Cameram Domanij, cui præfecit duos Curiæ Parisiensis præsides, & eam

Came

Cameram ad Curiam centumuiralem aggregari voluit, vt vnum corpus efficeret. Addidit ei Cameræ 18. Consiliarios, qui summo iure sine appellatione cognoscerēt de omnibus cōtrouersiis super domanio, aquis, syluis. Inter Cameras inquisitionum censetur.

De Locumtenente Domanij.

LOCVMTENENS Domanij cognoscit in inferiori foro de causis feudorum, de iis quæ Principi debentur, de caducis quæ morte alienigenarum in Francia Principi obueniunt, vulgo vocant *Aubaines*, de confiscationibus, & aliis talibus.

De Bailliuis, & Seneschalchis.

IN Gallia 30. plus minus sunt Bailiuatus, & Seneschalchuæ, id est, præfecturæ. Bailliui dicuntur à Baiulis, quos educatores Principū esse supra ostendimus. Vtrique per initia fuere chlamydati, & milites, non togati. Creabant Locumtenentes, aduocatos, & procuratores. Ipsi Bailliui, & Seneschalchi in iudiciis assidere possunt, sententiam ferre non possunt. Ante ætatem Henrici secundi duo tantum erant Locumtenentes, vnus generalis, alter particularis, qui cognoscerent de causis ciuilibus, & criminalibus. Post instituta tribunalia præsidialia, Locumtenentis generalis officium in duos Locumtenētes tributum est, vt alter cognosceret de ciuilibus, alter de criminalibus. Ita Parisiis in foro Castelleti est Locumtenens ciuilis, & Locumtenens criminalis, quorum ille prætor vrbanus dici potest, alter quæstor parricidij. Ab vtroque Curia Parlamenti appellatur, vide Rebuffum.

De Curiis Præsidialibus.

IN Curiis Præsidialibus hodie est præses vnus, certè si præses non est, Locumtenens, seu prætor vrbanus est, & plures Consiliarij, Aduocatus, & Procurator Regij, ab Henrico II. instituti, anno 1566. Locumtenentes Criminales dignitate longe sunt inferiores Locumtenentibus ciuilibus.

De Quæsitoribus Succinctis.

SVccINCTI Quæsitores alij sunt generales, alij prouinciales, & particulares: dicuntur Latrunculatores, vulgo præpositi Mareschalchorum, cognoscunt de latronibus, raptoribus, adulteratoribus monetæ, & aliis. Sunt & Locumtenentes succincti adiutores Locumtenentium Criminalium. Hodie in horum locum succedere Vicebailliui succincti, qui animaduertunt in Prædones.

De Castellanis, & Præpositis.

CASTELLANI in Francia cognoscunt de omnibus de quibus olim cognouere ἀγορανόμοι, & ædiles, quorum erat

Aut de mensuris ius dicere, vasa minora Frangere.

Frumenta quæ in horreis latent, promunt, & venalia exponunt: pretia carni, & panibus ponunt, cognoscunt de omnibus ciuilibus, & criminibus. Eadem est potestas prępositorum in præposituris suis, vulgo *Preuostez*. Vocantur iudices præposituræ.

De Præposito Parisiensi.

PRÆPOSITVS, seu Prævostus Parisiensis, duos habet Locumtenentes, ciuilem, & criminalem, & cognoscit de iis qui prouocant ab auditoribus Castelleti.

De Auditoribus Castelleti.

AVDITORES Castelleti instituti sunt, vt audiant controuersias super salariis seruorum, & artificum.

De Conseruatoribus Apostolicis, & Regalibus.

CONSERVATORES Apostolici in Academiis cognoscunt de controuersiis scholarium, seu iuuenum studentium, ad centum vsque milliaria. Eadem potestas est Conseruatoris Regalis.

De Conseruatoribus Nundinarum.

SVB Ludouico 11. Instituti Conseruatores nundinarum, qui Lugduni, & in aliis locis, iura mercatorum, & nundinarum tuerentur.

De Bailliuo Palatij.

PARISIIS Bailliuus Palatij cognoscit de mercatorum, qui sunt in palatio, & prope palatium, controuersiis.

De Iudice, & Consulibus mercatorum.

CAROLVS nonus Parisiis, vt consuleret mercatoribus, qui sæpe mera fide mutuantur, ex mercatoribus elegit Iudicem vnum, & 4. Consules, qui de mercatorum controuersiis cognoscerent, si quæ ex causa venditi & empti natæ essent.

De Inquisitoribus.

INQVISITORES in Gallia probatores inquirunt ex constitutione Francisci primi, testes citant, & audiunt, testimonia scripto mandant.

De Maioribus, & Schabinis.

MAIORES vulgo dicuntur *Maires*, Scabini sunt Decuriones, qui sub auctoritate Bailliuorum, & Seneschalcorum eliguntur. Cuiusmodi Maiores, & Decuriones visuntur hodie Burdegalis, Rochellæ, Pictauiis. Tolosæ octo sunt Capitolini, plures Decuriones, quorum fidei administratio vrbis permissa est.

De Præfecto vigilum.

PRÆFECTVS vigilum vulgo dicitur eques vigilum, qui nocte perambulabat vrbem, vt grassatores coërceat Parisiis & Aureliani. Vulgo *Capitaine du guet.*

De Secretariis Mandatorum.

QVATVOR sunt secretarij mandatorum, qui intersunt interiori Consilio, & ex voluntate Regis

res grauioris negotij ordinant. Eorum amplissima est auctoritas secundum Cancellarium.

De Secretarijs Domus Franciæ.

SECRETARII domus Franciæ, qui Cancellariæ ministrant, primùm sexaginta fuere, deinde centum, & viginti, quibus Henricus II. alios octoginta addidit, vt essent ducenti. Ex iis, Qui aulam sequuntur, dicuntur Secretarij thesaurorum.

De Magistro Cerimoniarum.

MAGISTER cerimoniarum, qui Regis in auguratione, funere, pompis, celebritatibus, suum cuique locum assignat, dicitur Designator.

De Notarijs.

IN Curia Parisiensi quatuor sunt Notarij Curiæ, qui procedũt post Ostiarios, seu Admissionales. Alij sunt Notarij regales, qui in rebus ecclesiasticis nihil possunt, sicuti Apostolici Notarij nullius auctoritatis sunt in rebus ciuilibus.

De Scribis.

ROMÆ fuere Actuarij, scribæ, exceptores, subadiuuæ, hodie in omnibus Curiis sunt Scribæ, & subadiuuæ.

De Apparitoribus, & Viatoribus.

HODIE sunt Viatores, vel equites, qui dicuntur Ostiarij equites; vel pedites, qui vocantur Sergentes, quasi seruientes. Vulgo *Huissier, ou Sergent à cheual.*

De Sagittarijs Præpositi.

SAGITTARII Latrunculatoris lictorum locũ implent, latrones capiunt, & in carcerem compingũt. vulgo *Archers du Preuost.*

De Ostiarijs.

OSTIARII isti præsunt admissionibus, & dici possunt Admissionales, qui excludũt vel admittunt ad Regem, aut Præsides. Dicuntur Admissionales auditionum Parlamenti qui duo sunt, & virgã manu gestant. vulgo *Huissiers.*

De Thesaurarijs generalibus Domanij.

QVATVOR Thesaurarij Domanij peragrãt prouincias sibi commissas, & minores Thesaurarios castigant.

De Thesaurarijs Partium Casualium.

EORVM munus est, vt pecunias recipiant, quæ reficiuntur ex venditione officiorum.

De Thesaurarijs Belli.

EORVM munus est, vt ex mandato Thesaurarij Parcimoniæ, equitibus & peditibus stipendia soluant habent Commissarios, Antigrapharios, & Solutores: qui pecunias dant non Ducibus, sed militibus. Thesaurarius Parcimoniæ, præfectus ærarij est, non absimilis Comiti sacrarum largitionum.

De Thesaurario Minutarum voluptatum.

THESAVRARIVS minutorum aulam sequitur, & pecunias in voluptates minutas Principis expendit.

De Quatuor Generalibus Franciæ.

INTER Receptores omnium, honoratissimi sunt quatuor Generales Franciæ, qui suscipiunt pecunias à Rege quotannis extra ordinem indictas: digniores sunt Consiliariis Curiæ.

De Receptoribus vectigalium, seu Susceptoribus.

IN singulis Electionibus sunt Receptores vectigalium, qui dicuntur *Receueurs des tailles, & du taillon.* Duo sunt Receptores Tailliarum, Duo Tailloni. Isti pecunias receptas ferunt ad Generales. Taillię sunt indictiones, collationes. Taillon, Superindictum.

De Imperatoribus, & Collectoribus.

PER Parœcias sunt peræquatores, qui onera vectigalium ex æquo & bono in collatores partiuntur, exigunt, & colligunt.

De Thesaurario Domanij, seu Canonis.

IS pręter Domanium regium recipit pecunias è confiscationibus, & caducis, quæ ad priuatam rationem pertinent.

De Receptoribus Mulctarum, seu Susceptoribus.

IN quoque parlamento est Receptor generalis mulctarum.

De Antigraphariis.

ANTIGRAPHARII omnibus Receptoribus adhibentur, qui fraudes impediant Receptorum. Sunt obseruatores susceptorum, & custodes. Eorum antigrapha dicuntur contrascripta. Demosthenes contra Androtionem, ἕκαστος ἀντιγραφεὺς ἔμελλεν ἔσεσθαι τῶν εἰσενεγκόντων, vnusquisque futurus erat antigrapheus eorum qui in publicum conferebant. Aristot. in Polit. τοῦ μὲν οὖν μὴ κλέπτεσθαι τὰ κοινὰ ἡ παράδοσις γινέσθω παρόντων τῶν πάντων τῶν πολιτῶν, καὶ ἀντίγραφα κατὰ φρατρίας καὶ φυλὰς τιθέσθωσαν. Ne interuertantur pecuniæ publicæ, institui oportet, vt palam omnibus ciuibus tradantur, antigrapháque earum fiant per tribus & fratrias singulas. Percensui cursim potius, quàm explicaui, dignitates, & officia Galliæ nostræ, de quibus Rebuffus, & alij pluribus egere. Tu, si vacat, eos consulito.

FINIS.

DE

DE
OFFICIIS
ECCLESIASTICIS
Ecclesiæ magnæ Constantinop.
APPENDIX.

ELENCHVS CONTENTORVM IN HAC APPENDICE.

De Patriarcha. 19
De Syncello. 20.col.1
De Magno œconomo. ibid.
De Magno Sacellario. 20.col.2
De Magno Sceuophylace. ibid.
De Exocatacœlis. 21.col.1
De Cartophylace. ibid.
De Chartulario. ibid.c.2
De Protecdico. 22.col.1
De Protonotario. ibid.
De Logotheta. ibid.
De Canstrisio. ibid.
De Referendario. 22.c.2
De Hypomnematographo. ibid.
De Hieromnemone. ibid.
De Ministro à genibus. 23.c.1
De Magistro Libellorum. ibid.
De Secretario. ibid.
De Præfecto sacro Consistorio. ibid.
De Monitore. ibid.
De Doctore Euangelij. ibid.
De Rhetore. ibid.c.2
De Præfectis, qui Archontes. ibid.
De Ostiarijs. 24.c.1
De Protopapa. ibid.
De Secundarijs. ibid.
De Protopsalte. ibid.c.2
De Laosynacte. ibid.
De Primicerio Tabulariorum. ibid.
De Præfecto tomis. ibid.
De Primicerio lectorum. 25.col.1
De Nomico. ibid.
De Camonarcho. ibid.
De Exarcho. 25.col.2
De Ecclesiarche. ibid.
De Domestico ianuarum. ibid.
De Chartulario. ibid.
De Deputato. 26.col.1
De Præfecto Instrumento sacro. ibid.
De Archidiacono. ibid.
De Abbate Archimandrita. 26.col.2
De Apostolis. ibid.
De Papa. ibid.
De Episcopis. 27.col.1
De Pontifice. ibid.
De Exarchis. ibid.
De Apocrisiario. 27.col.2
De Cardinalibus. ibid.
De Hegumenis. 28.col.1
De Theoris & Comisatis. ibid.
De Ceroforo seu Ceroferario. ibid.
De Clero. ibid.
De Copiatis & laborantib. 29.col.1
De Cractis seu Lectoribus. ibid.
De Mansionario & ædituo. ibid.
De Paramonario. ibid.
De Periodeute. ibid.
De Orphanotropho. 29.col.2
De Pneumatico. ibid.
De Prædicatore. ibid.
De Prædris. ibid.
De Protoapostolario. ibid.
De Stauropegio & Diœcesi. 30.col.1
De Hydromiste. ibid.
De Hypecclesione. ibid.
De Corepiscopo. ibid.col.2

DE

DE OFFICIIS ECCLESIASTICIS Eccleſiæ magnæ Conſtantinop.

APPENDIX.

NON mihi fuerat Conſilium Officia eccleſiæ Conſtantinopolitanæ attingere, quod ea rarò à veteribus ſcriptoribus commemorentur: Admonitus tamen ab amicis, vt hanc quoque partem exſequerer parui libens, & ex Codino, aliiſque pauca ſubiunxi.

De Patriarcha.

SACERDOTVM origo ab ipſo mundi conditu repeti poteſt, cum Cain de fructibus terræ munera Domino obtulerit, & Abel de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum, Geneſ. cap. 4. Ædificauit Noë altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare, Geneſ. cap. 8. Per initia autem viri Principes, & domi quiſque pater familias, rem diuinam faciebant, & ſacerdotum munere fungebantur. Poſtea paſſim ferme deſcriptus ordo ſacerdotum, qui publicè ſacris operarentur. In Græcia ἱερεῖς, ἀρχιερεῖς, ἱεροφάνῃ, ἱερεῖῃ, Romæ Pontifices, ſacerdotes, ſacrificali, de quibus alij dixere, de Conſtantinopolitanæ eccleſiæ officiis ipſe dicam.

Prima, & ampliſſima dignitas fuit Patriarchæ, quem Simocatta in Hiſtoria Mauricij lib. 8. cap. 9. ἱεράρχῃ vocat. Is ordinabatur ab epiſcopo Heracleæ, vel eo mortuo, ab epiſcopo Cæſareæ. Balſamon ad Concil. 11. can. 3. ἡ πόλις αὐτὴ τῷ βύζαντι οὐκ εἶχε πρώτῃ ἀρχιεπισκόπῃ, ἀλλὰ ὑπὸ τὸν μητροπολίτην ἡρακλείας ἐχειροτονεῖτο ποτὲ ὁπίσκοπος ἐν αὐτῇ. *Byzantium olim non fuit ſedes Archiepiſcopi, ſed à Metropolita Heracleæ in ea epiſcopus inſtituebatur.* Ibidem ait Stephanum Syngellum fratrem Leonis Imperatoris cognomento ſapientis ab Archiepiſcopo Cæſareæ Patriarcham Conſtantinopoli inſtitutum, διὰ τὸ παρειλῆφθαι τὴν ἡρακλείας, *quia Heracleæ Epiſcopus exceſſerat.* Patriarcha Conſtantinopol. ſecundum à Pontifice Rom. dignitatis locum obtinebat. Nouel. 131. διαταξόμεθα καὶ τὸν αὐτῶν ὅρκον τὸν ἁγιώτατον τὸν πρεσβυτέρας ῥώμης πάππαν πρῶτον ἁπάντων τῶν ἱερέων, τὸν δὲ μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον κωνσταντίνου πόλεως τὸν νέας ῥώμης δεύτεραν τάξιν ἐπέχειν, μετὰ τὸν ἁγιώτατον ἀποστολικὸν θρόνον τὸν πρεσβυτέρας ῥώμης. *Conſtituimus, ſicut à ſanctis Patribus definitum eſt, vt Sanctiſſimus veteris Romæ Pater primus omnium ſacerdotum ſit, ſecundus verò locus detur Beatiſſimo Archiepiſcopo Conſtantinopoleos, quæ noua Roma eſt, poſt ſanctiſſimum Apoſtolicum thronum veteris Romæ.* Varnefridus lib. 4. de Geſtis Langobard. cap. 37. Phocas rogante Papa Bonifacio ſtatuit ſedem Romanæ, & Apoſtolicæ eccleſiæ caput eſſe omnium eccleſiarum, quia Conſtantinopolitana eccleſia primam ſe omnium eccleſiarum ſcribebat. Sub Michaële Palæologo *Conuenit inter Pontificem Rom. & Patriarcham Conſtantinopolitanum, vt in hymnodijs Papæ cum 4. Patriarchis mentio fieret, deinde vt liceret cuiuis Romam veterem prouocare, tum vt Pontifici Romano principatus in omnibus deferretur.* Gregoras lib. 5. γέγονε κοινωνία ἐφ' ὅρῳ τοιῶν κεφαλαιῶν, ἑνὸς μὲ τὸ ὀν τὴν ἱεραῖς ὑμνῳδίαις τὸν πάππαν εἰς τὰ δίπτυχα μνημονεύεσθαι ὁμοῦ τοῖς ἑτέροις τέτταρσι πατριάρχαις, δεύτερα δὲ τὴν ἐκκλησίαν, τοῦτο δὲ ὅτι, ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ καθάπερ εἰς μεῖζον, καὶ ἐντελέστερον ἀνατρέχειν δικαστήριον τὸ τῆς παλαιᾶς ῥώμης, καὶ τοῦτο τῶν πρωτείων ὂν ἄπασι. Quanquam autem Patriarcha Conſtantinopolitanus ſecundum à Romano Pontifice locum tenuit, ius tamen, iudiciúmque nullum in Patriarchas Alexandrinum, Antiochenum, & Hieroſolymitanum habuit, imo Archiepiſcopus Bulgariæ, & Cypri, aliique plures ſe αὐτοκεφάλους eſſe aiebant, nec Conſtantinopolitani Patriarchæ Imperium agnoſcebant. Balſamon de priuileg. Patriarch. ἀλλὰ μόνων τῶν αὐτοκεφάλων ἀρχιεπισκόπων, τῆς βουλγαρείας φημὶ, καὶ τῆς κύπρου, καὶ τινῶν ὀλίγων μητροπολιτῶν λαβόντων ὑπὸ φιλοτιμίας βασιλικῆς ἰδικῆς τοῦτο τὸ δίκαιον. Patriarchæ Conſtantinopolitano omnes orientis epiſcopi audientes ſunt, *Exceptis quibuſdam epiſcopis ſui iuris, quales ſunt Archiepiſcopus Bulgariæ, & Cypri, & alij aliquot, qui hoc iure à magnificentia Imperatoris donati ſunt.* In Armenia quoque epiſcopus non ab eo ordinabatur, ſed ab epiſcopo Cæſareæ Cappadociæ, vt ſcribit Nicon de religione Armenior. Per initia tres fuere tantum Patriarchæ, Romanus, Alexandrinus Antiochenus, poſtea Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus additi. Primo ſemper loco fuit Romanus, qui ſingulariter Papa dictus. Balſamon Reſponſo 3. de Patriarch. priuileg. ſolis Imperatoribus, & Patriarchis ignem prælatum fuiſſe ait. Ea vox à Iudæis ſumpta, apud quos 12. Patriarchæ. Imo & ſub Imperatoribus Iudæorum Patriarchæ vectigalia curabant. Iulian. epiſt. ad Iudæos, τὸν ἀδελφὸν ἴουλον τὸν αἰδεσιμώτατον πατριάρχην παρήγεσα τὸν ὑπόσολυν κωλυθῆναι, *Fratrem noſtrum Iulium Patriarcham Reuerendiſſimum monui vectigal, quod Apoſtole dicitur, interdictum eſſe.*

Patriarchæ, & primates dicuntur diœceſeon ἔξαρχοι, & Principes, can. 9. Calchedon. Concil. Olim in occidentali eccleſia vnus fuit Patriarcha Aquileiæ, mox alter ſub Phoca Gradis additus, narrante Varnefrido de Geſtis Langobard. libr. 4. cap. 34. Tertius Foroiulienſis, de quo Valafridus Strabo capit. 25. de reb. eccleſ. Quartus Moſcouiæ. Fuit & Primas Chartagine, & alij Primates Lugduni in Gallia, & Biturigibus. De ritu Patriarchæ Conſtantinopolitani deſignandi lege *Codinum de* officiis pag. 211. Phranſem lib. 3. cap. 19. Malaxum in Hiſtoria Patriarcharum. Patriarchæ olim æquabantur Cardinalibus, hodie infra eos ſedent. Conſule librum Cerimoniarum eccleſ. lib. 1. ſect. 3.

De Syncello.

SYNCELLVS, vel Syngellus olim eo loco apud Patriarchas fuit, quo apud Auguſtos ij qui dicti Cæſares, imperij candidati, & ſucceſſores deſignati. Zonaras Annali 3. ἐκπέμψας ὁ κλαύδιος πρέσβεις πρὸς βασιλέα, ὃν ἐκάλουν σύγκελλον. ἔστι δὲ παρ' αὐτοῖς, ὅπερ πάλαι ἐπ' ἡμῶν ὁ λεγόμενος συγκελλος. ὡς γὰρ ὁ συγκελλος τὸν πατριάρχην θανόντος εἰς τὸν ἐκείνου τόπον ἀντικαθίσατο, ὅτω καὶ ὁ στρίφων τὸν χαλυβᾶ φθαέντος τὸν τελευτήσαντα διαδέχεται. *Miſit ille Seriphum legatum ad regem. Seriphus autem apud Chalipham eo loco eſt, quo apud Patriarcham Syncellus. Vt enim hic in Patriarchæ mortui locum ſubſtituitur, ita & Seriphus in Chaliphæ.* Plures autem Syncelli olim erant, quos Heraclius ad duos redegit. Verba conſtitutionis eius ſic habent, τοὺς μὲ θεοφιλεῖς συγκέλλους εἰς δύο τὸν ἀριθμὸν περισάντας. In ſynodis Syncelli olim ſedebant ante Metropolitas, vnde ſub Conſtantino lis orta, narrante Ioanne Curopalate in Conſtantino, ἐγίνετο ὁ χρὸ τῶν ἡμέραν τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς τραχὺ διὰ τὸν καθέδραν ἐν τῇ λειτουργίᾳ, μὴ καταδεξαμένων τῆς μητροπολιτῆς πρωκαθίσαι αὐτῆς τοὺς συγκέλλους ἐν τῷ σωδρόνῳ. *Die Pentecoſtes aliquid turbatum eſt in liturgia, ob ius præſidendi, cum metropolitæ non paterentur Syncellis ante ſe ſeſſionem eſſe.* Fuit vnus ex iis Protoſyncellus in ſancito Michaëli sPatriarchæ, τῇ αὐτοχείρῳ ὑπογραφῇ, καὶ σφραγῖδι τοῦ πρωτοσυγκέλλου, καὶ χαρτοφύλακος τῆς τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας πιστοῦν. *Firmatum ipſa manu, ſubſcriptione & ſigillo Protoſyncelli, & Chartophylacis magnæ Dei eccleſiæ.* Ioannes Curopalates in Michaële Parapinacio Ioannem Metropolitem Sidæ ſcribit fuiſſe πρωτοθρόνου τῆς πρωτοσυγκέλλου. Phranſes lib. 2. cap. 9. Quendam magnum Protoſyngelum facit. Syngellus apud Norkerum Balbulium in Martyrologio dicitur congellus. In Synodo Florent. Gregorius magnus Protoſyngelus dicitur, ὁ μέγας πρωτο.

De Magno Oeconomo.

OECONOMVM dici diſpenſatorem domus vulgatum eſt. Magnus œconomus eccleſiæ Conſtantinopolitanæ dictus is, *qui omnes eccleſiæ poſſeſſiones, omnémque reditum qui ex iis percipitur procuraret, tenerétque.* κρατῆς πάντα τὰ κτήματα τῆς ἐκκλησίας, καὶ πᾶν τὸ ἐσοδιαζόμενον ἐξ αὐτῆς. Idem diſpenſator erat reditum Patriarchæ. καὶ οἰκονομεῖ τῷ ἀρχιερεῖ, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ, ait Codinus pag. 3. *Oeconomus eſt Patriarchæ, & eccleſiæ.*

De Magno Sacellario.

SACELLARIVS, ſiue Saccellarius dicitur Sacculatius, Sacculi Præfectus, Suidas, σακέλλιον, βαλάντιον μαρσίπιον, ἐξ οὗ καὶ σακκελλάριος, *Sacellium, crumena, marſupium, vnde & Sacellarius.* Heſychius σακέλλα ὅπου τὸ χρυσίον τίθεται, *Sacella vbi aurum reconditur.*

Magnus Sacellarius ius, iudiciumque in virorum, ac mulierum cœnobia habuit, cui adminiſter fuit Præfectus monaſteriis. Codinus, ὁ μέγας σακελλάριος κρατῆς τὰ ἀνδρῶα καὶ γυναικεία μοναστήρια, ἔχων ὑπεργὸν εἰς τοῦτο τὸν ἄρχοντα τῆς μοναστηρίων. *Sacculus* σακέλλιον, ærarium eſt, quo eleemoſynas aſſeruabant. Feliciarius de eleemoſynis, interim ſacculis, id eſt, in viſceribus pauperum reponamus, quia manus pauperis gazophylacium Chriſti eſt. Sacculus maior erat, aut minor. *Maiori Præfectus* ὁ ὅπὶ τὸ μεγάλης σακέλλης, vel μέγας σακελλάριος, *Magnus Sacellarius* qui ſecundus erat inter exocatacœlos, *minori Præfectus* erat ὁ ἐπὶ τὸ μικρᾶς σακέλλης, ſeu Sacellarius ſimpliciter, qui quintus erat inter exocatacœlos. Ioannes epiſcopus Citri in Reſponſis, ὅτι μὲ παλαιᾶς παραδόσεως, ex veteri traditione primus eſt magnus œconomus, ſecundus magnus Sacellarius, tertius magnus σκευοφύλαξ *vaſorum cuſtos*, quartus Chartophylax, quintus Sacellarius. Magnus Sacellarius eleemoſynas curabat quæ monaſteriis dabantur, puta teſtamenta, legata, donationes, ſiue ea monaſteria in ipſa vrbe, ſiue extra vrbem in pera eſſent. Balſamon de Chartophyl. τῆς κτ' πόλιν, καὶ τῆς περατικῶν μοναστηρίων τὴν μέριμναν, πεισκαιδέκατος γὰρ ῥητῶν τῆς βασιλεύσης τῆς πόλεως ὁ περαία τυγχάνει ὤν, ὁ μέγας ἔχει σακελλάριος. Pera regio 13. eſt Conſtantinopoleos. Minori ſacculo præpoſitus eccleſias obſeruabat, & eleemoſynas quæ ibi in priuatorum pauperum vſum dabantur in ſacculo ſuo recondebat. Balſamon, τῆς καθολικῶν ἐκκλησιῶν, φησὶ καὶ ἐμφυτεύσεων τὸ διοικεῖν ἔχει ὁ σακελλίς, *Sacellarius adminiſtrat Catholicas eccleſias, & Emphyteuſes.* Nicetas lib. 2. de Iſaacio Angelo ſcribit Nicetam mundanum qui Baſilio Camatero in Patriarchatu ſuffectus eſt, eccleſiæ maximæ Sacellarium fuiſſe.

De Magno Sceuophylace.

MAGNVS *Sceuophylax vaſa eccleſiæ aſſeruabat.* ὁ μέγας σκευοφύλαξ κρατῆς τὰ σκεύη ἐκκλησίας, ait Codinus Theodorus Anagoſtes ecl. 2. χειρίζων ὁ βασιλεὺς εἰς ἐπίσκοπον μακεδόνιόν τινα πρεσβύτερον, καὶ σκευοφύλακα, *Imperator Macedonium quendam Presbyterum, & vaſorum cuſtodem epiſcopum inſtituit.* Balſamon de Chartophylace, τῆς ἱερῶν κειμηλίων ἐπιμέλειαν ἔχει ὁμοίως σκευοφύλαξ, *Sacri veſtiarij, & vaſarij curam habet magnus Sceuophylax.* Magnus œconomus, & Sceuophylax ab Imperatore inſtituebantur vſque ad tempora Iſaaci Comneni, qui vtramque dignitatem arbitrio Patriarchæ permiſit, ab ambobus publicum abiudicans, & abalienans. Zonaras in Iſaacio, μέχρι τότε τῆς μεγάλης οἰκονόμου προχειριζομένου παρὰ τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ μὲ καὶ τῆς σκευοφύλακος, ἐκείνου ὃς καὶ ἄμφω ὑπὸ τὴν τῆς πατριάρχης ἔθετο ἐξουσίαν, ἀποξενώσας ἀμφοῖν τὸ δημόσιον. Simplicium Sceuophylacum tres ordines erant quorum alij Preſbyteri, quidam Diaconi, nonnulli lectores. Atque è Presbyteris quidē quatuor. è Diaconis 6. è lectoribus duo, vt eſt in conſtitutione Heraclij. Fuit & in exercitu Imperatoris quidam Sceuophylax. Balſamō de Chartophylace, ὅπου καὶ νομοφύλαξ καλεῖται, καὶ σκευοφύλαξ τῆς βασιλικῆς σκευοθήκης.

De

De Exocatacœlis.

EXOCATACOELI dicuntur ſecretorum eccleſiaſticorum præfecti, qui numero quinque, magnus œconomus, magnus ſacellarius, magnus ſceuophylax, chartophylax, & curator ſacelli, ſiue minor ſacellarius, vt docet Balſamon in chartophylace, *τῶν πέντε τεταγμένων, τῆς ἐξωκατακοίλων ἀρχόντων φημὶ, ὡς ὑπὸ πέντε αἰδοίων διεξάγον τὰ ἐκκλησιαστικὰ δίκαια, à quinque præpoſitis, qui Exocatacœli dicti, vt à quinque ſenſibus iura eccleſiaſtica adminiſtrantur.* Codinus, *κατὰ τὸν τεταγμένον οἱ ἐξωκατάκοιλοι ἱερεῖς ἀριθμοῦντο, ἔχοντες ἕκαστοι ἐκκλησίας, καὶ ὑπ' αὐτὸν κλῆρον. διὰ τοῦτο κατὰ τὰς μεγάλας, καὶ ὁπόσημος τῆς ἑορτῆς ἡμέρας, ὄντων ἐκεῖσε εἰς τὴν ἰδίαν ἐκκλησίαν ὁ πατριάρχης οὐκ εἶχεν ὑπηρέτας ἐντίμους μετ' ἑαυτὸν τῆς πατριάρχων οὓς τις ἠθέλησεν αὐτὸς διακόνους εἰς τὸ ὑπηρετεῖν αὐτῷ ἐν ταῖς τοιαύταις τῆς ἑορτῆς. Per initia Exocatacœli ſacerdotes erant, habebántque ſinguli eccleſias, & clerum ſibi commiſſum. Ideo per maiores feſtos dies, cum quiſque eccleſiæ ſuæ curaret, Patriarcha non habebat ſecum honoratos miniſtros. Repertus Patriarcha qui diaconos Exocatacœlos efficeret, vt ſibi in feſtis illuſtribus miniſtrarent.* Cabaſila vocat eos *διακόνους ἔχοντας ἀρχοντικὰ ἐκκλησιαστικὰ ὀφίκια, Diaconos habentes præcipua officia eccleſiaſtica.* Ij olim quinque tantum erant, poſtea protecdicus à Georgio Xiphilino Patriarcha Conſtantinopolit. ad eos aggregatus eſt ſub Alexio Comneno, vt Ioannes ſcribit Epiſcopus Citri in reſponſis. In ſynodo Florentina, *καὶ τὸν πάπαν ὁ πατριάρχης ἠσπάσατο ἰσπάμων ἐν τῇ παρειᾷ. ἡμεῖς δὲ καθημένου τοῦ δεξιοῦ αὐτοῦ, καὶ τοῦ παρειοῦ σὺν τοῖς ἐξωκατακοίλοις. Et Papam ſtantem Patriarcha exoſculatus eſt in gena, nos autem dexteram eius ſedentis, & genam cum Exocatacœlis.* Codinus, *ὁ πρωτονοτάριος θύρα τῆς ἐξωκατακοίλων, Protonarij dignitas ianua eſt ad dignitatem Exocatacœlorum.* Ioannes Citri Epiſcopus in reſponſis, *μετὰ τοὺς ἐξωκατακοίλους πρῶτός ἐστιν ὁ πρωτονοτάριος. Poſt Exocatacœlos primus eſt Protonotarius.* Nonnulli exiſtimant Catacœlos Conſtantinopoli dictos quicunque *κατὰ τὰς κοιλάδας*, per conualles parœciis, & diœceſibus præeſſent: eccleſiæ enim vt plurimum in editioribus locis erant, parœciæ in loco inferiori quaſi in conualli, quibus ſingulis ſinguli parochi, ſeu paſtores præerant, vnde Catacœli dicti quaſi, *κατὰ τὰς κοιλάδας.*

De Chartophylace.

INTER Exocatacœlos Chartophylax quarto loco fuit, *κρατῆς τὰ ἐκκλησιαστικὰ χαρτῶα δικαιώματα, κειμένης τῆς ὅλων ὑποθέσεων τῆς ἐκκλησιαστικῶν, ἔχων τὰς γαμικὰς ὑποθέσεις, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῆς κλειτικὰς ὑποθέσεσι ἐκδικος ὡς δεξιὰ τοῦ ἀρχιερέως χείρ, Qui tabulas habet chartaceas ad iura eccleſiæ pertinentes, iudex eccleſiaſticarum cauſarum omnium cognoſcens de cauſis nuptialibus, atque adeo defenſor in cæteris clericorum cauſis, velut Patriarchæ dextera*, ait Codinus. Sigilli Patriarchalis cuſtos erat, quod & in pectore geſtabat. Balſamon de Chartophyl. *τὸ πατριαρχικὸν βυλλωτήριον τὸ φέρει τῇ στήθει τοῦ χαρτοφύλακος ἀπηωρημένον, ὡς εἴωθε.* Sub ſe habebat actuarium qui per eius abſentiam ſignaret. Ioannes epiſc. Citri in Reſponſ. *τὸ σημειοῦσθαι τὰ παρεμπίπτοντα τῇ χαρτοφυλακικῷ ἀξιώματι ἀπαρεγκλήτως ἐξεκολάπτου. Signare ea quæ accidunt ita propriè, & inuiolabiliter dignitati Chartophylaci adſcriptum eſt*, vt eo præſente Patriarcha alteri ſignandi poteſtatem facere nequeat, niſi ob longum iter, & vrgens alicubi negotium ſigillum adhibendum ſit. Tunc enim Patriarcha eligit qui ſignet, & iuri ſuo rem ſeruet, *πλὴν κατὰ τὸν ἐκλέξει ὁ ἀρχιερεὺς, ὑποστέλλει δικαίῳ αὐτὸ πρόσωπα, καὶ σημειωσάμενον τῷ ὑποθέσιν.* Balſamon, *τῶν καὶ πάντων τῆς ἱερωμένων δικαιοδοσίαν τοῦ χαρτοφύλακος, Iurisdictionem Chartophylacis aduerſus omnes clericos, & ſacerdotes* vocat. *ὁ χαρτοφύλαξ κατάθωμεν μονομερῶς τὰ τῷ πατριάρχῃ δικαίῳ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀγήκοντα, dirigit ſinguläriter ea quæ ad Patriarcham pertinent, ob ius Pontificij. καλεῖται δὲ πατριάρχου σῶμα, καὶ χείρ, vocatur Patriarchæ os, & manus.*

Erant autem Chartophylaces duo, prior Patriarchicus eccleſiæ archiua ſeruabat, alter œconomio inſeruiebat, & tabulas eccleſiaſticorum redituum, expenſarúmque conficiebat, ac curabat, cuius mentio fit in catalogo Patriarc. Conſtantin. Ioannes Diaconus, *καὶ χαρτοφύλαξ τοῦ οἰκονομείου.* De Chartophylace Patriarchæ Ioannes Epiſ. Citri, *πρὸς τὸν τῆς ἀρχιερέων ἐξ ἀπειρίας τὰς ἐξαιρέσεις τῆς μαρτύρων γνωμόμας περὶ τῆς ἱερᾶς θελόντων ἀναπτέσθαι τῷ ἱερομνήμονι, καὶ λανθάνουσι περιφανῶς ἀδικοῦντες τὸν χαρτοφύλακα τῷ τότε τὸν ὀφικίῳ ἐμπεπικὸν καὶ ἡ τοιαύτης διακονίας ἐνέργεια, καὶ ἀδιαμῶς ἐν τότε αὖτη παρασυλᾶται, ὥσπερ δὴ καὶ τῆς ὡρολογιῶν. Nonnulli Pontificum ex ignorantia ſcripta teſtimonia de iis qui initiari volunt, attribuunt Hieromnemoni, & non animaduertunt manifeſtè ſe iniuriam facere Chartophylaci. Huius enim officio id munus affixum eſt, vt & Hierologiæ, nec inde moueri poteſt.* Priuilegia eius deſcribit Balſamon ad Photij Nomocanon tit. 8. cap. 1. *ὁ κατὰ καιρὸς χαρτοφύλαξ ἀπὸ τοῦ παρόντος ἐδίκτου δικαιοῦται καβαλλικεύειν κατὰ τὸν λιτὸν τῆς ἁγίων νοταρίων τὸ πατριαρχικὸν ἄλογον, μετ' ὀθονίου λευκοῦ. Chartophylax qui tunc erit, ex edicto præſenti ius habet inequitandi in equo Patriarchæ in ſupplicatione ſanctorum Notariorum, cum linteolo albo.* Oportuit autem caput eius tegi aurea tiara, quæ in Chartophylacio aſſeruatur. Iura epiſcopi Conſtantinopolitani in ſecreto Chartophylacis aſſeruabantur. Chartophylax ipſe iure Patriarchæ omnia adminiſtrabat, quæ ad eum vt epiſcopum referebantur. Definit enim, & corrigit ſpiritales errores: permittit vt Diaconi, & ſacerdotes ordinentur, exponit Pittacia, & ſcripta officiorum diuinorum: dat poteſtatem figendæ crucis in exſtructione noui templi ex auctoritate epiſcopali, vt ſcribit Balſamon ad Canon. 9. & 17. Concil. 7. In electione epiſcopi, eo qui epiſcopus eligendus eſt dextra ſacræ menſæ per tres præſules producto, ipſe à ſiniſtra veniens ſcriptum ei quoddam porrigebat, mox ab epiſcopo legendum, vt eſt in Euchologio. In congregationibus extra ſynodum ſeſſionem habebat ante reliquos omnes antiſtites, vt ait Balſamon ad Concil. 1. Can. 18. Qua de re legenda conſtitutio Alexij Comneni. Andronicus iunior Chartophylaci magni cognomentum addidit, narrante Cantacuzeno, lib. 2. cap. 1. hiſtor. Vide Meurſium in illo ſuo erudito gloſſario Græcobarbaro.

De Chartulario.

SINGVLI Exocatacœli ſuum habebant Chartularium, ſeu Scriniarium. Itaq; vt quinque erant exocatacœli, ſic quinque Chartularij, vt ſcribit Balſamon de chartophylace. *πόσους ἕκαστος τούτων ἔχει χαρτουλαρίους τῶν κόπτα συμβεβεισάς, καὶ πόσους σκρεπτικὰς διακονίας ἐκ δεῖ λέγειν κυρὸς. Non hic locus eſt ſcribendi quot eorum vnuſquiſque Chartularios laboris ſocios, & quot adminiſtros ſecreti haberet.* Ecloga 3. Baſilicon, *χαρτουλάριοι λεγῶν*

λαγῶν οἴκων vocantur, *Chartularij ſacrarum ædium.* Vetus onomaſticum ſcriniarium Chartularium interpretatur.

De Protecdico.

PROTECDICVS dicitur primus defenſor ad opem clericis captiuis ferendam conſtitutus, & iudex cauſarum quæ in accuſatione verſantur. Is inter exocatacœlos ſexto loco fuit, εἰς τὸ ἀνπλαμβάνεσθαι τὲς αἰχμαλώτους, ἢ κειτὴς τῆς ἐξκλησιαστικῆς ὑποθέσεων. Exocatacœli ſex ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ συνόδῳ μετὰ τὸν ἀρχιερέως καθίστατο, ait Codinus, *in diuina & ſacra Synodo cum Patriarcha ſedent.* Ecdici numero quatuor fuere, vt ſcribit Ioannes Citri in Reſponſ. Auctor Anonymus, δεῖ ὑμᾶς εἰπεῖν τῆς πρεσβυτέρων καὶ διακόνων δίκην ἔχει μὴ πνὸς, προσκαλεῖσθαι τὸν διεκκαλούμενον ἐν τείτῳ καιρῷ τὸν εἰρημένον τόπον, καὶ μὴ κατάκοντα καταδικάζειν, *Oportet te Protecdicum ſi quis ſacerdotum, & Diaconorum litem habet cum aliquo, vocare tertio eum qui accuſatur, vt dictum eſt, & obedientem non condemnare.* Is enim ſuſcipiebat vinctos de clero in cauſis criminalibus, & de iis iudicabat, prouidebátque, ne quis iniuriam faceret. Exercebat munus ſuum in Proſcenio templi maximi, quod ex eo Protecdiceum dictum, vt docet Nicetas in Alexio Manuel. filio. Secundus Ecdicus defendebat cauſas cleri ciuiles. Tertius dictus Protopapa. Codinus, ὁ πρωτοπαπᾶς ἐκδικος, καὶ πρῶτος τοῦ βήματος. *Protopapa defenſor, & primus tribunalis.* Quartus defenſor erat eccleſiæ. Theodot. Anagn. ecl. 2. παῦλος ὁ ἐκδικος τῆς ἐκκλησίας. Plures erant eccleſiæ defenſores. Maxentius in reſponſione ad epiſt. Hormiſdæ, defenſores eccleſiæ eos exinde egredi compulſerunt. Adiuuabant epiſcopos in pauperibus aduerſus vim potentiorum defendendis, vt eſt in Synodo Chartagin. can. 75. Quatuor ἐκκλησιέκδικοι ponuntur à Iuſtiniano edicto 13. & Nouel. 56. Papias in Gloſſis, defenſores à Romanis Pontificibus conſtituti ſunt, epiſcoporum adiutores.

De Protonotario.

PRIMVS officiorum eccleſiaſticorum ordo à Codino tribuitur ſex exocatacœlis, de quibus egimus. Secundus ordo incipit à Protonotario, qui ianua eſt ad ordinem exocatacœlorum, ad Pittacia conſtitutus. ὁ πρωτονοτάριος θύρα τῆς ἐξωκαταικοίλων, καὶ εἰς τὰ πιττάκια, ait Codinus. De Notariis ſupra abunde egi verbum non addo.

De Logotheta.

LOGOTHETA ſcribendis rationibus ſacerdotum præerat, ſiue ad publicum, ſiue ad archontica officia pertinerent, ὁ λογοθέτης εἰς τὸ λογογραφεῖν, εἰς τὰς δημοσιακὰς, καὶ ἀρχοντικὰς ὑποθέσεις. De Logothetis ſupra ſatis, ſupérque egi.

De Canſtriſio.

IN ſecundo ordine tertius eſt Caniſtri cuſtos, præfectus Caniſtro, & mutandis veſtibus ſacerdotis ſummi. ὁ κανστρίσιος εἰς τὸ κανστρίον, καὶ εἰς τὸ ἀλλάσσειν τὰ ἀρχιερέα. κάναστρον, κανστρίον, κανάστιον *Caniſtrum.* Canſtriſius curator penuarij inſtrumenti, & veſtiarij Patriarchæ. Patriarchæ ſacra facturo ſacram ſtolam circumdabat. Ioannes epiſc. Citri, συνυπεργὸς ἐπὶς ὅτι τῷ κανστρισίῳ εἰς τὸ περιτιθέναι τὴν ἱερὰν στολὴν τῷ ἀρχιερεῖ μέλλοντι ἱερουργεῖν. Fuit & Canſtriſius Palatinus, quem Suidas Magiſterianum interpretatur, de quo tit. 26. lib. 12. Cod.

De Referendario.

IN ſecundo ordine quarto loco eſt Referendarius, inſtitutus, *qui mittatur ad Imperatorem, & Patriarcham maximum Præſulem,* εἰς τὸ ἀποστέλλεσθαι εἰς τὰ βασιλέα, καὶ εἰς μέγαν ἄρχοντα, ait Codinus. Plures Referendarij fuere. Iuſtinian. Nouel. 6. διὰ τῆς καλεμβούρων ῥαιφερενδαρείων τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, *per Referendarios Sanctiſſimæ magnæ eccleſiæ.* Cicero in epiſt. ad Atticum Relatores vocat. Incipiam, inquit, ſperare illo relatore Pompeium, & Cæſarem coniungi poſſe. Suidas interpretatur ἀναφορέα. Is in Imperatore in augurando tollebat aureum pallium quod Imperator exuerat, ait Codinus pag. 197. ὁ βασιλεὺς ὑποδύεται χρυσοῦν μανδύαν ἐπιφέρειν ὃν αὐτὸν σωνθὲς τῆς τῆς ἐκκλησίας ῥαιφερενδάριον. Ioannes epiſcopus Citri in ſecundo ordine primo loco ponit Protonotarium, ſecundo Hypomnematographum, ſeu actuarium, tertio Logothetam, quarto Canſtriſium, quinto Hieromnemona, ſexto Referendarium. Erant Referendarij 14. quos Iuſtinianus ad octo contraxit, Nouel. 113. & 11. Heraclius in conſtitutione ſua 12. Cancellarios, Ecdicos 11. Referendarios 12. eſſe voluit.

De Hypomnematographo.

HYPOMNEMATOGRAPHVS εἰς τὸ γράφειν ὑπομνήματα inſtitutus erat, *ſcribendis Commentariis*, actuarium non incommodè dicas, quia chartophylace in morbo cubante, aut abſente promulgabat, & legebat regeſta. Ioannes Citri, νοσοῦντος μὲν τοῦ τῆς χαρτοφύλακος, ἢ ὑποδημοῦντος, ἀντ' ἐκείνου τοῦ ὑπομνηματογράφου αὐτοῦ ἡ ἔκθεσις, καὶ ἀνάγνωσις τῆς τῆς χαρτοφυλακικῆς σειρᾶς ὑπομνηματισμῆς.

De Hieromnemone.

PRIMVS tertij ordinis eſt Hieromnemon, *Inſpiciendis votis pone Patriarcham inſtitutus, ius collocandi in throno obtinens, & volumen tenens ordinationis,* εἰς τὸ βλέπειν τὰς εὐχὰς ὄπισθεν τῶν ἀρχιερέως, κρατῆς ἐνθρονιασμὸν, καὶ τὸ κοντάκιον τῆς χειροτονίας, ait Codinus. Εὐχὰς, ſeu *vota* vocat ſuffragia quæ ad electionem alicuius eccleſiaſtici officij ferebantur. In electionibus enim bis obſignata ſuffragia exhibebantur ab iis ad quos ius ſuffragiorum pertinebat, vt docet Codinus pag. 112. Primo in electione à clero facta, quam ſigillum minus dicebant, deinde in deſignatione quam Preſbyterium faciebat, σφραγῖδα μεγάλην, *maius ſigillum* vocant, vulgo præſentationem, cui ſuccedebat ab Hieromnemone confirmatio, vel conſecratio coram eccleſia in munere propoſito. Itaque Hieromnemon à tergo Patriarchæ ſuffragia inſpiciebat, deinde electum in thrónо ſuæ dignitatis collocabat, tenens tomum ordinationis.

De

De Ministro à genibus.

IN tertio ordine secundus est ὁ ὀπὶ τῆς γονάτων, κρεμῆς τὸ ὀπιγονάπιον τ̃ ἱερέως, *A genibus minister*, qui suspendebat, & substernebat stragulum purpureum genibus Patriarchæ precantis Deum. In Liturgia S. Chrysostomi dicitur ὑπογονάπιον, & γονυκλινὲς. Id stragulum appendebatur pegmati, seu pluteo, in quem procumbere solebat oraturus, Balsamon in responsis meminit ὀπιμανίκων, καὶ ὀπιγοναπίων.

De Magistro libellorum.

MAGISTER libellorum supplicum abit ad Imperatorem pro iis qui afficiuntur iniuria. ὁ ὀπὶ τῆς δεήσεων ἀπέρχ᾽ εἰς τ̃ βασιλέα ὑπὲρ τῆς ἀδικουμένων.

De Secretario.

SECRETA, & Secretaria dicta intima conclauia, vbi consilia seorsim remotis arbitris capiuntur. Secretaria iudicia dicuntur l. vlt. C. de offic. diuersor. iudic. l. vlt. C. vbi Senat. vel clarisf. Nicephorus Botoniates, ἐν τῷ μικρῷ σεκρέτῳ, *in parno secreto* confirmauit aurea bulla decretum synodale secundum. Quare apud Codinum, ὁ ὀπὶ τῆς σεκρέτων, εἰς τὸ παύειν τ̃ λαὸν ὀπὶ τὸ κείνειν. *A Secretis, seu Secretarius institutus est, compescendo populo, vt iudicia habeantur.* Vide quæ supra de Secreto diximus.

De Præfecto sacro Consistorio.

PRÆFECTVS sacro Consistorio apud tribunal bonum ordinem seruandum curat, ὁ ὀπὶ τ̃ ἱερᾶς καταστάσεως, εἰς τὸ πιεῖν ἐυταξίαν ἐντὸς τ̃ βήματ⊙.

De Monitore.

QVARTI ordinis primus est Monitor, ὁ ὑπομιμνήσκων, qui summisse suggerit Patriarchæ, εἰς τὸ ἐνθυμίζειν τ̃ ἀρχιερέα μυστικῶς.

De Doctore Euangelij.

DOCTOR Euangelij, qui illud interpretatur, ὁ διδάσκαλος τ̃ ἀναγγελίε, ὁ ἑρμηνεύων αὐτὸ. Secundus est quarti ordinis. Quatuor autem erant in ecclesia Doctores, ὁ τῶ ἐυαγγελίε, *Euangelij Doctor*, ὁ τῶ ἀποστόλε, *qui Apostoli verba interpretabatur*, ὁ τῶ ψαλτηρίε, *qui Psalterium dicebat*. Codinus ὁ διδάσκαλος τῶ ἀποστόλε ἑρμηνεύων αὐτὸν, ὁ διδάσκαλος τῶ ψαλτηρίε εἰς τὸ ἑρμηνεύειν αὐτὸ, ὁ ῥήτωρ εἰς τὸ ἑρμηνεύειν τὰς γραφὰς, orator ad interpretandum scripturas. Dignitate maximus οἰκουμενικὸς *œcumenicus Doctor*, qui apud cisternam regiam in Palatio habitabat cum 12. discipulis, viris eruditione præstantibus. Cedrenus, περὶ τῆ λεγομένη βασιλικῆ κιστέρνη παλάτιον ἦν σεμνὸν, ἐν ᾧ κ᾽ τύπον ἀρχαῖον οἰκουμενικὸς ἐκάθητο διδάσκαλος, ἔχων μαθητὰς λόγῳ καὶ βίῳ σεμνὲς τ̃ ἀριθμὸν δώδεκα. Idem astruit Zonaras tomo 3. de Rhetore loquitur Nicetas in Manuele Comneno lib. 7. Michael Thessalonices τ̃ ῥητορικὸν θρόνον κοσμῆς, καὶ τ̃ ἀναγελικὸν ἀναβαίνων ὀκρίβαντα, *thronum Rhetoricum ornans, & Euangelicum pulpitum ascendens.* Ibidem de Apostoli Doctore, Nicephorus Basilaces τὰς τῶ παύλε ἀναπύοπων ἐπ᾽ ἐκκλησίας ὀπιστολὰς, *S. Pauli epistolas in ecclesia explicans.*

Docebant autem isti omnes Doctores iure, & auctoritate Patriarchæ. Balsamon ad Concil. 6. can. 19. τὸ διδάσκειν τ̃ λαὸν μόνον ἐνεδόθη τοῖς ὀπισκόποις. καὶ οἱ διδάσκαλοι τ̃ μεγάλης ἐκκλησίας δικαίῳ τῶ πατριάρχε διδάσκουσι. *Docere populum solis episcopis datum. Doctores magnæ ecclesiæ iure Patriarchæ docent.* Alexius Comnenus in Nouella. καὶ τελευτήσαντος τ̃ κ᾽ καιρὸς πατριάρχε, οὐδὲ αὐτοὶ δύνανθ᾽ διδάσκειν, *Mortuo Patriarcha, ne ipsi quidem Doctores docere possunt.* Assistebant Patriarchæ statim post τὲς ἄρχοντας, vt ibidem est.

De Rhetore.

RHETOR explicans scripturas quintus fuit quarti ordinis. Polybius episcopus de vita S. Epiphanij, ἦν δέ τις κληρικὸς ὀπὸ ῥητόρων, τὄνομα φίλων, ἀνὴρ ὅσιος. *Erat quidam Rhetor clericus, nomine Philo, vir sanctus.* Plures Rhetores erant, quorum dignissimus ὁ μαίστωρ τῆς ῥητόρων, cuius meminit Demetrius Chomatenus in responsis, μαίστορες τῆς ῥητόρων εἰς τὼ ἐκκλησίαν τῆς λυκίων μυρέων. Codinus Mæstoris, seu magistri Rhetorum crebro meminit.

De Præfectis, qui archontes.

QVINTI ordinis primus est *Præfectus monasteriys*, ὁ ἄρχων τῆς μοναστηρίων, *qui habet cum magno sacellario cognitionis ius in monasteria*, ἔχων μ᾽ τῶ μεγάλε σακελλαρίε τὼ τῆς μοναστηρίων ἐνοχλῶ. Secundus, ὁ ἄρχων τῆς ἐκκλησίων, μ᾽ τῶ σακελλίε, *Præfectus ecclesiis cum curatore sacelli.* Tertius, ὁ ἄρχων τῶ ἐυαγγελίε εἰς τὸ κρατεῖν τῶτο εἰς τὰς λιτὰς. *Præfectus Euangelio, qui de eo disponit in supplicationibus.* Quartus, ὁ ἄρχων τῆς φώτων ἔχων τὼ ἐνοχλῶ τῆς νεοφωτίστων, *Præfectus luminibus, habens ius cognitionis in eos qui recens baptizati sunt.* Quintus, ὁ ἄρχων τῆς ἀντιμινσίων, εἰσάγων τὲς εἰσερχομένες εἰς τ̃ ἁγίαν μετάληψιν. *Præfectus antemensalibus, adducens eos qui erant venturi ad sacram mensam.* Tres erant Præfecti ecclesiarum, vt Ioan. episc. Citri in Responsis. ἀρχοντικὰ dicta officia ecclesiastica maiora, vt Balsamon ad Concil. 6. can. 7. Antemensia dicebantur segmenta panni ab episcopo consecrati, vt sint pro altari. Anonymus, ἀντιμίνσια ἴσμεν γινόμενα ἔπειν ὁ ἀρχιερεὺς δι᾽ ἑαυτῶ ἐνεργήσῃ τ̃ ἐξαρτισμὸν, καὶ ἐκ τῶ παντὸς τῶ ὑποστρωθέντος, καὶ περιελήσαντος τ̃ τράπεζαν εἰς βραχέα τεμαχύδια, καὶ χαρόμενα τοῖς ἱερεῦσι δίδωδ, καὶ ἄνω τέτων μὴ δύνασθ᾽ ἱερουργεῖν. *Antimensia fieri scimus, cum episcopus per se dedicat ecclesiam, & ex panno substrato quo inuoluitur mensa in minuta secto, & scripto dat sacerdotibus, vt sine his segmentis non possint sacrificare.* Id ipsum scribit aliis verbis Balsamon ad Concil. 6. can. 31. & ad Concil. 7. can. 7. Necesse tamen non erat hæc omnibus mensis adhiberi, sed iis tantum de quibus non constaret an consecratæ essent. Manuel Patriarcha in Responsis, τὰ ἀντιμίνσια ὀκ εἰς πάσας ἀνάγκη κεῖδ τὰς ἁγίας τραπέζας, ἀλλ᾽ εἰς ἃς ὁ γνώσεμόν ὅτι, εἴτε καθιερωμέναι εἰσὶν, εἴτε ὁ τὰ γε ἀντιμένσια καθιερωμένων ἁγίων τραπέζων τόπων ἐπέχυσι. *Antimensia erant loco altarium consecratorum, cum in altare non consecratum imposita essent.* Nicephorus Homologeta, καλοῦ᾽ δ᾽ τὰ ἀντιμίνσια, ὡς ἀντιπρόσωπα, καὶ ἀντίτυπα τῆς πολλῶν

πολλῶν μινσῶν τῆ καταρτιζόντων τὴν ἁγίαν τράπεζαν. *Vocantur antimenſia, vt quæ reſpondent, & virtute æquant multas menſas, quæ ſacram menſam concinnant, & aptant.* Ioannes Citri in Reſponſis, ἡ θεσπηρία ἡ αὐτὴ καλεῖται ὑπὸ τῶν μίνσα, τὸ καὶ ἑλληνικῶς μὲ τὸ κανοῦν διαλύεται, καὶ ἡ ἰταλὴ γλῶσσα τὸ πεφασματαμένον τοῖς ὀψοποιοῖς ἔδεσμα. καὶ τοῦτο καὶ τὰ ἐν τῇ τραπέζαις ἐφαπλώματα ὀθόνια μινσάλια λέγεται, οἷα πρὸς κόσμον τῆ τραπέζης, καὶ τῆ μίνσων τιθέμενα. *Antiminſia dicta ſunt à minſo, ſiue miſſu, quæ vox Græcis caniſtrum ſignificat, Italis cibum à coquis paratum. Quare & lintea quibus menſæ ſternuntur dicuntur minſalia, quaſi ad ornatum menſæ, & miſſuum poſita.* Latini certe primum miſſum vocant primum ferculum. Malim Antiminſia dicta, quæ ſint loco ſacræ menſæ, ſeu altaris. De archonte eccleſiarum, Pachymerius, ὁ ἄρχων τῆ ἐκκλησιῶν ἐπεσκέπων τὰς ἐκκλησίας τοῖς πρεσβυτέροις. *Proſpiciebat eccleſias Preſbyteris quia ſummus earum Prafectus erat.*

De Oſtiarijs.

IN ſexto ordine primo loco eſt primus Oſtiarius, qui *ianuas obtinet in ferendis ſuffragijs*, κρατεῖ τὰς θύρας ἐν τῇς χειροτονίας, ſecundo loco ſecundus Oſtiarius κρατεῖ τὸ μονοβάμβυλον, *qui tenet Monobambylon.* Ioannes Citri tres Oſtiarios ponit, Codinus duos. Tertium vocat δομέστικον τῆ θυρῶν, *Domeſticum ianuarum.* Omnino tria erant genera Oſtiariorum, ſed in quoque genere plures erant Oſtiarij, quos ad centum redegit Iuſtinianus Nouel. 3. ἑκατὸν πυλωροὺς vocat.

Monobambylon autem conclaue erat Palatij ſecretum, & ſimplex, in quod conueniebat clerus nouum Patriarcham electurus. Ante hoc aliud erat, in quod promiſcuè conueniebant omnes, qui cuperent ſtatim ſcire, quem clerus Patriarcham creaſſet. Id dictum διβάμβυλον, cuius meminit Phranſes lib. 3. cap. 19. Anaſtaſius in Syluerio primum, ac ſecundum velum vocat.

De Protopapa.

IN ſexto ordine tertius eſt Protopapa, ἔκδικος, καὶ πρῶτος τῆ βήματος, καὶ φέρων τὰ δεύτερεῖα τῆ ἀρχιερέως, *Defenſor, & Princeps tribunalis, idémque ſecundus à Patriarcha obtinens.* In coronatione Imperatoris legebat primum Euangelium, & in die lotionis Imperatore pauperes loturo peluim conſecrabat, auctore Codino. Alius autem erat Protopapa in clero Imperatoris, alius in clero eccleſiæ. Vide Codinum pag. 129. Phranſem lib. 3. cap. 19. Hoc modo, inquit, è manibus Imperatoris futurus Patriarcha pedum accipiebat, magnus Protopapas Palatij benedictionem pronuntiabat. Cedrenus, ἀποσταλεὶς ὁ πρωτοπάπας τῆ παλατίου μὲ τῆ πολλῶν ξύλων παρασκεύασε προσκυνήσαντας πάντας, *Miſſus Protopapa Palatij, cum honorandis lignis, præparauit omnes ad ea adoranda.*

De Secundarijs.

DVos Codinus ponit Secundarios, alium *Secundarium ſacerdotum, qui ſacerdotes introducit, & ſecundas à Protopapa obtinet*; alium *Secundarium Diaconorum, qui inter vulgares Diaconos primus eſt, & Diaconos intromittit.* ὁ δεύτερος τῆ ἱερέων, εἰσάγων τοὺς ἱερεῖς, καὶ φέρων τὰ δεύτερεῖα τῆ πρωτοπαπᾶ. ὁ δεύτερος τῆ διακόνων, καὶ εἰσάγων τοὺς διακόνες. In Clero Palatij erat primarius Diaconus, ſiue Archidiaconus. Codinus pag. 196. Diaconicum locus Diaconorum vocat. pag. 157. Alius erat δευτερεύων *Præfectus* ſcilicet *monaſterij*, vt Gregor. dialog. lib. 1. de vit. ſanct. Codinus, ὁ δεύτερεύων τῆ διακόνων, πρῶτός ὅτι τῆ κοινῶν διακόνων. *Qui Secundarius eſt Diaconorum, primus eſt communium Diaconorum.* Alij enim erant Diaconi communes, alij ἀρχοντικοὶ.

De Protopſalte.

IN ſeptimo ordine primo loco eſt Protopſaltes. Pſaltæ ad viginti quinque à Iuſtiniano contracti ſunt, Nouel. 3. Protopſaltes à Ioanne Citri inter lectores reponitur. ἀναγνωστῶν ὀφίκια ταῦτα, ὁ δομέστικος τῆ δεξιῆ χορῆ, ὁ δομέστικος τῆ ἀριστερῆ, λαοπωάκτης ὁμοίως. ὁ πρῶτος τῶν λεγόμενος πρωτοψάλτης. Protopſaltes dictus populi congregator. Redigebat in ordinem cantica, & cantores, in vigiliis vniuerſalibus incipiebat dicendo ad antiſtitem: Benedic Domine, ait epiſcopus Citri, in Reſponſis. Signo dato populum ad eccleſiam conuocabat. Erat tantum in clero Imperatoris, & Principem illic locum tenebat. Zonaras in Leone Armenio, ὁ πρῶτος τῷ βασιλικῷ κοιτῶνι κεκληρωμένων τινὰς τῶν χορεύεκτης, ἢ χοράρχης, ὃν πρωτοψάλτην παρήκαλε καλεῖν ἡ συνήθεια. Is qui tunc erat Coryphæus, aut moderator chori eorum qui ſorte regio cubiculo pſallebant, Protopſalten vocant. ὁ πρωτοψάλτης, τῶ βασιλικῶ ἔξαρχος καλῶν, ὁ δεξιὸς δομέστικος τῆ σκευοφύλακος. *Qui in Imperatoris clero Protopſaltes erat, in Imperatricis, & eccleſiæ clero Domeſticus Pſaltarum nominabatur.* Pſaltarum dextrum, & ſiniſtrum chorum Flauianus Antiochiæ Patriarcha inſtituit, anno Conſtantij 23. vt Cedrenus ait. Codinus duos ſingulares Domeſticos ponit, vnum *primi*, alterum *ſecundi chori.* ὁ ἰδιοδομέστικος τῆ πρώτου, καὶ τῆ δευτέρου χορῆ.

De Laoſynacte.

IN ſeptima pentade tertius eſt Laoſynactes, Latini concionem vocant, à populo conciendo. Supra oſtendimus λαοπωάκτην à quibuſdam dictum Protopſalten.

De Primicerio Tabulariorum.

DE Tabulariis ſupra egimus, & de Primiceriis, quos dici oſtendimus, qui primas in ſuo ordine obtinerent, qui primi in albo ordinis ſui, qui in prima cera inſcripti eſſent.

De Præfecto Tomis.

IN ſeptima Pentade quinto loco eſt ὁ ἄρχων τῆ κοντακίων, *Præfectus Tomis.* Moſchopulus τόμος τὸ κοντάκιον, tomus, volumen quidam contacium canticum interpretantur, ex his verbis Codini pag. 114. verſ. 18. εἰσέρχονται καὶ οἱ ψάλται, καὶ πολυχρονίζουσι, ψάλλοντες καὶ μετ' αὐτὸ τὸ κοντάκιον, ἡ παρθένος σήμερον τῆ ὑπερούσιον τίκτει. *Ingrediuntur pſaltæ, & diuturnam vitam precantur, & pſallun deinde canticum, Virgo hodie Superſubſtantialem parit.* Balſamon Reſponſo 5. ad Marc. Patriarch. pro libro,

libro, & volumine posuit, ἔχοντες τῆς σωιήθων ἐμῶν ἀντῶν ἀνεβόμλακτα, ὡς μετυχαρέντα ἐν κοντακίοις καλλιγραφηθέντων διὰ γραμμάτων ἑλληνικῶν, *Habentes immutabiles consuetas sanctas preces, vt quæ transcriptæ sint, ex voluminibus antiquariorum manu lueris Græcis bellè scriptis.* Codinus, ὁ ἱερωσύνων, sacrorum præsul inspiciendis votis pone Patriarcham institutus, ius collocandi in throno obtinens καὶ τὸ κοντάκιον τῆς χειροτονίας, *& volumen tenens ordinationis.* ὁ ἄρχων τῆς κοντακίων inter lectores censebatur. Ioannes Citri, ἀναγνωστῶν ἡ ὀφίκια ταῦτα, ὁ δομέστικος τῆς δεξιᾶς χορᾶς, ὁ δομεστικὸς τῆς ἀειστερᾶς, λαοπωάκτης ὁμοίως, ὁ δομέστικος τῆς ψαλτῆς, ὁ ἀπὸ πινῶν λεγόμενος πρωτοψάλτης, ὁ πειμμικήριος τῆς ἀναγνωστῶν, ὁ ἄρχων τῆς κοντακίων. *Hæc sunt lectorum officia, Domesticus dextri chori, Domesticus sinistri, populi conuocator, Domesticus psallentium, qui primopsaltes à quibusdam dicitur, primicerius lectorum, & præpositus contacijs, seu voluminibus.*

De Primicerio Lectorum.

OCTAVÆ Pentadis primus est ὁ πριμμικηρίου τῶν ἀναγνωστῶν, *Primicerius lectorum.* Numerum eorum Iustinianus intra 110. stare voluit Nouel. 3. διατάζομεν μὴ περαιτέρω μὲν ἐξήκοντα πρεσβυτέρων κατὰ τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν εἶναι, διακόνους δὲ ἄρρενας ἑκατὸν, τεσσαράκοντα δὲ θηλείας, καὶ ὑποδιακόνους ἐνενήκοντα, ἀναγνώστας δὲ ἑκατὸν δέκα. *Constituimus ne plures sint sexaginta presbyteris in sanctissima magna ecclesia, Diaconis maribus centum, quadraginta fœminis, nonaginta subdiaconis, lectoribus centum, & decem.*

Tanta huius ordinis dignitas fuit, vt Gallus, & Iulianus Constantij Patrueles Antiochiæ lectorum, quos anagnostas dicunt, munere aliquandiu functi sint, ait Glycas. Nemo ad episcopatum euehi poterat, nisi qui annum totum lectoris munere functus esset. Synodo Constantinopol. 8. προεβιβάζετο εἰς τὸν ἀρχιερωσύνην, ὅστε ἐν τῷ βαθμῷ τὸ ἀναγνώστου ἐνιαυτὸν πληρῶσαι. *Promouebatur ad episcopatum, aut sacerdotium, ita vt in gradu lectoris annum impleuerit.*

De Nomico.

SECVNDVS in octaua Pentade fuit Nomicus, quem Codinus vno loco distinguit à Primicerio lectorum, altero facit eundem his verbis, ὁ νομοδότης ὁ καὶ ὁ πριμμικηρίου τῶν ἀναγνωστῶν. Omnino putem alium fuisse à Primicerio lectorum, quia index ille in initio libri corruptus est. Sed ex octauæ pentadis ordine, Nomicus, seu νομοδότης particulare, & diuersum à Primicerio munus habuit. Apud Ioannem Citri in Responsis ad Cabasilam scribitur νομμοδότης. Quidam eum volunt esse ψαλτῆς μαίστωρα, & exercitorem. pag. enim 85. v. 10. Codinus, ὁ μαίστωρ, καὶ πάντες οἱ ψαλται περφυρᾶ. *Mæstor, & omnes cantores purpurea ferunt.*

De Canonarcho.

TERTIO loco est primus Canonarchus, vel Canonarches, Præfectus Canonum, qui psaltas ad canendos canones excitabat. Ex ordine lectorum erant. Codinus, ὁ ψάλλει μὲν ἐν δεξιτέρᾳ τὸ τροπάριον, ἀναγινώσκει δὲ ὑπὸ τοῦ κανονάρχου. *Non canitur secundo versiculus, sed legitur à Canonarcho.*

Fuit & πρωτοκανονάρχης apud Codinum. Dorotheus Doctrina 12. ἐν τοσούτῳ οὖν ἔφθανεν ἡ ὥρα ἀγρυπνίας, καὶ ὡς μόνον ἤρχετο μικρὸν, ἰδοὺ ὁ κανονάρχης ἐξυπνίζων με. *Inter hæc venerat hora vigiliæ, & vt tantillum somni rapuerant, ecce Canonarche, me excitaturus à somno.*

De Exarcho.

QVARTO loco est Exarchus in ordine lectorum.

De Ecclesiarche.

ECCLESIARCHES Præfectus ecclesiæ est. Menologium, καὶ παθεὶς κατ' ἀνατολὰς ἄρας τὸ πρῶτον ξύλον ἐκ τῆς δόσκης σφραγίζειν ἀπάρχεται ὁ ἐκκλησιάρχης, ἢ ἕτερός τις τῆς μοναχῶν. *Et obuersus ad ortum, tollens ex disco sacrum lignum incipit signo crucis signare Ecclesiarches, aut alius è monachis.* In monasteriis enim erat Ecclesiarches, vt & in aliis ecclesiis. Qui *magnæ ecclesiæ* Constantinopolitanæ præerat, dicebatur *magnus Ecclesiarches.* Malaxus in Histor. Patriarch. μέγας ἐκκλησιάρχης τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τοῦτος.

Alius fuit ἄρχων τῆς ἐκκλησιῶν, de quo supra diximus, qui generalem habuit omnium ecclesiarum præfecturam, & illis presbyteros præfecit.

De Domestico Ianuarum.

NONÆ Pentadis primus est Domesticus τῆς θυρῶν, *Ianuarum.* Nouel. 3. Iustinianus in ecclesia maiori centum πυλωρὸς esse voluerat, quibus præerat Domesticus. Quanquam vox Domestici interdum administrum significat. Sic Domestici iudicum administri C. de Assessor. & Domest. & in ecclesia Domesticus chori. Balsamon potestatem hac voce significari ait in quæsitis, ποίας ὅτι γλώσσης ἡ τῶν δομεστίκων προσηγορία, καὶ ὁπὶ ποίας ἐξουσίας τῆς ἐκκλησιαστικῶν ἀκολουθιῶν, *Cuius linguæ est Domestici appellatio, & in quali potestate est ecclesiasticorum ministeriorum.* Ioannes Citri, ἡ τῶν δομεστίκων προσηγορία καθ' ἑλληνας μὲν ἐξάρχοντα, μὲν προηγούμενον, μὲν ὅπατόν τινα δηλοῖ. καθ' ὃ καὶ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν ταξιαρχίαις λέγεται δομέστικος ἀνὰ μέρος τῆς ἀνατολῆς, καὶ δύσεως, καὶ σχολῶν, καθ' ἑαυτὸν ὃ λόγον κἂν τῶν ἐκκλησιαστικῶν τάξεσι δομέστικος λέγεται, εἴτ' οὖν ἀρχωδὸς, καὶ ὅπατός τῆς μελωδιῶν, οἷα εἰς ῥυθμὸν, καὶ τάξιν καθιστῶν αὐτὲς, καὶ τὰ μελῳδήματα. *Domestici appellatio Latinis Præfectum, Præpositum, Principem significat. Vt autem in regia militia dicitur Domesticus orientis, vel occidentis, vel scholarum, ita in ordinibus ecclesiasticis dicitur Domesticus, Præpositus, siue Præfectus cantoribus, quos ad concentum vocat.* ἀρχωδὸς ille dicitur δομέστικος τῶν ψαλτῆς, καὶ πρωτοψάλτης. Qui in Palatio Imperatoris erat *Protopsaltes* Imperatoris, ille in ecclesia dicebatur Patriarchicus, Domesticus qui in lectorum ordine erat, cuius munus fuit, τὸ πολυχρόνιον, in multos annos dicere Patriarchæ in processionibus, Ioannes Citri, εἰσὶ καὶ οἱ λεγόμενοι πατειαρχικὸν δομέστικοι, καὶ τοῦτο ἡ ὀφίκιον τῆς ἀναγνωστῶν ὅτι. διακονία ἡ τοῦτο τὸ ὂν τῶν πρώτων τῶν πατειάρχα λέγειν, τὸ εἰς πολλὰ ἔτη δέσποτα.

De Chartulario.

CHARTVLARIVS secundus est nonæ pentadis, de quo supra abundè dictum.

De Deputato.

TERTIVS eſt Deputatus, δηποτάτ⊙, δεπότατ⊙, δωπότατ⊙, de quo ſupra. Deputati alij militiæ, alij eccleſiæ miniſtrabant. Ioannes Citri, θεωρεῖ ὄ, ἢ δεπότατοι, καὶ χαμισάτια ἐκ εἰσὶν ὀφίκια, ἀλλὰ διακονίαι περὶ τὸ ἅγιον βῆμα τάτοις ἀρμόζουσαι. *Theori, Depotati, Camiſati non ſunt officia, ſed miniſteria circum ſacrum altare ipſis commiſſa.* οἱ δεπότατοι μανδυοφορεῦντες μὲ λαμπάδων προπορεύον) τὸτε ἅγιο ϑαγγέλιο, ὁ πότε ἀναφέρε) εἰς τ ἄμβωνα πρὸς ἀνάγνωσιν, καὶ τ ἁγίων δώρων, ἔντε τῇ εἰς τὸ ἁγίαν τράπεζαν εἰσόδῳ, καὶ ἐν τῇ εἰς τὸ προθεσιν ἐπαύλῳ αὐτῶν. *Deputati palliati cum lampadibus præeunt ſacro Euangelio, cum defertur in vmbonem vt legatur, & ſacris donis, id eſt vino & pani, in introitu ad ſacram menſam, & in reditu eorum, vt proponantur in altari.* Codinus τῇ ὄ ἀριστερᾶ κατέχει ῥάβδικα, ἐπέχει τότε τάξιν ἐκκλησίας πλὴν ὑ καλῶν δεποτάτ. *In coronatione* Imperatoris *ſiniſtra tenet ferulam, vt ordinem, ſeu locum eccleſiaſticum teneat eius, qui deputatus appellatur*, ait Cantacuzenus lib. 1. cap. 41. de coronatione Andronici iunioris Niceras Metropol. Theſſalon. in Reſponſ. ὁ μὲ τοι δὲ περιγαμήσας δεπότα⊙ δύο ἐνιαυτὸς χρόνο⊙ ἀκοινώνητο⊙ μὴ τοῦτο πάλιν φιλανθρώπως ἀποκαταστήσε) εἰς τὸ τ δεποτάτ ἐνέργειαν, *Deputatus qui contraxerit ſecundas nuptias duos annos, aut vnum communione pulſus, poſtea humaniter in ſuum miniſterium reſtituetur.*

De Præfecto inſtrumento ſacro.

QVINTVS eſt ὁ ὅπὶ τ σκεύεως, Præfectus *inſtrumento ſacro*, σκεύη, & σκεῦ eſt inſtrumentum. Codinus, ὁ μέγας στρατοπεδάρχης ὅτιν ὅπιμελητὴς τ̃ τ στρατᾶς ὅπιτηδείων, ἤτοι τροφίμων, σκευῶν, καὶ πάντων τ̃ χρειωδῶν, *Magnus Præfectus Caſtrorum eſt curator earum rerum quæ ad exercitum ſunt opus, alimentorum, inſtrumentorum, & neceſſariorum omnium.* Hæc ſunt eccleſiaſtica officia de quibus Codinus initio libri ſui agit.

De Archidiacono.

SVPRA vbi de ſecundario Diacono egi, primarium in palatij clero Diaconum Archidiaconum dictum oſtendi. Qui inter Diaconos diutiſſimè fuerat, ipſo iure hic erat primus Diaconus, ſiue Archidiaconus, & omnes alios Diaconos tam in templo, & ſacro tribunali, quàm in ſacra communicatione antecedebat. Ioannes Citri, τὸ ἀρχιδιακονικὸν ὀφίκιον ἐκ ὅτιν ἀρχοντίκιον, οὐδὲ ἐκ φιλοτιμίας ἀρχιερατικῆς, ὥσπερ τὰ ἀρχοντίκια, ἀφορᾶς ὄ πολλῶν ἡλίων συμπέρασμα. διὸ καὶ ὡς χρόνο, καὶ ἰδίᾳ κέκτ̃ δίκημα ὁ ἀρχιδιάκον⊙ ἔχει πλὴν ὑφηγοῦ ὅλ πάντων τ̃ διακόνων, εἴτε ἀρχοντικίοις ὁποίοις οὖν τετιμῶντα, εἴτε καὶ μή, ἔντε τῷ ναῷ, ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι, καὶ ἐν τῇ μεταλήψει τ̃ ἁγίων μυστηρίων. *Officium Archidiaconi non eſt dignitas ἀρχῆ⊙, & præfecti, neque ambitu ac voluntate Patriarchæ eligitur, vt dignitates archonticæ, acquiritur autem lapſu temporis. Ideo & vt temporis, & proprij laboris donũ Archidiaconus habet, prærogatiuam ſupra omnes Diaconos, ſiue dignitates archonticas habeant, ſiue non, &c.* Archidiaconus, inquam, eccleſiæ temporis donum erat, ſed Archidiaconus Palatini cleri ab ipſo Imperatore creabatur. Codinus, εἰς μ̃ τὸ παλαιὸν εἶχε καὶ ἡ ἐκκλησία ἀρχιδιάκονον, νυῦ ὄ κέκτ̃αι, ἀλλ' ἔχει τοῦτον ὁ κλήρ⊙ τ βασιλέως. *Olim eccleſia habuit Archidiaconum, iam non habet, ſed clerus Imperatoris habet.* ὁ βασιλεὺς ὅτι πρωτόκλη) τ ἀρχιδιάκονον ἐκ τ τοιούτ τ̃ ἐξωκιονικίων τάξεως ὡς ἐνπρωτέραν τ ἄλλων ὄντων πρωτόκλητα τοῦτον. *Imperator Archidiaconum inſtituit ex ordine exocatacœlorum, qui aliis ſunt honoratiores.*

Archidiacono ſuccenturiatus erat ſecundarius Diaconorum, de quo ſupra egimus, cuius munus deſcribit Ioannes Citri, ὡπᾶ ὅτιν ἡ μὴ πλὴ εἴσοδον ἀφημία τ̃ βασιλέων, καὶ τ̃ ἀρχιερέων, τὸ ἐνλιτᾶς βαστάζειν τὸ ϑαγγέλιον, καὶ τὰς ἐν αὐτᾶς συναπτὰς καὶ αἰτήσεις ποιεῖν, τὸ ἀπὸν⊙ τ ἀρχιδιακόνε διδόναι καιρὸς, τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι διακόνοις, καὶ ἄλλα πνὰ τότε ὑστερήματα ἐκπληροῦν. *Eius eſt Principibus, & Antiſtibus poſt ingreſſum benedicere, inter preces & proceſſiones Euangelium portare, & in ipſis connexiones, & petitiones facere, abſente Archidiacono tempora Diaconis vmboni inſeruientibus aſſignare, & in aliis quibuſdam rebus eius vices ſupplere.* Introducebat Diaconos minores in ſtationem ſuam, præcedebant eum omnes exocatacœli, qui erant Diaconi archontici, primus erat inter Diaconos minores.

De Abbate Archimandrita.

ABBAS Pater, & rector monachorum dicitur, qui & Archimandrita. Iuſtinian. Nouel. 123. κελεύομεν τοίνυν τ ἄββαν, ἢ τ ἀρχιμανδρίτην τὸν ἐν ἑκάστῳ μοναστηρίῳ προκάλεσϑ μὴ πάντως καὶ τὸν βαθμὸν τ̃ μοναχῶν. *Iubemus Abbatem, ſeu Archimandritam, eos qui ſunt in monaſterio promouere non omnino ſecundum gradus monachorum.* Mandra, pro monaſterio ponitur. Theodor. Anagn. eccl. 1. Daniel *admirabilis ex Simeonis monaſterio profectus inſcendit columnam quæ eſt in renauigatione*, ὁ θαυμάσι⊙ ἐκ τ σιμεῶν⊙ μάνδρας ἐλθὼν, τῷ κίονι ἐπέβη τῷ ἐν τῷ ἀνάπλῳ. Enoticum Zenonis, σὺν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, καὶ θεοσεβεστάτοις κληρικοῖς, καὶ ἀρχιμανδρίταις. Ita & Iuſtinianus Nouel. 5. Archimandritam commemorat. In vetere onomaſtico *Abbatiſſa* dicitur ἀρχιμανδρίτης. Mandra propriè caulam, & ſtabulum ſignificat. Cœnobiarchæ à S. Baſilio primum inſtituti ſunt, vt eſt in lectionali.

De Apoſtolis.

APOSTOLVS dicitur Pontifex, & Epiſcopus. Godefridus Villahardouinus ante annos 400. in Hiſtoria Conſtantinopol. Innocentium Papam vocat Apoſtolum Romanum. Stephanus Preſbyter in Epiſtola ad Aunarium Epiſcopum. Decurſis literis Apoſtolatus tui. Varnefridus de geſtis. Langobardor. lib. 4. c. 30. In locum Gregorij ad Apoſtolatus officium Sabinianus eſt ordinatus.

De Papa.

PAPÆ dicti epiſcopi Sidonius lib. 6. epiſt. 1. Sidonius Domino Papæ Lupo ſalutem. Benedictus Paulinus ep. ad Fauſtum Regienſem, Domino Patri, & Patrono Fauſto Papa Paulinus. Iuſtinian. Nouel. 131. ἡ ἁγιώτατον πρεσβυτέρας ῥώμης πάππαν προτον ϑ πάντων τ̃ ἱερέων. *Sanctiſſimum veteris Romæ Papam primum eſſe omnium ſacerdotum.* Dynamius Patricius ad Vrbicum, Vrbico Papæ ſalutem. Ennodius in vita Epifanij Ticinenſis Epiſcopi, facis ergo, venerande Papa, quæ poſcis. Neque ſoli epiſcopi Papæ vocabantur, ſed

ſed & omnes clerici. Valfridus Strabo de reb. eccleſiaſt.cap.7. Et poſt à Papa quod cuiuſdam paternitatis nomen eſt, & clericorum congruit dignitati. Vnde Chor epiſcopi Protopapæ dicti ſunt Balſamoni cap. Apoſt.59.& Antiochenæ ſynodi cap.10. παπάλητζα corona clerica Balſamoni can. Apoſt.62. Clerici inferiores ordines in Photij Nomocan.tit.1.cap.3. dicuntur Piſinni Papæ, vt ſcribit Balſamon. Conſtantinus ad Sylueſtrum ὑπὲρ τῶ στεφάνου, ἤτοι τῶ παπαλήθραν, ὃν ἔδοξε πᾶσι δόξαν τῶ θεῶ, καὶ τῶ ἀγίω πέτρω, οὐ ἤθελε βασιλεῦσι στεφάνου ἐκ χρυσίου, ἢ μαργαριτῶν. *Sylueſter ſuper coronam ſacerdotalem quam habet ad honorem Dei & Sancti Petri, noluit gerere coronam ex auro, aut margaritis.* Balſamon ad Synod. Trul. can. 21. διορίζει ὁ κανὼν κείρεσθαι κατὰ κλῆσιν τῶ κεφαλῶ, ἤγουν ἔχειν παπαλήθραν. *Definit canon vt tondeatur more clericorum, & gerat coronam Papalem.*

De Epiſcopis.

EPISCOPVS dicitur Præſul eccleſiæ, & antiſtes. Barlaam de Papæ principatu cap. 2. κοινῇ μὲν οἱ τῶ λόγω μαθηταὶ, ποιμένες τε, καὶ διδάσκαλοι τῆς οἰκουμένης ἐπέτυχον μετοικεῖν ὃ ποιμένας ἐς ἐπισκόπους ὠνόμασαν, ἄλλον ἄλλης πόλεως, ἢ χώρας προεδέλοντο. *Apoſtoli Diſcipuli verbi Dei communiter paſtores, & doctores fuere totius orbis. Particulares autem paſtores quos epiſcopos nominarunt, alium aliæ vrbis ac regionis præfecerunt.* Iulianus epiſt. ad Alexandr. ἐπισκοπῆς θρόνον, *Epiſcopatus ſedem* vocat.

Propriè epiſcopus eſt inſpector. Plutarchus θεοὶ χρηστῶν ἐπίσκοποι, καὶ πονηρῶν ἔργων. *Dij bonorum & malorum operum inſpectores.* Homer. Iliad.10. θεοὶ μάρτυροι ἔσσον), καὶ ἐπίσκοποι ἁρμονιάων. *Teſtes erunt, & inſpectores conuentionum.* Iuriſconſultus l. vlt.D.de munerib.& honor.Epiſcopi qui præſunt pani & ceteris venalibus rebus. Fuit & Magiſtratus Atticus Epiſcopus, Prætor qui mittebatur ad ius dicendum in ea oppida quæ ſub ditioni Athenienſi erant, vt Ariſtoph.in auibus.Arrianus lib.8.ſcribit apud Indos Epiſcopos fuiſſe, qui viderent quid in quaque regione fieret,& ad Regem referrent.

De Pontifice.

DE Pontifice dixi lib.1. de Imperat. Rom. hoc addo Pontificcs etiam dictos ſacerdotes, & epiſcopos. Sedulius

Eccleſiæ nunc alma fides ſine fine pudicos
Pontifices iubet eſſe ſuos.

ἀρχιερεῖς Græci, Latini ſacrorum antiſtites, & præſules vocant.

De Exarchis.

METROPOLITANORVM duo fuere ordines quorum alij ὑπέρτιμοι, & ἔξαρχοι, alij ὑπέρτιμοι tantum, vt Codinus lib de offic. μετὰ τούτων οἱ ἔχοντες τὰς ἐξαρχίας, οἱ δὲ λοιποὶ πάντες μητροπολῖται ὑπέρτιμον μόνον φέρουσι, καὶ οὐκ ἔξαρχοι. *Vſque ad hos ſunt ij qui habent Exarchias, reliqui omnes Metropolitæ ſunt, Hypertimi tantum, & non Exarchi.* Hi ius dicebant inter Metropolitas, & epiſcopos Syn. Chalcedon. can. 17. καὶ ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ εἴτις ἐπισκόπων ἀδικοῖτο πρὸς τὸν ἴδιον μητροπολίτην, πρὸς τὸν ἔξαρχον τῆς διοικήσεως δικάζεσθαι. *Per ſingulas præfecturas ſi quis epiſcopus à ſuo Metropolita iniuria affectus fuerit, ab Exarcho diœceſeos iudicetur.* Poſtea Exarchi dicti Chorepiſcopi, quaſi ex principatu aliorum dependentes. Scholiaſtes in can. 9. Synodi Antioch. χωρεπίσκοποι οἱ νῦν λεγόμενοι ἔξαρχοι, εἴτε πατριάρχαι εἰσὶν, εἴτε μητροπολῖται.

De Apocriſiario.

APOCRISIARIVS dicitur legatus eccleſiæ negotia tractans. Nouel. 6. διὰ τῶν τὰ πρόσματα πραττόντων τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, ἢς ὑποκεισιαρίους καλοῦσι, *per Apocriſiarios qui negotia agunt eccleſiarum ſacrarum contractus in Chronico.* Hoc tempore Gregorius tunc Apocriſiarius moralia Iob ſcripſit. Stylianus in epiſt. ad Stephanum Papam qui τοὺς ἰδίους ὑποκεισιαρίους ὡς πεποικότας παρὰ τὰ διατεταγμένα καθῆρηκε, *Qui ſuos Apocriſiarios quia mandata egreſſi erant, ſuſtulit.* Hincmarus epiſt.3. cap.16. Apocriſiarium interpretatur capellanum, vel Palatij cuſtodem.

De Cardinalibus.

CARDINALIVM mentio ante mille plus minus annos nulla, qui niſi ex Epiſcopis, Preſbyteris, Diaconis,ſubdiaconis legi non poterant, vt eſt in Romano Concilio ſub Stephano 4.anno 769. Anaſtaſius in Stephano, prolata eſt ſententia ab eodem ſacerdotali concilio ſub anathematis interdicto, ne vllus vnquam præſumat laicorum, neque ex alio ordine, niſi per diſtinctos gradus aſcendens,Diaconus,aut Preſbyter Cardinalis factus fuerit, ad ſacrum Pontificatus honorem poſſit promoueri. Dignitas iis par regiæ excepto titulo.Non enim Sereniſſimi,vt illi,ſed reuerendiſſimi, illuſtriſſimique dicuntur, & ſcribuntur. Pontificale Romanum.Notandum quod Cæſar antequam coronetur Imperiali diademate, ſedet poſt primum epiſcopum Cardinalem,& ſi quis Rex adeſt,ſedet tunc poſt primum preſbyterũ Cardinalem. Duodecim tantum per initia Cardinales fuere ad numerum Apoſtolorum,vt Sigebertus in Chronico anni MLXXXV.Rubro galero eos inſigniuit Innocentius quartus anno CIↃ. CCL. vt Platina ſcribit Gregorius magnus cap. relatio c.illud 21.qu.5.c. paſtoralis 7.qu.5.de epiſcopis loquẽs,ſacerdotes Cardinales eos appellat, & Leo c.2. de offic. archipresbyteri lib. 5. decretor. Cardinales presbyteros commemorat.Onuphrius Romæ Cardinales titulos, Cardinales eccleſias olim fuiſſe oſtendit, à quibus Cardinales dicti.Innocentius quartus purpureum galerum cum amentis, & offendicibus à veteribus illis flaminibus Rom.mutuatus eſt, qui apicem offendicibus ſub mentum adductis religabant, vt cum vellent regererent, & pone pendere permitterent,tum verò ne capite excideret, ait feſtus. Vulgus olim capite aperto procedebat, ſacerdotes tecto ſacra faciebant.Virgil.

Purpureo velare caput adopertus amictu.

Vniuerſitas Pragenſis ad Oxonienſem, nihil inuenio de Cardinalibus vſque ad tempus Gregorij magni,quo tempore epiſcopi indifferenter Cardinales faciebant, & Papa Cardinales in epiſcopos promouebat. Color purpureus ſumptus à Senatoria dignitate, quam Preſbyteris Romanis Conſtantinus magnus attribuit.Prudent. lib.1. contra Symmach.

Denique pro meritis terreſtribus æqua rependens

Munera ſacricolis, ſummos impertit honores
Dux bonus, & certare ſinit cum laude ſuorum
Nec pago implicitos per debita culmina mundi
Ire viros prohibet.

In donatione Conſtantini, ἄνδρας τ' εὐσεβεστάτους κλεικὸς πολλῶν τάξεων τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ ῥωμαικῇ ἐκκλησίᾳ δοκοῦντας θεραπεύουν κοσμικῶς, &c. *Viros item piiſſimos clericos diuerſorum ordinum eidem Rom. Eccleſiæ ſeruientes illud culmen, ſingularitatem, potentiam, & præcellentiam habere ſancimus, cuius ampliſſimus noſter Senatus videtur gloria ad ornari, id eſt, patricios, atque conſules effici, necnon cæteris dignitatibus Imperialibus ornari.*

Dignitas Cardinalium maximè celebrari cœpit ex decreto Concilij Sutrienſis anno CIↃLIX. Cardinales igitur Preſbyteri præerant titulis, id eſt, eccleſiis, & locis ſacris in ſanctorum memoriam erectis quæ per vrbis regiones à Pontificibus diſtincta erant. Tituli dicti Cardinales, id eſt præcipui, aut à ventis cardinalibus, aut à limitibus cardinalibus, & præcipuis de quibus auctores finium regundorum, quia ſui cuique Preſbytero limites erant attributi. Poteſt deduci à cardine quo ianuæ vertuntur. Eorum enim conſilio res Chriſtiana vertitur. Sic Latini dicunt, in eo rei cardo vertitur. Quintili. hic cauſæ cardinem ponit in quo ſi victus fuerit, etiam in ſequentibus ruit. Tituli 28. leguntur in actionibus Synodi Romanæ, quæ ſub Symmacho celebrata eſt. Legendus Anaſtaſius bibliothecarius.

De Hegumenis.

DE Abbatibus diximus, de Præfectis monaſteriorum dicamus, qui vocantur ἡγούμενοι. Balſamon in Reſpon. ὁ ζητῶν ἀναγνώσης τοῦ τῶν ἱερέων καθέδρας, καὶ μὴ τὸν ἡγούμενον μνημονεύειν τοῖς κυριακοῖς ἐναντοφανεῖ παραγγέλμασι. *Lector qui vult ſedere ante ſacerdotes, & poſt Præfectum monaſterij, aduerſatur mandatis Domini.* Theodor. Presbyter de Incarnat. ἡγούμενον μοναστηρίου ἐνὸς τῶν τοῦ βυζαντίου. In Pauli Diaconi Nicephoro, Theodorus Egumenus ſtudij. Idem in Michaële Curopalatæ, Theodorum Egumenum ſtudij. Nicetas in Iſaacio Angelo, vocat τὸν τὸ φουδικιανοῦ lib. 2. Suidas φούδιος διώκησις, ὃς καὶ τὸ θεοδοσιανοῦ ἔκτισεν. *Studius dynaſta, & conſul qui celeberrimum monaſterium condidit. Monaſterium* λαῦραν, & μονὴν vocant.

De Theoris, & Camiſatis.

IOANNES Epiſcopus Citri in Reſp. ad Cabaſilam, θεωροὶ δὲ, καὶ δεσπότατοι, καὶ καμισάτοι, οὐκ εἰσὶν ὀφφίκια, ἀλλὰ διακονίαι τοῦ ἁγίου βήματος τούτοις ἁρμόζουσι. οἱ μὲν γὰρ θεωροὶ τὴν φυλακὴν, καὶ τήρησιν τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ τῶν καλυμμάτων αὐτῶν εἰ μάλα δεῖσιν· ταῦτα λίθοις, καὶ μαργάρεις κοσμοῦνται. *Theori, & deputati, & Camiſati non ſunt officia, ſed miniſteria circa ſacrum altare, quæ eis conueniunt. Theori vaſa ſacra cuſtodiunt, & opercula eorum, licet lapillis, & gemmis ornata ſint.* οἱ καμισάτοι ἐνασκολοῦνται τοῖς διακονικοῖς ἀνδράκων πυρὸς εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ τοῦ τῶν θείων λειτουργῶν ἐκπύρωσιν, ἵνα ἐκεῖθεν συνήθως ζέον ὕδωρ τοῖς ἁγίοις ποτηρίοις χεῖρον ἐξηθῇ, καὶ τοῦ ἄλλας ὁμοίας τούτοις ὑπηρεσίας. *Camiſati occupantur in carbonibus inferendis ad altare, & in calefaciendis ſacris lebetibus, vt inde feruens aqua ſacris poculis tempori infundatur, & circa alia miniſteria.* De deputatis diximus.

De Ceroforo, ſeu Ceroferario.

ΚΗΡΟΦΟΡΟΣ, & καυδηλάπτης, *qui candelas, & cereos fert ad templum, accenditque.* Pantaleon de miraculis Archang. S. Michaëlis, Marcianus ἐξ ἀπαλῶν ὀνύχων ἡμῶν κηροφόρος τοῦ παναγίου ναοῦ αὐτοῦ, *Qui à teneris vnguiculis fuerat Cereorum accenſor, & laucus templi venerandi S. Michaëlis.*

De Clero.

CLERICI dicti qui ſorti Dominij aſcripti ſunt. κλῆρος ſortem ſignificat. Quanquam autem tota eccleſia ſorti, & hæreditati Domini adſcripta eſt, propriè tamen clerus de eccleſiaſticis dicitur. Tertull. lib. de Monogamia, cum extollimur, & inflamur aduerſus clerum, tunc omnes vnum ſumus, tunc omnes ſacerdotes, quia ſacerdotes nos Deo, & patri fecit, cum ad peræquationem diſciplinæ ſacerdotalis prouocamur, deponimus infulas, & impares ſumus. Concilij Niceni can. 1. εἴτις ἐν νόσῳ ὑπὸ ἰατρῶν ἐχειρουργήθη, ἢ ὑπὸ βαρβάρων ἐξετμήθη, ἐστὸς μένοιτο ἐν τῷ κλήρῳ. *Si quis in morbo à Medicis exciſus, vel à barbaris exſectus eſt, is maneat in clero.* Hieronym. epiſt. ad Nepotianum, *Obſecro te ne officium clericatus genus antiquæ militiæ eſſe putes, ne plus habeas quàm quando clericus eſſe cœpiſti, & dicatur, cleri eorum non proderunt eis.* Sumptum id ex epiſt. S. Petri 1. cap. 5. Paſcite qui in vobis gregem Dei prouidentes non coactè, ſed ſpontanee, *neque vt dominantes in Cleris.* μηδὲ ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, ἀλλὰ τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου, *ſed forma facti gregis.* Suidas λέγει κλῆρος ἡ σύγκλητος τῶν διακόνων, ἢ πρεσβυτέρων, *dicitur clerus congregatio Diaconorum, & presbyterorum.* Anaſtaſius in vita Hygini Papæ, hic clerum compoſuit, & diſtinxit gradus. Ad clerum pertinent 7. ordines qui numerantur in epiſt. S. Ignatij ad Antiochen. ἀσπάζομαι τοὺς ἱεροὺς διακόνους, ὑποδιακόνους, ἀναγνώστας, ψαλτὰς, πυλωροὺς, τοὺς κοπιῶντας, ἐξορκιστὰς ὁμολογητὰς. *Saluto ſacros Diaconos, Hypodiaconos, lectores, cantores, ianitores, laborantes, exorciſtas, confeſſores.* S. Epiphanius pag. 465. ἀναγνώστας ἐξορκιστὰς, θυρωροὺς, lectores, exorciſtas, ianitores commemorat S. Cyprianus lib. 2. ep. 10. Hypodiaconum, & acoluthum lib. 2. ep. 5. lectores lib. 5. epiſt. 10. exorciſtam, lectorem. Euſeb. lib. 6. hiſtor. cap. 33. πρεσβυτέρους, διακόνους, ὑποδιακόνους, ἀκολούθους, ἐξορκιστὰς, ἀναγνώστας, θυρωροὺς.

Conſtantinopoli fuit Clerus Imperatoris, ſecundus imperatricis, tertius Patriarchæ, ſiue eccleſiæ, quartus exocatacœlorum. Codinus, Eccleſia non habet Protoplaſten, ſed Domeſticum; Imperatoris Clerus, vtrumque. Et Protopſaltes quidem exarchus eſt, ac præpoſitus Clero Imperatoris, Domeſticus Imperatricis, βασιλικῆς κλήρου. Nicetas lib. 1. Manuel. Comneni κλῆρον τοῦ μεγάλου νεὼ commemorat, *Clerum magnæ eccleſiæ*, de quo vide Iuſtinianum Nouel. 3. de quarto Codinus, κατὰ τὸ πρῶτον οἱ ἐξωκατάκοιλοι ἱερεῖς, ὁρίσκοντο ἔχοντες ἕκαστοι ἐκκλησίας, καὶ ὑπ' αὐτοὺς κλῆρον. *Per initia exocatacœli ſacerdotes erant habentes ſinguli eccleſias, & Clerum ſibi ſubditum.* Gregoras lib. 5. Archidiaconos Imperatorij Cleri commemorat. Ioannes Curopalates in Michaële Rhancabe, ἄνδρα τῷ τάγματος τῶν ἐν τῷ παλατίῳ ψαλλόντων πρόεδρον ἔχοντα. *Virum ordini eorum qui in Palatio pſallunt præpoſitum.*

In Imperio occidentis vnus erat Clerus Principis ſub Capellano. Hincmarus ep. 3. cap. 16. Apocriſiarius autem

autem quem noſtrates Capellanum, vel Palatij cuſtodem appellant, omnem clerum Palatij ſub cura & diſpoſitione ſua regebat.

Copiatæ, ſeu Laborantes.

COPIATÆ à clericis ſeparantur, C. Theodoſ. lib. 16. tit. 2. Clerici, vel hi quos copiatas recens vſus inſtituit nuncupari, ita à ſordidis muneribus debent immunes, atque à collatione præſtari, ſi exiguis admodum mercimoniis tenuem ſibi victum, veſtitumque conquirent. Cadaueribus hominum humandis operam impendebant, vt & decani, de quibus ſupra egimus. Iuſtinian. Nouel. 59. ὥστε μὴ τοι μὴ ἐλάττους ἓξ τοὺς δεκανοὺς, ἤτοι κοπιάτας τῆς ὀκτακοσίων τῆς ἀπογεγραμμένων τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐκδίκοις, *vt Decani, ſeu Copiatæ non pauciores ſint octingentis qui Deo charis defenſoribus attribuantur.* Nouella 43. lecticarij Copiatis accenſentur, *qui mortuos efferunt ad rogum.*

De Cractis, ſeu Lectoribus.

CRACTÆ dicuntur lectores. Cantacuzenus lib. 1. cap. 41. Protopſaltæ, & qui domeſtici vocantur, & cæteri ordinis eccleſiaſtici qui cantare norunt, quos in talibus ſacris Cractas appellare mos eſt. Codinus de offic. εἴτε πρωτοψάλτῃ, καὶ οἱ ἀναγνῶσται, ὃς ἐξ ἔθους παλαιᾶς κράκτας ἐν τῇ τοιαύτῃ ὀνομάζουσι πανηγύρει, καὶ τελεταῖς, ψάλλουσιν ἄσματά τινα, &c. *Protopſaltæ, & lectores, quos ex vetere conſuetudine Cractas, & talibus feſtiuitatibus nominant, canunt cantica quædam.*

De Manſionario, & æditno.

MANSIONARIVS, officium fuit in eccleſia. Gregor. dial. de vit. ſanct. lib. 3. ὁ δὲ ἀπόστολος φανεὶς αὐτῷ κατ' ὄναρ εἶπε πρὸς αὐτόν, ἄπελθε εἰς τὸ πρωτομονάστηριον τῆς ἐκκλησίας, τὸ λεγόμενον σαβουνδίου, τὸ μανσιονάριον, καὶ αὐτὸς δώη σοι τὴν ὑγείαν. *Apoſtolus apparuit ei ſecundum quietem, dixitque, abi ad æditnum eccleſiæ, cognomento Sabundium, Manſionarium, & ipſe tibi det ſanitatem.* Menologium, λίθον δὲ μέγαν ποιήσας περιπατῆσαι ἐβάπτισε τὸ πρωτομονάστηριον τῆς εἰδώλων, *Lapidem magnum cum feciſſet ambulare, baptizauit æditnum idolorum.*

De Paramonario.

PARAMONARIVS videtur idem fuiſſe cum Proſmonario, & Manſinario, vt ſit æditnus vel adminiſter monaſterij. Balſamon ad Concil. 4. can. 2. οἱ δὲ οἰκονόμοι, οἱ χαρτουλάριοι, οἱ παραμονάριοι, καὶ ἕτεροι πρωτάλλουσι). *Oeconomi Chartularij, Paramonarij, & alij præponuntur.* Gennadius in epiſt. Encyclia, πρωτάλλοιτο ὅτι χρήμασιν οἰκονόμον, ἢ ἔκδικον, ἢ παραμονάριον. *Si præpoſuerit pecunia corruptus œconomum, defenſorem, aut Paramonarium.*

De Periodeute.

PERIODEVTES, Circitor fuit qui perambulabat omnes vniuerſæ regionis eccleſias, & de illarum ſtatu inquirebat. Gennadius in Encyclio, ὀπίσκοπον, ἢ χωρεπίσκοπον, ἢ περιοδεύτην, ἢ πρεσβύτερον. Ioannes Citri in Reſpon. ὁ δὲ τῆς κατηχήσεων, ὁ ὀρφανοτρόφος, οἱ τέσσαρες ἔκδικοι, ὁ ἄρχων τῆς φώτων, ὁ νομοδότης, καὶ ὁ περιοδεύτης. *Qui præeſt catecheſi, & inſtitutioni competentium, orborum curator, quatuor defenſores, præfectus luminibus, Nomodotes & Circitor.*

De Orphanotropho.

DE Orphanorum curatore ſupra egimus, eámque dignitatem amplam fuiſſe Conſtantinopoli docuimus. In aliis eccleſiis erant & Orphanotrophi minoris dignitatis. Ioannes Citri Epiſcop. in Reſponſis, εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερα ὀφίκια, ἅπερ μάλιστα τοῖς ἱερεῦσι ἁρμόζουσιν, ὁ ὅτε τῆς κατηχύσεων, ὁ ὀρφανοτρόφος. *Sunt alia officia quæ maximè ſacerdotibus conueniunt, præpoſitus inſtituendis catechumenis, orborum curator.*

De Pneumatico.

PNEVMATICVS, ſpiritalis qui peccata confitentibus remittit. Preſbyter à ſacris confeſſionibus. Corona pretioſa, πνευματικὸς, ἐξομολογήτης *confeſſor.* In Synodo Florent. ἱερεῖς τοῦ βασιλέως, καὶ ὁ πνευματικὸς αὐτοῦ ὁ μέγας πρωτοσύγγελος κύριος γρηγόριος, *Sacerdotes Imperatoris, & confeſſor eius magnus Protoſyngelus Dominus Gregorius.*

De Prædicatore.

PRÆDICATOR dicitur eccleſiaſtes qui eſt à ſacris Concionibus. Demetrius Cydonius interpres Ricaldi contra Mahometem. ἐγὼ τοίνυν ὁ ἐν τῇ τάξει τῶν κηρυκάτορων ἐλάχιστος, *Ego qui ſum in ordine Prædicatorum minimus.* Ioan. Cantacuzen. orat. 1. contra Mahometem, τὴς τάξεως τῶν κηρυκάτορων, ἤτοι κηρύκων, ῥίκαλδος ὀνομα αὐτῷ ἀπελθὼν εἰς βαβυλῶνα. *Quidam ordinis Prædicatorum, ſiue præconum, Richaldus nomine profectus Babylonem.*

De Proëdris.

PROEDRI, ſeu Præſides alij eccleſiaſtici, alij Palatini fuere. De eccleſiaſticis Codinus, ὁ ἡρακλείας πρόεδρος τῶν ὑποτιμων, καὶ ἐξάρχος πάσης θράκης, καὶ μακεδονίας. *Præſes, ſeu antiſtes Heracleæ qui erat inter honoratiſſimos, & præſul totius Thraciæ & Macedoniæ.* Taraſius in epiſt. ad Adrianum Pontificem, ἀναγγέλλομεν τοῖς προέδροις πᾶσι τῶν καθ' ἡμᾶς ἐκκλησιῶν, *Denuntiamus omnibus Antiſtibus eccleſiarum noſtrarum.* Michaël Syngelus in vita S. Dionyſ. προχειροτονημένους προέδρους, *electos Antiſtites.* Achmes cap. 38. προέδρους τῶν ναῶν *Præſides templi.* Intelligo omnes præpoſitos, & præſules Proëdros.

De Protoapoſtolario.

QVI primus erat inter Doctores Apoſtoli de quibus ſuprà egimus, is dictus πρωτοαποστολάριος. Codinus, τὸν προφητείαν, καὶ τὸ ἀπόστολον ἀναγνώσκει ὁ πρωτοαποστολάριος. *Prophetiam & Apoſtolum legit Protoapoſtolarius.*

De Stauropegio, & Diœcesi.

STAYPOΠΗΓΙΟΝ dicta *Diœcesis* episcopi in qua ille crucis figendæ ius habuit. Germanus in sancito. προφάσει τῶν καὶ τὴν μονὴν τοῦ ἁγίου δημητρίου ἐν τῇ ἐνορίᾳ κειμένην τῆς ἄρτης, παρ' ἐγχωρίου ἐπισκόπου ἐχερθεῖσαν ἐπὶ σταυροπηγίῳ ἐκτίθεσθαι. *Ea specie, quasi velit monasterium S. Demetrij in confinio Artes ab episcopo indigena excitatum in sua Diœcesi exponere.* Ioannes Metropontanus Naupacti in Confes. ὡς συστάσης ἐπὶ τῷ σταυροπηγίῳ ἐμῷ, *vt quæ stet in mea Diœcesi.*

De Hydromiste.

HYDROMISTES dictus qui aquæ lustrali in vestibulo templi præfectus ineuntesque aspergebat, in epist. Synesij 121. ἀναστασίῳ ὑδρομύστῃ.

De Hypecclesione.

HYPECCLESION dictus is qui Imperatoris partes in ecclesiasticis rebus obibat. In disputatione Gregentij, Princeps Senatorem ὑπεκκλησίονα effecit de eo supra egimus.

De Chorepiscopo.

CHOREPISCOPVS dicitur Episcopus regionanalis. Gennadius in Eneyclio, ἢ χωρεπίσκοπον, ἢ περιοδευτὴν, ἢ πρεσβύτερον. *Aut Chorepiscopum, aut circitorem, aut presbyterum.* Chorepiscopi erant Archidiaconi. Sigebertus in Chronico, Damasus Papa decreuit, ne quid contra Episcopos præsumant Archidiaconi, qui dicuntur Chorepiscopi, id est, regionum, vel villarum Episcopi. Licebat illis ordinare lectores, Subdiaconos, & Exorcistas, sed non Presbyteros, aut Diaconos. Concil. Antioch. can. 10. τοὺς ἐν τῷ κώμαις, ἢ τῷ χώραις, ἢ τοὺς καλουμένους χωρεπισκόπους, εἰ καὶ χειροθεσίαν εἶεν ἐπισκόπων εἰληφότες ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, &c. καθιστᾶν ἀναγνώστας, καὶ ὑποδιακόνους, καὶ ἐξορκιστὰς, καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι προαγωγῇ, μήτε δὲ πρεσβύτερον, μήτε διάκονον χειροτονεῖν τολμᾶν, δίχα τοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου ᾗ ὑπόκειν τοῦ αὐτός τε, καὶ ἡ χώρα. *Presbyteros qui sunt in Pagis, aut regionibus, aut Chorepiscopos licet acceperint manuum impositionem Chorepiscoporum visum est sanctæ Synodo constituere lectores, Hypodiaconos, Exorcistas, & horum ordinatione contentos esse, neque audeāt ordinare Presbyterum, aut Diaconum, sine voluntate Episcopi ciuitatis, cui & ipsi, & regio subiacent.* Lege Capitul. Caroli Magni lib. 1. c. 9. Concil. Antioch. c. 8. τοὺς δ' ἀνεπιλήπτους χωρεπισκόπους διδόναι εἰρηνικὰς. *Possunt Chorepiscopi irreprehensibiles dare literas irenicas.* Hæc de officiis ecclesiasticis subiunximus ex Codino, & aliis plærisque, in quibus à Doctissimo Meursio non parum adiuti sumus.

FINIS.



339

Bulenger.9 de Imp.o R.m